PRAENOTIONES MYSTAGOGICAE EX JURE CANONICO. SIVE RESPONSA SEX, IN QUIBUS...

Niccolò Comneno Papadopoli

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 I
8

M. II. 23.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆNOTIONES MYSTAGOGICÆ

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆNOTIONES
MYSTAGOGICÆ
EX JURE CANONICO:
SIVE RESPONSA SEX,

In quibus unà proponitur Commune Ecclesiæ *Utriusque* Græcæ, *&* Latinæ *Suffragium*

De iis, quæ Omninò præmittenda sunt Ordinibus Sacris: atque obiter & Graecia adversus Calumniatores defenditur,

Et præcipuæ Photianorum ineptiæ refelluntur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AUTHORE
NICOLAO COMNENO
PAPADOPOLI
CRETENSI,
Abbate S. Zenobii, S. Theolog. Philos. ac J. U. D.
ET
In Academia Patavina Canonum Sacrorum Interprete.

Conv.s S. M.e Magdalenæ urbis

PATAVII
Ex Typographia Seminarii.

M. DC. XCVII.
Opera Joannis Manetti.
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

3-14

Digitized by Google

Eminentissimo, ac Reverendissimo Principi

JOANNI FRANCISCO
S. R. E. CARDINALI
ALBANO

NICOLAUS COMNENUS PAPADOPOLI

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

SI *liceret*, Cardinalis Amplissime, *Purpuram Tuam ad hujusce libelli patrocinium evocanti, quam eidem libello votis omnibus propitiam opto, è libelli fronte Purpuram lædere; darem sanè, ex more Nuncupantium, Caussas, queis fit, ut hæc Typorum meorum crepundia, laborumque primitias, Tibi uni, Tibique præ omnibus, dicatas, sacratas velim: provocaremque Te vel invitum ad confessionem laudum tuarum, quas omnibus notas, atque olim Orbi Christiano mirabiles unus omnium vel negligis, vel odisti. Verùm nec is sum, cui fas per damna Modestiæ Tuæ gratiam apud Te quærere; nec erit, ut per Te*

Digitized by Google

mihi liceat, Patrocinium Tuum iis artibus emereri, quas, cùm jamdudum Adulatio suspectas fecerit, efficacissimas facit Ambitio. Ab hac immane quantum Gloria Tua distat! Ut non aliter illi litandum sit, quàm obsequioso silentio, quod nimirum, inaudita hactenus, sæculisque anteactis ignota dissimulatione, de Te prædicet palam, quæ rara, & mira numerosæ Virtutis Tuæ decora frustra dissimulas: nactus adeò, quod vel summæ Fortunæ contigit nunquam, ut in summo Gloriæ contemptu summam habeas Gloriam; perennesque Nominis decus ipsa Nominis nunquam interituri securitate. Neque aliter agendum Tibi adepto maxima, cui non aliter actum, cùm maxima merebare. Nobilissimam ab ultima stirpe Familiam cùm posses Indolis experrectæ nisu, morumque innocenti dexteritate statim ad altiora provehere, minora maluisti; privatamque conditionem objecisti Aulæ, ut assuesceret, in Te natum credere, quod in aliquibus longo ætatis impendio quæsitum, in plerisque necquiquam, post impendia ætatis longa, desiderat. Ita præfectam Orbi Christiano vix Aulam ingressus, Te adhuc privato illam implesti; atque habuisti illud in adolescente Fortuna maximum, quòd nondum maturus meritis maturus præmiis viderere. An non maturus præmiis, qui, vel cùm nullam merebaris Dignitatem, cuilibet Dignitati par eras? Hinc vix addictus sacerrimæ Curiæ prælatæ cæteris Nobilitatis initia cepisti, cùm Te Honor, ut ad majora deduceret, non manuduxit, sed rapuit: experturus brevi periculo, an singulis Honoribus major esses, quem, in singulis, parem omnibus aptabat supremis, quibus etiam Te quandoque præficiet. Rexisti ergo subjectas Sacro Imperio Urbes, vel in impuberi regundi peritia, prorsus adulta Prudentia, quam cùm armaret justa Severitas, comis Pietas exarmabat: ut ex fœdere oppositarum invicem Virtutum illud ab initio dignitatum Tuarum in Te miraretur Curia, quod vix in Principe audet optare; capax nimirum eundi ad publicam Felicitatem per diversissima ingenium. Ea propter vulgare propedixerim in Te, ac penitùs translativum, quòd ab omnibus amarere, quòd obsequium Tibi sponte delatum à probis, vel ab improbis exigeres non invitis; quòdque haud dispari gradu Innocentiam simul, ac scelus pervaderet tui Nominis admiratio. Hac factum, ut ultrò vel Iniquitas ipsa Tibi judicandam se sisteret, parique voto dissidentium animi Sententiarum Tuarum Oracula poscerent, quæ Sacra Victor, Sancta Victus, amaret ille, ferret hic, victor unà, victusque laudaret. Neque enim fas unquam sceleri, ut ut eximio, refragari legibus à Te dictis, quas ea Æquitas us-

que-

quequaque munierat, quam, ut oderint scelesti, attamen probant: Prorsus ut inde Tibi plausus ille reipsa communis, quòd & ab omnibus, Actisque Tuis omnibus, ederetur, quo dum felices curarum Tuarum impendio Populi Te sibi Rectorem gratulantur, effecere, ut Te Rectorem amitterent. Nempe jam Fama Tibi uni non invida Te majorem edixerat, quàm ut privatis subjectorum commodis ministrares; dignumque monstrabat, quem Curia Princeps admoveret sibi, Tuis nimirum auspiciis Publicæ omnium felicitati profutura. An Te placidissimè justum, prudentem innocentissimè, sine dispendio Majestatis comem privato bono pateretur? Cogendus eras, hæc omnia Reipublicæ reddere, eique muneri protinus addicendus, in quo tum horum omnium, tum in primis Sapientiæ documentum dares. Ejus Tu olim partes omnes expleveras: sive seriò lusisti cum Musis, quas Helicone deductas cùm Latinas, atque Italas effecisses, non es passus patriam linguam dediscere: sive facundissimè perorasti, [illegible] illud, summumque consecutus in Arte, ut Elegantia vim leniret, non frangeret: sive denique placuit per asperrimas Disciplinas ire; quarum decus ita prorsus hausisti, ut exhauseris penitùs, Juris profanique, ac Sacri non consultus, sed Arbiter; Socraticæ domus non hospes, sed incola: vix Tyro, ac Emeritus Theologiæ, non ejus dumtaxat, quæ vel ex certissimis incerta venatur, gravique ludo vera proludit arena; sed ejus in primis, quæ Veritatis Armigera, quæ verè præliaris, ac pugnax, Fideique stipendiaria Impietati bellum olim internecinum indixit, cùm olim quid sit censendum Orthodoxis edixerit. Hujus Tu Ope, hujus institutione numeris omnibus absoluta cùm natum ad maxima ingenium, calamumque imbuisses, ei hercle Muneri addicendus fuisti, quo ministro Romana Sedes eidem Theologiæ, Diplomatibus suis, pandit Oracula. Ut accitus in Aulam, quo Sapientiæ documentum Tuæ publicum dares, hoc ipso & aliorum Sapientiæ præcepta conscriberes. Id, quod plenè adeò, utiliter adeò, difficillimis nempe temporibus, præstitisti, ut post breve Virtutis experimentum, qui tutandis Supremæ Potestatis suæ Juribus Te Interprete usus est, verè Sanctissimus Pontifex, Tibi Purpuram præmium Virtutis secum ipse decreverit. Eam tamen ille haud contulit destinatam licet, atque decretam; destinatam à Decessore, decretamque Successor retulit: id agente Numinis Providentia, ut non uno Supremo Suffragio proximam Summæ Dignitatem nanciscereris, Purpuraque ex Te deinceps augustiore dignus renunciarere judicio duorum Maximorum Pontificum, quorum alter illam

Tibi

Tibi deberi fassus est, alter debitam præstitit. Imò uterque debitam Tibi, præstitamque pari suffragio commendavit, quam nimirum Innocentia isthac morum Tuorum sacrares impensiùs, atque vel ipsis Ecclesiæ hostibus venerabilem redderes Meritorum Tuorum insigni planè modestia. Hanc ego haud lacessam ulteriùs, ne Tibi displiceam. Intacta esto Patrocinium Tuum flagitanti, cui superest Meritorum Tuorum præmia delibasse: ut profectò iis constet, post omissas cæteras, una ex plurimis causis, quam propter Tibi Opusculum hoc nostrum inscribimus. Scilicet periculosæ plenum aleæ negotium, nec nisi Te auspice ineundum aggredimur, polliciti Gentis utriusque Græcę, ac Latinæ de Moribus palam, clam de Dogmatibus commune Suffragium. Occurrunt undique Græcorum quorundam, hoc est, Photianorum *ineptiæ; Urgent persæpe Latinorum non paucorum* calumniæ: *Has insequimur passim, illas ubique refellimus, habituri fortassis præmium exantlati laboris Græcorum, ac Latinorum invidiam, ni Tui Nominis Tutela præsens affulserit. Hac præde, Vadimonium dabit Latinus, donec Rationem querelarum nostrarum agnoverit. Hac fidejubente, non verebitur Græcus, ne dolo sint circumscripta, quæ promimus; unàque omnes fatebuntur, verum esse, quod sensim insinuamus,* Ut in Gręcia Schismatici multi sint, Græciam nunquam fuisse Schismaticam: *Quando idipsum (quod nempe præcipuus, primusque Operis nostri scopus est) Tibi dicimus, Tibi dicamus, ultrò sistimus Tibi, quo & Sapientissimo, & Linguę utriusque scientissimo coram non ullum Mendacium audeat prorepere, nisi ad stoliditatis suæ aut confessionem, aut pœnam. Ergo,* Eminentissime Princeps, *dicatum Tibi, Sacratumque libellum hunc nostrum benignus accipe, simul excipe clemens Authoris obsequentissimum animum, quem sanè minimum esse conjicies, si ex dono metiere; at maximum fatebere, si constitues, esse illum Capacem concipiendæ Magnitudinis Tuæ, nec minorem habenda, retinendaque admiratione integra Virtutum, Meritorumque Tuorum, queis fit, ut jam non privatim ex formula conditionis suæ, sed ex Voto publico Græciæ totius, non sine Vaticinio reipsa firmando, Tibi enixissimè comprecetur Sacrarum Apicem dignitatum; Unde & Ecclesiæ universæ prosis augustiùs, certiùsque consulas calamitatibus Græciæ, quæ Te uno fortassis, certè inter paucos eximio Patrono gloriatur.* ἔντεινε. κατευόδου, ϗ βασίλευε.

Illu-

Ad Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum

Protoſebaſtum, IMPERATORIÆ NOBILITATIS VIRUM CONSTANTINUM CANTACUZENUM, Celſiſſimi Uvallachiæ PRINCIPIS AVUNCULUM.

PRÆFATIO.

QUi ſua edunt, publicæque Cenſuræ ſubjiciunt, illud, ex more, ſolemne habent, ut ſua Lectori commendent; benignitatemque publicam flagitent, quam publico bono ſcribentes jure merentur. Id mihi, neque ex re eſſe, quam ago, viſum; nec, ut ſit, placuit: quippe qui neque ad laudem aucupandam hæc ſcripſerim, palamque Obtrectatorum ſannas contemnam; ejus, & quidem unius dumtaxat, accuratiſſimè ſatagens, ut ad Gentis noſtræ, quam unicè diligo, decus, utilitatemque certiſſimam, diverſiſſimorum hominum, qui oppoſitis artibus, pari tamen malignitate, ad conflandam Nomini noſtro præſentem infamiam conſpirarunt, ſcelus ulciſcar: ſimul doceam, unum eſſe Gentis utriuſque *GRÆCÆ*, ac *LATINÆ* Suffragium, ſive mores inſtituant Sacros, ſive Dogmata certò cre-

credenda proponant? Idcirco non Lectorum mihi quęrendus favor, quo mediocritatem ingenii mei, atque, si quid non apprimè probaverint in his ipsis, quæ laboriosè peregi, ferant: Sed Græcus aliquis omni exceptione, præjudicio quolibet major ad Censuram Operis evocandus, cui undequaque præstantissimo, Gręcarumque pariter, ac Latinarum rerum gnaro, tum Operis rationem, tum scopum ejusdem exponam. Is porro quis, præter Te, alius mihi sedulò cogitanti, quærentive potuit occurrere? Quo in uno Græcia nostra decorum suorum infelices Exuvias ostentat; atque duo illa veneratur, quæ sine incorrupta fide, summaque authoritate stare non possunt, Sapientiam, & Nobilitatem. Hæc ea in Te est, qua majorem nec in Solio multiplici, ex quo apud præcipuas Nationes regitur, nullam Europa cognoscat, quippe quæ ad Comnenorum Diademata originem referens, deductaque per Angelos, Ducas, Lascaras, atque Vatatzios, ubi per Palæologorum crebras affinitates supremæ Potestati prolusit, Byzantinum Sceptrum arripuit, ut inde eam in Familiam sobolesceret, quæ vel post penitissimum Græciæ totius excidium, in ipsa Gentis nostræ captivitate, ipsâ Tyrannide illi Diadema deferente, regnaret. Vidimus id in Celsissimo, & Invictissimo *SERBANO PRINCIPE* Fratre tuo, qui ripariam ad Istrum Daciam Regalibus auspiciis ingressus, ita, circumstrepentibus Bellorum turbinibus, clavum Reipublicæ tenuit, ut, cum Tyranno perfidissimo se vectigalem nosset, Christianum se tamen, & Gręcum Principem meminisset; dignus ædepol, cui diuturniorem regnandi potestatem, Fata concessissent, Regalem Caniciem ostentaturo Græciæ, quo magis nunc, cùm addictus Ritibus nostris juvenis Moschus libertatis spem facit, *SERBANI* prudentia spem libertatis validiùs confirmaret. Sed properavit ille locum Tibi relinquere, in quo ederes raræ in fortunâ ad sceptrum vocatâ moderationis exemplum; decoresque Historiam, non unum *JOANNEM CANTACUZENUM* Tritavum Tuum Solio, quod omni ope quæsierat, armatusque, & penè non atrox occupabat, potuisse sponte decedere: posse & *CONSTANTINUM CANTACUZENUM*, delatum sibi jure hæreditatis Imperium majore sanè cum gloria, certè Græco magis exemplo contemnere. Hoc scilicet egisti, ut impactam Familiæ Tuæ per celeberrimum inter Majores Tuos regiam profectò, nec tamen honestam Ambitionis notam gloriosiùs emendares: ostenderesque, Te inter *CANTACUZENOS* virtute Maximum, qua Maximum inter *CANTACUZENOS* exuperas. Ille debitum Nepoti Regnum eripuit, Avunculus licèt, ac Tutor, Tu debitum Tibi Avunculus, nec Tutor Nepoti, cui non debebatur, concessisti. Ille malè partum dimisit sponte, ne cogeretur dimittere, Tu jure parandum neglexisti fortiter, ne cogerere recipere. Ille Solio relicto Sacras in Cœnobio latebras quæsivit, ut Reipublicæ valediceret; Tu, eodem contempto, Aulam sequeris, ut Reipublicæ consulas. Denique ille conditione privatâ publicas curas compescuit, quo pacatiùs Sapientiæ vacaret, Tu, quam constanter amasti, privatæ Sortis quietem curis publicis non absolvis, gnarus, vel in ipso tumultu Regiæ, raró hospitam Regiæ Sapientiam amare. Ea addita Nobilitati tuæ ingenuam planè se se, ac verè Græcam

Digitized by Google

cam ostendit, assuetam nimirum summæ consortes Fortunæ Musas adsciscere, animare facundiâ Principatum, vel in Purpura philosophari: atque eas opes fœcundissimæ mentis in unum coacervatas jactare, quas in Sapientibus aliarum Gentium dispersas Europa miratur. Hanc Tu penè dixerim universam pervagatus es, ut extorrem jampridem Sapientiam tecum ab exilio revocares; peregrinatusque ad præcipuas Italiæ Urbes, aliosque Populos hac ætate Disciplinarum laude florentes, Græciam docuisti, Tibi uni deinceps inscribendum grande illud Elogium,

Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, ϰ νόον ἔγνω,

quod de Cephaleno illo Cliente Palladis, Græcorumque ad Trojam omnium vaferrimo Vates noster asseruit. Nempe, ut ut ille cymbulâ suâ prętergressus Jonium, Tyrrheni, ac Siculi Maris littora raserit, quid ad aridas Ithacæ cautes, scopulosque miserrimos retulit, præter Læstrigonum, Cyclopumque nefandas dapes, Circæis infecta venenis pocula, Sirenum blanda pericula, impudentisque Calypsûs penè non summœniana propudia? Tu fraternam regressus in aulam ea undequaque Scientiarum profanarum pariter, ac Sacrarum Spolia retulisti, ut non majori Sapientiæ opinione conspicuum Platonem suum olim Athenæ receperint, cùm philosophicâ expeditione populatus barbaram Sapientiam, Ægyptiorum, aut Phœnicum arcana intulit Græciæ, docuitque, quod doces: esse extra Græciam multa, quæ à Sapientiâ Græcâ, ut sint diversa, non discrepant. Quo magis contendo, à me nullum Græcorum potuisse ad hujusce censuram Operis evocari Te magis Idoneum, cui si quæ pauca multi Responsis his nostris objicient, non esse damnanda probavero, abunde erit laboribus meis utilitatis, ac præmii.

Id, ut brevissimè peragam, fas sit è vestigio coram omnibus gloriari, palamque asserere, neminem unum in Græcia tota esse, aut unquam fuisse, qui Græciam nostram me diligat magis, magisve dilexerit. Hanc, si fas esset, Vitæ ipsius impendio, calamitatibus, queis premitur, expedire, atque ad priscam dignitatem restituere, nulla mora esset, quin me Codri conditionibus dederem, poculumve Themistocleum haurirem. Neque hæc erga Gentem meam charitas studio mihi quęsita, aut longâ meditatione parata: nata mecum est, eamque præ me tuli vel à tenellis unguiculis. Eâ factum, ut semper ægerrimè tulerim, quæ malè, aut contumeliosè in Græcos dicta penes Latinos quospiam scriptores occurrunt: atque in id animum, studiumque deduxerim, ut illa omnino colligerem, expenderem, æstimarem. Videbam hercle illorum aliqua, præsertim quæ spectant ad mores, iniquissimè Nostris opposita; decernebamque jam tum, nondum aptus certamini, si quando vires affuissent, in arenam descendere, palamque docere, non impunè à sycophantis provocari Græciam, quam extinctam putarent. Ast alia, quæ ad dogmata pertinent, inficiari non poteram, quemadmodum & absurda, & dementia, & Ecclesiæ nostræ decretis, Patrum nostrorum effatis, Antiquitati nostræ penitùs absona, ita jure debellari, damnarique sapientissimè. Id porro mihi molestum atrociter; eòque revocaveram animum, ut, si fas, illum cogerem, de iis aliter censere, quàm essent; ni id posset, vel quæ absurda, inepta, impia manifestè

stè

Digitized by Google

ſtè cognoſceret, aliquâ tamen ratione defendere. Verùm cùm neque animus ex ingenio Græco liberrimus trahi ad ſervitutem turpiſſimam poſſet, negaretque Mens, tametſi vellet fucum facere Veritati, manifeſtis ineptiis patrocinium impendere, planè illud ſupererat optanti, quàcunque liceret, Græco Nomini ferre ſuppetias, ut eniterer, quæ abſurda manifeſtè videbam, nullâque vel iniquâ ope tueri poſſem, Græca eſſe negare. Affulſit piam tutelam meditanti Veritas præſens, quæ ſtatim oſtendit, Græcum eſſe non poſſe, quod ineptum, quod ſtolidum: provocavitque volentem ad eam rerum noſtrarum inquiſitionem, ex qua tandem cognoſcerem, an reipſa, quæ Græcis tribuuntur, atque à pleriſque, ut Græcæ ſententiæ reprobantur, Gens noſtra publico quandoque Suffragio receperit, docuerit, publicèque recipienda, probanda decreverit. Ubi ſeriem ſæculorum noſtrorum emenſus, ſcrutatuſque ſingula, & omnia curioſiſſimè, nihil inveni, quod abſurda illa, planèque ſtolida dogmata ad Gentem noſtram pertinere teſtaretur: Exclamare libuit, Superûmque, atque hominum fidem appellare, quòd publico Nomine Sapientiſſimæ Nationis inſcribantur, quæ privati delirarunt; quòd tribuantur Græciæ, quæ à Græcorum deterrimis aſſerta nec Græcia per ſe novit, nec unquam profeſſa eſt; quòdque in invidiam vocemur communiter ea propter, in quibus quidam (dic etiam plerique) ex Noſtris ineptiunt. Scilicet hæc ipſa Dogmata, quæ impia magis, an inficeta ſint neſcio: Hæc ipſa, inquam, Dogmata, quæ uti Græca paſſim damnantur, ante Tertiumdecimum Sæculum nullum ex Symbolis noſtris recepit, nulla Synodus noſtra probavit, nullo publico Gentis edicto Græcia conſtituit: Quemadmodum & quæ contrà definivere Latini, nullum reſpuit ex Symbolis noſtris, nulla Synodus noſtra damnavit, nullo publico edicto Gręcia rejecit. Id, quod, ut Hiſtoriæ ſileant, ut pereant Temporum monumenta, unus ex privatis illis, unde aliqui Gręciam audent ęſtimare, Demetrius Chomatenus, paulò ante captam à Latinis Conſtantinopolim qui floruit, Metropolita Bulgariæ, Vir Juriſconſultiſſimus, & à Jure noſtro receptus apertè teſtatur: quando Conſtantino Cabaſilæ Dyrrhachii Archiepiſcopo, an eſſent Latina hæc ipſa dogmata deteſtanda, interroganti reſpondet: nefas eſſe deteſtari ſententias, quas adeò nemo damnavit, ut de illis Synodicè nuſquam ſit cognitum. Fremuerit ergo eviratum illud Vardę Mancipium Photius: deſipuerit Sergius II. inſanierit poſt Cerularium Michael Anchiali, ut gregarios alios ejuſdem notę homines illaudatos pręteream. Quid horum furores, inſanię, ineptię obfuerint Gręcię, quę nuſquam ante Palęologorum Imperium de iis, quę privatim agitabantur, cognovit, nedum partibus ullis adſtipulata ſit? An porro regnantibus id egerit Palęologis, dicant periti vel leviter rerum noſtrarum. Hos penes ęſtivâ meridie clarius eſt, quatuor dumtaxat Concilia Palæologis Temporibus Generalia Gentis noſtræ celebrata: Quorum primum ſub Michaele Reſtitutore Imperii noſtri, pręſidente Joanne Vecco, Conſtantinopoli actum, cujus decretum Synodico, ut probatis Gręcâ ſententiâ Latinorum Dogmatibus, Patriarcharum Legati ad Lugdunenſe Concilium proficiſcerentur, Fideique communi ſubſcriberent; quod & factum: ſanctione publicâ Gręcię totius privatas ineptias reprobante. Secundum eadem
Con-

Constantinopolis edidit sub Seniore Andronico, Georgio Cyprio ereptum Vecco solium occupante. Sanè Concilium illud ad id coactum est, ut, quam in primo Fidem Græcia probaverat, cogeretur in secundo publicè detestari: agente propalam crudelissimo Principe, ac procurante nequissimo Patriarcha. Verùm Gręciam à recepta Christi Religione Orthodoxam semper nulla vis unquam, nulla unquam perfidia publicum Falsitati testimonium ferre coegerit: Jam ibatur in sententiam labefactaturam nostri Nominis decus, cùm evertit decretum erupturum in publicam prorsus insaniam Gręcia, per Veccum furiosis Veritatem hominibus elocuta. Hujus, pędore licèt, situque confecti, ac longo catenarum tractu macerati, voce ita Nebulones illi perculsi sunt, ut impares trahendæ ad rem suam Damasceni sententię, in seipsos tela converterint: rixatique invicem ridendum in modum, nullo decreto edito, in summâ sententiarum varietate, ac pugnâ docuerint, vel in conventu ad idipsum celebrato, non potuisse Impietatem à Gręcia propitium sibi aliquod suffragium extorquere. Jam Tertium Concilium eadem Urbs Regia dedit sub augustissimo Tritavo Tuo Joanne Cantacuzeno, pręseditque Philotheus. Verùm in eo nec de his actum, nec ullum quidpiam circa hęc aliquatenus constitutum: de nominibus Palamę, Barlaami, Acindyni, Gregorę disputatum, ac citra hęc ipsa, quę Gręcię iniquissimè imputantur, multa decreta, quæ, ut Græciam planè dedecorant, ita mox à plerisque Græcorum fuere damnata. Ita nec Tertium illud Concilium nostræ has ineptias Gentis esse conficiet, quas Quartum, postremumque sub Palęologis apertè damnavit. Florentinum hoc fuit, in quo, pręsentibus Joanne Palæologo, Byzantino Antistite Josepho, reliquarumque Sedium Legatis, ac suffragantibus, quid fuerit pronunciatum, novit olim Orbis Terrarum, quo teste, ut ut circumstantiarum momenta penes plerosque sint varia, certum est, hæc ipsa Dogmata, quæ Græca dicuntur, à Gręcia fuisse damnata, hęc ipsa Dogmata, quę Gręcia dicitur detestari, à Gręcia fuisse probata: Ut non nisi summę aut Calumnię, aut Ignorantię sit, cerebrosè contendere, nondum Gręciâ in servitutem redactâ quidquam à Græcis publicè sanctum, quod Fidei Orthodoxæ repugnet. Jam, amissa libertate, per duo prope sæcula nulla edita Synodo Gręcia planè conticuit, donec eam Calviniana perfidia (cujus nunc facetissima Charitas, propinaturum labem hæreticam Nostris in Anglia Collegium frustra designat, atque erigit, procurante Beniamino quodam Udroffio, viro bono, sed nimiæ, ut apparet ex adsumpto Stratagemate, simplicitatis) producto per Lucarim Catechismo nefario, ad inclamandum calatis Comitiis hęresi clam aditum exposcenti provocavit. Illam ob causam, exauthorato, ac debitum proditoribus supplicium Lucari passo, indicta est, nondum hoc sęculo declinante, Constantinopoli Synodus, in qua sedentibus omnium Patriarcharum cum Cyrillo Berrhoeensi Patriarcha CP. Legatis, cùm ad censuram Dogmatum Calvinianorum ventum est, à secundo omnia damnata: primum, quod Spiritus à Patre per Filium ἀιδίως Processionem definit, nulli censuræ subjectum, quasi de illo Græcia recens non dubitet, quod Antiquitas nostra vel palam, vel obsequioso silentio venerata probavit. Nec Constantinopolitanæ postremæ refragata est Ja-

sii Synodus sub Parthenio celebrata, quæ, tametsi planè testata est, Dogma illud à Constantinopolitana præteritum præter sententiam esse Orientalis Ecclesiæ, non tamen ausa est affirmare, esse contra sententiam Orientalis Ecclesiæ, ut ausa fuisset id affirmare, nihil obfutura Dogmatibus Græciæ, non Ædepol æstimandæ ex singulari suffragio Topicæ Synodi unius, quæ id, quod asseruisset, de ea Orientali Ecclesia fortassis asserere potuisset, quam illa præseferebat; de privata nimirum aliqua, & una, cujus errata Genti ex publico cognoscendæ injustè prorsus, ac nequiter tribuuntur. Ita nec Græcæ sententiæ dicendæ, quæ specioso sub nomine passim justissimè vapulant, nec Græci censendi, qui, sententias has ipsas dum tutantur, ineptiunt. Photianæ illæ Sententiæ sunt, earundemque Patroni Photiani, Eunuchi nimirum illius nequissimi Sectatores, qui primus has ipsas Sententias, ut in debellatores Impietatis suæ, ac Restitutores Ignatii Sanctissimi Patriarchæ Latinos insurgeret, privatis auspiciis, privatâ authoritate commentus est. Atque utinam hoc ipsum & verissimum, & certissimum discrimen animadvertissent primi illi, qui ineptias hujusmodi Sapientissimè refutarunt: nec fucum fecissent Genti nostræ per summam injuriam in crimen, quod nunquàm admisit, vocatæ; nec audacissimis hominibus animum addidissent, quo Græci nominis Gloriâ niterentur ad insaniam suam validiùs confirmandam. Eam ut efficaciùs à nostris Moribus, nostrisque Dogmatibus amoliantur Posteri; deinceps, me authore, imò re ipsa, factisque, quæ proximè manifesta produximus, meminerint Nostri, se se à Photianis discernere, nec irasci Latinis, si quando Nostra vituperant; quando nostro sub Nomine hactenus non nostra, sed Photiana debellarunt: ubi hæc, quæ scripsimus, legerint, expenderint, deque illis pro æquitate sua Sententiam tulerint, desituri Græca dicere, quæ Græca non sunt, quippe nullo unquam decreto confirmata Sapientissimæ Græciæ. Hujus de re sacra sive mores, sive credulitatem respiciat, eadem cum Latinis Sententia est, idem, constans, atque commune Suffragium, ut in diversissimis Ritibus una Probitas, una sit Fides, retusura perpetuò Photianam stoliditatem, cui, quod olim privatim egimus, nunc publicè bellum indicimus, acturi laboribus nostris, ut omnibus pateat, tantùm à Græco distare Photianum, quantum à Sapientissimo Stolidus.

Et id sanè bellum hoc nostro Commentario haudquaquam universim inimus. Velitamur potiùs, atque proludimus Testimonio Græciæ Sapientis, immani Operi per ingentes ærumnas nuper exantlàto, paratoque Typis, in quo Scriptores nostri, quorum aliquid extare deprehendimus, à prima Olympiade ad hæc nostra Tempora, effato suo aliquo, dictove, vel Arctoas hęreses ausas commilitium cum moribus nostris jactare; vel Calumnias, solitas nostra contemnere, præcipuè tamen Photiana Dogmata profligabunt. Interim certamen decernimus circa Ritus, ac Jura, quæ cùm ab Ordinibus, sacrâque familia maximè pendeant, meritò ad summum Ordinum caput Tractationis universæ provinciam revocamus, in qua tamen cùm plurima sint, de quibus ne Photianis quidem ipsis cum Latinis quæstio est (ita pleraque, quamvis in diversissimis Cęremoniis, congruunt) visum est, illa tantùm ad disceptationem deducere, quæ non si-

ne

Digitized by Google

ne Græciæ nostræ summo periculo disputantur. Ea porrò non Ordines ipsos respiciunt, sed Ordinum conferendorum præludia; quæ Photiana vesania ita recens, & quidem hoc sæculo, irrepentibus per Antistitum negligentiam corruptelis manifestissimis, pessum dedit, ut etiam impiarit. Egit hoc, sub initium sæculi hujusce, Maximus Margunius Cythereus Episcopus, edito Nomocanone suo Novissimo, in quo ut Latinos, quos erga se munificos minimùm expertus oderat maximè, Græciæ suæ, Photianæ nimirum, redderet detestabiles, omnia corrupit: Id, quod mox Georgius Coressius Chius Medicus Magistro deterior prosecutus est, additis ad Synopsin Nili Rhodii absurdissimis notulis, quibus eadem ferè mendacia mores nostros labefactantia complexus est; ut jam non una Veritas, ipsa turpis, ac manifesta Mendacitas in ore duorum stet: statu tamen & infirmo, &, si sors his nostris Responsis affulserit, planè caduco. Scilicet sæpe Coressium evertimus, ubique Margunium demolimur, perque ruinas molium ab his nebulonibus compactarum extructum imus *COMMUNE ECCLESIÆ UTRIUSQUE GRÆCÆ, ET LATINÆ SUFFRAGIUM* circa Ordinum Sacrorum præludia, cognoscendamque in antecaptum Mystagogiam. Id, cujus accuratè satagimus, pressis ubiquè Adversariorum vestigiis, queis ut vehementiùs insistamus, Mediusfidius teruncii non facimus religiosam censuram, quæ fortassis damnabit, quòd ab Operis Themate peregrinamur creberrimè, quòdque polliciti, nos repulsuros Photianorum ineptias obiter, idipsum fusè prosequimur. Nempe utrumque Jurium profanorum, sacrorumque Interpretibus olim licuit, quorum Rubricæ sæpè arctiùs, laxissimè sæpiùs reddunt, quod spoponderunt: & alioqui tum res ipsa, quam agimus, tum necessitas certaminis, quod inimus, utrumque nobis illud permittit amplissimè. Etenim, cùm his nostris Responsis in Photianorum utilitatem, contra quos scribimus, ex veræ Charitatis ingenio, collimemus, non erant ex Operis fronte illorum animi ab Opere deterrendi, ne auversati hostiles ab ipso ingressu paginas, quod solent, damnarent non lectas, sed potiùs τῷ ἀδιαφόρῳ Tractationis, quod ab initio jactamus, illecti legerent in Parergo, quod profitemur, quæ vel Sannas ipsorum excutiant, vel mentem revocent ad obsequium Veritatis. Ita ad Episodia nos trahit res ipsa, scopusque rei, quam sæpe relinquimus, ne inutilis sit, quem in fronte Operis cautè dissimulatum, ne in ipso nullus sit Opere, passim apertè proponimus: rati utcumque aptissimè dici ab eo, qui utcunque dicat, quem studiosè prosequitur, fine non excidit. Præsertim cùm devota diris omnibus capita illa, dudum quæ nominavimus, duo ad idipsum nos adigant. Etenim cùm à Morum, ac Rituum explanatione, quam profitentur, ad Dogmata passim transiliant, jactatâque Institutione Canonicâ, repentè in Theologiam invadant, quam, post fœdatos corruptelis turpissimis Mores, furiosis ineptiis deturpant, eòdem, quò eunt, vel invitos nos rapiunt, retusuros, quæ in exitium Commune nostræ Gentis exacuunt, rejecturosque ferociter, quæ in dedecus Græciæ totius, magnificè mentiuntur: ne nimirum, dum intra propositos à Themate terminos continemus nos, formidinis notam referat religiosa modestia, neu, dum ingesta per Photianos, obtrusaque per fas, & nefas insanien-

nientis Theologiæ deliria jejunè delibamus, infirmitati Causæ, quam tuemur, tribuatur nostra jejunitas. Uno verbo, qui hoc Opere præcipua Marguniani Nomocanonis Capita, in iis, quæ ad *PRÆNOTIONES MYSTAGOGICAS* pertinent, ex adsumpti laboris fine, propalam insectamur, ea quòcumque se saltu proripuerunt, insequimur; ut quibuscunque in latebris eadem jugulemus. Quamobrem, si cui errasse videbimur à Themate devii, is erroris qualiscunque non nos, sed hostes reos faciat, quos in jactato ab Opusculi fronte scopo profligare non possumus, quin ad diversa raptati extra propositum dimicemus.

Et hæc sunt, *ILLUSTRISSIME, ac EXCELLENTISSIME VIR*, quæ Tibi ad censuram Operis evocato præfanda censuimus, gnari Criticorum severissimos, his statim notatis, caperaturos frontem, erecturos nasum, labia compressuros: Qui tamen, si sapiunt, hac nostra Prefatione moniti dabunt veniam, quam meremur, atque in his, quæ jure excusavimus, petimus; permissâ in reliquis obloquendi licentiâ: sive Latinitatem non admodum concinnam accusent; sive spernant Eruditionem vulgarem, ac translatitiam; sive etiam acrimoniam damnent ubique asperam, semper acerbam. Fatemur enim hæc nostra Latina parum, quamvis sine importunæ obscuritatis notâ Latinè magis hæc dici non possint. Fatemur translatitia esse, quę promimus; licèt & in translatitiis hisce novum non desit aliquid, & hactenus inauditum, quòd Jura Latina Gręcis Juribus confirmamus. Fatemur denique acres nos semper, & asperos: Verùm Naturę aliquid indulgendum, quam licèt expellas furcâ, usque redibit ad genium. An Gręcus Gręco non tinget aceto omnia? pręsertim cùm non nisi stimulis, & cauterio à stoliditate prorsus inolita Photianos excutias, quibuscum quando duriùs agendum nobis est, non aliter agendum fuit cum illis quoque, qui Gręca vituperant: ne quis nos partium quadamtenus studiosos Photianus affirmet, cujus utique sanitati, atque saluti damus, quidquid ex hoc Opere non planè propitiæ Censuræ referemus, abundè contenti Benignitate Tua & Nobilissima, & Sapientissima, *CONSTANTINE CANTACUZENE*, quam ne prolixiùs fatigemus, illud postremum rogamus, ut Teque, & Celsissimum Principem Nepotem Tuum, Præsidium geminum, geminumque decus Gentis nostræ, nobis usque concilies.

Patavii III. Kal. Aprilis M. DC. XCVII.

Illustriss.[mæ] atque Excellentiss.[mæ] Magnitudinis Tuæ

Addictissimus Obsequentissimus Cliens

Nicolaus Comnenus Papadopoli Abbas S. Zenobii, & in Patavino Lycæo Canonum Sacrorum Interpres P.

SCRIPTO-

Digitized by Google

SCRIPTORUM,

Quorum Effata, vel ad authoritatem producimus, vel damnamus.

INDEX GRÆCORUM.

A

Abdias Babylonicus.
Acacius Patriarcha CP.
Æneas Platonicus
Aetius Grammaticus.
Agathias Smyrneus Historicus.
Alexander Aphrodisseus Philosophus.
Alexander Camaterus.
Alexander Trallianus.
Alexius Aristenus Canonista.
Alexius Portas Polyhistor.
Alexius Studites Patriarcha CP.
Aloysius Lollinus Episcopus Bellunensis.
Ammianus Marcellinus Historicus.
Ammonius Hermeæ Philosophus.
S. Amphilochius Archiep. Iconii.
Anastasius Archiep. Atheniensis.
Anastasius Nicænus Archiepiscopus.
S. Anastasius Synaites Antiochenus Patriarcha.
Andocides Rhetor.
S. Andreas Cretensis Metropolites.
Andreas Eudæmonjoannes Palæologus.
Andreas Paphlago Episcopus.
Andreas Pericopus
Andronicus Camaterus.
Andronicus Poeta, & Grammaticus.
Anthimus Metochites Bulgariæ Metropolita.
Anthimus Methonensis Episcopus.
Anthologium.
S. Antonius Cauleas Patriarcha CP.
Antonius Chrysochiras.
Antonius Cuboclesius.
Antonius Methonensis Episcopus.
Apollodorus Grammaticus.
Apollonius Rhodius.
Appianus Alexandrinus Historicus.
Appion, sive Apion Grammaticus.
Apulius Grammaticus.
Archigenes Medicus.
Arethas Cæsariensis Archiep.
Arethas Naxius Archiep.
Aristides Rhetor.
Aristophanes Comœdus.
Aristoteles Stagirites.
Arsenius Monachus.
Artemidorus Daldianus.
S. Asterius Amaseæ Episcopus.
S. Athanasius Alexandr. Patriarcha.
Athanasius Patriarcha CP.
Athenagoras Theologus.
Athenæus Philosophus.

B

Baphius Judex Veli IC.
Basilius Acridanus Metrop.
Basilius Archimandrita.
Basilius Monachus
S. Basilius Neocesariensis Archiep.
Basilius Scamandrenus Patriarcha CP.
Basilius Thessalonicensis Archiepisc.
Barlaam Italus Monachus.
Barlaam Monachus CP.
S. Bartholomæi Abbatis Acta.
Berosus Assyrius.
Bessarion Nicænus Archiep. Cardinalis.
Bestes Conostaulus Judex Veli IC.

C

Cajus Theologus.
Callinicus Patriarcha CP.
Callistus Naxius Monachus.
Callistus II. Patriarcha CP.
Callistus Syropulus, al. Sguropulus.
Calocyrus Monachus.
Canones Apostolorum.
Cassianus Scytha, V. Joannes.
Catumsyritus V. Joannes.
Christodulus Chartophylax.
Christophorus Angelus Calvinista.
Christophorus Campanàs Canonarcha.
Christophorus Protoasicritis.
Claudianus Alexandrinus Poeta.
Clemens Alexandrinus Stromateus.
Codinus Curopalates. V. Georgius.
Constantinus Cabasilas Dyrrhachii Metropolita.
Constantinus Chliarenus Patriarcha CP.
Constantinus Harmenopulus IC.
Constantinus Magnus Imperator.
Constantinus Meliteniotes.
Constantinus Porphyrogenitus.
Cosmas Hymnographus.
Cyprianus Monachus.
S. Cyrillus Alexandrinus Patriarcha.
S. Cyrillus Jerosolymitanus Patriarcha.
Cyrillus Lucaris Patriarcha CP.
Cyrillus Monachus.

D

Damascenus Thessalonicensis Diaconus.
Daniel Cuboclesius.
Daniel Nicænus Archiepiscopus.
Demetrius Chartophylax.
Demetrius Chomatenus Bulgariæ Metropolita.
Demetrius Cydonius Theologus.
Demetrius Syncellus.
Demetrius Thalassius.
Demosthenes Orator.
Diodorus Siculus Historicus.
Diogenes Laertius Biographus.
Dio Prussæus Historicus.
Dionysius Acindynus.
S. Dionysius Alexand Patriarcha.
S. Dionysius Areopagita.
Dionysius Corinthius Archiep.
Dionysius Patriarcha Constantinop.
Dionysius Halicarnasseus Historicus.
Dionysius Perihegetes.
Dioscorides.
Domninus Nomicus IC.
Dorotheus Mitylenæus Archiep.
Dorotheus Monembasiæ Archiep.
Dositheus Jerosolymitanus Patriarcha.
Dositheus Monachus.
Doxapater Sacellarius IC.

Eleu-

Digitized by Google

E

ELeusius Presbyter V. Georgius.
Emmanuel Caleca Theologus.
Emmanuel Charitopulus.
Ephæstion. al. Hesphæstion.
S. Ephræm Antiochenus Patriarcha.
Ephræm Chronographus.
S. Ephræm Syrus.
Epiphanius Presbyter.
Epiphanius Salaminæ Episcopus.
Euagrius Scholasticus Historicus.
Euchologion.
Eudoxius Nomicus IC.
Eumathius.
Eusebius Cæsariensis Archiep.
S. Eusebius Emessenus Episcopus.
Eustathius Antecessor. IC.
Eustathius Interpres Homeri
Eustathius Patritius.
Eustratius Interpres Aristotelis.
Eustratius Joannides Zialovuschi.
S. Euthymius Monachus.
Euthymius Monachus.
Euthymius Zigabenus.

G

GAbriel Artæ Archiepiscopus.
Gabriel Mormorius Corinthi Archiepiscopus.
Gabriel Severus Philadelphiensis Metropolita.
Galenus Medicus.
Gelasius Cyzenus Archiepisc.
Gennadius Scholarius Monachus.
Gennadius Scholarius Patriarcha CP.
Georgius Acropolites.
Georgius Bustronius.
Georgius Cedrenus Historicus.
Georgius Codinus Curopalata.
Georgius Coressius Medico-Theologus.
Georgius Corcyrensis Archiepiscop.
Georgius Logotheta.
Georgius Metochites.
Georgius Nicomediensis Metropolita.
Georgius Pachymeres.
Georgius Phrantzes.
Georgius Presbyter. al. Eleusius.
Georgius Scholasticus.
Georgius Siculus.
Georgius Syncellus.
Georgius Trapezuntius.
Georgius Xiphilinus Patriarcha CP.
Gerasimus Monachus.
Gerasimus Nicænus Archiepiscopus.
Gerasimus Protecdicus.
S. Germanus I. Patriarcha CP.
Germanus II. Patriarcha CP.
Germanus Rasoxestes Ancyranus Metropolita.
Gobidas Logotheta IC.
Gregorius Acindynus.
S. Gregorius Nazianzenus Patriarcha CP.
S. Gregorius Nyssenus Episcopus.
Gregorius Palamas.
S. Gregorius III. Papa.
Gregorius Patzo IC.
Gregorius Protosyncellus Patriarcha CP.
S. Gregorius Thaumaturgus.

H

HAgiotheodoretus Monachus IC.
Hali Rhodoam Arabs Magus.
Hegesippus Historicus.
Helias Cretensis Metropolita.
Hephæstion, alias Ephæstion.
Heraclides.
Hermias Alexandrinus. al. Ammonius.
Hermias Sozomeni. al. Sozomenus.
Herodianus Historicus.
Herodotus Historicus.
Hesychius Jerosolymitanus Presbyter.
Hieremias Patriarcha CP.
Hierotheus Chartophylax.
Hierotheus Sacellarius.
Hilarion Monachus.
Hippocrates.
Hippolytus Thebanus Chronista.
Homerus.
Hyperbius Chalcedonensis Archiep.

I

JAmblicus.
Ignatius Diaconus.
S. Ignatius Martyr Patriarch. Antiochenus.
Ignatius Monachus.
S. Ignatius Patriarcha CP.
Joannes Abbas S. Anastasiæ.
Joannes Argyropulus.
Joannes Carpathius.
Joannes Cassianus Scytha.
Joannes Catumsyritus.
S. Joannes Chrysostomus.
S. Joannes Climacus.
Joannes Colossensis.
Joannes Cuboclesius.
Joannes Cyparissiota.
Joannes Episcopus Citri.
S. Joannes Damascenus.
Joannes Glycis Patriarcha CP.
Joannes Hieromonachus Thessalonicensis.
Joannes Jerosolymitanus Patriarcha.
Jo. Jonopuli.
Joannes Lascares Rhyndacenus.
Joannes Logotheta.
Joannes Matthæus Caryophyllus.
Joannes Moschus.
Joannes VIII. Patriarcha CP.
Joannes IX. Patriarcha CP.
Joannes Peganius.
Joannes Philoponus Philosophus.
Joannes Probenus IC.
Joannes Phurnes Abbas Theologus.
Joannes Plusiadenus Archipresbyter.
Joannes Protecdicus.
Joannes Protosyncellus.
Joannes Schilitzes Curopalates.
Joannes Schilitzes Junior.
Joannes Stauracius.
Joannes Stobæus.
Joannes Tzetzes.
Joannes Veccus Patriarcha C.P.
Joannes Zonara.
Joannes Xiphilinus Patriarcha CP.
Joannicius Cassandreus Archiep.
Joannicius Cretensis Metropolita.
Joseph Briennius Monachus.
Joseph Hebræus historicus.
Joseph Methonensis Episcopus.
S. Irenæus Lugdunensis.
Isaacus Monachus.
Isaias Monachus.
Isidorus Antecessor IC.
S. Isidorus Pelusiotes.
Isocrates.
Julianus Apostata.
Justinianus Imperator.
Justinus Decadion.
S. Justinus Martyr.

L

LAonicus Chalcondyles.
Lazarus Monachus Synaites.
Leo Acridenus.
Leo Acrotatus.
Leo Allatius.
Leo Garidas, seu Zaridas IC.
Leo Magentinus.
Leo Monachus
Leo Monachus IC.
Leo Numodotes

Leo

Leo Rhyndacenus.
Leo Sapiens Imperator.
Leo Stipiotes Patriarcha CP.
Leo Xanthopulus.
Lucas Chrysoberges Patriarcha CP.
Lucianus.

M

Macarius Ancyiranus Metropolita
Macarius Hieromonachus.
Manuel Caleca. Vide Emmanuel.
Manuel Cretensis.
Manuel Malaxus.
Manuel Moschopulus.
Manuel Palæologus Imperator.
Manuel Philosophus Patriarcha CP.
Marcus Alexandrinus Patriarcha.
Marcus Eugenicus Ephesius Metropolita.
Marcus Monachus.
Marcus Mussurus Archiep. Epidaurius.
Martinus Braccharensis Archiepiscopus.
Matthæus Blastarius Monachus.
Matthæus Caleca Monachus.
Matthæus Cariophyllus Archiep. Iconiensis V. Jo. Matthæus.
Matthæus Cicala Chronographus.
Matthæus Monachus IC.
Mauroleon.
Maximus Chrysoberges.
S. Maximus Exhomologetes.
Maximus Margunius Cytherensis Episcopus.
Maximus Planudes Monachus.
Meletius Alexandrinus Patriacha.
Meletius Musuropulus,
Melissus Samius.
Menander Poeta.
Menæa.
Methodius Patarensis Archiepiscopus,
S. Methodius Exhomologetes Patriarcha CP.
Methodius II. Patriarcha CP.
Metrophanes Critopulus Alexandrinus Patriarcha.
Metrophanes Ephesius Metropolita.
Metrophanes Patriarcha CP.
Michael Anchiali Patriarcha CP.
Michael Attaliata IC.
Michael Balsamon.
Michael Cerularius Patriarcha CP.
Michael Chumnus IC.
Michael Glycas historicus.
Michael Justinianus Abbas.
Michael Methonensis Episcopus.
Michael Moschopulus.
Michael Oxites Patriarcha CP.
Michael Psellus.
Michael Psellus junior.
Michael Monachus Studites.
Modestinus Nomophylax. IC.

N

Nathanael Canopius Calvinista.
Nectarius Abbas Casulanus.
Nectarius Jerosolymitanus Patriarcha.
Nectarius Synaxariastes.
Nicæus IC.
Nicephorus Blemydes Abbas electus Patriarcha CP.
Nicephorus Callisti historicus.
Nicephorus Gregoras.
Nicephorus Melissenus Comnenus Crotoniates Episcopus.
Nicephorus Paschalea Monacus.
S. Nicephorus homologetes Patriarcha CP.
Nicephorus Philosophus Orator.
Nicephorus Sasimorum Episcopus.
Nicetas Abbas.
Nicetas Acominatus Choniates.
Nicetas Heracleensis Archiepiscopus.
Nicetas Paphlago, qui & David, Dabyrorum Episcopus.
Nicetas Pectoratus. al. Stethatus.
Nico Hypopsephius Chalcedonensis.
Nicolaus Archiep. Atheniensis.
Nicolaus Bulgari Corcyræus.
Nicolaus Cabasilas Archiep. Thessalonicensis.
Nicolaus Chrysoberges Patriarcha CP.
Nicolaus Grammaticus Patriarcha CP.
Nicolaus Heracleensis Archiepiscopus.
Nicolaus Mysticus Patriarcha CP.
Nicolaus Methonensis Episcopus.
Nicolaus Muzalon Patriarcha CP.
Nicolaus Mitylenæus Archiep.
S. Nili Abb. Cryptoferratensis Acta.
Nilus Cabasila Archiep. Thessalonicensis.
Nilus Damyla Monachus.
S. Nilus Monachus CP.
Nilus Patriarcha CP.
Nilus Rhodius Archiepiscopus.
Nonnus Panopolites.

O

Oecumenius.
Oppianus.
Origenes.

P

Pachomius Patriarcha CP.
Palladius Biographus.
Palladius Helenopoleos Episcopus.
Palæstrius Monachus.
Pantaleo Ligarides.
Papias Theologus.
Pausanias.
Petrus Arcudius Presbyter.
S. Petrus Martyr Alex Patriarcha.
Philo Carpathius Episcopus.
Philo Hebræus.
Philostratus.
Philotheus Patriarcha CP. Palamita.
Phocas Drungarius Viglæ IC.
Phocylides.
Photius Monachus.
Photius Patriarcha CP. Neophytus.
Plato.
Plutarchus.
Polybius Biographus.
Polybius Megalopolites Historicus.
Polyeuctus Patriarcha CP.
Porphyrius Tyrius Philosophus.
Proclus Lycius Diadochus.
S. Proclus Patriarcha CP.
Procopius Chartophylax.
Procopius Historicus.
Pythagoras Samius.

S

Sacrum Armamentarium.
S. Samonas Gazæus.
Scholiastes Aristophanis.
Scholiastes Euripidis.
Scholiastes Harmenopuli.
Scholiastes Homeri.
Sergius Hagiopolites.
Sergius Patriarcha CP.
Sylvester Syropulus, aliàs Sguropulus.
Simeon Logotheta.
Simeon Metaphrastes.
Simeon Thaumastorites.
Simeon Thessaloncensis Archiepiscopus.
Sisinius Patriarcha CP.
Sixtus IC.
Socrates Scholasticus.
S. Sophronius Patriarcha Jerosolymitanus.
Sozomenus. al. Hermias.
Stephanus Hagiopolites.
Stephanus Magister Judex Veli IC.
Stephanus Nomicus IC.
S. Stephanus Patriarcha CP.
Stylianus Mappa Cesariensis Archiepis.
Suidas.
Symmachus. Interpres.

T

S. Tarasius Patriarcha CP.
Thalelæus Antecessor. IC.
Theodoretus Episcopus Cyri.

Theo-

Theodorus Abbas Philosophus.
Theodorus Anagnostes, alias Lector.
Theodorus Anagnostes IC.
Theodorus Balsamon Patriarcha Antiochenus.
Theodorus Gaza.
Theodorus Metochites.
Theodorus Petron.
Theodorus Cantuariensis Archiep. Auctor Pœnitentialis.
Theodorus Prodromus.
Theodorus Prodromus junior.
S. Theodorus Studites Abbas.
S. Theophanes Agri Propositus homologetes Historicus.
S. Theophanes Hymnographus.
Theophanes Nicænus Archiepis.
S. Theophanes Syncellus.
Theophilitzes Nomicus IC.
Theophilus Alexand. Patriarcha.
Theophilus Institutor.
Theophilus Princeps Theologorum.
Theophrastus.
Theophylactus Bulgariæ Metropolita.
S. Timotheus Alexandrinus Patriarcha.
Tipucitus IC.
Thomas Diplovatazius IC.
Thomas Magister IC.
Thomas Selybriæ Episcopus.

Z.

Zacharias Gerganus Episcopus Artæ Calvinista.
S. Zacharias Papa.
Zacharias Scordilius Marapharà Vicarius Patriarchæ CP.
Zeno Æleates.
Zenodotus Philosophus.

INDEX

INDEX LATINORUM.

A

Abrahamus Bzovius.
Accursius IC.
Ado Viennensis.
Adrianus Junius Calvinista.
Adrianus I. Papa.
Adrianus VI. Papa.
Ægidius Bossius.
Ælius Spartianus.
Æmilius Probus.
Agatho Papa.
Alanus Copus.
Albericus de Maletis.
Albericus de Rosate.
Albertus Brunus.
Albertus Crantzius.
Albertus Magnus.
Albertus Trocius.
Albinus Flaccus, sive Alcuinus.
Alcorani Interpres Lutheranus.
Alexander Stiaticus.
Alexander Imolensis.
Alexander de Ales.
Alexander ab Alexandro.
Alfonsus Azevedo.
Alfonsus Bovosus.
Alfonsus Castrensis.
Alfonsus Ciacconus.
Alfonsus Hojeda.
Alfonsus Salmeron.
Alfonsus Tostatus Abulensis.
S. Algerius.
Aloysius Lippomanus.
Alvarus, sive Albarus Pelagius.
Amalarius Trevirensis.
S. Ambrosius Mediolanensis.
Ambrosius Calepinus.
Ambrosius Catherinus.
Ambrosius Morales.
Ambrosius de Vignate.
Anastasius Bibliothecarius.
Anastasius Platus.
Andreas Alciatus.
Andreas Barbatia.
Andreas Duchesnius.
Andreas ab Exea.
Andreas Gambarus.
Andreas Tiraquellus.
Angelus Aretinus.
Anicius Severinus Boethius.
Annæus Lucanus.
Annæus Seneca.
Anonymus Gallus.
S. Anselmus Cantuariensis.
Anselmus Collector.
Anselmus Laudunensis. V. Glossa.
S. Antoninus Archiep. Florentinus.
Antoninus Diana.
Antonius Augustinus.
Antonius Bernardus.
Antonius Burgos Paz.
Antonius Butrio.
Antonius Capicius.
Antonius Caucus Archiep. Corcyrensis.
Antonius Corduba.
Antonius Corsetus.
Antonius Cucchus V. M. Anton.
Antonius Gabriel.
Antonius Gomez.
Antonius Lemmius Calvinista.
Antonius de Prato Veteri.
Antonius Quessada.
Antonius Ricciullus.
Antonius Rosellus.
Antonius Salmasius Lutheranus.
Antonius Scappius.
Apponius.
Apulejus.
Archidiaconus Bononiensis V. Jo. de Baisio.
Arnaldus Albertinus.
Arias Montanus.
Arias Pinellus.
Arnobius.
Augustinus Hipponensis.
Augustinus Barbosa.
Augustinus Berous.
Augustinus Triumphus de Ancona.
Aviles Montoja.
Aulus Gellius.
Aurelius Victor.
Aymarus Rivallius.
Aymo Halberstadius.
Aymo Craveta.
Aymo Savillius.
Azo IC.

B

Balbus
Baldus de Ubaldis.
Baptista Lapus.
Baptista Platina. V. Jo.
Bartholomæus Bellinzonius.
Bartholomæus de Caregno.
Bartholomæus Carranza.
Bartholomæus Cassanæus.
Bartholomæus Cæpolla.
Bartholomæus Gavantus.
Bartholomæus Medina.
Bartholomæus Salicetus.
Bartholomæus Soccinus.
Bartholomæus Ugolinus.
Bartolus à Saxo Ferrato.
Bechanus Theologus.
Beda Venerabilis.
Benedictus Canonicus S. Petri Romæ.
Benedictus Varchius.
Bermondus.
Bernardinus de Busto.
Bernardinus Ochinus. Calvinista.
S. Bernardus Abbas Claravallensis.
Bernardus Compostellanus.
Bernardus Diaz.
Bernardus Guidus.
Bertholdus Chronistes.
Boethius V. Anicius.
Bolognettus.
S. Bonifacius Archiep. Mogunt. Martyr.
Bonifacius VIII. Papa.
Bonifacius de Vitalinis.
S. Bonaventura Cardinalis.
Bonus de Curtili.
Borgasius.
Borgninus Cavalcanus.
Breviarium Liciense.
S. Brigitta.
Brunorus à Sole.
Burchardus Uvormatiensis.
Burgo Paz. V. Antonius.
Busquequius Calvinista.

C

Cæcilius Plinius.
Cæsar Baronius Cardinalis.
Cæsar Lambertinus.
Cajus Julius Cæsar Dictator.
Camillus Borellus.
Capella Tholosana.
Capitulare Caroli Magni.
Carbo.
Carolus Alexander.
Carolus Magrius.
Carolus Molinæus Calvinista.
Carolus Ruinus.
Casimirus Oudinus.
Cassiodorus VC.
Castaldus.
Castellianus Cotta.
Catullus Veronensis.
Centuriatores Magdeburgenses.
Chovernovius.

Digitized by Google

Claudianus Mamertus.
Claudius Salmasius Calvinista.
Claudius Pseudominister Calvinista.
Claudius Spencæus, vel Espencæus.
S. Clemens I. Papa.
Clemens V. Papa.
S. Cœlestinus I. Papa.
Cœlius Rhodiginus.
Coninchus Theologus.
Conradus Brunus.
Conradus Marchio Montisferrati.
Constantinus Cajetanus.
Cornelius Agrippa Magus.
Cornelius Benincasa.
Cornelius Celsus.
Cornelius à Lapide.
S. Cornelius Papa.
Cornelius Tacitus.
Corneus.
Cosmas Guimier.
Cresconius Collector.
Cynus Pistoriensis.
S. Cyprianus Carthaginensis Martyr.

D

DAvid Hæschelius Lutheranus.
S. Damascenus Papa.
De Capite Fontium.
Desiderius V. Erasmus.
Didacus ab Alava.
Didacus Cantera.
Didacus Covarruvias.
Didacus Perez.
Didacus Spino.
Dionysius Chartusianus.
Dionysius Petavius.
Ditmarus Marspurgensis.
Dominicus Bagnes.
Dominicus à S. Geminiano.
Dominicus Jacobatius Cardinalis.
Dominicus Magrius.
Dominicus Soto.

E

ERasmus Rhoterodamus.
Espencæus V. Claudius.
Eugenius IV. Papa.
Eugenius Lombardus.
Evantus Abbas.
Eymericus V. Nicolaus.

F

FAbius Benevolentius.
Faguudez Theologus.
Faustus Rejensis Episcopus.
Felicianus Ninguarda Anabaptista.
Felinus Sandæus.
Ferdinandus Vasquez Menchaca.
Flaccius Matthæus Illyricus Lutheranus.
Flaminius Chartarius.
Flaminius Parisius.
Flodoardus.
Florimundus Ræmundus.
Fortunius Garzia.
Franciscus de Accoltis Aretinus.
Franciscus Beccius.
Franciscus Combefisius.
Franciscus Conanus.
Franciscus Casonus.
Franciscus Curtius.
Franciscus Duarenus.
Franciscus Felicianus.
Franciscus Leo.
Franciscus Maria Torrigius.
Franciscus Mayrones.
Franciscus Mantica Cardinalis.
Franciscus Pegna.
Franciscus Silvius.
Franciscus Suarez.
Franciscus Squillacensis.
Franciscus Toleto Cardinalis.
Franciscus Turrianus.
Franciscus Vatablus.
Franciscus Victoria.
Franciscus Vivius.
Franciscus Zabarella Cardinalis.
Fridericus de Senis.
Fridericus Surdius.
S. Fulgentius Ruspensis.

G

GAbriel Albaspinæus.
Gabriel Biellius.
Gabriel Paleottus Cardinalis.
Gabriel Prateolus.
Gandinus.
Gaspar Caballinus.
Gaspar Calderinus.
Gaspar Ortigas.
S. Gaudentius Brixiensis Episcopus.
Gelasius I. Papa.
Gelasius II. Papa.
Gennadius Massiliensis.
Gilbertus Genebrardus.
Glaber.
Glossa Canonica.
Glossa Civilis.
Glossa Interlinearis Anselmi.
Glossa Ordinaria Hugonis à S. Caro.
Gobellinus Persona.
Gotfridus Viterbiensis.
Gratianus Monachus.
Gravatus.
S. Gregorius I. Papa.
Gregorius Sayrus.
S. Gregorius Turonensis.
Gregorius de Valentia.
Grimoaldus.
Gualfridus Monachus Schismaticus.
Guido Carmelita.
Guido Papa.
Guido de Suzaria.
Gulielmus Altisiodorensis
Gulielmus de Benedictis.
Gulielmus Bibliothecarius.
Gulielmus Budæus.
Gulielmus Cassadorus.
Gulielmus Durandus.
Gulielmus Episc. Parisiensis.
Gulielmus Laudensis.
Gulielmus Occam Schismaticus.
Gulielmus Rinaldus Archiep. Lugdunensis.
Gulielmus Tyrius Archiepisc.
Gulielmus Xylander Lutheranus.
Gundisalvus Illescas.
Gundisalvus à Villadiego.

H

HAlitgarius.
Haloander Calvinista.
Henricus Boich.
Henricus Bullengerus Lutheranus.
Henricus Canisius.
Henricus Canonista.
Henricus Gandavensis.
Henricus Henriquez.
Henricus Lambecius.
Henricus de Segusio Card. Hostiensis.
Henricus Spondanus.
Hermanus Busembau.
Hermanus Contractus.
S. Hieronymus.
Hieronymus Albanus Cardinalis.
Hieronymus Bolsecus.
Hieronymus Campanilis.
Hieronymus Gigas.
Hieronymus Herculanus.
Hieronymus de Monte.
Hieronymus Paulus.
Hieronymus Sengius Lutheranus.
Hieronymus Viscerus Lutheranus.
S. Hilarius Pictaviensis.
S. Hilarus Papa.
Hincmarus Rhemensis.

Hippolytus Bonacossa.
Hippolytus de Marsiliis.
Hippolytus Marsilius de Columna.
Hippolytus Riminaldus.
Honoratus Solitarius.
Horatius Flaccus.
Horatius Mandosius.
Hugo Heterianus.
Hugo Menardus.
Hugo de S. Caro Card. V. Glossa Ordinaria.
Hugo Victorinus.
Hugutio Canonista.
Humbertus Cardinalis Silvæ Candidæ.

I

Jacobus Ægidius.
Jacobus Almainus.
Jacobus Belvisius.
Jacobus Benius.
Jacobus Billius Prunæus.
Jacobus Cardinalis S. Georgii in Velabro.
Jacobus Cellarius.
Jacobus Cujaccius.
Jacobus Goarius.
Jacobus Graffius.
Jacobus Gretzerus.
Jacobus Latomus.
Jacobus Menochius.
Jacobus Naclantus.
Jacobus Pamelius.
Jacobus Perronius Cardinalis.
Jacobus Salianus.
Jacobus Sirmondus.
Jason Maynus.
Ignatius Salzedo.
S. Innocentius I. Papa.
Innocentius III. Papa.
Innocentius IV. Papa.
Joannes VIII. Papa.
Joannes XXII. Papa.
Joannes de Anania.
Joannes Andreas.
Joannes Arboreus.
Joannes Azorius.
Joannes Bernardus Calagurritanus Episc.
Joannes Bertachinus.
Joannes Bona Cardinalis.
Joannes Brentius Lutheranus.
Joannes Cabassutius.
Joannes Calderinus.
Joannes Calvinus Hæresiarcha.
Joannes Calvinus Lexicographs
Joannes Camerus Calvinista.
Joannes Campeggius.
Joannes à Capistrano.
Joannes Ciampinus.
Joannes Cochlæus.
Joannes Corrasius.
Joannes Crotus.
Joannes Diaconus.
Joannes Driedonius.
Joannes Eckius.
Joannes de Engelfredis.
Joannes Faber.
Joannes Ferro.
Joannes Fischerus Cardinalis Roffensis.
Joannes Friburgo.
Joannes Gagnæus.
Joannes Gerson.
Joannes Gratianus.
Joannes Guttierrez.
Joannes Halberstadius.
Joannes Igneus.
Joannes Imolensis.
Joannes Labacius Zuvinglianus.
Joannes Leunclavius Calvinista.
Joannes Lorinus.
Joannes de Lugo Cardinalis.
Joannes Lupi.
Joannes Major.
Joannes Martinez de Olano.
Joannes Matienco.
Joannes Medina.
Joannes Monachus.
Joannes Morinus.
Joannes Nevizanus.
Joannes Oldendorpius.
Joannes de Osma.
Joannes de Parisio.
Joannes Præpositus.
Joannes Reuclinus Capnio.
Joannes Rojas.
Joannes Sarcandus Calvinista.
Joannes Selva.
Joannes Sotomajor.
Joannes Staphilus.
Joannes Tillius.
Joannes Vanchelus.
Joannes Villanus.
Joannes Vossius Calvinista.
Joannes Uvicleffus Hæresiarcha.
Joannes Baptista Fulgosius.
Joannes Baptista Paulianus.
Joannes Baptista Platina V. Baptista.
Joannes Baptista Plotus.
Joannes Baptista à S. Severino.
Joannes Baptista Zilettus.
Joannes Franciscus Ripa.
Joannes Jacobus Frisius Lutheranus.
Joannes Laurentius Lucchesinius.
Joannes Paulus Lancellotus.
Joannes Vincentius Ondedæus.
Jodocus Damohouderius.
Jodocus Keller Calvinista.
Joseph Angles.
Joseph Maraviglia.
Joseph Maria Suaresius.
Joseph Mascardus.
S. Isidorus Hispalensis.
Julius Clarus.
Julius Paullus.
Ivo Carnotensis.
Justus Lipsius.
Juvenalis.

L

Lælius Zanchius.
Lactantius Firmianus.
Laymannus Theologus.
Lambertus Historicus.
Lampridius.
Lancellottus Corradus.
Landulfus Saxo.
Lanfrancus de Oriano.
Latinus Latinius.
Laurentius Chircovius.
Laurentius Valla.
S. Leo I. Magnus Papa.
Leo IV. Papa.
Leo IX. Papa.
Leo X. Papa.
Leo Hostiensis Cardinalis.
Leonardus Lessius.
Liber Romanorum Pontificum.
Lucas Tudensis.
Lucas de Penna.
Lucius Annæus Florus.
Lucius Annæus Seneca.
Ludovicus Avedagno.
Ludovicus Colartius.
Ludovicus Gomez.
Ludovicus Lopez.
Ludovicus Messia.
Ludovicus Molina.
Ludovicus à Paramo.
Ludovicus Romanus.
Ludovicus de Sardis.
Luitprandus.

M

Macrobius.
Marcabrunus ab Anguillara.
Marcus Ant. Cucchus.
Marcus Ant. de Dominis Calvinista.

Marcus Ant. Genuensis.
Marcus Ant. Majoraggius.
Marcus Ant. Natta.
Marcus Ant. Peregrinus.
Marcus Cato.
Marcus Leo.
Marcus Mantua.
Marcus Tullius Cicero.
Marcus Vitruvius.
Marianus Scotus.
Marianus Soccinus.
Marius Alterius.
Marquardus Canonista.
Marquardus Freherus Calvinista.
Marsilius Patavinus.
Martialis. V. Valerius.
Martinus Bulgarus.
Martinus Bucerus Lutheranus.
Martinus Chemnitius Lutheranus.
Martinus Crusius Lutheranus.
Martinus Laudensis.
Martinus Ledesmius.
Martinus Lutherus Hæresiarcha.
Martinus Navarrus.
Martinus Polonus.
Martinus del Rio.
Martinus Rulandus Lutheranus.
Martinus Vivaldus.
Massuerius.
Maturinus Bretius.
Matthæus Afflictus.
Matthæus Matthesilanus.
Matthæus Parisius.
Matthias Flaccius Illyricus Lutheranus.
S. Maximus Taurinensis.
S. Mectildis.
Melchior Cano.
Michael Medina.
Michael de Palatio.
Michael Salonus.
Michael Timotheus.
Micrologus.
Minutius Felix.
Montalvus.

N

Nellus à S. Geminiano.
Neugebaurius Lutheranus.
Nicolaus I. Papa.
Nicolaus III. Papa.
Nicolaus Bellonius.
Nicolaus Boerius.
Nicolaus à Cusa.
Nicolaus Dorbellis.
Nicolaus Eymericus.
Nicolaus Garzia.
Nicolaus Gravatus.
Nicolaus Lyranus.
Nicolaus Nonigerus.
Nicolaus Plovius.
Nicolaus Sanderus.
Nicolaus de Tudeschis Card. Abbas Panormitanus.
Nicolaus de Ubaldis.
Nonius Grammaticus.

O

Octavianus Vestrius.
Odoricus Rainaldus Continuator Baronii.
Oldradus de Ponte.
Onuphrius Panvinus.
S. Optatus Milevitanus.
Ordo Romanus.
Ovidius Naso.

P

S. Pacianus Barchinonensis.
Papyrius Masonus.
S. Paulinus Nolanus.
Paulus Burgensis.
Paulus Diaconus.
Paulus Fuscus.
Paulus Granutius.
Paulus Grillandus.
Paulus Mucantius.
Paulus Parisius.
Paulus V. Papa.
Pelbartus.
Petronius Arbiter.
Petrus de Alliaco.
Petrus de Ancharano.
Petrus de Aquila.
Petrus Arago.
Petrus de Avedagno.
Petrus Belluga.
Petrus Cenedo.
Petrus Cluniacensis Abbas.
S. Petrus Damiani Cardinalis.
Petrus Diaconus.
Petrus Follerius.
Petrus Galesinus.
Petrus Gregorius Tholosanus.
Petrus Lombardus.
Petrus Maffejus.
Petrus Magdalenus.
Petrus Martinez.
Petrus Moncada.
Petrus Paludanus.
Petrus Plaza.
Petrus Pseudomartyr Lutheranus.
Petrus Rebuffus.
Petrus Soto.
Petrus Tartareus.
Philastrius.
Philippus Decius.
Philippus Labbæus.
Philippus Melanchthon Lutheranus.
Plautus.
Plinius V. Cæcilius.
Pontius Diaconus.
Portius Latro.
Possidonius.
Primasius.
Probus Commentator Jo. Monachi.
Prosper Aquitanus.
Prosper Farinaccius.
Prudentius.
Ptolomæus Lucensis.
Pyrrhus Angelbermæus.

Q

Quinctilianus Fabius Orator.
Quinctilianus Mandosius.
Quinctus Curtius Ruffus.

R

Rabanus Maurus.
Raphael Cumanus.
Ravisius Textor.
Regulæ S. Benedicti Abb.
Repertorium Inquisitorum.
Rhegino.
Richardus Simon.
Richardus à S. Victore.
Robertus Bellarminus Cardinalis.
Robertus Maranta.
Rochus de Curte.
Rodericus Suarius.
Rodulfus Cupers.
Rodulfus Flaviacensis.
Rofredus.
Rogerius Anglicanus.
Rolandus à Valle.
Rovitius.
Ruffinus Aquilejensis.

S

Sebastianus Medices.
Seraphinus de Seraphinis.
Severus Sulpicius.
Sigisbertus.
Silvester Maurus.
Silvester Pieras.
Simon Majolus.
Speculator.
S. Siricius Papa.
Sixtus Senensis.
Solitus Archidiaconus.

Stephanus

Stephanus Aufrerius.
Stephanus Bertrandus.
Stephanus Dayoz.
Stephanus Garzia.
Stephanus Gerlachius Lutheranus.
Stephanus Gratianus.
Suetonius Tranquillus.
Summa Angelica.
Summa Armilla.
Summa Silvestrina.
Summa Tabienna.
Symmachus Papa.
Symmachus VC.

T

TAncredus Canonista.
Terricus Magister Templariorum.
Tertullianus.
Theodoricus Niemus.
Tiberius Decianus.
Tilmanus Hethusius Lutheranus.
Tindarus.
Titus Livius.
S. Thomas Aquinas.
Thomas Bonacina.
Thomas Grammatica.
Thomas Sanchez.
Thomas de Vio Cajetanus Cardinalis.
Thomas Uvaldensis.
Trullenchus.

V

VAlerius Martialis.
Udalricus Zasius.
Vegetius.
Vigilius Tapsensis.
Vincentius Ricardius.
Virgilius Maro.
Vitruvius V. Marcus.
Ulricus de Argentina.
Umbertus Locatellus.
Ursinus Biographus.
Uvejellus David Lutheranus.
Uvenceslaus Boudouvitius Calvinista.
Uvolfangus Gudlingius Lutheranus.

X

XAnthes Paguinus.

Z

ZAnchinus Ugolinus.
Zenzelinus Canonista.
S. Zephyrinus Papa.
Zosimas Comes.
S. Zosimus Papa.

INDEX CONCILIORUM GRÆCORUM.

ANcyranum.
Antiochenum.
Alexandrinum I.
Alexandrinum II.
Berythense.
Chalcedonense.
Carthaginiense VI. receptum à Græcis.
Constantinopolitanum I.
Constantinopolitanum II. quod est inter Oecumenica V.
Constantinopolitanum III. inter Oecumenica VI.
Constantinopolitanum IV. Trullanum.
Constantinopolitanum V. inter Oecumenica VIII.
Constantinopolitanum Photii, Græcis Synodus I. & II.
Constantinopolitanum sub Andronico Seniore.
Constantinopolitanum sub Joanne Andronici Junioris filio.
Constantinopolitanum sub Manuele Comneno, & Luca Patriarcha.
Constantinopolitanum sub Vecco.
Constantinopolitanum sub Cyrillo Berrhœensi.
Cyprium sub Germano Amathuntis Episcopo.
Ephesinum.
Florentinum.
Gangrense.
Jerosolymitanum I.
Jerosolymitanum sub Dositheo adhuc superstite.
Lampsacenum.
Laodicenum.
Mopsvestanum.
Neocæsariense.
Nicænum I.
Nicænum II.
Quinisextum, sive Trullanum.
Quartum sub Menna.
Sardicense.
Trullanum, seu Quinisextum.

INDEX LATINORUM.

AGathense.
Antisiodorense.
Aquilejense.
Arausicanum.
Arelatense I.
Arelatense II.
Arelatense III.
Arvernense.
Aurelianense I.
Aurelianense II.
Aurelianense III.
Aurelianense IV.
Basileense.
Bracharense I.
Bracharense II.
Bracharense III.
Cabilonense.
Cæsaraugustanum.
Carpenstoratense.
Carthaginiense sub Cypriano.
Carthaginiense I.
Carthaginiense II.
Carthaginiense III.
Carthaginiense IV.
Carthaginiense V.
Carthaginiense VI. sive Africanum.
Coloniense.
Constantiense.
Eliberinum.
Epaunense.
Erphordiense.
Gallicanum sub Zacharia.
Hispalense I.
Hispalense II.
Ilerdense.
Lateranense I.
Lateranense II.
Lateranense III.
Lateranense sub Alex. III.
Lateranense sub Innoc. III.
Liciense.
Matisconiense I.
Matisconiense II.
Milevitanum.
Moguntinum.
Nannetense.
Parisiense.
Rhemense.
Romanum I.
Romanum II.
Romanum III.
Romanum IV.
Romanum V.
Tarraconense I.
Tarraconense II.
Taurinense.
Telense.
Triburiense.
Toletanum I.
Toletanum II.
Toletanum III.
Toletanum IV.
Toletanum V.
Toletanum VI.
Toletanum VII.
Toletanum VIII.
Toletanum IX.
Toletanum X.
Toletanum XI.
Tridentinum.
Valentinum Gallicum.
Veneticum.
Viennense.
Uvermeriense.
Uvormatiense.

SYNO-

Digitized by Google

SYNOPSIS OPERIS

Responsum I.

De Oratione, Jejunio, & Examine agendis ante Ordinationes, & Obiter de Purgatorio.

Summarium Initii pag. 1. & seq.

GRæcorum à moribus Apostolicis recessus in multis. n. 1. Occasio Responsi, & ratio Operis n. 2. Ejusdem auspicatio n. 3. Ordinum à Græcis collatorum Ritus legitimi n. 4. Utrum Græci Minores Ordines distinctos agnoscant. n. 5. Præter Lectoratum Minores Ordines cæteri Græcis ignoti. n. 6. Græci in uno Lectoratu cæteros Ordines Minores conferunt. n. 7. Apostolorum in conferendis Ordinibus diligentia. n. 8. Quatuor ab illis præmitti Ordinationibus solita. n. 9. Ordo ab iisdem usurpatus in quatuor illis præmittendis. n. 10. Cur etiam post Prophetias examen addere consueverint. Credulitas nimiæ mala. n. 11.

Summarium Sect. I. de Precibus pag. 4. col. 1. & seq.

EX relatis quatuor præmittendis tria tantùm retinuit Ecclesia, & in primis preces. n. 1. Græci eas præmisere semper ex vetusta Traditione. n. 2. Idem mos Latinis. n. 3. Græcorum dicacitas in Latinos reprobatur. n. 4. Hominum dementia reprehendentium, quæ ipsi peccant. n. 5. Orandum esse in omni negotio, præsertim si necessarium sit. n. 6. Necessitas Ecclesiæ ex Ordinationibus. n. 7. Explicantur DD. asserentes, non esse necessarios Ecclesiæ Ordines. n. 8. Ordinatio quanti periculi sit Ecclesiæ. n. 9. Nihil obfuere Ecclesiæ Persecutiones Ethnicorum. n. 10. Sacerdotum impietas quanti steterit Ecclesiæ. n. 11.

Summarium Sect. II. de Jejunio pag. 7. col. 2. & seq.

JEjunii, ac precum societas, & vis. n. 1. Jejunium Ordinationibus præmittendum, probatur argumento communi. n. 2. Idem probatur authoritate prima Photianorum. n. 3. Explicatur locus Magentini. n. 4. Proponitur secunda Photianorum authoritas. n. 5. Proponitur eorundem tertia. n. 6. Refellitur imperitia, & nequitia Margunii. n. 7. Proponitur quarta authoritas ex eodem Margunio. n. 8. Idem ostenditur ratione. n. 9. Evincitur insania Margunii. n. 10. Latini Græcos non vituperant, quòd non jejunent ante Ordinationes. n. 11. Respondetur objectioni ex loco S. Leonis I. n. 12.

Summarium Sect. III. de Jejuniis Photianorum, & Sabbati. pag. 12. col. 1. 2. & seq.

MEndacium Margunii negantis, jejunia usitata Latinis. n. 1. Nullum esse penes Photianos jejunium; hoc quid sit. n. 2. In jejunio semel cibum sumere, fas esse. n. 3. Ostenditur Mos Græcorum præmittendi Ordinationibus jejunium. n. 4. Calumnia Margunii, & impietas Coressii. n. 5. Græcos consuevisse, uti jejunio etiam Sabbato, si quando die Dominico Ordines conferebant. n. 6. Legem latam ex causa temporaria posse antiquari. n. 7. Lex etiam Euangelica aliquando, causa cessante, cessat. n. 8. Cur vetitum sabbato jejunium. Refertur Sententia Margunii. n. 9. Ea refellitur, & explicatur locus Euangelii de Christi Servatoris Anastasi. n. 10. Vera causa vetiti Sabbato jejunii. n. 11. Trullanæ Synodi protervia. Quanta ejus authoritas. Ejusdem censura. n. 12. Jejunium ex causa etiam Græcis Sabbato licuisse. n. 13.

Summarium Sectio. IV. Causa Jejunii Sabbatarii altera perpenditur. pag. 18. col. 2. & seq.

PRoponitur Sententia Margunii. n. 1. Ratio digressionis à Themate dissertationis. n. 2. Quæ fuerit hæresis Collutbianorum, & Apollinarianorum; quæque utriusque hæresis dogmata. n. 3. Græco Jure licere, quocunque tempore, quæ pertinent ad Pœnitentiam, usurpare. n. 4. Sabbatarii Jejunii mos Latinis antiquissimus, ejusque aliæ causæ. n. 5. Scopus impiæ sententiæ, quam tuetur Margunius, & ejus de animis defunctorum Opinio. n. 6. Margunii perfidia, mendacitas, & ignorantia. n. 7. & seq.

Summarium Sect. V. Preces pro Mortuis illis esse perutiles. pag. 23. col. 1. & seq.

LOcus Machabæorum conclusionis auspex. n. 1. Ejusdem loci interpretatio à Photianis petita. n. 2. Verba Pauli Apostoli à Photianis explicata. n. 3. ex illis roboratur conclusio. n. 4. Eadem confirmatur Patrum antiquorum sententiâ. n. 5. Enumerantur cæteri Patres eandem Sententiam tutati. n. 6. Photianorum ad id authoritas vetustiorum. n. 7. Recentiorum idem suffragium. n. 8. Ecclesiæ nostræ consensus. n. 9. Ritus Ecclesiæ nostræ considerantur. n. 10. Officium Mortuale idipsum constituens, respondeturque calumniis hostium nostrorum. n. 11. Margunii fides tribuentis Latinis sententias hæreticorum. n. 12. Latinæ Ecclesiæ cum Græca consensus. n. 13.

Summarium Sect. VI. Preces, & Sacrificia non omnibus Mortuis prodesse. pag. 30. col. 1. & seq.

COnstituitur Orthodoxa conclusio, & ejus pars altera probatur. n. 1. Adducitur Græcorum authoritas, & explicatur Chrysostomus. n. 2. Proponitur pars altera conclusionis, & Photianorum Sententia.

tia. n. 3. Inconstantia Severi Philadelphiensis, & Meletii Alexandrini Patriarchæ. 4. Probatur, damnatis non prodesse preces Ecclesiæ. 5. Refutatur prima Photianorum responsio, & confirmatur conclusio. 6. Refutatur secunda eorundem responsio, & redditur ratio, cur Ecclesia universim oret pro Mortuis. 7. Objectio Nicetæ Pectorati ex Augustino, & Chrysostomo. 8. Ea refellitur, explicato utroque Doctore. 9. Catechumenorum varietas latè proposita. 10. Objectio Meletii, & Aliorum ex Machabæis, Trajano, Falconilla, Theophilo, & aliis. 11.

Summarium Sect. VII. Respondetur ultimæ Objectioni. pag. 37. & seq.

Locus Machabæorum objectus explicatur. n. 1. Latini Græcis non adscribunt Trajani fabulam. Iidem non accusant mendacii Damascenum: de cujus oratione quid censendum. 2. Consideratur tota ratio ejus fabulæ, atque inde impugnatur. 3. Quid de ea senserit D. Thomas. 4. Quid è Revelationibus commodi capiat Trajani Salus. 5. Quanti sit authoritas Biographorum Gregorii Magni. 6. Perstringitur quorundam in Sanctissimos Patres dicacitas. 7. Damascenus ab explicationibus Bellarmini asseritur. 8. Refelluntur Photiani. 9. Peculiare Judicium statim ab obitu adstruitur. 10. Historia Theophili illustratur. 11. Damasceni pro Orthodoxa sententia Suffragium. 12.

Summarium. Sect. VIII. Asseritur Purgatorium, & Defenditur. pag. 44. & seq.

Ostenditur Sapientia Gennadii Scholarii Photianis eum calumniantibus. n. 1. Constituitur tertius post obitum animorum Status: ubi de loco Purgatorii aliqua obiter. 2. An igne purgentur Animi? 3. Probatur primè conclusio, & retunditur argutia Meletii. 4. Ejusdem protervia castigatur. 5. Photianorum in disputationibus inconstantia. 6. Purgatorium etiam Ethnicis notum, & probatum. 7. Probatur secundò conclusio argumento Platonis, ubi de discrimine peccati lethalis, & venialis. 8. Quomodo purgentur peccata post obitum, cùm ibi non sit locus pœnitentiæ. Exponitur difficultas Margunii*, & refutatur. n. 9. Probatur tertiò conclusio ex pœna, quæ debita culpæ post culpam remanet. 10. Refellitur Critopulus oppositum docens. 11. Idem probatur authoritate Patrum utriusque Ecclesiæ. 12. Probatur Conclusio quartò ex verbis Christi, quæ explicantur, additis cavillis Meletii. 13. Hi refelluntur fusè. 14. Ea verba Christi ad confirmationem Veritatis ex authoritate Coressii validiùs adducuntur. 15. Ultima Probatio ex ratione. 16. Ratio, cur Severus tertium Animorum Statum Purgatorium appellari vetat. Quomodo vocandum censeat: ejus effrons audacia. 17. Nomen Purgatorii probari ex Sacris Paginis, ex Patribus Latinis, & Græcis. 18.*

Summarium. Sect. IX. Indulgentiæ, & Jubilæus à Photianis calumniis asseruntur. p. 58. & seq.

Censura Severi Philadelphiensis: ejus in Indulgentias, & Jubilæum impietas: In Ecclesia esse potestatem indulgendi. 1. Quid sit Indulgentia. Esse in Ecclesia Thesaurum meritorum, Græca authoritate probatur. 2. Proponitur Nicolai Mystici Synchorochartion. 3. Comparantur Synchorochartia cum Indulgentiis: ubi explicatur, quid sit applicari merita Christi & SS. & ostenditur, Indulgentias in Græcia obtinuisse contra ineptias Severi. 4. Ostenditur, Synchorochartia idem esse cum Indulgentiis. 5. Discrimen Synchorochartiorum, & Indulgentiarum: & an obsit indulgentiis, & Jubilæo? Refellitur Severus, & ostenditur, Jubilæum esse utilem. 6. Proponuntur argumenta injuriosa Severi. 7. Respondetur Argumentis, & explicantur multa de Indulgentiis. 8. Confirmatur Responsio validissimè, & probatur antiquitas Indulgentiarum penes Latinos. 9. Jubilæi à Bonifacio instituti ratio. Eam omnibus sapientibus placuisse, & laudari à Coressio, cujus verba castigantur. 10. Utilitas Jubilæi proponitur, & Severus refellitur. 11. An effectus Jubilæi, & Indulgentiarum sit certus? 12. Epilogus Tractationis contra Photianos. 13.

Summarium. Sect. X. De examine. pag. 70. & Seq.

Tria consideranda in Examine, & hoc ad Episcopum pertinere. n. 1. Quæ mala ab Ordinatione profecta fuerint, Episcopo imputari. n. 2. Refelluntur Sacerdotes, qui sibi Jus hujus examinis arrogant. 3. Episcopus Jure divino tum potestate Ordinis, tum Jurisdictionis Superior est Presbyteris. 4. Mos utrique Ecclesiæ communis, ut examen hoc ad solum Episcopum pertineat. 5. Respondetur objectioni deductæ ex voce ἐξ... *6. Infertur, ad summum vocari Presbyteros, uti testes, vel approbatores, & laudatores facti. 7. Respondetur objectioni deductæ ex voce* ἐξ... *8. An Episcopus teneatur assumere aliquos Presbyteros, ut socios examinis hujus. 9. Ostenditur aliquando teneri, & quando. 10.*

RESPONSUM II.

De Vitiis in examine dispiciendis.

Summarium Sect. I. de Irregularitate. pag. 76. & seq.

Propositum responsi. n. 1. Græcorum injusti objurgatores castigantur. 2. Tria in eo, cui conferendi sunt Ordines, dispicienda. 3. Nomen Irregularitatis Græcis, & Latinis usitatum. 4. Irregularitas non solùm usu, sed etiam Ordinum susceptione interdicit. 5. Irregularitatis plurimæ Species. 6. Eæ rediguntur ad tres. 7.

Summarium Sect. II. De Digamia pag. 78. & seq.

Quid, & quotuplex sit Digamia, ejusque finitio. n. 1. Refellitur Margunius. 2. Digamia Interpretativa quæ sit, & error Margunii. 3. Refutatur error ejusmodi. 4. Esse legem rejicientem Digamos ab Ordinibus. 5. Confirmatur idipsum Jure Græco. 6. Etiam Digami interpretativi rejiciendi sunt. 7. Rationes, quibus ostenditur, Digamos rejiciendos. 8. Ratio etiam deducta ex authoritate. 9. Argumenta Margunii. 10. Ejus imperitia, & inconstantia perstringitur. 11. Respondetur Argumentis. 12. Trullanæ Synodi audacia notatur, ex qua tamen ducitur argumentum pro communi sententia. 13.

Summarium Sect. III. De Vitio Natalium, pag. 87. & seq.

Qui dicantur Naturales Jure civili. n. 1. Qui censeantur illigitimi Jure Canonico, & apud Græcos. 2. Jure Latino Naturales rejiciuntur à Sacris Ordi-

Ordinibus, & refellitur calumnia Philothei Patriarchæ CP. 3. Jure etiam Græco irregulares sunt Naturales. 4. Multiplex ad id Græcorum authoritas. ibid. Eadem Photianorum sententia. 5. Hæc irregularitas multiplici ratione confirmatur Jure tum Divino, tum humano. 6. Confirmatur ex justa præsumptione. 7. Proponitur sententia Margunii, notaturque ejus inconstantia, & nequitia. 8. Proponuntur ejus argumenta. 9. Respondetur primo, & secundo. 10. Deciditur quæstio: an pro alieno crimine puniri innocens possit? 11. Ostenditur vanitas Margunii in secundo argumento, & respondetur tertio. 12. Refellitur altera calumnia Margunii, asserentis, inter Latinos Pontifices multos Episcoporum, & Sacerdotum filios fuisse. 13. Ostenditur ejusdem mendacium affirmantis, multos ex iisdem fuisse spurios filios Pontificum. 14. Corollarium, quo ostenditur ignorantia argumentandi, & interpretandi Canones in Margunio. 15.

Summarium Sect. IV. de Vitio Ætatis. pag. 97. & seq.

Sententia Latinorum diu circa ætatem anceps tandem constituitur. n. 1. Sententia Græcorum circa eandem varia ad certos terminos revocatur. 2. Photianorum calumniæ ostendunt, inquirendum in ætatem. 3. Unde irrepserit corruptela recentiorum Photianorum circa ætatem. Author ejus Margunius. 4. Sententia Margunii circa ætatem proponitur. 5. Eadem refellitur, atque ætas Danielis consideratur. 6. Ætas D. Joannis Evangelistæ, & Pauli quæ fuerit? 7. Respondetur Margunio, & exemplis ab eo allatis. 8. Facti turpis narratio mendax Veritati restituitur. 9.

Summarium Sect. V. De Vitio conditionis, ac Rei. pag. 104. & seq.

Servos non esse initiandos, jure Latino, ac ratione probatur. n. 1. idem confirmatur jure Græco. 2. proponitur error Coressii cum rationibus suis. 3. refellitur, & rationes illius cribrantur. 4. Baptismus non liberat à Servitute. 5. obligati publicis officiis rejiciendi. 6. Notitia Publicanorum, eorumque conditio. 7. Sine titulo nemo provehendus ad sacra, de titulo Patrimonii. 8. Causa, ob quam olim Clerici certæ Ecclesiæ addicebantur. 9. Titulus Beneficii, & Ecclesiæ Græcis necessarius. 10. Ratio hujus necessitatis, & vituperatio Photianorum.

Summarium Sect. VI. De Vitio corporis. pag. 111. & seq.

Proponitur sententia Margunii, & refellitur testimonio Antiquitatis. n. 1. Vitium Corporis repellendum à Sacris Ordinibus, Juris Græci authoritate ostenditur, refellitur Margunius multa mentitus circa Apostolos. 2. Ejusdem mala fides, & Manichæismus exponitur. 3. Regula biceps decernens, quinam ex corpore vitiatis rejiciendi sint, qui non. Qui rejiciendi ex primo capite regulæ. 4. Qui rejiciendi ex secundo capite. 5. An sexus inter Vitia corporis sit? & quid de Hermaphrodito? Mendacitas Margunii patefit. 6. Eadem refellitur. 7. Obiter refutatur fabella de Joanna Papissa. 8. Ea fabella ignota Græcis, & Photianis. 9. Eadem à Photianis damnata. 10.

Summarium VII. Sect. de Vitio animi, & Illiteratis. pag. 117. & seq.

Vitium animi in mente esse, quare amentes rejiciendos ab Ordinibus. n. 1. Energumenos etiam à Sacris repellendos. 2. Quid de Illiteratis? proponitur sententia Margunii. 3. Ostenditur ignorantia Photianorum. 4. Latinorum sententia de rejiciendis illiteratis. 5. Græcorum ad idipsum suffragium. 6. Id probatur tum ratione, tum significatione sacrarum vestium. 7. Refellitur Margunius. 8. Sapientiam ubique ingeri Ministris sacrorum. 9. explanatur locus Pauli Apostoli. 10. Apostolos prius institutos, deinde initiatos. 11. Rarum non esse trahendum ad exemplum. 12. Idem etiam profana authoritate probatur. 13. concluditur contra Margunium, & Græcia ad scientias provocatur. 14.

Summarium Sect. VIII. de Neophytis. pag. 124. & seq.

Neophytus rejicitur ab Ordinibus ex sententia Latinorum. n. 1. Ignorantia est mater superbiæ, ubi explicatur locus Apostoli. 2. Quænam scientia inflet ex mente Apostoli. 3. Ecclesia repellit Neophytos ab Ordinibus. referuntur ineptiæ Photianorum. 4. Respondetur Meletio Patriarchæ. 5. Respondetur Margunio, & asseritur in Ecclesia potestas dispensandi. 6. Defenditur à Calumnia Margunii Clemens VIII. 7. Neophyti rejiciuntur à dignitatibus etiam laicis. 8. Ad quem pertineat judicare de Neophytis. 9.

Summarium Sect. IX. de Interstitiis. pag. 128. & seq.

Margunii circa interstitia sententia, & rabies in Alumnos Collegii Græcorum in Urbe. n. 1. Ejus Collegii laus, ubi Vaticinium Margunii alio Vaticinio refellitur. 2. Ostenditur servanda esse interstitia exemplo Christi, & ratione Neophyti. 3. è laicis, qui ad Ordines sacros evehuntur sine interstitiis, vocari Neophytos etiam apud Græcos. 4. Ad Episcopatum assumi laicum, Jure Græco vetitum esse. 5. Respondetur quibusdam exemplis objectis à Margunio. 6. Quid de Photio senserit Græcia. 7. Arsenii Patriarchæ CP. Ordinationem damnatam à Græcis. 8. Interstitiorum mos exemplis comprobatur. 9. Margunii error circa consuetudinem sententiâ Photii refellitur. 20. Consuetudinem non scriptam, si sit contra Canones, nullam esse ex Latinorum, Græcorum, & Photianorum sententia. 11. lex civilis contraria Canonicæ non valet: explicatur locus Nazianzeni, dolusque Margunii detegitur. 12. Variæ circa tempus Interstitiorum sententiæ. Statuitur vera. 13. Concluditur hæc doctrina, & ratio redditur, ob quam majora Græcis Interstitia decernantur, quàm Latinis. 14.

RESPONSUM III.

De Culpis, quæ rejiciunt ab Ordinibus, Ubi Obiter de Azymo.

Summarium Sect. I. Mores aliquot Græcorum defenduntur. pag. 136. & seq.

Iniqui vituperatores Græcorum castigantur. n. 1. Catumsyriti in Græcos iniquitas. Colyba quid sint. 2. Ea piè usurpari, & ab Agaparum more descendere. 3. Agapis vetitis morem Colyborum mansisse, qui & comprobatur. 4. Non censeri à Græcis irregularem eumqui Colyba non comederit. Unius Photiani dictum stultè proponi ut sententiam Græcorum. 5. Explicatur locus Margunii, & defenditur à Calumniis Catumsyriti. 6. Defenditur Græcorum mos abhorrendi à liquoribus per immunda animantia contaminatis. 7. Mos itidem

dem liquores ejusmodi expiandi probatur. 8. *Quadragenarium Sitularum numerum in expiandis liquoribus putei non esse superstitiosum*. 9. *Non censeri criminosum eum, qui nondum expiatos liquores tetigerit, aut degustavit*. 10. *Non esse irregularem Græcis eum, qui sanguinem, aut suffocatum comederit*. 11. *Harmenopuli laus*. 12. *Etiamsi Græci rejicerent à Sacris eos, qui suffocatum comedunt, non propterea damnari posse*. 13.

Summarium Sect. II. Disceptatio de Suffocato, & Sanguine. pag. 145. & seq.

Legem abstinendi se à suffocato, & Sanguine diu viguisse in Græcia, & quandiu. n. 1. *Eam postremis hisce sæculis obsolevisse*. 2. *Extra Græciam eandem diu Legem viguisse, & quandiu*. 3. *Refellitur Magrius multa mentitus in Græcos: ab his Manichæam hæresim damnari*. 4. *Ostenditur, ex Ambrosio non probari Actorum textum à Græcis corruptum, ut vetitum suffocatum probarent*. 5. *Proponuntur sensus Patrum varii circa legem, quæ suffocatum vetat*. 6. *Respondetur difficultati petitæ ex verbis Apostoli, ostenditurque, eam neutri parti contendentium favere, & qui intelligenda sit*. 7. *Exploditur enarratio suffocati Grammatica, quam Magrius somniavit*. 8. *Defenduntur à censura Magrii Origenes, Tertullianus, & Eusebius*. 9. *Idem patrocinium præstatur Minucio, & expenditur fides Breviarii Liciensis*. 10. *Responsiones Magrii petitæ ex conjecturis refelluntur, ejusque ignorantia demonstratur*. 11. *Ejusdem responsio ad authoritatem Zachariæ Pontificis Max. perpenditur, & refutatur*. 12.

Summarium Sect. III. de Eunuchis. pag. 155. & seq.

Eunuchus, cui non sponte cæsa virilitas, ab Ordinibus non repellitur. n. 1. *refelluntur Latini Græcis obtrectantes Eunuchos Patriarchas. Hi quot fuerint*. n. 2. *Quid Latinorum in Græcos maledicentia prosit. Coressius mendax, & injurius in Latinos refellitur*. 3. *Cardinalium aliquot, & Episcoporum præsertim Venetorum laus*. 4. *Eunuchus, cui Volenti secta virilitas, irregularis est: probatur juris Græci, & Latini Authoritate*. 5. *Idem probatur ratione, ostenditurque, nunquam licuisse sibi vim inferre, aut membrum sibi aliquod amputare*. 6. *Eunuchum reipsà ex castitate laudari non posse: verba Christi ad sensum metaphoricum detorquenda*. 7. *Eunuchi apud Ethnicos turpes habiti*. 8. *S. Methodium homologeten Patriarcham non fuisse Eunuchum*. 9.

Summarium Sect. IV. De Apellis: ubi quæstio de Azymis ex occasione. pag. 160. & seq.

Margunii sententia contra Apellas quò collimet. Enumerantur Photiani, qui contra Azyma scripsere. n. 1. *Constituitur, Christum in Azymo consecrasse, esse probabilissimum*. 2. *Christum consecrasse XIV. die lunæ ex Patrum nostrorum sententia: à Christo legem impletam eorundem authoritate probatur*. 3. *Proponitur Coressii responsio circa XIV. diem lunæ*. 4. *Ea refellitur*. 5. *Ex illa responsione colligi, à Christo Legem non fuisse impletam*. 6. *Pascha non potuisse celebrari à Christo XIII. die Lunæ. Proponitur difficultas Coressii*. 7. *Respondetur difficultati, eaque perpenditur*. 8. *Responsio confirmatur authoritate Chrysostomi, cujus loca explicantur*. 9. *Si Christus celebravit, XIV. in Azymo celebravit, & concluditur pro Azymis*. 10. *Proponuntur ineptiæ aliquot Severi Philadelphiensis Metropolitæ*. 11. *Respondetur primæ, explicaturque figura Christi à Melchisedec petita*. 12. *Ante Moysen Azyma fuisse in usu, & deliciis*. 13. *Respondetur difficultati petitæ à panibus Propositionis*. 14. *Ostenditur, panis simpliciter nomine etiam Azyma contineri*. 15. *Concluditur contra Severum, colligiturque, à Græco negari non posse, Eucharistiam confici ritè in Azymo*. 16.

Summarium Sect. V. Enodantur reliquæ difficultates Severi. pag. 172. & seq.

Proponuntur argumenta Severi. n. 1. *Græcos ab initio solitos in Azymis operari*. 2. *Nihil probari contra Azyma, quamvis Græci ab initio usi sint fermentato*. 3. *Fidem Christianam priùs à Latinis receptam, quàm à Græcis, priùs delatam Romam, quàm in Græciam*. 4. *Ratio, ob quam mos in fermentato faciendi inoleverit in Græcia*. 5. *An ante Alexandrum I. Pontif. Latini Azymis uterentur? Expenditur authoritas Platinæ*. 6. *An Azymis melius sit fermentatum: & cur Alexander illa suo decreto firmaverit?* 7. *Notanda aliqua circa Ebionem; & explicatur locus Epiphanii*. 8. *Etiamsi primus Alexander Azyma jusserit, id nihil obstare Veritati Orthodoxæ*. 9. *Latinorum DD. sententia affirmans diu fermentato usam Ecclesiam Romanam, expenditur: &, quid fermentum Priscis fuerit, explicatur*. 10. *Refellitur Severi calumniatrix mendacitas*. 11. *Respondetur argumento petito ex Can. Apostolico, & Laodiceno. Quatenus liceat Christiano sequi mores Judæorum*. 12. *Azyma Latinorum nihil habere cum Azymis Judæorum commune. Anachronismus Severi circa ætatem Balsamonis. Hujus quanta sit authoritas, & perfidia*. 13. *Eum, qui comederit Azyma Judæorum, licèt peccet, non esse irregularem*. 14.

Summarium Sect. VI. De Infamia abstinente ab Ordinibus. pag. 182. & seq.

Quid sit facti, & Juris infamia. n. 1. *alterutrà infamem rejiciendum ab Ordinibus*. 2. *An infamia Canonica, sive omne peccatum, repellat ab Ordinibus? Refertur sententia Critopuli nullum discrimen peccatorum constituens*. 3. *Ea sententia refellitur ratione*. 4. *ex sacris etiam Paginis ad mentem Palamæ, ac propterea recipiendis à Palamita*. 5. *Item ex Leone Acridano, cujus sententiæ censura proponitur. Dicta Critopuli ex Margunio rejiciuntur. Eandem omnibus peccatis pœnam decerni non posse*. 6. *Respondetur argumentis Critopuli*. 7. *Explicantur verba Christi, & retorquentur in Critopulum è sententia Photianorum*. 8. *Agnitum, assertumque à Photianis veniale peccatum, probatur è Sacris Paginis*. 9. *Probatur etiam ratione ducta ex Eucharistia*. 10. *Concluditur, nullo veniali peccato repelli quem ab Ordinibus*. 11. *Refellitur mendacitas Balsamonis, ostenditurque ab Ecclesia Græca nunquam fuisse damnatum Romanum Pontificem*. 12. *Constituitur, non omni mortali peccato rejici quem ab Ordinibus*. 13.

Summarium Sect. VII. de Crimine Capitali. p. 192. & seq.

Occultum crimen non rejicit ab Ordinibus: quid hoc sit: an Ecclesia judicet de occultis? n. 1. *Capitale peccatum probatum legitimè repellit. Capitale crimen dividitur. Hæresis, & Apostasis repellunt ab Ordinibus. Notatur inconstantia Margunii*. 2. *Simoniacus, & fœnerator ad Ordines sacros recipi nequit. Refellitur Margunius stans pro fœnore, quod Jure divino vetitum probatur*. 3. *Idem probatur ex Jure Euangelico, & naturali*. 4. *Proponitur ratio ad idipsum probandum*. 5. *Respon-*

Digitized by Google

spondetur difficultatibus Margunii corruptoris Scripturarum. 6. Explicatur latè locus Deuteronomii. 7. locus Evangelii explicatur, &c. 8. Scripturarum sensus ab Ecclesia petendus. 9. Ostenditur à Latinis Usuras damnari; & quid de Montibus Pietatis. 10. Enumerantur peccata Capitalia. 11.

Summarium. Sect. VIII. de Animali, seu libidinis crimine. pag. 201. & seq.

DD. & Conciliorum Latinorum sensa circa Capitale peccatum explicantur ad retundendam Photianorum audaciam. n. 1. De crimine Animali: Sodomiam obicem Ordinum esse; hancque reprobari à Latinis. 2. Incestos repelli ab Ordinibus Jure Graco. 3. Refelluntur hostes Græcorum hoc inficiati, & Margunius docens, à Latinis Incestum probari. Ostenditur oppositum. 4. Concubinarios à Latinis recipi ad Ordines: idque malè à Græcis damnari. 5. Non semper optimum eligendum esse, & ad hoc ratio. 6. Non semper Ecclesiæ Rigorem placuisse, sæpe & misericordiam, idque optimum ostenditur. 7. Refelluntur calumniæ Coressii contra Latinos, & explicatur Canon Toletani Concilii I. 8. Non damnari à Latinis Sacerdotes Græcos, quod uxores habeant: id tamen ostenditur, non esse juxta mores priscos Ecclesiæ. 9. An ex Pœnitentia obex Ordinum Oriatur? refertur sententia Margunii. 10. Describitur duplex Pœnitentia publica, & Solemnis, ex hac oriri Ordinum obicem. 11. Rejiciuntur Argumenta Margunii. 12. Sententiam nostram à Photianis recipi. Philothei Patriarchæ dementia in Apotheosi Palamæ damnatur. 13.

RESPONSUM IV.

De Vitio lenitatis rejiciente ab Ordinibus. Ubi Obiter de Potestate Ecclesiæ.

Summarium Sect. I. Barbæ, & Comæ Græcorum à Calumnia defenduntur. pag. 211. & seq.

CAlumnia in barbas, comas, & jejunia Græcorum proponitur. n. 1. non repelli Jure Græco à Sacris eos, qui piscem in Jejunio comederint. 2. An barbæ detonsio inducat penes Græcos irregularitatem. Barbæ usus apud omnes Gentes. 3. Idipsum ulteriùs comprobatur & Latinorum exemplis. 4. Ostenditur priscis moribus Græcorum, Tonsuram Clericorum & receptam, & jussam. 5. Idipsum confirmatur contra Margunium, & Tonsura Latinorum defenditur. 6. Barba Clericorum Græcorum non pertinet ad Sectam Pythagoręam. Licet Græcis ex Jure. Quæ in bonam, malamque partem trahi possunt, in bonam trahenda esse. 7. Mores Græcorum ab Ecclesia Romana probari, præsertimque quà pertinent ad jejunia. 8. Græcorum Jejunia Priscorum jejuniis simillima. 9. Græcorum in servandis jejuniis constantia. 10. Detondentes barbam, & capillum per Græcos non rejici ab Ordinibus. 11. Idem ulteriùs testimonio Græcorum confirmatur. 12.

Summarium Sect. II. Dictum Coressii de peccato Gulę. Hoc non fieri obicem Ordinibus ostenditur. p. 220. & seq.

PEccatum Gulæ ex se non rejicit ab Ordinibus. Defenditur dictum Joannis Citrii, refutaturque Coressius, & ostenditur, Irregularitatem esse Juris positivi. n. 1. Docetur Coressius, dari liberum arbitrium, & nullum peccatum naturale esse. 2. Quot modis Originale peccatum accipi possit. 3. Gulæ peccatum, etsi pertineret ad crimen Originis, non propterea majori excusatione dignum. 4. Quodnam fuerit peccatum primorum Parentum. Ostenditur fuisse Superbiam. 5. Ex superbia natam in Parentibus primis infidelitatem, & errorem. Utrunque fuisse seductum. Retunditur dicacitas quorundam, ostenditurque, hanc sententiam non repugnare Apostolo. 6. Constituitur, nullo peccato Gulæ rejici quem ab Ordinibus Jure nostro. 7. Proponuntur objecta Catumsyriti ex Nilo, & Nectario Abbate. 8. Proponitur utriusque Photiani locus. 9. Ostenditur dolus, & Malignitas Catumsyriti. 10. Contemptorem jejuniorum censeri suspectum de hæresi. 11. Abstinentiam à carnibus, piscibusque nullo modo pertinere ad sectam Pythagoręam. 12.

Summarium. Sect. III. An homicidium arceat ab Ordinibus. Et an detur in Ecclesia Gladius uterque. pag. 229. & seq.

VItio lenitatis abstineri homicidas ab Ordinibus Jure Græco probatur à fortiori. Eum, qui sanguinem hominis fuderit, ineptum esse sacris Ordinibus. n. 1. Probatur ex Jure Græco, & explicatur Canon Apostolorum. Classes Pœnitentium quæ olim fuerint. 2. Idem probatur ex Canone Niceno, cui adduntur suffragia Gręcorum Canonistarum. 3. An Latini arceant ab Ordinibus homicidas, & proponitur Calumnia Margunii. 4. An in Ecclesia sit potestas utriusque Gladii. Utranque in Ecclesia esse, operosè probatur. 5. Quomodo utraque sit in Ecclesia, an Directè utraque, an una directè, altera indirectè. 6. In Ecclesia potestas gladii temporalis non est directè. 7. Indirectam hanc potestatem esse in Ecclesia, ostenditur rejectis Bellarmini argutiis. 8. Unicuique Reipublicæ concedi, ut possit repellere, quæ noxia sunt. 9. Sine hac potestate indirecta Ecclesia non habet, quo possit sibi noxia repellere. Confusio rerum Ecclesiasticarum in Græcia ex defectu hujus potestatis, eam principibus laicis negantibus Ecclesiæ. 10. Confirmatur idipsum verbis Christi, & sententia Psaltæ. 11.

Summarium Sectionis IV. Refelluntur Argumenta Margunii pag. 236. & seq.

POtestatem temporalem, quam sibi asserit Ecclesia, non esse injuriosam Principibus laicis, ostenditur authoritate Photianorum. n. 1. Jure divino deberi laicis Principibus obsequium, ubi peccatum non est. 2. Principes Christianos se Ecclesię subjicere, ut filios decet: idque Ethnicis etiam solemne. 3. Potestatem hanc indirectam non esse in omnibus sacerdotibus probatur Margunio. 4. Non probari, defuisse Ecclesię hanc Potestatem indirectam, quòd ea diu usa non est. 5. Quomodo in Ecclesia sit uterque Gladius, latè ostenditur contra Margunium. In Ecclesia non dari potestatem fundendi Sanguinis Jure Græco probatur. 6. Respondetur Margunio ex ignobili Authore de sacerdotio Latronis è cruce pendentis blaterante Latinos omnes accusanti. 7. Rejecta explanatione loci Actorum ut à Margunio supposita, castigatur mos Photianorum fingendi, quę Latini non dixere. 8.

Summarium. Sect. V. Definitur homicidium, inquiriturque in quædam Photiana miracula. p. 241. & seq.

DEfinitur homicidium, corporis humani vivi peremptio. Ea definitio communis Gręcis, & Latinis ostenditur 1. defenditur factum Vecci Patriarchę à calumniis Photianorum. n. 1. Proponitur stultitia Margunii, & simul calumnia, probaturque, homicidium non esse, ubi non est cædes hominis. 2. Refellitur latè calumnia, & stultitia relata. 3. A Latinis non negari, quę circa Tympanitas accidunt in Gręcia. Ea vera esse, quemadmodum, & quę efficiunt Diræ Sacerdotum justę. 4. Nullum fieri

miraculum posse in confirmationem falsi dogmatis: & quid de Palama Thaumaturgo Thessalonicæ. 5. Peccatores, & hæreticos Thaumaturgos esse posse citra confirmationem peccati, aut hæresis. 6. Ratio multiplex utriusque assertionis: ostenditurque, ex Tympanitis, & aliis prodigiis Photianorum nullum damnum inferri Fidei Orthodoxæ. 7. Tympanitarum miraculum adsumptum ad confirmationem Photianismi cessasse ex narratione Photiani hominis. 8. Apud Latinos etiam post mortem excommunicatos reconciliari Ecclesiæ latè constituitur. 9.

Summarium Sect. VI. De homicidio voluntario. pag. 246. & seqq.

TRiplex homicidium proponitur; statuiturque, homicidio voluntario irregularitatem fieri. n. 1. Explicatur voluntas directa, & indirecta in patrando homicidio, & quolibet alio crimine. 2. Irregularitas ex homicidio utraque voluntate fit; si sequatur hominis cædes, secus, si non sequatur. Refellitur Philotheus Patriarcha, & Jurium nostrorum effata explicantur ex Canone Apostolorum. 3. Mandans homicidium, hoc peracto, homicida dicitur; Similiter & mandans percussionem, ex qua, præter voluntatem ejus, accidit mors. Non ita, qui nullo modo volens, aut jubens homicidium ratum habet factum injussu suo. 4. Respondetur oppositis, & confirmatur assertio. 5. Consilium dans, eoque ad homicidium inducens irregularis, & homicida est. Quid de eo, qui dat consilium aliàs perpetraturo homicidium. 6. Refellitur protervia Margunii, & respondetur ejus quæstioni. Simul constituitur, si occisus sit ex consilio non is, contra quem consilium datum est, sed is, cui datum est, eum, qui consilium dedit, irregularem esse. 7. Opem, & auxilium homicidio præstans quatenus, & quomodo, & quando censeatur irregularis ex homicidio. 8. Proponitur triplex quæstio Harmenopuli. 9. Latè disquiritur, & enucleatur, an multis concurrentibus ad idem homicidium, omnes sint irregulares, licèt non omnes percutiant, & quid tunc censendum. 10. Accuratè constituitur; quatenus, & quando irregularis sit is, quem ulturi consanguinei hostem ipsius occidunt. Si non lethali vulnere percussus injustè moriatur, percutiens irregularis edicitur. 11. Duplex abortus proponitur. An homicida, & irregularis sit dans causam abortui, quo fœtus nondum animatus ejicitur? Refellitur Margunius. 12. Constituitur, irregularem esse eum, qui dat causam Abortui fœtus animati, non eum, qui agit, ut fœtus inanimis ejiciatur. Quando fœtus animetur in utero ex Philosophorum sententia. Error quorundam Græcorum circa plures ejusdem hominis animas. 13. Is error latè refellitur. 14.

Summarium Sect. VII. Reliqua de homicidio voluntario, & de homicidio Casuali. p. 254. & seq.

AN, qui militavit, recipi possit ad Ordines? Proponuntur Sententiæ negantis argumenta à Margunio congesta. n. 1. asseritur miles recipi ad Ordines posse ex more in Græcia recepto, explicaturque Canon Nicænus. 2. Ostenditur Margunii nequitia. Explicantur Canones aliquot, DD.que dicta, ex quibus conflatur argumentum contra Margunium. 3. Latè perpenditur, quì, & quatenus, & quando, qui militavit, ab Ordinibus repellatur. Clerici militantes quando irregulares fiant, aut exauthorentur. 4. Pro homicidio casuali constituitur regula. Qui dat operam rei non licitæ, si casu occidat, irregularis est. 5. Regulæ propositæ exceptiones aliquot. 6. Limitatio regulæ, ut is, qui operam dat rei non licitæ irregularis sit, cùm res ex se tendit ad cædem hominis. 7. Qui dat operam rei licitæ, si casu occidat, irregularis non est, dummodo privatus sit. Inferuntur multa ex hac Regula. Clericos in minoribus posse Medicinam, & Chirurgiam exercere. 8. Clerici Majorum Ordinum, & Monachi, Medicina, vel Chirurgia si fungantur, irregulares sunt: idque quì, & quatenus. Provocantur Græci ad perlegenda Commentaria Latinorum. 9. Judex mortis, aut cædis, sanguinis sententiam ferens irregularis est jure Græco, & Latino. refellitur argutia Margunii. 10. Producitur ejusdem calumnia, & constituitur, non esse irregularem Clericum, si reum foro sæculari puniendum juxta Canones tradat. 11. Probatur, non esse irregularem Clericum habentem jurisdictionem laicam, si Judici laico deleget judicium sanguinis. Defenditur Synodus Constantiensis in Actis circa Joannem Husz. 12. Testis, & accusator in causa sanguinis irregularis efficitur. Refelluntur quædam ineptiæ rudiorum quorundam ex Nostris. 13. Quì, & quatenus, & quando Protestatio accusatoris, ac testis in causa sanguinis prosit, ne inepti sacris Ordinibus efficiantur. 14. An Advocati, & Causidici admittantur ad Ordines, Refelliturque Margunius asserens, hos maximè ad Ordines esse recipiendos. 15. Clericis interdici postulando: eosque omnino ab advocationibus revocandos. 16. Non omnes advocatos ab Ordinibus repellendos esse. 17.

Summarium Sect. VIII. De homicidio necessario. pagina. 264. & seq.

DUplex necessitas Actus, & ex utraque occidentem excusari authoritate Latina, & Græca, præsertim Prodromi. n. 1. authoritas Prodromi explicatur præjacta regula, qua constituitur, occisorem privatum repelli ob culpam, publicum ob notam, unde occidentem ex necessitate non repelli, confirmatur. 2. Refellitur dicacitas Coressii, cujus dictum notatur, ut ignorantia, & mendacitate plenum. 3. Explicatur decretum Constantini Chliareni Patriarchæ, & constituitur, furiosum, si occidat, non esse irregularem. 4. An ebrius occidens excusetur? hujus quæstionis pars affirmans proponitur, ubi multa de ebrietate. 5. Proponitur pars negans. 6. Resolvitur quæstio, decerniturque, quando ebrius occidens irregularis censendus sit. 7. An dormiens fiat irregularis ex homicidio inter dormiendum patrato? Ostenditur non esse, & apponitur dicti limitatio. 8. An non solitus furere, si ex præconcepta in hostem ira, dum vigilat, occidat dormiens, irregularis sit? An peccet, qui fluxum seminis in somno patitur. Ubi refellitur Coressii calumnia. 9. Homicida ex necessitate defendendi se, si id agat cum moderamine, non est irregularis: & inferuntur ad praxim multa. 10. Neque dedecus fugæ ab irregularitate excusat, neque defensio Parentum, aut propinquorum, ob id occidentem, nisi & ipse unà periclitetur. Idem de defensione bonorum. 11. Si defensioni bonorum misceatur & tutela personæ, homicidium non imputatur ad irregularitatem. 12.

Summarium Sectio IX. Error Margunii circa interfectorem uxoris, & filiæ deprehensæ in adulterio refellitur. pagina. 269. & seq.

PRoponitur sententia Margunii, ejusq; obiter inconstantia perstringitur. n. 1. proponuntur rationes probantes, licitum esse uxorem, & filiam adulteras occidere 2. Leges, quæ idipsum probavere, Græca, & Latina, enumerantur. 3. Lex civilis obligat in conscientia, & reddit licitum, quod constituit. 4. Constituitur, non licere marito, & Pa-

Digitized by Google

& Patri filiam, uxoremve occidere. Ratio Turrecrematę ex jure divino parum efficax. 5. Ratio efficax ex Jure canonico, & explicatur decretum Stephani Papę. 6. Argumentatio S. Augustini contra Margunium. 7. Primę rationi respondetur, & ostenditur, mortem adulteri jure divino Publicę potestati tantùm mandatam. 8. Quomodo, & quatenus possit maritus uxorem corrigere, & duplex ratio pœnę. 9. Vanitas secundę rationis. Argumentum ab opposito in disparatis non valere. Explicantur decreta Nicolai, & Alexandri Pontificum. 10. Explanantur aliquot Jura, & in concordiam revocantur oppositę DD. Sententię. 11. Ultimę rationi respondetur. Non posse à Lege mandari, ut occidatur quis privata authoritate. rejiciuntur alię responsiones. 12. Lex injusta non obligat. Lex permittens uxoricidium, filiarumque cędes injusta. Nulla Gens adulterio mortem decrevit, pręter Hebręos. 13. Neque Lex XII. Tabularum, neque prisca Romanorum mortem irrogat adulterio. 14. Iniquitas Legis Julię de adulteriis perpenditur, & simul verba Justiniani. 15. Jus Codicis irrogans mortem adulterio injustum, & consonum Juri divino; ejus tamen, & Authenticorum inconstantia. 16. Colligitur, occisorem uxoris, vel filię adulterę peccare, & irregularem esse.

RESPONSUM V.

De probationibus, & Testimonio: Ubi obiter de Processione Spiritus S. & Forma Eucharistiæ.

Summarium Sectio. I. Utrum Judici judicandum sit juxta allegata, & probata. pag. 280. & seq.

INitium Dissertationis: scientiam de modo instituendi examinis necessariam. n. 1. Margunii sententia simul, & calumnia 2. Quot Latini scripserint de hac Quęstione: paucos adstipulatos Margunio, ferè omnes refragari. 3. Judicem in judicio fungi officio publico: duplex in Judice scientia, multiplex etiam in Deo ratione nostrą constituitur. 4. Duplex itidem in exhomologetæ scientia. Executor licèt injustam sententiam mandare debet executioni. Judex eandem à se latam retractare non potest. 5. Ex instrumentis non productis in Judicio lata sententia nulla est: quare Judex scientiam publicam sequi debet. 6. Hoc confirmatur dictis Patrum, & Christi. 7. Sententiam nostram ab Ecclesia foveri. 8. Argumenta victa Margunii 9. his adduntur & alia. 10. Quid sit apud Apostolum agere contra fidem. Contra hanc Judex non agit, cùm ex allegatis damnat sibi notum innocentem. 11. Non mentitur Judex ex Allegatis sententiam dicens contra notitiam, quam habet. Mendacium in Judicio dictum non semper est lethale. Juramentum in levi mendacio, grande perjurii crimen esse. 12. Idem confirmatur, & proponitur mos Judicum Gręcorum ad idipsum. 13. Quid agendum Judici, cùm scit reum innocentem esse? Varię de hoc sententię, & vera proponitur. 14. Respondetur aliis objectis, & explicatur triplex notorium. 15. Qui, & quatenus executor parere debeat publicę authoritati? An damnatus ad debitum maritale reddendum sequi debeat conscientiam suam, an Judicis sententiam? 16. An scientia privata uti possit Judex ad abrogandam fidem testium. 17.

Summarium Sect. II. An, & quatenus Episcopus collaturus Ordines agere debeat ex allegatis, & probatis. pagina 290. & sequent.

EPiscopus regulariter stare debet probatis, cùm confert Ordines, vel ab illis rejicit. 1. Hęc regula exceptionem habet, cùm repulsa non derogat famę repulsi, vel imminet ex hypocrisi initiandi periculum Ecclesię. 2. Exempla ad id confirmandum ex Ario, & Gregorio Syracusano. 3. Ex privata notitia probitatis, qui publicè probatur ineptus, recipi nequit ad Ordines. Omne officium onus esse, & Onus in pœnam dari posse. 4. An Ordines in pœnam dari possint? An Clerici pręsint Laicis Jure divino? Eos à Laicis exemptos solo jure positivo humano. 5. Esse tamen in re sacra jure divino superiores Laicorum. Dignitas in pœnam dari non potest; Pœnę ratio in quo sita sit, ejusque finis. 6. Non omne onus dari in pœnam posse, neque reum criminis cogi ad Ordines recipiendos. Homo liber an, & quatenus cogi ad aliquid possit. 7. Explicatur, & illustratur regula semel malus rejecta à Coressio. 8. Hujus sententia proponitur. 9. Respondetur, eam regulam trahi etiam ad simile, & connexum, limitatur tamen in emendato. 10. Idem confirmatur exemplis. 11. Vir probus, & dignus ex necessitate Ecclesia cogi potest ad Ordines. 12.

Summarium. Sect. III. Quid sit Probatio: & obiter de Processione Spiritus Sancti ex Filio. p. 298. & seq.

PRoponitur sententia Margunii circa nomen Græcum Probationis. n. 1. Refellitur, & demonstratur, dari scientiam ex Jure. 2. Idem probatur ratione, & Jure Divino. 3. Docentur Photiani, unde sit scientia in nobis, & explicatur dictum Socratis. 4. Qua ratione verum sit, omnem peccatorem ignorare. 5. Ritè à Gręcis demonstrationem appellari probationem. refellitur hujus definitio Azoniana. 6. Eadem nota repellitur definitio Goffredi, & Recentiorum, recipiturque optima ex Baldo. 7. Rabies Margunii in eam definitionem; ejus in clarissimo Anachronismo stoliditas. Matthæus Monachus quantò antiquior Baldo. 8. Amplecti sententias Latinas, si veræ sint, non esse indecorum Graciæ: ab hac nunquam Latinos fuisse damnatos ex effato Græci IC. 9. Idem confirmatur variè, & ineluctabili authoritate Photianorum. 10. Horrendum dogma Photianorum de rebaptizandis Latinis quàm detestabile. 11. Duo Principia Spiritus S. à Latinis non constitui, Hoc etiam dato, non esse rebaptizandos. 12. Argumenta Photianorum quàm ridicula sint, hypotyposi quadam ostenditur. 13. Non inferri; ex duobus principiis Spiritus, duplex Spiritus. 14. Unam actionem ex duobus coalescentibus in unum principium esse posse, demonstratur. 15. Latini conferunt Baptisma sub trina immersione, quà immersio protenditur ad significandam etiam infusionem. Ratio hujus trinæ Immersionis ex Patribus. 16. Propriam immersionem non esse in Baptismo necessariam; sufficere etiam infusionem, probatur ex moribus Græcis. 17. Idem probatur rationibus è Jure Gręco petitis, 18. Idem constituitur authoritate IC. Gręcorum. 19. Idem confirmatur, sententia Margunii, more majorum, & Ritualibus libris. 20. Trina immersio ad ritum pertinet, sufficit una ad valorem sacramenti. Solvuntur argumenta Coressii. 21.

Summarium Sect. IV. Probationes Vulgares ingestæ à Coressio reprobantur: pag. 311. & seq.

PRoponitur sententia Coressii, ejus ignorantia, mendacitas, & imperitia. n. 1. Probationes vulgares, impię, & iniquę Deum tentant. 2. Ex illis probatur sępe falsum: probatur exemplis. Eas omni jure reprobari. 3. Proponuntur rationes Coressii. 4. Quod à lege divina solùm permittitur, potest prohiberi. Difficultas petita è Sacrificio Zelotypię. 5. Deum tentari non posse: sortes non semper tentant Deum: explicantur varia è Sacris Paginis. 6. Utrum

Digitized by Google

trum in Electione Matthiæ Apostoli usi sint sortibus? Variæ Patrum opiniones: eligitur optima, & opportuna refellendo Coressio. 7. Canones probantes has probationes reprobati sunt. Sæpe posteriores Canones abrogant priores, & emendant. 8. Ecclesia universa errare non potest, potest peculiaris aliqua. 9. Non erravunt conditores Canonum, qui abrogantur. Ratio, cur aliquando permissum, his probationibus uti. 10.

Summarium Sect. V. Quotuplex sit Probatio, & primò de Evidentia: ubi obiter de forma conficiendæ Eucharistiæ, pagina. 317. & seq.

Evidentia criminis, vel Vitii rejicit ab Ordinibus. refellitur sententia Margunii. n. 1. Evidentiam esse omnium probationum maximam. 2. Quid sit agendum ante, quàm Ordines conferantur, docet exemplum Tarasii. Verba Christi objecta contra Evidentiam explicantur. Eâ sæpe usos Apostolos. 3. Confessionem rei esse probationem fortissimam post Evidentiam. 4. Coressius, & Margunius Confessionem hanc reprobantes damnantur. Sordes Photianorum Judiciorum. 5. Omni Jure confessionem hanc probari. 6. Ejus duplex ratio describitur. 7. Sex ad eam necessaria. 8. Tria itidem ad eam necessaria. 9. Referuntur aliquot ineptiæ Photianorum. 10. Confessionem juramento firmatam æquiparari Evidentiæ, & omnino probare. Argumentum Bessarionis colligentis ex publica confessione Populi, verbis Christi confici Eucharistiam. 11. Margunii calumniæ in Bessarionem: & ejus responsio ad argumentum Bessarionis plures hæreses complexa. 12. Refellitur ea responsio. Nos non esse idem cum Christo, Christum ut hominem non esse ubique, habere duas Voluntates, Divinam, & humanam. 13. Argumento Bessarionis non niti Orthodoxam sententiam. Ea probatur primò. Sacerdos idem operatur, quod Christus, & eodem modo. 14. Christus verbis Dominicis consecravit. Id probatur ex ipsis Photianis. recentiorum scelus exponitur. 15. Idem probatur iterum effatis SS. Patrum. n. 16. & 17.

Summarium Sect. VI. Cabasilianorum enodantur difficultates pagina 327.

Sententia Cabasilianorum ex ignorantia nata. Eorum prima difficultas ex Liturgia. n. 1. Quatuor ex hac difficultate argumenta, & respondetur ultimo, ac tertio. 2. Respondetur reliquis. 3. Secunda difficultas ex verbis Damasceni, & aliorum Patrum. Scopus verborum Damasceni. 4. Infertur, sententiam Orthodoxam esse vetustissimam. Illustrantur verba Damasceni. 5. Dona consecrata posse appellari Antitypa. 6. Respondetur difficultati petitæ ex Dionysio. 7. Respondetur difficultati depromptæ ex aliis Patribus. Apostolos usos prolixis precibus in consecratione Panis. 8. Voce precum significari ipsam Liturgiam, verba Christi vim precum habere, & invocationis. 9. Rejiciuntur vituperatores Liturgiarum nostrarum. sententiam nostram esse communem Græcis, & Photianis: horum paucos adstipulari oppositæ. Testimonium Græciæ in Synodo Florentinâ. 10. Eucharistia sacrata à Cabasilianis vera Eucharistia est, & adoranda: oppositum sentientes quanti damni sint Ecclesiæ. 11. Liturgiam nostram non esse corrigendam. Explicatur duplex scandalum. 12. Theologia recens quàm inutiliter disputet. Sine scientia Canonica sæpe decipitur. rejicitur audacia quorundam Theologorum. 13. Cur preces, queis innituntur Cabasiliani, Ecclesia nostra recitet: rationes duæ. 14. Adduntur duæ aliæ, & concluditur responsum. 15.

RESPONSUM VI.

Examinis, & Testimonii reliqua.

Summarium Sect. I. De Præsumptionibus: ubi obiter de suprema Potestate Romani Pontificis. pag. 337. & seqq.

Præsumptionem esse speciem publicæ Evidentiæ. Margunius præsumptiones ignorat: ejus calumnia in Latinos: hi præsumptiones temerarias, incertas, & deductas à Natura damnant. n. 1. Præsumptio Juris quæ, ejus duplex ratio, an contra hanc sit probatio? 2. Præsumptionibus hisce utendum Episcopo in probatione, & examine Candidati. Ratio, quam propter Photiani reprobant præsumptiones. 3. Latini Potestatem Romani Pontificis non deducunt à præsumptionibus, sed à potestate Monarchicâ asserendâ in Ecclesia: ea constituitur Synodicis Patriarcharum CP. 4. Ea Synodica defenduntur ab interpretatione Margunii. 5. Ea in Marguniana interpretatione nihil conficere utile scopo, ob quem lata sunt. 6. Ex his trahitur argumentum pro Potestate summâ Papæ. Eadem est potestas in successore, & prædecessore. 7. Potestas in Petro summa probatur ex Bessarione argumento communi, & authoritate Verbi Divini. 8. Confirmatur idipsum ex Patribus Græcis, qui defenduntur à Cavillis Photianorum. 9. Idem ex clarioribus eorundem effatis, & authoritate ipsa Photianorum. 10. Romanum Pontificem esse successorem Petri. 11. Idem constituitur, rejecto Margunio, Græcorum testimonio. 12. Refelluntur ineptiæ Nili Cabasilæ, & ostenditur discrimen inter Petrum, & Successores non pertinere ad potestatem. 13. Romanum Pontificem posse appellari Apostolum. Non Apostolus potest esse successor Apostoli. Pontificem Rom. esse Pastorem, & Doctorem omnium. 14. Posse ad Insulas Orientis provehi Episcopos Orientis à Romano Pontifice, probatur authoritate Græca. Diversitas morum non infert diversitatem potestatis. 15. Immediatè conferri potestatem Rom. Pontifici à Deo, sicut & Petro. Sententia docens, potestatem Jurisdictionis immediatè à Deo dari Episcopis, est probabilis, & invidiosa minùs Romano Pontifici. 16.

Summarium Sect. II. Suprema potestas Rom. Pontificis Patrum, Conciliorum, & sæculorum authoritate comprobatur. pag. 347. & seqq.

Canon Nicænus cum explicatione Bessarionis. Uterque à vesania Margunii defenditur. n. 1. Jus appellandi Rom. Pontificem ex Sardicensi: & refellitur Severus. 2. Potestas Romana agnita à Synodis Ephesina, Chalcedonensi, cæterisque usque ad Trullanam. 3. Refellitur Coressius tribuens ex Trullanâ parem Romanæ potestatem Byzantino Episcopo. Reliquarum Synodorum fides usque ad Florentinam. 4. Idem constituitur SS. Patrum effatis, & refellitur Nectarius Jerosolymitanus. 5. Refellitur responsio Photianorum; & adducitur testimonium Chrysostomi, & Cyrilli Alex. 6. Ejusdem clarius testimonium. 7. Testimonium Theodoreti, Sozomeni, & Acacii. 8. Item Justiniani Augusti, in quo ignorantia, & nequitia Nectarii evincitur. 9. Septimi Sæculi suffragium ex Maximo Martyre. 10. Octavi sæculi fides ex Theodoro Studite. 11. Reliquorum ad nostrum sæculum Græcorum testimonia delibantur. Cerularius, & Balsamon ignorantissimi. Docti Photiani huic sententiæ vel adstipulantur, vel eam dissimulant. 12. Colligitur, malè Græcos appellari Schismaticos universim. 13. Jus appellandi Romanos Pontifices praxi perpetuâ Græcorum constituitur; & Canone Sardicensi. De ea Synodo Margunii sententia. 14. Sardicensis Oecumenica cùm sit, cur non dicitur secunda? Ejus Canones recipi

etiam

etiam à Photianis. Canon Chalcedonensis explicatur à Bessarione, ne obsit appellationi. 15. Explicatio hæc confirmatur ex notitia appellationis. Eo Canone non tribuitur Byzantino ultima appellatio. 16. Neminem reclamasse Rom. Pontificibus suprema Potestate fungentibus præter hæreticos, & damnatos homines. 17. Romanus Pont. suprema Authoritate functus in Græcia, ex inductione historica ostenditur. 18. In causa Jo. Talaidæ, & Acacii manifesta potestas Romana summa. 19. Idem evincitur in cæteris sæculis. Anacephalæosis argumenti, & refutatio inepta responsionis Margunii. 20.

Summarium Sect. III. De Probatione per Famam. Ubi Calumniæ Margunii in aulam Romanam rejiciuntur. p.360. & seq.

FAma plerunque fidem non esse præstandam, neque ex ea esse probationem. n. 1. Margunii calumniæ circa Divorum Canonizationes. Quantis probationibus eas auspicari soleat Romana Ecclesia. 2. Ex fama aliquando probationem constitui: idque quando. 3. Fama stipata adminiculis plenè probat. 4. Fama sufficit ad repulsam à Sacris Ordinibus. cùm recipitur à populo, plerumque est vera saltem ex parte. 5. Ratio, cur fama sufficiat ad repulsam. Margunii calumniæ in aulam Romanam. Ejus inconstantia perpenditur. 6. Scandala fuisse semper in Ecclesia, & Vitia: hæc non deesse Latinæ Ecclesiæ, damnari tamen. Plura esse Photianorum, & probari. à Latinis fama non contemnitur. 7. Cogitur ad considerationem Urbis Margunius; Eam ex publico æstimandam. 8. Simoniam totam apud Photianos esse. Id ostenditur verissima amplificatione, & testimonio Metochitæ. 9. Confirmatur hoc recentioribus exemplis, & testimonio Malaxi. 10.

Summarium Sect. VI. Reliquæ Margunii calumniæ refelluntur: adstruiturque, Matrimonium solvi non posse. pag. 375. & seq.

COncluditur, Simoniam non Romæ, sed apud Photianos esse. Ostenditur in bysso Romano non esse odia. n. 1. Afastus nota Purpura Romana defenditur. Olim pauperiem in pretio fuisse. Etiam à Photianis pauperiem sacri ornatus palam negligi. 2. Posse minorem Ordine majorem esse dignitate, ostenditur exemplis Græcis, & Photianis. Exocatacæli qui sint; hi licet presbyteri præsident omnibus Episcopis. 3. Concluditur jure præire Cardinales Episcopis. Qui de Cardinalibus scripserint. Ex horum dignitate non vilescere Episcopos. Quid sit vilescere, factis Photianorum ostenditur. 4. Cogitur Margunius ingredi Romam. Munificentia Rom. Pontificum illi proponitur in templo D. Petri, & Nosocomio S. Spiritus. 5. Eadem in Ptochotrophio erecto à Pontifice vivente Innocentio XII. & cæteris sumptibus Pontificum tum Romæ, tum in toto Orbe Christiano. 6. Eadem describitur proposita liberalitate Gregorii XIII. 7. Atrox calumnia Margunii ostenditur non esse verosimilis. 8. Describitur Anna Bolena, & catastrophe Henrici VIII. tum controversia de Solvendo matrimonio. 9. Constantia Pontificum inficiantium vinculi maritalis solutionem. Henrici sævities, & scelera. 10. Christi verbis probatur matrimonium solvi non posse. Responsio Photianorum. 11. Ea refellitur. Adulterii notitia. 12. Idem confirmatur verbis Christi, Pauli, & Augustini. 13. Idem constituitur effatis SS. Patrum, Apostolicis decretis, & Theologorum omnium Suffragio. 14.

Summarium Sect. V. Jure Græco constituitur probatio per testes, & horum conditiones aliquæ. pag. 383. & seq.

REtunditur calumniator Græcorum. Ostenditur Jure nostro probationem per testes esse omnium potissimam. n. 1. Refellitur Margunius, & probatur, Jure Latino probationem hanc inter præcipuas haberi. 2. Eam digniorem aliis, naturalem magis, universalissimam, & nobilissimam ex fine. 3. Propterea rejici à testimonio viles, pauperes, criminosos, & infames; idque quatenus. Coressii testimonium contra Margunium. Utile monitum Græcis, & Latinis, ne se invicem damnent. 4. Testes producendos in judicio. Fallit in examine, & probatione impedimentorum Ordinis. Eosdem à Parte producendos. An se sponte offerentes probent? Idonei probant in hoc examine, quomodocunq; proponantur. Testi non jurato non esse credendum. 5. Ignorantia Photianorum dolosa cur affirmet, testi non jurato credi posse? An ante, & post Cerularium Photiani sanctos habere potuerint? Nectarii mendacia manifesta. 6. Ex libris corruptis Sanctimoniam hominum non probari. Ex incorruptis lipsanis non rectè inferri, homines fuisse Sanctos. Ethnicorum lipsana, & aliorum incorrupta. 7. Testi non jurato deberi credulitatem aliquam. Cogi posse per judicem ad testimonium. Id non ferendum die feriata. 8.

Summarium Sect. VI. An testimonium duorum sit sufficiens in omni negotio. pag. 388. & seq.

PRoponitur quæstio simul, & Calumnia Margunii. n. 1. hæc refellitur, & ostenditur, de hoc quæstione inter Latinos controversiam esse. Margunii mira mendacitas, & ignorantia. Adulatores non esse, qui juri Divino favent. Jus Civile non habet pro vitioso testimonium duorum, nisi in testamentis. Quæ probantur Jure Civili, non omnia recipienda. Testimonium duorum sufficiens in omni negotio. 2. Verba Christi faventia adversariis recepta à Pontificibus, & D. Thoma. Silvestrum II. non fuisse Magum. Leges Civiles non esse Juri divino contrarias, & obligare. Iterum perstringitur Ignorantia Margunii. 3. Refellitur explicatio Verborum Christi ex causa, ob quam dicta sunt. 4. Idem confirmatur rejecta responsione Adversariorum. Explicantur DD. qui videntur favere iisdem. 5. Proponitur difficultas ex Canone Concilii Romani sub Silvestro. Expenditur fides Actorum ejus Concilii, ea quàm absurda sit. 6. DD. sententiæ circa eum Canonem, & alium Leonis IV. ea refelluntur. 7. Sententia Gratiani: An aliquid Sum. Pontifex arbitrari queat in Jus Divinum? 8. Sententia Gratiani refellitur. Constituitur vera responsio, & facilis. 9. An verba divina negent, sufficere unius testimonium? Sufficit hoc, cùm non agitur de præjudicio tertii, cùmque testis de facto proprio dicit, adstipulantibus indiciis. 10. Eximiis viris solis creditur citra præjudicium tertii, secus, ne ipsi quidem Pontifici Maximo. 11. Soli testi creditur ex pacto partium. Quando plus possit pactum, quàm Lex. 12. Cùm agitur de impediendo matrimonio nondum contracto, aut iterando Baptismo uni creditur. Non ita in Ordinibus. 13. Quatenus in Legatis dictum unius probet? An in Possessorio? cùm agitur de præjudicio tertii nullo modo unus probat. 14. Idipsum confirmatur, ne id liceat etiam authoritate Pontificis Max. qui tamen asseritur, posse Jus divinum interpretari. 15.

Summarium Sect. VII. Conditiones testis probaturi reliquæ describuntur. pag. 396. & seq.

IN examine Ordinum non sufficit unius testimonium Jure Græco, quod ab aliquorum calumniis asseritur. n. 1. ostenditur, morem recipiendi ad Ordines sub unius exhomologetę testimonio non obtinere ne apud ipsos Photianos quidem universim. 2. Rejecti in aliis causis testes in hoc Examine recipiuntur, infames infamia facti, criminosi, consanguinei, familiares, inimici, & accusati de crimine. 3. Fœminę ab hoc repelluntur. Repulsę causa. Calumnia recentioris in Gręcos refellitur. 4. Gynacæi in Ecclesia locus.

Ejus

Digitized by Google

Ejus an author Basilius? Quid sint Martyriç in Ecclesia Grçca. 5. *Ab eodem examine repelli excommunicatos. Margunius oppositum sentiens refellitur. Excommunicatos ne in foro laico recipi.* 6. *Confirmatur Jure Grçco, & Photiano, & perstringitur imperitia Coressii. An excommunicati sint extra Ecclesiam. Hçc an judicet de iis, qui foris sunt.* 7. *Impugnantur ineptiç Margunii, ostenditurque, non unicuique licere sacrificium offerre Deo. Etiam fçminis licuisse offerre sacrificium, non agere.* 8. *Grçcos à Latinis non censeri hçreticos, latè ostenditur.* 9. *Testimonium pro Agnatis ad Ordines agnatus ferre non potest, nec familiaris. hos & Parentes quandoque admitti in occultioribus vestigandis. Imperitia Coressii.* 10. *Ea castigatur dicto Anthimi Metochitç, & enumeratione aliarum assertionum Coressii contra leges nostras.* 11. *Parentes, & familiares non cogendi ad jusjurandum. Penes nos nunquam licuit çquivocari in Judicio. An extra Judicium liceat.* 12. *Amici, cognati, &c. recepti ad testimonium non probant plenè. Sine Jurejurando testis non probat, etiam ubi solemnitates remittuntur. Limitatur hoc in re manifesta.* 13.

Summarium Sect. VIII. An ad initia Ordinum sit necessarium Exhomologetæ Sacerdotis testimonium. pag. 404 & seq.

Sententia Photianorum docens hanc necessitatem ex Margunio, & Critopulo. n. 1. *Eadem ex Angelo, & Malaxo.* 2. *Testimonium hoc ex Margunio sufficit etiam sine Juramento. Refellitur Margunius hanc sententiam tribuens Grçciç. Non recipitur neque ab omnibus Photianis ex Jeremia Patriarcha.* 3. *Idem ex confessione Coressii reprobantis hanc corruptelam.* 4. *Hçc refellitur. Sacerdos exhomologetes non potest ferre testimonium contra filium spiritatem. Testi necessaria rei scientia. Exhomologeten ea, quç in Exhomologesi audivit, nescire.* 5. *Probatur hoc authoritate Grçca, & Photiana. Parentum testimonium non admitti contra filios.* 6. *Eadem corruptela damnatur sententia Majorum nostrorum.* 7. *Comparatio Arcani naturalis, & divini.* 8. *Hoc servandum sacerdoti etiam prçsente morte. Ei licere inficiari, quod scit, & uti ubique paralogismis. An, & quatenus consentiente reo prodere possit arcanum: qualisque sit oporteat is consensus?* 9. *Arcanum hoc Grçcis receptum esse, ex Prodromo.* 10. *Idem ex aliorum testimoniis.* 11. *Idem ex decretis Patriarcharum.* 12. *Idem ex effatis Photianorum.* 13.

Summarium Sect. IX. Testimonium Exhomologetæ inutile, sive pro, sive contra Pœnitentem. Et Respondetur Margunio. pag. 411. & seq.

Nullo jure recipi ad testimonium exhomologeten, probatur authoritate Grçca. n. 1. *Idem authoritate Latina. Protenditur ad Patrinos.* 2. *Testimonium hujusmodi ridiculum, inutile, & perniciosum. Respondetur Photianis.* 3. *Censura Coressii contra Photianam corruptelam, cujus corruptelç stultitia demonstratur.* 4. *Proponuntur rationes Margunii ex authoritate, & miraculo.* 5. *Ejus mendacitas, & dolus. Fides libelli à Margunio citati. Locus Tarasii palam corruptus.* 6. *Ejus testimonium pro corruptela Photiana. Anxietas Coressii. Ejusdem solutio impia. Laus S. Tarasii.* 7. *Mos publicæ Pœnitentiç. Sacerdos Pœnitentiarius in Cathedralibus Ecclesiis unde Originem ducat. Ejus munus antiquum quando desierit.* 8. *Publicæ Pœnitentiç mos abrogatus in Grçcia à Nectario Patriarcha CP. Causa ejus abrogationis. Ostenditur, inde originem trahere corruptelam Photianam.* 9. *Explicatur sententia Tarasii, & libelli CP. cujus sensa congrua nostræ sententiæ demonstrantur.* 10. *Corruptela Photiana orta ex ignorantia. Quando primùm cœperit.* 11. *In Grçcia etiam post Schisma Sanctos fuisse, & Thaumaturgos, perstringitur parum prudens dicacitas Baronii.* 12. *Expenditur fides Margunii, enumeranturque aliquot ejus fçdissima errata. Prodigium, quod narrat, esse manifestum mendacium sibi ipsi repugnans, & absurdum ex Chronologia.* 13. *Inauditum omnibus hoc prodigium. Cujus palmares ineptiç inconstantiam, & stultitiam Margunii comprobant.* 14.

Summarium Sect. X. An Piorum hominum animi ante generale Judicium Dei conspectu, & plena beatitate fruantur. pag. 419.

Scopus Margunii mentientis in relato miraculo. Occasio agendi de Beatitate Divorum. Hanc à tota Grçcia affirmari. Idipsum & à Photianis: horum paucos oppositum sensisse, ut & Latini aliquot. n. 1. *Ignatii Martyris testimonium pro Orthodoxa sententia. Discrimen Intelligentiç, & Voluntatis operantium.* 2. *Testimonium Dionysii. Justini locus ad idem proponitur.* 3. *Ejusdem alius receptus à Photianis. Additur testimonium apocryphum, & certum Athanasii, multiplex Basilii, Nazianzeni, & Nysseni.* 4. *Item Eusebii Cæsariensis: & Chrysostomi locus à Photianis receptus.* 5. *Aliud ejusdem, tum Epiphanii, Cyrilli utriusq; Theodoreti, Anastasii Sinaitæ, Damasceni, Andreç Cretensis, aliorumque etiam Photianorum.* 6. *Objectiones Margunii deprompte è Sacris Paginis, & Patribus, & ex ratione.* 7. *Proponitur & refellitur Severi Philadelphiensis mendacium: Theologorum quçstio, utrum Beatorum animi ante generale Judicium perfectè videant Deum. Quot, quantique hinc inde steterint.* 8. *Utraque sententia prçsidium petit ab Augustino, utraque laudatur, eligitur tamen affirmans.* 9. *Quid Grçci intelligant, cùm Deum videri posse à Creatura negant. Dolosa inconstantia Margunii. Hçresis Palamæ à Massalianis deducta. Creatura Deum non comprçhendit videndo. Hunc esse sensum Grçcorum ex Coressio. Beatitas in visione Dei.* 10. *Respondetur objectioni petitç è Sacris Paginis: Quanta in illis ignorantia Photianorum. Perfecta merces homini datur post generale Judicium. Explicatur locus Apocalypsis, & Epistolç Joannis.* 11. *Respondetur objectioni petitç à Verbis Apostoli. Quomodo dicantur Patres non accepturi repromissiones ante nos. Ex verbis Apostoli sententia Orthodoxa confirmatur.* 12. *Respondetur difficultatibus petitis à Patribus, & explicantur Irençus, & Origenes.* 13. *Explicatur Chrysostomus, & reliqui etiam Photiani, ut intelligantur de Beatitate perfecta animç simul, & corporis, sive hominis totius.* 14. *Refellitur ratio Margunii, & comprobatur sententia Orthodoxa ex libris Ecclesiasticis Grçcorum, & Photianorum.* 15. *Adnotantur loca aliquot Anthologii, quç à Grçcis, & Photianis perpetuò recitata sententiam orthodoxam palam fatentur, ac celebrant.* n. 16. *Castigatur furor Margunii ex testimonio Severi Philadelphiensis pro hac sententia, qua toti Operi finis imponitur.* n. 17.

ΠΡΟΣ

Digitized by Google

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΟΝΤΑ

Νικόλαος Βεβύλιος Ἰατροσοφιστής.

Χρήσιμος Ἥδε Βίβλος περικαλλὴς Κῆπος ἐτύχθη,
ΝΙΚΟΛΕΩΣ πινυτοῖς Ὃν πεφύτευκε πόνοις.

Τοῦτον προφρονέως φιλοπράγμων Ξεῖνε ἐσελθὼν,
Λείρια, καὶ Καρποὺς, καὶ Φυτὰ τερπνὰ λάε.

Ὅς γ' Ὀδμήν, Τέρψιν τε, Τροφήν, καὶ Κόσμον ὀρέξει.
Κὴν καλῶς φρονέῃς, οἷα Μέλισσα δρέπε.

Ἄμβροτον Ὡς Ἄλσος Τοι Ἀγήραον Ὄλβον ὀπάσσει.
Καὶ γὰρ Ἀεὶ θαλέθει Λήϊον Εὐσεβίης.

IN PRÆNOTIONES MYSTAGOGICAS NICOLAI COMNENI PAPADOPOLI ABBATIS S. ZENOBII.

EPIGRAMMA.

Græcia cum Latio pugnam commiſcuit, ex quo
Creverunt vafri Schiſmata SEMIVIRI.

Ingenti NICOLAE auſu componere lites
Tentas, & finem ponere diſſidiis.

Aſt opus egregium, ſi vis me judice pendi,
Sparget diſſidii ſemina magna novi.

Utraque namque tuo gens eſt devincta labori;
Dimicat inde, tibi debeat utra magis.

Petrus Antonius Coppà Patavinus
in Sem. Pat, Linguarum Orientalium Lector.

DE

DE PRÆMITTENDIS, AGENDISQUE NECESSARIO *ANTE* ORDINATIONES SACRAS.

Responsum I.

Ad Illustrissimum, ac Reverendissimum

MELETIUM TIPALDUM ARCHIEPISCOPUM, ET METROPOLITEN PHILADELPHIÆ.

SUMMARIUM INITII.

I. *Græcorum à moribus Apostolicis recessus in multis.*
II. *Occasio Responsi, & ratio Operis.*
III. *Ejusdem auspicatio.*
IV. *Ordinum à Græcis collatorum Ritus legitimi.*
V. *Utrum Græci minores Ordines distinctos agnoscant.*
VI. *Præter Lectoratum, minores Ordines cæteri Græcis ignoti.*
VII. *Græci in uno Lectoratu cæteros Ordines minores conferunt.*
VIII. *Apostolorum diligentia in Ordinibus conferendis.*
IX. *Quatuor ab illis præmitti Ordinationibus solita.*
X. *Ordo ab iisdem usurpari solitus in quatuor illis præmittendis.*
XI. *Cur etiam post Prophetias examen addere consueverint. Credulitatis nimiæ mala.*

I. SÆpenumerò mirari mihi contigit, Sacratissime, ac Sapientissime Antistes Meleti, quòd, cùm Græcia nostra, supra omnes Orbis Terrarum universi Gentes, traditarum sibi à Majoribus Institutionum tenacissima sit, quos profitetur mores persępè, vel in manifestissimis deserit; atque ita constitutissima penes Priscos Jura contemnit, ut, sin minus palam ex merito, certè haud palam injurià levitatis, atque inconstantiæ notam sibi à quibuspiam inhumanè, ne dicam nequiter, inustam ferre cogatur. Atque, ut profanos seponam, in moribus sacris, & ad Ecclesiæ disciplinam pertinentibus ea novitas Nostrorum quibusdam jampridem placuit, quæ, cùm nullo usquam exemplo vetustam nostræ normam Ecclesiæ referat, & probris nos Adversariorum exponit, Ritusque nostros Sanctissimos, divinasque planè cęremonias, usque ad nominis nostri manifestariam infamiam, apprimè corrupit. Neque enim ritè peragi cęremonias dicas, quæ temerè, & inconsideratè peraguntur: quæque ita ad usum è librorum Sacrorum penu à ministris nostris promuntur, ut nihil utilitatis, nihil decoris; quin imò maximum & dedecoris, & damni nostræ afferant Ecclesiæ, nostræ Genti conficiant.

II. Id ut ut sexcentis, quæ passim occurrunt, exemplis evincere, mihique ipsi vix, quæ video, credenti persuadere queam, fuit tamen, ut nuperrimè in uno liquidò, palamque cognoscerem. Nam, cùm Tuo jussu recens quidam ad Lectoris Ecclesiastici, sive, uti dicimus, Anagnostæ munus fuisset provectus: more, an vitio Gentis nostræ privatam ad trutinam revocantis, quæ publicitùs gesta sunt, statim in eam quæstionem itum est, qua vel rudibus indagandum proponebatur, an liceret cuiquam imponere manus, aut imponendas mandare, inconsultis Sacerdotibus, quorum quotidiano ministerio in Ecclesia Principe christiana mysteria celebrantur? Nec deerant, qui quasi Theologorum antistites, aut Juribus Canonum enucleandis auspicatò præpositi, fas esse negarent, Ordines cuipiam conferre, quin Sacerdotum hujusmodi suffragium præsens accederet: addebantque & illud, quo tanquam pernessarium afferebatur exhomologetæ testimonium sacerdotis. Risi primùm tantarum ineptiarum otiosus auditor: mox, ubi rem licuit altiùs rimari, eam quorundam Nostrorum imperitiam, palmaremque ignorantiam, ut in cæteris, ita & in Ordinationibus sacris, deprehendi, ut & hor-

Digitized by Google

horruerit animus malorum nostrorum originem attentiùs meditatus; & confestim decreverit aliquid scribere, quo translatitiam jamdudum quibuspiam incuriam circa res sacras, easque præsertim, unde totius Ecclesiæ salus pendet, ostenderet, sensimque Nostrorum ingeniis insinuaret, ut eam, qua nimirum maximè pollent, vim, aciemque animi ad illa cognoscenda convertant, quorum notitia fiet, ut ingenuè fateantur, unam semper fuisse utriusque Ecclesiæ consuetudinem circa præmittenda necessariò Sacris Ordinibus, quæ, cùm hactenus à Latinis constantissimè custodiantur, serventurque, ita plerisque Nostrorum obsolvere, ut pretium operæ haud exiguum sit, illa proponere, exponere, ac Juris Græci authoritate firmare: quò manifestiùs & Latini noscant, quæ à Nostris neglecta, seu perperam acta damnant, non Ecclesiæ, quam ubique Sanctissimam autumo, sed Photianorum stoliditati tribuenda; & Græci discant eos Latinorum mores vel ipsa imitatione probare, quos, si mores à Majoribus acceptos, olimque in Græcia receptos diligentiùs expenderint, non Antiquitati modò, sed Græcæ Antiquitati cognoscent maximè consentaneos.

III. Hoc præsentis, quod inimus, Operis propositum est, simulque tractandorum obiter eorum occasio; queis Photiana perstringatur insania, quæ corruptelas per ingens, manifestumque nefas in Gentem nostram invectas calumniis tuetur, amplificat ignorantia, ratas vult, atque sanctas famosis suisque dogmatibus. Quæ proindè castigabimus passim, palamque damnabimus non sine diligentia, & labore; cui exantlando vires, animumque sufficiet numerosa Tua Virtus, Antistes sacratissime, Pater optime, qui, cùm me ubique, ac semper ad illa præstanda provoces, quæ honesta, & utilia, quæ necessaria Græciæ nostræ sunt, æquum est, ut ea ipsa, quæ præsto, recipias quantò tui Nominis majestate, tui Muneris religione, tuæque sapientiæ gloria nobiliora, tantò habitura plus virium, queis mentes Nostrorum pervadant penitus, ac liberrimè mancipent Veritati. Cujus profectò in Gente nostra magister es unus, unusque in omnibus auctor, ea & sanctitate morum, & ingenii ad omnem benignitatem liberaliter instituti dexteritate, ut per Te mihi sperare subindè liceat, quæ hactenus desperanda censebam. Firmanto Superi Omen, confirmantoque spem ex Te uno conceptam: Tuque ipse, quæ mox Tibi ex Juris nostri documentis servanda laboriosè proponam, Tibi ipsi usu celebranda præcipito. Erit, ut Græcia nostra, Te auspice, sordes sibi per Photianos ingestas excutiat, restitutaque, postliminio excussæ novitatis non suæ, sacerrimæ Vetustati suæ, Tibi in primis, cui scribo, mihi deinde, qui scribo eruditura posteros nostros, iisdemque haud mediocriter profutura, gratias habeat immortales, quas dum Tibi, mihique statim ab initio Dissertationis hujusce vaticinor, manum Operi propiorem admoveo, amotoque prolixiùs præfandi otio, propositi Thematis argumentum aggredior.

IV. Illud tamen intactum volo ante, quàm pauca præmoneo; & Primò, hic à nobis minimè quæri de ipsis Ordinibus, neque Ritus illos sacerrimos ad trutinam revocari, quibus Græcorum Ecclesia planè Orthodoxa Ordines confert. Abundè illos contra recentissimorum quorundam Theologorum rudes argutias tutati alibi otiosè docuimus, ritè à Nostris agi, peragique, licèt nullum ei, qui sacris initiatur, sacrum instrumentum tradant, omnemque Cæremoniam sola manuum impositione conficiant. Scilicet usitatum Apostolis, usurpatumque, ut Impositione manuum Ordines traderentur, constat ex Actis (1) passim, singillatimque ex ipso Apostolo Paulo. (2) Ipsos quoque Latinos, imo Ecclesiam universam, nulla Instrumentorum interjecta mentione, Ordines olim manuum Impositione contulisse, manifestum ex iis est, quæ eruditè congerit Cabassutius. (3) Ut mihi, qui Cæremoniis nostris obloquitur, rituque Ordinationum mancos appellat, is, quid mores Ecclesiæ, quid Antiquitas doceat, ignorare penitus videatur: sitque prorsus supervacaneum, ulteriùs tutandis Ritibus nostris laborem impendere, quos Religionis Christianæ Proceres exemplo, Majores nostri & sanctissimi, & Sapientissimi more, ipsa etiam Romana (4) Sedes magistra omnium suffragio, probavere.

(1) *Act. cap. 6. nu. 6. c. 8. n. 17. & 19. c. 9. n. 12. & 17. c. 13. n. 3. c. 19. n. 6.*
(2) *1. ad Timo. c. 4. 14. & c. 5. 22.*
(3) *Ad Carth. Cō. IV. in append. ad Can. Ord.*
(4) *Vide Cabass. ibid. cir. med.*

V. Prætereà non abs re censeo fore, si me hìc haud acturum profitear de iis, quæ præmittenda sunt illis Ordinibus, quos Minores appellant. Etenim, præterquam quòd & à Latinis passim (1) conferuntur, nec ea Solemnitate indigent, quam sibi Sacri, majoresque Ordines vindicant; illud etiam ambiguum est, an à Nostris, eo plane modo, quo à Latinis distincti, atque invicem segreges olim fuerint recepti. Et eorum sanè rudis quædam notitia Nostris ingeritur ex Justiniani Cæsaris Novellis, ex Photii Nomocanone, ac Blastarii syntagmate, & ante hos ex Ignatio (2) Martyre, synodo Laodicena, (3) & Epiphanio (4). Ea tamen adeò & confusa est, & palam obscura, ut jure quis dubitare queat, an Ordines illi penes Nostros habiti fuerint, an quædam potius Officia Ecclesiastica nulla sacri Characteris nota conspicua. Nam & locus Ignatii inter Lectores, Janitores, & Exorcistas, Cantores, Laborantes, & Confessores enumerat, quod etiam Epiphanius præstat loco laudato; & Canon Laodicenus ita à plerisque exponitur, ut de sacerdotibus agere videatur, quibus, ut apud Nostros mos habet, exorcismum facere non licebat, nisi facta ad id ab Episcopo solemniter potestate. Cætera etiam, quæ ex Justiniano, Photio, Blastario producuntur, non videntur evincere, quos Ordines minores appellamus, uti Ordines, fuisse collatos, potius tanquam Titulos, dignitates, ac munera, qualia ab ecclesia Græca olim usurpata, extremisque neglecta sæculis quæritur inter Photianos minimùm desipiens Simeon Thessalonicensis relatus à Jacobo Goario (5) in Euchologium.

(1) *c. de eo de Temp. Ord. & ibi glos. & in c. Sane ver. ad Sacros eod. Host. in Sum. eod. n. 3.*
(2) *Epist. ad Antiochen.*
(3) *Canone 26.*
(4) *post hæres. 80.*
(5) *Ord. Lect. & Cant. not. 2. in fin.*

VI. Accedit penes antiquissimos Authores, quorum fidei plurimum tribuit Græcia nostra, horum Ordinum, uno Lectore excepto, aut taceri nomen, aut Institutionem, ut ajunt, sacramentariam pernegari: quod fas diligenter agnoscere ex ipsa synodo (1) Sardicensi, quæ Ordinationes enumerans, per quas gradatim ad Episcopatum itur, meminit quidem Lectoris, Hypodiaconi, Diaconi, atque Presbyteri, Janitoris verò, Exorcistæ, Acoluthi nomina miro silentio præterit. Idem clariùs etiam evincitur ex ipsa Damasceni (2) sententia, qui principia rebus in omnibus investigans, cùm ad Ordines venit, sic loquitur: ἐξ ὧν τάξιν, ὡς ὁρᾶτε τὸ τῆς ἀναγκαίας ἀξίωμα, οὕτω

(1) *Canone 10.*
(2) *Dial. contra Manich.*

ὑπο-

ὑποδιάκονος, εἶτα διάκονος, καὶ ἔτι πρεσβύτερος, καὶ τέλος ἐπίσκοπος. *Principium est etiam secundum Ordines, veluti primus gradus est lectoris, deinde Hypodiaconi, deinde Diaconi, tum Presbyteri, & tandem Episcopi.* Addit opinioni Græcorum vim suam, & sanè ipsis maximam Euchologiorum, quę idem sunt Nostris, ac libri Rituales Latinis, concors ubique sensus, ac typus. In illis enim, quorum plurima manu vetustissima, characteribusque ex antiquitate cariosis nacti sumus, ac sæpè accuratè ad hoc ipsum indagandum legimus, adest quidem provehendi, sacrandique Lectoris ritus cæremonia solemni celebrandus, cæterùm, qui infra Lectorem sunt, Ordinum nusquam Ritus apparet. Quo fit, ut Græcis constitutissimi Juris censeatur, quod (3) Clemens disertissimis verbis affirmat. Ἐπορκιστὴς οὐ χειροτονεῖται, εὐνοίας γὰρ ἑκουσίου τὸ ἔπαθλον, καὶ χάριτος Θεοῦ. *Exorcista non ordinatur: hoc enim spontanea est concessio divinæ erga homines benevolentiæ, & gratiæ.*

(3) *Const. lib. 8. c. 26.*

VII. Hinc arbitror subscribendum sententiæ, vel doctissimi Arcudii, qui in Eruditissimis Commentariis, (1) queis mores Ecclesiæ nostræ sapienter illustravit, apertè confirmat, Ordines Lectore minores, ante Photianum Schisma, penes Græcos cessasse: vel Christophori Campanas Canonarchæ Chii (cujus multa sæpè laudabo, citaturque ad id, de quo agimus à Goario (2) in Opusculo (3) suo propalam asserenti: Τῶν δὲ θυρωρῶν, καὶ Δεποτάτων, ἢ κηροφόρων, καὶ Καμισάτων, ἄλλων τε τῶν ἱερῶν ἀξιωμάτων, ἅπερ οὐ τάξεις, ἀλλ' ὀφφίκια λέγεται τῷ Θεσσαλονίκης Συμεῶνι, ἐμοὶ μὲν δοκεῖ τάξεις εἶναι, οὐ διῃρημένας μὲν ἀλλήλων, καθάπερ παρὰ Λατίνοις, ἀλλὰ μεμιγμένας τῇ τοῦ ἀναγνώστου Χειροτονίᾳ. *Janitorum, Deputatorum, seu Ceroferariorum, & Camisatorum, aliorumque Sacræ dignitates, quas non Ordines, sed officia vocat Simeon Thessalonicensis, mihi videntur Ordines esse, non sanè distincti, quemadmodum penes Latinos, sed immisti, adnexique Lectoris Ordinationi.* Quorum virorum sententiis alterutrum nobis recipiendum proponitur, aut nullos esse in Ecclesia Græca Ordines uno Lectore minores, aut ita Lectoris officio permistos, confusosque, ut supervacaneum sit de iis, quæ ipsis præmittenda sunt, cum illis curiosiùs philosophari, qui uni conjunctos, & in unum coacervatos vix norunt. Eapropter, cùm de omninò custodiendis ante, quàm Ordines conferantur, agimus, de iis Ordinibus agimus, qui sacri penes Latinos, penes Nostros majores censentur, quorumque in utraque Ecclesia solemnis Chirotonia, seu Ordinatio est.

(1) *lib. 6. c. 10. pag. 470.*
(2) *Ubi supra d. not. 2. post me*
(3) *de Vi Canon. ad Can. Apost.*

VIII. His prælibatis ad clariorem methodum tradendorum, ut tractaturus de iis, quæ ante Ordinationes sacras requiruntur, exposcunturque, rem inde producam, unde eam mihi Antiquitas ingerit, Jusque Canonicum, atque ipsa Theologia Ecclesiæ utrique communis exponit; certissimum est, olim ipsos Apostolos omni diligentia cavisse, ne quid circa Ordinationes Sacras hujusmodi temerè fieret: neu quis ad Sacras Dignitates adreperet, cujus non foret perspecta vita, probati mores, virtus eximia. Hinc illa penes Blastarium (1) ex Clemente Alexandrino barbara sanè, sed ad rem nostram planè quadrantia. Τὸν κληρωτικὸν συντήρησον, τὸν πρὸς κουρὰν ἐξέτασον, τὸν διακονησόμενον βασάνισον. *Clericandum observa, detondendum discutito, ministraturum examinato;* quibus congruunt & tradita per Athenagoram apud Balsamonem, (2) quorum censura, atque sententia Ordinationis negotium, negotiorum omnium in Ecclesia maximum, ac divinissimum ab ipsis Apostolis censebatur.

(1) *In Synop. Syntag. §. 8.*
(2) *In Respons. ad Episc. Cypri.*

IX. Propterea fas est ex ipsorum Apostolorum exemplis conficere, quatuor præsertim ab illis præmitti solita Ordinationibus sacris, quorum primum jure fuisse dixeris Vaticinium, quod latinè minùs, clariùs tamen dixeris *Prophetiam*: alterum jejunium, preces tertium, quartum denique examen, atque inquisitionem & Vitæ, & morum ejus, qui Sacræ militiæ nomen dabat. Et hujus quidem præceptum habes ex illis Apostoli: (1) χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει: *manus citò nemini imposueris:* ubi Oecumenius obscuræ sensa sententiæ ita explicat, ut examen præcipiant: Docet, inquit, ὅτι χρὴ τὸν χειροτονήσοντα πολυπραγμονεῖν περὶ τὴν ἐξέτασιν τοῦ μέλλοντος χειροτονεῖσθαι, *eum, à quo conferendi sunt Ordines, planè decere, curiosè agere circa examen ejus, cui conferendi sunt Ordines,* & Euthymius (2) in aureo Libello de præceptis Apostoli eadem Pauli verba referens, *bis, ait, examen præcipit ejus, qui recepturus est Ordines, faciendum scilicet ab Episcopo, ne alienis peccatis communicet:* Τούτοις παραγγέλλει τὴν ἐξέτασιν τοῦ εἰσαγομένου πρὸς χειροτονίαν, ἣν ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως δέον ποιεῖσθαι, ἵνα μὴ κοινωνὸς γένοιτο ταῖς ἄλλων ἁμαρτίαις. Eadem Latinis ingerunt, explicantque in ea Pauli verba Ambrosius, Hilarius, Hieronymus, Augustinus; ut reipsa manifestum sit, ab Apostolis non antè manus impositas, quàm sacrandi hominis mores, vitamque ad curiosi trutinam examinis revocarent. Nec manifesta tamen minùs, quæ reliqua diximus ante Ordinationes sacras ab iisdem Christianæ disciplinæ Principibus custodita. Ea uno quasi impetu sacræ Paginæ (3) sic nobis exponunt: λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ, καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον: ἀφορίσατε δή μοι τόν τε Βαρνάβαν, καὶ τὸν Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον, ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. Τότε νηστεύσαντες, καὶ προσευξάμενοι, καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν. *Ministrantibus autem illis Domino, & jejunantibus, dixit Spiritus Sanctus; segregate mihi Barnabam, & Saulum in opus, ad quod assumpsi eos: tunc jejunantes, & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos.* Quibus in verbis tria illa manuum Impositioni præmitti solita describuntur, ut & precibus assiduis misceretur Jejunium, & expectandum esset Vaticinium, seu prophetia, cujus iteratò ad hoc meminit Magister Gentium, (4) ubique & præcedentes manuum Impositioni prophetias memorans, & asserens, gratiam dari *in manuum impositione per prophetiam.*

(1) *1. ad Timo. c. 5. n. 22.*
(2) *de precep. Apost. prec. 12.*
(3) *Actor. c. 13. n. 2.*
(4) *1. Ad Timoth. c. 1. n. 18. & c. 4. n. 14.*

X. Arbitramur ergo, Apostolos quempiam Populo secreturos, ut pro Populo Numini ministraret, ante omnia eò animum, operamque contulisse, ut secernendum talem agnoscerent, cui cæteroqui & innoxio, & idoneo committi tutò posset tantæ, tàmque periculosæ aleæ ministerium. Nec tamen ea inquisitione, seu examine contentos illicò ad manuum Impositionem processisse, sed gnaros, cor hominis abyssum esse, cui penitus agnoscendæ (1) mens hominum esset inepta, ni divinitùs illi lumen sufficeretur, memoresque prudentissimi effati, quo eos servator Christus (2) monuerat, sępè sub ovina pelle lupos latere, addidisse diligentiæ preces, queis propitiatum Nu-

(1) *Jere. c. 17. n. 9. Eccles. c. 42. n. 18.*
(2) *Matth. c. 7. n. 15.*

men propositum suæ voluntatis ostenderet: his porro ad idem scilicet impetrandum apposuisse jejunia, ut constat ex dictis: mox neque jejuniis confisos, qua erant in Deum fide, Vaticinia, Apocalypses, & prophetias expectasse, quemadmodum exposita superiùs ex Actis, & Paulo verba demonstrant; tanta nimirum constantia, ut nullum planè reperire sit ab Apostolis ad sacros provectum Ordines, quin Apocalypsis aliqua præcessisset. Ea tamen non ubique postrema fuit, sæpè cæteris præibat, indicante nimirum Deo, quem ad sacri muneris dignitatem elegisset.

XI. Et res sanè non nota dumtaxat, sed & admiratione digna; Deo eligente, placitumque sapientissimæ mentis suis servulis indicante, non tamen continuò Apostoli ad Ordinationem celebrandam adducebantur, nisi Apocalypsin ea, quę diximus, antevertissent. Præjactis igitur illis, Vaticinium additum secuti, Ordines protinus conferebant, si præcessisset Apocalypsis, non nisi post adjunctam illi inquisitionis humanæ, precumque, ac jejuniorum diligentiam ad Ordinum auspicationem processuri; quasi ad ea omnia instigante eos Numine; non quòd tanta post prophetias sollicitudine, curaque opus esset Apostolis, qui Deo passim afflati de immissis divinitus animorum suorum affectionibus minimè poterant dubitare, sed ut successores ipsorum agnoscerent, haud temerè Enthusiasmis fidem præstandam, nisi eos antevenerit, aut sequatur humanæ suffragium diligentiæ. Sæpè enim circa hos, sive arcanis animi motibus incussos, sive spectris quibusdam objectos accuratissimè fallimur: cùm Pietas ita aliquando animum enervet, ac planè molliat, ut cuicumque impressioni sit aptus; unde & superstitio fluit matris optimæ, ac legitimæ notha, ac pessima filia, quam acriter in Atheniensibus objurgavit Paulus (1) Apostolus, quamque fortassis omnium perniciosissimam quis dixerit in quibusdam, quorum virtus cùm sine scientia sit, vel in manifestissimis mirè decipitur, *μετασχηματιζομένου τε (2) σατανᾶ εἰς ἄγγελον φωτός: trāsfigurante se Satana in Angelum lucis*. Quamobrem egregiè Ecclesiastes (3) *noli*, ait, *esse multùm justus, nec plus sapias, quàm necesse est, ne obstupescas*. Nec desunt exempla scilicet à Philologis repetenda, quibus evincitur, non minoris damni Ecclesiæ esse pietatem simplicem, quàm sceleratam calliditatem. Quò factum puto, ut divinus Magister (4) Ecclesiæ Proceres docuerit prudentiam miscere simplicitati, ut nec Prudentia callida sit, nec inficeta Simplicitas. Quod sanè servavere illi, ac posteris tradidere servandum, cùm licet edocti divinitus quos nempè sacris initiarent, eos tamen Ordinibus non ante ausi sunt admovere, quàm precibus miscerent jejunia, examenque probaturum initiandos homines adhiberent.

(1) *Actor.* c. 17. n. 22

(2) 2. *ad Corint.* c. 11. n. 14.

(3) c. 7. n. 17.

(4) *Math.* c. 10. n. 15.

SECTIO I.

De Precibus.

SUMMARIUM.

I. *Ex relatis quatuor præmittendis tria tantum Ecclesia retinuit, & in primis preces.*
II. *Græci eas præmisere semper ex vetusta Traditione.*
III. *Idem mos etiam Latinis.*
IV. *Græcorum dicacitas in Latinos reprobatur.*
V. *Hominum dementia reprehendentium, quæ ipsi peccant.*
VI. *Orandum esse in omni negotio, præsertim si necessarium sit.*
VII. *Necessitas Ecclesiæ ex Ordinationibus.*
VIII. *Explicantur DD. asserentes non esse necessarios Ecclesiæ Ordines.*
IX. *Ordinatio quanti periculi sit Ecclesiæ.*
X. *Nihil obfuere Ecclesiæ Persecutiones Ethnicorum.*
XI. *Sacerdotum impietas quanti steterit Ecclesiæ.*

I. EX his porro quatuor, quæ Ordinationibus prę mitti penes nondum adultam Ecclesiam solita diximus, non omnia jam adulta Ecclesia retinuit, sed rata obsequii sui esse, si necessariò tantùm præmittenda seligeret, omittendum censuit, quod ad Apocalypsim pertinebat. Etenim, cùm hæc mira sit Numinis Operatio, & illi dumtaxat nostræ Religionis ætati concessa gratis, quæ, ut ait Gregorius (1) Latinis Magnus, nobis Dialogus, *miraculis fuerat nutrienda*, non videbatur in Ordinationibus exposcenda, quarum frequentior, crescente palam Ecclesia, usus, atque celebritas: quæque, si divinum Oraculum expectandum perpetuò erat, vel tentati sine necessitate Numinis damnatam à Christo (2) noxiam admisissent, vel certè celebrandæ fuissent rarissimè, non sine præsente, ex caritate ministrorum, Reipublicę Christianæ periculo. Ergo prudenter omissa præcedentium Prophetiarum necessitate, reliqua oppidò accuratè præmittenda Ecclesia retinuit, nunquam ausa quenquam sacris initiare, quin se se precibus, atque jejuniis præpararet, addito insuper ejus, qui destinabatur ad Ordines examine numeris omnibus absoluto. Id ut apprimè Nostris persuadere liceat, Singula, si placet, consideremus. Et quod ad preces attinet, tritum est, atque olim penitus translativum, sine præcedentibus precibus nunquam conferri solitos Ordines sacros. Nec de iis precibus sermo est, quibus Ecclesia utitur, dum reipsa Ordines conferuntur: de precibus loquimur, quas usurpare mos erat biduo, triduoque antè, quàm tradendorum Ordinum solemnitas haberetur.

(1) *Hom.* 29. *in Evang. post init.*

(2) *Mat.* c. 4. n. 7.

II. Atque hoc, si cui unquam incertum, ancepsque fuit, Nostris certissimum est, & inter Nostros Photianis ipsis, quos inter (si tamen is Photianus, ut vulgò creditur, fuit) suo ævo maximus & re, & nomine Planudes (1) conceptissimis verbis id ipsum affirmat, in eloquentissima sylloge Canonum ex Photii Nomocanone, notisque Balsamonis: nec affirmat modò, sed planè confirmat productis, ut solet, ad pompam Chrysostomi, Basilii, Nazianzeni, Dionysii, Amphilochii, & Procli testimoniis plurimis, nec non Zonarę ipsius in Canones (2) loco, ubi nobilis æquè historicus, ac pessimus Photianus hoc ipsum palam edisserit, prolatis in medium cæremoniis Ecclesiæ Byzantinæ, speciatimque illa, qua prorsus evincitur, morem semper fuisse Constantinopoli, ut triduo ante Ordinationes supplicatio fieret in Ecclesia certa, ad quam vel ipse Imperator accederet. Sic nimirum usuvenisse, cùm ordines collati sunt primùm Ignatio ad Deiparæ Virginis in Blachernis: Sic itidem

(1) *De Ordin.* §. 1.

(2) *Schol.* 79.

Digitized by Google

tidem eundem Ignatium ad supremæ apicem dignitatis evectum, ut per preces, atque solemnia Numinis adorati frequentiùs obsequia is totius Græciæ Sacris præficeretur, cujus celeberrimus Principatus(3) quot habuit momenta Vitæ, tot retulit varia sanè, atque diversa, ubique tamen sanctissima de Photii Impietate trophæa. Hæc ex Zonara Photiano referre placuit, quòd cùm in Zonara typis edito desint (quæ tamen in vetustissimo Cardinalis Brancatii Junioris Codice lecta notavi) ea Photiani accipere poterunt ex Planude viro penes ipsos omni exceptione majore.

(3) *Vide Nicetam Paphlag. in Vita S. Ignat.*

III. Neque id solùm solemne Græcis, ut preces Ordinationibus iteratò præmitterent, id ipsum Latini ex consuetudine more recepta perpetuo servavere. Horum si quis repetat vetustatem, inveniet, sine præviis precibus plurium dierum, Ordines nunquam fuisse collatos. Et ab ipsis profectò Latinæ Ecclesiæ crepundiis usque ad ætatem Felicis III, qui præfuit Romanis sacris sub Zenone Cæsare circa annum Christi CCCCLXXIII, uno tantùm mense Decembri quotannis fas fuisse sacris Ordinibus Clericos insignire testis est Amalarius(1) sive ut cum Christo novi Ecclesię ministri nascerentur, sive ut eo mense character Sacerrimus Ordinum Initiandis imprimeretur, quo Ecclesia venturi Domini expectatione sollicita circa preces curiosiùs occupatur. Quamvis autem consuetudo illa unius mensis angustiis arctè adeo circumscripta, mox fuerit à Gelasio I. ejusdem Felicis successore sublata, facta scilicet potestate Ordinationum vel aliis anni temporibus celebrandarum, ea tamen potestas ita data est, ut à precum necessitate minimè absolverit sacras Ordinationes, quas Latinis neque licuit unquam, neque hactenus licet habere, nisi eo Sabbato, quod terminat quatuor, ut ajunt, Temporum trina jejunia, vigiliis exercita, assiduis precibus aspera, & solemnibus pernoctationibus sacra, de quibus videndus Tertullianus (2) Hieronymus (3) Concilium Matisconense (4) atque Baronius. (5)

(1) *Lib. 2. c. 1.*
(2) *Lib. 2. ad uxor. c. 4.*
(3) *Ep. 7. ad Lætã.*
(4) *Canone 1.*
(5) *ad martyrolog. 5. Janu. litt. A. & ad an. 44. n. 73.*

IV. Ex his porro infero, perperam agi à Græcis quibusdam recentioribus, cùm Ordinationes sacras sine prævia sacrarum precum solemnitate temerè peragunt. Non solùm enim videntur abscedere à Sanctissimis per Apostolos Institutionibus, quas ubique contra Latinos jactant, quæque nos docent, non sine precibus tradi solitos Ordines ab iis, qui *jejunantes, & orantes manus imponebant*; verùm etiam palam usitatum Ecclesiæ nostræ morem evertunt retentum, custoditumque hactenus feliciter à Latinis, quos passim à prisca disciplina desciviisse criminantur, cùm tamen ipsi in hoc certè desciverint, nec eos referant mores, quos Majores nostri tradidere per manus Ecclesiæ nostræ, quique in ea usque ad Gentium cæterarum invidiam felicissimè viguere, donec incuria sacrorum, ministrorum inscitia, Præsulumque Photianorum pervicacissima vel in ipsis corruptelis constantia palam deterrerentur. Quod hercle dixisse licuit non quò Nostris notam inurerem in re, quæ ex more tradita, fortassis more, sin minus legitimè, saltem sine crimine utentium, potuit abrogari, sed ut illud in Nostris corripiam, quo nempe passim superbiunt, ac propedixerim usque ad delicias delirant, quasi uni in Ecclesia mores Apostolicos, disciplinamque à Majoribus traditam teneant, cùm & ipsi, atque inprimis ipsi (utinam in parvis, & paucis) multa negligant prisci moris: minimè interea veriti Latinos carpere, ejusque criminis accersere, quo in primis ipsi, turpiùsque laborant.

V. Sed olim id vitii fuit, eritque hominibus olim, ut non sua se decempeda metiantur, nec meminerint exempli à Servatore traditi cùm Leguleiis Mœcham accusantibus non aliter respondit (1) quàm *digito scribens in terra*, forte divino illo charactere accusatoribus ipsis objiciens ea crimina, quorum Conscii mulierem accusabant. Etenim & nondum emendatos ea scriptione palam redarguit dicens: (2) Ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν πρῶτος τὸν λίθον ἐπ' αὐτῇ βαλέτω: *qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat*. quasi universim criminis manifesti reus habendus sit, qui de suo crimine alios accusat. Quod sanè vel apud Ethnicos æquissimi Juris est visum, sugillante Platone vesanam Cynici Diogenis audaciam, qui fastum Platonis majore fastu calcaret, ac Juvenale (3) affirmante, fas esse Terris Cęlum, & Mare Cælo miscere.

(1) *Joan. c. 8. n. 6.*
(2) *Ibidem n. 7.*
(3) *Satyra 2. sub initium.*

Si fur displiceat Verri, homicida Miloni,
Claudius accuset mœchos, Catilina Cetegum,
In Tabulam Sullæ si dicant discipuli tres.

Quapropter, uti verissimum arbitror, quod in pervulgato Seazonte (4) Catullus asseruit.

(4) *Epigr. ad Varum de Suffeno*

Nimirum idem omnes fallimur, neque est quisquam,
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Possis: suus cuique attributus est error;
Sed non videmus manticę quod à tergo est.

ita plane rationi consentaneum est, ne quem ex libidine loquacissimæ temeritatis reum eorum criminum faciamus, quæ an in nobis sint, non ante perspeximus; gnari laturis non æquam sententiam quadraturum quod (5) Satyricus idem in hypocritas severos, ac tetricos expedivit.

(5) *Juvenal. ibid. paulo inferiùs.*

Nonne igitur jure, ac merito vitia ultima fictos
Contemnunt Scauros, & castigata remordent?

VI. Verum, ut ad propositum redeamus, hanc adhibendarum ante Ordinationes precum consuetudinem, quæ ab Apostolis jure optimo constituta, & penes Latinos non sine ipsorum laude semper obtinuit, & à Nostris pessimo exemplo recens est abrogata, ratio ipsa vel cæcutientibus manifesta prorsus ostendit. Est enim illud Christianis notum in primis, nobis scilicet acturis quidlibet, imò & agentibus preces esse penitus necessarias. His quippe neglectis, omissisve, quæcumque aguntur periculo sunt obnoxia. Non enim aliunde Hierosolymæ Urbi penitissimum excidium fuisse illatum queritur luctuosus Vates (1) Jeremias, quàm ex precum incuria: *desolatione, inquit, desolata est omnis terra, quia non est, qui recogitet corde*: quæ postrema verba Patrum interpretatio cum Lyrano, & Abulensi ita detorquet, ut preces significent. Hinc supremus (2) Magister, γρηγορεῖτε, ait, καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν: *vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem*: & (3) rursus: ἀγρυπνεῖτε ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι, ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ σταθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. *Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere* ista

(1) *c. 12. n. 11.*
(2) *Matth. c. 26. n. 41.*
(3) *Luc. c. 21. n. 36.*
(4) *Luc. c. 18. n. 1.*
(5) *Serm. de Moyse Tom. 1.*
(6) *Orat. 2. de vi. rib. Orat.*

Digitized by Google

ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Quod breviùs, sed vibratiùs antè tradiderat: (4) dicens: δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν. *Oportet semper orare, & numquam deficere*. Quæ verba expendens (5) Chrysostomus apertè docet, illis, precum necessitatem induci, λέγων τὸ δεῖν ἀνάγκην εἰσάγει, *dicens oportet necessitatem constituit*. Ex quo, & Augustino, Hieronymo, Aquinate, aliisque tum Latinis, tum Græcis (6) Planudes, ἡ συχνὴ, inquit, αὕτη, καὶ πολλαπλάσιος παραίνεσις τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ Παύλου, καὶ τῶν ἑξῆς ἀποστόλων πρὸς τὸ προσεύχεσθαι ἐκτενῶς, καὶ βιαίως, ἀναμφισβητήτως οὐ τὸ συμφέρον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀναγκαῖον, καὶ δὴ μάλιστα τῆς προσευχῆς ἀποδείκνυσι, quæ (7) Suarius Latinè reddidit, dissimulato, ut Latini solent, Græci hominis nomine: *Denique tàm frequens, ac multiplex exhortatio Christi, Pauli, & aliorum Apostolorum ad orandum frequenter, & instanter, sine dubio non solùm utilitatem, sed etiam necessitatem, & valde urgentem demonstrant*. Cujus necessitatis rationem profert (8) Cœlestinus I. ille nimirum Synchronos Alexandrino Cyrillo, quocum nobilissimum fœdus iniit adversus Nestorium, ut palam est ex ipsius Cyrilli (9) Scriptis, ex eodem (10) Cœlestino, ex Collectore (11) Cresconio, ex Ephesino (12) Concilio, ex (13) Balsamone, & (14) Nicephoro. Cœlestinus, inquam, rationem hujusce necessitatis edisserit, cùm scribit: *quando nullum tempus est, quo nobis opus non sit auxilio Dei, fit, ut omni tempore, omnibus in rebus, atque omni in negotio ad Orationem nobis confugiendum sit*. Eandem rationem, similemve habes penes (15) Chrysostomum, (16) Augustinum, Nilum (17) Abbatem, Joannem (18) Climacum, & (19) Bonaventuram. Quorum omnium, aliorumque & sententia, & rationibus certum erit, in omnibus necessarium nobis esse usum Sacrarum precum; unde confestim sequitur, potiori jure necessarias esse censendas preces in iis, quę maximè necessaria Ecclesiæ sunt, præsertim, inde si maximum Ecclesiæ commodum, damnumve poterit proficisci.

(7) To. 2. de Religio. tr. 4. lib. 5. c. 28. n. 4.
(8) Epist. ad Nest. & Epist. ad Joan. Antioch.
(9) In ep. ad Joan. Antioch. & alibi.
(10) Epist. 3.
(11) In Collect. Canonū.
(12) In Act. c. 2. Edit. Peltan. Tom. 1.
(13) In Canones Ephesin. Concil.
(14) Hist. lib. 34. c. 34.
(15) in c. 5. Matth. Hom. 13. lib. 2. de Orand. Deum.
(16) c. 56. de Eccl. dogmatib.
(17) de Orat. c. 47.
(18) In Scal. Parad. gr. 28.
(19) in Phares. Div. Amor. lib. 2. c. 45.

VII. Jam verò nihil Ecclesię necessarium Ordine magis. Licèt enim Baptismus inter Sacramenta cætera unus antonomasticè, ut ajunt, necessarius appelletur, quemadmodum ex verbis Christi (1) DD. tradunt, docentque (2) Irenæus, (3) Origenes, (4) Nazianzenus, (5) Basilius, (6) Cyprianus Episcopus, & Martyr, (7) Ambrosius, (8) Hieronymus, (9) Fulgentius, (10) Leo I. aliique quamplurimi duce (11) Augustino: id tamen verum est, si necessitas ita sumatur, ut singulos in Ecclesia, respiciat, quibus omnino necessarius Baptismus est. At si necessitas ita consideretur, ut universim ad Ecclesiam, ut Corpus quoddam, totumque aliquod est, speciatim pertinet, omnium Sacramentorum maximè necessarius est Ordo. Quippè hinc Ecclesiæ regimen, hinc ipsorum administratio Sacramentorum, hinc Populi disciplina, hinc verbi divini prædicatio, hinc & Pœnitentia, unde lapsis salus, & Eucharistia, unde ipse Gratiæ fons in animos Christianorum perenni, ac certa crepidine semper emanat: ut mihi, qui maximè necessarium Ecclesiæ Ordinem minimè reputat, is cum Calvino (12) insanire videatur.

(1) Joan. c. 3. n. 5.
(2) lib. 3. c. 19.
(3) in c. 6. Epist. ad Rom.
(4) Orat. in S. Lumina.
(5) Orat. 13. de Exhort. Bapt.
(6) epist. ad Fadum. 8. lib. 3.
(7) lib. 2. de Abraham cap. ult.
(8) contra Pelag. lib. 3.
(9) lib. de

VIII. Cui hercle minimè adstipulantur, qui ex Orthodoxis Ordinem necessarium negavere, juxta crebram, mendacemque Margunii propterea frustrà frendentis indignationem. Hi enim necessitatem, quam Ordinibus inficiantur, eam palam intelligunt, quæ ad singulos utique spectat præcipuè, rati cæteroqui eosdem pernecessarios Ecclesiæ toti, quà totum aliquod est, & mysticum corpus in unam rerum Sacrarum molem, ac speciem coalescens. Est enim, quod ante docuimus, hæc, circa quam philosophamur; necessitas non singularum partium Ecclesiæ commodum rectà respiciens, sed ad totius Ecclesiæ bonum præcipuè spectans, quod certè, ut sine Hierarchia stare non potest, ita sine Ordine nusquam est. Ac, quemadmodum & Generatio, & Alimentum, & Potestas Politica necessaria quidem sunt omnia, non tamen eodem modo, nec pariter omnibus, sed illa quidem, ut genus hominum propagetur, hoc autem, ut homines singuli vivant, postrema verò, ut ad propositam homini felicitatem homines dirigantur, sunt penitùs necessaria; neque enim sine generatione erit humanum genus, aut sine alimento homines singuli, queis constat humanum genus, aut denique sine publica Potestate feliciter aget humana Respublica, quæ singulos, universosque complectitur: ita Baptismus, & Ordo Ecclesiæ necessaria, nec tamen eodem planè modo necessaria censentur; quippe ille singulorum salutem respicit, mox ad publicam salutem spectat, quæ singulorum salute constat: at hic publico usui addictus est, atque inde ad privatorum commodum pertinet, quod sine publica salute esse non potest. Hinc pressiùs prolixum argumentum retexens, quas ante Ordinationes sacras iterum iterumque concipiendas necessariò preces ex authoritate collegi, easdem, ratione dictante, Ordinibus præponendas ostendo, quòd & pręmittendæ sint iis rebus, queis Ecclesia præsentiùs indiget, quòdque Ecclesia Ordinum ministerio maximè indigeat.

Fide ad Petrum c. 30.
(10) ep. 80. al. 78. ad Ep. Campan.
(11) lib. 1. de pec. mer. remiss. & alibi.
(12) lib. 4. Inst. c. 14. §. 20. & c. 19. §. 31.

IX. His accedit periculum, cui Ecclesia se objicit, cùm Ordines confert, ne nimirum ex concessa nequam homini sacerrima dignitate sus deque vertatur sacra Respublica, cui plerumque ex infandis moribus Sacerdotum exitium imminet. Certè non aliunde magis manifesta pernicies illata est Populo Judæorum, quàm ex Ordine Levitarum. Propter crimina filiorum Heli cęsum Israel, profligatumque, capta scilicet à Philistæis Arca Fęderis, notum est ex Regia (1) historia: eversam eorumdem Rempublicam ambitu, dissidiis, perfidia, sceleribusque Sacerdotum constat ex Actis (2) Machabæorum, denique abrogatam Synagogam post sacrilegorum Pontificum postremam impietatem, qua Servatorem Christum occidendum curavere, docent in illa Christi ejusdem (3) verba: Διὰ τοῦτο ὁ παραδιδούς μέ σοι μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει: *propterea, qui me tradidit tibi, majus peccatum habet*, Basilius, Athanasius, Chrysostomus, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Anselmus, Beda, Theophylactus, OEcumenius, Euthymius.

(1) 1. Reg. c. 1.
(2) toto libro 2.
(3) Joan. c. 19. n. 11.

X. Adde, vix unquam Ecclesiam titubasse, nisi cùm ad Sacerdotium impii homines irrepsere. Cedo, si libet, consideremus, quot Ecclesia calamitates perpessa est, quotque fuerit tormentis exercita, cùm purpurata Tyrannorum Impietas in Christianum nomen est crudelissimè debac-

debacchata. Licuit Christianis ea tempestate
(1) *Ode 1. lib. 2. Carm.* ubique ad noxam temerè, necemque raptatis, passimque, ac populariter cæsis (1) Horatianum illud usurpare.

Quis non Latino Sanguine pinguior
Campus sepulchris impia prælia
Testatur? auditumque Medis,
Hesperiæ sonitum ruinæ?
Quis gurges, aut quæ Flumina lugubris
Ignara Belli? quod Mare Dauniæ
Non decoloravere cædes?
Quæ caret Ora cruore nostro?

(2) *ad Hebræ. c. 11. n. 36.* Audi (2) Paulum: ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν, καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον. ἔτι δὲ δεσμῶν, καὶ φυλακῆς, ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον, περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος: *alii verò ludibria, & verbera passi sunt, insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat Mundus.* His tamen undique malis Ecclesia circumfusa, nec periculum ullum adivit, & auctior, robustiorque ab ipsis ærumnis
(3) *Horat. od. 4. libr. 4. Carm.* gliscere visa est, atque *ab ipso*, juxta splendidum de Romana Republica Lyrici (3) Poetæ mendacium, *ducere opes, animumque ferro.* Reverà enim *Persecutiones* Ecclesiæ id fecere, ut argutè
(4) *In Tryph. Dialog.* Justinus (4) Martyr affirmat, quod Vineis putatio: ut enim hæ putatione ad ubertatem, & vulnere provocantur ad juventutem; ita *Persecutionibus* Ecclesia, propè dixerim, adigitur ad utrumque.
(5) *In Apologet. c. ult.* Quin & (5) Tertullianus, sanguinem Martyrum nota metaphora Semen Christianorum appellat,
(6) *Serm. 1. de SS. Petr. & Paul.* quod facundiùs (6) Leo I. exposuit, cùm scripsit: *non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur; & semper Dominicus ager segete ditiore vestitur, dum grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur.*

XI. Verùm enimvero, quæ frondentibus circumquaque Tyrannorum minis firmior evasit, Ecclesia, ea, si quando Sacerdotum Impietas turbas concivit, vix est adeò imperitus Historiæ
(1) *Sur. in ejus Vita To. 6. 25. Novèb.* quisquam, qui nesciat, quo motu penè ad perniciem suam prona tremuerit. Ecce, quid sibi, totique Terrarum Orbi Ecclesia non timuit, cùm Ægyptius ille veterator Arius ab Alexan-
(2) *Baro. ad Ann. 310. n. 6.* drino sanctissimo Antistite (1) Petro inconsideratè inter Ministros receptus, mox inconsultiùs à
(3) *Contra Luciferian.* successore Petri (2) Achilla Sacerdotio insignitus teterrimum protulit Dogma, quod Christianam Rempublicam penè universam invasit? Quan-
(4) *Advers. Eunom. lib. 1.* do, ut emphaticè (3) Hieronymus dixit, *totus Orbis ingemuit, & Arianum se esse miratus est;* eaque mala Ecclesiam funditùs concussere, quo-
(5) *In Laud. Athan. & Orat. in fun. Patris.* rum hypotyposin prorsus horribilem habes penes (4) Basilium, (5) Nazianzenum, (6) Theodoretum, atque (7) Sozomenum. Prolixa esset Oratio, si, quæ in exitium præsentissimum Ecclesiæ profecta sunt ex Ordinationibus inconsultè conce-
(6) *Hist. lib. 1. c. 27. & seq.* ptis, curiosè retexerem; Quin potius acervatim tibi consideranda propono ea mala, quæ passa est Ecclesia nostra ab Eutyche, à Nestorio, à
(7) *lib. 4. Hist. c. 23. & seq.* Dioscoro, à Photio, circa quos, si, quæ ad Ordines spectant, prudentiùs fuissent inita, non utique tot Monstra dilacerassent Ecclesiam nostram, nostramque Gentem per dedecus, nefasque pessum dedissent. Abrogavit illis Magistratum sacrum post infinita scelera tandem Ecclesia; utinam numquam irrogasset: iis non fuisset hercle vexata calamitatibus, quas, non sine numerosa animarum clade, vix tandem quivit avertere. Id peculiariùs deplorare fas est in sceleratissimo Photio, quem Magistratu jure dejectum, contra fas, iterum Græciæ Fatum restituit, ut, quem Octava Synodus neque Episcopum, neque ullo modo Clericum aut fuisse, aut posse in posterum esse decreverat, is iteratò Episcopus, & Patriarcha, Sacrisque Græcis præfectus audiret, dilaceraturus Ecclesiam nostram, redacturusque nobilissimam Gentem ad eas, non dico Miserias, sed Sordes, quas lugemus sanè, ac fortassis lugebimus, at numquam satis. Adeò verum est, nihil periculosius Ecclesiæ Ordinationibus inconsideratè, aut perperam celebratis. Nam iisdem, si ritè procurentur, nihil utilius esse supra aleam probationis est, cùm palam sit, quid commodi capiat, ceperitque olim Ecclesia ex piis, doctisque Clericorum Choris, quorum Doctrina Theologia non ἀφιβατεία illa, & in apicibus inutiliter ludens, sed gravis, sinceraque, Fideique, fas ita loqui, fortis Armigera stat, quorum è Scitis, Decretisque, Canones non interpretationibus corrupti, & adulationibus perditi, sed freti Sacra Prudentia, morumque certam facturi regulam prodiere, quorum denique Moribus Exempla cuduntur æternùm Religioni Christianæ profutura. Ut planè his omnibus diligentissimè pensitatis manifestissimum prorsus appareat, preces ante Ordinationes Deo iterum, iterumque fundendas, ut iisdem placatus ad tantum Opus ritè peragendum nos provocet, ex quo, & sanè pernecessario Orthodoxæ Reipublicæ, tum utilitas, tum pernicies pendet Ecclesiæ.

SECTIO II.

De Jejunio.

SUMMARIUM.

I. *Jejunii, ac precum Societas, & vis.*
II. *Jejunium Ordinationibus præmittendum, probatur argumento Communi.*
III. *Idem probatur prima authoritate Photianorum.*
IV. *Explicatur locus Leonis Magentini.*
V. *Proponitur secunda Photianorum authoritas.*
VI. *Proponitur eorumdem tertia.*
VII. *Refellitur imperitia, & nequitia Margunii.*
VIII. *Proponitur quarta authoritas ex eodem Margunio.*
IX. *Idem ostenditur ratione.*
X. *Evincitur insania Margunii.*
XI. *Latini Græcos non vituperant, quòd non jejunent ante Ordinationes.*
XII. *Respondetur Objectioni ex loco S. Leonis I.*

I. Hinc Majores nostri precibus addidere Jejunia, propitiaturi validiùs Numen, quò præsentiùs tanto Operi adesset. Etenim eò potentiores esse preces, quò crebriùs jejunio copulantur, docet fusè (1) Basilius. Nec mirum; (1) *Hom. 1. de Jejun. ante med.*
Nam Jejunio absolvi, perficique preces ostendit illa Annæ Vatis egregiæ laus penes Sacrum

(2) Histo-

Digitized by Google

(2) Historicum, quæ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, νηστείαις, καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν, *non discedebat à Templo jejuniis, & obsecrationibus serviens Nocte, ac Die*, confirmantque illa (3) Raphaelis Angeli verba: καλὴ ἡ προσευχὴ μετὰ νηστείας, *Bona est Oratio cum Jejunio*: quibus adde tum parænesin (4) Pauli ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ, καὶ προσευχῇ, *ut vacetis Orationi, & Jejunio*, tum Christi (5) ipsius sententiam asserentis, genus quoddam Dæmoniorum non ejici, nisi in Oratione, & Jejunio, Οὐκ ἐκπορεύεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ, καὶ νηστείᾳ. Porro, quò perfectiores, castioresque sunt preces, eò ad impetrandum, quod petunt, potentiores sunt: Unde sequitur eò potentiores fore, quò conjunctiores erunt Jejunio. Quare ingeniosè suo more (6) Chrysostomus, Jejunia comparat alis, queis sursum animus fertur visurus Deum, ab eoque protinus, coramque impetraturus, quidquid piè, castèque libuerit. Similia habet (7) Athanasius, itidemque (8) Basilius. Profectò unusquisque secum ipse experitur, non bene invicem convenire, neque una in sede aptè morari Voluptatem, ac Sapientiam, quæ in Christiano ad preces pertinet. Non aliter enim scire divina fas, quàm per preces, piamque Theoresin. Quapropter non Christiani modò divinæ huic Sapientiæ addicti asperitatem secuti sunt, ut ex (9) Novellis Græca Jurisprudentia novit, verùm etiam Ethnici ipsi, si qui Sapientiam amavere, eam ipsam diligentissimè prosecuti sunt. Narrat Sanctus (10) Hieronymus à Platone locum sub iniquo Jove, asperoque, ac penè pestilente situm accuratè fuisse lectum, ubi Sapientiæ suæ, cęterorumque disciplinæ Operam daret: Pythagoreos autem non ab Urbibus modò abhorruisse, sed ab hortis etiam, ac locis omnibus, quæ Voluptatem adferrent, ne scilicet mollesceret animus, atque à Sapientię studio retardaretur. Eadem tradit de Sacerdotibus Ægyptiis, qui vacaturi Siderum contemplationi, nec celebrare conjugia, nec propinquos affari, fas sibi esse putabant, negotioso Solitudinis Otio hilares, ac tenuissimo cibo contenti. Cujus rationem edit (11) Galenus docens, animos hominum voluptatibus deditorum in multo Sanguine, tanquam in Luto, demersos nihil subtile, ac cœleste meditari posse.

II. Addidisse porro Majores nostros Jejunium precibus antè, quàm Ordines Sacros conferrent, licèt Photiani recentiores, non verbis tantùm, sed facto etiam pernegent, certissimum tamen est ex eo primùm, quòd usitatum id ostendimus Apostolis, quorum mores à Græcis retentos fuisse tenaciùs, quàm ab aliis Nationibus, patet vel in superfluis, & nostra Ætate penè dixerim superstitiosis. Secundò, quòd penes Nostros frequentior fuerit usus, atque severior Jejuniorum, ut constat ex iis, quæ narrat (1) Hieronymus, (2) Lucianus Apostata, (3) Nazianzenus, (4) Augustinus, & post (5) Irenæum (6) Tertullianus. Tertiò, quòd, licèt id ex vetustis Historiis, Patribusque non liceàt liquidò, palamque demonstrare, licet tamen ex recentioribus, iisque, qui Photianis majoris propemodum authoritatis sunt, si Superis placet, quàm ii, quos Antiquitas veneratur. Horum primus occurrit Leo Magentinus Metropolites Mitylenæus elegantissimæ vir Sapientiæ, cujus Commentarios in libros Aristotelis περὶ ἑρμηνείας edidit Aldus, & Victor Trincavellus Venetiis, floruitque circa Annum Christi M.CCC. Is in erudito (7) Libello de neglectis Canonum præceptis, quem hortatu Vassionensis Episcopi Soarii latinum fecimus, atque innumeris in locis, ut licuit, emendavimus, explicans Canones VIII. Synodi, quam, utpote Photianus, cum Pseudosynodo Photiana mira oscitantia confundit, duos Canones neglectos conqueritur, Duodetrigesimum nimirum, ac Vigesimum quartum. In primo laicis Principibus præcipitur, ne se se Electionibus Sacerdotum immisceant, in altero cavetur, ne Metropolitæ, quæ ad ipsos pertinent, Sacra Ministeria, subjectis Episcopis, quos Suffraganeos appellant, exercenda committant.

III. Et hi sanè Canones Octavi Concilii sunt, ejus nempe, quod legitimum fuit, & in quo exauthoratus est Photius, ut evincitur usque ad Schismaticorum pudorem, ex (1) Niceta Paphlagone, & ex Historicis (2) Commentariis non Latinorum, sed Græcorum Jo. Curopalatę, Cedreni, Zonaræ, Glycæ, Manassis, cæterorumque, qui ex Gestis Basilii Macedonis aliquid delibarunt, penes quos cùm fusè agatur de Synodo, in qua solio, quod invaserat, Photius deturbatus est, quamque nos Octavam jure, ac meritò dicimus, nulla fit mentio Synodi Octavæ, quam jactant Ignorantissimi Photiani, sive quòd ea numquam celebrata fuit, sitque tota figmentum Eunuchi nequissimi, ut censet (3) Baronius, sive, ut verius existimo, quòd à nemine fuerit recepta, quippe Spuria, Sacrilega, nec absimilis ei, quam simillimus Photio, ut decernit, ostenditque Octava (4) Synodus, Dioscorus Ephesi celebravit, damnavitque solemniter Chalcedonense (5) Concilium. Verùm, ut ad authoritatem redeamus, Leo Magentinus Synodi Octavæ Canonem Duodetrigesimum explicans in verbo κατὰ τοὺς κανόνας, *secundum Canones*; τὸ δ' ἕτερον, *ait*, αἴτιον, ὅθεν ἀπείργονται τοὺς Κοσμικοὺς Ἄρχοντας πολυπραγμονεῖν περὶ τὰς χειροτονίας τὰς ἐπιψηφίσεις. τοῦτο δοκεῖ, ἵνα μὴ αἱ χειροτονίαι γίνωνται παρὰ τοὺς Κανόνας, ὡς πρὸς ἐντολὰς Βασιλέων, καὶ Δεσποτῶν ἐπ' οὐδενὶ τιθέασιν οἱ ἡμῶν συνομήλικες ἀρχιερεῖς, ὥστ' οὐδὲν ἔξεις τῆς πάλαι καλοκἀγαθίας ἀρχὴν. Οὐ ψῆφος συνετοῖς τοὺς ἀξίους, οὐδ' ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ προσφέρεται. Τὴν μαρτυρίαν τοῖς χειροτονουμένοις τὸ Παλάτιον παρέχει· ὥσπερεὶ Θεὸς τοὺς Θεοὺς, τοὺς ἱερεῖς διαδικάζει, διακρίνων, οὐκ ἐν θεῶν ἐν συναγωγῇ, τουτέστιν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ἐν τῷ τοῦ Πιλάτου Πραιτωρίῳ καθίσατο. οὐδ' ὁ Σαμουὴλ τὸν Σαοὺλ ψηφίζοιτο, ἀλλ' ὁ Σαοὺλ τὸν Σαμουὴλ χρίοιτο. Τίς δὴ οὕτως ὑποψηφίων ἢ κατηγορήσει; τίς δ' οὐκ ἀγανακτήσειεν εἰδὼν ὅτι ἐν ταῖς χειροτονίαις ἐφορῶν τῶν νομίμων, καὶ ἀποστολικῶν, καὶ συνοδικῶν; οὐκ ἀρχὰς τεμνομένας, οὐδὲ διάμετρον τὴν ἐλάχιστον νηστείαν τῶν χειροτονιῶν ἀεὶ προληφθεῖσαν, ἐς εἰς χρόνους τοῦ δολεροῦ Βασιλέως, ὁπηνίκα ἐν τοῖς βασιλείοις ἡ Σύνοδος μετὰ τοῦ ἀπατεῶνος Θεοφάνους γαστριμάργου κατήγορεῖν πεποιθυῖα πρὸς χειροτονίαν μειρακίου κατῆλθεν, ἵνα ἐπὶ τῆς τοῦ Χρυσοστόμου καθέδρας παῖδα ἔτι γεννῶντα καθιδρύσει. *Altera causa, ob quam interdicitur, ne Laicæ Potestates, aut Principes Ordinationibus se Sacris immisceant, hæc sanè videtur: ne quid fiat contra præscriptum Sacrorum Canonum regulis, quas certè, ut Regum, Principumque jussis obtemperent, nihili æstimant nostræ Ætatis Antistites, adeoque perturbant, ut nihil usquam*

reperire

(2) *Luc. c. 2. n. 37.* (3) *Tobiæ c. 12. n. 8.* (4) *1. ad Cor. c. 7. n. 5.* (5) *Math. c. 17. n. 20.* (6) *Hom. 1. in Genes.* (7) *lib. de Virg.* (8) *loco laudato.* (9) *constit. 133.* (10) *l. 2. Cont. Jovinian.* (11) *lib. primo in exhortat. ad medicinam.*

(1) *Epist. 15.* (2) *in Philopatro.* (3) *ad Helen. de Monach.* (4) *Epist. 86.* (5) *lib. 2. c. 57.* (6) *advers. Psychic. c. 15.* (7) *cap. 8.*

(1) *In Vita Ignatii.* (2) *Omnes in Basilio Macedo.* (3) *ad ann. 879. n. 73.* (4) *Act. 2. in fin. & Can. 21.* (5) *Actione 1.*

reperire sit prisci Moris. Non pro idoneis fertur Sententia, nec in Ecclesia. De Candidatis Sacrorum Ordinum testimonium perhibet Regia: quasi Deus Deos, hoc est Sacerdotes, dijudicans non sit in Synagoga Deorum, hoc est in Ecclesia, sed in Prætorio sedeat Pilati; nec Samuel Saulem elegerit, sed unctus fuerit Samuel à Saule. Quis talibus suffragiis electos non reprobet? Quisve non doleat in hujusmodi Ordinationibus nihil ex iis adhiberi, quæ Legibus Sacris, Apostolicis moribus, ac Synodicis Regulis consentanea esse censentur. Non preces triduo haberi, non biduo saltem usurpari jejunia, quæ scilicet semper Ordinationes antecessere, usque ad tempora subdoli Imperatoris: cùm in Regia Concilium malignantium unà cum fraudulento Theophane solemniùs epulatum ad Ordinationem puelli processit: ut solio Sacro Chrysostomi vel impuberem imponeret.

IV. Hæc Leo: ubi nomine Subdoli Imperatoris Romanum Lecapenum intelligit, qui ex Archithalasso, & Patricio à Constantino VIII. Leonis Sapientis Filio ad Imperii Consortium adscitus Anno Christi nongentesimo undevigesimo, post biennium Tyrannidem occupavit, ut fusè narrant Græcorum Historię. (1) Concilium autem malignantium appellat Synodum ad exauthorandum Tryphonem Patriarcham coactam Constantinopoli. At Theophanes ille est, qui cognomento Cæsarias mira fraude Tryphonem impulit, ut chartam vacuam nomine proprio subsignaret, cui mox falsò cùm Romanus ea verba inscribenda curasset, queis videbatur Trypho se spontè magistratu abdicasse, regalibus epulis exceptos Patres adegit, ut Sexdecim annorum puerum filiorum suorum postremum, ejecto Tryphone, Patriarcham dicerent Theophylactum, suis sceleribus sacratam tot illustribus Viris Sedem fœdissimè conspurcaturum. Etenim hic ille Theophylactus est, qui sordidis avaritiæ stimulis percitus Sacra omnia venalia palam proposuit, qui fœdissimis amoribus, & nefariæ libidini deditus meretricibus, atque exoletis, lenonumque pueris, atque puellis (inaudita Græcis Sacerdotibus scelera) Patriarchion implevit; qui luxu perditus ita Equos dilexit, ut bis millenos aluerit non fœno, & hordeo, sed passa, fœniculis, amygdalis, dactylis, atque pistaciis; eorundem siti non frigida consulens, sed odoro per balsama, dilutoque aromatibus temeto. Quæ, & alia vide penes nostrum Historicum (2), ex quo eadem cum Dionysio (3) Petavio Baronius. (4)

(1) *Jo. Curopal. in Romano.*
(2) *Idem Curopal. ibid.*
(3) *In rationar. Tēp. p. 1. l. 8. c. 15. cir. med.*
(4) *Ad ann. 956. n. 2. & 3.*

V. Porro ex his constat, semper, & preces, & jejunia ante Ordinationes à Nostris fuisse celebrata usque ad Annum Christi nongentesimum quadragesimum quintum, quo (1) Patriarcha renunciatus est Theophylactus. Quapropter idem Leo explicans Canonem vigesimum quartum superiùs laudatum, causamque proferens, ob quam Metropolitæ subjectis Episcopis ministeria sibi commissa demandarent, id factum existimat, præter alia multa, quæ eruditè, & piè congerit, ne Ordinationum publicas preces, atque jejunia, necessariò tunc scilicet usurpanda, sustinerent. Sunt enim, inquit. Ἐν τῷ ὑμῶν ἱερατείας, ὑφ᾽ ὧν ἀπεχόμεθα τῆς κρεοφαγίας οὐ κατὰ νόμον, ἀλλὰ κατ᾽ ἔθος, οἱ ἐν μοναχικῇ σχήματι ποιμένες λαῶν, εἰσὶ, φημὶ, φιλοδάπανα, καὶ περιττὰ τὰ συμπόσια, ἅπερ ἐπειδὴ ἀνάγκη κατὰ τοὺς Κανόνας ἀναβαλεῖν, ὡς τοὐλάχιστον, πρὸ τῆς Χειροτονίας τὸ διήμερον νηστεῦσαι, θαυμαστὸν, ὁπόσον ἀρχιερεῖς τινας ἐκπλήττει, καὶ ὠθεῖ τοῖς ὑποκειμένοις θ᾽ αὐτοῖς καθήκοντα προστάττειν. *Sunt in Abstinentiis nostris, queis arcemur à carnibus ex more, non lege, quippe in Monastico cultu Pastores Populorum, sunt, inquam, prodiga simul, ac supervacanea convivia, quæ cùm Nobis necesse sit, juxta Canones, differre biduo saltem ante Ordinationes jejunia celebraturis, mirum, quantum quosdam Sacrorum Principes terreant, impellantque, ut subjectis mandent agendum, quod ex officio spectat ad ipsos.*

(1) *Vide Bar. ad ann. 944. n. 1. & 2. ex Curopalata.*

VI. Existimo, me hoc uno Auctore abunde probasse Photianis, ante Ordinationes Nostris usitatum, usurpatumque jejunium. Sed, ne hoc uno stet nostra Probatio, Ecce nobis similia tradit Synchronos Leoni, sed multò notior, nobiliorque Theodorus Metochites. Floruit is merita Sapientię, ac Probitatis laude conspicuus sub Seniore Andronico Palęologo, Magnusque Logotheta in amplissima dignitate par honori habitus est: mox sub Juniore Andronico magnam fortunæ mutationem passus, multisque ærumnis exercitus, immortalis obiit circa Annum Christi MCCCXXXII. de cujus gestis, ac scriptis præter Nicephorum (1) Gregoram, Joannem (2) Vossium, H. Lambecium (3), Jo. Jacobum (4) Frisium, Davidem (5) Hœschelium; vide, quæ nos fusiùs diximus in Testimonio Græciæ nostræ ad Theodorum Metochiten. Inter plurima verò monumenta tùm Sapientiæ, tùm Eruditionis, queis vir hic planè doctus Græciam nostram jam penè ad extremam paupertatem Scientiarum redactam auxit, atque ditavit, potissimè laudandus est aureus Libellus περὶ καινοτομιῶν κακοήθων, *de mala recentiorum consuetudine*, quem nostra ætate Latinum fecit Arcudius. Ibi enim ita de Sacris Institutis recentiorum More corruptis facundissimè queritur, ut trecenta vulnera Ecclesiæ à Corruptoribus illata demonstret. Jam Vulnere decimo octavo, ubi de Ordinum ritibus, post multa acutè, facetè plura, iratè plurima, sed verè ubique proposita, Ἕτερον δ᾽ ἔτι, ait, ταῖς Χειροτονίαις ἐν τῆς Γαστριμαργίας ξυνέβη κακόν. (δεῖ δὲ Γαστριμαργίαν κάκιστον, καὶ τῶν ἄλλων ἐλάττονα θεμελιώσαντι, καὶ ἀλογώτατον). Καὶ πάλαι μὲν πρὸ τῆς Χειροτονίας ἅπαντες οἱ περὶ αὐτὴν πρὸς τὸ νομὸν διὰ νηστείας παρεσκεύαζον τὴν διάνοιαν, ὥστε καὶ νομίζεσθαι παρ᾽ ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς καθ᾽ ἔθος γεγράφθαι, τοὺς ἐν Χειροτονίᾳ διάγοντας ξηροφαγεῖν ἐν ἄρτῳ, καὶ ὕδατι. νῦν δὲ ἐκ τῆς Χθεσινῆς κραιπάλης πορεία γίνεται πρὸς τὸ θεῖον τελεσθῆναι δράμα τῆς ἱερουργίας· οὐδ᾽ οἱ ἀρχιερεῖς τοῖς μέλλουσι χειροτονεῖσθαι τὰς νηστείας ἐντέλλουσιν, ἀλλ᾽ αὐτοὶ τοῖς ἀρχιερεῦσι, τῇ τε προτεραίᾳ, τῇ θ᾽ ὑστεραίᾳ, κατασκευάζουσι τὰ συμπόσια. Αἰωροῦνται τῇ ψυχῇ, καὶ σκιρτῶσιν οὕτω διάκειμενοι, καὶ ὑποδιάκονοι ἐγγυτέρω προσάγοντες τῆς ἐπισκοπῆς πεπηγότες, οὐχ ὅτι κεκτημένοι συλλειτουργοῦ πρὸς χάρισμα μέχρι, ἀλλ᾽ ὅτι ἀνεπίζονται τραπέζας βρώμασι δαψιλεστέρας. *Aliud etiam Ordinationibus irrepsit malum à Gula, quæ deterrimum, ac belluinum maximè, planèque rationis expers Vitium est. Olim sanè ante Ordinationes, qui earum satagebant, animum ad contemplationem jejunio præparabant; ut & Lex fuerit penes nos, & inter consuetudines scriptum sit, sic-*

(1) *Hist. l. 7. 8. & 9.*
(2) *lib. 2. de Histor. Græc.*
(3) *lib. 7. Comm. à pagin. 150. ad 154.*
(4) *In Biblioth. Gesnerianæ Catal. Græc. Cod.*
(5) *In Bibl. Aug. p. 52. Cod. 102.*

tis, atque aridis vesci debere, pane, frigidaque contentos, qui sacris initiarentur, initiarentve. Nunc verò ab hesterna crapula itur ad sacrum tanti Operis Ministerium; nec initiandis Episcopi jejunia indicunt, sed hi convivia pridie, postridieq; Ordinationum Episcopis instruunt. Assurgunt animo, exultantque Diaconi, & Hypodiaconi viciniùs adventantem Ordinationum solemnitatem meditati, non quòd Minister illis additur ad Oneris levamentum, atque laboris, sed quòd obsoniis lautioribus mensæ parentur. Hinc Metochites prosequitur docens, ex his quanta mala provenerint, proveniantque, tanta rerum Hypotyposi, ut jurejurando confirmare liceat, me, cùm illa legi, lacrymis minimè potuisse temperare. Legi enim, quinimo vidi malorum ibi nostrorum originem, miseriarumque nostrarum triste spectaculum hausi, cui parco proponendo, ne Nobis insultent ii, quos decuit periclitantibus opitulari.

VII. Scio hæc, aliaque per Metochitam tradita, leviter, at superciliosè perstricta à Margunio in suis ad Notas Balsamonis adnotationibus, ubi relata proximè, quæque nos modò dissimulavimus, vernaculo sermone nostro proponens, tandem, perhumanè Juppiter, ac perurbanè! Τέχα, ait, (1) σὺ ἀληθινὰ ταῦτα νομίσεις; ἀλλ' ἐγὼ λέγω, ὅτι ψεύδεται παντελῶς ὅλα ὁ Μετοχίτης, ὁ λατινίσας αἱρετικῶς, καὶ συμμαχήσας τῷ Βέκκῳ. *An tu hæc vera esse arbitrabere? At ego censeo omnia omnino mentitum Metochitam, quòd & Latinæ Hæresis reus fuerit, & commilito Vecci.* Sed in primis, ne sibi blandiantur Photiani authoritate Margunii, norint hunc ex illis esse, cui, ne in apertissimis quidem, decet fidem ullam præstare. Etenim fraudibus, mendacitate, manifestisque dolis vel ipsum Balsamonem superavit. Id evincemus cùm toto hoc Opere, tum singillatim alibi, clare adeo, ut non sit manifestior in Plutarchi scriptis Herodoti docta malignitas, quàm in nostris Margunii stupida prorsus, ac fatua, & malesana mendacitas. Quod attinet ad rem præsentem, sponte ne, an ignorantia? Margunius fœdissimè fallitur, Theodorum Metochiten affirmans cum Latinis sensisse. Nam qui id dicas? cùm constet ex laudato Gregora (2) maximis affectum honoribus ab Andronico Seniore, quo Principe nemo Latinis infestior, ut palam erit ex relatis ab eodem Gregora, & Georgio (3) Pachymere? Etenim is non Latinos modò ipsos, quosque scisset Latinorum dogmatum assertores ex Nostris vexavit, multavitque, sed Regiis nostrorum Principum artibus, odiisque prosecutus est adeo palam, ut & Veccum, Gentis nostræ decus extremum, longo carceris enectum pædore confecerit, ipsumque Parentem suum, quòd initæ in Lugdunensi Concilio cum Latinis concordiæ author in Græcia fuisset, sacro sepulcro pius impiè abstinuerit, ut manifestum est per (4) Allatium, (5) Jordanem, & ipsum denique (6) Veccum. Qui igitur fieri potuit, ut infensissimus Latinorum hostis Theodorum foverit Metochiten, si Latinorum is dogmata præ Photianis ineptiis maluisset? Non ergo is fuit Metochites, quem, ad elevandam verissimis ejus dictis fidem, mentitur reverà Margunius, vel, ut ei parcamus, turpissimè comminiscitur deceptus Metochitę cognomine, quod inter Orthodoxos, Gręcos nimirum, celeberrimum fuit, Photianisque passim terribile, quando ex ejus Agnominis familia in primis honesta Georgius Metochites & Catholicus, & Vecci Commilito, unà cum Joanne Melitiniota, acerrimè Photianorum furores ultus est, & insaniam; ut refert relatus dudum Pachymeres. Georgium porrò hunc esse à Theodoro, cujus authoritatem produximus, alium, patet tùm ex diversitate Nominis, tùm ex opposita ratione conditionis. Nam Theodorus & laicus fuit, & laico magistratu, dum vixit, perfunctus est, quippe Magnus Logotheta, quem rationibus Principalibus fuisse præpositum constat tum ex Niceta (7) Choniate, tum ex Codino (8) Curopalate: At Georgius Metochites & Sanctissimus, & Doctissimus Vecci Patriarchæ fuit Archidiaconus, seu Diaconus, ut se ipse appellat, de qua Dignitate sacra multa eruditè tradit Magrii (9) operosa barbaries, & nos alibi diximus aliqua.

VIII. Demus tamen cum Georgio, eundem esse Theodorum, atque hunc Latinorum dogmate imbutum fuisse; perneget illi Margunius, si quid referat non placiturum Photiano ex iis, quæ pertinent ad Photianas ineptias: Quis furor est, nullo Synchroni Authoris testimonio producto, hominem ducentis prope annis posteriorem ei notam mendacitatis inurere, qui scribit ad historiam spectantia, procul à partium studio, ad Mores tunc nostros, ad rerum, quas ipse vidit, qui scribit, iidemque videbant, queis scribit, notitiam? Nos etiam Margunio credimus in adiaphoris, licèt sciamus & perfidissimum, & mendacissimum; & Ecclesia universa, quæ jure fidem abrogat Cæsariensi Eusebio, cùm de Ariana lue multa commemorat, in cæteris ejusdem non approbat fidem modò, sed sequitur. Quid quòd & ipse Margunius more mendacissimorum hominum, quos, cùm oporteat memores esse, plerumque memoria prodit, sui oblitus, quæ in Metochita damnavit, ea nobis credenda proponit? Nam eodem Adnotationum suarum in putido illo farcimine, Δὲν εἶναι, inquit (1) κατὰ τὴν συνήθειαν τῶν Ἀποστόλων, οὐδὲ κατὰ τὰ ῥητὰ τῶν ἁγίων Πατέρων, νὰ γίνωνται αἱ Χειροτονίαι δίχως πολλῶν ἡμερῶν προπηγαινομένων νηστείαν. ὑπομένομεν ὅμως καὶ τοῦτο, καθὼς καὶ ἄλλα πολλά. *Non est Apostolici moris, aut consuetudinis congruæ scitis SS. Patrum, Ordinationes fieri sine præcedente multorum dierum jejunio: toleratur tamen & hoc, ut & alia multa.* Verò & alia multa, imo plurima. Sexcenta sunt enim, quæ in Ecclesia nostra, post Photianum schisma, priscis à Moribus descivère, de quibus suo loco dicam acerrimè. Sed non tolerandam hanc maximè Ordinum corruptelam docet non ex Nostris aliquis, sed ex iis, qui Photiani censentur à Photianis, (2) Planudes, cui adde & alios tum ex Nostris, tum ex Photianis idipsum minimè tolerandum edicentes apud Episcopum Crotoniaten Nicephorum Melissenum Comnenum in parvo, & aureo (3) libello de Ritibus Ecclesiæ nostræ.

IX. Sed dictis nostris desit authoritas, quæ ex hactenus dictis superest, non deerit ratio evictura, Ordinationibus præmittendum esse jejunium. Nam, si necessariò præmittendæ sunt preces

(1) nota 18. in Can. Apostol.
(2) hist. lib. 6.
(3) hist. lib. 7.
(4) de consens. lib. 2. c. 15. n. 7. pag. 760.
(5) in Cod. vaticano, n. 1960.
(6) In 1. & 2. Or. de sui deposit.
(7) In Manuel. Comneno lib. 7.
(8) de Offic. CP. Palat. pentade 2.
(9) Hierol. dictio. Archidiaconus.
(1) Nota 85. in cā. Apost.
(2) d. tit. περὶ χειροτονίας.
(3) Cap. 8. & 9.

Digitized by Google

preces; etiam jejunia. Propterea enim preces necessariò antecedunt, quòd eo de negotio agitur, unde & necessarium Ecclesiæ bonum spectatur, eidemque timetur exitiale periculum, ut superiùs apertè docuimus. At, ubi speratur bonum pernecessarium, adhibendum esse jejunium ostendit ipse (1) Servator in relatis opportunè initio Sectionis hujusce, idemque omnino usurpandum, ad avertendum discrimen, quod imminet, constat exemplo Ninivitarum (2). Idcirco non sine dolore quodam (zelus ne, an invidia dolorem hunc gignat, ignoro; nec moror, utrumque fortassis, at sine crimine) censeo, præ Nostris laudandos esse Latinorum Mores, quibus juxta Ecclesiæ utriusque suffragium, usitatum, imo & constitutum est, sine jejuniis Ordinationes nunquam auspicari. Nota Latinis edissero, Nostris ignota. His, quos à prisca consuetudine descivisse calumniamur, neque licuit unquam, neque licet, nisi vel Sabbato, Quatuor, ut ajunt, Temporum, vel Sabbato Majoris hebdomados, vel certe Sabbato, quod Passionis appellant, conferre (3) Ordines. Ut nimirum sacra Ordinum auspicia iteratum jejunium antecedat, quod adeò exigitur, ut nulla consuetudine ratum oppositum (4) censeatur. Quare, præter Summum Sacrorum Antistitem, neque profesto Pentecostes Sabbato, ipsove Pentecostes die, neque die Dominico, aliove Aræ, Templique dedicatione colendo, Ordines conferre licebit, quòd his diebus nullum præit jejunium, vel præit simplex, non suffecturum scilicet, tametsi geminetur sponte: quasi ad Ordines conferendos spontanea jejunia inepta sint, exigatque Ecclesia collatura publicum munus publicum erga Numen obsequium.

(1) Mat. c. 17. nu. 20.
(2) Jonæ c. 3. n. 5.
(3) c. Literas 63. dist. c. de eo. C. consultationi. C. cum quidā de temp. Ordin.
(4) c. Sanè. eod. tit.
(5) c. 1. eod. tit.

X. Scio ab argutulo ex Nostris quodam Latinis objici, quod Orbem Terrarum universum docuit Leo (1) Magnus: *ejusdem, scilicet, observantiæ esse, si mane, ipso Dominico die, continuato Sabbati jejunio, Ordinatio celebretur.* Attulit hoc Leonis effatum eodem in Opere non aliam ob causam Margunius, (2) nisi ut insurgeret in Latinos, *ὅτι μὲν ἡμᾶς καταφρονοῦσιν*, inquit, *ὡς κακῶς τηροῦντας τὰς διδασκαλίας τῶν ἁγίων Πατέρων, ὅταν αὐτοὶ δυσσεβῶς ἔχωσι περὶ τὰ δόγματα τῶν ἁγίων Παπάδων, καὶ κράζοντος Λέοντος Πάπα Ῥώμης, χειροτονεῖν ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ, αὐτοὶ χειροτονοῦσιν ἐν τῷ Σαββάτῳ.* *Qui nos vituperant, quasi SS. Patrum perperam præcepta sequamur, cùm hi ipsi erga SS. Pontificum decreta impiè se gerant: atque Leone Pontifice clamante, Ordines die Dominico conferendos, hi Sabbato conferunt.* Exclamare libet cum nostro Comico penes eundem Margunium. (3)

Ἡράκλεις, ἢ μαίνομαι, ἢ βλέπω!
Pol, aut insanio, aut video!

Nam quis credat hæc ab homine rationis compote scripta? Scelestissimus Margunius, si lecti Leonis sensa percepit, si non percepit, impudentissimus. *Ejusdem*, inquit, *observantiæ est*: quid hic clarius, ut intelligas, fas esse, vel Sabbato, Ordines sacros conferre? Non ergo jubentur Latini die Dominico manus imponere, sed potius illis potestas fit manuum vel ipso die Dominico imponendarum. Æquè juxta Canones fieri Leo docet, si Sabbato ineantur Ordines, ac si continuato Sabbati jejunio, ipso Domini die Ordinatio celebretur. Moneo nunc primùm, atque iterum, iterumque monebo, ne quis ex Nostris Margunio in Latinos declamanti fidem existimet esse præstandam ante, quàm ipse cognoscat de authoritate, quam ingerit, de Jure, quod jactat, de facto, circa quod queritur.

(1) Epist. 1. c. 1.
(2) Nota 35. dicta.
(3) In Acagiis n. 64.

XI. Nusquam iniquiùs damnantur Latini Ordines Sabbato conferentes, quàm ex hoc Leonis Pontificis loco: eum tamen ita corrupit Margunius, ut, qui patitur, vel Domini die, fieri Ordinationes, videatur cavisse, ne Sabbato fierent. Nunquam ineptiùs Græcus Latinos sinisteritatis, malevolentiæ, atque erga Nos odii postulabit, quàm cùm de Ordinationibus agitur. Mores Nostros circa has, quæque ad eas mox celebrandas peraguntur à Nostris, nemo Latinorum objurgat, nedum aut damnet, aut vituperet. Quinimo cùm Latinis stata Tempora, uti diximus, sint, extra quæ manus non licet imponere, Latinorum omnium sententia concors docet, licere Græcis quacumque die Ordinum initia auspicari. Quod ut Nostris manifestum sit, hinc scilicet Margunii calumnias agnituris, non privatum aliquem testem producimus, publicum testimonium damus ex ipso Jure (1) Canonico, confirmantque notis Nostris, & posterior Margunio Goarius, (2) & Hostiensis (3) Margunio trecentis ferè Annis antiquior. Non igitur, ut criminatur Margunius, in Græciam debacchantur Latini, dum Tempora Ordinationum decernunt; quinimo, nec, quòd jampridem ab Ordinationibus Nostris exulant decreta ab Apostolis, usitata utrique semper Ecclesiæ jejunia, verbo vituperant: primusque ego, & Græcus, & Græciæ meæ amantissimus, nulloque unquam Latinæ Ecclesiæ ex beneficio hactenus obstrictus hanc Morum corruptelam Nostrorum expono, asseroque contraria prorsus consuetudine emendandam, detrahendamque Moribus Ecclesiæ nostræ, quam Photianorum belluina stoliditas in Mores nostros invexit.

(1) gloss. in c. cum secundum, & in c. quod translationē de temp. Ordinat.
(2) In Ordin. Subdiac. not. 3. in fin. pag. 246.
(3) In Sum. Tit. de temp. Ordin. n. 2. vers. distingue.

XII. At, inquies, si juxta Leonis Magni præceptum licet Domini die manus imponere, nulla erit geminandorum jejuniorum ante Ordinationes necessitas. Neque enim ante quemlibet Domini diem Latini jejunium instituunt. Ita sanè; sed, si locum Leonis repetas, nosces, ex illo manifestissimè colligi Ordinationibus jejunia necessariò præmittenda. Nam, si conjectura primùm uti licet, videtur ibi tantùm Pontifex de eo Domini die agere, quem Sabbatum antecedit jejunio Quatuor Temporum solemne. Neque enim aliquid circa vetustissimam hanc Latinorum consuetudinem Leo videtur novi decernere, cùm illi tantùm quæstioni respondeat, quæ quærebatur, liceret ne Ordinationem die Domini celebrare? Cui respondet accuratè, doctéque: Ritè processuram Ordinationem, Si, peractis jejuniis, ea nocte Sabbati nanciscatur initium, quæ sequentem in diem Christo Redivivo dicatam protrahitur. Ex quibus protinus infero, Leonem de Sabbato Quatuor Temporum ibi pronunciare, cùm nimirum celebrantur Vigiliæ: (1) quare & intempesta nocte divinum Opus, quod Missam dicimus, inibatur in eam deducendum noctis ejusdem partem, qua dies Domini capit initium more Ecclesiastico consideratus. Hinc idem Leo eadem ipsa in Epistola,

(1) Leo Serm. 8. de Jejun. 7. mensis.

Digitized by Google

la, quæ nobis objicitur, cavet, *ne passim diebus omnibus Sacerdotalis, vel Levitica Ordinatio celebretur, sed post diem Sabbati ejus noctis, quæ in prima Sabbati elucescit, exordia deligantur*. Quasi non omni Domini die liceat manus imponere, sed eo dumtaxat, quo, cùm Sacra Mysteria ordiri liceat nocte Sabbato, atque Dominicæ communi, ita Ordinationum initur Solemnitas, ut & Domini die celebrata censeatur, & cœpta Sabbato. Verùm demus & hoc, Leonem ibi potestatem facere celebrandarum Ordinationum quolibet Domini die, non tamen ritè colliges, absolvi jejuniis Ordinationes: imo potius conficies, obligari eas jejuniis; quando vel Sabbato, vel Dominicæ lucis ipso mane celebrandæ sunt. Nam olim penes Latinos, & ipsa Leonis tempestate præcipuè, singulis hebdomadibus trium jejuniorum severissimum jus obtinuisse, ille dumtaxat negaverit, qui Leonis ipsius scripta non legerit, in quibus iteratò præcipitur: (2) *Quarta igitur, & Sexta feria jejunemus, Sabbato verò apud Beatissimos Apostolos pariter vigilemus*. Idipsum constat ex Jure (3) Canonico Latinorum, traditque Augustinus (4), cui addenda Sunt, quæ Magrius (5) eruditè proponit. Quod si qualibet hebdomade Latini jejunia celebrabant tribus illis, ut dixi, diebus, consequens erit, tametsi demus, quolibet Domini die morem fuisse, ut Ordinationes liceret auspicari, eas non sine repetitis jejuniis fuisse celebratas.

(2) *d. ser. 8. de Jejuni. 7. Mens.*
(3) *c. Lator. 33. q. 2.*
(4) *Epist. ad Casulanum.*
(5) *In Hierolex. dictio Jejunium.*

S E C T I O III.

Expenduntur Photianorum jejunia, & Sabbati jejunium propugnatur.

S U M M A R I U M.

I. *Mendacium Margunii negantis Jejunia usitata Latinis.*
II. *Nullum esse penes Photianos jejunium, & hoc quid sit?*
III. *In jejunio semel cibum sumere fas esse.*
IV. *Ostenditur mos Græcorum præmittendi Ordinationibus jejunium.*
V. *Calumnia Margunii, & impietas Coressii.*
VI. *Græcos consuevisse uti jejunio etiam Sabbato, si quando die Dominico Ordines conferebant.*
VII. *Legem latam ex causa temporali posse antiquari.*
VIII. *Lex etiam Euangelica aliquando, causa cessante, cessat.*
IX. *Cur vetitum Sabbato jejunium? & refertur Sententia Margunii.*
X. *Refellitur ea Sententia, & explicatur locus ex Euangelio de tempore Resurrectionis Christi.*
XI. *Vera causa vetiti Sabbato jejunii.*
XII. *Trullana Synodi protervia: quanta ejus authoritas: ejusque Censura.*
XIII. *Jejunium ex causa etiam Græcis Sabbato licuisse.*

I. NOvi quid his illico Photiani respondeant. Imitati Damonem illum, de quo Ctesias (1) in Fragmentis, quique victus ab uno, alium, quem vinceret, quæritabat; vix excidisse se causa vident, agnoscuntque ritè Ordinationes à Latinis peragi præmissis jejuniis, & statim Latina jejunia detestantur. Δὶν νηστεύουν οἱ Λατῖνοι ποτὲ, exclamat Margunius (2) καὶ σχεδὸν πᾶσα ἡ Δυτικὴ Ἐκκλησία ἐκ πολλοῦ ἀπέλιπε τὰς νηστείας, ὅπου ἡμεῖς οἱ ἐν τῇ Ὀρθοδοξίᾳ οἱ διαβαλλόμενοι ὑπ' αὐτῶν βέβαια τηροῦμεν. *Nonnunquam jejunant Latini, & penè universa Occidentalis Ecclesia jejunia, jam diù est, cùm cœpit negligere; quæ nimirum Nos verè Orthodoxi calumniis undique appetiti, revera servamus*. O verè Orthodoxos Photianos! ò Sanctos prorsus, & Templis, Arisque dedicandos, quia jejunia frequentant, si tamen frequentant! Quasi verò non frequenter eadem usurpent & Turcæ, neque usurpaverint Hæretici, de quibus & Canones (3) Apostolici, & Synodus Ancyrana (4). Quasi denique Judæi ipsi jejunia non celebrent; ac Sabbatariorum jejunia non ipsis Ethnicis (5) notissima fuerint. At verò nobile effatum Margunii negantis Ecclesiæ Occidentali jejunia qui, & unde, aut cui unquam probabitur, cùm tota testis Europa sit, inter Latinos semper viguisse morem certissimum jejuniorum? Quinimo, aperta, exactaque supputatione jejuniorum tum Occidentalium, tum Orientalium facta, Dominicus (6) Magrius evincit, plura à Latinis celebrari quotannis, quàm unquam Mos in Oriente usurparit. Sit ergo & hoc mendacitatis Margunianæ Solemne Trophæum: argumentum est manifestæ dementiæ, quòd Photiana jactat jejunia. Et decuit hercle Photianos supra omnes Terrarum Orbis homines, supra omnes Christo hactenus inimicas Sectas jejunia celebrare, quippe ejus Joannis posteros, qui sibi à Jejunio nomen adsciviț, quique primus Oecumenicum se dixit tanta protervia, ut æquissimas mitissimi Pontificis Gregorii (7) Dialogi iras meruerit. Sed ea Vitiorum natura est, ut imitatione deterior fiat. Etenim, cùm omne in præcipiti Vitium stet, quemadmodum tradit (8) Satyricus, in pejus ruat semper oportet, nec ab alto, unde præcipitat, nisi præcipitium, secum trahat.

(1) *Apud Jod. Kellerl. 1. de excell. artis Me.*
(2) *Nota 2. in c. 20. Laodic.*
(3) *Can. 51. & 53.*
(4) *Cano. 14.*
(5) *Martial. l. 4. Epigr. 4. vers. 8.*
(6) *In Hierolex. ver Jejuniũ.*
(7) *Lib. 4. Epist. 32. 38. & 151.*
(8) *Juvenal. Satyr. 1. cir. fin.*

II. Hinc Photiani ab illo Jejunatore Suitatis Jure malignitatem, atque ignorantiam hæreditaria quasi bona recepere, at contempsere jejunia, tanta palam incuria, ut planè mirum sit, si Photiani, gloriosissimæ Gentis nostræ æternum dedecus, de jejuniis hiscere audeant. Nam unde Jejunia ostentent, qui ea ne norunt quidem? Age obiter demonstremus & hoc, ne Photianorum hypocrisi, Græci, ut sæpe usuvenit, nostri decipiantur. Cedo, quid sit Jejunium, Photiani decernite: Ξηροφαγία, *aridorum esus*, respondet omnium nomine Balsamon, (1) quam non in magna tantùm Jejuniorum Periodo, sed qualibet Quarta Feria, Sextaque servandam severè adeò censet Photianæ Jurisprudentiæ Princeps, ut ne in mortis quidem confinio liceat, nisi piscibus, vesci. Eadem repetit idem Balsamon (2) alibi, cujus effata venerati Photiani omnes Nilus (3) Rhodius, (4) Coressius, (5) Margunius, (6) Nectarius Abbas, & ante hos viri Orthodoxi, (7) Prodromus, aliique commemorant. Sed optima quidem hæc omnia, austera, severa, & priscis Moribus consentanea: verùm ea Christianam Abstinentiam explicant, non Jejunii naturam. Eam si pressius

(1) *Ad Can. 69. Apostol.*
(2) *In c. 50. Laodicenum.*
(3) *In Synop. ad Synod. Laodic.*
(4) *In Synop. Nili Schol. 50. Laodic.*
(5) *d. nota 2. in Can. 50. Laod.*
(6) *Ep. 3. ad Geor. Corcyræ[n]sem.*
(7) *de Interpret. ad Can. 50. Laodic.*
(8) *In verb. jejunium.*

suis repetas, iterumque, atque iterum à Photianis exposcas, aliam à tradita Ξηροφαγία nullam agnoscent. Igitur ne naturam quidem jejunii norunt, qui Nobis sua jejunia tam superbè loquuntur. Etenim Jejunium non solam Ξηροφαγίαν esse, sed aliquid ipsam Ξηροφαγίαν circumscribens, atque non aliter explicari posse, quàm ut sit à certis cibis lege, vel voluntate jussa abstinentia, qua semel in die, certoque tempore, licet fami consulere, docebit nos omnium Doctorum suffragium, totius Vetustatis authoritas, ipse mos Photianus, nostræque Ecclesiæ religiosa consuetudo. Primum habes penes Epitomatores (8) Theologos, probantque, ac multis explicant (9) Bonacina, (10) Laymannus ex Lessio, & Azorio, (11) Fagundius, & apud hos omnes Theologi, quorum sententia adeo eadem die dapes iterare nefas est, ut penè in unico prandio, cœnave præcipua Jejunii vis sita esse videatur. Quare & is, quocum, ut barbaro vocabulo dicimus, *dispensatum* est circa esum carnium, si ab obligatione Jejunii absolutus non sit, semel tantùm in die cœnare jubetur; ut contra Reginaldum, & Lessium, atque Navarrum autumant (12) Azorius, (13) Filliucius, aliique; atque ad id videndi erunt, præter laudatos, Scholastici post D. Thomam, (14) Antoninus, (15) Cajetanus, (16) Valentia, (17) Medina, (18) Navarrus, (19) Covarruvias, (20) Toletus, (21) & Lessius. (22)

III. At authoritatem nobis Antiquitas porrigit suam, duce (1) Basilio Magno, qui ἀνάμενε, ait, τὴν ἑσπέραν, ἵνα βρώσῃ λάβῃς; *expecta vesperam, ut cibum capias:* cui adstipulatur Chrysostomus docens, sine operibus nihil profuturum jejunium, atque ita constituens: μὴ νομίσωμεν τὴν ἄσιτον ἕως ἑσπέρας μένειν ἀρκεῖν πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν· *Non existimemus inediam usque ad vesperas ad salutem nobis sufficere.* Plura otioso liceret ad Veritatis hujusce testimonii afferre ex (3) Tertulliano, & (4) Paulino, ex (5) Hieronymo, & (6) Augustino, è Regulis Benedicti (7) Abbatis, quem vos quoque Photiani inter Divos recipitis, addita insuper authoritate Conciliorum (8) Turonici, & (9) Cabilonensis, (10) Bernardi Abbatis, atque (11) Micrologi, viri in Ecclesiasticis rebus peritissimi. Duo attamen illi ex Patribus Nostris, tantique nominis Viri superererunt minuendo furori Photianorum, poteruntque lymphatam ignorantia mentem ad Rationis normam redigere, suarumque ineptiarum notitiam, quam si à Nobis toties, tantis ingestam testibus exturbare mentibus suis perseverabunt, faxo, ut astutum recipiant, vel inviti, ipsisque à Moribus toti Græciæ receptis agnoscant, se nec jejunio uti unquam, nec, quid Jejunium sit, nosse. Peto enim, utrum abstinere se à Carnibus, Piscibusque, hoc sit jejunium instituere? Si negent, ubi ergo Photianorum jejunia? Nam ipsis, modò neque carnes, neque pisces, aliudve, quod à sanguine vitam habeat, gustent, fas est non partem, sed partes solido de die demere, ac muria, salitiisque piscium ovis, atque reliquis Insectis, testaceique generis piscibus se se ingurgitare tota die. Quod scio Photiani minimè negabunt; si negent, reclamante Græciæ totius More usitatissimo, mendacitatis notam vel apud Suos protinus accepturi. Quod si asserant, idque illis erit jejunio uti, quod his sibi cibis interdicere; Infero, ergo queis jejunium sabbato piaculi loco est, ut ipsis sancit (12) Trullana Penthecte interminata noxam gravissimam: Queis, inquam, piaculi loco est Sabbatarium jejunium, qui licet, imo qui omnino necesse est, Quadragesimæ Solemnitatis Sabbatis, his omnino epulis, eduliisque, abstinere? Aut igitur jejunant Sabbatis omnibus majoris Jejunii Photiani, qui carne, ac piscibus se se abstinent Sabbatis illis, si id jejunium dicunt, quod est à carnibus, piscibusque cavere; aut, si habendo jejunio ea abstinentia minor est, nunquam jejunant Photiani, qui supra illam à Carne, ac piscibus abstinentiam, nihil amplius jejunio præstant. Hoc dilema, à quo Photianus nunquam effugiet, novi, quàm acriter stolidissimos homines cruentabit. Cruentet sanè, atque conficiat omnes, ac singulos, ut tandem loqui desinant, atque illa jactare, quæ, quippe falsa, seque invicem oppugnantia, Nos, quasi milites gloriosos, non Terentianis scenis deridendos exponunt, sed toti palam Ecclesiæ deplorandos.

IV. Et jejunant Latini, & antè, quàm Ordines conferant, jejunant; nec discors est Ecclesiæ utriusque circa jejunia hæc sacra suffragium, cui Leo ipse apertè consentit, potestate jam facta, vel ipso mane diei Dominicæ, Ordinationum celebrandarum. Imo ex eadem Leonis (1) Epistola, quæ est ad Dioscorum Alexandrinum Antistitem nondum Hæreticum, utriusque Ecclesiæ hunc jejuniorum Morem unum, eumdemque fuisse manifestè probatur. Id colligo, prælibatis illico aliquibus nota peculiari dignissimis. Et primò, ea, quæ scribuntur illa in Epistola, ab illo Leone scribi, cujus laudes Græcia nostra auxit Elogio privato penes Joannem (2) Moschum, publico in Concilio Chalcedonensi, (3) cujus decreto, & authoritate, & industria coacta Chalcedone Synodus Eutychianam luem extinxit, cujus potestate suprema Flaviani sanctissimi Antistitis trucidator sceleratus Dioscorus Alexandrina sede fuit deturbatus, qui Timotheum Elurum famosum Orthodoxi dogmatis hostem vi Apostolicæ Majestatis penitus profligavit, tutatusq; Sapientissimis Scriptis Catholicam fidem periclitanti Ecclesię tranquillitatem reddidit, ac salutem. Ex quibus colligo, Leonem, qui tanta cum Græcis habuit, peregitque negotia, Morum nostrorum fuisse percallidum. Noto secundò, illa à Leone scribi non Scythæ, aut Theuthoni, sed Græco, Græcorumque Sacrorum Principi, nondum ausis Episcopis Byzantinis per fas, nefasque Ecclesiæ nostræ sibi Principatum asserere. Unde licet inferre, quæ scribit, Græcis moribus, Eæque Ecclesiæ Institutis minimè repugnare. Desipuisset enim (Quod nefas mente concipere, nedum de tanto Viro, tanteque Sanctitatis, ac Sapientiæ Pontifice affirmare) Si ea, quæ ad Ritus pertinent nostros, immutare, atque ad instar Latinorum revocare tentasset. Quare sequitur, quæ scribit, nec à Moribus ullo modo nostris aliena, & Ritibus Græcorum haudquaquam fuisse contraria. Denique noto, illa à Leone scribi Dioscoro, reliquis Græcis non scribi, quibuscum tamen plurima egit, quibus plurima scripsit,

(9) p. 2. q. 1. dub. tim.
(10) li. 4. tr. 8. c. 1. nu. 12. & 13.
(11) li. 1. c. 2. p. 4.
(12) Instit. lib. 7. c. 10. q. 1.
(13) Tractat. 27. c. 4. q. 4.
(14) In 4. Sti. dist. 15.
(15) 2. a. q. 147. per tot.
(16) In 2. 2. d. quæ. 147.
(17) In 2. 2. d. quæ. 147. disp. 9. q. 2.
(18) Tra. de jejun.
(19) c. 2. n. 12. manualis.
(20) li. 4. Variar. c. 20.
(21) li. 6. Summæ cap. 1.
(22) li. 4. cap. 2.
(1) Orat. 1. de Jejunio.
(2) Hom. 4. in Genesim.
(3) Cōtra Psychicos c. 10.
(4) Ep. 6. ad Amādum.
(5) Epist. ad Eustochiū.
(6) Epist. 118. ad Yannarium.
(7) In Reg. c. 41
(8) Can. 18.
(9) c. Solens. de cōs. dist. 1
(10) Ser. 3 de quadrag.
(11) De Eccles. observ. c. 49.
(12) Canone 55.
(1) Epi. 81. ad Dioscor. c. 1.
(2) In Limonar, en prato Spirit. c. 147. & seq.
(3) Actione 6.

psit, quos in plurimis monuit, objurgavit, hortatus est, ut constat ex ejusdem Epistolis plurimis. Ex hoc porro, aliisque notatis hactenus utrumque statim conficitur, & jejunia ante Ordinationes penes nostram Ecclesiam fuisse more, usuque recepta, & penes Ægyptios tunc primum cœpisse negligi, cùm infamis Dioscorus è sententia Chalcedonensis Concilii (4) more non Christiano, sed ethnico cœpit Sacra tractare. Nam cur Leo uni Ægyptio, & Græco, & supremo Græcorum Antistiti hæc scribat? Cur hunc solum admoneat, Ordinationes non passim, sed post jejunia celebrandas? Si passim sine jejuniis manus imponere nefas; idque tunc Græcis usitatum, cur Leo tot Græcis Antistitibus multa, & leviora emendanda proponens, hoc unum dissimulat? Si indifferens, quod *ἀδιάφορον* dicimus, idque à Græcis receptum, cur amabo, idipsum soli ingerit Ægyptio, quem sciret à consuetudine minimè damnata, imo & in reliquis tolerata minimè recessurum? Fatendum ergo, nec cæteros monitos, jussosque ea morum corruptela abstinere Ordinationes, quòd hæc corruptela nusquam esset in cæteris: & monitum, atque ad illa jejunia provocatum Dioscorum, quòd in Ægypto propediem ea glisceret corruptela. Unde apertè conficitur, ex More utriusque, imo in primis Ecclesiæ nostrę, Ordinationibus Sacris præmittenda esse Jejunia.

(4) *Actione 3. passim.*

V. Hoc argumento mirè torquetur Margunius, (1) illudque ut eluctetur, omnia movet, tanta dictorum varietate, &, ut veriùs dicam, repugnantia, ut mihi referre nescio quid videatur ex illis, quæ ipse in Adagiis palam ex Erasmo corrasis de Proteo memorat. (2) Tandem, ubi in plurimis nihil dixit, extremę naufragantium Photianorum tabulæ manum adjicit; atque, ut mos Nebulonibus est, acroamaticè, corrupta per Latinos tanti Pontificis monumenta decernit. At non esse corrupta, quę Leonis extant Opera, & hanc speciatim ad Dioscorum Epistolam, ne Latinos testes producam, testatur Balsamon (3) ipse, nequiter asserens, consuevisse Latinos Patres etiam Sanctissimos ejus satagere, ut Græci Latinis se moribus accommodarent. Testatur & Abbas (4) Nectarius Photianè, hoc est vel in ipsa veritate falsissimè, unam à Latinis corruptoribus Leonis Epistolam, alteramve, & quę contra Eutychen est, & quæ ad Dioscorum, intactas, illibatasque relictas, cætera omnia fuisse corrupta SS. Patrum Latinorum scripta. Testatur denique vel ipse Palamas (5) Photianorum Thaumaturgus unum docens Leonem ex Latinis Patribus recipiendum in omnibus esse, quòd Gręcus scripserit Gręcè: cùm tamen & Etruscum Quintiliani filium fuisse, & Latinè solùm atque elegantissimè scripsisse nemo est, qui ignoret. (6) Tanta est Photianorum Sapientum, tamque stupida historiarum notitia! Non igitur obest validissimo ex Epistola Leonis ad Dioscorum argumento responsio Margunii, cui tamen apertè desipienti opitulatur Coressius Chius Medicus, demens Theologus, & celeberrimus hoc sæculo Photianus, quem ut miror à Jacobo Goario viro religiosissimo, deque Ritibus nostris optimè merito passim laudari, ita spero à me sępius, ut alibi præstiti, in iis, quæ sequentur, & quidem meritò vapulaturum. Is in eo libello, quem latinè, sed planè barbarè scripsit contra Latinos, quas author meruerat, Romę sub Urbano VIII. flammis dato, ut narrat Crotoniates (7) Episcopus, Leonem Magnum toti Gręciæ nunc etiam, ut olim, ipsisque Photianis venerabilem, si credimus Menologiis (8) nostris, stoliditatis accusare ausus est, quasi, quæ fieri non possent, Dioscoro imperasset. Nam, *quomodò*, inquit, *continuato Sabbati jejunio Ordines darentur, cùm Græcis non liceat Sabbato jejunare?* Ita sanè; translativum est, Græcis die Sabbati non licere jejunia, ex Ignatio (9) Martyre, ex Canonibus (10) Apostolicis, ex ipsa Trullana (11) Synodo: atque de hoc multa Baronius, (12) & Magrius, (13) nosque ipsi alibi plurima diximus. At constitutissimum etiam est, si quando die Domini contulissent Ordines, illis, & Sabbato, licuisse jejunia.

(1) *Ad notam 2. ad can. 40. Laod.*

(2) *Num. 5 per tot.*

(3) *In respons. ad Epist. Cypri in ined.*

(4) *Ep. 5. ad Georg. Corcyren.*

(5) *Orat. 5. de Spirit. S.*

(6) *Vide Bar. ad ann. 440. num. 1. & seq. Anastas. Plac. Ciacon. in Leone I.*

(7) *De Ritib. Eccl. Græ. l. 1. c. 10.*

(8) *12. Kalend. Martii.*

(9) *Epist. 8.*

(10) *Can. 64.*

(11) *Can. 55.*

(12) *An. 57. num. 202.*

(13) *In Hierol. Dict. jejunium.*

VI. Dixi, si quando: existimo namque ad evitandum Sabbati jejunium in more positum penes Nostros, ne Die Solis Ordinum auspicarentur initia. Quare, si mendacibus ulla fides debetur, verum erit, quod ipse Margunius notat in Metaphrasten, (1) Ordinationes haberi solitas ipso die Sabbati, quod erat illis Solemne. Id si verum est (quod tamen ita verum existimo, ut nec semper, nec ubique obtinuerit, ni nos Historiæ veritas decipit) Si verum est, inquam, puto hanc conferendorum Ordinum Sabbato consuetudinem à Græcis moribus in Latinos fluxisse: scilicet, ut eo die Ordines traderentur, cui præcessissent Quartæ, & Sextæ Feriæ jejunia. Sed hæc conjecturæ nostræ sunt, cui confirmandæ ulteriùs nihil est temporis impendendum, quod utiliùs impendere licet constituendæ assertioni, quam proximè propósuimus, nimirum, Si quando die Domini contulissent Nostri Sacerrimos Ordines, potuisse ritè vel Sabbato jejunia celebrare. Id sanè consequens est, & palam infertur ex dictis. Nam, si, quemadmodum ostendimus, Ordinationibus necessariò præmittenda erant jejunia, prorsus oportuit, vel in Sabbati lætitia, solitis epulis, cibisque temperare. Quod liquidò constat ex Leonis relata Epistola, quam unius Apostatæ & ignorantissimi, & audacissimi censura minimè labefactat: quippe non solùm toti semper Græciæ, sed vel ipsis Hostibus Græciæ, Photianæque hæreseos Antesignanis, omni ex parte venerabilem. His addimus Vecci sententiam, in Oratione, (2) quæ incipit *ἀκούσατε ἱερὸν Συνέδριον, φίλοι συμμεράρχαι, Ἀρχιερεῖς ἀδελφοί*. *Audite Sacer Consessus, dilecti Socii, Episcopi fratres*. Hortatur ibi præter alia, circa finem, ut ante Ordinationes jejunia celebrentur, ne nimirum Mos pessimus devovendorum Numini hominum per crapulam, & convivia ulteriùs in Græcia per nefas obtineat: hinc enim opprobrium Genti, & Ecclesiæ certissimum damnum fieri: Quæ omnia eloquenter, & doctè vir verè Græcia nostra dignus evincit. Mox addit; *εἰ δὲ ἐν τῇ κυριακῇ ἐπιλάβοιτο Χειροτονίας ἀνάγκη, ἐξεστὸν καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ νηστεῦσαι· ἀνυπεύθυνος γὰρ ἀνάγκη τοῦ Νόμου, μάλιστα δ', ὅταν ὁ Νόμος ὑστέρηγος, καὶ παντοδαπόν, καὶ πάντοτε τὸ δέον εἰσφέρει*. *Quòd si die Dominico manus imponendæ erunt ob necessitatem quampiam, fas & Sabbato usurpare jejunia; non enim legi necessitas subest: præsertim cùm lex*

(1) *Nota 3. in Vit. S. Epiphanii.*

(2) *Orat. 1. de inauguratione sua.*

tem-

temporaria, neque Continuam, neque semper inferat necessitatem. Hæc Veccus Græcè, hoc est Sapienter de rebus arbitratus, quæ profectò ingerenda sunt Nostris, ne aliquando desipiant ea mordicus approbantes, quorum qui se tenacissimos passim ostentant, id agunt, ut à Sapientibus & stupidissimi, & pervicacissimi audiant.

VII. Igitur acutè Veccus, & juxta Juris universi Sententiam. Etenim lex Sabbato jejunia vetans certum tempus habuit, certumque locum. Quod ut apertiùs pateat, tandemque quorundam ex Nostris superstitiosam severitatem erudiat, pressiùs legis ejusdem ratio indaganda est, unde & tempus ipsius apertissimè cognoscatur. Quemadmodum enim omnes Animantis proprietates ab anima pendent, ita & legis conditio à ratione, quæ nimirum anima legis est, ex tritissimo (1) IC dicto, cui adstipulatur Aristoteles (2) in Ethicis docens, id esse finem iis, quæ Moralia sunt, quod *forma*, ut Philosophi dicunt corpori Animantis. Nam actum ipsum hominis, in moris genere, speciem nancisci ab ipso fine, quo ita contrahitur, extenditurve, ut talis sit; habiturus quantitatem ab ipso Agente, qualitatem à Fine. Porro finis legis ipsa legis est ratio, quam propter condita est; unde colligitur, formam, sive animam legis rationem esse. Hinc ratione, quæ causa, uti dicunt, *finalis* censetur legis, deficiente, lex ipsa deficit, ita Jure (3) decernente. Neque enim aut Animanti sine forma viva, animave, aut legi sine ratione esse fas est. Nam, quæ citra rationem lex dicitur, iniqua est, quæ autem iniqua lex est, nulla est, legisque nomine ipso indigna. Etenim lex omnis, quæ rata, quæ Sancta, qualem decet esse legem, ut lex sit, ab æterna Numinis lege promanat: At omnis lex, quandiu cum ratione est, à lege est divina, & æterna, quæ ipsa ratio esse censetur, ex acutissimis effatis Augustini (4) quem refert, ac sequitur Joannes à Turrecremata (5), & nos late docuimus in Tract. (6) de Constitutionibus. Id adeo verum est, ut non aliam ob causam adventu, obituque Servatoris Christi desiisse putentur Judæorum leges, quæ ad cęremonias, atque Judicia pertinebant, ut explicat Bernardus (7), & inferunt Theologi tum ex Christi Verbis *consummatum* (8) *est*, tum ex narratione Matthæi (9) *Velum Templi scissum est*, tum denique ex illis Apostoli (10) *mortificati estis legi per Corpus Christi*, nisi quia eæ leges ad id datæ, lat æque fuerant, ut Christi, quemadmodum tradit Apostolus (11), essent Servatoris ἀντίτυπα, atque Umbræ quædam, ac futurorum prænunciæ figuræ. Qua ratione, fine ipsarum, ac causa deficiente, desiere illæ & esse, & obligare.

(1) *Jason. in l. petēs C. de pac.*
(2) *penes Jodoc. keller. de Excellen. artis medic. lib.* 1. *c.* 3.
(3) *c. cùm cessante de appell.*
(4) *l. de liber. Arb.*
(5) *in c. omnes leges* 1. *dist. n.* 18. *ver. sext. quæritur.*
(6) *Prælect.* 34.
(7) *Epist.* 77. *ad Hugon.*
(8) *Jo. c.* 19. *n.* 30.
(9) *Mat. c.* 27. *n.* 51.
(10) *ad Rom. c.* 7. *n.* 4.
(11) *ad Coloss. c.* 2. *n.* 17. & *ad Hebr. c.* 10. *n.* 1.

VIII. Quinimò & Lex Euangelica, causa, quampropter lata est, deficiente, ne ipsa quidem ad sui obsequium subjectos adigit. Sanè lex, qua Fratres Nostros jubemur secretò reprehendere, & lex fraternæ *correctionis* vulgò appellatur, Euangelica est, Christo (1) dicente: *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum*. ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε, καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ, καὶ αὐτοῦ μόνου. Ejus porro ea causa, finisque est, qui reprehendendi secretò hominis respicit emendationem: ibidem enim dicitur: ἐάν σου ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου: *Si te audierit, lucratus es fratrem tuum*. Da nunc deploratæ adeo salutis reprehendendum hominem esse, ut nulla Spes adsit ejus ad meliorem frugem revocandi occulta illa reprehensione; cessabit profectò secretæ reprehensionis obligatio, transitura quandoque in oppositam obligationem reum deferendi, accusandique protinus, si per accusationem, delationemque spes fiat, aut emendandi hominis, aut periculum publicè, privatimve imminens avertendi. Quamobrem non justæ modò, sed penitus necessariæ censentur leges Ecclesiasticæ jubentes accusare Hæreticum, vel omissa fraterna reprehensione, ut constat ex Jure (2), cui suffragatur Glossographus (3) ante quem idipsum docuere ex nostris Leo (4) Garidas, Theophilitzes (5) Phobenus (6), & alii, quemadmodum & ex Latinis post hos, & Glossographum plurimi cum Cardinali, (7) Graffio, (8) Simanca, (9) Roja, (10) Campeggio, (12) Conrado, (12) Bruno, Alfonso (13) de Castro, Deciano, (14) Navarro, (15) Azorio, (16) Bannio, (17) Martino (18) del Rio, aliisque, quos fusè ad id alibi nostris in Responsis produximus. Hæc Photiani si scirent, his cognoscendis si operam Ecclesiæ nostræ maximè profuturam navarent, neque Sabbatario jejunio adeo abhorrerent, neque illud ex veteri more usurpantes tantopere detestarentur, non demùm quidquam obesse dicerent, quin ante Ordinationes, si Sabbatum intersit, Sabbato jejunarent: quando adeo non est piaculum servare Sabbato jejunia, ut illa Leo Magnus Græcis imperet Ordines collaturis. Sed hi maximum id decus rati, si quacunque ex causa in Latinos dicant, & quæ corruptis moribus in re Ecclesiastica male peragunt, Traditionibus, uti ajunt, Apostolicis tueantur: Quidquid obsoletarum, victarumque legum reperire est, si mores Latinorum impugnent, id æternum censent, cùm illud inprimis dispiciendum in legibus sit, an causas habeant perpetuas: inde enim legum perennitas est, nulla lege, nulla consuetudine contraria labefactanda; nec aliam ob causam lex à Natura indita, Nobisque à principio constituta ęterna, immutabilis, & nunquam desitura omnes obligat, nisi quòd sita est in necessaria omnibus, semperque ab omnibus custodienda honestate.

(1) *Mat. c.* 18. *n.* 15.
(2) *in c. quapropter* 2. *q.* 7. *in c.* 2. *de Hæres.*
(3) *in d. c.* 2. *de hær.*
(4) *In Synops. om. Novell. c.* 1.
(5) *in Eloge Novell. n.* 64.
(6) *In expos. Novell. Leo. & Conf. ad novell.* 8.
(8) *in c. Si peccaverit n.* 29. 2. *q.* 11. *in tr. de hær. rubric. de pœnis. recip. n.* 11.
(7) *lib. decis. c.* 18. *n.* 24. & *sequ.*
(9) *Instit. tit.* 4. *de ac. usf. n.* 1. & 2. *tit. de denũcias. n.* 1. & *tit.* 42. *de occult. n.* 12. *In Enchir. tit.* 23. *n.* 1. & *tit.* 33. *n.* 1.
(10) *Sing.* 3. *n.* 3. & 14. *sing.* 46. *n.* 1. & *de hær. p.* 2. *n.* 55.
(11) *ad Zanchin. de hær. c.* 9. *litt. A.*
(12) *de hær. li.* 2. *c.* 7.
(13) *de just. hær. punit. c.* 25.
(14) *Trac. Crim. l.* 5. *c.* 30. *n.* 7.
(15) *Conf.* 5. *n.* 3. *de hær. li.* 5.
(16) *Insti. p.* 1 *li.* 8. *c.* 19. *q.* 9.
(17) *in* 2. 2. *q.* 11. *a.* 4.
(18) *Disquis. Magic. lib.* 5. *sect.* 4.

IX. Age igitur, cur vetitum olim Sabbato jejunium fuerit, videamus. Neque de hoc Nostros interrogo illico responsuros, cęco parendum obsequio Ecclesiæ jussibus, quos tamen & ipsi negligunt sæpè, cęca prorsus incuria; Photianos, quorum non barba mitius supercilium jactat summam in Re sacra scientiam, teste Margunio, (1) Photianos, inquam, interrogo, cur vetitum olim jejunium Sabbati? Non adeo insanos existimo, ut putent, propterea vetitum, ut ad mores Hebræos suos Christiani componerent: quamvis, ne quid ineptum Photianis indictum sit, id asseruerit in Relato, damnatoque libello Coressius (2) oblitus fortassis (qui se passim peritissimum in Epistolis Pauli (3) autumat, unoque Chrysostomo hac in re minorem) Pauli ipsius censentis (4) à Moribus Judæorum Christianos mores arcendos, ac reprehendentis (5) propalam Petrum cogentem Gentes *judaizare*. Igitur audiendus Margunius (6) nostro hoc sæculo

(1) *In proœm. notarum.*
(2) *refert Nicephorus Melissen. ubi supra.*
(3) *In proœm. Theologicor.*
(4) *ad Tit. c.* 1. *n.* 14.

Pho-

(5) ad Galat. c. 2. n. 14.
(6) In d. not. 2. ad Can. 50. Laodic. et not. 3. ad Can. 64. Apostol.

Photianorum Apollo. Hujus oraculo, Jejunio Sabbati nobis interdicitur, propterea quod: ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἀνέστη ὁ κύριος, τοῦτ' ἐστὶ τὸ βράδυ, λέγοντος τοῦ Εὐαγγελιστοῦ, Ὀψὲ σαββάτων. Διὰ τοῦτο ἑορτάζοντες τὴν ἁγίαν, καὶ ἀποθαυμαζομένην ἀνάστασιν, ἑκάστοτε ἐν τῷ σαββάτῳ οὐ πρέπει νηστεύειν καθὼς μᾶς προστάττουσιν οἱ μεγαλορρήμονες Λατῖνοι. *Ea die surrexit Christus, serò nimirum, dicente Evangelista, Vespere Sabbatorum. Idcirco singulis Sabbatis Sanctam, atque mirabilem Anastasin celebrantes non decet jejunare, quemadmodum nos jubent magniloqui Latini.*

X. Hæc Margunius tanquam ex Tripode: Attamen, ò bone Vir, unde probas, jejunium Sabbati Græcis fuisse per Latinos imperatum? Id adeo falsum est, ut inter Latinos diù, Romanis Sabbato jejunantibus, plurimi se se abstinuerint à jejunio. Lege Augustinum, (1) lege Ambrosium, (2) agnosces tandem, quanta temeritas sit, ne dicam stultitia, gratis publicè inter Sapientes mentiri. Igitur de hoc Sabbati jejunio Nobis per Latinos imperato magnum ubique Latinorum silentium est, quod tamen silentium audit Margunius; cui nil mirum, si magniloqui Latini videntur, quando ipsum illi eorum silentium loquitur, efficitque, ut tacentes de Sabbati Jejunio edicant Græcis præcepta, non nisi à Margunio, qui novit audire silentium, audienda. Sed hæc insaniæ esse quis dixerit, illa imperitiæ manifestæ sunt, quibus de tempore Sacræ Servatoris Anastasis confidenter decernit. Nam de illo dubitatum est, an Christus ante exitum Saturnalis noctis Surrexerit, an potius post ejusdem noctis pertinens ad Dominicam diem gallicinium? De quo videndus Baronius (3). Nemo hactenus dixit, vespere ipso Sabbati, hoc est ipsa luce Sabbati ad vesperam inclinata, Christum ad vitam rediisse. Id palam est tum ex relato Baronio, tum ex cæteris omnibus Sacrarum Paginarum Interpretibus, penes quos longo agmine fas erit disputantes aspicere utriusque Ecclesiæ Patres, & in illo ὀψὲ σαββάτων, quod tam facilè, & ineptè suę sententiæ accommodat Margunius, laborantes. Et ex Latina sanè phrasi Evangelii, in qua ὀψὲ illud ad Vesperam significandam transfertur, difficultas laboriosiùs enodatur, cùm Vespera non sine tormento vocis ad Auroram Nobis enunciandam protendatur: at in Nostro Idiomate, cùm non nisi imperitissimis ignotum sit τὸ ὀψὲ aliquando significare *post*, imo & longè post, ut patet ex Lexicis, (4) ubi ὀψὲ τῶν Τρωικῶν, hoc est, *quod longè post bellum Troianum*; facilis explicatio erit, ut nimirum ὀψὲ σαββάτων idem sonet, ac post Sabbata, seu post hebdomadem Sabbatorum, cùm prima Sabbati incipit, quæ ipsa Dominica dies est. Non ergo die Sabbati Christus redivivus prodiit è sepulcro. Quod si cui ex Gentibus Christi Religione imbutis certum est, Græcis fuit semper certissimum, penes quos, cùm cæteris anni Sabbatis jejunia usurpare minimè liceat, Sabbato ipso Majoris hebdomadis, non licet tantùm, sed necesse est. Quinimo Græci, jussu Trullanæ Synodi, eo Sabbato jejunia producere côguntur usque ad mediam Noctis illius horam, non aliam sanè ob causam, nisi, quòd circa horam illam de morte Christus triumphasse censetur, ut ibi ea Synodus haud legitima sanè, sed Photianis omnibus adoranda pronunciat, quæ adeo Margunii stultam interpretationem non recepit, ut ὀψὲ illud Matthæi (7) ejusdem significationis existimet, ac illud Lucæ (8) ὄρθρου βαθέος. Quid quod idipsum testatur, reque ipsa Margunii Sententiam damnat Ecclesia Nostra, quæ, Latinis, Vespere ipso Sabbati, Sacram Paschatis lætitiam incipientibus celebrare, continuata mæstitia luctum omnino non solvit, solvendum scilicet solemni Cæremonia ea noctis intempestæ hora, qua penes nos mysteriorum plena Solemnitas, non sine sacra Triumphi, quem celebramus, hypotyposi peragitur.

(1) Ep. 86 ad Casulanum.
(2) lib. de Helia, & Jejunio, c. 10.
(3) Ann. 34. num. 174.
(4) in dictione ὀψὲ.
(5) ex Plutarcho in Numa.
(6) Canone 90.
(7) cap. 28. n. 1.
(8) cap. ult. n. 1.

XI. Stat igitur communi Ecclesiæ, ac Nostrę præsertim, suffragio, Christum non Sabbato surrexisse, sed vel noctis, quæ Sabbatum terminat, in extrema periodo, vel noctis, quæ Dominicum diem orditur, initio; unde statim sequitur, non ideo vetari jejunia Sabbato Græcis, quia Servatoris Christi Anastasin ea die commemorant. Est illis, ut Christianis cæteris, status ad id dies Dominicus, quo publicè jejuniis uti nefas est, eam nimirum ob causam, quam melior Judæus, quàm Græcus Marguniius Sabbato tribuit. At si Sabbato Servatoris redivivi triumphos Græci minimè celebramus, cur igitur Nobis ea die vetantur jejunia? Explosa responsione Margunii prima (nam de secunda in secaturis latè, & utiliter disputabimus) Sapientissimi hominum Photiani causam germanam vetiti Sabbato jejunii proponite, exposcentique mihi, ac publicè interroganti responsum date: Nempe, quod Vates Venusinus (1) dixit:

Tacent, & ora pallor albus inficit,
Mentesque perculsæ stupent.

Dabimus Nos, quando Photianorum stupor nil Nobis offert, quod sapiat. Jejunia non Græcis tantùm, sed Occidentalibus etiam cęteris vetita, ne viderentur impiæ quorundam hæreticorum Sententiæ facto consentire. Sciendum enim Photianis existimo, quod mediocriter Ecclesiasticæ historiæ periti olim novere. Authore Simone illo Mago (cujus pręcipuam hęresim Photiani opere probant Sacra omnia licitantes) fuisse, qui dicerent, Hebræorum Deum, qui legem Synagogæ tulerat, atque Mundum hunc oculis nostris expositum à principio condiderat, & Sabbato requieverat, malum esse. Hunc à Christo damnatum, mox etiam enectum; damnandumque propterea, planèque detestabilem esse Christianis. Quapropter jejunandum Sabbatis, ostendendamque manifesta mæstitia, odio esse authorem colendi Sabbati, qui malus rem pessimam fecisset, Rerum hanc machinam tot malis obnoxiam, tot sceleribus obligatam. Hęc ex Mago Simone tradita vel ipsis Apostolorum temporibus Menander, Basilides, Suturninus, Cerinthus, Carpocrates, famosa Sectarum Nomina, docuere passim, ac pro viribus propugnavere, quibus mox continuata impietatis successione adstipulati sunt Cerdon, & Marcion, & Manes, ex quo Manichæi; videndique ad id Irenæus, (2) & Epiphanius, (3) & ex his tum Planudes, (4) tum Cabassutius. (5) Ergo, ut his occurrerent tum Apostoli, tum Patres Apostolorum successores, maximopere ejus satagere visi sunt, ut indicta per hæreticos Sabbati mœstitia nusquam esset, vetaruntque prorsus eo die jejunia

(1) Horat. Epod. Od. 5.
(2) Lib. 1. c. 20. & seqq.
(3) ab hæres. 21. ad 28.
(4) In Not. in additio, ad Bibliothecam Photii. in Epiphanio.
(5) Ad Can. 50. Laodic.

Digitized by Google

jejunia, tanto Sabbati cultu, ut illud ad instar Dominicæ celebrarent. Quod Nostri liquidò noscent ex Constitutionibus (6) Clementis, ex Eusebio (7), Socrate (8), Anastasio (9) Nicæno, cæterisque Antiquitatis authoribus. Qua ratione Ignatius Martyr (10) interfectorem Christi appellavit eum, qui die Dominico, aut Sabbato, uno excepto, nempe Majoris hebdomadis, jejunia celebrasset. Vide alia plurima appositè, & eruditè producta ad rei, quam tradimus, confirmationem penes eosdem, & Planudem, & Cabassutium, queis adde Magrium (11), & Baronium (12). Ex quibus omnibus, quæ Græca sunt, quæ Nostra sunt, quę à nobis negari non possunt, manifestum est, non aliam ob causam vetitum fuisse Sabbati Jejunium, nisi, ne Orthodoxi cum hæreticis, in re ad pompam, argumentumque heresis suę adsumpta, convenirent. Unde statim colligitur, legem Sabbato non jejunandi nec causam habuisse perpetuam, nec omnibus indictam fuisse; atque adeò posse non observari, si hæreses, propter quas lata est, desint; & potuisse etiam negligi ab iis Populis, penes quos eæ hæreses nunquam viguere.

(6) *Const. lib.* 27. *c.* 24. (7) *Hist. lib.* 3. (8) *Hist. lib.* 6. *c.* 8. (9) *Libr. quæs.* 9.77. (10) *Epi. ad Philadelph.* (11) *Hierolex. ver. Jejunium.* (12) *An.* 57. *n.* 202

XII. Quo fit, ut maximè mirer, qui fieri potuerit, ut Patres Trullanæ Synodi tantam dementiam induerint, ut jusserint, vel Romanam Ecclesiam Sabbati se jejunio abstinere, cùm lex illa nunquam Romanos obstrinxerit, quippe lata dumtaxat iis Gentibus, & Orientalibus, & Occidentalibus, quas hæreses illæ vexabant: cùm lex illa nunquam fuerit à Romanis recepta, queis mos Apostolica Traditione receptus jejunii Sabbatis omnibus celebrandi, ut sunt locupletissimi testes (1) Augustinus, (2) Hieronymus, (3) Innocentius I. Concilium (4) Eliberinum, ipse (5) Joannes Cassianus parum æquus Latinis, seu Scythes, seu Græcus, certè Chrysostomi discipulus; cùm denique lex illa temporariam causam habuerit: quare, ex dictis, ea causa deficiente, potuerit jure abrogari, abrogataque sit ex parte vel ab ipsis Græcis. Nam quæ jejunium vetabat, jubebatque festum agi vacaturis Sabbato ab omni servili Opere, ut constat ex (6) Constitutionibus Clementis, ex effato Gregorii (7) Nysseni duos dies, Sabbati nempe, atque Dominicum fratres appellantis, & ex (8) Asterio Amaseæ Episcopo utrumque illum diem Ζυγὸν ὡραῖον, ϗ ἴσον τῷ σαββάτῳ τὴν κυριακὴν, *pulchrum jugum, & par Sabbatum Dominicæ* vocitantis: tamen, quod attinet ad jejunium, à nobis retenta est, repulsa, quod spectat ad festum. Sed Trullana illa Synodus nihil obesse Veritati potuit, poteritve, quippe nulla Ecclesiæ authoritate coacta, passim à majore parte Ecclesiæ rejecta, in pluribus Fidei Orthodoxæ contraria. Scilicet, ut omittamus, quæ (9) statuit circa Sabbatum, quis eam Synodum Legitimam dicat, quam Romanus (10) Pontifex minimè indixit? cui nullus Veteris Romæ Legatus interfuit? Neque enim ulla fides præstanda mendacissimo (11) Balsamoni, Legatum in ea Synodo Romanum commento Archiepiscopum quendam Cretensem, ut palam Græca exemplaria referunt, cùm nunquam id moris Romanis Antistitibus fuerit, soli Græco negotia publica Synodorum in Græcia mandare, ut invictè ostendit (12) Bessarion, & ex Bessarione (13) Baronius, fateturque ex historia Synodorum Oecumenicarum (14) Planudes, & cum Planude (15) Coressius. Nec fidem adstruit Balsamoni, quòd in aliis exemplaribus pro Cretensi missus Roma dicatur Archiepiscopus Ravennæ Legatus. Etenim quis hic fuit? aut cur ejus subticetur nomen? Cur inter cæteras Episcoporum Subscriptiones is unus deest, & loco ejus *Sanctissimus* (16) *Papa Romanus*, qui aberat, sine nomine & ipse subscribit, & quidem post ipsum Imperatorem? Quod piaculi, & ostenti loco (17) Baronio est, an rectè, viderit ipse. Adde, si catalogo (18) Ravennatum Pontificum credimus, eo Anno sedem illam vacasse, totoque deinceps biennio. Patet ergo mendacium, se ipsum, ut mos est Photianis mendaciis, labefactans. Hinc, uti diximus, ea Synodus à Latinis quidem omnibus rejecta est, & in primis ab illo ipso Sergio, qui tunc toti pręerat Ecclesiæ, quique Concilium illud Iniquitatis adeò detestatus est, ut ingens discrimen à Justiniani Junioris ira subierit, ut referunt ei ætati admodum proximi Paulus (19) Diaconus, & (20) Beda. Nec à Latinis tantùm ea Synodus rejecta est, sed & à Græcis ipsis toto tempore, quod Photianum Schisma antecessit. Testatur hoc (21) Anastasius Bibliothecarius amicus Photii, faceturque (22) Planudes, & (23) Nilus Rhodius, nec diffitetur (24) Coressius, quo authore difficultatem resolvimus injici solitam hac in re per eruditos quosdam, qui nacti Patres, quorum in sacris Operibus, cùm subinde Canones Trullani, ut sextæ Synodi decreta ad authoritatem producantur, universim Canones illos à Majoribus nostris receptos affirmant; cùm herele contra sit, quippe canones illi, non uti canones legitimæ Synodi, sed ut effata Patrum ex se se & proba, & vim Rationis habentia producantur: id, quod si Latinus aliquis constituisset, incredibile vobis, Photiani, esse pateret, cùm affirmetur, probeturque luculentissimè à Photiano, Photianorumque Doctore Theologo, superest constituendæ positioni, quam edidimus: Synodum Trullanam à nullo Majorum nostrorum ante schisma teterrimum agnitam, receptamque fuisse, fuisse à multis rejectam. Et jure sanè tum à Latinis, tum à Græcis, tum priscis, tum etiam iis, qui hactenus non planè stolidi sunt, Synodus illa rejicitur, quando ea plura statuit Orthodoxæ fidei minimè consentanea. Multa notarunt alii cum (25) Turriano, & (26) Bessarione, quæ viderint Photiani, si norunt legere, Mihi superest ab utroque eruditissimo Viro præteritus Canon II. in cujus fine præcipitur obsequium præstandum statutis in Africano Concilio sub Cypriano, cùm tamen ea Synodus Cypriani decreverit, ut ab hæreticis lustrali Baptismi adspersi homines aqua Baptismo iterum initiarentur. Quod & erroneum, ut ajunt, tunc fuit, & deinceps censura hæresis planè damnatum non uno, sed pluribus Conciliis etiam Oecumenicis, nempe Aurelianensi I. sub Silvestro, Niceno I. & Constantinopolitano I. de quibus (27) Augustinus.

(1) *Epi.* 86. *& Epist.* 118. (2) *Epist.* 28. *&* 97. (3) *Epist.* 11. *ca.* 4. (4) *Canone* 26. (5) *Collatio.* 3. (6) *Lib.* 8. *c.* 33. (7) *penes Magriū. ver. Sabbatum.* (8) *Hom. de repudio.* (9) *Can.* 55. (10) *Vid. Bar. ann.* 692. (11) *Ind. an.* 692. (12) *In Ep.* 4. *ad Philanthropen.* (13) *In d. an.* 692.

(14) *In Synod. Trullana.* (15) *In Synops. Nili ad Trullan.* (16) *Vid. Carranz. in fin. Syno. Trullan.* (17) *Loco laudato.* (18) *Fra. Calepius in Catal. celebr. Episc. Italiæ. Cat.* 7. (19) *De reb. Longobard. l.* 6. *c.* 11. (20) *De sex ætatib. in Justiniano minore.* (21) *In Joanne VIII.* (22) *In d. Hist. Synod. ad Trullan.* (23) *In Explicat. Oecum. Synod. ad Trullan.* (24) *In Synops. Nili ad Trullam* (25) *In not. ad Synodum Trullan.* (26) *d. Epi. ad Philanthrop.* (27) *li.* 2. *de Bapt. c.* 14. *& seq.*

XIII. Nihil ergo oberit tam infirma rejectæ passim, atque iterum rejiciendæ Synodi Trullanæ authoritas Veritati, quam scilicet demonstravimus, quaque docemur, legem vetantem

Digitized by Google

Sabbati jejunium, neque omnibus latam, neque ex causa perpetua. Quare optimè Veccus ejus legis naturam πρόσκαιρον vocat, ut inde sapienter conficiat, nefas haud esse, instante Ordinationum necessitate, vel Sabbato jejunium instituere. Etenim, quanta instet in Ordinationibus Ecclesiæ & necessitas, & periculum, supra docuimus; ut planè, si lex Sabbato non jejunandi temporariam causam habet, cessare ea dicenda sit, cùm de Ordinationibus agitur. Hinc idem Veccus ibidem, hanc Sabbato jejunandi, si quando die Dominico manus erant imponendæ, consuetudinem obtinuisse in Græcia, probat Tarasii Sanctissimi Patriarchæ CP. de cujus laudibus videant Photiani, quæ scribit libello integro Ignatius (1) Monachus ejus discipulus; Tarasii, inquam, Epistola (2), quæ extat, legiturque data ad Adriamum Novæ Romæ Archiepiscopum. In ea summo Ecclesiæ Principi nuncians inaugurationem suam, addita excusatione, quòd laicus ad infulas ire coactus sit, non sine facti dolore sic scribit: καὶ ταῦτα μὲν, καίτοιγε παρὰ τοὺς Κανόνας, συγγνώμης ἄξια, ὅτι γέγονε πρὸς κραυγὴν λαοῦ, καὶ βίᾳ Βασιλέων, καὶ Συγκλήτου κελεύσει, καὶ Κλήρου παντὸς ψήφῳ. τὰ δ' ἑξῆς κατὰ τοὺς Κανόνας διωρθώθη πάντα, γεγονυίας καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ νηστείας, ἵνα χειροτονηθῶ ἐν τῇ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ Σωτῆρος γεννήσει. *Et hæc quidem, quamvis contra Canones, venia tamen sunt digna, quòd acta sint clamore populi, vi Principum, Senatus hortatu, Cleri totius suffragio. Cætera verò juxta Canones rectè disposita, cùm & Sabbato ipso celebratum jejunium fuerit, ut Ordines Sacros acciperem Domini, & Servatoris Nostri sacro Natalibus die.* Idem non apertè minus deduces ex Michaele Monacho (3) narrante Sacrorum Ordinum Auspicia Magno Theodoro Studitæ collata: quin & ipse Theodorus Studites Paschali Pontifici scribens (4) inter ea, quæ Ordinationi Theodosii Melisseni Iconomachi Patriarchæ objicit, illud in primis est, Ordines ab eo Sacros receptos sine præcedente jejunio. Neque uni Paschali hæc scripsit, ut mentitur Margunius (5) ausus tanto Fidei Catholicæ Athletæ notam assentationis inurere, eadem planè, ipsisque verbis (6) scribit Marco Patriarchæ Alexandrino. Ex quibus hactenus propositis manifestissimum est, Græcis quod nostris insinuamus, tantòque efficacius, quantò posteriores hi Ecclesiæ nostræ Sacerrimi Heroes floruere Trullana Synodo, cujus, ut patet, Canones aut sprevere, quippe authoritatis nullius, aut ita interpretati sunt, ut vetitum censerent Sabbato jejunium, ni forent Sacrorum Ordinum Auspicia capienda, quibus præmittendum adeò jejunium arbitrati sunt, ut vel ipso Sabbato putaverint usurpari posse, si Ordinationes antecessisset. Plura ex Vecco (7) huic assertioni nostræ confirmandæ perapta proferre liceret, ea tamen, non amplius collatura roboris, quàm eidem hactenus relata contulerint, omittimus, penes eundem Veccum videnda, & penes Maximum (8) Chrysobergen, virum, tametsi Vecco Sapientia minorem, eloquentia certè majorem, & elegantia.

(1) *In vit. S. Tarasii.*
(2) *data 19. dec. Ind 7. an. 784. ext. inter opera Theodori Studitæ.*
(3) *In Theodor. Studita.*
(4) *Epist. 3. per Dionysiū missa vol. 1.*
(5) *in antirrh. pro Marco. c. 7.*
(6) *epist. 3. vol. 2.*
(7) *Loco supra laudato.*
(8) *Orat. ad Cretenses cōtra susurrones.*

SECTIO IV.

Altera Causa vetiti Sabbato Jejunii à Margunio Proposita proponitur, & refellitur.

SUMMARIUM.

I. *Proponitur Sententia Margunii.*
II. *Ratio digressionis à themate Dissertationis nostræ.*
III. *Quæ fuerit hæresis Colluthianorum, & Apollinarianorum, Quæque utriusque hæresis dogmata?*
IV. *Græco Jure licere quocunque tempore, quæ pertinent ad Pœnitentiam, usurpare.*
V. *Sabbatarii Jejunii mos Latinis antiquissimus, ejusque alia causa.*
VI. *Scopus impiæ Sententiæ, quam tuetur Margunius, & ejus de animis defunctorum Opinio.*
VII. *Margunii perfidia, mendacitas, & ignorantia.*

I. ALiam sed enim, præter sæpiùs propositam, refutatamque vetiti Sabbato Jejunii causam alibi (1) Margunius objecit tantò perniciosiorem, quantò magis absurdam. De ejus verba. Λοιπὸν δὲ ἐν τῷ σαββάτῳ ἡ νηστεία, ἔξω τῆς εἰρημένης ἐν τοῖς περὶ τῶν Κανόνων, διὰ μίαν ἄλλην, καὶ σοφωτέραν αἰτίαν. Ἔστι δὲ ἡ αἰτία αὕτη, ἵνα μὴ δείξωμεν συμφωνοῦν τοῖς Κολλουθιανοῖς, καὶ Ἀπολλιναρίοις τοῖς σαββατίζουσι πρὸς λύτρωσιν τῶν κεκοιμημένων ἀδελφῶν. Ἐπειδὰν γὰρ λέγοντες, δυνατὸν διὰ τῆς νηστείας λυτροῦσθαι τοὺς ἀποθανόντας ἐν ἁμαρτίαις, καὶ ἔξω τοῦ ᾅδου ἀνάψυξιν ἀναμένοντας, ὃ καὶ ἡμεῖς ὁμολογεῖν τάχα ἐφαίνετο νηστεύοντες κατὰ τὸ σάββατον, ἐν ᾧ ἑκάστοτε ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων προσευχόμεθα τὰ νεκρώσιμα ψάλλοντες· ἵνα οὖν φύγωμεν ταύτην τὴν αἵρεσιν, καὶ αἱρετικὴν συμφωνίαν, οὐ νηστεύομεν καθὼς οἱ Λατῖνοι, οἱ αὐτὴν ταύτην τὴν αἵρεσιν ἀνανεώσαντες, δογματίζοντες τὸ Καθαρτήριον, ὃ λέγουσι Πουργατόριον, ἐν ᾧπερ αἱ ψυχαὶ κάθαρσιν διὰ πυρὸς τῶν ἀνομιῶν εὑρίσκουσι, καὶ διὰ τοῦτο νηστεύουσιν, οὐ τῷ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἔργῳ τὸ κακοθρύλλητον Πουργατόριον διαμαρτυρόμενοι, καὶ φοβούμενοι εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἐν ᾅδῃ λύτρωσίς ἐστιν, ὃ οἵ τε πατέρες, καὶ αἱ γραφαὶ ὁμολογοῦσιν, ἀρνούμενοι μὲν ἐν ᾅδῃ τὴν μετάνοιαν, ἀλλ' οὐ λύτρωσιν, ἵνα μὴ ἀσύμφωνον τοῦ μεγάλου ἐλέους τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ εἴπωσι· καὶ τὰ λοιπά. *Vetatur autem Sabbato jejunium præter ea, quæ diximus, ubi de Canonibus, ob aliam, & doctiorem hercule causam: Ne nimirum videamur adstipulari Colluthianis, & Appollinarianis Sabbata custodientibus, quò redimant animos fratrum, qui dormierunt: Jejunia enim celebrabant asserentes, posse jejunio redimi fato functos peccatores, qui extra Erebum expectant refrigerationem aliquam: id, quod visi fuissemus & nos fortassis fateri jejuni Sabbato, quo nempe preces fundimus semper pro fratribus functis vita, queis & canimus Mortualia. Ut igitur evitemus hanc cum hæreticis consensionem, non jejunamus, quemadmodum Latini, qui hanc ipsam hæresim renovarunt, ac docent, esse locum purgandis post mortem animis destinatum, quem Purgatorium appellant, in quo animi purgationem per ignem criminum suorum inveniant, atque propterea jejunant non verbo dumtaxat, sed opere malè celebratum Purgatorium contestati, quoniam timent asserere in Inferis redemptio-*

(1) *in Antirrhet. cit. Andr. Colos. cap. 10. & seq. & ad Cā. Ancyr. not. 11. & seqq.*

Digitized by Google

demptionem esse, quam & Patres, & Scriptura docent, inficiatæ quidem in Erebo Pœnitentiam esse, sed non redemptionem, ne quid dissentaneum magnæ Misericordiæ benignissimi Dei dicant, &c.

II. Hæc Margunius solitus, ut sæpè infra patebit, à moribus ad dogmata repente transire, ut eò efficaciùs venenum, quod propinat ubique, noceat, quò libentius in morum vituperatione propositum haurietur. Hinc nostrum erit hìc obiter ejus dicta refellere, antidotumque parare: ut si quando Græcus in pestilentissima hominis inciderit scripta, noscat mendacia, videat ignorantiam, experiatur proterviam hominis quidlibet ausuri, si manifestam veritatem audet corrumpere. Neque quòd rejecturi, quæ affirmat Margunius, aliive Photianorum Aristarchi, longè à proposito themate peregrinabimur, verebimur propterea, nequis nos quasi vagos vituperet: scimus enim licuisse semper pugnanti cum hoste; si quis à tergo novus hostis accedat, priorem relinquere haud interim nociturum, ut aggredientem alterum, intentantemque præsens exitium vi tota repellat. Et cæteroqui hæc qui scribimus, neque laudem quærimus, neque, quid Critici dicturi sint, pensi habemus. Horum nos sannas olim contempsimus, atque ædepol hoc in opere planè solemniter, in quo ejus dumtaxat satagimus, ut Genti nostræ, cujus utilitati scribimus, quæ scribimus, quà licet, prosint. Proderunt autem, si nihil ex iis, quæ passim in perniciem Veritatis Photiana lues insinuat, impunè grassari sinemus. Atque inter ea, capitalissimum hoc est, quod Margunius relatis proximè verbis delirat, cui proinde non incassum stigma meritum inuremus, ostendemusque, in tam brevi verborum periodo nihil esse, quod sapiat, nihil esse, quod non mendacio, ignorantia, dolisque gliscat in contumeliam certissimæ Veritatis.

III. Et primùm, quæ causa fuerit vetandi Sabbato jejunii, supra docuimus, quare quæcumque ab illa alia producitur, falsa est, mendax est, Marguniana est. Atque, quod ad hanc attinet, constat commentitiam esse: nam Jejunii Sabbato interdicti origo ad ævum ipsum Apostolorum, certè ad tempora proxima Apostolis refertur, ex iis, quæ supra authoritate Ignatii Theophori certa, sancta, recepta retulimus. Habere igitur causam haud potuit à Colluthianis, & Apollinarianis. Etenim Colluthiani à Collutho Alexandrino Presbytero cœpere: is autem vivebat post tertium Sæculum Christi, nimirum sub Constantino. Narrat enim Athanasius (1), ab Osio Silvestri Legato in Generali Synodo Alexandrina Colluthum ausum Antistitis officio fungi, sacrisque multos initiare, exauthoratum fuisse, id, quod ex Athanasio refert Baronius (2) post Choniatam (3). Apollinariani verò ab Apollinari Diacono jactant initium, ut docet Harmenopulus (4) noster: At is vivebat sub Constantio Cæsare, pertigitque tempora Valentiniani, & Valentis, ut manifestissimum est ex iis, quæ narrant Nyssenus (5), Hieronymus (6), Sozomenus (7), & Socrates (8), ex quibus eruditè Baronius (9). Unde fas erit palam conficere, hæreses has quatuor Sæculis posteriores fuisse jejunio Sabbatis interdicto. Qui ergo eas causam suffecisse dicas Ecclesiæ nostræ jejunii Sabbato vetandi? Præterea, cùm dicas propterea vetitum Sabbato jejunium, ne videretur Ecclesia Colluthianis, & Apollinarianis adstipulari *Sabbatizantibus*, quippe qui celebrarent pro fato functis jejunia, videndum est, an is mos, atque, ut tibi videtur, doctè Marguni, hæc hæresis his hæreticis tribuatur. Sanè, si tribuitur, ab aliquo tribuitur, aliquo tributa teste probari poterit. Hunc igitur cedo, Marguni. Græcum, an barbarum, nihil moror: ut ùt unus is sit, fidem plenam uni præstabimus, si quis unquam produci poterit. At is nullus est. Nam Isidorus penes Gratianum (10) hanc hæresim Colluthianis unam tribuit, quòd assererent à Deo mala non fieri contra illud penes (11) Isaiam: *Ego Deus Creans mala*. At Augustinus penes (12) Gratianum eundem, eos dixisse refert, Christum in Patre tanquam vas minus in majore scilicet contineri; de quibus Vide Guillelmum (13) Ocham, & (14) Magrium. Idem (15) Augustinus author est Colluthum inficiatum, à Deo res omnes fuisse creatas, quod etiam affirmat (16) Philastrius, & (17) Epiphanius, penes quem ne verbum quidem de Sabbatismo Colluthianorum. Eadem dissimulatio Sabbatismi per Margunium damnati cùm Apollinaris impia dogmata recensentur. Lege (18) Gregorium Theologum, Vide (19) Hieronymum (20) Epiphanium (21) Sozomenum (22) Socratem, & ex his tum (23) Baronium, tum (24) Magrium, fateborque te non planè mendacem, si quid Sabbatismi inter Apollinaris errata repereris. Quin & (25) Harmenopulus noster Apollinarianorum sic hæresim totam edisserit, ac refellit: *οἱ περὶ τὸν Ἀπολινάριον τὸν Λαοδικέα, ἄνουν σάρκα, καὶ ἄψυχον προσειληφέναι τὸν Κύριον λέγουσιν, ὡς ἀντὶ νοῦ, καὶ ψυχῆς ἀρκέσαντος αὐτῷ τῆς θεότητος, παρεξηγούμενοι τό, καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, μὴ εἰδότες, ὅτι ἡ ἁγία γραφὴ σάρκα τὸν ἄνθρωπον ὀνομάζει, ὡς ἔχει καὶ τό: ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· οἱ αὐτοὶ καὶ ἐκ τοῦ, λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, συνηγορίαν ἑαυτοῖς ἐποιήσαντο, οὕτω λέγοντες· εἰ ναὸς ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου λέγεται, ἄψυχος δὲ ὁ ναός, ἄψυχος ἄρα καὶ αὕτη. Οἱ αὐτοὶ καὶ τὴν σάρκα ταύτην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι τὸν Κύριον ἔχοντα, ὡς διὰ σωλῆνος, οὕτως ἐλθεῖν διὰ τῆς παρθένου· ἐκ τοῦ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ, τοῦτο δῆθεν πιστούμενοι, μὴ εἰδότες, ὡς διὰ τὸ ἐν δύο φύσεσι μίαν ὑπόστασιν τὸν Χριστὸν ἔχειν, οὕτως εἴρηται τοῦτο.* *Apollinaris Laodiceni Sectatores ajunt, Dominum adsumpsisse carnem sine mente, atque anima, quasi loco mentis, & animæ sufficiat ei Divinitas, falsò dictum hoc interpretantes, & verbum caro factum est: ignorantes in Scriptura sacra carnis appellatione homines venire, veluti in dicto: videbit omnis caro Salutare Dei. Iidem ex hoc quoque dicto: solvite templum hoc, patrocinium sibi quæsiverunt, ita dicentes: Si caro Dei templum esse dicitur, & templum res est inanima, sequitur ipsam quoque inanimam esse. Tradunt iidem Dominum, qui carnem hanc è Cœlo habeat, transisse per Virginem tanquam per canalem: ex illo dicto: nemo ascendit in Cœlum, nisi qui de Cœlo descendit filius Dei, qui est in Cœlo, fidem opinioni suæ adstruentes, cùm nesciant hoc ita dictum esse propterea, quòd in duabus naturis Christus unam hypostasin habeat.*

(1) *Apologia* 2.
(2) *ad an.* 319. *nn.* 23.
(3) *In fragm. Thesauri.*
(4) *De sectis, n.* 4.
(5) *Serm. de S. Ephrem.*
(6) *de Scrip. Eccl. in Apollinare.*
(7) *li.* 6. *c.* 25.
(8) *li.* 2. *c.* 39.
(9) *ad an.* 329. *nn.* 22 *& seq. & ann.* 273. *à n.* 1. *& seq.*
(10) *cap. quidam autē hæretici* 24. *qu.* 3.
(11) *c.* 42. *n.* 5.
(12) *d. c. quidam autem.*
(13) *In Dial. li.* 4. *p.* 1. *c.* 19.
(14) *Hierol. dict. Colluthiani.*
(15) *ad quodvult d. de hæres. c.* 65.
(16) *de hære. c.* 8.
(17) *hæres.* 69.
(18) *Ep.* 1. *ad Cledō. & ep. ad Nect.*
(19) *de Scriptor. Eccles. in Apollinari.*
(20) *Heres.* 77.
(21) *d. li.* 2. *c.* 36.
(23) *ad ann.* 373. *à pric. & seq.*
(24) *ubi supra in Voc. Apollinarist.*
(25) *de sectis n.* 4.

IV. Hunc Harmenopulus in modum, ex quo, & cæteris apertissimè constat Sabbatarium jejunium Apollinarianorum, Colluthianorumque esse merum, putumque commentum, atque adeo causam non potuisse sufficere Ecclesiæ nostræ vetandi jejunii, quando, ut ut inventi Thomistæ sint, qui ejus quod fuerat, nec sit, actionem aliquam esse docuerunt, nullus, unquam adeo cerebrosus inventus est, qui ejus, quod neque est, neque unquam fuit, quin & nunquam erit, actionem aliquam unquam fuisse, vel esse posse censuerit. Addo, si dem, hos hæreticos morem jejunandi pro mortuis usurpasse, non inferri, quod optat Margunius: neque enim Ecclesia Nostra aut damnat jejunium Sabbato, si citra errorem illum, quem superiùs adnotavimus, celebretur; aut vetat Defunctorum Manibus jejunio ferre suppetias. Nam Ecclesiæ Nostræ hæc sensa sunt: οὐδένα κωλύεσθαι τὰ τῆς μετανοίας, καὶ τὰ περὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς σαρκὸς ἀναλαβεῖν ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ χρόνῳ, καὶ ἡμέρᾳ, καὶ ἀσκεῖσθαι περὶ αὐτά: *neminem vetari, quæ ad Pœnitentiam pertinent, & conferunt ad carnis castigationem, suscipere omni tempore, occasione, aut die, atque circa ea exerceri*. Quæ retulit (1) Prodromus Senior, & post cum (2) Tarasius, atque (3) Nicephorus Sancti Pontifices, atque ex his Georgius (4) Metochites, & (5) Antonius Methonensis; quos ad id profert Thomas (6) Diplovatacius. Imo Ecclesia vestra hoc propalam docet, Photiani, sic decernente Pontifice vestro (7) Luca Chrysoberge cum integra Synodo: ἀγαθὸν ἐστὶ τὸ νηστεύειν ἐν παντὶ καιρῷ: *bonum esse omni tempore jejunare*. Quòd si bonum est citra errorem omni tempore jejunare, profectò vel Sabbato. Porro si Sabbato citra errorem licet jejunare, jam etiam licebit vel Sabbato jejunare pro mortuis; sequiturque, si Colluthiani, atque Apollinariani jejunia celebravere pro mortuis Sabbato, ex hoc capite non potuisse damnari, laudari potius debuisse; atque adeo non ob hanc causam jejunium Sabbato penes nos vetitum, ne Nostra Ecclesia consentire videretur hæreticis hujusmodi, quos constat nec docuisse pro mortuis Sabbato jejunandum, &, si id docuissent, usurpassentque, hac in parte non potuisse damnari. Hinc æstimare licet Margunium. Quis fuerit Photianorum hic doctor, hinc discat Græcia. Quanta in homine ignorantia, quæ notissima ignorat, quanta protervia, quæ disputat de his, quæ non novit, quanta impietas, quæ damnat, quod ab Ecclesia probatur, quanta mendacitas, quæ vel aperta, celebrataque libris Doctorum omnium apertè corrumpit!

(1) *de Interpr. ad Can. Apost. 51.*
(2) *Epist. ad Marcum solitar.*
(3) *Regul. 84.*
(4) *In explic. reg. S. Niceph. ad reg. 84.*
(5) *Orat. 2. de Pœn.*
(6) *In Synop. Jur. Græci. tit. de Sacr. c. de pœn.*
(7) *In Jur. G. R. Tom. 1. li. 3. sect. Synod. 1. in Decr. 9. Lucæ pag. 224.*

V. Hujus postremæ nobile facinus est, quod statim adjecit; hanc Colluthianorum, Apollinarianorumque hæresim à Latinis fuisse renovatam, quasi Romani mores ab Asia, vel Africa originem traherent, aut Colluthi hæresis per legatum Pontificis Romani, Apollinaris impietas per Damasum ipsum non fuissent damnatę. (1) Quid quod mos Sabbato celebrandi jejunia Romæ traditus ab Apostolis censebatur à plerisque, teste Augustino, (2) & Ambrosio, (3) quibus adde Eliberinum, (4) actum ante Nicænum Concilium. Unde fas erit colligere, non fuisse à Latinis renovatum hunc morem, quando hic mos penes Latinos ante consuetudinem Colluthianis, & Apollinarianis affictam obtinuit. Accedit Jejunium Sabbati non ad eam causam à Latinis haberi, ut mortuis prosit: id poterit privatim aliquis hanc ob causam adsumere, publicè non hanc ob causam celebratur. Neque enim Sabbato Latini peculiariùs, quàm cęteris diebus, pro mortuis preces instituunt, quemadmodum Nobis usuvenit, ut palam testatur Gennadius (5) Patriarcha, & Severus (6) Philadelphiensis Antistes, faceturque hoc in loco Margunius, ex ipsis Necrosimis. Causas celebrandi jejunii longe majores, decentioresque Latini habent (7), ut jejunio quàm longissimè absint à moribus Judęorum epulantium in Sabbato: ut meminerint Christi, qui integra illa die clausus sepulcro delituit; ut imitentur Christianæ Reipublicæ proceres, ipsamque Deiparam piarum mulierum choro stipatam, qui omnes continuato à Parasceve ad Sabbatum integrum luctu, atque in mœrore fuerunt: utque per ipsum jejunium lætitiæ die Domini celebrandæ se præparent. Denique ob eas omnes, certas, & rationi maximè consentaneas causas, ob quas nos ipsi Sabbato Majoris hebdomadis usurpemus ex lege jejunia. Etenim, ut optimè notat Innocentius I. (8), si causæ illæ, quæ laudandum faciunt jejunium die Parasceves Majoris hebdomadis, laudant, probantque jejunium, quod qualibet per annum Parasceve religiosissimè custodimus, profectò, causæ, quæ ritè demonstrant necessariò usurpandum jejunium Sabbato Majoris hebdomadis, unà constituunt, licere, si Ecclesia ipsa, aut mos Ecclesiæ id jubeat, Sabbatis per annum omnibus religiosè, piè, sanctèque jejunio operam dare. Neque enim Latini necessarium omnibus Christi asseclis docent jejunium Sabbati, quemadmodum mentitur Alexandrinus Patriarcha Meletius (9): Latinis, quibus id jussum est, atque Ecclesiæ decreto præceptum, jejunium illud necessarium affirmant. Id, quod non reprobavit Augustinus, ut iterum mentitur idem Meletius. (10) Etenim eo ipso in (11) loco, quem prædem suæ mendacitatis producit Meletius, Augustinus magistrum Ambrosium secutus, cùm consuetudinem vetiti Sabbato jejunii, quippe ea tempestate receptam in Africa, magis probet, asseratque moribus Ecclesiæ, ac rationi consentaneam magis, tamen hortatur, ut unusquisque morem Provinciæ suæ custodiat.

(1) *Vide Athan. in 2. Apolog. Nazianz. in ep. 1. ad Cledon.*
(2) *Ep. 86. ad Casul.*
(3) *Apud Aug. Ep. 118.*
(4) *Canone 21.*
(5) *In demonst. 5. cap. Dec. Flor. sect. 6. init. & sect. ult.*
(6) *in 4. differ. pa. 51. li. 38.*
(7) *Vid. Bellar. to. 4. contro. ult. de Bo. Oper. in pa. li. 2. c. 18. ver. sed quidquid sit.*
(8) *in Ep. 1.*
(9) *In Ep. ad Chios. pag. 24. à lin. 1.*
(10) *ibid. à lin. 4.*
(11) *d. ep. ad Casulanum.*

VI. Videor mihi funditus diruisse molem mendaciorum à Margunio contructam, reliquum est, ut & scepum ipsum molis extructæ disjiciam. Neque enim incassum Margunius noster ædificat, gratisve mentitur: id agit, ut mendacia impietati sternant viam, illabanturque animis, ut, quod ex illis trahitur, aliud animis adhæsurum adducant. Neque id clam, aut artificiosè, palam, & simpliciter Photianos errores elicit ex mendacio, aut mendacio prudens adglutinat. Id in his, quæ retulimus, constat. Nam non aliam ob causam, quæ hactenus mendacia rejecimus, coacervavit, nisi, ut inde colligeret, Statum illum tertium animorum post mortem purgationibus subjectarum, nullum esse, argueretque Latinos, quòd Purgatorium afferant ignem. Id, quod mox latè præstat non ut Photiani reliqui eludentes verbis ancipitibus, & ob-

scuris

Digitized by Google

scuris difficultates à veritate propositas, sed clarè absurda omnia deglutiens; eousque impius, ut, ne Latinis consentiat, imo ne Græciam ipsam sequatur, ineptias Origenis amet, malitque non esse Manes, æternùm qui crucientur, & crucient, quàm esse Purgatorium locum, in quo cœpta inter vivos Pœnitentia numeris omnibus absolvatur. Non ego hìc verba Margunii proponam. Prolixa sunt, inepta sunt, lutulenta sunt. Respuit calamus, ut ut jamdudum elegantiæ valedixerit, ac barbaris locutionibus insueverit, diu non barbara tantùm, sed planè fœda verba Margunii scribendo proponere, & alioqui superest, si sensa reddamus, quorum primum hoc est. Horrendum (1) esse Christianis auribus Purgatorii nomen, quòd à Lutheranis, Calvinianisque recipiatur: detestabile esse, quòd illud Lutherus, & Calvinus docuerint, primique Latinis addiderint Lexicis: *Diabolicum* esse (nam hac voce, licèt Græcis non admodum usitata, Margunius utitur) quòd Christi Crucem evacuet, quòd contumeliam non ferendam irroget Deo misericordiæ, quòd Fidem nostram labefaciat, & evertat. Addit primo secundum: Preces, & quæ suffragiorum nomine continentur, meras esse vivorum, atque hæredum consolationes, non adjumenta mortuorum, juxta Magni Augustini sententiam: etenim uniuscujusque spem ab operibus propriis, & fide Christi pendere. Deliramenta esse, & inanes fabulas cætera: ea tamen ab Ecclesia laudari, quòd vivis prosint, quòdque ministris Ecclesiæ alimenta suppeditent, quò securiùs Deo, quietiùsque sacrificent. Sequitur tertium: Si tamen, ait, quæ hìc agimus pro mortuis, mortuis prodesse dicendum est, idque Doctores asseverent, non erit disputandum in re, quę ignoranti plebeculę scandalum creet; potiùs & hoc petentibus permittendum, dum tamen omnibus fato functis preces, & hostiæ, cæteraque suffragia prosint: piis quidem, ut majori luce in sinu Abrahæ utantur, improbis, ut pœnæ minuantur, paulatimque decrescant, donec tandem deficiant: quare postulandam à Deo vel Judæ Salutem, imo non admodum peregrinatos à vero, qui vel pro Cacodæmone Numini supplicarunt. Deum enim omnia posse, quæ bona sunt; bonam autem esse salutem omnium, propterea que immeritò à quibusdam damnari Origenem, qui putaverit post generale judicium Inferis ad Superos transmigrandum esse; id quod evenisse ante generale Judicium quibusdam Dei sententia post obitum reprobatis, ex historia certum esse, testesque rei locupletissimos produci posse Trajanum, Falconillam, Theophilum, aliosque. Quartum, & ultimum contumelias continet in Latinos. Hos docet omnia circa Purgatorium ignem commentos, ut Indulgentiarum ludibriis infelicem popellum circumagerent, ut ad Jubilæum quasi ad solemnes nundinas Europam traherent Romam. Primum hujus authorem Bonifacium quendam fuisse, qui Aglaes puellæ stuprator honoribus Martyri debitis colitur à Latinis. Eum neque fuisse Martyrem, & fuisse pessimum suæ ætatis hominem, damnatum trium Conciliorum sententia, Lateranensis III. Lugdunensis, & Claramontani, detrusum mox in carcerem jussu Regis Gallorum, ibique enectum fame, cùm in furorem actus suam ipse dexteram devorasset, illam nimirum, qua primus omnium sacrilegum Jubilæi Diploma subsignaverat.

(1) *not. 11. & seqq. ad Cano. 52. Ancyr. & alibi.*

VII. Hactenus Margunius eruditè, & piè, & Orthodoxè: nam cur has ei laudes non afferamus ex his, quæ proximè dicta sunt? Atque ut hoc statim appareat, non ne verissima sunt, quæ in postremis edisserit de Bonifacio? O mentem Socratis! ò cor Zenodoti! Nempe idem est, habeturque promulgator primus Jubilæi Bonifacius VIII. & Bonifacius ille Aglaes amator primùm, mox fortissimus Martyr. Esto, ut narrat Margunius, si tempora non Latinis authoribus, sed Græcis, imo palam utrisque non repugnant. At, hercules, teste (1) Severo Margunii & amico, & Synchrono, & socio perfidiæ, authore (2) Baronio, cęterisque Annalium Sacrorum (3) Sriptoribus Promulgator Jubilæi Bonifacius ad XIV. Sęculum spectat, Bonifacius Aglaes Amasius ad IV. sęculum pertinet, ut (4) acta ejus Tarsi, ex quibus loquitur Margunius, apertè testantur, videndusque ad id locupletissimus author (5) Baronius, & ex Nostris (6) Planudes. O doctum anachronismum! imo doctissimum achronismum! Perge porro, Marguni, jam deinceps non te impium detestabimur, tuæ miserebimur potius *ἀγνοίας*, quæ vastam intercapedinem annorum facetissimè contrahit, ut laicum hominem, & famulum Aglaes matronæ, & Tarsi mortuum in Asia anno Christi CCCV. Romanum Pontificem faciat, eundemque cum Bonifacio ex Principe Cajetanorum familia, Romæ defuncto, anno reparatæ Salutis MCCCIII. Hunc porro pessimum ætatis suæ hominem autumat; Ferocem hominem, imperiosum, pertinacem, atque ausum Ecclesiam tueri castrorum more, non (7) moror, pessimum unde eum Margunius censeat, quoque authore probet, non video: nam quod tribus damnatum Conciliis dicit, fœda, & infamis calumnia est. Quin imo Philippo Pulcro agente, ubi ejus causa post obitum in Viennensi Concilio cognita est, palam Orthodoxus Pontifex fuisse visus est, idque sententia Concilii comprobatur, ut in (8) Actis ejus Concilii Photiani cognoscent, narratque S. Antoninus Florentinæ Urbis antistes. Quid quod, licet ab hostibus Gallis Duce Sciarra Columnio captus Anagniæ, mox tamen in libertatem assertus liberrimus obiit Romæ, ut ex relictis à Baronio schedis narrat (10) Rainaldus, cui si non credimus, (neque admodum credendum est Encomiastæ Bonifacii, quem omnes vituperant) esto verum, obiisse in carcere Bonifacium, falsissimum est fame enectum periisse post devoratam rabidis dentibus dexteram. Hanc fabulam, quæ, quia fabula, placuit Margunio, abundè ridiculam facit narratio Jo. Pauli (11) Mucantii oculati testis, cujus verba planè barbara à (12) Torrigio relata, & (13) Magrio hìc lubet adnectere, ut ex illis, quàm vera Margunius, quàm probata narret, Græcia cognoscat. *Die*, inquit, 11. *Octobris* 1605. (quo anno vivebat Margunius) *Dum demolirentur Altaria antiquæ Basilicæ S. Petri, post Altare S. Bonifacii IV. in loco eminenti, & sub Imagine B. Virginis Opere musivo depictæ, in pilo marmoreo inventum est corpus Bonifacii VIII.*

qui

(1) *in 4. differ. pa. 48. lin. 31.*
(2) *In sched. ann. 1300.*
(3) *Vide Rainald. ad eum ann.*
(4) *ea refert Planud. in ad. Phot. in Anonymis.*
(5) *ad ann. 305.*
(6) *in d. Actis per tot.*
(7) *Vide Plat. in Bonif. VIII.*
(8) *Refert Raināld. anno 1312. n. 9.*
(9) *5. p. tit. 22. c. 3. in prin.*
(10) *ad an. 1303. n. 42.*
(11) *apud Torrigiū infra.*
(12) *De Cryptis Vaticanis pag. 372.*
(13) *in d. Recchetum.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

qui obiit anno Domini 1303. Erat autem ejus corpus ferè integrum, & in alta capsa lignea reconditum, quæ cum corpore portata fuit in Sacristiam Canonicorum, & ibi ferè per duos menses conservata. Corpus dicti Bonifacii fuit à multis visum, Ego etiam ad illud curiositatis causa videndum semel, atque iterum accessi, & vidi dictum corpus integrum conservatum in dicta capsa lignea, in qua fuerat sepultum per 302. Annos: facies ejus tantùm aliquantulum consumpta erat, ita ut nec narices, nec labia, sed tantùm mentum appareret, & dentes. Habebat in capite mitram albam admodum parvam, ut conjecturare potui, ex tela bombacina. Corpus indutum erat omnibus pontificalibus indumentis, idest, caligis, sandaliis ex tela aurea, in summitate acutis, sine cruce, rochetto longo albo, stola, cingulo, dalmaticâ, tunicellâ, planetâ amplâ sericeâ coloris nigri, phanone, & pallio, quod consumptum erat, sed plumbum apparebat, & pendebat ferè usque ad pedes, spinulæ tres gemmatæ, manus ejus chirotbecis albis acu factis, & margaritis ornatæ erant; & annulum pretiosum in digito gestabat, atque sapphirum valoris (ut aliqui dixerunt) 30. scutorum. Illustrissimus Dux Sermonetæ, & frater ejus Bonifacius Episcopus Cassanensis, & Antonius Archiepiscopus Capuanus de ejus domo, & familia, ut melius corpus conservaretur (quod in novam Basilicam S. Petri transferendum erat) capsam plumbeam de novo fecerunt, & in ea Corpus in eadem capsa lignea, in qua sepultum à principio fuerat, includi, & super coopertorium capsæ plumbeæ Crucem, & sequentem inscriptionem imprimi fecerunt. IHS. Corpus Bonifacii VIII. Cajetani Pontificis Max. ex veteri in novam Basilicam translatum, hìc repertum jacet: de quo illud mirabile accidit, quòd eo die, quo obiit, V. scilicet Idus Octobris jam ab inde 302. elapsis annis integrum, atque incorruptum repertum fuit. anno Domini M. DC. V.

VIII. Hoc testimonio, quanti sit postrema assertio Margunii, æstimet Lector, atque inde arguat, quid sit censendum de reliquis. Certè veritatis ejusdem est, quod primò constituit, recipi nomen Purgatorii à Lutheranis, atque Calvinianis. Id quipote? cùm de Purgatorio Lutherus dubitaverit primùm, (1) deinde docuerit, (2) melius esse, Purgatorium omnino negare: demum affirmatè censuerit, Purgatorium imposturam esse, his verbis: *cum negatis Purgatorium, damnatis missas, vigilias, cenobia, monasteria, & quidquid per hanc imposturam erectum est, per omnia etiam probo.* Magistro adstipulati sunt tum rigidiores discipuli Centuriatores (4) Magdeburgenses, tum molles, ut Melanchthon, (5) & Brentius, (6) Zuvingliani (7) etiam, & Ochinus (8) Italus, quos excepere Calviniani, fassi cum Magistro, (9) Purgatorium esse exitiale Satanæ commentū; quod etiam affirmat (10) Pseudomartyr, excipiuntque & Trinitarii (11) Anabaptistæ, ne ulla ex Arctois pestibus sit, quæ palam imperitiæ, mendaciive Margunium non arguat. Nam cùm manifestissimum sit, tum Lutherum, tum Calvinum ab agnoscendo Purgatorio igne remotissimos esse, quis non rideat, imo quis non detestetur Margunium, propterea horrendum auribus Christianis Purgatorium dicentem, quod à Lutheranis, Calvinianisque recipiatur? Ejusdem Eruditionis est, Purgatorium esse detestabile, quòd illud docuerint Calvinus, atque Lutherus primi, primique latinis addiderint Lexicis: Etenim neque primos hos reprobasse Purgatorium, & nunquam post editam hæresim probasse, palam est ex iis, quæ doctè producit, & accuratè (12) Bellarminus: nec scio, qui venerit in mentem Margunio, Hæresiarcham utrumq; lexicographum facere, cùm neuter Grammaticus fuerit? Extat sanè Lexicon Juris eruditissimum Joanne Calvino authore editum, sed is longè ab Hæresiarcha diversus est, & in ipsa fronte Operis ab illo distinguitur addito adgnomine Kall. In ipso verò hujusce Calvini Lexico, cùm cæteræ voces sapientissimè proponantur, explicenturque, de Purgatorii dictione grande silentium, ut vel ex hoc palam fit, quanti habenda sit fides Margunii vel in compertissimis rebus mentientis. Lapsum hominem dices ex ignorantia, non mentitum: At ego dico, eum in multis ex ignorantia labi; hìc mentitum ex aperta nequitia. Id quod ex iis, quæ sequuntur, ostendo. Nam Purgarorium diabolicum commentum esse autumat propterea, quòd sit ὀλέθριον τοῦ σατανᾶ ψεῦδος, ὅτι τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ διακενοῖ, ὅτι ὄνειδος ἀφόρητον τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ εἰσφέρει, ὅτι τὴν πίστιν ἡμῶν λυμαίνεται, καὶ ἀνατρέπει, *exitiale Satanæ commentum, quòd Crucem Christi evacuet, quòd contumeliam non ferendam Dei Misericordiæ irroget, quòd fidem nostram labefaciat, & evertat*: quæ verba ipsa ipsa sunt Calvini, (13) quem proinde legisse videtur Margunius, atque adeo scisse, ab illo Purgatorium pernegatum. Et alioqui Lutheranorum, Calvinianorumque amicus Margunius fuit, ad quos adfinem Metrophanem Critopulum senex juniorem delegavit, sive hausturum pestem, quam mox in Græciam transferret, sive corrasurum pecuniam eruditionis nostratis pompa penes rerum Nostrarum imperitissimas Gentes. Noverat ergo non Latinis, sed Photianis Lutheranos, Calvinianosque in iis, quæ pertinent ad Purgatorium, adstipulari. Dices, cur ergo mentitur? Nempe sciebat Græcis, & Photianis ipsis hæreticorum hujusmodi nomen horrendum. Quamobrem ejus satagebat, ut ab utrisque Latini Lutherani, Calvinianique censerentur, futuri tantò detestabiles magis Græciæ, quantò similiores apparuissent hæreticis, quos Græcia maximè detestatur. Et sanè non excidit à scopo Margunius, quando his ejus mendaciis factum est, ut vulgus imperitum in Græcia, non alio nomine, quàm Lutheranorum, Calvinianorumque Latinos appellet, tam certa Veritatis injuria, ut mihi puero Mater, atque Materteræ non alio nomine, quàm Lutheranorum, Latinorum nomenclaturam ingererent. Adeò perniciosè mentitur Margunius, cui proinde non incassum respondimus, cujusque propterea mendacia passim evincimus, ut Græcia sciat, non esse Latinam Ecclesiam Lutheranam, damnatam à Latina Ecclesia Lutheranam Sectam, tantumque distare à Calviniana Anarchia Latinam Ecclesiam, quantum à Photiana dementia Græca distat, nostraque Sapientia.

(1) *Vide Articul. ejus à Leone X. damnatos.*
(2) *Vide eosdem.*
(3) *lib. ad Uvaldenses.*
(4) *Cent. 1. l. 2. c. 4. col. 460. & cent. 4. c. 4. col. 304.*
(5) *In locis. c. de satisfactione.*
(6) *in Confes. Uvirtember. c. de Purg.*
(7) *Apud Cochlaeū. de actis Luth. an. 1526.*
(8) *In Dial. de Purgat.*
(9) *lib. 3. instit. c. 5. §. 6.*
(10) *In c. 3. 1. ad Corinth.*
(11) *li. 2. c. 1. edit. an. 1567.*
(12) *Tom. 2. Contr. 3. de Purgat. lib. 1. c. 2. vers. differtè autem.*
(13) *d. Li. Inst. 5. §. 6.*

SE-

SECTIO V.

Preces pro mortuis iisdem utilissimas esse.

SUMMARIUM.

I. *Locus Machabæorum Conclusionis auspex.*
II. *Ejusdem loci interpretatio à Photianis petita.*
III. *Verba Pauli Apostoli à Photianis explicata.*
IV. *Ex illis roboratur Conclusio.*
V. *Eadem confirmatur antiquiorum Patrum Sententia.*
VI. *Enumerantur cæteri Patres eandem Veritatem tutati.*
VII. *Photianorum ad id authoritas vetustiorum.*
VIII. *Recentiorum idem Suffragium.*
IX. *Ecclesiæ nostræ consensus.*
X. *Ritus Ecclesiæ nostræ considerantur.*
XI. *Officium mortuale idipsum constituens: respondeturque calumniis hostium nostrorum.*
XII. *Margunii fides tribuentis Latinis Sententias hæreticorum.*
XIII. *Latinæ Ecclesiæ cum Græca consensus.*

I. Esto tamen, uti docet Margunius, Purgatorium à Lutheranis, Calvinianisque constituatur, an propterea horrendum auribus Christianorum, ac penitus detestabile? Hi nempe hæretici Triadem adorant, Christo faciunt, Baptismum recipiunt, Fidem custodiendam affirmant, divinęque Gratię multa tribuunt, quę nos ipsi religiosè fatemur, an dicas, quòd hæc Lutherani, Calvinianique recipiant, respuenda Nobis, horrenda auribus Orthodoxis, aut planè detestabilia? Quis unquam falsum aliquid dixit, quòd à mendace dicatur? Dubium erit, quod à non digno fide homine dicitur, non falsum. Falsitas è rebus ipsis petenda est, neque damnandum Purgatorium, quòd ab hæreticis affirmetur, sed videndum, an, quod ab hæreticis affirmatur, veritati repugnet. Id igitur agamus, Photiani, si libet, atque, ut Margunii vestri dementia pateat, adstruamus opposita constitutis per ipsum. Primò dicimus: Jure divino, Majorum Nostrorum effatis, moribus Ecclesiæ Nostræ manifestè probari, preces, sacrificia, stipes, & quæcunque nomine funebrium largitionum, operumve continentur, reverà suppetias esse animorum post obitum, si sine noxa lethali è vivis excesserint. Hæc assertio posteriorem Margunii conclusionem, ut impiam, damnat. Nam, si reverà preces, & cætera, quæ assertione nostra complexi sumus, utilia sunt fato piè functis, non sunt meræ vivorum consolationes, sed vera mortuorum adjumenta, funereæque, ac sacræ suppetiæ. Probatur hæc nostra conclusio primò ex Jure divino, in quo scio multa proferri tum à Græcis, tum à Latinis obscura adeò, & dubia, ut planè rei perspicuò probandæ nihil omnino conferre queant. Collegit ea ex Latinorum effatis in Florentino (1) Concilio Bessarion, (2) quæ mox Gennadius (3) partim produxit, partim omisit, ac tandem latè & hæreticis opposuit, & ab hæreticorum iniquis interpretationibus vindicavit doctissimus Bellarminus, (4) penes quem curiosior Græcus videat, quid Veritati possit Sapiens ingenium parare præsidii. Nobis duo dumtaxat supererunt: Primum est ex Machabæis, quorum effatum efficacissimum esse, constat ex tot Photianorum laboribus, queis nisi sunt desumptam inde difficultatem ineptissimè declinare. Manifestum est laudari ibi tum preces, tum stipes in auxilium, opemque functorum vita hominum collatas. Nam, ubi sacra (5) Historia narravit, Judam Machabæum Hierosolymam misisse drachmarum argenti duodena millia sacrificiis pro mortuis impendenda, subdit extemplo facti commendationem his verbis: εἴτ' ἐμβλέπων τοῖς μετ' εὐσεβείας κοιμωμένοις κάλλιστον ἀποκείμενον χαριστήριον, ὁσία, καὶ εὐσεβὴς ἡ ἐπίνοια, ὅθεν περὶ τῶν τεθνηκότων τὸν ἐξιλασμὸν ἐποιήσατο τῆς ἁμαρτίας ἀπολυθῆναι. *Deinde considerans iis, qui cum pietate obdormierant, optimam repositam gratiam, quæ sanè sancta, & pia consideratio fuit, ideo pro mortuis expiationem fecit, ut à peccatis solverentur.* Ita ex Græco damus, quamvis Latina vulgata non admodum, quod ad phrasim attinet, Græco consentiat.

II. Jam, si pia, & sancta consideratio est pro mortuis deprecari mitissimum Numen, si vel post obitum peccata possunt absolvi, & meritæ delictis pœnæ donari, quis audeat asserere inutilia mortuis esse, quæ fiunt pro mortuis? esse vivorum consolationes meras, non adjumenta, atque suppetias mortuorum? Certè, si nihil prosunt, quæ facimus pro parentibus, amicisque, qui vixere, ut quid asseritur pium esse, sanctumque, quod facimus? An & inutile pium est? an & nil profuturum est sanctum? Sic porro, si nihil conferunt mortuis stipes collatę pro mortuis, quò, ut affirmentur optimè, sanctèque collatę ad sacrificia pecuniæ, ut animæ defunctorum à peccato scilicet solverentur? Hinc Coressius (1) vester, Photiani, hæc verba ipsa considerans, sensumque verborum ad hoc ipsum, quod confirmamus, rimatus, tandem sic conficit. Φανερὰ τὰ ῥήματα τῆς γραφῆς, φανερὰ τὰ θεῖα, καὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καταπολεμοῦντα· τίς γὰρ τῶν ἐν ἱερωσύνῃ τοῦ ἁγιωτάτου Κυρίλλου τοῦ νυνὶ ἀρχιερατεύσαντος προτεθέντα ἀσεβῆ, καὶ αἱρετικὰ δόγματα, καὶ παραιτοῦντα προσευχὰς ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν εἰς ἱλασμὸν ἔργα ἀγαθὰ δρώμενα, μάταια, καὶ ἀνωφελῆ λέγει, ἀκούων τῆς γραφῆς λεγούσης, ὁσία, καὶ εὐσεβὴς ἡ ἐπίνοια, ἄγει δ' ἐξιλασμὸν τεθνηκότων προσάγουσα τοὺς πιστούς, ἵνα ταῖς τοιαύταις ἱεραῖς πραγματείαις τῆς ἁμαρτίας ἀπολυθῶσι, καὶ μετὰ θάνατον; *Manifesta sunt Scripturæ verba, manifesta Ædepol, & omnem impietatem debellantia. Nam, quis, quæ sub nomine Sanctissimi Cyrilli, nuper qui Pontifex fuit, proposita dogmata impia, & hæretica, vetantia verò preces pro mortuis fundere, & pro ipsis ad expiationem bona opera patrata, vana, & inutilia dicat, audiens Scripturam dicentem: Sancta, & pia cogitatio est, idest, quæ ad expiationem defunctorum fideles deducit, ut hujusmodi sacris negotiis à peccato solvantur etiam post obitum?* Nec unus tantùm Coressius hæc vobis ingerit, Photiani, Palamas (2) vester ante Coressium eadem ex loco illo Machabæorum deducenda demonstrat. Εἰσὶν, αἷτ, οἱ ἀρνούμενοι τὴν προσευχὴν τὴν ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων, ὠφελοῦσάν τι πρὸς τὸ λυτρῶσαι τὰς τῶν ἐν πίστει τεθνηκότων ψυχὰς τῶν ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ τοῦτο ἀντικείμενον τῇ γραφῇ διαμαρτυρεῖται ἐν τοῖς τῶν Μακκαβαίων, ὅσιον καὶ εὐσεβὲς τὸ προσεύχεσθαι, καὶ ἀγαθοεργεῖν ὑπὲρ τῶν τεθνηκότων πιστῶν.

(1) *Ante session.* 1.
(2) *Epist. Encyclica* 2. *p.* 4.
(3) *d. demonst.* 4. *cap. Decr. Flor. per tot.*
(4) *d. lib.* 4 *c.* 3. & *seqq.*
(5) 2. *Machabæ. c.* 12. *n.* 45.
(1) *In Epist.* 1. *ad Corydaleum.*
(2) *In Ep. Pauli ad Thessal.*

Digitized by Google

πιστόν. τὰ δὲ λόγια τῆς γραφῆς, λόγια Θεοῦ· Θεοῦ ἄρα ἐντολῇ ταῦτα πράττομεν, ὥστε ἀσεβὲς εἶναι τὸ ἀντιλέγειν, καὶ ἀντίθεον. *Sunt, qui negant, precibus, quas pro iis, qui dormierunt, fundimus, ullam vim esse, qua liberent animos in fide defunctorum à peccatis. Sed hoc repugnat Scripturæ testanti in Libris Machabæorum, Sanctum, & pium esse, precari pro mortuis fidelibus, & bene agere. Verba autem Scripturæ verba Dei sunt. Ergo Dei præcepto hæc agimus, ut impium sit mutire contra, & planè Sacrilegum.* Similia docent, atque in hanc Sententiam explicant locum illum Machabæorum Alexius (3), Nicetas (4) Heracleensis, Nilus (5) Cabasilas, Joannes (6) Phurnes, Damascenus (7) Thessalonicensis, viri omnes ex rigido Photianismo, penes quos, ut penes Nostrates omnes, libri priores Machabæorum cùm inter hagiographa recenseantur, quemadmodum tum Nostri, tum Photiani constituunt videndi penes Canonarcham, (8) jure ad testimonium Veritati præstandum facit locus propositus, unicè suffecturus ex Veteri Testamento refellendæ penitùs Marguniànæ perfidiæ.

III. Accedit authoritati priscæ legis & Novæ, obscurè sanè, si cum aliis agendum esset, hoc dogma constituens, quando agimus cum Photianis, clarissimè. Paulus (1) Apostolus sic in eos, qui futuram mortuorum Anastasin inficiabantur, argumentatur. τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; *Quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt? ut quid baptizantur pro illis?* Quæ verba sic explicat Photius. (2) ἔστι δὲ καὶ τὸ τοῦ Παύλου ἰσχυρότατον ἐπιχείρημα τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀναφέρον, καὶ κατὰ πρόσωπον σφραγίζει τῷ ἔθει, καὶ τῇ φυσικῇ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἀπεικασίαν ἀλήθειαν. Περαίνεται δὲ οὕτω μὲν οὕτως· εἴπερ οἱ τεθνηκότες οὐκ ἀνίστανται, διὰ τί βαπτίζονται ὑπὲρ αὐτῶν οἱ βαπτίζοντες ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῶν τεθνηκότων; ἔστι δὲ ἡ γνώμη τῆς συλλογιστικῆς· πρὸς τί τὸ θλίβεσθαι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, καὶ μόχθον ὑπομένειν, καὶ νηστεύειν, καὶ χαρίζεσθαι τοῖς πτωχοῖς, καὶ λειτουργεῖν, καὶ προσεύχεσθαι γονυκλισίαις, καὶ χαμαιευνίαις χρωμένους; τοῦτο γὰρ τὸ βαπτίζεσθαι, εἰ μετὰ τῶν σωμάτων θνητοὶ αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων; ἔθος δὲ πᾶσι καὶ τοῖς βαρβάροις, τῶν τοιούτων πλεῖστα λελαμβάναι, καὶ μοχθηρῶς ὑπομένειν ὑπὲρ τῶν τεθνεώτων· λοιπὸν καὶ πεῖσον πᾶσιν εὐπειθῶς ὁμολογεῖν ἀθάνατον τὴν ψυχὴν, καὶ μέλλουσαν τὴν ἀνάστασιν. *Est autem & Pauli argumentum validissimum mortuorum Anastasin comprobans, & ad hominem confirmans more, ac naturali benignitate certissimam veritatem. Conficitur verò argumentatio hunc in modum. Si mortui non resurgunt, quam ob rem baptizantur pro illis, qui seipsos baptizant pro mortuis? Porro sententia Syllogismi hæc est. Quorsum pro mortuis pati, laboresque sustinere, jejunium usurpare, largiri pauperibus, Deoque ministrare, preces etiam fundere genubus flexis, atque Chameunniis: nam hoc est Baptizari; si cum corpore mortales & anima hominum sunt? Mos autem omnibus, ipsisque barbaris est, plurima horum adsumere, & ferre laboriosè pro mortuis: igitur & omnes facilè suadebis fateri animum immortalem, futuramque corporum ipsorum Anastasin.* In eundem sensum ea Pauli verba proposuit Michael (3) Anchiali post Cerularium, (3) qui Armenos se se reipsa baptizantes pro mortuis, renovantesque Montanistarum, ac Marcionistarum ineptias, de quibus vide Philastrium, Chrysostomum, Epiphanium, & Theophilactum, Solemni decreto damnans, sic palam pronuciat. Ἐπιφέρουσι δὲ πρὸς βοήθειαν τῆς αὐτῶν ἀσεβείας τὰ ἱερὰ τοῦ θεορρήμονος Παύλου λόγια ὁ παραιτοῦντος βαπτίζεσθαι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, οὐ συνιέντες τῶν θείων ῥημάτων τὴν γνώμην, ὅτι κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον, ὁ Παῦλος βαπτίζεσθαι λέγει τὸ θλίβεσθαι, τὸ ἀγαθοποιεῖν, τὸ λαμβάνειν μόχθον ἑκόντα ὑπὲρ τῶν πιστῶς τεθνεώτων, καθὼς ἡμῖν ἑρμηνεύουσιν οἱ θεολόγοι πατέρες. *Inducunt autem in auxilium impietatis suæ sacra Deiloqui Pauli verba non probibentis baptizari pro mortuis. Non intelligentes divinorum verborum sententiam, quòdque eo loci Paulus Baptizari dicit, pati aliquid, bonum aliquod agere, laboremque sponte suscipere pro defunctis fidelibus, quemadmodum nobis explicant Theologi Patres.* Adstipulatur & (5) Palamas doctè enucleans verba illa Pauli, ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, *quotquot in Christo baptizati estis*. Ait enim: ἐστὶν ἄλλο βάπτισμα ζώντων, ἄλλο νεκρῶν. νεκρῶν φημὶ, ᾧ βαπτίζονται ζῶντες ὑπὲρ τῶν πιστῶς ἀποθανόντων, περὶ οὗ ὁ Παῦλος: εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; τουτέστι τιμωροῦσιν ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῶν ζώντων, ἵνα οἱ μόχθοι, καὶ τιμωρίαι ὦσιν ὠφέλιμοι τοῖς νεκροῖς· τοῦτο γὰρ τὸ βαπτίζεσθαι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. *Est alind Baptisma vivorum, alind mortuorum, mortuorum, inquam, in quo lustrantur vivi pro mortuis fidelibus: de quo Paulus: si mortui non resurgunt, ut quid baptizantur pro mortuis? hoc est, puniunt se ipsos pro mortuis, ut vivorum labores, ac pœnæ sint utiles mortuis: nam hoc est baptizari pro mortuis:* In eandem sententiam ea verba commemorant, quotquot ex Photianis ante, & post Palamam scripsere, (6) Joannes Jonopuli, Joannes (7) Zonaras, (8) Philotheus Patriarcha, (9) Marcus Ephesius, cujus verba supersint, ut omnes sciant, tametsi ab aliis aliter locus Pauli queat explanari, explaneturque (in quo vide diu, multumque laborantem Bellarminum) Photianis non aliud esse Baptisma pro mortuis, quàm ipsa, quæ dicimus, mortuorum suffragia. Nam Theodorum Atheniensem Episcopum, qui ab illo primus classicum in Florentinam Synodum CP. cecinit, laudans, καθ' ἑκάστην, ait, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, κατὰ τὸ τοῦ Παύλου, ἱερῶς ἐβαπτίζετο, τουτέστιν, ἔθλιβε, προσευχόμενος, τιμωρούμενος, ἑαυτὸν νηστείαις τε συνεχέσι, καὶ δάκρυσιν ἑκουσίοις. *Singulis diebus pro mortuis, juxta Paulum, seipsum piè lustrabat, hoc est, multabat se ipsum precibus insistens, & puniens se se jejuniis crebris, & lacrymis non invitis.* Nec mirum in Græcia penes Photianos ipsos verba Pauli ad hanc communi interpretatione redacta fuisse sententiam, quando congruunt interpretationi Magni penes nos semper (10) Ephræmi, (11) Nazianzenique Theologi; quorum uterque præter Baptismata, quæ in flumine, flamine, ac sanguine sita esse dicuntur, addunt & quartum, quod lacrymarum appellant, & Pœnitentiæ.

IV. Porro in hanc sententiam redactum Pauli pro Mortuorum Anastasi argumentum conclusioni nostræ probationem facit omnium certissimam. Nam, si, quidquid pro mortuis sponte sive laboris, sive dispendii mortales adsumimus, frustra esset, censereturque prorsus inutile iis, pro quibus

(1) In Explic. vocis Diptycha ad Orat. Damasc. pro mortuis.
(4) Resp. 4. de Diptychis.
(5) Orat. 2 pro mortuis.
(6) In Quæstion. Liturgicis ad Diptycha.
(7) Orat. 14. de misericord. Dei, & virtute oper. bonorum.
(8) De vi Canon. ad Cā. Apost. 1.
(1) 1. ad Corint. c. 15. n. 29.
(2) In qu. additis Amphilochiis qu. 32.
(3) Synodico cōtra Armenos Canonarch. in for. Synodic. cōtra hæreses n. 8.
(4) In Sic. Syn. contra Arm. apud eūdem ibid. num. 10.
(5) In Ep. ad Thess.
(6) Resp. 12. ad Cabil. Iberiæ n. 7.
(7) In enarrat. hæres. in hær. Armenor.
(8) Orat. 4. contr. Gregor.
(9) Orat. 2. contra Latinos.
(10) In suo testamento.
(11) Orat. de Epiphania.

Digitized by Google

quibus illud adſumimus, argumentum Pauli adeò infirmum, atque prorſus invalidum eſſet, ut productum ad probationem Anaſtaſis potius Anaſtaſin impugnaret. Etenim hæc ſenſa ſunt Pauli: ſi mortui non reſurgunt, fruſtra baptizantur pro illis, hoc eſt fruſtra pro ipſis ſe torquent, ſe ipſos puniunt, totque Opera diſpendio, atque dolori, certò incommodo futura ſibi ipſis indicunt. Huic poſitioni mox adjice Margunianum effatum: at fruſtra baptizantur pro mortuis, hoc eſt, quæcunque agunt pro mortuis, meræ ſunt conſolationes vivorum, non adjumenta mortuorum: Quid aliud inferes, niſi hanc conſecutionem prorſus oppoſitam quæſitis à Paulo? Ergo mortui non reſurgunt. Ut ergo Pauli Sapientiſſimum argumentum id, quod rectà petit, obtineat, oppoſita conſtitutæ per delirum Margunium adſumptio propoſitioni adjicienda erit, dicendumque ex mente Pauli afflati Numine, dum hæc ſcriberet, præſentiſſimo: Si mortui non reſurgunt, fruſtra baptizantur pro mortuis: at non fruſtra baptizantur pro mortuis: igitur mortui reſurgunt. Quæ quid aliud conficiunt, amabo vos, Photiani, quid ex iis, quæ recipitis, quæ probatis, quæ palam fatemini, conficiunt, niſi quæcunque pro mortuis agimus, ea veras eſſe, atque utiles fidelium vita functorum ſuppetias?

V. Oſtendi ſacrarum ſuffragio Paginarum funereas preces, mortualia, quæ celebramus ſacrificia, ſuffragia, quæ dicimus, lata pro mortuis revera mortuis prodeſſe: idipſum Majorum Noſtrorum effatis confirmandum eſt. Recenſuit ea prolixè (1) Beſſarion, unde (2) Bellarminus pauca ſelegit, noſque dabimus neceſſaria duntaxat. Primum occurrit ex (3) Clemente Romano, cujus Conſtitutiones eruditis, veſtræque, Photiani, Synodo (4) Penthectæ apocryphas, vos penè non hagiographas dicitis. In his tamen longa precatio deſcribitur, non ſine cæremonia mortuis profutura, concipienda, ac recitanda pro mortuis. Adeò Apoſtolico ævo utiles cenſebantur preces Opem ſacram laturæ fato functis Chriſtianis. Cur enim inſtituerint illas Apoſtoli nil eis collaturas auxilii, pro quibus inſtituebantur? An, quæ ibi dicuntur, ferenda eſſent, ſi nil opis in illis? Quorſum precari verbis ſupplicibus veniam, quæ impetrari non poteſt? Quorſum orare prolixè non exorabile Numen? Quorſum denique aut tentare, quod ſperari non poteſt, aut ſperare, quod nefas eſt? At hæc omnia, licèt abſurda, recipienda, probandaque in illis precibus Clementinis, ſi, quę pro mortuis præſtamus, ſupervacanea reputantur. Non ſunt ergo ſupervacanea, utilia ſunt, quæ ad uſum proponuntur, vera ſunt, quæ ad veriſſimum Numen placandum adhibentur, profuntque certiſſimè, quæ ſynchroni Apoſtolorum Scriptores non niſi profutura præcipiunt. Hinc & (5) Dionyſius Cæremoniam ipſam deprecaturi pro mortuis ſacerdotis eleganter deſcribit: inducit venerandum Antiſtitem poſt ſacras nænias accedentem, ac precem ſacram ſuper elatum cadaver peragentem. At quid illæ preces efflagitant? nempe ut Numen propitiatum cuncta dimittat erepto è vivis homini per infirmitatem humanam admiſſa delicta: eumque in luce ſtatuat, ac regione vivorum. Quæſo, ſi nullam utilitatem preces vivorum defunctis conferunt, ut quid divinam clementiam precari, ut quid ſperare, fore, ut dimittantur peccata defuncto per infirmitatem humanam admiſſa? An Eccleſia ita demens, ut, quod fieri non poteſt, voto concipiat, ſpe complectatur, precibus poſtulet? Aut igitur Margunius aſſerat, deſipuiſſe ab initio Eccleſiam, ut impius ſit, aut, quæ facimus, patimurque, aut poſtulamus pro mortuis, ipſis utilia fateatur, ut palam ſit, Concluſionem illam ipſius non eſſe Græcam (quod Heterodoxi quidam ex Margunio conſtituunt) ac ne Photianam quidem eſſe, eſſe prorſus hæreticam.

VI. Sed è Majoribus noſtris, poſtquàm regnare cœpit Eccleſia, aliquis prodeat, qui noſtram aſſertionem rotundè, atque, uti dicunt, in terminis aſſeveret. (1) Athanaſius hic eſto, & quidem eo in libro, qui, quamvis inter Opera Athanaſi corruptiſſimus, avidè recipitur à Photianis, auſis cæteroqui Orthodoxi Cæli non fabuloſum Atlantem nonnumquam accuſare (2) ebrietatis. Is porro in quæſtionibus ad Antiochum, ubi quęſivit Antiochus; τί ἄν; αἰσθάνονται τινὸς εὐεργεσίας καὶ αἱ τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχαὶ γινομένων ὑπὲρ αὐτῶν συνάξεων, καὶ εὐποιϊῶν, καὶ προσφορῶν; *num animi Peccatorum utilitatem è precibus, ſacrificiis, &c. vivorum aliquam reipſa nanciſcantur?* Reſpondet nanciſci omnino. εἰ μὴ τινὸς εὐεργεσίας μετεῖχον ἐκ τούτου, οὐκ ἂν ἐν τῇ προσκομιδῇ ἐμνημονεύοντο· καὶ ὥσπερ ὅταν ἡ ἄμπελος ἀνθῇ ἔξω ἐν τῷ ἀγρῷ, αἰσθάνεται τῆς ὀσμῆς ὁ ἀποκεκλεισμένος οἶνος, καὶ συνανθεῖ καὶ αὐτός· οὕτω νόει καὶ τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχὰς μετέχειν εὐεργεσίας τινὸς ἐκ τῆς ὑπὲρ αὐτῶν γενομένης ἀναιμάκτου θυσίας, καὶ εὐποιΐας, ὡς μόνος ἐπίσταται, καὶ κελεύει ὁ ζώντων, καὶ νεκρῶν ἐξουσιάζων θεὸς ἡμῶν; *ni alicujus beneficii ex hoc participes eſſent, non equidem memoria ipſorum fieret, in ipſa Oblatione; & ut vinea, cùm floret extra in agro, ſentit odorem vinum clauſum, ſepoſitumque, & unà floret & ipſum. Sic cogita & animos peccatorum participes fieri beneficii alicujus ex incruento ſacrificio, & operibus bonis, quæ pro ipſis fiunt.* Hunc in modum Athanaſius, quid Cyrillus Hieroſolymitanus? (3) ut Græca ejus verba omittam, latinè ſic loquitur: *Maximum credentes eſſe animarum juvamen, pro quibus offertur obſecratio ſancti illius, & tremendi ſacrificii, pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi ſunt.* anceps hæc quoque ſententia? Non ait, *credentes eſſe juvamen animarum*, nec illud quale quale, magnumve, aut majus aſſeruit: *maximum* inquit *credentes eſſe juvamen animarum, pro quibus offertur obſecratio illius Sancti, & tremendi ſacrificii.* Propterea & Chriſtianorum eloquentiſſimus, aureum ſacræ facundiæ flumen (4) Chryſoſtomus monet, ut mortuus juvetur non δάκρυσιν, ἀλλὰ προσευχαῖς, δεήσεσιν, ἐλεημοσύναις, *lacrymis, ſed precibus, obſecrationibus, eleemoſynis*: & mox hortatur, ne fatigemur mortuis βοηθεῖν προσευχὰς ὑπὲρ αὐτῶν προσφέροντες *preces pro illis offerentes*, & alibi: οὐκ εἰκῇ ταῦτα ἐνομοθετήθη ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, τὸ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων μνήμην γίνεσθαι τῶν ἀπελθόντων· ἴσασιν αὐτοῖς πολὺ κέρδος γινόμενον, πολλὴν τὴν ὠφέλειαν. *Non temere ab Apoſtolis hæc ſancita ſunt, ut in tremendis myſteriis defunctorum agatur com-*

D memo-

(1) d. Ep. 2. Encyclica.
(2) d. l. 1. de Purg. c. 10.
(3) Cōſtit. li. 8. c. 47.
(4) Can. 2.
(5) de Eccl. hierar. c. 7 pa. 3. Vide Saverum in 4. differ. pag. 46. lin. 25.

(1) qu. 34. Vide Sever. d. pa. 46. lin. 30
(2) Vide Margun. in Notis ad Metaphr. in Vita Athanaſ.
(3) Catecheſ. Myſtag. 5.
(4) Hom. 41. ad 1. Corinth. hom. 69. ad popul. hom. 32. in Matth. & hom. 84. in Jo. hom. 3. in Epiſt. ad Philip. Vide Sever. d. pa. 46. lin. ult. Item hom. 21. in Act. Apoſt.

memoratio. Norant enim, inde multum illis contingere lucri, utilitatem multam. Prolixus essem, si loca omnia Chrysostomi huc otiosè congererem, quæ tamen ejus egregios Commentarios legenti passim occurrent, quæque curiosum Nostrorum ingenium facilè penes (5) Bessarionem, atque (6) Gennadium coacervata reperiet: Adeò clara, ut, si parcas Arctois hæreticis hæc inficiatis, non sit parcendum Græcis ingeniis (nam & Photiani Græci sunt, nec tamen Græci Photiani) cùm palam opposita Chrysostomi effatis audent asserere. Quid quòd Majores nostri has preces pro mortuis uti proficuas planè mortuis & instituunt, & proponunt, & passim insinuant. Vide, quæ tradat (7) Basilius ante (8) Chysostomum in liturgia, & in solemni Pentecostes officio: lege, quid jubeat (9) Nazianzenus, quidque agat in funere fratris Cæsarii. Jubet, ipsi Deo, & nostras, & eorum, qui quasi paratiores in via priùs ad hospitium pervenerunt, animas commendari. Mox fusas pro anima ipsa Cæsarii concipit preces. Id, quod & sibi præstari jussit maximus (10) Ephræm, virtutis hæredes suæ discipulos damnans, profuturas ipsi fundere preces assiduè. Sic & Ἰσαπόστολος Constantinus sepulcrum sibi in templo principe constituit, teste (11) Eusebio, ut fundendarum inibi precum particeps fieret post obitum; procubuitque Theodosius Junior, ex historia (12) Theodoreti, Chrysostomi lipsanis, ut requiem parentibus defunctis oraret. Quin imo (13) Epiphanius veritatem hanc inter Orthodoxa dogmata numerat, Aeriumque hæreticum propterea censet, quòd hoc ipsum inficiaretur, cui licebit & Græci Margunium addant, ausum id palam inficiari, quod Majores nostri omnes affirmant. Nam hoc & (14) Damascenus edixit, cui ni creditis Photiani, credite relatis ab ipso, credite Origenistæ (15) Palladio, quando vos, ut mox patebit, ad errores Origenis deduxit Margunius.

VII. Hujus hanc, quam impugnamus Impietatem, non Græci tantum Majores Nostri debellant ex dictis, ipsi Photiani apertissimè detestantur, ac reprobant. Primus adsit Theophylactus, (1) cujus hæc est Orthodoxa sententia. Τοῦτο δὲ λέγω διὰ τὰς ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις γινομένας προσφοράς, καὶ τὰς δεήσεις· αἳ οὐ μικρὰ συντελοῦσι τοῖς καὶ ἐν ἁμαρτίαις βαρείαις ἀποθανοῦσι· μὴ τοίνυν λειπώμεθα ἡμεῖς σπουδάζοντες διὰ ἐλεημοσυνῶν, καὶ προσευχῶν ἐξιλεοῦσθαι τὸν ἐξουσίαν μὲν ἔχοντα βαλεῖν, οὐ πάντως δὲ τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ χρώμενον, ἀλλὰ καὶ συγχωρεῖν δυνάμενον. *Hoc autem dico propter oblationes, ac preces, quæ fiunt pro mortuis, quæ non parùm conducunt etiam iis, qui gravibus in delictis vitâ functi sunt. Ne igitur nos desinamus satagentes per eleemosynas, & preces propitiare eum, qui habet potestatem mittere in Geennam, non semper tamen utentem ea potestate, sed potentem & parcere.* Secundus (2) OEcumenius: εὔχου, inquit ὑπὲρ τῶν πιστῶν ἀποθανόντων· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς πάνυ ὠφέλιμον. *Ora pro fidelibus mortuis; nam hoc ipsis valde utile est.* Tertius Euthymius (3): αἱρετικόν ἐστι δόγμα, λοιδορεῖν τὰς προσευχάς, καὶ θυσίας ὑπὲρ τῶν νεκρῶν προσφερομένας, ὀρθόδοξον δὲ αὐτὰς ἐπαινεῖν, πρὸς αὐτὰς χρησιμωτάτας οὔσας τοῖς πιστῶς κεκοιμημένοις παραινεῖν. *Hæreticum dogma est, aspernari preces, ac sacrificia pro mortuis oblata, Orthodoxum autem ea laudare, & hortari ad ea usurpanda, quæ utilissima sunt iis, qui dormierunt in fide.* Quartus (4) Palamas. ἡ δ' εὐχὴ ἐκ τοῦ ἱερατικοῦ στόματος ἐξελθοῦσα πρὸς τὴν θείαν ἀκοὴν ἀναβαίνει, καὶ τῆς προσκαίρου κολάσεως ῥύει τὰς τῶν ἀποθανόντων ψυχάς, καὶ ἀναπαύει αὐτάς. *Deprecatio è Sacerdotis ore ubi prosiliit, ascendit ad divinum auditum, & liberat à temporaria damnatione animos defunctorum, eosque quiete donat, atque tranquillitate.* Quinctus (5) Zonaras, cujus elogio preces penè non omnipotentiam habent pro mortuis. Sextus Nicephorus (6) Callisti, Septimus Atheniensis Nicolaus (7), Octavus Nicolaus (8) Cabasilas, quorum omnium suffragio quidquid piè pro mortuis agimus, patimurque sive precati, sive largiti, fato functis hominibus perutile declaratur. Vide etiam, quæ (9) Glycas tradit productus à Bulgaro (10), tandemque cum Simeone Thessalonicensi constitue, particulas illas, quas in Liturgia Sacerdos offert, esse αἱ μὲν ὑπὲρ τῶν ἁγίων προσαγόμεναι εἰς δόξαν αὐτῶν, καὶ τιμήν, καὶ ἀνάβασιν τῆς ἀξίας, καὶ τοῦ θείου φωτισμοῦ παραδοχὴν μείζονα, αἱ δὲ ὑπὲρ τῶν πιστῶν, κεκοιμημένων μὲν εἰς λύτρωσιν ἁμαρτιῶν, καὶ θείας χάριτος ἕνωσιν, ζώντων δέ, εἰ μετανοίᾳ μόνον τὴν ζωὴν ἐξοικονομοῖεν, εἰς δεινῶν ἀπαλλαγήν, εἰς ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, εἰς ζωῆς αἰωνίου ἐλπίδα. *Eas quidem, quæ pro Sanctis offeruntur ad gloriam eorum, & honorem, ad augmentum dignitatis, & ad divini luminis perceptionem majorem: Eas verò, quæ pro fidelibus sunt, pro mortuis sanè ad peccatorum liberationem, expiationemque, & divinæ gratiæ conjunctionem, quæ verò pro vivis, si cum Pœnitentia bene vitam dispensaverint, ad pœnarum levamen, ad peccatorum condonationem, ad vitæ æternæ spem.* (12) Mox conficit. καὶ τοῖς ἁγίοις γὰρ ἀνάβασις γίνεται διὰ τῆς θείας ἱερουργίας, καὶ τοῖς πιστοῖς, ὡς εἴρηται, θείου ἐλέους χορηγεῖται μετάδοσις. *Nam & sanctis incrementum gloriæ sacrificio illo accedit, & fidelibus, uti dictum est, divinæ misericordiæ distributio impenditur.*

VIII. Quo fit, ut hoc sæculo, his verbis idipsum (1) Severus Philadelphiensis comprobet: ὅτι διὰ τὰς γινομένας λειτουργίας, καὶ προσευχάς, καὶ ἐλεημοσύνας (τὰς ὁποίας οἱ Χριστιανοὶ ποιοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν τῶν κεκοιμημένων Χριστιανῶν) διαλαμβάνουσιν αἱ ψυχαὶ παράκλησίν τινα, καὶ παραμυθίαν, καὶ ἄνεσιν, καὶ ὅτι κατὰ τοῦτο συμφωνεῖ ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία τῇ ῥωμαϊκῇ, ἐκ τῶν εἰρημένων γέγονε δῆλον. *Quòd autem Sacrificia, quæ celebramus, quòdque ob preces, ac stipes, (quas Christiani erogamus pro animis Christianorum, qui vita sunt functi) nanciscantur animi consolationem quandam, & recreationem, atque levamen, & quòd etiam in hoc Orientalis Ecclesia Romanæ consentiat, ex dictis constat.* Et (2) infra: *comprobatum est igitur ex dictis: primùm, animos orthodoxorum Christianorum utilitatem nancisci, & libertatem à sacrificiis.* ἀποδεδειγμένον λοιπὸν ἐκ τῶν εἰρημένων, πρῶτον, ὅτι αἱ ψυχαὶ τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν λαμβάνουσιν ὠφέλειαν, καὶ ἐλευθερίαν διὰ τῶν λειτουργιῶν. Quin imò & ipse (3) Critopulus adfinis Margunio, non admodum adfine melior contra deteriorem adfinem idipsum testatur sic scribens in iis, quę vidimus ejus MS. ἔδοξε τῇ ἐκκλησίᾳ πρὸς αὐτὰς ἀναφέρειν δύο τινά· ἓν μὲν ἐν ταῖς προσευχαῖς ἐστι, καὶ λειτουργίαις

ὑπὲρ

(5) d. Ep. 2. Encycl.
(6) In d. demonst. c.4. Decr. Flor.
(7) Orat. quæ recitat. in die Pent. in 3. Genuflex. in Euchołog. Goar. pa. 758. post med.
(8) In Prothesi, & post Cõsecrat.
(9) Orat. in Cæsar.
(10) In suo Testamento.
(11) Lib. 4. de Vit. Cõstãtini.
(12) Lib. 5. hist. ca. 26.
(13) Hæresi 75.
(14) Lib. de his, qui in fid. migrar.
(15) In hist. Lausiaca c. 41.
(1) In c. 12. Luc.
(2) In c. 4. Epist. ad Thessal. 1.
(3) De præceptis Apostol. præc. 25.
(4) In Ep. 1. ad Thessal.
(5) In Theophilo Imperat.
(6) apud Bulgar. in Catechesis. de Diptychis p. 165. post med.
(7) Apud eundem, ibidem.
(8) In Explic. Missæ ad cõmemor. mortuor. & Diptycha.
(9) Ep. 26.
(10) Ubi supr. pag. 164. in fin.
(11) De Templo, & Missa ante fin.
(12) Ibid. paulo post.
(1) d. diff. 4. pag. 47. li. 29.
(2) Ibid. p. 53. lin. 15.
(3) In sua Confess. c. 20. pag. mihi 125. Gudilingis 148.

ὑπὲρ αὐτῶν τῷ Θεῷ, τὰς ἀπάντων ἀναφερομένας· ἵνα γὰρ ἐξ ἑκατέρων, ἢ τῶν βασάνων, εἰς ἐνέχονται, λυτρωθῶσιν, ἢ ἵνα ἄνεσιν, καὶ ἔρσιν τινα αὐτοὶ ἐν τῇ φυλακῇ λάβωσι. Quæ verba Uvolfgangus (4) Gudlingius Norimbergensis minister ex Latina interpretatione edita diligentiùs sic profert. *Ecclesia constituit, aliquam in ipsos (qui obierunt) conferre benevolentiam: quæ quidem in precibus, ac supplicationibus pro illis ad Deum Universi sursum mittendis consistit, ut ab alterutro duorum, vel ab ærumnis, queis detinentur, ipsos mox liberet, vel saltem remissionem quandam, & consolationem eis in carcere divinitus conferat.* His omnibus ipse Margunius addat Suffragium suum, suàque se ipse damnet sententiâ. Fortassis inter Photianos nemo acriùs Margunium Margunio reprobavit, neque ullus adeò ferox in impietatem Margunii calamo dictavit scribenda, ut comparari possit ipsi Margunio. Nam (5) primò gesta Damasceni describens, & scripta commendans, ubi venit ad librum, quem pro fato functis fidelibus Damascenus edidit: καὶ τὸ ait, ἡ βίβλος γέμουσα μαρτυριῶν καθ' ἁγίων, οἱ ὁποῖοι διαλαλοῦσι τὴν ὠφέλειαν, ὁποῦ ἔχουσιν αἱ προσευχαὶ, καὶ θυσίαι, καὶ ἐλεημοσύναι διὰ ταῖς ψυχαῖς τῶν κεκοιμημένων πιστῶν· δόγμα γὰρ τοῦτο τῆς ἐκκλησίας, καὶ πατραπαράδοτον, τὸν ὁποῖον ὅστις ἀρνηθῇ, κακόδοξος, καὶ αἱρετικὸς τοῖς ὀρθοδόξοις φανῆται. *Et is liber testimoniis abundat omnifariam sanctorum, qui prædicant utilitatem, quam habent preces, & sacrificia, & eleemosynæ pro animis fidelium, qui dormierunt. Nam dogma hoc est Ecclesiæ, atque Patrum traditio, quam si quis neget, cacodoxus, & hæreticus Orthodoxis videbitur.* Secundò (6) in libello de Traditionibus Ecclesię, quem eleganter juvenis adhuc conscripsit, hunc in modum philosophatur. ἡ μὲ θεοδίδακτος ἐκκλησία ἡμᾶς διδάσκουσα, καὶ παράδοσιν ταύτην ὑπάγει, ὅτι χρὴ ὑπὲρ τῶν τεθνεώτων Θεὸν ἱλάσκεσθαι, καὶ ἔργοις ἀγαθοῖς κέρδος ἐμποιεῖν, καὶ ὠφέλειαν τοῖς κολαζομένοις. τοῦτο γὰρ δόγμα πίστεως, τοῦτο διδασκαλία Θεοῦ, ὥστε τὸ ἑτερόδοξον, καὶ αἱρετικὸν τὸ ἀντιλεγόμενον. *Ecclesia, quam Deus docet, nos docet, & traditionem hanc nobis insinuat; quòd nimirum oporteat, Mortuis Deum placare, & bonis operibus lucrum adducere, atque utilitatem iis, qui puniuntur. Nam hoc dogma est Fidei, hoc Dei doctrina, ita ut sit impium, & hæreticum contra dicere.* Tertiò (7) denique in Notis ad Metaphrasten, ubi narravit apocrypham quandam historiam cujusdam redivivi post obitum, induxitque loquentem, narrantemque pœnas, queis crimina defunctorum acerrimè puniuntur, certamque utilitatem precum pro Defunctis fusarum, sic colligit. ἐκ τούτου μανθάνομεν, ὅτι εὐσεβὲς, καὶ πρέπον, καὶ ὠφέλιμον κατὰ πάντα τὸ προσεύχεσθαι, καὶ ἀγαθοποιεῖν ὑπὲρ τῶν ἀποθανόντων· ὅστις δὲ ἀντιφάσκει, αἱρετικός. *Ex his fas est nosse: pium esse, planèque sanctum, & omnino utile precari, atque bene agere pro mortuis: si quis autem id neget, hæreticus.*

(4) *In delineat. Eustratii Joanni-dę Rutheni pa. 151. post med.*

(5) *In Vita S. Jo. Damasce. circa med.*

(6) *cap. 8. sub init.*

(7) *In Vita S. Georgii.*

IX. Hunc in modum se ipsum damnat Margunius, quem & Sacræ Paginæ, Majoresque tum nostri, tum vestri, ò Photiani, & damnant, & reprobant; quemque præterea Ecclesia nostra ubique impium, sibique planè contrarium esse demonstrat. Quid enim apertiùs unquam dixit Ecclesia nostra, quàm hoc ipsum, quod diximus, utiles esse preces, & opera, quæ mortuis expiandis adsumimus? Adsint Liturgiæ nostræ, ferantque, quod exposcimus, testimonium. Nempe in his reipsa Ecclesia nostra loquitur, manifestèque sua sensa deprædicat: neque enim loquitur tantùm, sed agit: fœderatisque tum verbis, tum actibus in ejusdem veritatis confirmationem conspirat. Porro ausim asserere, Dogma hoc Ecclesiæ nostræ magis tribuendum, quàm Latinæ. Imo penitùs assero, si Ecclesiam utramque ad veritatis hujusce provoces testimonium, plus collaturam Ecclesiam nostram, quàm Latinam. Hæc semel in Liturgia meminit mortuorum, ter Nostra; cùmque illa in solitaria commemoratione nil præter verba, precesque brevissimas fato functis impendat, Nostra in triplici, solemnique præconio, præter preces prolixas, Particulas sacrandas addicit, sacratas absumit pro mortuis. Latina Ecclesia semel in anno commune sibi pro piè defunctis justitium indicit, at Nostra, pro piis Manibus Deo solemniter litat iterum in anno, atque iterum, cùmque Latinis nulla sit qualibet hebdomade stata dies conciliandæ fidelibus mortuis divinæ Clementię, nos Numen illis ex certa cæremoniarum nostrarum lege quolibet Sabbato propitiamus. Quæ omnia constant ex Liturgiis (1) nostris, narratque Gennadius (2) Scholarius P. ante quem Nicetas (3) Pectoratus, post quem Bulgarus (4), cæterique Photiani ante Goarium (5), quos inter Gabriel (6) Philadelphiensis novissimè. διὰ τοῦτο, inquit, ἡ καθολικὴ, καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία τῆς ἀνατολῆς, καὶ ὅσα ἄλλα ἔθνη ὑποτάσσονται ταύτῃ, καὶ ὁμοφρονοῦσι, δύο φορὰς καθ' ἕκαστον χρόνον, ποιεῖ λειτουργίας κοινὰς, καὶ προσευχὰς ὑπὲρ τῶν εὐσεβῶς κεκοιμημένων ὀρθοδόξων Χριστιανῶν· μάλιστα δὲ ὑπὲρ τῶν πτωχῶν, καὶ ξένων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀώρως, καὶ αἰφνιδίως τεθνηκότων, καὶ μὴ δυνηθέντων ποιεῖν, ὅσα ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία ὁρίζει· ὑπὲρ τούτων τῶν εὐσεβῶς κεκοιμημένων, καὶ πάντα τὰ ἅγια μοναστήρια, καὶ πᾶσαι αἱ κατὰ μέρος ἐκκλησίαι κατὰ σάββατον ἱερουργοῦντες παρακαλοῦσιν οἱ ἱερεῖς τὸν εὔσπλαγχνον, καὶ ἐλεήμονα Θεὸν, ἵνα τύχωσιν ἀνέσεως, καὶ ἐλευθερίας αἱ βασανιζόμεναι ψυχαί. *Propterea Catholica, & Apostolica Ecclesia Orientis, & quæ Gentes aliæ ipsi subjiciuntur, & ipsi consentiunt, bis quolibet anno concipit preces communiter, & peragit Sacrificia pro Christianis Orthodoxis, qui piè dormierunt. Maximè autem pro egenis, ac peregrinis, proque illis, qui ante tempus, aut repente obierunt, nec potuere ea omnia peragere, quæ Christi jubet Ecclesia. Pro iis piè defunctis quolibet Sabbato, & omnia Sancta Cænobia, omnesque peculiares Ecclesiæ, ac Sacerdotes orant benignum, ac misericordem Deum, ut veniam, ac libertatem impetrent hi tormentis subjecti animi, salutemque consequantur.*

(1) *In utraqsum Chrysost. tũ Basil. in Prothesi, & post consecrationem.*

(2) *d. demonst. 4. cap. post med.*

(3) *Orat. 4. contra Latinos.*

(4) *In Catech. ubi de Diptychis pa. 164. & seq.*

(5) *In Euchol. pag. 540. col. 2*

(6) *In 4. diss. pag. 51. lin. 32.*

X. Sic Philadelphiensis Antistes nec subdolè ex ingenio, nec Photianè. Neque enim hac in re dolo Photiano locus esse potest, cum omnino manifestum sit, Ecclesiam nostram ubique fateri, utiles preces, auxiliaria sacrificia, eleemosynas esse mortuis piè fidelibus non proficuas dumtaxat, sed valde proficuas. Constat hoc ex Officiis (1) exequiarum tribus ex duplici Canone funereo tum pro mortuis mulieribus, tum pro pueris, constat ex Diptychis (2), & Necrosimis (3), ex Officio (4) τῶν ἀπὸ αἰῶνος πάντων κεκοιμημένων ὀρθοδόξων, *cunctorum à sæculo dormientium*

(1) *Vide Euchol. in off. Exequiar. & seq. & ibi Goar. à pa. 525. ad 597.*

(2) *Vide Bulgar.
Catechesi pag. 162. & seq. & Goar. in*

miss. Jo. Chrys. nota 143. pag. 145. (3) *Vide Niceph. Callist. Xantho. de Troparijs.* (4) *Vide Menæa Sabb. 1. Octob.* (5) *penes Goar. in off. exequ. not. 3. pa. 540. col. 2.*

Christianorum: Constat denique ex more insolito, ac semper in Græcia obtenturo, quo nempe uniuscujusque recèns defuncti memoria studiosè recolitur precibus Deo, ac sacrificiis oblatis tertio, nono, & quadragesimo die. Τοῖς τεθνεῶσιν ἐκτελοῦνται, inquit Nicephorus (5) *Callisti*, Τὰ τρίτα, τὰ ἔννατα, καὶ τὰ τεσσαρακοστά. τὰ τρίτα, ὅτι ὁ νεκρὸς ἀλλοιοῦται τότε τὴν διάγνωσιν τῆς ὄψεως, τὰ ἔννατα, ὅτι τότε διαῤῥέει τὸ σύμπαν, τῆς καρδίας σωζομένης, τὰ τεσσαρακοστά, ὅτι τῇ τεσσαρακοστῇ καὶ αὐτὴ καρδία συναπόλλυται τῷ λοιπῷ. *Defunctis tertio, nono, & quadragesimo die justa persolvuntur. Tertio, quòd cadaver tunc mutatur, figura vultus, qua dignoscitur homo, deperdita: Nono, quòd tunc corpus omnino tabescit, solo corde à putredine intacto; quadragesimo, quia tunc cor ipsum cum reliqua corporis mole diluitur*, Quæ ut morem Nostrum testantur, ita causas moris experientia damnatas præseferunt: quare meliùs Neophytus (6) Rhodinus ex Clemente Romano rationi magis consonas tradit: ait enim τὰ τρίτα, dilatam ad tertium diem Christi Servatoris Anastasin ostendere: τὰ ἔννατα deprecantur novem Angelorum Choris fato functi hominis animum aggregari, τὰ τεσσαρακοστά luctum Israelitici Populi in Moysis obitu ad quadragesimum usque diem productum, fusis pro animo defuncti precibus, adumbrant feliciùs. Hæc mox sequuntur ἐνιαύσια ἀπὸ τῆς τελευτῆς *anniversaria à die obitus*, quæ perfectam quietem è vivis erepto precantur, solemnique quotannis ritu producuntur, ut quotannis adsint à familiaribus defuncto suppetiæ.

(6) *In Synop. vernacula Doctrin. christiana.*

XI. His accedit & ultima illa Cæremonia, quam finito mortuali officio circa cadaver more antiquissimo deductam usurpamus, habeturque in Euchologio his (1) verbis: ὁ δὲ ἱερεὺς ἄρας χοῦν μετὰ τοῦ πτύου σταυροειδῶς ἐπιῤῥίπτει ἐπάνω τοῦ λειψάνου λέγων, τοῦ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ, καὶ μετὰ τοῦτο ἐπιχέει ἐπὶ τῷ λειψάνῳ κανδήλαν, ἢ τὴν τέφραν τοῦ θυμιατηρίου. *Sacerdos verò terram batillo tollens superinjicit cadaveri dicens, Domini est terra, & plenitudo ejus, Orbis terrarum, & qui habitant in eo: his peractis superinfundit cadaveri oleum Lampadis, aut ex thuris vaporario cinerem.* Qui ritus nihil aliud significat, nisi piam credulitatem Ecclesiæ nostræ certo certiùs existimantis, atque actibus ipsis piè confirmantis, posse precibus tegi delicta mortuorum, quemadmodum injecto pulvere tegitur informe cadaver: posse animos defunctorum divinæ Misericordiæ consequi dona, uti corpus typo misericordiæ oleo, in ipso sepulcro, perfunditur. Quare olim huic Cæremoniæ addebatur precatio, quam proponit antiquissimus Canonum Interpres Prodromus (2) Senior, habetque Euchologium Cryptoferratense (3) Bessarionis hoc titulo: εὐχὴ ἐν τῷ τάφῳ, ἡνίκα βάλῃ μύρον, ἢ ἔλαιον σταυροειδῶς τρίτον ἐπάνω τοῦ λειψάνου. *Precatio habenda in sepulcro, cum Chrisma, vel oleum in modum crucis tertiò super cadaver est injiciendum*, in qua: *Deus peccata superans, ac delens iniquitates obsecratur, ut remittat, relaxet, condonetque delicta omnia defuncti*: ὑπερβαίνων ἁμαρτίας, καὶ ἐξαλείφων ἀνομίας ἄνες, ἄφες, συγχώρησον πᾶν ἑκούσιον, καὶ ἀκούσιον αὐτοῦ πλημμέλημα: *remitte, relaxa, condona sponte, vel aliter patratum ejus delictum*. Scilicet accuratè adeò

(1) *In Off. exequiar. circa fin.*

(2) *de Interpr. in Can. 4. Apost.* (3) *Vide Goar. in Euchol. pag. 543. in med.*

Ecclesia nostra non verbis tantùm preces suas utiles fato functis affirmat, sed ipsis comprobat factis, ipsis fatetur cæremoniis, quas si quis unquam Latinorum deriserit (fuere autem aliqui, qui cum Cauco (4) hoc per summum nefas, ac dedecus ausi sunt, ut justissimè queritur Dorotheus (5) Mitylenæus Antistes, videat, quæ congrua catholicis moribus, dictisque Bernardi, (6) scribit eruditè Goarius (7): quæ doctè tradit Apostolicis traditionibus consentanea, quæque Theologicis rationibus, ac Gentis nostræ vetustati consona Simeon Thessalonicensis (8) edisserit, suffectura retundendo stolido risui eorum, qui imperitè, & ineptè de rebus Nostris philosophantur, ac Ritibus, qui & à Romana probantur Ecclesia; quippe hos Ritus usurpari vidimus Romæ in funere Leonis Allatii, & apprimè constituunt utiles fidelibus mortuis preces ab Ecclesiâ conceptas, Sacrificia in Ecclesia celebrata; stipes pauperibus erogatas. Etenim non privatim solùm nobis in defunctorum auxilium permittuntur, sed illas, ut & publicè ad eundem scopum distribuamus in Ecclesiâ nostrâ nobis mos noster edicit, cùm nimirum & carnes, & panem, & vinum conceptis ab Ecclesiâ verbis per presbyteros Deo dicata largimur, (9) cùmque Colyba, quæ alibi tuebimur, pro mortuis egenorum turbæ tribuimus, eâ Cæremoniâ, iisque Sanctissimis ritibus, de quibus Balsamon (10), & Blastarius (11), & ex utroque Goarius (12).

(4) *In Expos. hæres. Græcor. c. 5.* (5) *In Can. heptacephalo contra latinos pa. 3. post. med.* (6) *Serm. 26. 1. Cãt.* (7) *in d. off. exeq. not. 20. p. 542.* (8) *apud Goar. ubi supra not. 21.* (9) *Vide Euchol. rub. Oratio Colyborũ. incip. ὁ λόγοις.* (10) *in cã. 4. Apost.* (11) *In synag. ver. τεσσαρακοστή.* (12) *ad Orat. Colyb. pag. 661.*

XII. Compertissimum proinde est, Ecclesiam nostram stare contra Margunium, atque tum verbis, tum factis asserere, utilissima, quæcunque pro mortuis piè, atque religiosè peragimus. Quò fit, ut diris omnibus devovendus Margunius sit, qui sacerrimos ritus, moresque Sanctissimos ad nundinarum instar deducit, ausus asserere, has preces, hæc Sacrificia, hæc pietatis certissimæ opera facta Ecclesiam pati, ut inde habeant ministri, quo vivant. Exclamare licet, hoc verè diabolicum dictum est, hæc est fatua prorsus calumnia. Nemo, quod sciam, hoc dixit, nemo commentus est, nemo ne hæreticus quidem non planè furiosus tantum scelus mente concepit. Attamen Margunius, qua est erga Latinos homines benevolentiâ singulari, id ex latino Doctore confirmare non dubitat. Nam ubi dixit, ὅτι ταῦτα ἡ ἐκκλησία ἐπαινεῖ, εἰσὶ γὰρ ὠφέλιμα τοῖς ζῶσι, καὶ τοῖς ὑπηρέταις τῆς ἐκκλησίας τὰ πρὸς βίον, καὶ δίαιταν πορίζουσι: *Ecclesiam hæc laudare, quòd utilia sint vivis, quòdque ministris alimenta suppeditant*; adjicit (1) statim: καὶ ἐν τούτῳ συμφωνεῖ ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία τῇ δυτικῇ, ὥς λέγει τις διδάσκαλος, ἀνὴρ εὐσεβὴς, καὶ σοφὸς, ἐπίσκοπος δὲ τὴν ἀξίαν οὕτω διαμαρτυρεῖ τὴν ἀλήθειαν. Τὸ Πουργατόριον ἐπλέκησε, καὶ καθ' ἑκάστην πλουτίζει τὰς ἐκκλησίας, αἱ πλουσιώτεραι ἡγεμονίαι, τὰ φρούρια, αὐτὰ ἐξοχίας ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν κατὰ τὸ πλεῖστον διὰ τοῦ Πουργατορίου ἔχουσι τὰς ἀρχάς. Τὸ Πουργατόριον μετήνεγκε δολερῶς ἐκ τῶν λαϊκῶν τὰ χρεία, καὶ τὰς ἀρχαίους κληρονομίας ἐς τοὺς ἱερεῖς ἡμῶν, καὶ μοναχούς· καὶ τὰ λοιπά· ἐξ οὗ φανεροῦται, ὅτι συμφωνεῖ τὸ λεγόμενον τοῖς λατίνοις, καὶ δὴ μάλιστα τοῖς λατίνοις· ἡμεῖς γὰρ οὐ πλουτοῦμεν ἐκ τούτου, ἀλλὰ μόνον κερδαίνομεν τὰ βιώσιμα. *Atque in hoc Orientalis Ecclesia consonat Occidentali, cujus eloquens quidam magister, vir pius, & doctus: Episcopus verò ex inclytis, sic testatur veritatem. Purgatorium*

(1) *d. c. 39. Antirrhetici.*

torium ditavit, & in dies ditat Ecclesias. Ditissimæ Abbatiæ, Primatus, Præfectura virorum, atque mulierum, ut plurimum à Purgatorio habent initia. Purgatorium transtulit cum dolo à Laicis prædia, & peramplas hæreditates ad nostros Sacerdotes, ac Monachos, &c. ex quibus constat consonare dictum à Nobis Latinis, & quidem maximè Latinis: nam nos ex his non ditamur, tantùm alimenta lucramur. Fateor hæc legens, hæc audiens confidentissimè dicta, hærebam animo, ancepsque consilii, quid reponerem, nesciebam. Negarem dicta hæc unquam fuisse? dicerem, hæc esse mera, atque pura Margunii mendacia? Ingenium hominis suadebat, avocabat hominis confidentia. Annuerem ab hæretico aliquo dicta, vel à furioso quopiam effutita per iram, & indignationem? atqui integram inter millenorum Authorum Bibliothecam ad usum memoriæ meæ compegeram, hunc unum, qui tam impiè scripsisset, tam dementer declamasset, ad memoriam revocare non poteram nominatim, quamvis meminissem lectarum quandoque ineptiarum. Abstulit, ut ingenuè fateor, hanc animi mei undequaque turbati litem, tantosque dubitationis æstus composuit oblatus mihi à Viro Docto Nicolao Bubulio, (cujus eruditissimæ consuetudini, ut sæpe fatebuntur, labores nostri plurimum se debere testantur) Gudlingii superius laudati libellus, (2) cui per otium legendo dum subcisivas horas impendo (est enim erudita rerum congeries) occurrit locus Marci(3) Antonii de Dominis sic de Purgatorio constituens. *Purgatorium ditavit, & in dies magis ditat Ecclesias. Abbatia opulentissima, Prioratus, Præpositura virorum, & fœminarum beneficio Purgatorii ut plurimum suas habuerunt fundationes. Purgatorium ingentia prædia, hæreditatesque peramplas à laicis ad nostros transtulit ingenti cum dolo sacrificulos, & monachos. Purgatorium summas his ipsis exhibet delicias, & ad omnem luxum commoditates suppeditat non exiguas. De his enim verissimum est alicubi proverbium: eos sudare vivos, mortuos devorare. Ex Purgatorio D. Papa, & Cardinales suis maximè affluunt deliciis, sive ex Commendis magnorum Monasteriorum Purgatorii nomine fundatorum; sive ex Indulgentiis pro mortuis; sive ex donariis, legatisque moribundorum. Atque ita Purgatorium solum penè nutrit abunde magnos, & parvos, & vel ipsis clericulis officium mortuorum recitantibus sua porrigit munuscula. Nec mirum, quòd tot, tantaque sint Purgatorii emolumenta, summa enim nostra* (Ecclesiasticorum) *arte factum est, ut in Purgatorium tandem omnia reducantur. &c.* Hæc M. Antonius de Dominis penes Gudlingium. Is igitur ipse est, quem laudat Margunius: ex cujus effato consonat Latina Ecclesia Margunianæ dementiæ. At is doctus equidem vir, sed hæreticus, Episcopus, sed Exauthoratus, impius in primis, planeque detestabilis, qui creditum sibi Gregem Spalatensis Ecclesiæ nefariè prodidit, qui è Pastore Lupus in Angliam secessit, quò tutiùs in Orthodoxam Religionem ulularet: qui editis de Republica Ecclesiastica Libris Ecclesiam frustra evertere nisus est: qui mox patratorum scelerum pertæsus Romæ dictorum palinodiam solemni cecinit cæremonia, dein iterum ad vomitum rediens carcerem meruit, ut, qui in libertate latraverat, disceret inter compedes conticescere, quique multis obsuerat impia dicacitate, exemplo saltem multatæ dementiæ Orbi Christiano prodesset. Jam is qua fronte Latinæ Ecclesiæ magister dicitur, cujus fuit hostis acerrimus? qua mente ad comprobandam Latinæ Ecclesiæ sententiam producitur, à qua se scribens alienum ostentat? qua denique confidentia tamquam egregius Doctor adducitur, cùm ne discipuli quidem honestum nomen mereatur?

(2) Not. ad Delineat. Eccl. Græcæ Eustratii Vide pa. 152. ante med.

(3) De Rep. Eccl. lib. 5. c. 8.

XIII. Falsissimum igitur est, Ecclesiæ Latinæ suffragio preces, & sacrificia, &, quidquid pro mortuis agimus, utilia vivis esse dumtaxat propterea, quòd ministris alimenta suppeditent, & vivos ipsos consolentur. Adstipulatur Ecclesiæ Nostræ Latina Ecclesia, &, quod ubique Ecclesia nostra piè insinuat, sanctè ingerit, verbisque, ac factis commendat; orandum esse pro mortuis: his Numen esse propitiandum, eisdemque conciliandam divinam Misericordiam; idipsum Latina Ecclesia docet, ingerit, & commendat; ditata sanè piâ liberalitate studentium vita functis ferre suppetias, non tamen eapropter mentita, cùm docuit, piam liberalitatem vivorum mortuis prodesse; imo hoc ipso evincens, utiles esse stipes, preces, sacrificia fato functis hominibus, quòd ex hac omnium Orthodoxorum sententia tot illi divitiæ non deliciis, sed honestissimis alimentis Clericorum, Cœnobitarum, Antistitum, & omnifariam ministrorum addictæ provenerint, damnaturæ palam utriusque Pseudo-Episcopi & Spalatensis, & Cytherensis insaniam, comprobaturæque Orthodoxam sententiam, quam receptam à Græcia unà cum Græcia Latina Ecclesia recipit, confirmat, ac docet, productis ad rei certissimæ testimonium Patribus, quos vel ipsi Photiani, Latinos licèt, honorant, (1) Tertulliano, (2) Cypriano, (3) Ambrosio, (4) Hieronymo, (5) Gregorio Dialogo, ipsoque in primis Theologorum Archididascalo (6) Augustino. Et hic hercle, quem pro stultissimo Dogmate suo producit Margunius, hunc in modum pro dogmate Orthodoxo pronunciat; *In Machabæorum libro legimus, oblatum pro mortuis sacrificium: sed, etsi nunquam in scripturis veteribus legeretur, non parva est Universæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret, authoritas, ubi in precibus sacerdotis, quæ Domino Deo ad ejus Altare funduntur, locum habet etiam commendatio mortuorum.* Ita Augustinus, qui mox idem (7) confirmat his verbis: *Cùm igitur recolit animus, ubi sepultum sit carissimi corpus, & occurrit locus nomine Martyris venerabilis, eidem Martyri animam dilectam commendat recordantis, & precantis affectus, qui cùm defunctis à fidelibus exhibetur, eum prodesse non dubium est.* Et (8) infra: *Non sunt prætermittendæ supplicationes pro Spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana, & Catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumcunq; sub generali commemoratione suscipit Ecclesia, ut quibus ad ista desunt parentes, aut filii, aut quicunque cognati, vel amici, ab una eis exhibeantur pia matre communi.* Similia tradit & alibi (9) tanta sententiæ constantiâ, ut mirum

(1) Lib. de Monog. ultr. med. lib. de exhort. castit. procul à med.

(2) Lib. 1. Epist. 9.

(3) lib. 2. Epi. 8. ad Faustinū Orat. de obit. Theod. de obit. Valent. de obit. Satyri.

(4) Ep. ad Pamach. de obit. Paulin.

(5) Lib. 4. Dial. c. 55. & c. 50.

(6) Lib. de cura mortuor. c. 2.

(7) Ibid. c. 4.

(8) Ibid. c. 4.

(9) In Enchirid. c. 110.

rum

rum sit, ausum fuisse Margunium testimonio tanti Doctoris, (qui non alio Aerium ex capite damnat hæresis manifestariæ, nisi quòd utiles mortuis preces pro mortuis pernegavit) impium, ac detestabilem Opinionem suam defendere. At, inquit, Augustinus preces ejusmodi meras vivorum esse consolationes adseruit. O hominem nequam, Divorumque calumniatorem egregium! Nempe eo ipso in loco, quem contra Ecclesiæ utriusque suffragium producit Margu-

(10) d. c. 110. nius, (10) Augustinus hæc docet: *Ecclesiæ suffragia pro valde bonis gratiarum actiones esse, pro non valde malis propitiationes: pro valde malis nulla esse adjumenta mortuorum, sed qualescunque vivorum consolationes.* Hæc est Augustini sententia, hæc tanti Doctoris Theologia, hoc effatum ejusdem, Ecclesiæ nostræ penitùs consentaneum, quod si nobis non credit Margunius, aliusve Marguniano furore lymphatus, illud Græcè redditum videat penes Alexan-

(11) Ep. ad Chios pag. 23. lin. 30. drinum Meletium (11), agnoscatque, quàm cæca perfidia sit, quam Veritas manifesta non erudit, sed infamat.

SECTIO VI.

Preces, & sacrificia non omnibus defunctis prosunt, sed certis.

SUMMARIUM.

I. *Constituitur Orthodoxa Conclusio, & ejus pars prima probatur.*
II. *Adducitur Græcorum authoritas, & explicatur Chrysostomus.*
III. *Proponitur secunda conclusionis pars, & Photianorum sententia.*
IV. *Inconstantia Meletii, & Severi.*
V. *Probatur, damnatis non prodesse preces Ecclesiæ.*
VI. *Refutatur prima Photianorum responsio, & confirmatur conclusio.*
VII. *Refutatur secunda eorundem responsio, & redditur ratio, cur Ecclesia universim oret pro mortuis.*
VIII. *Objectio Nicetæ Pectorati ex Augustino, & Chrysostomo.*
IX. *Ea refellitur, explicato utroque Doctore.*
X. *Catechumenorum Varietas latè proposita.*
XI. *Objectio Meletii, & Aliorum ex Machabæis, Trajano, Falconilla, Theophilo, & aliis.*

I. SEcuti Augustinum, ejusque sententiam, quam modò retulimus, venerati, secundò dicimus contra Margunium: Sacrificia, jejunia, preces, ac stipes piè pro defunctis oblatæ non omnibus defunctis prosunt, sed iis tantùm, qui sine lethali noxa, sive criminum leviorum rei, sive pœnis expiatorum criminum debitis obligati diem obiere supremum. Hæc conclusio, quod à Photianis passim uti certum recipitur, adsumit: tres nimirum esse defunctorum classes, quarum altera eos complectitur, quos ἁγίους, ὁσίους, καὶ μακαρίους, *Sanctos, atque beatos vocamus*: altera pertinet ad eos, quos dicimus, ἀσεβεῖς, αἱρετικούς, ἀμετανοήτους, *impios, hæreticos, impœnitentes*. Tertia denique corum est, quos ἔχοντας ἐλπίδα, πιστῶς κεκοιμημένους, καὶ ἐν Χριστῷ τεθνεῶτας, *spem habentes, in fide dormientes, in Christo mortuos appellamus*. Hos dicimus è precibus, cæterisque proximè enumeratis certissimam capere utilitatem. At primis, atque secundis, quod attinet ad auxilium, opemque, preces has nostras esse censemus inutiles. Solent autem Photiani, quippe qui sciunt, & apprimè cognoscunt, utiles ab Ecclesia nostra doceri liturgias, preces, ac stipes oblatas pro mortuis in alterutram abire sententiam, ut vel adserant prodesse Sanctis preces Ecclesiæ, vel dicant utiles esse vel impiis, quò proniùs, præsentiùsque, quod illaturi sumus, amoliantur. Sed utraque sententia pari stoliditate laborat, adsumiturque non aliam ob causam, nisi, ut argumentum pro Purgatorio inferiùs proponendum per fas, & nefas eludatur. Et, quod ad primam attinet, utriusque Ecclesiæ dogma est constantissimum, preces conceptas pro beatis Sanctorum animis, ipsis, quod spectat ad veniam, auxilium, opemve, esse prorsus inutiles, sed nostram potius utilitatem respicere. Quare superiùs (1) Augustinus aje- (1) In enchir. d. c. 110.
bat: *Suffragia pro valde bonis esse gratiarum actiones*. Id, quod Photianorum quorundam ineptias castigat objicientium ex Liturgia nostra (2) notissima illa. Ἔτι προσφέρομέν σοι τὴν λογικὴν ταύτην λατρείαν ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων προπατόρων, πατέρων, πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, κηρύκων, εὐαγγελιστῶν, μαρτύρων. *Item offerimus tibi rationale hoc obsequium pro his, qui in fide requiescunt, Majoribus, patribus, Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Prædicatoribus, Euangelistis, Martyribus, &c.* Nam hæc nihil pro Sanctis, Divisque postulant, potius nobis Sanctos invocant adjutores. Rectè (3) Cabasilas his verbis. Ταῦτα τὰ ῥήματα ἐστὶν, ἐν οἷς ἀδεμία περιέχεται ὑπὲρ τῶν ἁγίων πρὸς Θεὸν ἱκεσία, οὐδὲ εὔχεται αὐτοῖς ὁ ἱερεὺς τῶν εἰωθότων οὐδὲν, ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων κεκοιμημένων πιστῶν μεμνημένος εὐθὺς προστίθησι τὴν ὑπὲρ αὐτῶν εὐχήν· καὶ ἀνάπαυσον αὐτοὺς, φησὶν, ὅπου ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου· ἐπὶ δὲ τῶν ἁγίων τοὐναντίον ἅπαν, οὐ γὰρ πρεσβείαν ὑπὲρ αὐτῶν ποιεῖται, ἀλλ' αὐτοὺς μᾶλλον προβάλλεται πρέσβεις· εἰπὼν γὰρ, καὶ ἀειθμίσας τοὺς ἁγίους, ἐπάγει, ὧν ταῖς πρεσβείαις ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ὁ Θεός. *Hæc verba sunt, in quibus nulla continetur pro Sanctis supplicatio, nec eis Sacerdos quidquam consuetum precatur; sed aliorum quidem fidelium, qui dormierunt, agens memoriam confestim pro eis preces adjicit: fac eos, inquit, requiescere, ubi lumen vultus tui respicit. In sanctis verò oppositum omnino considerandum contingit. Non enim pro eis veluti legatus interpellat, quin potius intercessores eos statuit. Enunciatis enim sanctis subdit: quorum precibus adjuva nos Deus.* In quem sensum intelligendi sunt Patres, qui vel pro Martyribus orasse se dicunt, ut (4) Cyprianus pro Celerina, Laurentio, & Ignatio. (5) Cajus Pontifex pro nepte Susanna: vel pro Sanctis orandum esse pronunciant, quemadmodum, inter Nostros, asseverant (6) Cyrillus Hierosolymitanus, & (7) Epiphanius.

(2) In Liturg. Chrysost. post consecras.

(3) In explic. Liturg. ad ea verba.

(4) Ep. 5. lib. 4.

(5) Ciaccon. in ejus vita.

(6) Catech. 5. mystag.

(7) hæres. 75.

II. Re namque ipsa, ut bene docet (1) Bulgarus noster. οἱ ἅγιοι ἡμῶν τέλειοι ὄντες οὐ χρῄζουσι. ὅμως, καθὼς ἐγγίζομεν εἰς τὴν ἑρμηνείαν τῆς μεγάλης συνάπτης, διὰ τρία πράγματα μνημονεύονται (1) In d. Catech. pag. 157. post med.

εἰς τὴν

εἰς τὴν λειτουργίαν· διὰ αὐτὸ ὁπῦ μεσιτεύουν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ λόγου μας· διὰ νὰ τοὺς δίδωμεν καὶ ἡμεῖς ἀντιστρόφως τὴν τιμὴν, καὶ τὴν δόξαν, ὁπῦ τοὺς ἔρχεται, καὶ διατὶ τοὺς μιμώμεσθεν· καὶ νὰ μεθέξωμεν ὅσον εἶναι θελητὸν τῦ ἁγιασμάτος. Sancti nobis omnino non indigent. Tamen, quemadmodum delibavimus, ubi Magnam deprecationem interpretati sumus, tres ob causas eorum memoriam agimus in liturgia. Propterea quòd pro nobis Deum interpellant; ut nos etiam vice versa honorem, & gloriam, quæ illis debetur, reddamus; utque illos imitemur, & sanctimoniam ipsorum, ut fas est, consequamur. Sic Bulgarus, cujus ex interpretatione verissima Ecclesiæ nostræ Ritum hunc scimus eò collimare, ut commemoratione illa, Sanctorum gloria gliscat in nobis, augeaturque non in se, sed in nobis, atque adeo non ipsis preces illæ prosint, sed nobis, quibus per preces illas patronos paramus in Cœlo, præsto futuros necessitatibus Nostris ob liberalissimam gratitudinem ex precibus illis, sive potiùs laudibus, amicè conceptam. Quo fit, ut ritè dici possit, palamque adseri, quod Prodromus (2) dixit, adseruitque. *τὰ μνημόσυνα τῶν ἁγίων ἐν ταῖς ἱεραῖς λειτουργίαις ἡμῶν μὲν εὐχαὶ εἰσὶ, ἐκείνοις ἔπαινοι. Commemorationes Sanctorum, quas in sacris Ministeriis agimus, pro nobis preces esse, pro illis laudes,* quando non illis aliquid petimus, sed, Deo propositis ipsorum meritis, nobis ipsorum petimus patrocinium. Hinc (3) Augustinus affirmat, injuriam facere Martyri, qui orat pro Martyre; quod effatum non pugnat, ut putat (4) Coressius cum effatis (5) Chrysostomi dicentis, etiam pro Sanctis eleemosynas esse erogandas: *putas*, inquit, *eum maculis inquinatum? da illi sua, ut illis se à maculis detergat: putas in justitia decessisse? præbe ipsi tua, ad mercedis, & retributionis adjectionem.* Ibi enim commodè Chysostomum interpretabimur ita, ut Augustino consentiat, si dicamus loqui de gloria, mercede, ac retributione, quæ dicuntur accidere, non deberi. Debita enim Gloria, & merces piorum, quam præliares Theologi *essentialem* appellant, quæque in Visione ipsa Dei, pro ratione, modoque meritorum tanti, talique sita est, à Nostris operibus non dependet, nec petitionibus nostris augeri potest, operibus ipsis Beatorum, cùm viverent, & constitutæ, datæque Sanctis Gratiæ debita; cùm tamen illis extrinsecùs accidere possit gloria, sive hæc habeatur ex religioso cultu, quem Sanctis præstamus, sive ex temporario animorum gaudio, quod nempe percipiunt, vel ab ipsa extima Gloria, vel ab utilitate nostra: Quod sanè gaudium ritè dicitur merces, ac retributio, quia veræ, præcipuæque, ac principali mercedi accedit, quando, quemadmodum quod accedit, sequitur naturam rei principalis, ita non immeritò ejusdem & nomen consequitur.

(2) de Interpret. ad Cano. Pænit. S. Basil.

(3) Ser. 17. de Verb. Apost.

(4) Ep. 1. ad Coryd. de Purg.

(5) Hom. 33. in Matth.

III. Sic igitur sacrificia, preces, ac stipes pro defunctis oblatæ, beatis piorum animis, quod attinet ad veniam, certumve aliud, & perenne bonum nil prosunt; suntque extra aleam primæ mortuorum Classis, ut vel ipsi Photiani fatentur, si quospiam ignorantissimos, ipsisque Photianis damnatos excipias, qui proinde non tanti habendi sunt, ut ulteriùs huic veritati penes Nostros omnes certissimæ confirmandæ operam inutilem impendamus. De altera Classe res anceps magis, ac dubia videbitur Photianos Doctores legenti, quando in ea constituenda quàm ineptè, tam subdolè sensa Theologiæ suæ abdunt, celant, tricisque de industria involvunt, ut & difficultatem evadant, seque à censura impietatis abstineant. Apertissimè in iis, quæ superiùs dedimus, affirmat Margunius (1), si mortuis utiles preces dicamus nostras, vel damnatorum Manes, æterno licèt addictos igni, precibus vivorum juvari. Ante Margunium etiam idipsum Nicetas (2) Pectoratus Studites Monachus docuit; post quem tum Philotheus (3) tum Xanthopulus (4) eidem sententiæ subscripsere: nec dubito, quin etiamnum sint inter Photianos quàmplurimi, quorum cerebrosa dementia affirmare minimè vereatur, utiles vel Damnatis preces, quas pro mortuis fundit Ecclesia. Sunt tamen inter eosdem, qui hoc idem neque inficiantur, nec dicunt. Ajunt pro omnibus Ecclesiam orare, nemine excepto: Si inferas: ergo pro iis etiam, quos criminum ante obitum non pœnituit; nihil respondent. Tibi ex illa assertione quidlibet inferendi faciunt amplissimam potestatem, hoc solum rati sibi superesse, si dicant, Augustino viro doctissimo teste, pro omnibus Ecclesiam preces profuturas concipere. Hos inter numerato Meletium (5) Alexandrinum Patriarcham, qui effatum Augustini producens totus est in his verbis: *ὅταν αἱ θυσίαι, αἵτε τῆς ἱερᾶς τραπέζης, καὶ αἱ τῶν οἱωνῶν ἐλεημοσυνῶν, ὑπὲρ τῶν βεβαπτισμένων κεκοιμημένων ἁπάντων (λέγει διὰ πάντων) προσφέρονται, ὑπὲρ μὲν τῶν ἀγαθῶν· καὶ τὰ λοιπά. Cùm Sacrificia, & Sacræ mensæ, & quarumcunque Eleemosynarum pro baptizatis mortuis omnibus (dicit pro omnibus) offeruntur. Pro bonis quidem, &c.* Meletio adde Severum (6) adeò inconstantem, ancipitem adeò, ut eadem planè referat cum Meletio. Uterque tamen hæc ita constituit, ut, cùm ea confirmat, vel palam adserat ipsis Damnatis preces prodesse, vel palam id asserat, unde hoc ipsum infertur, inficiatus interim hoc ipsum, quod infertur.

(1) d. c. 39. Antirrhet.

(2) Orat. 2. contra Latinos.

(3) Orat. 5. de lum. Thabor.

(4) In Syntag. de Orat.

(5) d. Ep. ad Chios pag. 23. lin. 35.

(6) d. diss. 4. pa. 51. lin. ult.

IV. Sanè utroque hoc Authore, ut in cæteris, ita in hoc loco nihil stolidius: Ridere subvenit eos legenti; adeò certa incertis miscent, approbant, quod reprobarant dudum, quod inficiati sunt, asserunt: tanta simul & ignorantiâ, & audaciâ, & incostantiâ, ut in ore ipsorum confusio loqui ipsa videatur. Sed à nobis infra Meletius vapulabit, nunc Severum audiamus. Ait (1), Ecclesiam non orare pro impiis, & Hæreticis, illisve Christianis, quos ne in vitæ quidem exitu criminum patratorum pœnituit, de quibus nulla spes est: *οὐχὶ δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀσεβῶν, καὶ αἱρετικῶν, ἀλλ' οὐδὲ ὑπὲρ τῶν χριστιανῶν ἐκείνων, τῶν μέχρι τέλους ἁμαρτανόντων, ὑπὲρ ὧν οὐδεμία ἐστὶν ἐλπίς.* ex quo rectè sequitur, preces Ecclesiæ prodesse non posse damnatis post mortem hominibus, atque Erebo addictis. Hoc tamen ubi palam constituit, mox totis viribus probare contendit, posse precibus Ecclesiæ fieri, ut vel ab Erebo liberentur damnati animi, Manesque impiorum, hæreticorum, eorumque, quorum pertinax in crimine exitus: id, quod exemplis, & rationibus confirmat, præsertimq; verbis Christi (2) dicentis: *πάντα, ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῇ προσευχῇ ὑ-*

μῶν

(1) Ibid. pag. 52. lin. 10.

(2) Matt. c. 21. nu. 22.

Digitized by Google

Judæis non oret Ecclesia: Orat attamen pro Christianis, atque Orthodoxis omnibus omnino, ait (8) Meletius, confirmatque (9) Severus verbis ipsius Ecclesiæ nostræ dicentis: ἀνάπαυσον Κύριε τὰς ψυχὰς πάντων τῶν προαναπαυσαμένων πατέρων, καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν, τῶν ἐνθάδε κειμένων, καὶ ἁπανταχοῦ ὀρθοδόξων χριστιανῶν. *Compone, Domine animas omniū, qui jampridem quievere, Patrum, ac fratrum nostrorum, hic jacentium, & omnium ubique Orthodoxorum Christianorum, &c.* Sanè mirari haud satis possum hos homines, qui nobis objiciunt, quod ipsi in primis solvere. Nam (11) Meletius eo ipso in loco, itidemque Severus affirmant Ecclesiam nostram orare quidem pro omnibus, tamen τῶν φανερῶς ἀμετανοήτων ἀπερχομένων ἐξαιρουμένων, exceptis iis, qui palam non acta pœnitentia diem obiere. Causa autem, ob quam κοινῶς, καὶ καθόλου Ecclesia orat pro omnibus Christianis, atque Orthodoxis, ea est, quam omnes indigitant, quòd nimirùm anceps, incertumque sit, & planè obscurum, quinam in charitate decesserint. Novit Ecclesia Christi prudentissima Sponsa Dei judicia multam abyssum esse: Scit quandoque repentè raptos homines, licèt criminosos palam, clam in ipso mortis momento dolore cordis intimo, ac perfectissimo, quem contritionem appellamus, veniam fuisse criminum meritos, alios verò etiam in manifestaria virtute defunctos arcana ex impietate, secretisque prorsus criminibus perditos: quò fit, ut pro omnibus oret, omnes Clementissimo Domino pia Mater commendet, ne aut desit pietatis officio, cùm locus est divinæ Clementiæ; aut de salute filiorum suorum judicet, eventus, quem fortè coram certissimo Tribunali sortiti sunt, non admodum certa: non oratura, si certò sciret aut damnatum aliquem, aut numero beatorum adscriptum. Hinc pro Sanctissimis viris non orat, nec preces fundit pro Juda, ut (13) Prodromus, & ex eo Nostri omnes affirmant, quòd illi quidem precibus non indigeant nostris, his autem preces nil nostræ prosint, utrorumque enim aut certa salus, & gloria, aut certa damnatio, & ex hac æterna Calamitas.

(8) d. Ep. ad Chios. p. 23. lin. 30.
(9) d. differ. 4. pa. 92. lin. 20
(10) apud Sever. ib. pag. ead.
(11) Ibid. lin. 33.
(12) Eodem loco.
(13) Loco laudato.

VIII. Sed dices cum Pectorato, (1) hæc Augustino (2) repugnant dicenti: ***Quibus prosunt suffragia, vel ad hoc prosunt, ut plena fiat remissio, aut tolerabilior sit ipsa damnatio.*** Igitur & Damnatis preces Ecclesię proderunt, non sanè ut ab Erebo revocentur ad gloriam, sed ut in Erebo mitiora patiantur supplicia: inferiùs enim Augustinus concedit, mitigari precibus Ecclesiæ Damnatorum pœnas, sic: ***Pœnas damnatorum certis temporum intervallis existiment**, si hoc eis placet, aliquatenus mitigari, dummodo intelligatur in eis manere ira Dei, hoc est ipsa damnatio.* Quibus apertissimum est, concedi sponte ab Augustino Damnatis ferias aliquas tormentorum. Has porro quis neget precibus Ecclesiæ impetrari posse? Sic desperatæ Salutis hominibus opem ferre eleemosynas posse, videtur palam constitui verbis (4) Chrysostomi, qui, ubi docuit, orandum esse pro mortuis; subdit: *Verùm istud quidem de illis dicimus, qui in fide abscesserunt. Catechumeni verò neque hac digni consolatione censentur, sed omni hujusmodi sunt auxilio destituti, præter unum solum: quod autem illud? Pauperibus eorum nomine dare licet; unde illis non nihil refrigerii accedit*: ἀλλὰ τοῦτο μὲν περὶ τῶν ἐν πίστει παρελθόντων, οἱ δὲ κατηχούμενοι οὐδὲ ταύτης ἀξιοῦνται τῆς παραμυθίας, ἀλλ' ἀπεστέρηνται πάσης τοιαύτης βοηθείας, πλὴν μιᾶς· ποίας δὲ ταύτης; ἔξεστι πένησιν ὑπὲρ αὐτῶν διδόναι· καὶ ποιεῖ τινὰ παραψυχὴν αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα. Ecce Eleemosyna prodest Catechumenis, quos tamen, quippe nondum unda lustrali expiatos, æternæ reos esse Damnationis certum est. Hæc Pectoratus, cujus libros fuisse in Grecia damnatos, ac jussu Imperatoris Michaelis Paphlagonis publico incendio traditos, & quæcunque alia circa illum narrat (5) Humbertus Cardinalis Silvæ Candidæ penes (6) Baronium, mihi sanè non placent, neque ausim unquam, ut alibi dixi, ea Photianis objicere; pendent enim ab authoritate, uti dicimus IC, singulari hominis unius sua laudantis, quæ nullus Græcorum descripsit, ut ut acta dicantur in Græcia, non Curopalates, non Zonaras, non Glycas, non Cedrenus, sed ne ipse quidem Cerularii Biographus, penes quem prolixè describitur Leonis IX. Legatio. Addo penè omnia Pectorati Opera superesse, & is præsertim liber, qui philosophatur de Azymo, ut in loco patebit, testanturque (7) Nectarius Patriarcha Hierosolymitanus, egregiè ultus hanc fabulam, cæteraque, quæ ex Humberti Commentariis Apocryphis producuntur contra Cerularium, virum meo etiam judicio pervicacem, & impium, non tamen fabulis impugnandum, ne Photiani rideant, soliti vel certa, nedum dubia, & incerta, penitùs deridere.

(1) Orat. 3. contra Latinos.
(2) in Enchir. cap. 110.
(3) Ibid. c. 112.
(4) Hom. 13. ad Epist. ad Philip.
(5) In relat. suæ Legat.
(6) Ann. 1054. à n. 17.
(7) In Antirrh. ad Theses Fratrum Hierosolymit. pa. 26. à lin. 30.

IX. Hinc neque illos ex Nostris laudo, qui hæc Pectorati argumenta, quasi vel à Photiana Græcia damnata fuerint, nulla responsione dignantur: quin imò illis maximè respondendum esse censeo, ac re ipsa facili negotio respondeo. Nam primus locus Augustini apertè agit de iis, qui post obitum pœnas temporarias luunt, quas Damnationem appellat, jure scilicet optimo: Damnantur enim post obitum animæ quædam, addicunturque justâ sententiâ pœnis finem habituris, quæ nimirum precibus Ecclesiæ aut donantur omnino, aut aliquatenus minuuntur. Quòd autem ibi tantus Doctor hæc sentiat, constat ex eo, quòd trifariam divisis Mortuis, quosdam ait *valde bonos esse, quosdam non valde malos, quosdam valde malos*, & his quidem nullo modo prodesse preces Ecclesię, illis verò prodesse, cùm primi his non indigeant. Jam verò, si quæ mox addit, objiciunturque à Pectorato, in eam essent sententiam detorquenda, ut doceant, Ecclesiæ precibus fieri tolerabiliorem Damnationem valde malis, sibi repugnaret ipsi Augustinus. Etenim, si precibus Ecclesiæ valde malis tolerabilior Damnatio fit, preces Ecclesię ipsis prodessent, essentque non qualescunque duntaxat vivorum consolationes, sed aliqua adjumenta mortuorum. Ne igitur sibi ipsi Augustinus dicatur contrarius (quod nemo gnarus Augustini dixerit) ita illa ejus verba intelligenda erunt, ut, quod asserunt, id non de valde malis, de quibus hic agimus, sed de non valde malis asserant, de quibus mox disputabimus accuratè. Atque hæc, quod attinet ad primam Augustini sententiam, nam secunda à re, cui probandæ proponitur, longè peregrinatur. Ibi enim sum-

Digitized by Google

summus Theologus non agit de precibus fundendis pro Mortuis, tantùm docet, non fore absurdum, si dicas, puniri quidem æternùm damnatos Erebo animos; certis tamen temporum intervallis, ita, citra id, quod merentur, puniri, ut quandoque mitiora tormenta sint damnati hominis, qui tamen æternùm torquebitur. Hunc in modum eo in loco Augustinus, qui (1) alibi idipsum apertiùs, validiùsque constituit, quin de precibus, de quibus hìc sermo est, quidquam affirmet repugnaturum iis, quę sępè docet, preces nimirum deploratæ salutis hominibus prorsus inutiles esse. Quod attinet ad Chrysostomum, ejus hæc sententia est: Ecclesiam non orare pro Catechumenis, sive, Supplicationes publicas neque haberi pro ipsis, neque haberi posse; quippe qui vel Fideles non sunt, vel Fideles appellari minimè merentur. Licere tamen eleemosynam, opem nimirum privatam Catechumeno conferre defuncto.

X. Hæc Chrysostomi germana sententia; quam tamen ut Photianorum ingenium stupidum, ac rude percipiat, norit, ex Catechumenis alios fideles mori, alios infideles: de illis loquitur (1) Innocentius III. & ante hunc (2) Ambrosius, minimè veritus Valentinianum Catechumenum, nondumque sacra Baptismi unda lustratum, Beatorum agminibus accensere. Idipsum docet (3) Augustinus, & post hunc (4) D. Thomas, Jo. (5) à Turrecremata, Alfonsus (6) Castrensis, Melchior (7) Canus, & (8) Bellarminus, quorum Calculo certum est, posse citra Baptismum saltem consequi Catechumenos fato functos, si tamen per ipsos non steterit, quo minus lustralibus undis abluerentur; præpediente lotionem sacram vel angustia temporis, vel alio quopiam; Et multò magis, si legitimo impedimento flagrans Baptismi accedat desiderium, quod ex Jure (9) Nostro, & Latino (10) superest ad salutem. Nempe si destinatio animi superest, ut Sacri Tyronis bona censeantur acquisita Cœnobio, propterea, quòd Tyro ea destinatione Monachus dicitur, ut docent (11) Cynus, & (12) Bartolus, probantque (13) Ancharanus (14), Butrius, (15) Stephanus (16) Gratianus, & (17) Sardius, penes quem alii contra meam, communemque sententiam, quam sequuntur (18) Menochius, & (19) Hondedeus: Multò magis flagrans desiderium Baptismi efficiet, ut Catechumenus dicatur Christianus. Hinc (20) in Trullana vestra Synodo, Photiani, de Catechumenis dicitur: Τὸ μὲ πρῶτον αὐτοὺς χριστιανοὺς ποιοῦμεν, ἔπειτα δὲ κατηχουμένους, εἶτα ἐξορκίζομεν αὐτούς: *primo die ipsos Christianos facimus, secundo verò Catechumenos, tertio exorcizamus*: quæ verba, ut eruditè notat (21) Magrius, difficilem sensum habent, nisi id sit *Christianum facere*, quod robustâ parænesi ad flagrantissimum Baptismi desiderium provocare, quo nimirum Catechumeni ad sacram lotionem destinentur, quoque ante lotionem ipsam mereantur Christiani nominis dignitatem. Quod si id flagrantissimi desiderii defuerit morienti Catechumeno, steteritve per ipsum, quo minus salutaribus Undis fuerit expiatus; is profectò neque Christiani nomine dignus est, atque omnino peribit, nisi eum fortassis moribundum negligentiæ pœnituerit. Atque in hoc sensu scripsit (22) Augustinus, Catechumenum, licèt *in bonis operibus defunctum, vitam æternam non habere, nisi Martyrium intercedat, in quo tota Baptismi sacramenta complentur*. Et alibi (23) *quantumcumque*, ait, *Catechumenus, sarcinam suæ iniquitatis portat, neque illi dimittur, nisi cùm venerit ad Baptismum*. Sæpè etiam (24) negat, Cornelium Centurionem, ut ut laudatum in sacris Paginis, talem fuisse, ut salvus esse posset, nisi per Sacramentum Baptismi corpori Ecclesiæ adderetur. Idem docet (25) Glossographus, cui adstipulantur doctissimè (26) Jo. Turrecremata, & (27) Bellarminus. Porro hunc in modum lata Catechumenorum divisio ad rem ipsam pertinet, reique ipsius veritatem, atque, uti dicimus, in foro animæ interiori: Nam, quod attinet ad forum exterius, nullum discrimen habet Ecclesia utrorumque. Scilicet universim utrosque extra gremium suum esse publicè censet, quemadmodum inter Latinos docent Juris peritissimi (28) Navarrus, Andreas (29) ab Exea, (30) Geminianus, (31) Decius, (32) Stephanus Cajetanus, & (33) Menochius, Theologi (34) verò Canus, (35) Bellarminus, (36) Suarius, (37) Henriquez, (38) Sanchius, & (39) Marius Alterius: at inter nostros (40) Diplovatacius, (41) & Lascares, (42) & Coressius ex verbis (43) Chrysostomi asserentis universim, Catechumenum à fide alienum esse, nihilque habere cum Christiano commune: ex Nazianzeno (44) docente, Catechumenum esse in vestibulo pietatis, neque adhuc vocari fidelem, ex Cyrillo (45) affirmante, id apud Christianos esse Catechumenos, quod non Apellæ penes Judæos. Hinc, ex Communi (46) DD. sententia, Catechumeni neque Constitutionibus ligantur Ecclesiæ, neque Anathematis pœna percelli possunt; quemadmodum Juris (47) authoritate probat (48) Ancharanus, Bonifacius (49) de Vitalinis, (50) Ruinus, (51) Marquardus, (52) Navarrus, (53) Ugolinus, & relatus Alterius (54) post Nostros proximè laudatos. Sic itidem à Sacramentis Vivorum rejiciuntur; id, quod de cæteris palam est, singillatimque de Eucharistia, ut constat (55) ex Augustino, cui Victorinus (56) Hugo subscribit; quidquid contra moliatur Innocentius III. Imo Eucharistiam ne videre quidem Catechumenis licet, ut ex Liturgia nostra manifestissimum dices, confirmatque (57) Basilius, post quem idipsum (58) Spencæus tradidit, atque eruditè prosecutus est (59) Covarruvias omnino videndus. De Matrimonio disputatur. Ostendi (60) tamen contra (61) Innocentium eundem, & alios aliquot, sentiendum cum (62) Covarruvias, verum esse matrimonium Catechumeni, non tamen ratum, licèt is Fidelis in foro animæ censendus sit: id, quod Græcis omnibus certum est, quorum Ecclesia neque publicam authoritatem impendit adhibitis cæremoniis matrimonio ejus, qui Christianus non est, nec ratum unquam censuit matrimonium eorum, quos ipsa solemni Ritu non coronasset. Jam ex his clara est Chrysostomi sententia nobis objecta. Negat illa Ecclesiam nostram orare pro Catechumenis fato functis, idque negat universim, quemadmodum Bracharense Concilium (63) celebratum sub Ariamiro, vel me-

(1) Lib. 21. De Civit. c. 24.

(1) In c. veniens de presb. non bapt. & in c. ad Apostolicam eo.
(2) In Orat. de obit. Valentin.
(3) Lib. 4. de Bapt. relat. in c. non dubito. de cons. dist. 4.
(4) In 4. Sent. dist. 5. qu. un. art. 2.
(5) In c. Si quis de cons. dist. 4.
(6) De just. hæret. punit. lib. 1. c. 8.
(7) In loc. Theologicis.
(8) De Eccl. milit. lib. 3. c. 3.
(9) Vide Lascar. in Excerpt. tit. de baptismo.
(10) c. majores ad fin. c. baptismi. 4. dist. d. c. ad Apostolicā. c. debitū de Bapt. Trident. sess. 6. c. 4.
(11) In Auth. ingressi. C. de Sacr. Eccl.
(12) In d. auth. ingressi.
(13) In c. 2. de testam.
(14) In c. in præsentia. de probat.
(15) & (16) Decis. 35. n. 13. per tot.
(17) Decis. 303. n. 6.
(18) cons. 396.
(19) Cons. 94. nn. 8. l. 1. de ratio. Rat. q. 12. n. 6.
(20) Can. 96.
(21) In Hierolex. dictio. Catechum.
(22) In c. Catechumenis. de cōs. dist. 4.
(23) Tract. 13. in Joan.
(24) Li. 1. c. 8. l. 4. c. 21. de Bapt.
(25) In c. 1. verb. sæpè donec vers. istē si decederet. 30. q. 1. c. firmissimè. 11. q. 1. c. 3. de hær. d. c. Catechumenum. verb. vitam.
(26) In d. c. si quis n. 1. vers. peccat.
(27) De Pœnit. li. 2. c. 14. in respo. ad object. 16.
(28) Cōm. de Jubil. not. 31. n. 48.
(29) In c. 1. n. 2. & 8. de constit.
(30) In c. audite. 54. dist.
(31) In d. c. 1. de cōst. n. 26. in 2. lect.

Digitized by Google

πιϛῶν. τὰ δὲ λόγια τῆς γραφῆς, λόγια Θεοῦ. Θεοῦ ἄρα ἐντολῇ ταῦτα πράττομεν, ὥστ' ἀσεβὲς ἐστι τὸ ἀντιλέγειν, καὶ ἀντίθεον. *Sunt, qui negant, precibus, quas pro iis, qui dormierunt, fundimus, ullam vim esse, qua liberent animos in fide defunctorum à peccatis. Sed hoc repugnat Scripturæ testanti in Libris Machabæorum, Sanctum, & pium esse, precari pro mortuis fidelibus, & bene agere. Verba autem Scripturæ verba Dei sunt. Ergo Dei præcepto hæc agimus, ut impium sit mutire contra, & planè Sacrilegum.* Similia docent, atque in hanc Sententiam explicant locum illum Machabæorum Alexius (3), Nicetas (4) Heracleensis, Nilus (5) Cabasilas, Joannes (6) Phurnes, Damascenus (7) Thessalonicensis, viri omnes ex rigido Photianismo, penes quos, ut penes Nostrates omnes, libri priores Machabæorum cùm inter hagiographa recenseantur, quemadmodum tum Nostri, tum Photiani constituunt videndi penes Canonarcham, (8) jure ad testimonium Veritati præstandum facit locus propositus, unicè sufffecturus ex Veteri Testamento refellendæ penitùs Marguninianæ perfidiæ.

(3) In Explic. vocis Diptycha ad Orat. Damasc. pro mortuis.
(4) Resp. 4. de Diptychis.
(5) Orat. 2 pro mortuis.
(6) In Quæstion. Liturgicis ad Diptycha.
(7) Orat. 14. de misericord. Dei, & virtute oper. bonorum.
(8) De vi Canon. ad Cā. Apost. 1.

III. Accedit authoritati priscæ legis & Nova, obscurè sanè, si cum aliis agendum esset, hoc dogma constituens, quando agimus cum Photianis, clarissimè. Paulus (1) Apostolus sic in eos, qui futuram mortuorum Anastasin inficiabantur, argumentatur. τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; *Quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt? ut quid baptizantur pro illis?* Quæ verba sic explicat Photius. (2) δοκεῖ δὲ καὶ τί τῶν Παύλου ἰσχυρότατον ἐπιχείρημα τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως ἀναφέρειν, καὶ κατὰ πρόσωπον σφραγίζειν τῷ ἔθει, καὶ τῇ φυσικῇ φιλανθρωπίᾳ τῆς ἀπιστούντων ἀλήθειαν. Περαίνεται δὲ τοῦτο μὲν οὕτως· εἴπερ οἱ τεθνεῶτες οὐκ ἐγείρονται, ἀλλὰ τί βαπτίζονται ὑπὲρ αὐτῶν οἱ βαπτίζοντες ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῶν τεθνεώτων; δοκεῖ δὲ ἡ γνώμη τῆς συλλογιστικῆς πρὸς τί τὸ θλίβεσθαι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, καὶ μόχθον ὑπομένειν, καὶ νηστεύειν, καὶ χαρίζεσθαι τοῖς πτωχοῖς, καὶ λειτουργεῖν, καὶ προσευχὰς γονυκλισίαις, καὶ Χαμευνίαις χρώμενος; τοῦτο γὰρ τὸ βαπτίζεσθαι, εἰ μετὰ τῶν σωμάτων θνηταὶ αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων; ἔθος πᾶσι καὶ τοῖς βαρβάροις, τῶν τοιούτων πλεῖστα λελαμβάνειν, καὶ μοχθηρῶς ὑπομένειν ὑπὲρ τῶν τεθνεώτων· λοιπὸν καὶ σὺ πᾶσιν ἐπιπειθεῖς ὁμολογεῖν ἀθάνατον τὴν ψυχὴν, καὶ μέλλουσαν τῶν ἀνάστασιν. *Est autem & Pauli argumentum validissimum mortuorum Anastasin comprobans, & ad hominem confirmans more, ac naturali benignitate certissimam veritatem. Conficitur verò argumentatio hunc in modum. Si mortui non resurgunt, quam ob rem baptizantur pro illis, qui seipsos baptizant pro mortuis? Porro sententia Syllogismi hæc est. Quorsum pro mortuis pati, laboresque sustinere, jejunium usurpare, largiri pauperibus, Deoque ministrare, preces etiam fundere genubus flexis, atque Chameuniis: nam hoc est Baptizari; si cum corpore mortales & animæ hominum sunt? Mos autem omnibus, ipsisque barbaris est, plurima horum adsumere, & ferre laboriosè pro mortuis: igitur & omnes facilè suadebis fateri animum immortalem, futuramque corporum ipsorum Anastasin.* In eundem sensum ea Pauli verba proposuit Michael (3) Anchiali post Cerularium, (3) qui Armenos se se reipsa baptizantes pro mortuis, renovantesque Montanistarum, ac Marcionistarum ineptias, de quibus vide Philastrium, Chrysostomum, Epiphanium, & Theophilactum, Solemni decreto damnans, sic palam pronunciat. Ἐπιφέρουσι δὲ πρὸς βοήθειαν τῆς αὐτῶν ἀσεβείας τὰ ἱερὰ τοῦ θεηγόρου Παύλου λόγια οὐ παραιτοῦντος βαπτίζεσθαι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, οὐ συνιέντες τῶν θείων ῥημάτων τὴν γνώμην, ὅτι κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον, ὁ Παῦλος βαπτίζεσθαι λέγει τὸ θλίβεσθαι, τὸ ἀγαθοποιεῖν, τὸ λαμβάνειν μόχθον ἑκόντα ὑπὲρ τῶν πιστῶς τεθνεώτων, καθὼς ἡμῖν ἑρμηνεύουσιν οἱ θεολόγοι πατέρες. *Inducunt autem in auxilium impietatis suæ sacra Deiloqui Pauli verba non probibentis baptizari pro mortuis. Non intelligentes divinorum verborum sententiam, quòdque eo loci Paulus Baptizari dicit, pati aliquid, bonum aliquod agere, laboremque sponte suscipere pro defunctis fidelibus, quemadmodum nobis explicant Theologi Patres.* Adstipulatur & (5) Palamas doctè enucleans verba illa Pauli, ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, *quotquot in Christo baptizati estis*. Ait enim: ἐστὶν ἄλλο βάπτισμα ζώντων, ἄλλο νεκρῶν, νεκρῶν φημὶ, ᾧ βαπτίζονται ζῶντες ὑπὲρ τῶν πιστῶς ἀποθανόντων, περὶ οὗ ὁ παῦλος: εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; τουτέστι τιμωροῦσιν ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῶν ζώντων, ἵνα οἱ μόχθοι, καὶ τιμωρίαι ὦσιν ὠφέλιμοι τοῖς νεκροῖς· τοῦτο γάρ τὸ βαπτίζεσθαι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. *Est aliud Baptisma vivorum, aliud mortuorum, mortuorum, inquam, in quo lustrantur vivi pro mortuis fidelibus: de quo Paulus: si mortui non resurgunt, ut quid baptizantur pro mortuis? hoc est, puniunt se ipsos pro mortuis, ut vivorum labores, ac pœnæ sint utiles mortuis: nam hoc est baptizari pro mortuis.* In eandem sententiam ea verba commemorant, quotquot ex Photianis ante, & post Palamam scripsere, (6) Joannes Jonopuli, Joannes (7) Zonaras, (8) Philotheus Patriarcha, (9) Marcus Ephesius, cujus verba supersint, ut omnes sciant, tametsi ab aliis aliter locus Pauli queat explanari, explaneturque (in quo vide diu, multumque laborantem Bellarminum) Photianis non aliud esse Baptisma pro mortuis, quàm ipsa, quæ dicimus, mortuorum suffragia. Nam Theodorum Atheniensem Episcopum, qui ab illo primus classicum in Florentinam Synodum CP. cecinit, laudans, καθ' ἑκάστην, ait, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, κατὰ τὸ τοῦ Παύλου, ἱερῶς ἐβαπτίζετο, τουτέστιν, ἔθλιβε, προσευχόμενος, τιμωρούμενος, ἑαυτὸν νηστείαις τε συνεχέσι, καὶ δάκρυσιν ἑκουσίοις. *Singulis diebus pro mortuis, juxta Paulum, seipsum piè lustrabat, hoc est, multabat se ipsum precibus insistens, & puniens se se jejuniis crebris, & lacrymis non invitis.* Nec mirum in Græcia penes Photianos ipsos verba Pauli ad hanc communi interpretatione redacta fuisse sententiam, quando congruunt interpretationi Magni penes nos semper (10) Ephræmi, (11) Nazianzenique Theologi; quorum uterque præter Baptismata, quæ in flumine, flamine, ac sanguine sita esse dicuntur, addunt & quartum, quod lacrymarum appellant, & Pœnitentiæ.

(1) 1. ad Corint. c. 15. n. 29.
(2) In qu. additis Amphilochiis qu. 32.
(3) Synodico cōtra Armenos Canonarch. in for. Synodic. cōtra hæreses. n. 8.
(4) In Sit. Syn. contra Arm. apud eūdem ibid. num. 10.
(5) In Ep. ad Thess.
(6) Resp. 12. ad Cathol. Iberiæ n. 7.
(7) In enarrat. hæres. in her. Armenor.
(8) Orat. 4. contr. Gregor.
(9) Orat. 2. contra Latinos.
(10) In suo testamento.
(11) Orat. de Epiphania.

IV. Porro in hanc sententiam redactum Pauli pro Mortuorum Anastasi argumentum conclusioni nostræ probationem facit omnium certissimam. Nam, si, quidquid pro mortuis sponte sive laboris, sive dispendii mortales adsumimus, frustra esset, censereturque prorsus inutile iis, pro

quibus

quibus illud adſumimus, argumentum Pauli adeò infirmum, atque prorſus invalidum eſſet, ut productum ad probationem Anaſtaſis potius Anaſtaſin impugnaret. Etenim hæc ſenſa ſunt Pauli: ſi mortui non reſurgunt, fruſtra baptizantur pro illis, hoc eſt fruſtra pro ipſis ſe torquent, ſe ipſos puniunt, totque Opera diſpendio, atque dolori, certò incommodo futura ſibi ipſis indicunt. Huic poſitioni mox adjice Margunianum effatum: at fruſtra baptizantur pro mortuis, hoc eſt, quæcunque agunt pro mortuis, meræ ſunt conſolationes vivorum, non adjumenta mortuorum: Quid aliud inferes, niſi hanc conſecutionem prorſus oppoſitam quæſitis à Paulo? Ergo mortui non reſurgunt. Ut ergo Pauli Sapientiſſimum argumentum id, quod rectà petit, obtineat, oppoſita conſtitutæ per delirum Margunium adſumptio propoſitioni adjicienda erit, dicendumque ex mente Pauli afflati Numine, dum hæc ſcriberet, præſentiſſimo: Si mortui non reſurgunt, fruſtra baptizantur pro mortuis: at non fruſtra baptizantur pro mortuis: igitur mortui reſurgunt. Quæ quid aliud conficiunt, amabo vos, Photiani, quid ex iis, quæ recipitis, quæ probatis, quæ palam fatemini, conficiunt, niſi quæcunque pro mortuis agimus, ea veras eſſe, atque utiles fidelium vita functorum ſuppetias?

V. Oſtendi ſacrarum ſuffragio Paginarum funereas preces, mortualia, quæ celebramus ſacrificia, ſuffragia, quæ dicimus, lata pro mortuis revera mortuis prodeſſe: idipſum Majorum Noſtrorum effatis confirmandum eſt. Recenſuit ea prolixè (1) Beſſarion, unde (2) Bellarminus pauca ſelegit, noſque dabimus neceſſaria duntaxat. Primum occurrit ex (3) Clemente Romano, cujus Conſtitutiones eruditis, veſtræque, Photiani, Synodo (4) Penthectæ apocryphas, vos penè non hagiographas dicitis. In his tamen longa precatio deſcribitur, non ſine cæremonia mortuis profutura, concipienda, ac recitanda pro mortuis. Adeò Apoſtolico ævo utiles cenſebantur preces Opem ſacram laturæ fato functis Chriſtianis. Cur enim inſtituerint illas Apoſtoli nil eis collaturas auxilii, pro quibus inſtituebantur? An, quæ ibi dicuntur, ferenda eſſent, ſi nil opis in illis? Quorſum precari verbis ſupplicibus veniam, quæ impetrari non poteſt? Quorſum orare prolixè non exorabile Numen? Quorſum denique aut tentare, quod ſperari non poteſt, aut ſperare, quod nefas eſt? At hæc omnia, licèt abſurda, recipienda, probandaque in illis precibus Clementinis, ſi, quę pro mortuis præſtamus, ſupervacanea reputantur. Non ſunt ergo ſupervacanea, utilia ſunt, quæ ad uſum proponuntur, vera ſunt, quæ ad veriſſimum Numen placandum adhibentur, proſuntque certiſſimè, quæ ſynchroni Apoſtolorum Scriptores non niſi profutura præcipiunt. Hinc & (5) Dionyſius Cæremoniam ipſam deprecaturi pro mortuis ſacerdotis eleganter deſcribit: inducit venerandum Antiſtitem poſt ſacras næniæ accedentem, ac precem ſacram ſuper elatum cadaver peragentem. At quid illæ preces efflagitant? nempe ut Numen propitiatum cuncta dimittat erepto è vivis homini per infirmitatem humanam admiſſa delicta: eumque in luce ſtatuat, ac regione vivorum. Quæſo, ſi nullam utilitatem preces vivorum defunctis conferunt, ut quid divinam clementiam precari, ut quid ſperare, fore, ut dimittantur peccata defuncto per infirmitatem humanam admiſſa? An Eccleſia ita demens, ut, quod fieri non poteſt, voto concipiat, ſpe complectatur, precibus poſtulet? Aut igitur Margunius aſſerat, deſipuiſſe ab initio Eccleſiam, ut impius ſit, aut, quæ facimus, patimurque, aut poſtulamus pro mortuis, ipſis utilia fateatur, ut palam ſit, Concluſionem illam ipſius non eſſe Græcam (quod Heterodoxi quidam ex Margunio conſtituunt) ac ne Photianam quidem eſſe, eſſe prorſus hæreticam.

(1) d. Ep. 2. Encyclica.
(2) d. l. 1. de Purg. c. 10.
(3) Cõſtit. li. 8. c. 47.
(4) Can. 2.
(5) de Eccl. hierar. c. 7 pa. 3. Vide Severum, in 4. differ. pag. 46. lin. 25.

VI. Sed è Majoribus noſtris, poſtquàm regnare cœpit Eccleſia, aliquis prodeat, qui noſtram aſſertionem rotundè, atque, uti dicunt, in terminis aſſeveret. (1) Athanaſius hic eſto, & quidem eo in libro, qui, quamvis inter Opera Athanaſi corruptiſſimus, avidè recipitur à Photianis, auſis cæteroqui Orthodoxi Cæli non fabuloſum Atlantem nonnumquam accuſare (2) ebrietatis. Is porro in quæſtionibus ad Antiochum, ubi quęſivit Antiochus; τί οὖν; αἰσθάνονται τινὸς εὐεργεσίας καὶ αἱ τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχαὶ γινομένων ὑπὲρ αὐτῶν συνάξεων, καὶ εὐποιϊῶν, καὶ προσφορῶν; *num animi Peccatorum utilitatem è precibus, ſacrificiis, &c. vivorum aliquam reipſa nanciſcantur?* Reſpondet nanciſci omnino. εἰ μὴ πάντως εὐεργεσίας μετεῖχον ἐν τούτῳ, οὐκ ἂν ἐν τῇ προσκομιδῇ ἐμνημονεύοντο· καὶ ὥσπερ ὅταν ἡ ἄμπελος ἀνθεῖ ἔξω ἐν τῷ ἀγρῷ, αἰσθάνεται τῆς ὀσμῆς ὁ ἀποκεκλεισμένος οἶνος, ἐν συνανθεῖ καὶ αὐτός· οὕτω νόει καὶ τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχὰς μετέχειν εὐεργεσίας τινὸς ἐκ τῆς ὑπὲρ αὐτῶν γινομένης ἀναιμάκτου θυσίας, καὶ εὐποιΐας, ὡς μόνος ἐπίσταται, καὶ κελεύει ὁ ζώντων, καὶ νεκρῶν ἐξουσιάζων θεὸς ἡμῶν; *ni alicujus beneficii ex hoc participes eſſent, non equidem memoria ipſorum fieret, in ipſa Oblatione; & ut vinea, cùm floret extra in agro, ſentit odorem vinum clauſum, ſepoſitumque, & unà floret & ipſum. Sic cogita & animos peccatorum participes fieri beneficii alicujus ex incruento ſacrificio, & operibus bonis, quæ pro ipſis fiunt.* Hunc in modum Athanaſius, quid Cyrillus Hieroſolymitanus? (3) ut Græca ejus verba omittam, latinè ſic loquitur: *Maximum credentes eſſe animarum juvamen, pro quibus offertur obſecratio ſancti illius, & tremendi ſacrificii, pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi ſunt.* anceps hæc quoque ſententia? Non ait, *credentes eſſe juvamen animarum*, nec illud quale quale, magnumve, aut majus aſſeruit: *maximum* inquit *credentes eſſe juvamen animarum, pro quibus offertur obſecratio illius Sancti, & tremendi ſacrificii*. Propterea & Chriſtianorum eloquentiſſimus, aureum ſacræ facundiæ flumen (4) Chryſoſtomus monet, ut mortuus juvetur non δάκρυσιν, ἀλλὰ προσευχαῖς, δεήσεσιν, ἐλεημοσύναις, *lacrymis, ſed precibus, obſecrationibus, eleemoſynis*: & mox hortatur, ne fatigemur mortuis βοηθεῖν προσευχὰς ὑπὲρ αὐτῶν προσφέροντες *preces pro illis offerentes*, & alibi: οὐκ εἰκῆ ταῦτα ἐνομοθετήθη ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, τὸ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων μνήμην γενέσθαι τῶν ἀπελθόντων· ἴσασιν αὐτοῖς πολὺ κέρδος γινόμενον, πολλὴν τὴν ὠφέλειαν. *Non temere ab Apoſtolis hæc ſancita ſunt, ut in tremendis myſteriis defunctorum agatur commemo-*

(1) qu. 34. Vide Sever. d. pa. 46. lin. 30
(2) Vide Margun. in Notis ad Metaphr. in Vita Athanaſ.
(3) Catecheſ. Myſtag. 5.
(4) Hom. 41. ad 1. Corinth. hom. 69. ad popul. hom. 32. in Matth. & hom. 84. in Jo. hom. 3. in Epiſt. ad Philip. Vide Sever. d. pa. 46. lin. ult. Item hom. 21. in Act. Apoſt.

Digitized by Google

memoratio. Norant enim, inde multum illis contingere lucri, utilitatem multam. Prolixus essem, si loca omnia Chrysostomi huc otiosè congererem, quæ tamen ejus egregios Commentarios legenti passim occurrent, quæque curiosum Nostrorum ingenium facilè penes (5) Bessarionem, atque (6) Gennadium coacervata reperiet: Adeò clara, ut, si parcas Arctois hæreticis hæc inficiatis, non sit parcendum Græcis ingeniis (nam & Photiani Græci sunt, nec tamen Græci Photiani) cùm palam opposita Chrysostomi effatis audent asserere. Quid quòd Majores nostri has preces pro mortuis uti proficuas planè mortuis & instituunt, & proponunt, & passim insinuant. Vide, quæ tradat (7) Basilius ante (8) Chysostomum in liturgia, & in solemni Pentecostes officio: lege, quid jubeat (9) Nazianzenus, quidque agat in funere fratris Cæsarii. Jubet, ipsi Deo, & nostras, & eorum, qui quasi paratiores in via priùs ad hospitium pervenerunt, animas commendari. Mox fusas pro anima ipsa Cæsarii concipit preces. Id, quod & sibi præstari jussit maximus (10) Ephræm, virtutis hæredes suæ discipulos damnans, profuturas ipsi fundere preces assiduè. Sic & Ἰσαπόστολος Constantinus sepulcrum sibi in templo principe constituit, teste (11) Eusebio, ut fundendarum inibi precum particeps fieret post obitum; procubuitque Theodosius Junior, ex historia (12) Theodoreti, Chrysostomi lipsanis, ut requiem parentibus defunctis oraret. Quin imo (13) Epiphanius veritatem hanc inter Orthodoxa dogmata numerat, Aeriumque hæreticum propterea censet, quòd hoc ipsum inficiaretur, cui licebit & Græci Margunium addant, ausum id palam inficiari, quod Majores nostri omnes affirmant. Nam hoc & (14) Damascenus edixit, cui ni creditis Photiani, credite relatis ab ipso, credite Origenistæ (15) Palladio, quando vos, ut mox patebit, ad errores Origenis deduxit Margunius.

VII. Hujus hanc, quam impugnamus Impietatem, non Græci tantum Majores Nostri debellant ex dictis, ipsi Photiani apertissimè detestantur, ac reprobant. Primus adsit Theophylactus, (1) cujus hæc est Orthodoxa sententia. Τοῦτο δὲ λέγω διὰ τὰς ἤδη τοῖς κεκοιμημένοις γινομένας προσφοράς, καὶ τὰς δεήσεις· αἳ οὐ μικρὰ συντελοῦσι τοῖς καὶ ἐν ἁμαρτίαις βαρείαις ἀποθνήσκουσι· μὴ τοίνυν λειπώμεθα ἡμεῖς σπουδάζοντες διὰ ἐλεημοσυνῶν, καὶ προσευχῶν ἐξιλεοῦσθαι τὸν ἐξουσίαν μὲν ἔχοντα βαλεῖν, οὐ πάντως δὲ τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ χρώμενον. ἀλλὰ καὶ συγχωρεῖν δυνάμενον. *Hoc autem dico propter oblationes, ac preces, quæ fiunt pro mortuis, quæ non parùm conducunt etiam iis, qui gravibus in delictis vitâ functi sunt. Ne igitur nos desinamus satagentes per eleemosynas, & preces propitiare eum, qui habet potestatem mittere in Geennam, non semper tamen utentem ea potestate, sed potentem & parcere.* Secundus (2) OEcumenius: εὔχου, inquit ὑπὲρ τῶν πιστῶν ἀποθανόντων, τοῦτο γὰρ αὐτοῖς πάνυ ὠφέλιμον. *Ora pro fidelibus mortuis; nam hoc ipsis valde utile est.* Tertius Euthymius (3): αἱρετικόν ἐστι δόγμα, λοιδορεῖν τὰς προσευχάς, καὶ θυσίας ὑπὲρ τῶν νεκρῶν προσφερομένας, ὀρθόδοξον δὲ αὐτὰς ἐπαινεῖν, πρὸς αὐτὰς χρησιμωτάτας οὔσας τοῖς πιστῶς κεκοιμημένοις παραινεῖν. *Hæreticum dogma est, aspernari preces, ac sacrificia pro mortuis oblata, Orthodoxum autem ea laudare, & hortari ad ea usurpanda, quæ utilissima sunt iis, qui dormierunt in fide.* Quartus (4) Palamas. ἡ δ' εὐχὴ ἐκ τοῦ ἱερατικοῦ στόματος ἐξελθοῦσα πρὸς τὴν θείαν ἀκοὴν ἀναβαίνει, καὶ τῆς προσκαίρου κολάσεως ῥύεται τὰς τῶν ἀποθανόντων ψυχάς, καὶ ἀναπαύει αὐτάς. *Deprecatio è Sacerdotis ore ubi prosiliit, ascendit ad divinum auditum, & liberat à temporaria damnatione animos defunctorum, eosque quiete donat, atque tranquillitate.* Quinctus (5) Zonaras, cujus elogio preces penè non omnipotentiam habent pro mortuis. Sextus Nicephorus (6) Callisti, Septimus Atheniensis Nicolaus (7), Octavus Nicolaus (8) Cabasilas, quorum omnium suffragio quidquid piè pro mortuis agimus, patimurque sive precati, sive largiti, fato functis hominibus perutile declaratur. Vide etiam, quæ (9) Glycas tradit productus à Bulgaro (10), tandemque cum Simeone Thessalonicensi constitue, particulas illas, quas in Liturgia Sacerdos offert, esse αἱ μὲν ὑπὲρ τῶν ἁγίων προσαγόμεναι εἰς δόξαν αὐτῶν, καὶ τιμήν, καὶ ἀνάβασιν τῆς ἀξίας, καὶ τοῦ θείου φωτισμοῦ παραδοχὴν μείζονα, αἱ δὲ ὑπὲρ τῶν πιστῶν, κεκοιμημένων μὲν εἰς λύτρωσιν ἁμαρτιῶν, καὶ θείας χάριτος ἕνωσιν, ζώντων δέ, εἰ μετανοίᾳ μόνον τὴν ζωὴν ἐξοικονομοῖεν, εἰς ποινῶν ἀπαλλαγήν, εἰς ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, εἰς ζωῆς αἰωνίου ἐλπίδα. *Eas quidem, quæ pro Sanctis offeruntur ad gloriam eorum, & honorem, ad augmentum dignitatis, & ad divini luminis perceptionem majorem: Eas verò, quæ pro fidelibus sunt, pro mortuis sanè ad peccatorum liberationem, expiationemque, & divinæ gratiæ conjunctionem, quæ verò pro vivis, si cum Pœnitentia bene vitam dispensaverint, ad pœnarum levamen, ad peccatorum condonationem, ad vitæ æternæ spem.* (12) Mox conficit. καὶ τοῖς ἁγίοις τῆς ἀναβάσεως γίνεται διὰ τῆς θείας ἱερουργίας, καὶ τοῖς πιστοῖς, ὡς εἴρηται, θείου ἐλέους χορηγεῖται μετάδοσις. *Nam & sanctis incrementum gloriæ sacrificio illo accedit, & fidelibus, uti dictum est, divinæ misericordiæ distributio impenditur.*

VIII. Quo fit, ut hoc sæculo, his verbis idipsum (1) Severus Philadelphiensis comprobet: ὅτι διὰ τὰς γινομένας λειτουργίας, καὶ προσευχάς, καὶ ἐλεημοσύνας (τὰς ὁποίας οἱ χριστιανοὶ ποιοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν τῶν κεκοιμημένων χριστιανῶν) διαλαμβάνουσιν αἱ ψυχαὶ παράκλησίν τινα, καὶ παραμυθίαν, καὶ ἄνεσιν, καὶ ὅτι κατὰ τοῦτο συμφωνεῖ ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία τῇ ῥωμαϊκῇ, ἐκ τῶν εἰρημένων γίνεται δῆλον. *Quòd autem Sacrificia, quæ celebramus, quòdque ob preces, ac stipes, (quas Christiani erogamus pro animis Christianorum, qui vita sunt functi) nanciscantur animi consolationem quandam, & recreationem, atque levamen, & quòd etiam in hoc Orientalis Ecclesia Romanæ consentiat, ex dictis constat.* Et (2) infra: *comprobatum est igitur ex dictis: primùm, animos orthodoxorum Christianorum utilitatem nancisci, & libertatem à sacrificiis.* ἐφανερώθη λοιπὸν ἐκ τῶν εἰρημένων, πρῶτον, ὅτι αἱ ψυχαὶ τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν λαμβάνουσιν ὠφέλειαν, καὶ ἐλευθερίαν διὰ τῶν λειτουργιῶν. Quin imò & ipse (3) Critopulus adfinis Margunio, non admodum adfine melior contra deteriorem adfinem idipsum testatur sic scribens in iis, quę vidimus ejus MS. ἔδοξε τῇ ἐκκλησίᾳ πρὸς αὐτὰς ἀναφέρειν ἀμε[illegible]· ἡ μὲν ἐν ταῖς προσευχαῖς ἐστι, καὶ λειτουργίαις

ὑπὲρ

(5) d. Ep. 2. Encycl.
(6) In d. demonst. c. 4. Decr. Flor.
(7) Orat. quæ recitat. in die Pent. in 3. Genuflex. in Eucholog. Goar. pa. 758. post med.
(8) In Prothesi, & post Cōsecrat.
(9) Orat. in Cæsar.
(10) In suo Testamento.
(11) Lib. 4. de Vit. Cōstātini.
(12) Lib. 5 hist. ca. 36.
(13) Heresi 75.
(14) Lib. de his, qui in fid. migrar.
(15) In hist. Lauşiaca c. 41

(1) In c. 12. Luc.
(2) In c. 4. Epist. ad Thessal. 1.
(3) De præceptis Apostol. præc. 25.

(4) In Ep. 1. ad Thessal.
(5) In Theophilo Imperat.
(6) apud Bulgar. in Catechesis. de Dipsychis p. 165. post med.
(7) Apud eundem. ibidem
(8) In Explic. Missæ ad cōmemor. mortuor. & Diptyche.
(9) Ep. 26.
(10) Ubi supr. pag. 164. in fin.
(11) De Templo, & Missa ante fin.
(12) Ibid. paulopost.

(1) d. diff. 4. pag. 47. li. 29.
(2) Ibid. p. 53. lin. 15.
(3) In sua Confess. c. 20. pag. mihi 125. Gadilingie 148.

Digitized by Google

ὑπὲρ αὐτῶν τῷ Θεῷ, τῶν ἁπάντων ἀναφερομένων· ἵνα γοῦν ἐξ ἑκατέρου, ἢ τῶν βασάνων, αἷς ἐνέχονται, λυτρωθῶσιν, ἢ ἄνεσιν, καὶ ἄφεσίν τινα αὐτοὶ ἐν τῇ φυλακῇ λάβωσι. Quæ verba Uvolfgangus (4) Gudlingius Norimbergensis minister ex Latina interpretatione edita diligentiùs sic profert. *Ecclesia constituit, aliquam in ipsos (qui obierunt) conferre benevolentiam: quæ quidem in precibus, ac supplicationibus pro illis ad Deum Universi sursum mittendis consistit, ut ab alterutro duorum, vel ab ærumnis, queis detinentur, ipsos mox liberet, vel saltem remissionem quandam, & consolationem eis in carcere divinitus conferat.* His omnibus ipse Margunius addat Suffragium suum, suàque se ipse damnet sententiâ. Fortassis inter Photianos nemo acriùs Margunium Margunio reprobavit, neque ullus adeò ferox in impietatem Margunii calamo dictavit scribenda, ut comparari possit ipsi Margunio. Nam (5) primò gesta Damasceni describens, & scripta commendans, ubi venit ad librum, quem pro fato functis fidelibus Damascenus edidit: καὶ γὰρ ait, ἡ βίβλος γέμουσα μαρτυριῶν καθ' ἃς λογῆς ἁγίων, οἱ ὁποῖοι διαλαλοῦσι τὴν ὠφέλειαν, ὅπου ἔχουσιν αἱ προσευχαὶ, καὶ θυσίαι, καὶ ἐλεημοσύναι διὰ τὰς ψυχὰς τῶν κεκοιμημένων πιστῶν· δόγμα γὰρ τοῦτο τῆς ἐκκλησίας, καὶ πατροπαράδοτον, τὸ ὁποῖον ὅστις ἀρνηθῇ, κακόδοξος, καὶ αἱρετικὸς τοῖς ὀρθοδόξοις φανήσεται. *Et is liber testimoniis abundat omnifariam sanctorum, qui prædicant utilitatem, quam habent preces, & sacrificia, & eleemosynæ pro animis fidelium, qui dormierunt. Nam dogma hoc est Ecclesiæ, atque Patrum traditio, quam si quis neget, cacodoxus, & hæreticus Orthodoxis videbitur.* Secundò (6) in libello de Traditionibus Ecclesię, quem eleganter juvenis adhuc conscripsit, hunc in modum philosophatur. ἡ μὲν θεοδίδακτος ἐκκλησία ἡμᾶς διδάσκουσα, καὶ παραδίδουσα ταύτην εἰσάγει, ὅτι χρὴ ὑπὲρ τῶν τεθνηκότων Θεὸν ἱλάσκεσθαι, καὶ ἔργοις ἀγαθοῖς κέρδος ἐμποιεῖν, καὶ ὠφέλειαν τοῖς κολαζομένοις. τοῦτο γὰρ δόγμα πίστεως, τοῦτο διδασκαλία Θεοῦ, ὥστε καὶ ἑτερόδοξον, καὶ αἱρετικὸν τὸ ἀντιλεγόμενον. *Ecclesia, quam Deus docet, nos docet, & traditionem hanc nobis insinuat; quòd nimirum oporteat Mortuis Deum placare, & bonis operibus lucrum adducere, atque utilitatem iis, qui puniuntur. Nam hoc dogma est Fidei, hoc Dei doctrina, ita ut sit impium, & hæreticum contra dicere.* Tertiò (7) denique in Notis ad Metaphrasten, ubi narravit apocrypham quandam historiam cujusdam redivivi post obitum, induxitque loquentem, narrantemque pœnas, queis crimina defunctorum acerrimè puniuntur, certamque utilitatem precum pro Defunctis fusarum, sic colligit. ἐκ τούτου μαθεῖν ἔξεστιν, ὅτι εὐσεβὲς, καὶ πανόσιον, καὶ ὠφέλιμον κατὰ πάντα τὸ προσεύχεσθαι, καὶ ἀγαθοποιεῖν ὑπὲρ τῶν ἀποθανόντων· ὅστις δὲ ἀντιφάσκει, αἱρετικός. *Ex his fas est nosse: pium esse, planèque sanctum, & omnino utile precari, atque bene agere pro mortuis: si quis autem id neget, hæreticus.*

(4) In delineat. Eustratii Joannides Rutheni pa. 151. post med.
(5) In Vita S. Jo. Damasc. circa med.
(6) cap. 8. sub init.
(7) In Vita S. Georgii.

IX. Hunc in modum se ipsum damnat Margunius, quem & Sacræ Paginæ, Majoresque tum nostri, tum vestri, ô Photiani, & damnant, & reprobant; quemque præterea Ecclesia nostra ubique impium, sibique planè contrarium esse demonstrat. Quid enim apertiùs unquam dixit Ecclesia nostra, quàm hoc ipsum, quod diximus, utiles esse preces, & opera, quæ mortuis expiandis adsumimus? Adsint Liturgiæ nostræ, ferantque, quod exposcimus, testimonium. Nempe in his reipsa Ecclesia nostra loquitur, manifestèque sua sensa deprædicat: neque enim loquitur tantùm, sed agit: fœderatisque tum verbis, tum actibus in ejusdem veritatis confirmationem conspirat. Porro ausim asserere, Dogma hoc Ecclesiæ nostræ magis tribuendum, quàm Latinæ. Imo penitùs assero, si Ecclesiam utramque ad veritatis hujusce provoces testimonium, plus collaturam Ecclesiam nostram, quàm Latinam. Hæc semel in Liturgia meminit mortuorum, ter Nostra; cùmque illa in solitaria commemoratione nil præter verba, precesque brevissimas fato functis impendat, Nostra in triplici, solemnique præconio, præter preces prolixas, Particulas sacrandas addicit, sacratas absumit pro mortuis. Latina Ecclesia semel in anno commune sibi pro piè defunctis justitium indicit, at Nostra, pro piis Manibus Deo solemniter litat iterum in anno, atque iterum, cùmque Latinis nulla sit qualibet hebdomade stata dies conciliandæ fidelibus mortuis divinæ Clementię, nos Numen illis ex certa cæremoniarum nostrarum lege quolibet Sabbato propitiamus. Quæ omnia constant ex Liturgiis (1) nostris, narratque Gennadius (2) Scholarius P. ante quem Nicetas (3) Pectoratus, post quem Bulgarus (4), cæterique Photiani ante Goarium (5), quos inter Gabriel (6) Philadelphiensis novissimè. διὰ τοῦτο, inquit, ἡ καθολικὴ, καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία τῆς ἀνατολῆς, καὶ ὅσα ἄλλα ἔθνη ὑποτέτακται ταύτῃ, καὶ ὁμοφρονοῦσι, δύο φορὰς καθ' ἕκαστον χρόνον, ποιεῖ λειτουργίας κοινὰς, καὶ προσευχὰς ὑπὲρ τῶν εὐσεβῶς κεκοιμημένων ὀρθοδόξων Χριστιανῶν· μάλιστα δὲ ὑπὲρ τῶν πτωχῶν, καὶ ξένων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀώρως, καὶ αἰφνιδίως τεθνηκότων, καὶ μὴ δυνηθέντων ποιεῖν, ὅσα ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία δείκνυσι· ὑπὲρ τούτων τῶν εὐσεβῶς κεκοιμημένων, καὶ πάντα τὰ ἅγια μοναστήρια, καὶ πᾶσαι αἱ κατὰ μέρος ἐκκλησίαι κατὰ σάββατον ἱερουργοῦντες παρακαλοῦσιν οἱ ἱερεῖς τὸν εὔσπλαγχνον, καὶ ἐλεήμονα Θεὸν, ἵνα τύχωσιν ἀνέσεως, καὶ ἐλευθερίας αἱ βασανιζόμεναι ψυχαί. *Propterea Catholica, & Apostolica Ecclesia Orientis, & quæ Gentes aliæ ipsi subjiciuntur, & ipsi consentiunt, bis quolibet anno concipit preces communiter, & peragit Sacrificia pro Christianis Orthodoxis, qui piè dormierunt. Maximè autem pro egenis, ac peregrinis, proque illis, qui ante tempus, aut repentè obierunt, nec potuere ea omnia peragere, quæ Christi jubet Ecclesia. Pro iis piè defunctis quolibet Sabbato, & omnia Sancta Cœnobia, omnesque peculiares Ecclesiæ, ac Sacerdotes orant benignum, ac misericordem Deum, ut veniam, ac libertatem impetrent hi tormentis subjecti animi, salutemque consequantur.*

(1) In utraq. sum Chrysost. & Basil. in Prothesi, & post consecrationem.
(2) d. demonst. 4. cap. post med.
(3) Orat. 4. contra Latinos.
(4) In Catech. ubi de Diptychis pa. 164. & seq.
(5) In Euchol. pag. 540. col. 2
(6) In 4. diff. pag. 51. lin. 12.

X. Sic Philadelphiensis Antistes nec subdolè ex ingenio, nec Photianè. Neque enim hac in re dolo Photiano locus esse potest, cum omnino manifestum sit, Ecclesiam nostram ubique fateri, utiles preces, auxiliaria sacrificia, eleemosynas esse mortuis piè fidelibus non proficuas dumtaxat, sed valde proficuas. Constat hoc ex Officiis (1) exequiarum tribus ex duplici Canone funereo tum pro mortuis mulieribus, tum pro pueris, constat ex Diptychis (2), & Necrosimis (3), ex Officio (4) τῶν ἀπ' αἰῶνος πάντων κεκοιμημένων ὀρθοδόξων, *cunctorum à sæculo dormientium*

(1) Vide Euchol. in off. Exequiar. & seq. & ibi Goar. à pa. 525. ad 597.
(2) Vide Bulgar. in Catechesi pag. 168. & seq. & Goar. in

Digitized by Google

Christianorum: Constat denique ex more inolito, ac semper in Græcia obtenturo, quo nempe uniuscujusque recens defuncti memoria studiosè recolitur precibus Deo, ac sacrificiis oblatis tertio, nono, & quadragesimo die. Τοῖς τεθνεῶσι ἐπιτελεῖται, inquit Nicephorus (5) *Callisti*, Τὰ τρίτα, τὰ ἔννατα, καὶ τὰ τεσσαρακοστά. τὰ τρίτα, ὅτι ὁ νεκρὸς ἀλλοιοῦται τότε τὴν διάγνωσιν τῆς ὄψεως, τὰ ἔννατα, ὅτι τότε διαῤῥεῖ τὸ σύμπαν, τῆς καρδίας σωζομένης, τὰ τεσσαρακοστά, ὅτι τῇ τεσσαρακοστῇ καὶ αὐτὴ καρδία συναπόλλυται τῷ λοιπῷ. *Defunctis tertio, nono, & quadragesimo die justa persolvuntur. Tertio, quòd cadaver tunc mutatur, figura vultus, qua dignoscitur homo, deperdita: Nono, quòd tunc corpus omnino tabescit, solo corde à putredine intacto; quadragesimo, quia tunc cor ipsum cum reliqua corporis mole diluitur*. Quæ ut morem Nostrum testantur, ita causas moris experientia damnatas præseferunt: quare meliùs Neophytus (6) Rhodinus ex Clemente Romano rationi magis consonas tradit; ait enim τὰ τρίτα, dilatam ad tertium diem Christi Servatoris Anastasin ostendere; τὰ ἔννατα deprecantur novem Angelorum Choris fato functi hominis animum aggregari, τὰ τεσσαρακοστὰ luctum Israelitici Populi in Moysis obitu ad quadragesimum usque diem productum, fusis pro animo defuncti precibus, adumbrant feliciùs; Hęc mox sequuntur ἐνιαύσια ἀπὸ τῆς τελευτῆς *anniversaria à die obitus*, quæ perfectam quietem è vivis erepto precantur, solemnique quotannis ritu producuntur, ut quotannis adsint à familiaribus defuncto suppetiæ.

XI. His accedit & ultima illa Cæremonia, quam finito mortuali officio circa cadaver more antiquissimo deductam usurpamus, habeturque in Euchologio his (1) verbis: ὁ δὲ ἱερεὺς ἄρας χοῦν μετὰ τοῦ φτυαρίου σταυροειδῶς ἐπιῤῥίπτει ἐπάνω τοῦ λειψάνου λέγων, Τοῦ κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ, καὶ μετὰ τοῦτο ἐπιχέει ἐπὶ τῷ λειψάνῳ κανδήλαν, ἢ τὴν τέφραν τοῦ θυμιατηρίου. *Sacerdos verò terram batillo tollens superinjicit cadaveri dicens, Domini est terra, & plenitudo ejus, Orbis terrarum, & qui habitant in eo: his peractis superinfundit cadaveri oleum Lampadis, aut ex thuris vaporario cinerem*. Qui ritus nihil aliud significat, nisi piam credulitatem Ecclesiæ nostræ certo certiùs existimantis, atque actibus ipsis piè confirmantis, posse precibus tegi delicta mortuorum, quemadmodum injecto pulvere tegitur informe cadaver: posse animos defunctorum divinæ Misericordiæ consequi dona, uti corpus typo misericordiæ oleo, in ipso sepulcro, perfunditur. Quare olim huic Cæremoniæ addebatur precatio, quam proponit antiquissimus Canonum Interpres Prodromus (2) Senior, habetque Euchologium Cryptoferratense (3) Bessarionis hoc titulo: Εὐχὴ ἐν τῷ τάφῳ, ἡνίκα βάλῃ μύρον, ἢ ἔλαιον σταυροειδῶς τρίτον ἐπάνω τοῦ λειψάνου. *Precatio habenda in sepulcro, cum Chrisma, vel oleum in modum crucis tertiò super cadaver est injiciendum*, in qua: *Deus peccata superans, ac delens iniquitates obsecratur, ut remittat, relaxet, condonetque delicta omnia defuncti*: ὑπερβαίνων ἁμαρτίας, καὶ ἐξαλείφων ἀνομίας ἄνες, ἄφες, συγχώρησον πᾶν ἑκούσιον, καὶ ἀκούσιον αὐτοῦ πλημμέλημα: *remitte, relaxa, condona sponte, vel aliter patratum ejus delictum*. Scilicet accuratè adeò Ecclesia nostra non verbis tantùm preces suas utiles fato functis affirmat, sed ipsis comprobat factis, ipsis fatetur cæremoniis, quas si quis unquam Latinorum deriserit (fuere autem aliqui, qui cum Cauco (4) hoc per summum nefas, ac dedecus ausi sunt, ut justissimè queritur Dorotheus (5) Mitylenæus Antistes, videat, quæ congrua catholicis moribus, dictisque Bernardi, (6) scribit eruditè Goarius (7): quæ doctè tradit Apostolicis traditionibus consentanea, quæque Theologicis rationibus, ac Gentis nostrę vetustati consona Simeon Thessalonicensis (8) edisserit, suffectura retundendo stolido ritui eorum, qui imperitè, & ineptè de rebus Nostris philosophantur, ac Ritibus, qui & à Romana probantur Ecclesia; quippe hos Ritus usurpari vidimus Romæ in funere Leonis Allatii, & apprimè constituunt utiles fidelibus mortuis preces ab Ecclesiâ conceptas, Sacrificia in Ecclesia celebrata; stipes pauperibus erogatas. Etenim non privatim solùm nobis in defunctorum auxilium permittuntur, sed illas, ut & publicè ad eundem scopum distribuamus in Ecclesiâ nostrâ nobis mos noster edicit, cùm nimirum & carnes, & panem, & vinum conceptis ab Ecclesiâ verbis per presbyteros Deo dicata largimur, (9) cùmque Colyba, quæ alibi tuebimur, pro mortuis egenorum turbæ tribuimus, eâ Cæremoniâ, iisque Sanctissimis ritibus, de quibus Balsamon (10), & Blastarius (11), & ex utroque Goarius (12).

XII. Compertissimum proinde est, Ecclesiam nostram stare contra Margunium, atque tum verbis, tum factis asserere, utilissima, quæcunque pro mortuis piè, atque religiosè peragimus. Quò fit, ut diris omnibus devovendus Margunius sit, qui sacerrimos ritus, moresque Sanctissimos ad nundinarum instar deducit, ausus asserere, has preces, hæc Sacrificia, hæc pietatis certissimæ opera facta Ecclesiam pati, ut inde habeant ministri, quo vivant. Exclamare licet, hoc verè diabolicum dictum est, hæc est fatua prorsus calumnia. Nemo, quod sciam, hoc dixit, nemo commentus est, nemo ne hæreticus quidem non planè furiosus tantum scelus mente concepit. Attamen Margunius, qua est erga Latinos homines benevolentiâ singulari, id ex latino Doctore confirmare non dubitat. Nam ubi dixit, ὅτι ταῦτα ἡ ἐκκλησία ἐπαινεῖ, εἰσὶ γὰρ ὠφέλιμα τοῖς ζῶσι, καὶ τοῖς ὑπηρέταις τῆς ἐκκλησίας τὰ πρὸς βίον, καὶ δίαιταν παρέχουσι: *Ecclesiam hæc laudare, quòd utilia sint vivis, quòdque ministris alimenta suppeditant*; adjicit (1) statim: καὶ ἐν τούτῳ συμφωνεῖ ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία τῇ δυτικῇ, ὡς λέγει τις διδάσκαλος, ἀνὴρ εὐσεβὴς, καὶ σοφὸς, ἐπίσκοπος δὲ τῶν ἀοιδίμων ὄντων διαμαρτυρεῖ τὴν ἀλήθειαν. Τὸ Πουργατόριον ἐπλούτισε, καὶ καθ' ἑκάστην πλουτίζει τὰς ἐκκλησίας, αἱ πλουσιώταται ἡγεμονίαι, τὰ προσόδια, εἴτε ἐξουσίαι ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν κατὰ τὸ πλεῖστον διὰ τοῦ Πουργατορίου ἔχουσι τὰς ἀρχάς. Τὸ Πουργατόριον μετήνεγκε δολερῶς ἐκ τῶν λαϊκῶν τὰ χωρία, καὶ τὰς ἀρχαίας κληρονομίας εἰς τοὺς ἱερεῖς ἡμῶν, καὶ μοναχοὺς, καὶ τὰ λοιπὰ (ἐξ ὧν φαίνεται), ὅτι συμφωνεῖ τὸ λεγόμενον τοῖς λατίνοις, καὶ δὴ μάλιστα τοῖς λατίνοις· ἡμεῖς γὰρ οὐ πλουτοῦμεν ἐκ τούτου, ἀλλὰ μόνον προσδεχόμεθα τὰ θυσίαν. *Atque in hoc Orientalis Ecclesia consonat Occidentali, cujus eloquens quidam magister, vir pius, & doctus: Episcopus verò ex inclytis, sic testatur veritatem. Purga-*

torium

mss. Jo. Chrys. not. 14 143. pag. 145.
(3) *Vide Niceph. Callist. Xantho. de Tropariis*.
(4) *Vide Menæa Sabb. 1. Octob.*
(5) *penes Goar. in off. exequ. not. 3. pa. 540. col. 2.*
(6) *In Synop. vernacula Doctrin. christiana.*
(1) *In Off. exequiar. circa fin.*
(2) *de Interpr. in Can. 4. Apost.*
(3) *Vide Goar. in Euchol. pag. 543. in med.*
(4) *In Exposit. hæres. Græcor. c. 5.*
(5) *In Can. heptacephalo contra latinos pa. 3. post. med.*
(6) *Serm. 26. in Cant.*
(7) *in d. off. exeq. not. 20. p. 542.*
(8) *apud Goar. ubi supra not. 21.*
(9) *Vide Euchol. rub. Oratio Colyborũ. incip. ὁ Δεσπότης.*
(10) *in c. 4. Apost.*
(11) *In Syntag. vernaculo.*
(12) *ad Orat. Colyb. pag. 661.*
(1) *d. c. 30. Antirrhetici.*

Digitized by Google

torium ditavit, & in dies ditat Ecclesias. Ditissimæ Abbatiæ, Primatus, Præfecturæ virorum, atque mulierum, ut plurimum à Purgatorio habent initia. Purgatorium transtulit cum dolo à Laicis prædia, & peramplas hæreditates ad nostros Sacerdotes, ac Monachos, &c. ex quibus constat consonare dictum à Nobis Latinis, & quidem maximè Latinis: nam nos ex his non ditamur, tantùm alimenta lucramur. Fateor hæc legens, hæc audiens confidentissimè dicta, hærebam animo, ancepsque consilii, quid reponerem, nesciebam. Negarem dicta hæc unquam fuisse? dicerem, hæc esse mera, atque pura Margunii mendacia? Ingenium hominis suadebat, avocabat hominis confidentia. Annuerem ab hæretico aliquo dicta, vel à furioso quopiam effutita per iram, & indignationem? atqui integram inter millenorum Authorum Bibliothecam ad usum memoriæ meæ compegeram, hunc unum, qui tam impiè scripsisset, tam dementer declamasset, ad memoriam revocare non poteram nominatim, quamvis meminissem lectarum quandoque ineptiarum. Abstulit, ut ingenuè fateor, hanc animi mei undequaque turbati litem, tantosque dubitationis æstus composuit oblatus mihi à Viro Docto Nicolao Bubulio, (cujus eruditissimæ consuetudini, ut sæpe fatebuntur, labores nostri plurimum se debere testantur) Gudlingii superiùs laudati libellus, (2) cui per otium legendo dum subcisivas horas impendo (est enim erudita rerum congeries) occurrit locus Marci (3) Antonii de Dominis sic de Purgatorio constituens. *Purgatorium ditavit, & in dies magis ditat Ecclesias. Abbatiæ opulentissimæ, Prioratus, Præpositturæ virorum, & fæminarum beneficio Purgatorii ut plurimum suas habuerunt fundationes. Purgatorium ingentia prædia, hæreditatesque peramplas à laicis ad nostros transtulit ingenti cum dolo sacrificulos, & monachos. Purgatorium summas his ipsis exhibet delicias, & ad omnem luxum commoditates suppeditat non exiguas. De his enim verissimum est alicubi proverbium: eos fœdare vivos, mortuos devorare. Ex Purgatorio D. Papa, & Cardinales suis maximè affluunt deliciis, sive ex Commendis magnorum Monasteriorum Purgatorii nomine fundatorum; sive ex Indulgentiis pro mortuis; sive ex donariis, legatisque moribundorum. Atque ita Purgatorium solum penè nutrit abunde magnos, & parvos, & vel ipsis clericulis officium mortuorum recitantibus sua porrigit munuscula. Nec mirum, quòd tot, tantaque sint Purgatorii emolumenta, summa enim nostra* (Ecclesiasticorum) *arte factum est, ut in Purgatorium tandem omnia reducantur. &c.* Hæc M. Antonius de Dominis penes Gudlingium. Is igitur ipse est, quem laudat Margunius: ex cujus effato consonat Latina Ecclesia Marguniianæ dementiæ. At is doctus equidem vir, sed hæreticus, Episcopus, sed Exauthoratus, impius in primis, planèque detestabilis, qui creditum sibi Gregem Spalatensis Ecclesiæ nefariè prodidit, qui è Pastore Lupus in Angliam secessit, quò tutiùs in Orthodoxam Religionem ulularet: qui editis de Republica Ecclesiastica Libris Ecclesiam frustra evertere nisus est: qui mox patratorum scelerum pertæsus Romæ dictorum palinodiam solemni cecinit cæremonia, dein iterum ad vomitum rediens carcerem meruit, ut, qui in libertate latraverat, disceret inter compedes conticescere, quique multis obfuerat impia dicacitate, exemplo saltem multatæ dementiæ Orbi Christiano prodesset. Jam is qua fronte Latinæ Ecclesiæ magister dicitur, cujus fuit hostis acerrimus? qua mente ad comprobandam Latinæ Ecclesiæ sententiam producitur, à qua se scribens alienum ostentat? qua denique confidentia tamquam egregius Doctor adducitur, cùm ne discipuli quidem honestum nomen mereatur?

XIII. Falsissimum igitur est, Ecclesiæ Latinę suffragio preces, & sacrificia, &, quidquid pro mortuis agimus, utilia vivis esse dumtaxat propterea, quòd ministris alimenta suppeditent, & vivos ipsos consolentur. Adstipulatur Ecclesiæ Nostrę Latina Ecclesia, &, quod ubique Ecclesia nostra piè insinuat, sanctè ingerit, verbisque, ac factis commendat; orandum esse pro mortuis: his Numen esse propitiandum, eisdemque conciliandam divinam Misericordiam; idipsum Latina Ecclesia docet, ingerit, & commendat; ditata sanè piâ liberalitate studentium vita functis ferre suppetias, non tamen eapropter mentita, cùm docuit, piam liberalitatem vivorum mortuis prodesse; imo hoc ipso evincens, utiles esse stipes, preces, sacrificia fato functis hominibus, quòd ex hac omnium Orthodoxorum sententia tot illi divitię non deliciis, sed honestissimis alimentis Clericorum, Cœnobitarum, Antistitum, & omnifariam ministrorum addictæ provenerint, damnaturæ palam utriusque Pseudo-Episcopi & Spalatensis, & Cytherensis insaniam, comprobaturæque Orthodoxam sententiam, quam receptam à Græcia unà cum Græcia Latina Ecclesia recipit, confirmat, ac docet, productis ad rei certissimæ testimonium Patribus, quos vel ipsi Photiani, Latinos licèt, honorant, (1) Tertulliano, (2) Cypriano, (3) Ambrosio, (4) Hieronymo, (5) Gregorio Dialogo, ipsoque in primis Theologorum Archididascalo (6) Augustino. Et hic hercle, quem pro stultissimo Dogmate suo producit Margunius, hunc in modum pro dogmate Orthodoxo pronunciat. *In Machabæorum libro legimus, oblatum pro mortuis sacrificium: sed, etsi nunquam in scripturis veteribus legeretur, non parva est Universæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret, authoritas, ubi in precibus sacerdotis, quæ Domino Deo ad ejus Altare funduntur, locum habet etiam commendatio mortuorum.* Ita Augustinus, qui mox idem (7) confirmat his verbis: *Cùm igitur recolit animus, ubi sepultum sit carissimi corpus, & occurrit locus nomine Martyris venerabilis, eidem Martyri animam dilectam commendat recordantis, & precantis affectus, qui cùm defunctis à fidelibus exhibetur, eum prodesse non dubium est.* Et (8) infra: *Non sunt prætermittendæ supplicationes pro Spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana, & Catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumcunq; sub generali commemoratione suscipit Ecclesia, ut quibus ad ista desunt parentes, aut filii, aut quicunque cognati, vel amici, ab una eis exhibeantur pia matre communi.* Similia tradit & alibi (9) tanta sententiæ constantiâ, ut mirum

(2) *Not. ad Delineat. Eccl Græcæ Eustratii Vide pa. 152. ante med.*

(3) *De Rep Eccl lib. 5. c. 8.*

(1) *Lib. de Monog. ultr. med. lib. de exhort. castit. procul a med.*

(2) *Lib. 1. Epist. 9.*

(3) *lib. 2. Epi. 8. ad Faustinū Orat. de obit. Theod. de obit. Valent. de obit. Satyri.*

(4) *Ep. ad Pamach. de obit. Paulin.*

(5) *Lib. 4. Dial. c. 55. & c. 50.*

(6) *Lib. de cura mortuor. c. 2.*

(7) *Ibid. c. 4.*

(8) *Ibid. c. 4.*

(9) *In Enchirid. c. 110.*

rum

Digitized by Google

rum sit, ausum fuisse Margunium testimonio tanti Doctoris, (qui non alio Aerium ex capite damnat hæresis manifestariæ, nisi quòd utiles mortuis preces pro mortuis pernegavit) impium, ac detestabilem Opinionem suam defendere. At, inquit, Augustinus preces ejusmodi meras vivorum esse consolationes asseruit. O hominem nequam, Divorumque calumniatorem egregium! Nempe eo ipso in loco, quem contra Ecclesiæ utriusque suffragium producit Margu-
(10) d. c. 110. nius, (10) Augustinus hæc docet: *Ecclesiæ suffragia pro valde bonis gratiarum actiones esse, pro non valde malis propitiationes: pro valde malis nulla esse adjumenta mortuorum, sed qualescunque vivorum consolationes.* Hæc est Augustini sententia, hæc tanti Doctoris Theologia, hoc effatum ejusdem, Ecclesiæ nostræ penitùs consentaneum, quod si nobis non credit Margunius, aliusve Marguniano furore lymphatus, illud Græcè redditum videat penes Alexan-
(11) Ep. ad Chios pag. 23. lin. 30. drinum Meletium (11), agnoscatque, quàm cæca perfidia sit, quam Veritas manifesta non erudit, sed infamat.

SECTIO VI.

Preces, & sacrificia non omnibus defunctis prosunt, sed certis.

SUMMARIUM.

I. *Constituitur Orthodoxa Conclusio, & ejus pars prima probatur.*
II. *Adducitur Græcorum authoritas, & explicatur Chrysostomus.*
III. *Proponitur secunda conclusionis pars, & Photianorum sententia.*
IV. *Inconstantia Meletii, & Severi.*
V. *Probatur, damnatis non prodesse preces Ecclesiæ.*
VI. *Refutatur prima Photianorum responsio, & confirmatur conclusio.*
VII. *Refutatur secunda eorundem responsio, & redditur ratio, cur Ecclesia universim oret pro mortuis.*
VIII. *Objectio Nicetæ Pectorati ex Augustino, & Chrysostomo.*
IX. *Ea refellitur, explicato utroque Doctore.*
X. *Catechumenorum Varietas latè proposita.*
XI. *Objectio Meletii, & Aliorum ex Machabæis, Trajano, Falconilla, Theophilo, & aliis.*

I. SEcuti Augustinum, ejusque sententiam, quam modò retulimus, venerati, secundò dicimus contra Margunium: Sacrificia, jejunia, preces, ac stipes piè pro defunctis oblatæ non omnibus defunctis prosunt, sed iis tantùm, qui sine lethali noxa, sive criminum leviorum rei, sive pœnis expiatorum criminum debitis obligati diem obiere supremum. Hæc conclusio, quod à Photianis passim uti certum recipitur, adsumit: tres nimirum esse defunctorum classes, quarum altera eos complectitur, quos ἁγίους, ὁσίους, καὶ μακαρίους, *Sanctos, atque beatos vocamus*: altera pertinet ad eos, quos dicimus, ἀσεβεῖς, αἱρετικούς, ἀμετανοήτους, *impios, hæreticos, impœnitentes*. Tertia denique corum est, quos ἔχοντας ἐλπίδα, πίστει κεκοιμημένους, καὶ ἐν Χριστῷ τεθνεῶτας, *spem habentes, in fide dormientes, in Christo mortuos appellamus*. Hos dicimus è precibus, cæterisque proximè enumeratis certissimam capere utilitatem. At primis, atque secundis, quod attinet ad auxilium, opemque, preces has nostras esse censemus inutiles. Solent autem Photiani, quippe qui sciunt, & apprimè cognoscunt, utiles ab Ecclesia nostra doceri liturgias, preces, ac stipes oblatas pro mortuis in alterutram abire sententiam, ut vel adserant prodesse Sanctis preces Ecclesiæ, vel dicant utiles esse vel impiis, quò proniùs, præsentiùsque, quod illaturi sumus, amoliantur. Sed utraque sententia pari stoliditate laborat, adsumiturque non aliam ob causam, nisi, ut argumentum pro Purgatorio inferiùs proponendum per fas, & nefas eludatur. Et, quod ad primam attinet, utriusque Ecclesiæ dogma est constantissimum, preces conceptas pro beatis Sanctorum animis, ipsis, quod spectat ad veniam, auxilium, opemve, esse prorsus inutiles, sed nostram potius utilitatem respicere. Quare superiùs (1) Augustinus ajebat: *Suffragia pro valde bonis esse gratiarum actiones.* Id, quod Photianorum quorundam ineptias castigat objicientium ex Liturgia nostra (2) notissima illa. Ἔτι προσφέρομέν σοι τὴν λογικὴν ταύτην λατρείαν ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων προπατόρων, πατέρων, πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, κηρύκων, εὐαγγελιστῶν, μαρτύρων. *Item offerimus tibi rationale hoc obsequium pro his, qui in fide requiescunt, Majoribus, patribus, Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Prædicatoribus, Euangelistis, Martyribus, &c.* Nam hæc nihil pro Sanctis, Divisque postulant, potius nobis Sanctos invocant adjutores. Rectè (3) Cabasilas his verbis. Ταῦτα τὰ ῥήματά ἐστιν, ἐν οἷς οὐδεμία περιέχεται ὑπὲρ τῶν ἁγίων πρὸς Θεὸν ἱκεσία, οὐδὲ εὔχεται αὐτοῖς ὁ ἱερεὺς τῶν εἰωθότων οὐδὲν, ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων κεκοιμημένων πιστῶν μνημονεύσας εὐθὺς προστίθησι τὴν ὑπὲρ αὐτῶν εὐχήν· καὶ ἀνάπαυσον αὐτούς, φησίν, ὅπου ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου· ἐπὶ δὲ τῶν ἁγίων τοὐναντίον ἅπαν, οὐ γὰρ πρεσβείας ὑπὲρ αὐτῶν ποιεῖται, ἀλλ' αὐτοὺς μᾶλλον προβάλλεται πρέσβεις· εἰπὼν γάρ, καὶ ἀριθμήσας τοὺς ἁγίους, ἐπάγει, ὧν ταῖς πρεσβείαις ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ὁ Θεός. *Hæc verba sunt, in quibus nulla continetur pro Sanctis supplicatio, nec eis Sacerdos quidquam consuetum precatur; sed aliorum quidem fidelium, qui dormierunt, agens memoriam confestim pro eis preces adjicit: fac eos, inquit, requiescere, ubi lumen vultus tui respicit. In sanctis verò oppositum omnino considerandum contingit. Non enim pro eis veluti legatus interpellat, quin potius intercessores eos statuit. Enunciatis enim sanctis subdit: quorum precibus adjuva nos Deus.* In quem sensum intelligendi sunt Patres, qui vel pro Martyribus orasse se dicunt, ut (4) Cyprianus pro Celerina, Laurentio, & Ignatio. (5) Cajus Pontifex pro nepte Susanna: vel pro Sanctis orandum esse pronunciant, quemadmodum, inter Nostros, asseverant (6) Cyrillus Hierosolymitanus, & (7) Epiphanius.

(1) In enchir. d. c. 110.
(2) In Liturg. Chrysost. post consecrat.
(3) In explic. Liturg. ad ea verba.
(4) Ep. 5. lib. 4.
(5) Ciaccon. in ejus vita.
(6) Catech. 5. mystag.
(7) hæres. 75.

II. Re namque ipsa, ut bene docet (1) Bulgarus noster. εἰ ἅγιοι ἐμᾶς τίποτες δὲν μᾶς χρειάζονται, ὅμως, καθὼς ἐγγίζαμεν εἰς τὴν ἑρμηνείαν τῆς μεγάλης τελετῆς, διὰ τρία πράγματα μνημονεύονται εἰς τὴν

(1) In d. Catechef. pag. 157. post med.

Digitized by Google

εἰς τὴν λειτουργίαν· διὰ αὐτὸ ὅπου μεσιτεύουν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ λόγου μας· διὰ νὰ τοὺς δίδωμεν καὶ ἡμεῖς ἀντιστρόφως τὴν τιμὴν, καὶ τὴν δόξαν, ὅπου τοὺς ἔπρεπε, καὶ διὰ νὰ τοὺς μιμούμεσθεν· καὶ νὰ μεθέξωμεν ὅσον τὸ δυνατὸν τοῦ ἁγιασμοῦ τους. *Sancti nobis omnino non indigent. Tamen, quemadmodum delibavimus, ubi Magnam deprecationem interpretati sumus, tres ob causas eorum memoriam agimus in liturgia. Propterea quòd pro nobis Deum interpellant; ut nos etiam vice versa honorem, & gloriam, quæ illis debetur, reddamus; utque illos imitemur, & sanctimoniam ipsorum, ut fas est, consequamur.* Sic Bulgarus, cujus ex interpretatione verissima Ecclesiæ nostræ Ritum hunc scimus eò collimare, ut commemoratione illa, Sanctorum gloria glišcat in nobis, augeaturque non in se, sed in nobis, atque adeo non ipsis preces illæ prosint, sed nobis, quibus per preces illas patronos paramus in Cœlo, præsto futuros necessitatibus Nostris ob liberalissimam gratitudinem ex precibus illis, sive potiùs laudibus, amicè conceptam. Quo fit, ut ritè dici possit, palamque adseri, quod Prodromus (2) dixit, adseruitque. τὰ μνημόσυνα τῶν ἁγίων ἐν ταῖς ἱεραῖς λειτουργίαις ὑπὲρ μὲν ἡμῶν εὐχαὶ εἰσί, ἐκείνοις ἔπαινοι. *Commemorationes Sanctorum, quas in sacris Ministeriis agimus, pro nobis preces esse, pro illis laudes*, quando non illis aliquid petimus, sed, Deo propositis ipsorum meritis, nobis ipsorum petimus patrocinium. Hinc (3) Augustinus affirmat, injuriam facere Martyri, qui orat pro Martyre; quod effatum non pugnat, ut putat (4) Coressius cum effatis (5) Chrysostomi dicentis, etiam pro Sanctis eleemosynas esse erogandas: *putas, inquit, eum maculis inquinatum? da illi sua, ut illis se à maculis detergat: putas in justitia decessisse? præbe ipsi tua, ad mercedis, & retributionis adjectionem.* Ibi enim commodè Chysostomum interpretabimur ita, ut Augustino consentiat, si dicamus loqui de gloria, mercede, ac retributione, quæ dicuntur accidere, non deberi. Debita enim Gloria, & merces piorum, quam præliares Theologi *essentialem* appellant, quæque in Visione ipsa Dei, pro ratione, modoque meritorum tanta, talique sita est, à Nostris operibus non dependet, nec petitionibus nostris augeri potest, operibus ipsis Beatorum, cùm viverent, & constitutæ, datæque Sanctis Gratiæ debita; cùm tamen illis extrinsecùs accidere possit gloria, sive hæc habeatur ex religioso cultu, quem Sanctis præstamus, sive ex temporario animorum gaudio, quod nempe percipiunt, vel ab ipsa extima Gloria, vel ab utilitate nostra: Quod sanè gaudium ritè dicitur merces, ac retributio, quia veræ, præcipuæque, ac principali mercedi accedit, quando, quemadmodum quod accedit, sequitur naturam rei principalis, ita non immeritò ejusdem & nomen consequitur.

(2) de Interpret. ad Cano. Pœnit. S. Basil.
(3) Ser. 17. de Verb. Apost.
(4) Ep. 1. ad Coryd. de Purg.
(5) Hom. 33. in Matth.

III. Sic igitur sacrificia, preces, ac stipes pro defunctis oblatæ, beatis piorum animis, quod attinet ad veniam, certumve aliud, & perenne bonum nil prosunt; suntque extra aleam primæ mortuorum Classis, ut vel ipsi Photiani fatentur, si quospiam ignorantissimos, ipsisque Photianis damnatos excipias, qui proinde non tanti habendi sunt, ut ulteriùs huic veritati penes Nostros omnes certissimæ confirmandæ operam inutilem impendamus. De altera Classe res anceps magis, ac dubia videbitur Photianos Doctores legenti, quando in ea constituenda quàm ineptè, tam subdolè sensa Theologiæ suæ abdunt, celant, tricisque de industria involvunt, ut & difficultatem evadant, seque à censura impietatis abstineant. Apertissimè in iis, quæ superiùs dedimus, affirmat Margunius (1), si mortuis utiles preces dicamus nostras, vel damnatorum Manes, æterno licèt addictos igni, precibus vivorum juvari. Ante Margunium etiam idipsum Nicetas (2) Pectoratus Studites Monachus docuit; post quem tum Philotheus (3) tum Xanthopulus (4) eidem sententiæ subscripsere: nec dubito, quin etiamnum sint inter Photianos quàmplurimi, quorum cerebrosa dementia affirmare minimè vereatur, utiles vel Damnatis preces, quas pro mortuis fundit Ecclesia. Sunt tamen inter eosdem, qui hoc idem neque inficiantur, nec dicunt. Ajunt pro omnibus Ecclesiam orare, nemine excepto: Si inferas: ergo pro iis etiam, quos criminum ante obitum non pœnituit; nihil respondent. Tibi ex illa assertione quidlibet inferendi faciunt amplissimam potestatem, hoc solum rati sibi superesse, si dicant, Augustino viro doctissimo teste, pro omnibus Ecclesiam preces profuturas concipere. Hos inter numerato Meletium (5) Alexandrinum Patriarcham, qui effatum Augustini producens totus est in his verbis: ὅτων αἱ θυσίαι, εἴτε τῆς ἱερᾶς τραπέζης, καὶ αἱ τῶν οἱωνῶν ἐλεημοσυνῶν ὑπὲρ τῶν βεβαπτισμένων κεκοιμημένων ἁπάντων (λέγει διὰ πάντων) προσφέρονται, ὑπὲρ μὲν τῶν ἀγαθῶν· καὶ τὰ λοιπά. *Cùm Sacrificia, & Sacræ mensæ, & quarumcunque Eleemosynarum pro baptizatis mortuis omnibus (dicit pro omnibus) offeruntur. Pro bonis quidem, &c.* Meletio adde Severum (6) adeò inconstantem, ancipitem adeò, ut eadem planè referat cum Meletio. Uterque tamen hæc ita constituit, ut, cùm ea confirmat, vel palam adserat ipsis Damnatis preces prodesse, vel palam id asserat, unde hoc ipsum infertur, inficiatus interim hoc ipsum, quod infertur.

(1) d. c. 39. Antirrhet.
(2) Orat. 2. contra Latinos.
(3) Orat. 5. de lum. Thabor.
(4) In Synag. de Orat.
(5) d. Ep. ad Chios pag. 23. lin. 35.
(6) d. diss. 4. pa. 51. lin. ult.

IV. Sanè utroque hoc Authore, ut in cæteris, ita in hoc loco nihil stolidius: Ridere subvenit eos legenti; adeò certa incertis miscent, approbant, quod reprobarant dudum, quod inficiati sunt, asserunt: tantâ simul & ignorantiâ, & audaciâ, & incostantiâ, ut in ore ipsorum confusio loqui ipsa videatur. Sed à nobis infra Meletius vapulabit, nunc Severum audiamus. Ait (1), Ecclesiam non orare pro impiis, & Hæreticis, illisve Christianis, quos ne in vitæ quidem exitu criminum patratorum pœnituit, de quibus nulla spes est: οὐχὶ δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀσεβῶν, καὶ αἱρετικῶν, ἀλλ' οὐδὲ ὑπὲρ τῶν χριστιανῶν ἐκείνων, τῶν μέχρι τέλους ἀμετανοήτων, ὑπὲρ ὧν οὐδεμία ἐστὶν ἐλπίς. ex quo rectà sequitur, preces Ecclesiæ prodesse non posse damnatis post mortem hominibus, atque Erebo addictis. Hoc tamen ubi palam constituit, mox totis viribus probare contendit, posse precibus Ecclesiæ fieri, ut vel ab Erebo liberentur damnati animi, Manesque impiorum, hæreticorum, eorumque, quorum pertinax in crimine exitus: id, quod exemplis, & rationibus confirmat, præsertimq; verbis Christi (2) dicentis: πάντα, ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῇ προσευχῇ ὑ-

μῶν

(1) Ibid. pag. 52. lin. 10.
(2) Matt. c. 21. nu. 22.

Digitized by Google

μὴν πνεύματι, λήψεσθε, καὶ πάλιν. ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου τὸν πατέρα μου, δώσει ὑμῖν. *Omnia, quæcunque petieritis in Oratione vestra credentes, accipietis: & iterum* (3): *quæcunque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Quapropter tandem sic (4) colligit: Διότι ἐπειδὴ καὶ οὔπω ἔγνω μέχρι τοῦ νῦν ἡ τελεία ἀπόφασις, καὶ καθόλου, κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν, ὁ ᾅδης δείκνυται ἀνοικτὸς, καὶ ἡ ἄπειρος εὐσπλαγχνία ἑτοίμη πρὸς τὸ ἐλεῆσαι. διὰ τοῦτο αἱ ψυχαὶ οὐ μόνον λαμβάνουσιν ἄνεσιν, καὶ παράκλησιν διὰ τὰς ὑπὲρ αὐτῶν πρὸς Θεὸν γινομένας εὐχὰς, ἀλλὰ καὶ παντελῆ ἐλευθερίαν, καὶ λύτρωσιν τῆς κολάσεως. *Quartum, quòd, cùm nondum sit lata ultima sententia contra peccatores, Inferi censentur reclusi, atque infinita Clementia ad præstandam misericordiam parata. Propterea animę non solum Consolationem, & veniam recipiunt ob preces, quæ Deo pro ipsis offeruntur, sed omnino libertatem, ac redemptionem à damnatione.* Ex quibus palam deducitur, vel ipsis Manibus æterno addictis supplicio preces nostras esse perutiles. Quod sanè idipsum est, quod hic acerrimè impugnamus, rati pestilentissimum dogma esse non solùm, si asseras cum Margunio, vel pro Juda, vel pro Cacodęmone orari Deum posse, quo tandem eos pœnis absolvat, verùm etiam, si cum cæteris Photianis dicas, orandum esse pro omnibus, hoc est etiam pro iis, quos lethaliter noxios mors inopina, vel incuriosa deprehendit. Id, quod unico argumento, quod addimus, evinci posse remur.

(3) *Joan. ca. 16. nu. 23.*
(4) *Ibid. pag. 53. lin. 28.*

V. Ubi spes nulla salutis est, otiosa est deprecatio, inutiles preces, planèque labor omnis supervacaneus: at spes nulla salutis superest iis, qui gravissimorum criminum rei, nullâq; pęnitentiâ redempti periere: igitur pro illis otiosę sunt preces, adsumptique labores supervacanei. Propositio manifesta est, nam, ubi nulla spes est finis habendi, quidquid ut instrumentum adsumitur, otiosum est, quemadmodum omnes norunt, & ratio ipsa palam decernit: Porro deprecatio, & quodlibet aliud, de quo hìc sermo, ut instrumentum adsumitur habendæ salutis animorum, pro quibus orandum est: quapropter, si ea salus deplorata sit, quippe quæ haberi non potest, quidquid ad illam habendam adsumitur; atque adeò ipsa deprecatio erit prorsus inutilis. Jam Adsumptio argumenti controversiæ obnoxia esse non potest: Etenim certissimum est eos, qui lethali noxa contractâ, nondumque expiatâ, supremum obeunt diem, ad salutem nullo pacto posse pervenire. *Si ceciderit*, (1) inquit, *lignum ad austrum, ibi manebit*, quæ verba non ex Patribus aliquis, quem corruptum mentiamini, sed vester ille (2) Palamas sic enucleat. ὅτι δὲ τὸ ξύλον ὁ ἀμετανόητος ἁμαρτωλὸς ξηρανθεὶς ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ μεμονωθεὶς τῆς χάριτος, ἥ ἐστι ζωὴ τῆς ψυχῆς· οὗτος, ὅπου πέσοι ἀποθνήσκων, ἐκεῖ αἰωνίως διαμένει μετὰ τοῦ Διαβόλου, καὶ Φαραὼ, καὶ Ἰούδα· ὧν οὐκ ἔστιν ἐλπίς. *Est autem lignum is, quem criminum haud pœnituit peccator, arefactus in crimine, ac sejunctus à Gratia, quæ est vita animæ. Hic, ubi ceciderit moriens, ibi æternùm manebit, cum Diabolo, Pharaone, & Juda, quorum nulla spes est.* Et, ne quid reliquum Palamas faceret ex iis, quæ proximè dedimus, illico subdit. διὰ καὶ ὑπὲρ αὐτῶν οὐκ εὐχόμεθα, οὐδὲ γὰρ ὄφελος αἱ ἱκεσίαι παρέχουσι τοῖς αἰωνίως εἰς κόλασιν καταδικασθεῖσι, καὶ τοῦ ᾅδου μὴ δυναμένοις ἐξελθεῖν. *Quare nec pro his preces concipimus: neque enim utilitatem ullam supplicationes præstant pœnas nactis æternas judicio Dei, quare Erebo egredi nunquam quibunt.* Quòd si hæc vera sunt, sunt autem verissima nobis quidem, quia hæc cum (3) Augustino Patres omnes constituunt, ac tota profitetur Ecclesia; vobis verò, quia recipit Palamas, & cum Palama Photianorum plerique; hi etiam, qui dubitant, præter Margunium, omnes. Si inquam hæc vera sunt, jam, quod proponebamus, evicimus, constatque tum Ignorantia Meletii, tum Inconstantia Severi, atque ipsa in primis impietas Margunii ausi Græciæ credendum proponere, quod Græcia prima omnium in Origene reprobato damnavit. Vide, quæ scribat (4) Epiphanius, quæ doceat (5) Hieronymus, quæ confirmet (6) Gregorius, quæ ipse (7) Augustinus accuratè constituat. Hoc (8) authore scies, æternum fore supplicium tum Malorum, tum Dæmonum, quemadmodum æternam vitam Justorum; quando verbum divinum est, quod (9) edicit. ὁ διάβολος ὁ πλανῶν αὐτοὺς ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς, καὶ θείου, ὅπου τὸ θηρίον, καὶ ὁ ψευδοπροφήτης, καὶ βασανισθήσονται ἡμέρας, καὶ νυκτὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. *Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulfuris, ubi bestia, & Pseudopropheta cruciabuntur die, ac nocte in sæcula sæculorum.* Hoc (10) magistro cognosces non solum Dęmonum malorum, sed & hominum, neque Ethnicorum tantùm, sed & Christianorum, nec Hęreticorum dumtaxat, sed & Orthodoxorum, si criminosè vitam peregerint, neque expiaverint ante obitum crimina, pœnas æternas esse, quando aperta sunt verba Pauli (11) dicentis: μὴ πλανᾶσθε. οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε κλέπται, οὔτε μέθυσοι, οὔτε λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. *Nolite errare, neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.* Denique hoc (12) Doctore percipies, deploratam esse salutem omnium eorum, quos noxa lethali graves nunquam finiendo torquendos supplicio decretus criminosis Avernus absorbuit, quando Numinis effatum est, quod palam (13) affirmat: *nullam esse in Inferno redemptionem.*

(1) *Eccles. c. 11. n. 3.*
(2) *In Epi. 1. ad Thessal.*
(3) *In Enchir. d. c. 110.*
(4) *Ep. ad Jo. Hierosol. Iter Ep. Hieron.*
(5) *In c. 3. Jon. Apol. 2. cōtr. Rufin. lib. 2. contr. Pelag. Epist. ad Pāmach. de erro. Jo. Hierosol. Cōm. in verb. ult. Isai. & alibi.*
(6) *Lib. 9. mor. c. 45. & seq. lib. 34. c. 12. & seq.*
(7) *Lib. 21. de Civit. c. 17. & 23.*
(8) *d. lib. 21. c. 18. & 24.*
(9) *Apocal. c. 20. n. 9. 10.*
(10) *d. li. 21. c. 19. 20.*
(11) *1. ad Corinth. c. 6. n. 9. 10.*
(12) *d. lib. 21. c. 25. & 26. Enchirid. c. 68. lib. de fid. & op. c. 14. & 16 & q. 1. ad Dulcitiū.*
(13) *Canitur ab utraq. Ecclesia.*

VI. Non ita, inquit, reddenda verba Ecclesiæ sunt. Corrupistis Latini Scripturas. Non dicitur ibi: *in Inferno nulla est redemptio*, sed ἐν τῷ ᾅδῃ οὐκ ἔστι μετάνοια. *in Inferno non est pœnitentia.* Nempe hæc prima Photianorum responsio. Hanc tamen assumimus, unâque cum illis asserimus, neque mereri, neque contra posse animos à corpore separatos. Ita docet Ecclesia primò ex (1) Ecclesiastico: οἱ νεκροὶ εἰσὶ γινώσκοντες οὐδὲν, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἔτι μισθός. *mortui nihil noverunt amplius, nec habent ultra mercedem*: quæ in hanc sententiam producit (2) Hieronymus. Secundò ex (3) illis: ἁγίασον τὴν ψυχήν σου, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν ᾅδου ζητῆσαι τροφήν: *ante obitum tuum operare justitiam, quia non est apud inferos invenire cibum*, ad quæ vide (4) Bernardum. Tertiò (5) ex illis ἔρχεται νὺξ, ὅτε οὐ-

(1) *c. 9. n. 5*
(2) *In eū locū Eccl.*
(3) *Ecclesiast. c. 14. n. 17.*
(4) *Serm. 49. ex parvis.*
(5) *Joan. c. 9. n. 4.*

δεὶς

Digitized by Google

ἐν ᾗ οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι: *venit nox, in qua nemo potest operari*, quæ explicant (6) Origenes, (7) Augustinus, (8) Chrysostomus, (9) Euthymius (10) Theophylactus, (11) quem cum (12) Ambrosio, & (13) Augustino, vide alibi, hoc ipsum solidissimè comprobantem. Quo fit, ut citra controversiam sit, quod assumimus, animos à corpore separatos mereri, aut contra non posse, unde sequitur, eosdem pœnitere non posse. Hinc tamen Latina sententia statim infertur. Nam, si ex iis, qui post mortem damnati sunt, nemini licet suorum criminum utiliter pœnitere, sequitur neminem redimi posse, ea si crimina sint, quæ criminosum hominem inimicum Numini faciunt. Neque enim puto Christianum aliquem esse, sit ille licèt Photianus, sit ipse Margunius, qui posse existimet, æternæ aliquem fieri participem Beatitatis post patrata crimina, nisi eum patratorum criminum aliquando pœniteat. Nam criminosus, sine pœnitentia facinorum suorum, justitiam non consequitur, juxta (14) illa: ἐὰν μὴ μετανοῆτε, πάντες ὁμοίως ἀπολεῖσθε: *nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis*: & illa Petri (15) μετανοήσατε, καὶ ἐπιστρέψατε, εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας: *pœnitemini, & convertimini, ut deleantur peccata vestra*. Quod confirmat Apostolus his (16) verbis, ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει: κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς. *Ignoras, quia Benignitas Dei ad Pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ*. Quæ tandem ipse Servator sic apertè (17) constituit: μνημόνευε, πόθεν ἐκπέπτωκας, καὶ μετανόησον, καὶ τὰ πρῶτα ἔργα ποίησον· εἰ δὲ μή, ἔρχομαί σοι ταχὺ, καὶ κινήσω τὴν λυχνίαν σου ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς: *memor esto, unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: sin autem, veniam tibi citò, & movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris*. Unde (18) Augustinus sapientissimè conficit: *nec quemquam putes ab errore ad veritatem, vel à quocunque, seu magno, seu parvo peccato, ad correctionem sine pœnitentia posse transire*. Cùm igitur nec scelestus Salutem adipisci queat, quin resipiscat priùs, neque post mortem resipiscendi sit locus, colligitur manifestè, eum, qui vivens minimè resipuit, haud consequi Salutem posse: ac proinde post obitum, quod Latina interpretatio præsetulit, redimi à decretis duraturo semper peccato pœnis neminem posse. Propterea monet (19) Siracides: μὴ μείνῃς ἕως θανάτου δικαιωθῆναι, *ne verearis usque ad mortem justificari*: nimirum quia post mortem justificari non poteris: & (20) Angelus ille, qui pede altero terram, mare altero complexus apparuit Joanni ecstasim passo: ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, ὅτι χρόνος οὐκ ἔσται ἔτι: *juravit per viventem in sæcula sæculorum, qui creavit Cælum, & ea, quæ in eo sunt, & terram, & ea, quę in ea sunt, & mare, & ea, quæ in eo sunt, quia tempus non erit amplius*: post mortem scilicet, quo vita functos utiliter criminum suorum pœniteat. His consonant illa (21) Parœmiastæ: ἔσται γὰρ, ὅταν ἐπικαλέσησθέ με, καὶ ἐγὼ οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν: *tunc invocabunt me, & non exaudiam, manè consurgent, & non invenient me*, & illa (22) Psaltę: *clamaverunt, nec erat qui salvos faceret, ad Dominum, nec exaudivit eos*. Denique illa (23) Parabolæ penes Matthæum, & clariùs penes (24) Lucam: ἀφ᾽ οὗ ἂν ἐγερθῇ ὁ οἰκοδεσπότης, καὶ ἀποκλείσῃ τὴν θύραν, καὶ ἄρξησθε ἔξω ἑστάναι, καὶ κρούειν τὴν θύραν λέγοντες, κύριε, κύριε ἄνοιξον ἡμῖν· καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστέ. Τότε ἄρξεσθε λέγειν, ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου, καὶ ἐπίομεν, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἡμῶν ἐδίδαξας· καὶ ἐρεῖ, λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστέ. ἀπόστητε ἀπ᾽ ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας. *Cùm intraverit pater familias, & clauserit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare ostium dicentes, Domine, Domine aperi nobis: & respondens dicet vobis: nescio vos, unde sitis. Tunc incipietis dicere: manducavimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti: & dicet; dico vobis, nescio vos, unde sitis, discedite à me omnes operarii iniquitatis*, &c. Nempe hæc docent, imò hæc passim Sacræ Paginæ testantur, affirmatèque constituunt; post mortem, neque Salutis ullam spem esse iis, quos ante mortem criminum minimè pœnituit, nec locum ullum, potestatemve utiliter resipiscendi. Quo fit, ut pro his neque oret, neque orare possit Ecclesia. Quid enim his orans petat Ecclesia? Salutem? at hæc penitùs deplorata est; Gratiam Numinis? at hæc peccatori tribui non potest, nisi aut emendato, aut ut emendetur, quod vel in obitu criminosis nefas utrumque est. Gloriam mercedis æternæ? Scilicet impiis? Sed hoc denique summæ impudentiæ esset: nam, cùm vos ipsi Photiani inter peccata, quæ contra Spiritum Sanctum dicuntur patrari, illud in primis (25) recenseatis τὸ λογίζεσθαι χωρὶς, τὸ σωθῆναι χωρὶς καλὰ ἔργα: *ut quis existimet, se salutem sine meritis consecuturum*, non ne id criminis Ecclesia committeret non existimans tantùm, verùm etiam facto ipso probans, posse quempiam, sine ullis meritis, imò cum gravissimis culpis, Salutis compotem fieri?

VII. At, inquiunt, Ecclesia precatur pro omnibus, pro Judæis etiam, atque Ethnicis. Ita sanè; pro vivis tamen, ut ante obitum Christianam, Orthodoxamque religionem amplexi per bona mox opera, ut verbis Petri (1) utar, *per bona opera certam vocationem suam, & electionem faciant*. Nam, ut Apostolus (2) Paulus docet, πᾶν, ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν: *omne, quod nō est ex fide, peccatum est*: nimirum, quia quidquid ab Ethnico sive infido homine fit, sive criminosum fit, sive naturaliter bonum, perinde est, quod attinet ad Salutem; quando si criminosum, pœnam meretur; si naturaliter bonum, nullum prodest ad premium. Hoc igitur precibus Deum flagitat Ecclesia pro Judæis, Ethnicisque Orans; pro quibus vita functis adeò Ecclesia neque orare fas ducit, ut (3) Prodromus ante (4) Balsamonem vestrum, & (5) Palamam, & (6) Callistum, & (7) Nicolaum Atheniensem, obnoxios anathemati censeat Presbyteros, qui preces fuderint ὑπὲρ τῶν δυσσεβῶν ἀποθανόντων, καὶ χριστιανομάχων Ἰουδαίων τεθνεώτων. *Pro Ethnicis impugnantibus Deum, & Judæis pugnantibus contra Christum defunctis*. Licet pro Ethnicis, ac

E Judæis

(6) In Ps. 36.
(7) In c. 9. Joan.
(8) In c. 9. Joan.
(9) In d. c. 9.
(10) In eundem Locum.
(11) In d. c. 9.
(12) In c. 12. Lucæ.
(13) In d. c. 12. Lucæ.
(14) Luc. c. 13. n. 5.
(15) Act. c. 3. n. 19.
(16) Ad Rom. c. 2. n. 4.
(17) Apocal. c. 2. n. 5.
(18) Epi. 48. ad Vincent. in fin.
(19) Ecclesiast. c. 18. n. 22.
(20) Apocal. c. 10. n. 6.
(21) Prover. c. 1. n. 28.
(22) Psal. 17. v. 42.
(23) Matth. c. 25. à n. 31.
(24) Luc. c. 13. nu. 25.
(25) Bulgar. in Catech. p. 217. in med.
(1) 2. Ep. c. 1. n. 10.
(2) Ad Rom. cap. 14. n. ult.
(3) De Interpr. ad d. Can. Pan. S. Basil.
(4) In Respon. ad Episc. Cypri.
(5) In d. Ep. 1. ad Thessal.
(5) In Tropario.
(7) In Explic. Missæ. Ad Diptycha Mortuorum.

Judæis non oret Ecclesia: Orat attamen pro Christianis, atque Orthodoxis omnibus omnino, ait (8) Meletius, confirmatque (9) Severus verbis ipsius Ecclesiæ nostræ dicentis: ἀνάπαυσον Κύριε τὰς ψυχὰς πάντων τῶν προαναπαυσαμένων πατέρων, καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν, τῶν ἐνθάδε κειμένων, καὶ ἁπανταχοῦ ὀρθοδόξων χριστιανῶν. *Compone, Domine animas omniũ, qui jampridem quievere, Patrum, ac fratrum nostrorum, hic jacentium, & omnium ubique Orthodoxorum Christianorum, &c.* Sanè mirari haud satis possum hos homines, qui nobis objiciunt, quod ipsi in primis solvere. Nam (11) Meletius eo ipso in loco, itidemque Severus affirmant Ecclesiam nostram orare quidem pro omnibus, tamen τῶν φανερῶς ἀμετανοήτων ἀπερχομένων ἐξαιρουμένων, exceptis iis, qui palam non acta pœnitentia diem obiere. Causa autem, ob quam κοινῶς, καὶ καθόλου Ecclesia orat pro omnibus Christianis, atque Orthodoxis, ea est, quam omnes indigitant, quòd nimirùm anceps, incertumque sit, & planè obscurum, quinam in charitate decesserint. Novit Ecclesia Christi prudentissima Sponsa Dei judicia multam abyssum esse: Scit quandoque repentè raptos homines, licèt criminosos palam, clam in ipso mortis momento dolore cordis intimo, ac perfectissimo, quem contritionem appellamus, veniam fuisse criminum meritos, alios verò etiam in manifestarla virtute defunctos arcana ex impietate, secretisque prorsus criminibus perditos: quò fit, ut pro omnibus oret, omnes Clementissimo Domino pia Mater commendet, ne aut desit pietatis officio, cùm locus est divinæ Clementiæ; aut de salute filiorum suorum judicet, eventus, quem fortè coram certissimo Tribunali sortiti sunt, non admodum certa: non oratura, si certò sciret aut damnatum aliquem, aut numero beatorum adscriptum. Hinc pro Sanctissimis viris non orat, nec preces fundit pro Juda, ut (13) Prodromus, & ex eo Nostri omnes affirmant, quòd illi quidem precibus non indigeant nostris, his autem preces nil nostræ prosint, utrorumque enim aut certa salus, & gloria, aut certa damnatio, & ex hac æterna Calamitas.

(8) d. Ep. ad Chios. p. 23. lin. 36.
(9) d. dissert. 4. pa. 42. lin. 20
(10) apud Sever. ib. pag. ead.
(11) Ibid. lin. 31.
(12) Eodem loco.
(13) Loco laudato.

VIII. Sed dices cum Pectorato, (1) hæc Augustino (2) repugnant dicenti: *Quibus prosunt suffragia, vel ad hoc prosunt, ut plena fiat remissio, aut tolerabilior sit ipsa damnatio.* Igitur & Damnatis preces Ecclesię proderunt, non sanè ut ab Erebo revocentur ad gloriam, sed ut in Erebo mitiora patiantur supplicia: inferiùs enim Augustinus concedit, mitigari precibus Ecclesiæ Damnatorum pœnas, sic: *Pœnas damnatorum certis temporum intervallis existiment, si hoc eis placet, aliquatenus mitigari, dummodo intelligatur in eis manere ira Dei, hoc est ipsa damnatio.* Quibus apertissimum est, concedi sponte ab Augustino Damnatis ferias aliquas tormentorum. Has porro quis neget precibus Ecclesiæ impetrari posse? Sic desperatæ Salutis hominibus opem ferre eleemosynas posse, videtur palam constitui verbis (4) Chrysostomi, qui, ubi docuit, orandum esse pro mortuis; subdit: *Verùm istud quidem de illis dicimus, qui in fide abscesserunt. Catechumeni verò neque hac digni consolatione censentur, sed omni hujusmodi sunt auxilio destituti, præter unum solum: quod autem illud? Pauperibus eorum nomine dare licet; unde illis non nihil refrigerii accedit:* ἀλλὰ τοῦτο μὲν περὶ τῶν ἐν πίστει παρελθόντων, οἱ δὲ κατηχούμενοι οὐδὲ ταύτης ἀξιοῦνται τῆς παραμυθίας, ἀλλ' ἀπεστέρηνται πάσης τοιαύτης βοηθείας, πλὴν μιᾶς· ποίας δὲ ταύτης; ἔνεστι πένησιν ὑπὲρ αὐτῶν διδόναι· τοῦτο ποιεῖ τινὰ παραψυχὴν αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα. Ecce Eleemosyna prodest Catechumenis, quos tamen, quippe nondum unda lustrali expiatos, æternæ reos esse Damnationis certum est. Hæc Pectoratus, cujus libros fuisse in Grecia damnatos, ac jussu Imperatoris Michaelis Paphlagonis publico incendio traditos, & quæcunque alia circa illum narrat (5) Humbertus Cardinalis Silvæ Candidæ penes (6) Baronium, mihi sanè non placent, neque ausim unquam, ut alibi dixi, ea Photianis objicere; pendent enim ab authoritate, uti dicimus IC, singulari hominis unius sua laudantis, quæ nullus Græcorum descripsit, ut ut acta dicantur in Græcia, non Curopalates, non Zonaras, non Glycas, non Cedrenus, sed ne ipse quidem Cerularii Biographus, penes quem prolixè describitur Leonis IX. Legatio. Addo penè omnia Pectorati Opera superesse, & is præsertim liber, qui philosophatur de Azymo, ut in loco patebit, testanturque (7) Nectarius Patriarcha Hierosolymitanus, egregiè ultus hanc fabulam, cæterasque, quæ ex Humberti Commentariis Apocryphis producuntur contra Cerularium, virum meo etiam judicio pervicacem, & impium, non tamen fabulis impugnandum, ne Photiani rideant, soliti vel certa, nedum dubia, & incerta, penitùs deridere.

(1) Orat. 3. contra Latinos.
(2) in Enchir. cap. 110.
(3) Ibid. c. 112.
(4) Hom. 13. ad Epist. ad Philip.
(5) In relat. suæ Legat.
(6) Ann. 1054. à n. 17.
(7) In Antirrh. ad Theses Fratrum Hierosolymis. pa. 26. à lin. 30.

IX. Hinc neque illos ex Nostris laudo, qui hæc Pectorati argumenta, quasi vel à Photiana Græcia damnata fuerint, nulla responsione dignantur: quin imò illis maximè respondendum esse censeo, ac re ipsa facili negotio respondeo. Nam primus locus Augustini apertè agit de iis, qui post obitum pœnas temporarias luunt, quas Damnationem appellat, jure scilicet optimo: Damnantur enim post obitum animæ quædam, addicunturque justâ sententiâ pœnis finem habituris, quæ nimirum precibus Ecclesiæ aut donantur omnino, aut aliquatenus minuuntur. Quòd autem ibi tantus Doctor hæc sentiat, constat ex eo, quòd trifariam divisis Mortuis, quosdam ait *valde bonos esse, quosdam non valde malos, quosdam valde malos*, & his quidem nullo modo prodesse preces Ecclesię, illis verò prodesse, cùm primi his non indigeant. Jam verò, si quæ mox addit, objiciunturque à Pectorato, in eam essent sententiam detorquenda, ut doceant, Ecclesiæ precibus fieri tolerabiliorem Damnationem valde malis, sibi repugnaret ipsi Augustinus. Etenim, si precibus Ecclesiæ valde malis tolerabilior Damnatio fit, preces Ecclesię ipsis prodessent, essentque non qualescunque dumtaxat vivorum consolationes, sed aliqua adjumenta mortuorum. Ne igitur sibi ipsi Augustinus dicatur contrarius (quod nemo gnarus Augustini dixerit) ita illa ejus verba intelligenda erunt, ut, quod afferunt, id non de valde malis, de quibus hìc agimus, sed de non valde malis afferant, de quibus mox disputabimus accuratè. Atque hæc, quod attinet ad primam Augustini sententiam, nam secunda à re, cui probandæ proponitur, longè peregrinatur. Ibi enim sum-

Digitized by Google

summus Theologus non agit de precibus fundendis pro Mortuis, tantùm docet, non fore absurdum, si dicas, puniri quidem æternùm damnatos Erebo animos; certis tamen temporum intervallis, ita, citra id, quod merentur, puniri, ut quandoque mitiora tormenta sint damnati hominis, qui tamen æternùm torquebitur. Hunc in modum eo in loco Augustinus, qui (1) alibi idipsum apertiùs, validiùsque constituit, quin de precibus, de quibus hic sermo est, quidquam affirmet repugnaturum iis, quę sępè docet, preces nimirum deploratæ salutis hominibus prorsus inutiles esse. Quod attinet ad Chrysostomum, ejus hæc sententia est: Ecclesiam non orare pro Catechumenis, sive, Supplicationes publicas neque haberi pro ipsis, neque haberi posse; quippe qui vel Fideles non sunt, vel Fideles appellari minimè merentur. Licere tamen eleemosynam, opem nimirum privatam Catechumeno conferre defuncto.

X. Hæc Chrysostomi germana sententia; quam tamen ut Photianorum ingenium stupidum, ac rude percipiat, norit, ex Catechumenis alios fideles mori, alios infideles: de illis loquitur (1) Innocentius III. & ante hunc (2) Ambrosius, minimè veritus Valentinianum Catechumenum, nondumque sacra Baptismi unda lustratum, Beatorum agminibus accensere. Idipsum docet (3) Augustinus, & post hunc (4) D. Thomas, Jo. (5) à Turrecremata, Alfonsus (6) Castrensis, Melchior (7) Canus, & (8) Bellarminus, quorum Calculo certum est, posse citra Baptismum saltem consequi Catechumenos fato functos, si tamen per ipsos non steterit, quo minus lustralibus undis abluerentur; præpediente lotionem sacram vel angustia temporis, vel alio quopiam; Et multò magis, si legitimo impedimento flagrans Baptismi accedat desiderium, quod ex Jure (9) Nostro, & Latino (10) superest ad salutem. Nempe si destinatio animi superest, ut Sacri Tyronis bona censeantur acquisita Cœnobio, propterea, quòd Tyro ea destinatione Monachus dicitur, ut docent (11) Cynus, & (12) Bartolus, probantque (13) Ancharanus (14), Butrius, (15) Stephanus (16) Gratianus, & (17) Surdius, penes quem alii contra meam, communemque sententiam, quam sequuntur (18) Menochius, & (19) Hondedęus: Multò magis flagrans desiderium Baptismi efficiet, ut Catechumenus dicatur Christianus. Hinc (20) in Trullana vestra Synodo, Photiani, de Catechumenis dicitur: Τὸ μὲ πρῶτον αὐτοὺς χριστιανοὺς ποιοῦμεν, ἔπειτα δὲ κατηχουμένους, εἶτα ἐξορκίζομεν αὐτούς: *primo die ipsos Christianos facimus, secundo verò Catechumenos, tertio exorcizamus*: quæ verba, ut eruditè notat (21) Magrius, difficilem sensum habent, nisi id sit *Christianum facere*, quod robustâ parænesi ad flagrantissimum Baptismi desiderium provocare, quo nimirum Catechumeni ad sacram lotionem destinentur, quoque ante lotionem ipsam mereantur Christiani nominis dignitatem. Quod si id flagrantissimi desiderii defuerit morienti Catechumeno, steteritve per ipsum, quo minus salutaribus Undis fuerit expiatus; is profectò neque Christiani nomine dignus est, atque omnino peribit, nisi eum fortassis moribundum negligentiæ pœnituerit. Atque in hoc sensu scripsit (22) Augustinus, *Catechumenum, licèt in bonis operibus defunctum, vitam æternam non habere, nisi Martyrium intercedat, in quo tota Baptismi sacramenta complentur*. Et alibi (23) *quantumcumque*, ait, *Catechumenus, sarcinam suæ iniquitatis portat, neque illi adimitur, nisi cùm venerit ad Baptismum*. Sæpè etiam (24) negat, Cornelium Centurionem, ut ut laudatum in sacris Paginis, talem fuisse, ut salvus esse posset, nisi per Sacramentum Baptismi corpori Ecclesiæ adderetur. Idem docet (25) Glossographus, cui adstipulantur doctissimè (26) Jo. Turrecremata, & (27) Bellarminus. Porro hunc in modum lata Catechumenorum divisio ad rem ipsam pertinet, reique ipsius veritatem, atque, uti dicimus, in foro animæ interiori: Nam, quod attinet ad forum exterius, nullum discrimen habet Ecclesia utrorumque. Scilicet universim utrosque extra gremium suum esse publicè censet, quemadmodum inter Latinos docent Juris peritissimi (28) Navarrus, Andreas (29) ab Exea, (30) Geminianus, (31) Decius, (32) Stephanus Cajetanus, & (33) Menochius, Theologi (34) verò Canus, (35) Bellarminus, (36) Suarius, (37) Henriquez, (38) Sanchius, & (39) Marius Alterius: at inter nostros (40) Diplovatacius, (41) & Lascares, (42) & Coressius ex verbis (43) Chrysostomi asserentis universim, Catechumenum à fide alienum esse, nihilque habere cum Christianô commune: ex Nazianzeno (44) docente, Catechumenum esse in vestibulo pietatis, neque adhuc vocari fidelem, ex Cyrillo (45) affirmante, id apud Christianos esse Catechumenos, quod non Apellæ penes Judæos. Hinc, ex Communi (46) DD. sententia, Catechumeni neque Constitutionibus ligantur Ecclesiæ, neque Anathematis pœna percelli possunt; quemadmodum Juris (47) authoritate probat (48) Ancharanus, Bonifacius (49) de Vitalinis, (50) Ruinus, (51) Marquardus, (52) Navarrus, (53) Ugolinus, & relatus Alterius (54) post Nostros proximè laudatos. Sic itidem à Sacramentis Vivorum rejiciuntur; id, quod de cæteris palam est, singillatimque de Eucharistia, ut constat (55) ex Augustino, cui Victorinus (56) Hugo subscribit; quidquid contra moliatur Innocentius III. Imo Eucharistiam ne videre quidem Catechumenis licet, ut ex Liturgia nostra manifestissimum dices, confirmatque (57) Basilius, post quem idipsum (58) Spencæus tradidit, atque eruditè prosecutus est (59) Covarruvias omnino videndus. De Matrimonio disputatur. Ostendi (60) tamen contra (61) Innocentium eundem, & alios aliquot, sentiendum cum (62) Covarruvias, verum esse matrimonium Catechumeni, non tamen ratum, licèt is Fidelis in foro animæ censendus sit: id, quod Græcis omnibus certum est, quorum Ecclesia neque publicam authoritatem impendit adhibitis cæremoniis matrimonio ejus, qui Christianus non est, nec ratum unquam censuit matrimonium eorum, quos ipsa solemni Ritu non coronasset. Jam ex his clara est Chrysostomi sententia nobis objecta. Negat illa Ecclesiam nostram orare pro Catechumenis fato functis, idque negat universim, quemadmodum Bracharense Concilium (63) celebratum sub Ariamiro, vel me-

(1) Lib. 21. De Civit. c. 24.

(1) In c. veniens de presb. non bapt. & in c. ad Apostolicam eo.
(2) In Orat. de obit. Valentin.
(3) Lib. 4. de Bapt. relat. in c. non dubito. de consf. dist. 4.
(4) In 4. Sent. dist. 4. qu. un. art. 2.
(5) In c. Si quis de consf. dist. 4.
(6) De just. hæret. punit. lib. 1. c. 8.
(7) In loc. Theologicis.
(8) De Eccl. milit. lib. 3. c. 3.
(9) Vide Lascar. in Excerpt. rit. de baptismo.
(10) c. majores ad fin. c. baptismi. 4. dist. d. c. ad Apostolicâ. c. debitū de Bapt. Trident. sess. 6. c. 4.
(11) In Auth. ingressi. C. de Sacr. Eccl.

(12) In d. auth. ingressi.
(13) In c. 2. de testam.
(14) In c. in præsentia. de probat.
(15) & (16) Decis. 35. n. 13. per tot.
(17) Decis. 303. n. 6.
(18) Cons. 396.
(19) Cons. 94. nu. 8. l. 1. de ratio. Ratæ. q. 12. n. 6.
(20) Can. 96.
(21) In Hierolex. dictio. Catechum.
(22) In c. Catechumenū. de cōs. dist. 4.
(23) Tract. 13. in Joan.
(24) Li. 1. c. 8. l. 4. c. [illegible] de Bapt.
(25) In c. 1. verb. sæpe domo. verit[e] si accederet. 30. q. 1. c. firmissimè. 11. q. 1. c. 3. de Ier. d. c. Catechumenum. verb. vitam.
(26) In d. c. si quis n. 1. vers. peccat.
(27) De Pœnit. li. 2. c. 14. in respo. ad object. 16.
(28) Cōm. de Jubil. not. 31. n. 48.
(29) In c. 1. n. 2. & 8. de constit.
(30) In c. audite. 54. dist.
(31) In d. c. 1. de cōst. n. 26. in 2. lect.

Digitized by Google

lius Theodemiro Rege, Anno Christi DLXV. teste (64) Baronio, idipsum vetat his verbis: *Placuit, ut Catechumenis sine redemptione Baptismi defunctis simili modo nec psallendi, nec oblationis impendatur officium.* Cùm enim Baptismus sit illud extimum signum, ex quo scire potest Ecclesia, quid spei esse possit de homine; ii, qui carent hoc signo, ut ut interiùs habeant, quò salutem consequi æternam possint, non censentur ab Ecclesia digni, quibus publicæ pietatis impendatur Officium, quod omnibus Christianis impenditur, & quidem assiduè, ut in Jure nostro patet ex dictis, & constat ex Concilio (65) Carthaginensi III, & IV. ex (66) Bracharensi II. ex (67) Florentino, & (68) Tridentino; queis adde (69) Cabilonense, & (70) Vvormatiense, (71) Aurelianense II. & Lateranense (72) sub Innocentio III. Imo universim Catechumenis sacro sepulcro interdicit Ecclesia, sicuti & abortivis, ut explicant, & probant (73) Antoninus, (74) Medina, (75) Durandus, quorum suffragio non licet Cœmiterium cadavere Catechumeno profanare. Adeò Ecclesia publica pietate indignos reputat Catechumenos, de qua una loquitur Chysostomus, cùm dicit nulla consolatione dignos esse, quippe omni auxilio destitutos, publico nimirum: nam privatim orare pro Catechumenis, quos nosti cum voto Baptismi discessisse, licet; quemadmodum licet vel Eleemosynam dare pro iisdem: id quod statim subdit aureus Doctor, quo Authore adeò non oppugnatur Orthodoxa sententia, ut potiùs confirmetur: nam, si Ecclesia, ne pro Catechumenis quidem, quorum non est certa damnatio, orat; quis putet probari posse, authore Chrysostomo, preces Ecclesiæ profuturas illis, quorum est desperata salus, aut certa damnatio?

XI. Aliud etiam nobis objicit argumentum (1) Meletius, dum locum illum Machabæorum, quem vulgò Latini pro Purgatorio producunt, Nosque ipsi produximus, contemptim, ut solet, in Purgatorium retorquet. Manifestum est ex eo loco, illos, pro quibus, collatione facta, duodecim Drachmarum millia misit Hierosolymam Judas, criminosos fuisse, atque in Sacrilegio defunctos: scilicet: *Εὗρον* ait (2) sacer historicus, *ἐκάστῳ τῶν τεθνηκότων ὑπὸ τοὺς χιτῶνας ἱερώματα τῶν ἀπὸ Ἰαμνείας εἰδώλων invenerunt sub tunicis eorum de donariis Idolorum; quæ apud Jamniam fuerant, à quibus Lex prohibet Judæos.* Sequitur ergo, posse pro vita functis in ipso crimine obsecrari Deum: atque adeò subsequitur, preces Ecclesiæ, vel ipsis damnatis prodesse. Hoc, ut sibi videntur, validissimè confirmant Photiani omnes, ante Philadelphiensem (3) Severum ex (4) Damasceno, penes quem damnatis quàmplurimis sanctissimorum vivorum preces profuere adeò, ut ab Erebo ipso ad Superos evolarint, mira sanè felicitate, quam ne fabulæ ipsæ quidem somniarunt, quarum (5) effato: *Facilis descensus Averni est: sed revocare gradum, superasque evadere ad auras, hoc opus, hic labor est.* Præcipui, quibus hic plusquam Rhodius saltus feliciter cessit, numerantur, Trajanus Magni Gregorii precibus, Falconilla piis lacrymis Theclæ, Ethnicus quidam sacrificiis Macarii Albo Beatorum adscripti mirâ catastrophe, quam iterasse dicitur Iconoclasta Theophilus, enitentibus tum Methodio Patriarcha, tum Theodora Augusta uxore: Quæ partim à Damasceno, partim ab aliis accepta Græci omnes, excepto (6) Coressio, recipiunt, cum Gennadio (7) Scholario P. C. (8) Glyca, (9) Zonara, (10) Palama, Marco (11) Ephesio, (12) Margunio, (13) Severo, (14) aliisque, quorum qui acriùs hæc Latinis objecit novissimè (15) Mitylenæus Antistes, in eo Libello (quo acutè sanè, sed impiè, ultus est importunam sinisteritatem Latinorum quorundam, qui in Græciam missi, ut Græciæ prosint, mirum in modum & Orthodoxæ fidei, & Græciæ universim obsunt) sic has historias, meliùs dixeris fabulas, proponit. Ποῖαι δ' εἰσὶν οἱ παρ' ἡμῶν λοιδοροῦντες, καὶ εἰωθότες λέγοντες τοὺς Ἕλληνας τὸ ψεύδεσθαι ἐν τῇ ἱστορίᾳ; (τοῦτο γὰρ συχνάκις προβάλλουσι) Φέρε, εἴγ' ἡμεῖς ταῦτα ψευδόμεθα, εἴδωμεν, καὶ ταῦτα ποῖα; Ἐν δὲ τοῦτο πρῶτον ψεύδεσθε, λέγετε, ὅτι, καὶ ἐν ᾅδῃ, προξενεῖτε ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διὰ πρεσβειῶν τῶν ἁγίων· ἀλλὰ ταῦτα παρ' ὑμῶν μεμαθήκαμεν οἱ Γραικοί. Τὸν γὰρ Τραϊανὸν ἡμῖν ὑμεῖς παραδεδώκατε σῶον ἐν τάξει τοῦ Διαλόγου, ὃ καὶ ὑμῶν πολλοί φασι, καὶ διαμαρτυροῦσι πολλοί. Τὴν δὲ τῆς Φαλκονίλλης σωτηρίαν ἴσασι πάντες, καθώς, καὶ τὴν τοῦ Θεοφίλου, καὶ τοῦ ἐν κρανίῳ λαλοῦντος ἑτεροδόξου. τί δὲ τούτων θαυμαστότερον εἰ δυνατὸν τὸ πρῶτον, ὅ φατε, καὶ τὰ ὑπόλοιπα· εἰ δὲ δυνατὰ ταῦτα, ὑμεῖς μέντοιγε, ὦ καλοί, ψεύδεσθε, ἡμᾶς ψευδομένους ἀγροίκως ψιθυρίζοντες· δι' ἅπαν οὖν ἐκ τοῦ πρώτου κρεμάμενον ἀποδείξομεν, τὸ πρῶτον οὐ δυνατὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ξυμβὰν ἀποδειξάμενοι. *Qui verò hi sunt, qui nostra spernentes hoc etiam dicunt, Græcos mentiri solitos in historia (nam hoc sæpè producunt in medium) Age, videamus utrum nos mentiamur, & quæ sint ista mendacia? Dicitur, en primum mentimini, quod vel detrusis in Tartara relaxationem criminum nunciatis, ob preces Sanctorum. At hæc à vobis didicimus Græci: Nam Trajanum Vos Nobis tradidistis incolumem precibus Gregorii Dialogi: id quod ex vestris dicunt multi, & multi testantur. Salutem verò Falconillæ norunt omnes, quemadmodum & Theophili, atque Ethnici illius, qui in calva loquebatur. Quodnam horum magis mirabile? Si primum fieri potuit, certè & cætera: quòd si hæc fieri potuere, Vos hercle, ò boni, mentimini, qui nos importunè mussitatis mentiri. Totum ergo, quod à primo pendet, demonstrabimus fieri posse, primum non tantùm fieri posse, sed factum demonstrantes.* His præjactis, Mitylenæus Trajani fabulam aggreditur, eamque penè omnibus Ciacconi argumentis communit, quæ proinde producenda sunt hìc, ne quid Photianus habeat, quod nobis objiciat, quasi invictum penitùs, aut Bellarmini responsionibus dolo malo corruptum. Primum deducitur ex testimonio D. Thomæ Aquinatis, qui palam affirmat, à pœnis Erebi assertam Gregorii precibus animam Trajani: ubi per epiphonema sic Mitylenæus Latinis insultat. *ἐκυρώθησαν αἱ πολυπράγμονες, καὶ ἀμφίβολα τεθέαμαι τὰ βιβλίας πεπιστευμένα τοῖς σοφωτάτοις πατράσιν αὐτῶν, καὶ δὴ καὶ τῷ τῶν καθ' αὐτὸν ἀνθρώπων θεολογωτάτῳ Θωμᾷ, ἐν ᾧ ἡ βασκανία, καὶ τὸ μῖσος κατεπόνησαν τὴν ἀλήθειαν. Audiant curiosi, qui in dubium revocant, quæ certò credidere sapientissimi Patres ipsorum, & inter eos Theologorum sui temporis maximus Thomas, in quo invidia, & o-*

(32) In repet. c. ad liminanum. 209. §. 5.
(33) De arbitrar. cas. 290. n. 17. &c.
(34) Li. 2. loc. Theol. c. 2.
(35) De Eccl. Mi. lit. l. 3. c. 3
(36) To. 4. p. 3. disp. 54. sect. 4. n. 8.
(37) De Indul. l. 7. c. 38. n. 3.
(38) In Decal. li. 6. c. 37.
(39) De Censur. To. 1. l. 5. c. 2. litter. D. vers. sequitur 6.
(40) In Synop. Jur. Græ. tit. de Sacram.
(41) In Excerpt. d. tit. de Baptis.
(42) In Theol. li. 1. de Sacram.
(43) Hom. 24. 5 Joã.
(44) Orat. de s. Laurentio.
(45) Li. 2. in Joan. c. 50.
(46) Vide Azor. Inst. To. 1. li. 7. cap 28. q. 3.
(47) In c. gaudemus de divort.
(48) In d. c. gaudemus. n. 19
(49) In clem. 2. n. 82. de Pœnis.
(50) In c. 1 n. 48. de consi.
(51) De Judg. p. 2. c. 5. nu. 3.
(52) De Judig. n. 48. Manual. ca. 27. n. 13.
(53) De Censur. c. 17. §. 5. nu. 3.
(54) De Censur. l. 3 c. 4. lit. A
(55) Tra. 96. in Jo. ser. 46 De Verb. Dom.
(56) Lib. 2. de Sacram. pa. 8. & 18.
(57) De Spir. S. c. 27.
(58) De Euchar. lib. 2. c. 2.
(59) Vag. li. 4. c. 22.
(60) Resp. de Matr. Infidel. n. 58.
(61) In d. c. veniens de presbyt. non Bapt.
(62) De Matr. pa. 2. c. 1. §. un. nu. 4.
(63) Canon. 35.
(64) ann. 565. n. 14
(65) c. 86.
(66) Canone 79.
(67) Sess. ultima.
(68) Sess. 25.
(69) C. visum est de consec. dist. 1.
(70) Canone 10.
(71) Canone 14.
(72) Capit. 66.
(73) In sum. p. 3. tit. 10. c. 5. §. 9.
(74) De sepultur. q. 11. nu. 1.
(75) De ritib. Eccl. c. 23.

(1) d. Ep. ad Chiot pag. 25. & lib. 5. & seq.
(2) Machab. l. 2. c. 12. n. 40.
(3) d. Disser. 4. pa. 53. sin 5.

& odium pietatem non pessum dedere. Quod Epiphonema, quemadmodum, & quę mira sanè, sed non citra meritum de Aquinate (16) Coressius dicit, notandum est contra stolidissimum Nectariū (17) Hierosolymitanum, qui tantum virum Grçcorum doctissimis venerabilem semper, Sycophantam appellat, & quasi Alazona deridet. Secundum infert ex gemina Brigittę, atque Mechtildis Latinarum mulierum Apocalypsi, quas χρησμολόγους προφήτιδας τῆς ἀληθείας, καὶ λόγον ἀπ' ἐκ Θεοῦ μεμαθηκυίας, διδασκούσας τε τὸν ἅπαντα κόσμον. *Fatidicas Vates veritatis, & certum à Deo verbum edoctas, docentesque universum Orbem terram appellat*: quod itidem animadvertendum contra eundem (18) Nectarium, ausum Beatarum ejusmodi Fœminarum laudata, teste Coressio, ab universa Ecclesia Vaticinia ὀνειρώξεις, καὶ ἐνύπνια, *somnia mera vocare*. Tertium producit ex Petro, & Joanne Diaconis Gregorii ipsius, & ex anonymo Biographo ejusdem Gregorii, quibus addit, quos ante produximus, Græcos omnes, & Photianos, tandemque sic conficit. Τοιούτοις δὲ, ξυναλλακότως μάρτυσιν ἡ τοῦ Τραϊανοῦ σωτηρία διαθρυλλουμένη ὁ φίλος Δαμασκηνοῦ, καθὼς λέγεται, ἀλλ' ἀκραιφνὴς ἀλήθειά ἐστι, προξενοῦσα καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ, διὰ πρεσβειῶν τῶν ἁγίων, τὴν ἄφεσιν οὐκ ἀδύνατον, καὶ ἀποκρίνουσα τὰς ὑμετέρας ἀντιλογίας, ἐν πρώτοις δὲ οὐχ ἡμᾶς, ἀλλ' ὑμᾶς ψευδομένους διαβεβαιοῦσα, *Talibus, tantisque testibus Trajani salus celebrata non est mendacium Damasceni, uti dicitis, sed mera veritas, annuntians, & iis, qui in Erebo sunt, ex precibus Sanctorum, veniam posse contingere, repellensque vestras Antilogias: in primis verò constituens, non nos, sed vos esse mendaces.*

SECTIO VII.

Respondetur huic ultimæ Objectioni.

SUMMARIUM.

I. *Locus objectus Machabaeorum explanatur.*
II. *Latini Græcis non adscribunt Trajani fabulam. Iidem non accusant mendacii Damascenum, de cujus oratione quid censendum sit.*
III. *Consideratur tota ratio ejus fabulæ, atque inde impugnatur.*
IV. *Quid de ea fabula senserit D. Thomas?*
V. *Quid è revelationibus commodi capiat Trajani salus?*
VI. *Quanti sit Authoritas Biographorum Gregorii.*
VII. *Perstringitur quorundam in Sanctissimos Patres dicacitas.*
VIII. *Damascenus ab explicationibus Bellarmini asseritur.*
IX. *Refelluntur Photiani.*
X. *Peculiare Judicium statim post obitum adstruitur.*
XI. *Historia Theophili illustratur.*
XII. *Damasceni pro Orthodoxa sententia suffragium.*

I. UT huic celeberrimæ difficultati, quæ una est, & una hæc in causâ à Photianis objicitur, respondeamus illud in primis notandum est, aliud omnino esse, deprehensum in crimine mori, aliud mori in ipso crimine: id, quod Prodromus senior notavit his (1) verbis: τὸν μὲν ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁμαρτίας τεθνηκότα τοῦ τεθνηκότος ἐν ἁμαρτίαις διαιρεῖν προσῆκόν ἐστι. Τὸ γὰρ πρῶτον καὶ τῷ ἀπελθόντι ἐν μετανοίᾳ, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ θανάτῳ μεταστραφέντι πρὸς Θεὸν ἁρμόζει ποτὲ, τὸ δὲ ἕτερον ἐκεῖνον δηλοῖ, ὅνπερ ἀμετανόητον, καὶ ἀποθανόντα ἐν ἐπιθυμίᾳ ἁμαρτίας λέγομεν· παράδειγμα δ' ἀμφοτέρων δίδωσιν ἡμῖν ἥ τε τοῦ Ἀντιόχου ἀσυγχώρητος ἀναστροφὴ, καὶ ὁ Ἀνανίου θάνατος ἐν ταῖς Πράξεσι. *Qui in peccato deprehensus moritur, distinguendus est ab eo, qui moritur in peccato: primum enim & decedenti in pœnitentia, & in ipsa morte converso ad Deum convenit aliquando, alterum verò illum significat, quem sine pœnitentiâ, & mortuum in amore peccati dicimus. Exemplum autem utriusque dat nobis & Antiochi conversio, cui non est parcitum, & Ananiæ mors, ut in Actibus.* Quæ postrema verba Prodromi aptè hanc veritatem constituunt: Mori aliquos, ut videtur, piè, impiè tamen reverà, cùm contra quosdam in fine peccatum infamet, cujus reipsa illos pœnituit. Ex quo statim infertur, incertissimum esse de salute hominum Defunctorum judicium, quando nec omnes, qui videntur sanctissimè mori, piè moriuntur, neque, qui videntur mori in crimine, in crimine moriuntur. Quare optimum est consilium (2) Apostoli jubentis: μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. *Non judicare ante tempus, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & revelabit consilia cordium.* Quod consilium amplexa semper Religio pia est: ac fassa, incertam esse plerumque Defunctorum salutem, de iis etiam orat, quos in crimine deprehensos non audet asserere immortuos crimini; Rata scilicet sui muneris esse, suppetias ferre vita functis omnibus, quorum non est certa damnatio. Porro ex his Meletii cavillus eliditur. Nam, ut ut occisi Juda Imperatore milites deprehensi sint sub tunicis habentes de donariis Idolorum, quæ fuerant apud Jamniam, attamen illi non probantur in crimine mortui. Quis enim scit, an illos ante obitum criminis ejusmodi pœnituerit? Unde habet Meletius, eos in culpæ amore defunctos? An quod inventi sint cum Donariis illis? At & Ananias venditorum pecuniam prædiorum non restituerat, mendacium, quo Spiritui Sancto mentitus est, haud retractaverat palam, cùm tamen morte multatus, à plerisque Doctorum pœnæ expers æternæ habeatur. Sexcenta ex ipsis Photianis liceret exempla proponere, quibus evincitur, non esse *abbreviatam manum Domini*; ac sæpè usuvenisse, ut, qui scelestissimi fuere hominum, in ipsâ mortis irrepentis periodo, meliora maluerint, revocatique repentè ad Numinis gratiam, æternam, quam toto Vitæ nefariè anteactæ curriculo contempserant, Beatitatem meruerint. Lege, si libet, Τὸ νέον λειμωνάριον (3) Margunii, quisquis es, Photiane, qui hæc, translativa licèt, ignoras; atque inde Tibi hoc sciendum, notandumque seponito, nullius hominis, utcunque in crimine deprehensus obierit, certam esse damnationem, eam nisi aut Deus edixerit oraculo, aut Ecclesia suo suffragio confirmaverit; Propterea ne mi-

(4) Orat. de Defunctis.
(5) Virg. Æneid. l. 6.
(6) d. Ep. 1. ad Corydal.
(7) Demô. p. 2. c. Decr. Flor. sect. 5. d. init.
(8) Apud Bulgar. in Catechef. pag. 164. in fin.
(9) In Theophil.
(10) In Ep. 1. ad Thessal.
(11) Epi. 1. contra Florent. Synod.
(12) In Metaph. ad Vit. S. Gregor.
(13) d. pag. 53. lin. 5.
(14) Niceph. Callist. & Nicol. Athenien. apud Bulgar. ubi supr. pag. 165. in med.
(15) In Heptacephal. Can. c. 4. per tot.
(16) In Proœm. Theologic. sub init.
(17) In Antirrh. sect. 9. pa. 183. lin. 20. & sec. 10. pag. 195. l. 40.
(18) d. Sect. 10. pa. 212. lin. 37.

(1) De Interpr. ad Can. Sāct. Gregor. Thaumaturgi.
(2) 1. ad Corinth. c. 4. nu. 5.
(3) c. 8. 9. 12. 15. & 22.

ne militum quidem illorum, de quibus hìc agimus, certam fuiſſe, cùm illis à Juda parentatum eſt, aut eſſe nunc damnationem. Neque enim quòd ſacer Hiſtoricus ſeriò conſideret, juſto judicio Dei milites ejuſmodi fuiſſe peremptos, quòd, quæ nefas erat contingere, rapuiſſent, ſimulacrorum Donaria, probat eos in crimine mortuos. Scilicet pœna cùm præſens infligitur, non ſemper præſens crimen indigitat: pœna enim eſſe non poteſt, quin crimen fuerit, eſſe poteſt, quin crimen ſit. Quæ omnia manifeſta ſunt adeò, ut vel Ignorantiæ veſtræ, Photiani, ſint nota, ut conſtat ex iis, quæ latè Gennadius (4) Scholarius Monachus in meditatione de Pœnitentia conſtituit. Sequitur proinde, ne ex hoc capite quidem fuiſſe certam militum illorum damnationem, atque adeò potuiſſe Judam quidlibet conferre ad eorundem æternam felicitatem obtinendam, placandamque Numinis iram. Non enim inficias imus, preces fundi poſſe, ac quodlibet pium opus peragi pro iis, quorum poſt obitum incerta ſalus eſt. De illis hoc negamus, quos certò damnatos ſcimus. Nam, ſi pro his liceret orare, orareturque, profectò jure liceret inferre, his etiam preces Vivorum eſſe perutiles. Non ita licet argumentari, quòd liceat orare pro iis, quos an Avernus æternùm torquendos acceperit, ignoramus. Neque enim hoc utiles probat Eccleſiæ preces æterno addictis ſupplicio, quando preces, quas fundit Eccleſia pro hujuſmodi hominibus ſub hypotheſi, aut conditione, uti dicimus, concipiuntur, ut ratę nimirum ſint, atque illis rectà collatæ, ſi ſtatum Salutis à Judicio poſt mortem receperint. Tales fuiſſe nemo non inſanus neſcierit preces, ac ſacrificia Machabæorum pro mortuis illis militibus, quorum fuit incerta damnatio, quorumque Suppetiæ nihil obfuerint, quin, quod conſtituimus, retineamus, atque iteratò cum Orthodoxis omnibus affirmemus, certæ damnationis hominibus vivorum preces eſſe prorſus inutiles.

(4) Sub initih. Extat in Miſcellan. Diplovatacii.

II. Hæc, ne ulteriùs obſtrepat Veritati ex Machabæorum libro Meletius, cujus, quemadmodum & Mitylenæi ut reliqua preſſiùs refellamus, hoc etiam Noſtris ingerimus, falſiſſimum eſſe à Latinis Nos accuſari mendacii ob hanc ſive fabulam, ſive hiſtoriam Trajani à pœnis redempti. Neque enim unum aliquem Latinorum eſt invenire, qui contra Nos hanc ob cauſam invectus ſit, quemadmodum nec propterea, quòd afferantur à Nobis utiles Eccleſiæ preces Damnatis ipſis. Nam, quod attinet ad primum, Latinorum plerique id, quòd narratur de Trajano, probant, & quemadmodum diximus, Alfonſus Ciacconus vir Hiſpanus integra Apologia dignatus eſt narrationem hanc celebrem, ante quem eandem acriter tutatus eſt (1) Abulenſis; Albaſpinæus (2) etiam niſus eſt Bellarminum impugnare hac in parte: nec defuere deinde alii, qui ex his plurima mutuati eam ipſam hiſtoriam, ut fide digniſſimam, recepere, recipiendamque penitùs cenſuere. Quod verò ſpectat ad ſecundum, ſi qui Latini Nobiſcum pro Veritate pugnant, ii Græcos, quo nomine Photianos ridendâ planè nominis, & iniquâ confuſione cenſent, non quidem mendacii, ſed erroris damnant, ut manifeſtum eſt ex omnibus, qui hac de re utiliter aliquid conſcripſere. Quo fit, ut reverà Mitylenæus mentitus ſit Noſtris injurios Latinos affirmans. Addidit & mendacio calumniam, effatus, à Latinis Damaſcenum accuſari mendacii, quod quàm abſonum Veritati ſit, mox patebit. Primùm enim cum Græcis, atque Latinis maximè dubitamus, an reverà oratio de Defunctis, quæ circumfertur nomine nobilis Damaſceni, Damaſceno tribuenda ſit: Nam in ea palam docetur, Chriſtum, cùm deſcendit ad Inferos, plurimos, qui ob perfidiæ crimen damnati ſunt, ad fidem revocaſſe, atque ab æterno illo carcere ad Beatorum libertatem tranſtuliſſe: id, quod non ſine errore eſt, damnaturque ab ipſo (3) Damaſceno docente, hominibus id eſſe mortem, quod fuit Angelis caſus, poſt quem Angelus mutari non poteſt, ut penes omnes certiſſimum eſt, affirmantque præſertim (4) Græci. Deinde refert colloquium Macarii cum calva Ethnici cujuſdam ex Palladio, cujus opera omnia integra ſuperſunt, nec in eis verbum ullum de hocce colloquio. Denique ſtylus ipſe non videtur eſſe Damaſceni, ſaltem tota illa Oratione, ut egregiè adnotavit (5) Coreſſius poſt (6) Margunium, penes quos videant Photiani hac ſuper re diſſertationem eruditiſſimam; ne putent hæc eſſe commenta Latinorum, quæ ſunt Photianæ documenta Theologiæ.

(1) qu. 57. in 4. lib. Reg.
(2) De Var. Eccleſ. dubitat. dubis. 134.
(3) Lib. 2. de fid. c. 4.
(4) Vide Nicol. Methonẽ. de Beatit. cap. 13. Gennad. P. ubi ſupr. ſect. 6. Deplovat. in 4. Controv. Græcor. c. 10. Laſcar. in Expl. Liturg. ad Diptycha.
(5) d. Ep. 1. ad Corydal.
(6) In Vit. S. Jo. Damaſ. ſ. fin. in Catal. oper. ejus.

III. In hac prudentiſſima dubitatione, ſi ſtemus pro negantibus, negaturiſque, eam Orationem eſſe Damaſceni, non ne, quod ſatius eſt, eligemus? At, hoc adſumpto, quid obſtabit, quin omnia unà palam inficiemur, totamque fabulam & Trajani, & Falconillæ, & Macarii in eam piarum narrationum claſſem redigamus, quas nimia Pietas, quæ ex effato (1) Parœmiaſtæ parens eſt ſtoliditatis, importunâ credulitate proſequitur? Et ſanè tota illa narratio, præſertimque, quod pertinet ad Trajanum, undequaque labat. Primò enim repugnat ipſi Gregorio Dialogo, qui disertè (2) docet, criminoſas eſſe preces, ſi fundantur pro Ethnicis, quemadmodum & pro Cacodæmone; quandoquidem in eadem ſunt æterna, & irrevocabili damnatione. Si Gregorius nefas duxit precari pro Ethnicis, quis credat pro iiſdem precatum? Reſpondet Simia Ciacconi Mitylenæus, afflatum Numine, coactumque id egiſſe. Sed contra: Nam in eâ hiſtoriâ, quæ pro Trajano precatum Gregorium narrat, Petro Diacono teſte, dicitur, ob hoc precum temerè fuſarum crimen perpetuo ſtomachi, pedumque dolore multatus Gregorius. Reſpondet ex eodem Mitylenæus, non in pœnam punitum Gregorium *ὁ σφὶ πμωςίαν πμωρηθέντα τὴν ἄγην*, ſed ne qua vana gloriola illi ſubreperet. Verùm, ut non ſine riſu omittam argutulum dictum, in quo ſine pœna punitus mirè Gregorius dicitur, hæc reſponſio corruit ex Petro Diacono, cujus maximè adſtruitur authoritate. Nam Petrus Diaconus narrat ſic ab Angelo dictum Gregorio: *quia præſumpſiſti hoc petere, laborabis uſque ad mortem dolore pedum, ac ſtomachi*. Quæ verba crimen affirmant Gregorii, quando Temeritas, quam vulgò *Præſumptionem* dicimus, crimen eſt. Veriùs igitur Abulenſis, atque ſimpliciùs repoſuit, peccaſſe Gregorium precibus illis, & quidem lethali-

(1) Eccl. c. 7. n. 17.
(2) Li. 14. Moral. c. 13.

thaliter. At hoc responsum totam fabulam labefactat. Nam absurdissimum est, tantoque hercle Pontifici prorsus injuriosum, quem constat fuisse & Sanctissimum, & prudentissimum, & modestissimum. Adde, si dicis precibus illis crimen admissum, quî asseres exauditas à Numine preces illas? An licet culpâ placare Deum? aut obsolevit verissimum illud penes (3) Joannem: Ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει, *quia peccatores Deus non audit*. Ipsius ergo authoritate Petri hæc absimilis vero narratio repugnat Gregorio, imo & injuriosa Gregorio est, quem non imprudentem dumtaxat, sed & impudentem, planèque criminosum ostendit. Unde factum existimo, ut ex industria contemneretur ab iis, qui res gestas Gregorii plenissimè descripsere. Etenim hanc historiam non Paulus (4) Diaconus, non (5) Anastasius Bibliothecarius, non Marianus (6) Scotus, non (7) Addo recensuit, ac ne ipse quidem venerabilis Beda (8) studiosissimus rerum Gregorii, ut optimè notat (9) Bellarminus. Quin imò, qui gesta Gregorii copiosissimè descripsit, Joannes (10) Diaconus asserit, in Albo Romanæ Ecclesiæ, unde illa collegit, nil tale repertum: affirmatque, narrationem Trajani Gregorianis redempti ab Inferis precibus in quapiam Anglorum Ecclesia repertam, delatamque Romam, penes Romanos nullam fidem meruisse. Adeò ignoravit Roma sui Civis, sui Pontificis hoc cæteris Gentibus notissimum, ac gloriosissimum facinus, quod an simile vero videatur, judicet, si quis est inter Photianos mentis ullius compos, aliquàve litteratura respersus.

(3) *Cap. 9. n. 31.*
(4) *In Vita S. Gregorii.*
(5) *In Gregor. I.*
(6) *In Histor. ad Mauritium.*
(7) *In Martyrolog.*
(8) *De sex ætatibus.*
(9) *Lib. 2. de Purg. c. 8. vers. 2. ratio.*
(10) *Vid. li. 2. c. 44.*

IV. Nobis sanè hoc nemo unquam persuadebit gnaris Romanorum Pontificum Gesta nota Urbi, & Populo penè non ex Diariis ad posterorum memoriam custodiri. Hinc tres illas difficultates à Mitylenæo propositas rei probandæ, quam otiosè confirmant, inutiles ducimus. Nam prima mendacio nititur. Neque enim D. Thomas (1) unquam affirmat Erebo ereptam, aut Beatitate donatam Trajani animam, sed existimat, non esse absimile vero, eam precibus tanti Pontificis obtinuisse, ne pœnis Erebi torqueatur (pœnis inquam, quas sensus Theologi vocant: nam de pœna, quam appellant damni, Thomas non disputat) usque ad generale Judicium, cùm Erebo penitùs addicetur sine fine cum cæteris crucianda. Quod effatum quàm longe absit ab eo, quod petit Mitylenæus unà cum cæteris Photianis recentioribus, nemo non videt, præsertim cùm & illud effatum interpretabere ita, ut verum sit, si credas ob prævisas preces Gregorii à Clementissimo Numine sententiâ suspensam, qua Trajanus damnandus erat. His porro ita constitutis, Trajanus non erit inter damnatos recensendus, evinciturque, quod petimus, etiam adsumpta Thomæ sententiâ, preces Vivorum Damnatis esse prorsus inutiles.

(1) *In 4. sent. dist. 45. qu. 2.*

V. Sic primo Mitylenæi argumento rejecto, refellitur & secundum, non sanè quemadmodum illud (1) Bellarminus refellit non admodum appositè ad rem nostram. Nam si Brigitta revera docuit in altiorem gradum Trajanum adsumptum precibus Gregorii Magni, atque salutis aliquid consecutum vel ipso in Erebo, facilè inferet Photianus, utiles esse Vivorum preces vel Damnatis, atque Erebo addictis. Refellitur proinde robustiùs cum (2) Baronio inficiatione Apocalypsis utriusque. Etenim utraque absurda est, & indigna, quæ tribuatur tantis, tantæque Sanctimoniæ feminis, quas pugnasse cum certissimis historiis, & sibi invicem contrarias fuisse, imò dixisse sensis Ecclesiæ penitùs absona, ille dumtaxat affirmaverit, qui prorsus ignorat, quantus utramque divinæ Sapientiæ splendor afflaverit. Hæc autem vera esse noscat Græcum ingenium primò, quòd (3) Brigitta, (4) & Mectildis, quive eam Apocalypsim utrique tribuit, palam Virtutibus omnibus præditum fuisse Trajanum affirmat, nec illi præter Fidem aliud defuisse numeris omnibus absolutæ, Cæloque dignæ Pietatis: id, quod cum historia pugnat apertissimè, (5) Dione, ut potuit, modestè narrante nefaria exoletorum, spintriarumque cum Trajano crimina, quæ etiam (6) Xiphilinus delibavit. Non arbitror Mitylenæum responsurum, quod respondet (7) Ciacconus, nempe abrogandam Dioni fidem, quippe Græco, & Latinis infenso. Nam hæc inepta responsio, præter quàm quòd apertè Genti nostræ injuriosa est, eamque, ut Hispano Principi faveat, tuetur vir Hispanus gratis, imò iniquissimè comminiscitur; convincitur falsitatis manifestariæ considerato Dione ipso, qui, ut egregiè notat (8) Baronius, & celeberrimus Scriptor, & amicissimus Romanorum fuit, penes quos Ordinarius (9) Consul Rempublicam gessit. Adde hæc ipsa nefanda crimina Trajano objici vel à Latinis, Juliano (10) Cæsare, & (11) Spartiano. Præterea secum invicem pugnant Apocalypses illæ. Nam (12) Brigitta absolutè, ac palam Trajani redemptionem à pœnis asseverat, planèque simpliciter: at Mectildis (13) negat, de ea quidquam sciri posse. Etenim Mechtildem ecstasim passam sic Sponsus alloquitur: *Quod ego ex mea liberalitate decreverim de anima Trajani, nolo ab hominibus sciatur, ut magis crescat Fides catholica: Nam, quamvis ille omnibus virtutibus refertus fuerit, tamen fuit infidelis, nec Baptismum recepit.* Si hæc Assertio Mechtildis vera est, falsa erit illa Brigittæ, & vice versa, Si Brigitta nobis vera pronunciat, mentitur in Mechtilde sponsus. Nam, si nulli vult notum, quid de Trajano decreverit, qui de eo Brigittam certiorat? Si verò certiorat Brigittam, eique certò certius credendum proponit, noscendumque, quid de Trajano decreverit, quî asserit, nolle se id à quoquam hominum sciri? Adde Apocalypsim utramque sensis Ecclesiæ propalam repugnare: Etenim dogma hoc adstruit, posse vel sine lustralibus Baptismi aquis aliquem in Cælum adscendere, quod constantissimè negat Ecclesia ex verbis (14) Christi: *qui crediderit, & Baptizatus fuerit, salvus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur.* Secunda verò negat sciri posse, aut definiri, quid certum de anima Trajani, Origenis, aliorumque; cùm tamen probetur in VII. Synodo (15) Apocalypsis illa, quæ Origenem cum Ario, & Nestorio pœnis addictum æternis ostendit, nec obscurè loquatur (16) Synodus V. Oecumenica Anathema dicens Origeni eo modo, quo Ario, & Nestorio, cæterisque hæreticorum Principibus, quæ omnia stare non

(1) *d. c. 8. vers. sex. est valde*
(2) *Ann. 604 nu. 30 & seqq.*
(3) *Lib. 4. revel. ca. 131.*
(4) *Lib. 5. revel. c. 6*
(5) *In Trajano.*
(6) *In Comp. Dion. ibi.*
(7) *In d. Apolog. pro Trajano.*
(8) *d. nu. 30. & seqq.*
(9) *Anno Christi 231. cum Alex. A. tertiùm. Dio. in Alexand.*
(10) *Penes Bar. d. nu. 30. & seqq.*
(11) *In Trajano.*
(12) *d. ca. 13.*
(13) *d. ca. 6.*
(14) *Marci c. ult. num. 16.*
(15) *In Pra. Spirit. c. 26.*
(16) *c. 11.*

possunt

Digitized by Google

possunt cum Apocalypsi illa Mechtildis. Scilicet, cùm ex gemina Synodo OEcumenica Origenes Damnatis hominibus, detrusisque ad æternum deploratæ damnationis carcerem accenseatur, quis asserat, præsertim ex Græcis, Deum nolle sciri ab ullo hominum, quid de Origene constituerit? Vides, duplici illa Divarum Mulierum Apocalypsi non probari narrationem apocrypham de salute Trajani, cui non suffragatur authoritas tot Scriptorum, quot ad ejus confirmationem eruditè producuntur. Nam, cùm eorum assertio pendeat ab incertis authoribus, incerta est, à quocunque dicatur: ex incerto enim quid certi deducas? Certè, qui ex Nostris hujus historiæ meminere, ii ex Oratione Damasceni accepere, quod narrant: Qui verò ex Latinis, & hi ad Petrum Diaconum, & ignobilem Biographum, qui Gestorum Gregorii ex Petro Diacono dedit Epitomen præfixam Gregorii scriptis, originem fabulæ referunt. Porro docuimus, quid de Oratione Damasceni ex ipsa Photianorum sententia censendum sit, unde sequitur, nihil tribuendum authoritati Græcorum, qui ex Apocrypho Damasceni Commentario deductam historiam producunt in medium.

VI. De Latinis authoribus hoc primum constat, à Joanne Diacono, qui omnium accuratissimè Gregorii Gesta longè post (1) integrum à Gregorio sæculum descripsit, hanc historiam non uti certam, sed ut planè ancipitis fidei, nec omnino probatam referri. Quo fit, ut mendacii, sive certe ignorantiæ reus sit Mitylenæus, qui Joannem hunc Diaconum, & coævum Gregorio putat, & affirmat recipi ab eo hanc historiam, uti certam. Nec minoris ignorantiæ reus est, cùm ex (2) Ciaccono, fidem præstat cuidam Petro Diacono, cujus Commentarius de Gestis Gregorii abditus est in Vaticana Bibliotheca, neque hactenus lucem publicam meruit. Nam hoc certum in primis, hunc Petrum diversum ab illo esse, qui carissimus fuit Gregorio, ut erues ex ipso (3) Gregorio; neque dicas alium quidem à Petro illo, sed synchronon. Etenim nec Synchronos Gregorio fuit, nec precii ullius vir. Primùm enim Divum appellat Gregorium, quæ appellatio non olet Gregorii tempora, cùm teste (4) Bellarmino, vox illa quantò propior videbatur Ethnicorum Divis, tantò religiosiùs vitabatur. Deinde plura narrat absona prorsus Sanctimoniæ, ac Sapientiæ Gregorii, inter quę minimè ferendum est illud, quod de privilegiis Ecclesiæ S. Andreæ ad Clivum Scauri per Gregorium à Deo impetratis latè constituit. Ait enim, petitum, obtentumque precibus Gregorii, ne quis eo in Templo sepultus posset Erebo addici, si Fidem duntaxat tenuisset. Id, quod apertissimum commentum est, imò insulsum, ac planè vero dissimile. Quis enim putet virum prudentissimum, doctissimumque Gregorium precibus suis, aut nihil efflagitasse, aut nefas? At id ex illa petitione sequitur. Nam vel petiit sepultorum eo in Templo Salutem, *si informem*, ut ajunt, Fidem tenuissent, vel postulavit Salutem eorundem, *si formatam*, quam vocant, Fidem servassent. Si secundum hoc petiit, sanè nil petiit. Etenim formata Fides illa est, quam Dei Charitas animat: hæc autem hominem sempiterna Beatitate donat, quacunq; tegatur humo, quocunq; putrescat in tumulo. Quòd si primum optavit, nefas optavit, quando Fides informis illa est, quę caret divina Numinis gratia: hac uni porrò si quis optet aliquem æternę compotem felicitatis fieri, nefas optat, gravissimæque temeritatis reus est; quod quis asserat de Gregorio, aut quis non dicat planè absonum moribus Gregorii (5) docentis ubique contrarium. His accedit à Petro hoc Diacono Cardinales Episcopis anteponi, quod penitùs dissentaneum est temporibus Gregorii, à quo multos è numero Cardinalium, tanquam ad sublimius fastigium, ad Infulas fuisse provectos docet (6) Bellarminus ex Joanne Diacono. Quo fit, ut non injuriâ censendum sit, Authorem ejus historiæ, quæ sub nomine Petri Diaconi circumfertur, esse ex recentioribus aliquem. Nam, licèt Cardinalium Purpura jure venerabilis usque fuerit toti Terrarum Orbi, sitque nunc Dignitas ipsâ Antistitum Dignitate major, ut latè, atque eruditè comprobant, planèque confirmant (7) Turrecremata, Albarus (8) Pelagius, Bartholomæus (9) Cassanæus, Felinus (10) Sandæus, Lancellottus (11) Conradus, Petrus (12) Galesinus, & alii plurimi fusè per Cenedum (13) producti; tamen hoc postremum non admodum obtinuit apud Priscos, ut ex Jure (14) multi deducunt, traditque Andreas (15) Gambarus, Paulus (16) Fuscus, Jo. (17) Franciscus Pavinus, quorum doctissimis Commentariis constituitur, usque ad Bonifacii VIII. ætatem, nullum Episcopum Romanam purpuram optasse, quod nefas esse putarent à majori Dignitate ad minorem descendere, quando ea tempestate id muneris Cardinalibus censebatur concessum, ut undis salubribus abluerent Catechumenos, inferrentque mortuos sepulcro, de quibus videndi Gundisalvus (18) Illescas, Ludovicus (19) Gomez, Paulus (20) Granutius, Didacus (21) ab Alava, & Hippolytus (22) Marsilius de Columna docens, usque ad Sacrum Clementis III. Principatum, qui in annum Christi MCLXXXVIII. incidit, ex supputatione (23) Baronii, Romanam Purpuram non nisi Monachis, Abbatibus, Decanis, atque Prioribus fuisse collatam. Adeò longè ab ævo Gregorii, imò & Joannis Diaconi integro sæculo Gregorio minoris vixisse dicendus est Veterator ille, qui primus è Latinis fabulam asserti ab Inferis Trajani operosiùs confirmavit: atque tanti habenda est fides Authoris, qui ætati, moribusque Gregorii illud attribuit, quod vix Undecimo sæculo convenit.

VII. Demus tamen vera esse, quæ Mitylenæus è Latinorum penu deprompta Gręcię certò credenda proposuit; atque adeò felicissimam Trajani, aliorumque catastrophen confirmari satis non ex legitima tantùm Latinorum Authoritate, verùm etiam Damasceni sententiâ. An Latinorum (1) quorundam sinisteritatem imitati falsum Damascenum, vulgarique fama deceptum dicemus? Nempe hac petulanti, tantoque & Philosopho, & Theologo injuriosâ responsione quid rei, de qua scilicet agimus, conferemus? nisi ut à Photianis, sin minus verè, certè non planè iniquè audiamus, quod Nectarius (2) respondit miris quibusdam Scriptoribus Nostra per fas, nefasque adeò spernentibus, ut non defuerit,

(1) *Vide vund. Jo. Diac. in Vita S. Greg. lib. 4. c. 80.*
(2) *In d. Apolog.*
(3) *Vid. initium Dialog. Gregor.*
(4) *Lib. 2. de Purg. c. 8. vers. primum testimonium.*
(5) *Dialo. li. 4. c. 51. 53. 55.*
(6) *d. c. 8. vers. 1. testimonii circa fin.*
(7) *In summ. li. 1. d. c. 8. ad 84.*
(8) *Lib. 2. de plănct. Eccl. cap. 16.*
(9) *Catal. Glorię Mund. 4. p. cõs. 10.*
(10) *In rubr. de major. & obed. n. 9.*
(11) *In Tēpl. om. jud. l. 2. c. 2. §. 1. 2. 3.*
(12) *Ad Martyrolog. 13. Kal. Febru. à fol. 39.*
(13) *Ad Decretal. collect. 115. n. 3.*
(14) *In c. cũ Apostolus 6. de Censibus.*
(15) *In l. 6. de off. & potest. Legat. à latere ex nu. 97. & l. 7. n. 126 & 121.*
(16) *De Visit. l. 1. c. 4. n. 6.*
(17) *De Visit. 1. p. q. 2. n. 18.*
(18) *1. p. hist. Pontif. lib. 4. c. 3.*
(19) *Pro am. reg. Cancell. Tanl. III. ver. post quã vero fol. 58.*
(20) *In addit. ad Simonet. tr. de reserv. Benef. q. 11. nu. 9.*
(21) *De Concil. 2. par. §. 2. ver. olim. fol. 64.*
(22) *De Eccl. red. dit. Orig. 2. p. c. 13. nu. 35.*
(23) *Ad eum ann. ab initio.*

(1) *Canus in locis l. 11. ca. 2. Soto. in 4. dist. 45. q. 2. art. 2. Bellar. d. c. 8. vers. respõdeo si hæc.*
(2) *In Antirrh. sect. 10. in fin. p. 214 lin. 14.*

Digitized by Google

rit, qui (3) vel Basilium (quantæ sapientiæ, ac sanctimoniæ nomen!) subiratum Occiduis aliquando fastus, ac supercilii damnaverit, ausus familiarissimos Nazianzeni (4) jocos, jucundamque Eutrapeliam ad seriam ejusdem Basilii accusationem conferre. Si demus igitur, quæ de Trajano, aliisque narrantur, authoritate Damasceni constitui, non hos, qui, per injuriam Sanctissimorum Virorum, Veritatem tuentur, authores responsionis nostræ jactabimus, sed modestissimum æquè, atque doctissimum (5) Aquinatem, quem sequuntur (6) Durandus, & (7) Richardus, & alii, quorum effato dicendum erit, si vera sunt, quæ de Trajano narrantur, Deum ob prævisas Gregorii preces decretoriam, si fas ita loqui, distulisse sententiam, totoque illo tempore Trajanum in conceptaculo aliquo clementer detentum, donec precibus Gregorii vitæ restitutus Baptismum receperit, sacrisque illis Undis apprimè expiatus iteratò decesserit, mox ut in Cœlum reciperetur. Non ignoro huic responsioni plura opponi posse, atque illa præsertim, quæ (8) Bellarminus improperat. Repugnare hæc Historiæ, quæ nusquam redivivum Trajanum asseruit, repugnare Damasceno, satis apertè docenti, Trajanum ab Inferis ad Superos evolasse. Sed primum tollitur, si dicas, non omnia penes Historicos haberi, multa traditione constitui, multa inferri ex his, quæ nobis palam narrat Historia: præsertim cùm non aliter Historia congruit Orthodoxæ Veritati. Jam, si admittas Orationem Damasceni de Defunctis, cùm & nefas, & inutile sit affirmare, tantum Virum & falsum, & famâ deceptum: cùmque inde sequatur vera esse, quæ narras de Trajano: ne hæc Veritas adsumpta pugnet cum dogmate Orthodoxo, negante ullo fieri modo posse, ut quis sine Baptismo vitam consequatur æternam, credendum erit, quod neque dicit, sed nec inficiatur Historia: quandoquidem, quod non dicit Historia, ex Historia deducitur, atque ex Historia dicendum est, ne Historia mentiatur. Hinc jure asseveraveris, falsum esse, nusquam ab Historia constitui redivivum Trajanum: ajo Historiâ illâ, si recipiatur, Trajanum redivivum constitui. Nam Historia, licèt non asserat palam aliquid, clam tamen asserit omne id, sine quo vera esse non potest: cùm enim Historiæ id Veritas sit, quod rebus omnibus Natura, quam appellant *essentiam*, hanc dicit Historia palam ubique, atque adeò clam dicit omne id, sine quo sua Veritas esse non potest. Quapropter, cùm hanc Historiam veram esse nefas omnino sit, ni redivivus dicatur Trajanus, hoc ipsum clam dicit hæc Historia, cùm palam veram se se autumat, affirmatque.

(3) Baron. ann. 372. nu. 32.
(4) Carm. 1. de Vit. sua.
(5) In 4. sent. qu. 45.
(6) d. qu. 45.
(7) d. qu. 45.
(8) d. c. 8. eod. vers.

VIII. Secundum etiam tolletur, si Orationem Damasceni percurros. Neque enim ibi, ut (1) Bellarminus existimat, Trajanus ab Inferis continuò translatus ad Superos dicitur, asseritur dumtaxat precibus Gregorii ab Inferis liberatus; quod hercle optimè interpretabere in eam sententiam, quæ ingerat, statuatque, quod diximus, & cum D. Thoma decrevimus. Nam, si ob prævisas preces Gregorii detentus Trajanus est in aliquo Erebi conceptaculo, cùm ab eo revocatus ad Vitam est, atque mox post datum nomen Christo sempiterna Beatitate donatus, verè, ac propriè ab Inferis liberatus dicetur. Quin imo, si hæc omnia, quæ diximus, teneas, ac post receptam Damasceni authoritatem omnino recipias, censeasque, verissimum hoc erit, vel dictum simpliciter, Trajanum ab Inferis ad Superos evolasse. Neque enim hic modus dicendi, loquendive continentem ab Inferis ad Superos transitionem insinuat, sed planè ἀδιάφορος est tum ad continentem illam transitionem, tum ad eam, quæ, aliis interjectis, efficitur. Sic benè, ac Sapienter à Nostris dicitur (2) Michael Traulus à supplicio translatus ad Solium, non quòd re ipsa, cùm duceretur, aut jam ductus, ad Regnum reductus fuerit, sed quòd jam deducendus ad supplicium, proptereaque detentus in carcere, occiso eum in modum, quo nostræ narrant Historiæ, Leone Armeno, è carcere, mira felicitatis inauditæ catastrophe, raptus ad Solium sit pede adhuc catenis gravi calcandum. Sic utraque Bellarmini difficultas exploditur, cui, si Orationem de Defunctis hoc modo explicemus, ut affatim, apprimèque faciamus satis, dicendum est, nihil in ea aut sensis Ecclesiæ, aut sententiæ Damasceni contrarium esse. Nam, cùm dicit multos à Christo tunc, cùm descendit ad Inferos, ad fidem conversos, adscriptosque mox Superis, id intelligendum erit de iis, qui ex prævisa Christi hac voluntate, quamvis in crimine perfidiæ decessissent, decretoriæ sententiæ momentum non recepere, sed Numinis decreto à cæteris segregati adventum Christi expectarunt, quo prædicante (nam Christum ἐν τῇ ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθέντα κηρῦξαι ἀπειθήσασί ποτε, *& his, qui in carcere erant, spiritibus venientem prædicasse, qui increduli fuerant aliquando*, sacræ (3) Paginæ testantur, ad Fidem conversæ, non quidem ut animæ corpore spoliatæ converterentur, sed ut revocatæ ad corpus ex intellecta Christi doctrina, cùm corporibus carerent suis, meliora eligerent: sic, inquam, ad fidem conversæ, post actam in corporibus perfidiæ pœnitentiam, gloriâ per Christum partâ donatæ sunt. En ut nihil damnandum ea in Oratione Damascenus docet: En, ut dicta Damasceni alibi dictis scilicet congruunt. Non enim hic narrat aliud esse mortem hominibus, aliud casum Angelis. Sed, quod alibi operosè docuerat, idem esse hominibus mortem, ac fuit Angelis casus, hic quoque retinens hoc tantùm affirmat, Christum his, qui in carcere erant, Spiritibus non credulis concionatum, eos mox ad vitam revocatos corporis, quo possent converti, conversos ad fidem, jamque, cùm eos criminum suorum pœnituisset, innoxios in Cœlum deductos, ut tanti triumphi speciem erepta Inferorum Tyranno Spolia non quòd habita, sed quòd habenda, magnificentiùs manifestarent.

(1) d. c. 8. eod. loco.
(2) Mich. Monach. Studit. in Vit. Theod. Stud. Cedren. in Leo. Armen. & Micha. Balbo. Ignatius Monach. in Vita Tarasii.
(3) 1. Petr. c. 3. nu. 19.

IX. Hæc nequa ansa Photianis superest obtrectandi, quæ scribimus: sive enim velint Orationem de Defunctis Damasceni esse, sive malint eam apocrypham, atque supposititiam, certè corruptam ab Interpolatore aliquo, id, quod mihi perplacet, utrunque, & alterutrum damus; ostendimusque, nihil inde inferri posse Conclusioni nostræ contrarium. Nam, cùm ex neutro deduci queat, fore utiles preces nostras, ac stipes, & sacrificia ipsa Ecclesiæ iis, qui reipsa, verèque damnati sunt, quid utrumque, al-

Digitized by Google

terutrumve oberit Assertioni hoc ipsum effatæ? At hoc illud est, inquiunt Photiani, quod dicimus, neminem ante generale Judicium decretoriâ illâ *sententiâ* fuisse, aut fore perculsum; atque adeò neminem eorum, qui ad hunc usque diem obiere mortem, damnatum esse. Sed hoc penitùs desipere est. Hoc est Ecclesiam vestram damnare, hoc inconstantiam vestram fateri palam, ac profiteri. Nam si nemo adhuc damnatus est, cur Ecclesia vestra pro Juda, pro Pharaone, pro Antiocho, pro Ario, Nestorio, Eutyche, cæterisque non orat ejusmodi? Imò cur hoc ipsum vetamini, preces concipere pro sceleratis ejusmodi hominibus? Testamini id vos ipsi, ex quorum ore vos judico. Quid enim aliud (1) Xanthopulus, quid (2) Palamas, quid (3) Philotheus, quid Marcus (4) Ephesius, quid (5) Meletius, quid (6) Severus, quid ipse (7) Margunius apertius asseverant, quàm non licere pro Juda orare, pro Caino sacrificium offerre, stipem erogare ὑπὲρ τῶν ἀσεβῶν, καὶ αἱρετικῶν, ἤδη ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν ἐκείνων τῶν μέχρι τέλους ἀμετανοήτων. *Pro impiis, & hæreticis, aut pro Christianis illis, quos ne in fine quidem criminum suorum pœnituit?* His, si nondum damnati sunt, sperari certè salus potest: quòd si sperari horum salus potest, cur nefas erit, suis precibus speratam salutem clementissimum Numen efflagitare?

(1) Cōtra dicentes Purg. esse Orat. 2 (2) In Ep. 1. ad Thessal. (3) Orat. 3. contra Gregor. (4) Antirrh. cōtr. Andr. Colossen. (5) d. Ep. ad Chios pa. 23. li. 33. (6) d. 4. diss. pag. 52. in fin. & init. seqq. (7) De Eccl. Dogmat. c. 8.

X. Adde negari non posse, statim post obitum hominis animæ peculiare judicium à Deo fieri, quidquid contra ogganiant dementissimi Photiani, quorum stolidissimos hac in re errores retundet in fine hujus Operis asserta statim ab obitu Piorum certa, atque tranquilla Beatitas, quemadmodum in præsentia eosdem retundit Epulonis in Erebo sepulti Evangelica, atque divina (1) narratio. Quî enim dicas puniri animas Impiorum statim post mortem, & quidem Erebi pœnis, ut ex illa narratione manifestissimum est, atque unà inficiere judicium aliquod peculiare, in quo, per sententiam, atque decretum Judicis, rei pœnis ejusmodi protinus addicantur? Quonam in loco, qua in Gente, in qua lege unquam obtinuit, aut pœna, ut pœna cuiquam illata sine sententiâ, aut sententia lata sine Judicio? Vel igitur, Photiani, negate puniri statim post obitum Impiorum Manes, ut penes vos Euangelium mentiatur, vel utrumque concedite, si creditis Euangelio, & sequi obitus Impiorum pœnam, & Judicis peculiariter in obitu cognoscentis certo judicio irrogari. Accedit hoc ipsum verbis (2) Siracidæ propalam confirmari: *Facile est*, inquit, *coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas*. κοῦφον ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου ἐν ἡμέρᾳ τελευτῆς ἀποδοῦναι ἀνθρώπῳ κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ & (3) infra: *in fine hominis denudatio operum illius*. Ἐν συντελείᾳ ἀνθρώπου ἀποκάλυψις ἔργων αὐτοῦ. Quibus verbis quem alium sensum dabit Photianus ab illo, quo illa Divorum honores emeritus penes Photianos Palamas (4) explanavit. Ταῦτα, inquit, τὴν μετὰ τὸν θάνατον τῷ ἀσεβεῖ εἰσφερομένην δίκην παρὰ τοῦ Καρδιογνώστου Θεοῦ σημαίνει κατάκρισιν. *Hæc eam, quam post mortem statim impio Deus cordium cognitor infert, damnationem significant*. Audis? post mortem statim, ait Palamas tuus: non igitur post

(1) Luc. c. 16. n. 19. & seqq. (2) Eccl. c. 11. nu. 28. (3) d. ca. 11. n. 29. (4) In d. Epi. 1. ad Thessal.

generale Judicium. Nobis idipsum Augustinus (5) insinuat: *jam illud*, inquit, *rectissimè, & valde salubriter credit, judicari animas, cùm de corporibus exeunt ante, quàm veniant ad illud judicium, quo eas oportet, jam redditis corporibus, judicari*. An hæc obscura, aut interpretatione aliqua ad sententiam nostram trahenda. Eadem & Chrysostomus (6) autumat, cùm affirmat: *postquam diem tuum obieris judicium, & pœna consequetur*, μετὰ τὴν τελευτὴν κρίσις, καὶ κόλασις. Ut, ut otientur Latini, nec allaborent, hæc verba Chrysostomi eò deducere, ut secuturum ab obitu statim judicium, pœnamque confirment, ipsa tamen phrasis Chrysostomi hoc ipsum, citra controversiam, indigitat. Nam si de generali Judicio, pœnaque infligenda post illud Chrysostomus diceret, malè diceret, secuturam *post quam obieris*: etenim id, quod post, quàm obieris, differtur per sæcula, post quam obieris, non consequitur. *At post quam obieris*, inquit Chrysostomus, *consequetur judicium, & pœna*: ergo statim post obitum. Adjicerem penitissimæ confirmationi & eorum exempla, qui statim post obitum se ad Judicis æterni peculiarem censuram adductos testati sunt; ni ea, quippe à Latinis tradita, Photiani contemnerent. Ea tamen Græci videant penes (7) Gregorium Dialogum, (8) Augustinum, (9) Bedam, & Biographum (10) Brunonis Chartusiensis Familiæ Sanctissimi Patris, qui Gallus, licèt, diu inter Græcos vixit, fatoque in Magna Græcia functus est. Illud supersit Photianis, quod (11) Climacus, quem Margunius vernacula lingua nostra loqui coegit, narrat: nempe, solitarium hominem quendam, cùm jam semianimo corpore mortem à proximo salutaret, auditum, quasi in judicio staret, accusationibus respondere, interdumque dicere, falsum est, non feci: interdum feci sanè, sed ejus quoque me facti pœnituit; interdum: verum dicitis, neque est quod respondeam: quæ narratio à Græco Patre, & unà à Græcis pariter, ac Photianis Sanctorum honoribus culto, ad hoc ipsum refertur, ut pateat, statim ab Obitu de hominibus judicari, atque adeò esse peculiare judicium.

(5) Lib. 2. de Origin. Anim. c. 4. (6) Hom. 37. I Matthæ. (7) Lib. 4 Dialog. c. 36. (8) Libr de Cura Mortuor. cap. 12. (9) Lib. 5. hist. c. 14. & 15. (10) Author Anonymus Vitæ S. Brunonis. (11) In Scala Paradi. grad. 7.

XI. Huc spectat, & quod de Theophilo Photiani scriptores narrant, & ex illis refert Gennadius (1) Scholarius P. ἡ δὲ βασίλισσα, inquit, κατεῖδεν ἐν ὀνείρῳ τὸν Θεόφιλον δεδεμένον, συρόμενον ὑπὸ πλήθους ἀπείρου προηγουμένων, καὶ ἑπομένων. καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ διάφορα κολαστήρια ὄργανα φερόμενα. Ἡ δὲ ἐδόκει ἀκολουθεῖν τοῖς ἀπάγουσιν, ἕως οὗ ἐλθόντες πρός τινα κριτὴν φοβερὸν, ἔστησαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ τὸν Θεόφιλον. Προσπεσοῦσα οὖν εἰς τοὺς πόδας τοῦ φοβεροῦ ἐκείνου κριτοῦ ἡ βασίλισσα ἐκτενῶς ἱκετευε σὺν δάκρυσιν ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς. Πρὸς ἣν ὁ φοβερὸς ἔφη κριτὴς, ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις. Διὰ σὲ, καὶ διὰ τὴν δέησιν τῶν ἱερέων μου συγγνώμην δίδωμι τῷ ἀνδρί σου. *Nam Theophilum in somno Regina conspexit vinctum, tractumque ab innumera præeuntium, & subsequentium multitudine: ibantque ante illum diversa pœnarum instrumenta. Ipsaque sibi videbatur eos sequi, qui virum deducebant ad pœnam, donec ad conspectum judicis cujusdam terribilis pervenerunt, statueruntque ante illum Theophilum. Advoluta igitur pedibus tremendi Judicis illius Regina, enixè, multisque cum lacrymis pro viro deprecabatur. Cui judex ille*

terri-

(1) In demonst. 3. cap. Decr. Florent. sect. 5 sub init

Digitized by Google

terribilis: mulier magna est fides tua: propter te, sacerdotumque meorum preces, conjugi tuo do veniam. Tunc ministris suis dixit, solvite eum, uxorique ejus tradite. Τότε καὶ τοῖς ὑπηρέταις ἔφη, λύσατε αὐτὸν, καὶ δότε τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. Hæc si vera sunt: sunt autem probabilia omnibus, at vobis, ò Photiani, Euangelio penè dixerim veriora: nam ausum de his dubitare Heliam Sticharam Hieromonachum in Atho Præpositus Lauræ hoc sæculo, jussu Patriarchæ vestri, tanquam hæreticum (quanta hominum sapientia!) anathemate (2) perculit. Si vera hæc sunt, manifestè inferunt, esse statim post obitum Judicem, & Tribunal, cognitionem quoque criminum, & paratos ad tormenta Ministros; atque adeò evincunt, quod negatis, Judicium statim post obitum, sequiturque Peculiare ante Generale Judicium. Ita sanè, dicitis, at evincunt etiam utiles preces iis, qui sceleratè migrarunt è vitâ. Is enim fuit Theophilus, quem scimus ad extremam usque vitæ periodum Iconomachum fuisse; cùm enim illi iontico laboranti proximam mortem vaticinata esset divina mulier, simulque restituendas in honorem pristinum sacras Imagines, dicitur sæpius jurejurando obstrinxisse Theodoram conjugem, ac Theoctistum Logothetam à Sanctioribus consiliis virum, ne post suum obitum, aut hæreticum Patriarcham Joannem gradu dejicerent, aut paterentur sacras Icones, quas Idola nuncupabat, coli. Addidisse impietati sævitiam: nam morti proximum imperasse, ut Theophobus, quem calumniis oppressum, quasi regnum affectasset, detinebat ad Bucoleonem, occideretur, cujus mox caput ad se decumbentem delatum fertur moribundis tractasse digitis, ac dixisse, *deinceps neque ego Theophilus, nec tu Theophobus appellabimur.* Quæ omnia narrat (3) Curopalates, & ex eo (4) Cæteri. Si ergo vera sunt, quæ Gennadius adstruit, nec dedignabimur fidem præstare iis, quæ nobis Theophilum judicio post obitum absolutum affirmant ob preces uxoris, ac sacerdotum, dicendum erit, & impiâ vitâ defunctis preces prodesse. Sic Photiani soliti extra chorum saltare, ut quâlibet veritatem impugnent. Quibus tamen scriptores iidem, unde duximus exemplum comprobaturum, quod de peculiari Judicio docemus, apprimè respondent. Nam ex illis, & cum illis idem (5) Gennadius: οὐ γὰρ ἂν ἴσχυσεν ἡ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ἐκείνων δέησις, καὶ ἡ τῆς βασιλίσσης σπουδὴ ὑπὲρ Θεοφίλου, εἰμὴ ἐκεῖνος πρότερον ὡμολόγησε τὸ οἰκεῖον πταῖσμα, καλὸν εἶναι φήσας, τὰς ἁγίας εἰκόνας τιμᾶσθαι, καὶ σέβεσθαι· ἦν γὰρ ἐνάρετος ὁ ἀνὴρ σφόδρα. διὰ δὲ τὸ νοσεῖν τὴν τῶν εἰκονομάχων αἵρεσιν, ὡς ἡ κατ᾽ αὐτὸν ἱστορία δηλοῖ, τὸ στόμα αὐτοῦ ὑπερλίαν ἠνοίγετο, ὥστε τὰ ἔγκατα αὐτοῦ φαίνεσθαι· εἶτα καὶ ἔργῳ δείξας τὴν τῶν σεβασμίων εἰκόνων προσκύνησιν ἁγίαν, ὡς ἐπελάβετο ἐγκόλπιόν τινος τῶν περιεστώτων, ἀσπαζόμενος κατεφίλει, καὶ μετ᾽ ὀλίγον ἁρπαγεὶς πρὸς τὸ ἐκεῖθεν δικαστήριον κατηνέχθη· ὑπὲρ οὗ δεήσεις ἐκτενεῖς γενόμεναι παρὰ τῶν θεοφόρων, καὶ ἁγίων ἐκείνων ἀνδρῶν, καὶ αὐτῆς τῆς βασιλίσσης, συγγνώμη αὐτῷ δίδοται. *Neque enim aut Sanctorum virorum preces, aut Reginæ studium pro Theophilo valuissent, nisi priùs ille suum esset crimen confessus, asseruissetque Sanctas Imagines colere, ac venerari, justum esse. Nam is eximia virtute præditus fuit; verùm cùm in hæresim eorum delapsus esset, qui Imagines impugnabant, uti de eo conscripta docet historia, os ejus admodum deductum est, ita ut viscera conspicerentur. Postea cùm ipse re venerabilium imaginum cultum Sanctum esse comprobasset, arreptam è sinu cujusdam eorum, qui aderant, pendentem Imaginem reverenter osculabatur: pauloque post inde ad Tribunal raptus est: pro quo cum assiduè preces à Sanctis viris, atque à Regina funderentur, ei venia data est.*

XII. Vides non impiè defunctum Theophilum, id, quod & (1) Chronographus vester testatur; nec ante ereptum vitæ, quàm recipiendæ post obitum veniæ se præstitisset utili pœnitentiâ capacem: non igitur obfuturum nobis aliquid exemplo Theophili objectat Photianum acumen. Imò precibus Ecclesiæ, privatisque obsecrationibus liberatus Theophilus utrumque docet, & esse statim ab obitu certa divinæ Severitatis judicia, & preces pro Defunctis fusas iis tantùm utiles esse, quos, dum viverent, vitæ anteactæ, patratorumque criminum religiosè pœnituit. Quod, ut tandem penitùs, penitùsque constituatur, fas erit verba Damasceni producere, ut, quem impiè Photiani suæ auspicem, authoremque impietatis autumant, noscat Græcia alienum adeò ab his nefariis deliramentis, ut palam Orthodoxæ sententiæ calculum addat, patronumque se gerat, quemadmodum ubique Theologus maximus, ita etiam eo ipso in loco, quem sibi patrocinari jactant Photiani, certissimæ Veritatis, quæ detestata Photianas ineptias, inutiles prorsus asserit preces pro Impiis, hunc planè in modum, quod utraque Ecclesia docet, ac prædicat, judicatò (2) confirmans. ὁ δ᾽ αὖγε βίον πονηρὸν κατατρίψας συμπεφυρμένον ὅλον ἐν ἀκάνθαις, καὶ πλήρης πηλοῦ ῥύπων τῶν ἀκαθάρτων, ὃς οὐδέποτε συνειδήσει διῆξεν, ἀλλ᾽ ἀδεῶς ὁμοῦ, καὶ ἀδιαφόρως ταῖς τῶν ἡδονῶν ἔχαιρε δυσωδίαις, πράττων ἁπάσας τὰς τῆς σαρκὸς ὀρέξεις, καὶ μηδὲν ὅλως περὶ τῆς ψυχῆς φροντίζων, ἔχοντος τὸ φρόνημα σαρκικὸν ἅπαν, εἶθ᾽ οὕτως φθασθεὶς ἐκδημήσει τοῦ βίου, τούτῳ παντελῶς οὐδεὶς ὀρέξει χεῖρα, ἀλλ᾽ οὕτω πάντα τὰ κατ᾽ αὐτὸν διαπραχθήσεται, ὡς μήτε ὑπὸ συνεύνου, ἢ τέκνου, ἢ ἀδελφοῦ, ἢ συγγενῶν, ἢ φίλων ἐπικουρίας τυχεῖν. Ὅτι μηδὲ ἔχει θεὸς εἰς μέτρον τοῦτον. *Qui vitam flagitiosè traduxit, ac sentibus semper involutam, & sordium fœditate respersam, nec suam unquam conscientiam introspexit, sed intrepidè simul, & nullo habito discrimine, voluptatum se fœditatibus contaminaverit, omnibus cupiditatibus carnis obsequens, omnique animæ curâ despectâ, nihilque aliud, quàm carneum sentiens: in iisque cogitationibus deprehensus è vita discesserit; huic nemo manum porrexerit: sed ita secum agetur, ut nec ab uxore, vel liberis, fratribus, cognatis, amicis ei omnino subveniri possit, quod eum Deus in mensura non habeat.* Hæc Damascenus, cujus hæc verba perpendens (3) Gennadius noster sic tandem conficit: ὁρᾷς, πῶς ὁ ἅγιος οὗτος φησιν, ὅτι περὶ τούτων ματαιάζει ὁ δεόμενος, ὅτι οὐκ ἔχει ὁ θεὸς αὐτοὺς ἐν μέτρῳ. *Vides, quomodo Divus hic vir dicit: eos, qui pro his deprecantur, insanire, veluti extra Dei mensuram collocatis.* Insanitis ergo, boni viri, cùm dicitis eò preces vestras collimare, ut vel perditis hominibus prosint, quorum nondum peractum judi-

(2) Refert Confess. in Descript. montis Atho.

(3) In Theophilo.

(4) Vide Bar. ad ann. 842. num. 5.

(5) d. sect. 5. paulo ante.

(1) Matth. Cicala in nova Synop. hist. in regno Theophili pag. 333. circ. fin.

(2) Orat. de Defunctis.

(3) d. Sect. 5. post verb. Damasceni.

Judicium docetis, quando uniuscujusque statim ab obitu judicatur Vita, quâ nempe damnatâ, infelicem sententiam passus extra spei aleam positus est, ac precibus vestris non indiget.

SECTIO VIII.

Asseritur Purgatorium, & defenditur.

SUMMARIUM.

I. *Ostenditur Sapientia Gennadii Scholarii Photianis eum calumniantibus.*
II. *Constituitur tertius post obitum animorum status, ubi de loco Purgatorii aliqua obiter.*
III. *An igne purgentur animæ?*
IV. *Probatur I. Conclusio, & retunditur argutia Meletii.*
V. *Ejusdem protervia castigatur.*
VI. *Photianorum in disputationibus inconstantia.*
VII. *Purgatorium Ethnicis etiam notum, & probatum.*
VIII. *Probatur II. Conclusio argumento Platonis, ubi de discrimine peccati Lethalis, & Venialis.*
IX. *Quomodo purgentur peccata post obitum, cùm post mortem non sit locus pœnitentię: exponiturque Difficultas Margunii, & refutatur.*
X. *Probatur III. Conclusio ex pœna, quæ debita culpæ post culpam remanet.*
XI. *Refellitur Critopulus, qui oppositum docuit.*
XII. *Idem probatur authoritate Patrum utriusque Ecclesię.*
XIII. *Probatur Conclusio IV. ex verbis Christi; quæ explicantur, additis Cavillis Meletii.*
XIV. *Hi refelluntur fusè.*
XV. *Ea verba Christi ad confirmationem Veritatis ex authoritate Coressii validiùs adducuntur.*
XVI. *Ultima probatio Conclusionis ex Ratione.*
XVII. *Ratio, cur Severus Tertium Animorum Statum Purgatorium appellari vetat: quomodo vocandum censeat, ejusque effrons audacia.*
XVIII. *Nomen Purgatorii probari ex Sacris Paginis, & Patribus Latinis, & Græcis.*

I. Evincimus utrumque, preces, quas pro vitâ functis fundit Ecclesia, & utiles esse, nec utiles omnibus esse, quando è sententia Ecclesiæ nostræ docuimus, preces ejusmodi nec prodesse ad veniam aut animis Piorum, aut Manibus impiorum. Sequitur ex utroque, necessariò constituendum esse omnino Purgatorium illud, quod usque adeò Photiana sive ignorantia, sive perfidia detestatur. Nam hoc qui pernegat, ac deridet, alterutrum prorsus affirmet oportet, vel inutiles esse pro Mortuis preces, vel etiam Damnatis hominibus esse perutiles. Hinc, quicumque Photianos errores in causa, quam agitamus, prudenter aggressus est, eò scribendi operam contulit, ut utrumque illud adstrueret, scilicet esse utiles preces Ecclesiæ iis, qui decesserunt in spe, inutiles verò Damnatis. Præstitit hoc accuratè (1) Bessarion, præstitit & Gennadius (2) egregiè, cujus Libros, quos, Antistes Sacratissime, commodasti, dum perlego, inveni præsentissimi risus lepidissimam causam. Nam eo in loco, ubi (3) Gennadius acriter utiles probat Ecclesiæ preces piè Defunctis, Photianus calamus hæc notanda in margine scripserat: *Δοκεῖ ὁ γεγραφὼς τὰς τῶν Γραικῶν ἀρχὰς μὴ εἰδέναι. Διὸ καθάπερ ἀρνουμένας τὰς περὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς εὐχὰς, καταδικάζει ὁ ἄθλιος. Videtur, qui scripsit, principia Græcorum* (Photianos intellige) *non nosse: Quare tanquam inficientur preces pro peccatoribus, eos damnat miser.* O hominem stolidum, quicumque scripsit tam fatua! Gennadium ne, quisquis es, ignorantiæ damnas? Gennadium dicis principia Gręcorum, vel Photianorum nescisse? At si ille ea ignoravit, quis unquam noverit? Vir ille, quæ dicitis, quæ molimini, quæ tentatis, nescivit, qui in omni literatura conspicuus, diu Photianus, mox agnita Veritate Græcus ingenuus, interfuit Aulicus Synodo Florentinæ, Declamantem Ephesium audiit, denique post catastrophen Imperii nostri Sacris Græciæ totius præfectus Constantinopolitanus Patriarcha fuit, Patriarcha contra vos, Turcis imperantibus, scripsit, totique Græciæ videnda, quæ scripsit, exposuit! Hic tantus Vir, rerum Græcarum peritissimus principia vestra non novit? Sed, inquis, Nos utiles dicimus Defunctis preces, qui ergo has nobis probat utiles esse, principia nostra non novit. Primùm hoc falsum: Ex Vobis multi, dum in perfidia rectè philosophantur, utiles preces hujusmodi negant, quemadmodum ab initio constitui, & ne mali Philosophi sint, ut vulgò dicitur, sunt mali Christiani. His igitur probanda erat Assertio planè Orthodoxa, ut ex illa eorum castigaretur amentia. Deinde, qui Purgatorium inficiamini, nonne statim inficiamini, quod, Purgatorio negato, aut negandum est, aut planè desipiendum? Optimè igitur doctus Gennadius, Ecclesiæ nostræ ærumnis undique pressæ grande solatium, & maximum Ornamentum; Optimè, inquam, Vos noverat: percallebat principia vestra, noratque, Vos, ut ineptias vestras per fas, nefasque tueamini, vel principia vestra inficiaturos: Fecit ergo, quod Sapientem decebat: coegit vos ad confessionem principiorum vestrorum, ut inde mox inferret, quod intulit, dari nimirum Purgatorium illud, quod impiè simul, & furiosè detestamini.

(1) In Epist. 2. Encyclica.
(2) In d. demonstr. ca. 3.
(3) In Editio. Græca Zanetti Romæ pag. 344. ex lib. Biblioth. Archiep. Philadelph. Venet. relictis ab Archiep. Gerasimo Blacho.

II. Hoc ex his Conclusionibus apprimè probatur. Utiles sunt preces Ecclesiæ Defunctis, nec tamen omnibus Defunctis sunt utiles: proinde dicimus: Datur Purgatorium, hoc est Tertius animarum Status, quæ neque Beatæ sunt, nec Damnatæ, sed aliquo in loco ad tempus vel puniuntur pro levioribus culpis, quas non expiatas secum ab obitu detulere, vel faciunt satis Divinæ Justitiæ, omissamque partem explent pœnarum criminibus debitarum, donec aut Divinæ Justitiæ factum sit satis, aut precibus, meritisque Vivorum placatum Numen, factum sibi satis, pronunciet. Hæc nostra, & Orthodoxa conclusio, duo illa curiosè magis, quàm utiliter agitari solita prudens omittit. Alterum spectat ad locum ipsius Purgatorii, in quo Photiani molem immanem calumniarum, atque mendaciorum in Latinos dementissimè construunt, questi olim publicè, atque etiamnum querentes, tertium poni locum, aut conceptaculum

culum

Digitized by Google

(3) In Edi. tio. Grg. a Zann. i Romę pag. 344. x lib. Bi. lioth. Archiep. Philadel. h Venet. elictis ab Ar. chiep Ge. rafimo Blain.

culum animarum, cùm ex verbo divino duo tantum loca probentur, Sinus Abrahæ, quem Græci Cælum ipsum post Anastasin Christi, Photiani à Cælo segregem locum existimant, & Erebus, quem Inferos, Gehennam, exteriores Tenebras à Sacris Litteris vocitari non dubium est. Satisfit huic iniquissimæ querelæ, si dicas non à Latinis tantùm, aut à recentioribus, verùm etiam ab Antiquis Græcis unà, Latinisque de loco, ubi post mortem animæ torquentur, maximopere dubitatum. Retulit plerorum sententias erudité (1) Diplovatacius, unde eas (2) Bellarminus desumpsit. Certè ex Gregorio Dialogo (3) colligi facilè potest, puniri animos eo ipso in loco, ubi peccaverunt; id, quod sensit (4) & Petrus Damiani. Sensisse Augustinum, loca animarum post mortem non esse, uti dicimus, corporea, (5) manifestum est; emendavitque mox Augustinus (6) Sententiam suam. Jam (7) Origenes, & ante eum (8) Philo lustrum animæ à corpore separatæ non ne in sola conscientia & accusante, & puniente criminosa facinora situm putavere? Atque non defuisse, qui existimarunt, lustrari animas ipso in corpore, narrat (9) Irenæus. Quid Chrysostomus? Eo teste (10) Priscorum quipiam docuere, puniri animas post mortem in Valle Josaphat, idipsumque refert (11) Dialogus: quibus adde (12) Theophylactum, arbitratum puniri animas hoc ipso, quòd sint extra corpus. Nam animum extra corpus nihil videre, ni Deum videat, quapropter animas omnes, præter Beatas, esse in tenebris exterioribus. Denique (13) Nyssenus, (14) Chrysostomus, (15) Beda, aliique puniri animos censuere in hoc nobis vicino Aëre. Vides quot loca, & quanta Priscorum circa loca animarum dissensio: Ut quid ergo allatras Latinis plus, quàm duo, loca ponentibus? Quorum tamen sententia communis à vestra isthac sententia, si sapitis, non dissentit. Etenim Latini Theologi duo tantùm esse primaria, atque principalia loca, ac diversoria animarum affirmant; alterum in ipso Cælo, ubi statio felicissima Beatorum est, ac cælestis Hierusalem, alterum intra viscera Terræ. Existimant tamen, ut vos ipsi docetis, authore (16) Severo, utrobique mansiones multas esse, quemadmodum Servator (17) loquitur de domo Patris sui; atque adeo in ipsis Inferis, & intra viscera Terræ, loca plura eodem Inferorum nomine passim à sacris Paginis, Patribusque appellata, in quibus pro ratione culparum animæ torqueantur. Quid hîc sodes aut repugnans sacris Paginis, aut Majoribus nostris haud consonum? imò quid non consentaneum rationi, vestrisque etiam Dogmatibus? Igitur, si qua fides in Vobis humana est, qui hæc in Latinis legistis, nam ea omnia latè Bellarminus (18) enucleavit, parcite iniquis, & importunis questubus; si verò hæc non legistis, qui Photianâ ignorantiâ cæci estis, pudeat Vos, alios ejus accusare, quod ignoratis.

(1) In 4. Controv. Græcorũ ate med.
(2) d. tom. 2. Contr. de Purg. lib. 2. c. 6. per tot.
(3) Dial. lib. 4. c. 4. & 55.
(4) Lib. de Miraculis sui temporis.
(5) Li. 12. de Genes. c. 33.
(6) Retract. lib. 2. ca. 24.
(7) Refer. Hierony. Epist. ad Avitum
(8) Lib. de congress. quærend. eruditio. gratia.
(9) In fin. lib. 5.
(10) hom. de præm. Beator.
(11) Lib. 4. dial. ca. 42.
(12) In c. 16. Lucæ.
(13) Lib. de anim. & resurrect.
(14) d. hom. de præm. Beat. & in oper. imper. hom. 53.
(15) Lib. 3. histor. Angl. ca. 19.
(16) In 4. diff. pag. 53. lin. 23
(17) Joan. c. 14. n. 2.
(18) d. Li. 2. c. 6. per tot.

III. Alterum, quod prudens hæc nostra Conclusio præterit, spectat ad ignem, de quo magna Latinos inter, Græcosque controversia est. Sanè de hoc nihil nos Fides docet: nam, quamvis, ut mox validissimè comprobabimus, certum sit, animas igne purificari, torquerique, ritè tamen dubitare possis, an ille ignis proprius sit, an metaphoricus? Et Nostri in Synodo (1) Florentina palam professi sunt, se in Purgatorio ignem neque agnovisse unquam, neque agnituros, id, quod Latini non impugnarunt, obtinuitque Gens nostra, ne in ipso (2) Synodico ignis mentio haberetur. Ea propter, ut lubitum fuerit, hac in parte fas erit unicuique sentire: licèt, ut ingenuè fatear, maximè consentaneum sit rationi, si, re meliùs consideratâ, usique ingenio, quo pollemus maximè, ignem verum, ac proprium admittamus. Nam tum (3) Dialogus, quem Græcè loquentem, beneficio Zachariæ (4) Pontificis hominis Græci, Græci legimus, disertè asserit, ignem animarum tortorem esse corporeum, &, ut verbis ipsius utar, *corporaliter urere*, tum (5) Augustinus, quem inter Ecclesiæ Patres recipimus, in sententiam eandem propendet. Accedit ex opinione recentium Nostrorum, animas in ipso Erebo purgari, atque adeò illo igne, quo torquentur Impii, pias etiam in fide decedentium Christianorum animas cruciari; atqui probabile maximè est, ignem Erebi corporeum esse: Nam eo igne, quo nunc torquentur Damnatorum Manes, torquebuntur post generale Judicium ipsa corpora Damnatorum, ut constat ex (6) illis. *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ*: *discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus*: quæ in præterito dicta juxta linguæ vim Nostræ, ignem jam esse, qui paratus est, planè significant. Jam si idem ignis, qui nunc torquet, & Damnatorum Manes, & ipsos Cacodæmones, idem est cum illo, qui corpora Damnatorum torquebit, patet, eum esse corporeum, quando id, quod corporeum non est, corpora torquere non potest. Si proinde idem ignis Fidelium, Piorumque nondum lustratas animas torquet, qui punit animas deploratę spei, jam habeo, Purgatorii ignem non improprium, ac metaphoricum esse, sed proprium, planèque corporeum. Hinc preces, queis ad implorandam Defunctis piè hominibus veniam, utimur; ubique (7) orant, ut è tenebris, erutam animam *ἐν τόπῳ φωτεινῷ*, *ab æstu*: *ἐν τόπῳ χλοερῷ*. *ab intolerandis ardoribus*: *ἐν τόπῳ ἀναψύξεως, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη, καὶ στεναγμός*, *in loco quietis, in loco lucido, in loco amœno, in loco refrigerii, unde dolor, ærumna, & ejulatus exulat*, Deus constituat. Quæ verba Ecclesiæ nostræ sensa sic explicant, ut ambigere nefas sit, ex ejus sententia, Defunctorum animas & verè torqueri, & æstuare, & uri verè, *miris sane*, ut ait (8) Augustinus, *sed veris modis*, hoc est verè sanè, sed mirè adeò, ut explicari non possit humano ore, quî ignis corporeus, quæ carent corpore, urat, ac torqueat; quìve sentire possit, quod sensibus cassum sentire non potest?

(1) Ante sess. 1. mihi pag. 9. in fin. & 10. cum seqq.
(2) In Decreto mihi p. 227.
(3) Lib. 4. Dialog. ca. 29.
(4) Vide Testimo. Græ. Sapien in Zacharię Pont.
(5) Lib. 21. de Civit. c. 10.
(6) Matth. ca. 25. num. 41.
(7) In Euchol. in off. exequiar. in 1. Orat.
(8) d. c. 10.

IV. Hæc præter Institutum nostrum eò dicta sunt, ut omissarum in Conclusione nostrâ rationem Quęstionum hujusmodi redderemus. Ceterùm ipsa Conclusio, receptis, & admissis duobus illis, quæ prolixè probavimus, manifesta est. Nam, cùm certum sit, orari pro mortuis ab Ecclesia nostrâ, & quidem & frequentiùs, & operosiùs, quàm à Latina, sequitur, ex Dogma-

Digitized by Google

Dogmate constitutissimo Ecclesiæ nostræ, esse statum aliquem Mortuorum, quibus prosunt preces hujusmodi. At non prosunt, neque Beatis, ad quos quod attinet, preces, non preces, sed gratiarum sunt actiones, ut vos ipsi, vos, Photiani, Cabasila (1) teste, fatemini; neque Damnatis, erga quos inexorabile Numen est: Igitur, præter hos geminos hominum defunctorum Status, beatum alterum, alterum infelicissimum, datur Tertius, ac medius inter utrumque, eorum scilicet, qui puniuntur ad tempus, sive, ut non lethalis noxiæ, quacum obiere diem, pœnas luant, sive ut criminum ipsorum, quorum illos in vita pœnituit, noxis faciant satis. Quid inquis, ait (2) Meletius, quid blateras? Ergo Purgatorium ignem accendis culpis levibus, & peccatis dimissis? Ita sanè Purgatorium constituo, non ignem accendo. Etenim hanc quæstionem omisi: Quare, vir bone, ne nimiùm insudes huic igni opprimendo, suadeo; omittasque ridiculas illas argutias, quibus, siquid cordis habes, obiter in proximè productis respondi. Nam cùm (3) interrogas, an ignis ille divinus sit? Ignorantiam tuam ostentas: Deus enim, quamvis ignis dicatur (4), allegoricè dicitur: Nos autem de vero loquimur igne. Cùm (5) petis, an ignis ille nequitiam absumat? Diximus, eo nequitiam non lethalem, sed venia dignam absumi, dicimus eo fieri satis divinæ Justitiæ pro pœnis, non ut ipse (6) mentiris, in Exhomologesi dimissis, sed adhuc debitis, nec solutis post acceptam ab Exhomologesi veniam peccatorum. Quare purgatos non purificat ille ignis, quemadmodum calumniaris, ignorantissime Sycophanta, sed maculatos levibus maculis abluit, aut immunes culpæ, reos tamen noxarum, ad integram adigit pœnarum solutionem. Quæris (7) num σκοτώδης? Diximus, esse probabile, idque Severus (8) collaudat, corporeum dici, obscurum etiam, ut ignis est Erebi, perpetum præterea, & inextinctum, qui tamen non torquebit æternùm, quas ad purificationem recipit animas: idem enim ignis piè functis hominibus temporarium, impiè decedentibus æternum præbebit supplicium; atque supplicium sanè utrisque, sed illis κολαστικὸν ἅμα, καὶ καθαρτικὸν ad pœnam unà, & purificationem, his verò κολαστικὸν dumtaxat ad pœnam, ærumnamque perpetuam. Sed (9) ubi, inquit, jacet hic ignis Purgatorius? ποῦ δὲ κεῖται τὸ καθαρτήριον τοῦτο πῦρ; Nempe ubi & Erebus ipse, ut supra ex Photianis ipsis tua ipsa tempestate scribentibus disertè docuimus. Quo fit, ut Latini non plura primaria loca, quàm ea, quæ ex sacris Paginis ingeris, doctè constituant; sed in illis, iisdemque locis conceptacula plura cognoscant, quemadmodum & in Cœlo ipso mansiones sunt multæ.

V. Videbimur forsitan actum agere, cùm dicta otiosè repetimus: sed non id nobis vitio vertendum. Photiani nos ad hoc adigunt, quorum proterviæ castigandæ etiam peccata nostra concedimus. Illud tamen in his hominibus est prorsus intolerabile, quòd & Ecclesiæ Doctores contemnunt. Nam audi, quid de Augustino (1) Meletius. Καὶ Αὐγουστῖνος ἐσθ᾽ ὅπου τὸ Πουργατόριον τίθησιν· ἀλλὰ πρῶτον μὲν οὐχ οὕτω δογματικῶς, ἔπειτα δὲ καὶ οἱ τρία μόνα σκηνώματα κατὰ τὴν θείαν γραφὴν ἐπιγινώσκοντες, ὕστερον τὸ Πουργατόριον προσβάλοντες, ἑαυτοῖς τε προσκρίνουσι, καὶ τῇ θείᾳ γραφῇ διαφωνοῦσι. Et Augustinus est ubi Purgatorium constituit. Sed primùm quidem non adeò Dogmaticè, deinde ii, qui tria sola Tabernacula juxta Sacram Scripturam agnoscunt, (loquitur etiam de Bernardo, quare numerum pluralem hic ponit) mox Purgatorium asserentes sibi ipsis repugnant, & dissona Scripturæ Sacræ constituunt. Hinc colligit: γνώμη δὲ οὕτως ἀκατάστατος (εἴγε ὅλως καὶ γνώμη) καὶ ἀσύστατος, δόγμα εἶναι ἀδύνατον. Sententia porro adeò inconstans (si tamen omnino sententia est) & instabilis, dogma esse non potest. Hunc in modum doctissimos viros, atque sanctissimos excipit Patriarcha Meletius, cui sanè quid ulteriùs respondeam, ignoro: nam, cùm duo imputet Augustino, & Bernardo, primum inconstantiam, quòd ultra loca per sacras Paginas constituta, perque ipsos recepta, locum alium Purgatorio ipsi constituant, secundum subobscuram locutionem, nec dogmaticam admodum: alteri sanè respondimus, alterum mox apertè propositis tum ipsorum, tum Patrum aliorum sententiis diluemus. Interim hæc esto censura Meletio debita. Homo planè demens, qui, quid loquatur, prorsus ignorat. Non in Opere tantùm, sed in Paginis Operis, in qualibet, & omni periodo secum ipse pugnat, idem, quod affirmat, inficiatus: adeò eorum, de quibus disputat, incallidus palam, & expers, ut unà orandum pro impiis, unà non orandum eadem in parte Operis asseveret, quæ omnia usque adeò manifesta sunt, ut vel ipse Coressius (2) affirmet: ἐν οἷς τὰ Μελετίου τὰ πλείω ἀντιλογοῦσι, καὶ ἄκρατον μωρίαν διδάσκουσι. Quæ scripsit Meletius, plura sibi ipsis repugnant, & meram stultitiam docent. Sic ex merito Coressius de eo, qui ausus est sententiam Augustini eam ob causam à ratione Dogmatis alienam dicere, quòd inconstans sit, & instabilis.

VI. Verùm enimverò, si usquam venia aliqua digna videtur Photiana dementia, hìc sanè, ubi nefas est Purgatorium inficiari, quin planè desipias. Nam, cùm omnino concedendum sit, concedaturque, & utiles esse preces pro mortuis, & pro Impiis orandum non esse, ni statim fateare, dari Statum aliquem tertium animarum, quæ neque impiæ sint, atque attamen torqueantur, propterea; juvari precibus & possint, & petant, nulla te Ulyssea (1) herba Moly nullum tutabitur, quin è vestigio in Photianum asellum evadas, illasque palam ineptias effutias, quas passim & legimus, & stomachamur in Photianis, quos argumento hoc ineluctabili pressos, audias inficias ire, esse inutiles preces, quas fundimus, Manibus Damnatorum: quod ubi hæreticum esse docueris, dicunt, preces utiles τοῖς ἐν πίστει τεθνεῶσι mortuis in Fide. Hinc si redeas ad Argumentum, iterùm, quod probatum admiserant, negant, admissuri paulò post, quod negarant, tantâ inconstantiâ, qui Latinos, & quidem Sanctissimos, & Sapientissimos, inconstantiæ damnant, ut reipsa de his vaticinatus videatur Regius (2) Psaltes, cùm dixit: in circuitu Impii ambulant: κύκλῳ οἱ ἀσεβεῖς περιπατοῦσι: Impii sanè, qui, Purgatorio negato, necessariò Pietatem omnem erga defunctos, parentes, amicos, ac socios tollunt: Impii,

(1) In Explic. Miss. ad 2. Memento.
(2) In d. Epist. ad Chios pa. 224 ab init.
(3) Ibid. lin. 2.
(4) Deut. c. 4. n. 24.
(5) Ibid. lin. 3.
(6) Ibid. lin. 5. & 6.
(7) Ibid. lin. 6.
(8) d. aig. 4. pag. 51. lin. 16.
(9) Ibid. lin. 8.
(1) Ubi supr. pag. 22. li. 13.
(2) Additio. ad Myriobibl. Photii nu. 218.
(1) Hom. Odiss. lib. 10.
(2) Psal. 11. Ver. 9.

pii, qui Gentis nostræ mores corrumpunt: Impii, qui religionis Orthodoxæ traditiones pessundant, utque Impii, sic circum Veritatem euntes; ut in Veritatis inquisitione à Veritate divertant, aberrentque à veritate, cùm illi sunt proximi. Ambulent scilicet in circuitu, secuti, quod fugiunt, fugientes, quod sequuntur. Medius fidius jamdudum evenere Diræ, queis Impios omnes, atque adeò Photianos hosce idem Regius (3) Psaltes devovit, cùm cecinit: *Deus meus, pone illos, ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti*: ὁ Θεός μου, θοῦ αὐτοὺς ὡς τροχὸν, ὡς καλάμην κατὰ πρόσωπον ἀνέμου: Nempe quid est poni, ut rotam, nisi contrarium sibi ipsi constitui? Ut se sequaturque, fugiatque; neget, quę dixit; quæ negavit, affirmet: nec, præter instabilitatem ipsam, stabile aliud aliquid præ se ferat? Quid est poni uti stipulam ante faciem venti, nisi pudendæ inconstantiæ mancipari, ut Impius circumferatur παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης, *omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris*, quemadmodum (4) Paulus asseruit? At hęc omnia quadrant ad Photianos Purgatorium animorum Statum inficiatos, quos rotari dicas, ac circumquaque torqueri, dum in contraria rapiuntur, nec tamen se ab ipso errore prorsus expediunt, impediunt magis, raptatique quolibet petulantis Ignorantiæ spiritu, sunt, quomodo eos (5) Judas descripsit, νεφέλαι ἄνυδροι ὑπὸ ἀνέμων περιφερόμεναι, δένδρα φθινοπωρινὰ, ἄκαρπα, δὶς ἀποθανόντα, ἐκριζωθέντα· κύματα ἄγρια θαλάσσης ἐπαφρίζοντα τὰς αὐτῶν αἰσχύνας, ἀστέρες πλανῆται, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς τὸν αἰῶνα τετήρηται: *nubes sine aqua, quæ à Ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia, quibus procella tenebrarum servata est in æternum*. Et meritò his dicitur servata procella tenebrarum, qui nunc amant tenebras suas, illudque non vident, quod omnibus Gentibus, quæcunque Defunctorum Manes piavere, vel piant, receptissimum est, atque fuit.

VII. Certè, si Arctoas hæreses, quæ inutiles planè preces mortuis afferunt, excipias, nulla Gens unquam non fassa est, purgari animos mortuorum. Nam Judæis hunc fuisse sententiam familiarissimam, constat ex toties relato in libris Machabæorum (1) epiphonemate, facitque, quod narrat, & asserit (2) Josephus. Eandem probari per Saracenos patet ex (3) Alcorano: Ethnicis porro quid hoc Dogmate notius? cùm penes Nostros (4) Plato, penes Latinos (5) Tullius clarissimis purgatos apud Erebum animos verbis constituant; id, quod & (6) Poetæ cecinere. Adeò naturali congruit rationi, esse post mortem animorum aliquem Statum, cui prosint, quæ facimus, quemque oporteat à Damnatorum, deploratorumque hominum conditione esse distinctum. Neque enim audiendus est demens (7) Margunius, qui hoc etiam ex capite Purgatorium damnat, quod illud Ethnici quoque probaverint. Etenim non omnia reprobanda sunt, quæ probantur ab Ethnicis, alioquin, I, immortalitatem negato animæ, quòd eam Plato docuerit; Providentiam Numinis deride-to, quòd eam Cicero comprobaverit: libertatem hominis inficiator, quòd illam Aristoteles usque ad ineptias tutatus sit. Quid? Aude majus aliquid, teque dignum, Marguni: Fatere Deum unum non esse, etenim hoc Socrates affirmavit. Quòd si hæc ab Ethnicis dicta, recepta, probata Nos quoque jure dicimus, recipimus, probamusque; ac probamus, propterea etiam manifesta esse, quòd ea vel Ethnici doctiores negare nequiverint, quod nam piaculum erit, propterea etiam Purgatorium hominum post obitum Statum asserere, quòd illum Naturæ ductu Ethnicorum Sapientia ipsa cognoverit? Non est aut novum, aut mirum, si Orthodoxi sententias nostras sententiis Ethnicorum probemus. Docuit nos Vas illud Electionis, Doctor ille Gentium, qui Judæo primùm, & Græco se debitorem asseruit, docuit, inquam, nos, probandis dogmatibus Fidei utilem esse vel Ethnicorum authoritatem, præsertim cum ea comprobat, quæ Rationi, cui Gens omnis parere, mens omnis adstipulari debet, sunt propalam consentanea. Id quod hercle in re, qua de agimus, manifestè contingit. Etenim non aliam ob causam Gentium suffragio omnium, Purgantium se se animorum status asseritur, nisi quòd manifestum est, hunc esse, si vivi prosumus mortuis; & ipsa interim Natura ad opem mortuis ferendum nos provocet latente quodam instinctu, quem vanum esse ille unus dixerit, qui cum Margunio desipiet.

VIII. Est & Argumentum Platonis statum hunc Tertium adstruentis validissimum. Nam omnino recipiendum est, ex iis, qui moriuntur, alios esse optimos, alios pessimos, medios alios inter utrosque, hoc est, esse τοὺς μακαρίους, τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἁμαρτωλούς, uti nos loquimur, esseque alios, qui neque Beati dicendi sunt, neque Impii, sed medium quid, mediocriter nimirum bonos, & mediocriter malos. Id quod, præter (1) Augustinum, dixere Nostri omnes, quos longo ordine producit (2) Coressius. Ergo prorsus recipiendum est, esse post hanc Vitam Statum eorum, quos præmia Virtutis eximiæ statim excipiunt; esse Statum eorum, quos manent poenæ Vitiorum æternæ, esseque Statum Tertium eorum, queis temporaria tormenta debentur; quibus expiati, post quam divinæ Justitiæ fecerint satis, virtutis suæ qualiscunque, præmia nanciscantur. Confirmatur hoc ipsum ex eo, quod inferiùs contra Margunium docebimus, esse nimirum certum discrimen inter peccata, & illud in primis, quo lethalia discrepant ab iis, quæ digna sunt veniâ, appellanturque à Nostris συγγνωστά. De his loquitur (3) Paulus, cùm dicit εἴ τις ἐποικοδομεῖ ξύλα, χόρτον, καλάμην, σωθήσεται, οὕτω δὲ, ὡς διὰ πυρός: *qui superædificat ligna, fœnum, stipulas, salvus erit quasi per ignem*, quemadmodum explicant DD. & Patres, quos Georgius (4) Scholarius latè, & ex eo latissimè (5) Bellarminus produxit. Quare (6) Augustinus, *alia*, inquit, *sunt peccata infirmitatis, alia imperitiæ, alia malitiæ. Infirmitas contraria est Virtuti, Imperitia Scientiæ, malitia Bonitati: Quisquis igitur novit, quid sit Virtus, & Sapientia Dei, potest existimare, quæ sint Venialia peccata, & quisquis novit, quid sit Bonitas Dei, potest existimare, quibus* pec-

(3) Psal. 82. v. 14.
(4) Ad Eph. ca. 4. num. 14.
(5) Epist. Cath. nu. 12. & seqq.

(1) Lib. 2. d. c. 12.
(2) Lib. de bell. Judaic. c. 19.
(3) Ex Versione Olachii p. 2.
(4) In Phędro, & Gorgia.
(5) In Somnio Scipionis.
(6) Virg. Æneid. li. 6. Claud. l. 2. in fin. in Ruffin.
(7) d. cap. 39. Antirrhetic.

(1) In Enchir. cap. 110. & lib. de cura pro Mortuis cap. 1.
(2) d. Ep. 1. ad Corydal.
(3) 1. Ad Corinth. c. 3. nu. 14. & seqq.
(4) Lib. de ratione Concordię circ. med.
(5) De Purgat. lib. 1. c. 5. per tot.
(6) Lib. 83. quæst. q. 26.

peccatis certa pœna debeatur, & hic, & in futuro sæculo: Quibus benè tractatis, probabiliter judicari potest, qui nam sint cogendi ad pœnitentiam luctuosam, & lamentabilem, quàvis peccata fateantur: & quibus nulla omnino speranda sit salus, nisi sacrificium obtulerint Deo Spiritum contribulatum per Pœnitentiam. Esse igitur peccata λεπτὰ, καὶ κοῦφα, καὶ ἀσύγγνωστα, *minuta, & levia, & quibus facilè parcas*, ex his certum est: Hinc (7) Psaltes, *ab occultis*, inquit, *meis munda me, & ab alienis parce servo tuo*: ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου; occulta vocat, quæ propter levitatem, & frequentiam quodammodò spernuntur, quasi non agnoscantur: aliena verò, quòd sæpe etiam ex alieno proveniant. Unde & (8) Parœmiastes, *septies*, ait, *in die cadet justus*: ἑπτάκις πεσεῖται ὁ δίκαιος: ut scias, & justum esse, qui cadit, & peccaat esse, queis cadit, quando hæc levia peccata παραπτώματα Græci dicimus, quasi Casus à Lege, non tamen penitùs præcipitia. Porro ex his adstruitur Status, quem constituimus: Nam fieri potest, ut homo criminum hujusmodi ἀσυγγνώστων reus moriatur. Quis enim hoc ausit negare? Igitur oportet, adstruamus hominum hujusmodi Statum, qui ab his criminibus, vel post obitum, expientur. Hanc consecutionem inficiari haud poteris, ni alterutrum dicas, nempe aut maculosum aliquid, reumque criminis alicujus ad Beatitatem recipi posse, aut his levioribus reum minimè maculari. At primum impium est, quippe verbo divino contrarium, (9) dicenti, καὶ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν πᾶν κοινόν: *non intrabit in eam omne inquinans*, sive, ut habet Vulgata, *aliquid coinquinatum*, nempe in cælestem illam Hierusalem Beatorum Patriam, sedemque Beatitatis. Si verò ex duobus illis alterum dicas; prorsus inclamabitur Tibi, ut fatuo, stultove; Quî enim sanus inficiere, à peccato, quodcunque illud sit, animum fœdari? An nescis scrutaturum (10) Numen Hierusalem in lucernis, ut vel minima corrigat? An ignoras levibus hisce peccatis debilitari animum, juxta illa: *qui spernit modica, paulatim decidet*, ὁ ἐξουθενῶν τὰ ὀλίγα, κατὰ μικρὸν πεσεῖται: & illa: (12) *luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est*: ἐπένθησε τὸ προτείχισμα, καὶ τὸ τεῖχος ὁμοθυμαδὸν ἠσθένησε. Quare & sponsus in Canticis, (13) *capite*, inquit, *nobis Vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas*: πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας μικρὰς, ἀφανίζοντας τοὺς ἀμπελῶνας: ut nimirum hinc scias, leviores has culpas, tametsi mortem non inferant animo, certè eum aliquatenus deturpare, ut, sin minus his obnoxius se queat interemptum, aut lethaliter vulneratum asserere, sinè possit cum eadem (14) sponsa queri: *invenerunt me vigiles, qui custodiunt Civitatem, percusserunt me, vulneraverunt me, tulerunt pallium meum mihi custodes murorum*. Εὕροσάν με οἱ φύλακες οἱ κυκλοῦντες ἐν τῇ πόλει, ἐπάταξάν με, καὶ ἐτραυμάτισάν με, ἦραν τὸ θέριστρόν μου ἀπ' ἐμοῦ φύλακες τῶν τειχέων. Scilicet his culpis fit, ut vel Justitiæ nostræ sordescant, sintque, ut emphaticè (15) Isaias dixit: *sicuti pannus menstruatæ*, turpes, ac maculosæ. Adeò verum est, levioribus culpis, quæ dignæ sunt venia, animum hominis defœdari, quem proinde oporteat, ni eas hic piè diluerit, post obitum, aliquo in Statu, atque conditione supplicii seriò perpurgare.

IX. Quî, inquies cum Margunio, his culpis expiabitur post obitum animus, si post obitum crimen admissum numquam dimittitur? Nam non dimitti culpam, nisi mutatâ voluntate, quæ crimen admisit, certum est: at post mortem voluntas mutari non potest, neque ita, ut novum crimen patret, neque ita, ut eam criminis patrati pœniteat. Id, quod, (1) inquit, ἐκ τῶν ὑμετέρων ἀρχῶν λέγομεν συλλογιζόμενοι κατ' ἄνθρωπον· ὑμεῖς γὰρ μετὰ τοῦ προφήτου λέγετε ἐν τῷ ᾅδῃ οὐκ ἔστι μετάνοια, καὶ μετὰ τοῦ Δαμασκηνοῦ ταὐτὸ λέγετε, ὅτι τοῖς ἀνθρώποις ὁ θάνατος, ὅ τοῖς ἀγγέλοις ἡ πτῶσις, ἡ δὲ πτῶσις τοὺς ἀγγέλους τοὺς ἡμαρτηκότας ἀμετανοήτους, καὶ ἀμεταθέτους ποιεῖ. λοιπὸν καὶ τὰς ψυχὰς, ὅτι μὴ δύναται καὶ τὰς κηλῖδας ταύτας ἐξαλεῖψαι. Τέλος, διὰ τοῦτο δύναται ἐν τῷ κόσμῳ οἱ ἄνθρωποι τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν λαβεῖν, ὅτι καὶ καλλιεργεῖν δύνανται: μετὰ δὲ τὸν θάνατον τί καλλιεργεῖ; ὅτι, ὦ μωροὶ, σοφώτεροι, εἴπερ ἐν τῇ μωρίᾳ σύνεσις ἔχειν τις, ἐπιχειρήμασι τὰς ὑμετέρας γνώμας στηρίσατε. *Ex vestris principiis argumentati ad hominem dicimus. Vos enim cum Vate dicitis, in Inferno non est pænitentia, & cum Damasceno idem dicitis esse hominibus mortem, ac fuit Angelis casus: Casus autem Angelos eos fecit, qui nec resipiscere, nec moveri queant; igitur & animos ita, ut non possint maculas hasce eluere. Denique propterea in Vita homines possunt veniam delictorum nancisci, quòd mereri queant: post mortem verò ubi merita? Quare ò stulti prudentioribus (si tamen in stultitia quis esse potest mentis compos) argumentis sententiam vestram confirmate.* Sic ex more Margunius, nempè propositis difficultatibus, quas sibi ipsis Orthodoxi objiciunt; omissisque solutionibus, quas tamen Photiani videant penes (2) Bellarminum, si Latinum horrent, eas perlegant moneo penes (3) Bessarionem, ex quo illas dissimulato authore, ut solet, Bellarminus accepit. Quòd si & Bessarionem contemnunt, quippè & Orthodoxum, & paternæ Religionis tutorem egregium, has easdem solutiones repetant (4) à Coressio. Nos cum (5) Prodromo nostro docemus, dimitti culpas, quæ veniam merentur, etiam post mortem. ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ ὑπομονὴ τῆς προσκαίρου κολάσεως, καὶ πατρικῆς παιδείας τῶν ἐν πίστει, καὶ ἐλπίδι τοῦ Θεοῦ ἐλέους ἀποθανόντων τὰ λεπτὰ παραπτώματα, καὶ ὡς κηλῖδας φιλανθρώπως ἐξαλείφει. *Nam Dei dilectio, & patientia pœnæ temporariæ, ac paternæ punitionis, eorum, qui in fide, & spe mortui sunt, levia peccata, & quasi maculas, clementer diluit.* Quod post Prodromum acutissimè D. Thomas (6) probavit ex eo, quoniam ea patientia ex amore dilecti Numinis profecta, quamvis Pœnitentia non sit, vim tamen Pœnitentię habet; &, quamvis reipsa nihil mereatur, tamen obtinet veniam peccati à Numine dilecto, ac diligente patientem amicè animum, largè concessam. Hinc nihil officiunt, quæ stupidè coacervat Margunius: Nam dicimus post mortem esse aliquid, quod piè functis hominibus loco pœnitentiæ sit, quemadmodum explanavimus. Dicitur autem non esse in Inferno Pœnitentia, non quòd in omnibus degentium apud Inferos Statibus pœnitentia non sit, sed quòd

(7) Psal. 18. v. 13.
(8) Prov. c. 24. nu. 16.
(9) Apoc. c. 21. nu. 27.
(10) Sophon. c. 1. nu. 12.
(11) Eccli. ca. 19. nu. 1.
(12) Thren. c. 2. num. 8.
(13) Cap. 2. nu. 15.
(14) Cāt. c. 5. nu. 7.
(15) Cap. 64. nu. 6.

(1) d. rat. 39. Antirrhet.
(2) d. lib. 1. ca. 14. post med.
(3) In d. 2. Encyclica.
(4) In d. Epi. 1. ad Corydal.
(5) De Interpret. ad Can. Pœnit. S. Basil.
(6) In 4. sent. dist. 21. qu. 1.

quòd in Damnatis non sit, quorum immutabilis est voluntas: Quare dictum Vatis intellige de Inferno inferiori, ubi nemo confitetur Deo: de Inferno, quem inter, & Beatos magnum est Chaos: non de Inferno illo, quem inferiori superiorem fateri necesse est, non de illo, in quo fideles animæ Deo punienti confitentur, non de illo, à quo iter est ad Beatos, quem Christus post mortem invisit, cujus portas æreas, & vectes ferreos confregit, unde ascendens in altum captivam duxit captivitatem. Ibi post mortem Pœnitentia est, non quidem propria, qualem vivi utiliter usurpamus, Sed eà parte, qua vim habet remittendi peccata per patientiam pœnarum, potentem amore Numinis ab amico Numine veniam impetrare. Hoc dicimus cum Regio Psalte, hoc itidem cum doctissimo Damasceno pronunciamus, rati idem esse hominibus mortem, quod casum Angelis, ut, quemadmodum hos dicimus pœnitere criminis capitalissimi non posse, ita pariter asseramus, à culpa lethali, quam moriens amavit, post mortem, hominem resilire non posse. Damnati enim à morte conceptam in criminibus constantiam malâ voluntate perennant, contra leviorum reis, quæ secum detulere, crimina levia utiliter displicent, quòd ex Charitate divina displiceant. Hinc planè negamus propterea homines nancisci posse veniam delictorum in Vita, quòd possint mereri, τὸ *propterea* dicente totam causam habendæ veniæ: nam reverà propterea homines habere veniam in vita possumus delictorum, quòd in ea conditione simus, quæ statum nondum habet perpetuum: Quare per veniam moveri possumus ad statum illum perpetuum. Porro, cùm conditio ea est, quæ duos respicit status perpetuos, alterum meritorum, qui in Beatitate situs est, alterum peccatorum, cui debetur æterna calamitas, necessariò & potest peccare, & potest mereri: nam ad alterutrum statum non nisi per plenam libertatem iri potest: non est autem plena libertas, nisi possis alterutrum statum sponte tua consequi, per peccata nimirum Statum æternæ miseriæ, per virtutem verò Gratia Dei animatam statum felicitatis æternæ. Ea propter in Vita utrumque oportet te posse, & peccare, & mereri, quo possit tibi in hac Vita peccatum dimitti. At ab obitu neque est, neque necessarium est, meritum ad veniam levium peccatorum: Etenim conditio illa media, qua hìc nempe philosophamur, duos haud respicit terminos, unum dumtaxat præ oculis habet, æternam felicitatem, quam nimirum Gratiâ, cujus est compos, meretur. Jam, cùm uni termino addicta sit, libertate non indiget, atque adeò libertatis est impos, qua fine neque peccare potest, neque mereri: id unum potest, quod sibi fas unà est, & necessarium, amare Deum, ærumnasque illas patienter ferre ob Numinis amorem dilecti, atque, quidquid eam ab dilecto Numine distinet, odisse. Odit igitur, ac detestatur culpas illas leves, quibus abstrahitur à Deo, quem diligit: igitur & odium culparum habet suarum, & erga Numen perfectissimam charitatem, quæ duo sufferunt ad veniam criminum ejusmodi impetrandam. Nam (7) *Charitas operit multitudinem peccatorum* ἀγάπη καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν; *patientia* (8) *verò operatur vitam æternam*: ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω. Ipsum odium peccati vel levissimi peccatum illud validissimè delet, fitque, ut in statu, quem hìc describimus, meriti potestas nulla sit, sit tamen potestas ejus agendi, quo possis obtinere levium veniam peccatorum. Nam & post obitum posse hominem veniam consequi, certum est, quidquid adblateret Marguniana dementia. Constat hoc ex eo, quòd aliqua peccata ex verbis Christi post hanc vitam piantur. (9) Ait enim, esse quoddam peccatum, ὃ οὐκ ἀφεθήσεται οὐδὲ ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι, *quod non remittetur neque in hoc sæculo, neque in futuro*: ex quo sequitur, esse peccata, quæ remittuntur & in futuro sæculo, quemadmodum inferunt (10) Augustinus, (11) Dialogus, & (12) Bernardus, ne cæteros addam, quos Margunius non recipit, (13) Bedam, (14) Cluniacensem, (15) Rabanum, & utrumque (16) Glossographum. Quòd si crimen est aliquod, vel post obitum, expiabile, certè non lethale illud, quod remittitur hercle in hac vita, in alia tamen manet, æternùmque manebit. Igitur venia dignum hoc erit, atque adeò ex ore Christi certissimum est id, quod appellat stultitiam, stultisque argumentis probari contendit Margunius, verè stultus, atque etiam impius: quando his contumeliis doctissimorum Virorum sententiam petit, quod stultitiæ manifestissimæ est, Orthodoxumque dogma labefactum it, quod est apertissimæ impietatis.

X. Verùm, ut hoc dogma confirmemus ulteriùs, illud etiam considerandum est, quod, ut, ut Arctoę Principes hæresis inficientur, Nostris & Photianis ipsis, si Critopulum (1) unum excipias, constitutissimum est, nimirum cùm Deo per exhomologesim perve perfectum dolorem conciliatur peccator, licèt culpa remittatur, non tamen remitti integrè pœnam. Id contra Critopulum fas erit probare ex Sacris Paginis primùm. Nam (2) Parœmiastes: *misericordia*, inquit, *& veritate redimitur iniquitas*, & Daniel (3); *peccata tua eleemosynis redime*. Quæ verba non de peccato dudum dimisso intelligenda sunt, ut dimissa iniquitas, & peccata, quibus venia, quod attinet ad culpam, concessa est, redimi dicantur; redemptum enim redimi iteratò non potest; sed de pœna ipsa dimissis dudum criminibus debita, quam dici peccatum, & iniquitatem in Hagiographis, probat numeroso exemplo Matthæus (4) Caleca, cujus crebrò laboribus (5) Bellarminus, Andrea Eudæmonianne (6) dicenda, & scribenda parante, eruditissimus est. Scilicet Judas (7) Patri suo: *nisi reduxero*, ait, *puerum, ero peccati reus in te omni tempore*: ἡμαρτηκὼς ἔσομαι εἰς σὲ πάσας τὰς ἡμέρας. καὶ τὰ λοιπά. Et de se Deus (8) ipse: *ego sum Deus Zelotes, reddens iniquitatem Patrum in filios* ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα. Et (9) Bersabee David: *erimus*, inquit, *ego, & Salomon filius meus peccatores*: ἔσομαι ἐγὼ, καὶ Σολομὼν ὁ υἱός μου ἁμαρτωλοί. Quibus verbis apertè ipsa pœna significatur, ut constet, in sacris Paginis sæpe nomen peccati accipi pro ipsa pœna peccati. Hìc autem ita esse accipiendum ex eo manifestum est, quòd reipsa peccati culpa, non misericordiâ, neque collatis in pauperes stipibus

(7) 1. Petri c. 4. num. 8.

(8) Jacob. c. 1. nu. 3. ad Rom. c. 5. nu. 3. & seqq.

(9) Mat. c. 12. Marc. ca. 3.

(10) Lib. 21. de Civit. c. 24. l. 6. ad Julian. c. 5.

(11) Lib. 4. Dialog. c. 39.

(12) Hom. 66. in Cantic.

(13) In c. 3. Marci.

(14) Epi. contr. Petrobusianos.

(15) Lib. 2. Instruct. Clerical. c. 44.

(16) Interlin. & Ordin. in loca Mat. & Marc. citata.

(1) In Antipanoplia c. de confessione mystica.

(2) Cap. 16. n. 6.

(3) Cap. 4. nu. 24.

(4) Libr. Erotem. 100. Erot. 10.

(5) In Controver. et præsertim hic.

(6) Extant ejus MS. Græca in Biblioth. Coll. Rom. Soc. Jesu.

(7) Gen c. 43. n. 9. et 44. n. 32.

(8) Deut. c. 5. n. 9.

(9) Reg. c. 1. n. 21.

Digitized by Google

bus redimitur, sed perfecto dolore, quem συντετριβὴν, extra Sacramentum verò, imperfecto dolore, quem ἐπιτριβὴν dicimus teste (10) Bulgaro. Quapropter, cùm redimi eleemosynis peccata dicuntur, palam est, eleemosynis redimi culparum etiam dimissarum pœnas, atque adeò etiam post dimissa peccata remanere pœnas peccatorum, vel post dimissum crimen luendas. Quod, præter dicta, ulteriùs comprobatur. Nam, ubi dixit (11) David, *peccavi Domino:* ἡμάρτηκα τῷ κυρίῳ: respondit Nathan, *Deus quoque transtulit à te iniquitatem.* Κύριος παρεβίβασε τὸ ἁμάρτημά σου. Post quæ verba certum est, desiisse peccati culpam in Rege, qui resipuerat, & tamen additur. *Sed, quia blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, filius, qui natus est tibi, morietur.* Παροξύνων παρώξυνας τοὺς ἐχθροὺς σου ἐν τῷ ῥήματι τούτῳ, ὁ υἱός ὁ τεχθείς σοι θανάτῳ ἀποθανεῖται. Ecce post culpam deletam pœna culpæ debita superstes. Sic & soror Moysis (12) Maria ob Murmurationem morbo lepræ percussa, licèt, orante Moyse pro eâ, soluta esset à culpa patrati criminis, pœnam post culpam dimissam per hebdomadem integram sustinuit, ut planè alterutrum asserendum sit, aut falsa esse, quæ nobis ingerunt sacrarum effata Paginarum, aut Critopulum (13) desipuisse, cùm docuit, μετὰ τῆς ἁμαρτίας ἐξαλείφεσθαι καὶ τὸ τῆς ἁμαρτίας τιμώρημα: *cum peccato deleri & pœnam peccati*. Quod axioma Critopulus didicit ab amicis, & hospitibus suis Lutheranis, quibuscum quicunque Nostrorum aliquandiu versati sunt, immunes hercle fuere à pestilentia, si Græci; si Photiani, plerumque calicem aureum Babylonis hauserunt, exhauseruntque.

(10) In Catech. p. 15. ad fin.
(11) 2. Reg. c. 12. nu. 13. & seqq.
(12) Numer. c. 12. n. 10.
(13) d. c. de Cōfess.

XI. Horum unus Critopulus est, quanto castigatior cæteris Photianis in sua Confessione, ubi hoc ipsum, quod probamus, affirmat, tanto impudentior in Antipanoplia, & Epistolis, quibus blanditurus amicis suis hæreticis nisus est hæresum Arctoarum coloniam in Græciam deducere: frustra sanè, nam Græcia vel Photiana, cùm suas amet, heterodoxas ineptias privatim, ac publicè detestatur; atque hanc ipsam sententiam, quæ unà cum culpa remitti pœnam affirmat, verbo, factoque passim condemnat. Nam inter Pœnitentiæ partes τὴν ἱκανοποίησιν *satisfactionem* recipit (1) Bulgaro teste, quæ post dimissum crimen præstanda est; & quilibet ex iis, qui penes Nos sacrum exhomologesis tribunal ascendunt de criminibus potestate Christi judicaturi, post latam sententiam, qua Numinis authoritate crimen dimittunt, ac pristinæ reum innocentiæ restituunt, κανόνα imperant, de quo eruditè (2) Goarius, & Bulgarus (3) doctè. Nec mirum à Græcia tota hoc penitùs recipi. Antiquitatis tenacissima Natio novit id maximè penes Antiquitatem receptum: id ubique à Majoribus nostris insinuatum, præcipi id ubique ab Ecclesia nostra vel Photiana. Scilicet hæc quoque sententiam Justini (4) martyris probat (ut videre est penes (5) Gabrielem Artæ) docentis, Josiam, licèt Regem Sanctissimum, quòd non paruisset Deo vetanti cum Ægyptiis bellum, morte multatum, ut criminis admissi ferro Ægyptio pœnas exolveret: unde infert, pœnas post crimina impositas expiationes esse peccatorum, eorundemque vindictas, atque compensationes criminum, etiam cùm non imputantur ad culpam. Ea propter cum Irenæo (6) fatetur, vel Protoplasten ipsum, post quàm agnovit se nudum, hoc est, criminis reum, carentemque veste Justitiæ, propterea texisse se foliis ficulneis, quamvis folia alia non deessent, ut aspero amictu de se, etiam post quàm resipuerat, sumeret criminis pœnas.

(1) d. Catechis. p. 15. in fin.
(2) In Euchol. ad Orat. super Pœnit.
(3) d. pag. 15. in fin.
(4) Quæst. 79.
(5) In Manuduct. Peccatoris c. 2.
(6) Lib. 3. c. 37. ubi de Adamo.

XII. Sic cum antiquissimis Patribus sentiunt Photiani, quorum Cerularius (1) Magister hæc ipsa loca & Justini, & Irenæi ad confirmationem rei, quam docemus, producit. Nempe idipsum Basilius docuit, cùm, his verbis Psaltæ (2) propositis: *convertisti planctum meum in gaudium mihi*: ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοί, palam asserit laboribus, & ærumnis, quibus resipiscentis animi corpus torquetur, veniæ, ac salutis acquiri lætitiam. *Lamentantur*, (3) inquit, *nobis Propheta, ad luctum nos provocantes, ut simul ad cognitionem, ac confessionem peccatorum delati nostrorum, ex propheticis sermonibus nostrum lugeamus exitium, laboribus multis, & ærumnis nostram carnem affligendo. Ei sanè, qui talis est, lugubris vestis disrumpitur, quam sibi circumposuerat suum lugens peccatum. Huic tandem circumponitur amictus lætitiæ, & pallium salutis.* Ἀλλὰ καὶ θρηνοῦσιν ἡμῖν οἱ προφῆται εἰς κοπετὸν ἡμᾶς προκαλούμενοι, ἵνα εἰς συναίσθησιν ἐλθόντες ἐκ τῶν προφητικῶν λόγων ἐπὶ τοῖς ἑαυτῶν ἁμαρτήμασι, κατεπενθήσωμεν ἡμῶν τὴν ἀπώλειαν, ἐν κόποις, καὶ μόχθοις τὴν σάρκα ἡμῶν καταπιέσαντες. Τῷ τοιούτῳ τοίνυν περιρρήγνυται μὲν τὸ πένθιμον ἔνδυμα, ὃ κατεπενθῶν τὴν αὐτοῦ ἁμαρτίαν περιεβάλλετο; περιτίθεται δὲ αὐτῷ ὁ χιτὼν τῆς εὐφροσύνης, καὶ τὸ ἱμάτιον τοῦ σωτηρίου. Et (4) alibi etiam: *Attende, ait, tibi, ut pro delicti proportione hinc quoque mutueris ex admota tibi medela valetudinis instauranda subsidium. Grande est, & grave peccatum: multa opus habes confessione, amarulentis lacrymis, peracri contentione Vigiliarum, indivulso, & continenti jejunio. Levis est, nec intoleranda offensio, huic quoque exæquetur Pœnitentia.* Πρόσεχε σεαυτῷ, ἵνα κατὰ ἀναλογίαν τοῦ πλημμελήματος καὶ τὴν ἐκ τῆς θεραπείας βοήθειαν καθέξῃς. μέγα, καὶ χαλεπὸν τὸ ἁμάρτημα; πολλῆς σοι χρεία τῆς ἐξομολογήσεως, δακρύων πικρῶν, συντόνου τῆς ἀγρυπνίας, ἀδιαλείπτου τῆς νηστείας. Κοῦφον, καὶ φορητὸν τὸ παράπτωμα, ἐξισαζέσθω καὶ ἡ μετάνοια. Quæ quid ingerunt nobis, quàm condignam ἱκανοποίησιν, per quam culpa dimissa pœnis æqualibus compensetur? Basilio adstipulatur (5) Nazianzenus: Nam miseratione, & fide purgari docet peccata; mox addit: *ergo miseratione purgemur, animique labes, & inquinamenta egregia illa herba detergamus, & dealbemus, alii ut lana, alii ut nix pro misericordiæ videlicet proportione.* Καθαρθῶμεν τῷ ἐλέῳ, ῥυψώμεθα τῇ καλῇ πόᾳ τὰ τῆς ψυχῆς ῥύπους, καὶ μολύσματα· καὶ λευκανθῶμεν, οἱ μὲν ὡς ἔριον, οἱ δὲ ὡς χιών, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς [illegible]; & (6) alibi, ostendit, neque castigandum esse corpus non speratâ venia delicti, neque parcendum corpori post receptam criminis veniam. *Æquale enim*, inquit, *est malum, & dimissio sine castigatione, & castigatio sine Venia, quandoquidem illa totas relaxat habenas, hæc verò veniâ restringit.* ὁμοίως γὰρ ἐστὶ κακὸν καὶ ἀσυμπάθεια, καὶ κατάγνωσις ἀσυγχώρητος· ἡ μὲν γὰρ ὅλας ἀφίησι τὰς ἡνίας, ἡ δὲ τῷ σφοδρῷ κατάγχει

(1) Synod. de Patr. Spir. t. ap. Canonarcham de vi. Can. ad Can. Pœnit. Thaumaturgi.
(2) Psal. 29. v. 12.
(3) In Orat. in d. Ps. 29.
(4) Orat. in illa attēde tibi.
(5) Orat. de pauperū amore prope finem.
(6) Orat. in S. Lumina.
(7) Orat. in Sacrū Lavacrū.
(8) Lib. 2. de Sacerdot. paulo post init.
(9) Hom. 41. ad Popul. Antioch.
(10) Hom. 2. de lapsu prim. homin.
(11) In Ep. 1. paschali.
(12) Epit. Divin. decretor. c. de Pœniten.
(13) Lib. 2. de Encher. c. 3. & lib. 7. c. 25. 27.
(14) Apud Coress. lib. de Pœnit. c. 11.

Digitized by Google

ex. Alibi (7) etiam docet cicatricem ex peccatorum vulneribus, obnixis precibus, multo luctu, & gemitu, & lacrymis obducendam. Addit calculum suum Chrysostomus (8) his verbis sacerdotum medicam in procuranda reorum hominum salute artem instituens. *Non temerè ad delictorum modum oportet & mulctam ipsam adhibere: Sed tanquam ex conjecturis quibusdam explorandus est delinquentium animus.* Οὐ γὰρ ἁπλῶς πρὸς τὸ τῶν παραπτωμάτων μέτρον δεῖ, καὶ τὴν ἐπιτιμίαν ἐπάγειν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἁμαρτανόντων στοχάζεσθαι προαιρέσεως: & Parænesi publica ad hoc ipsum (9) provocans Populum: *à nobis*, ait, *ultionem sumamus, ita placabimus Judicem.* Quin imò exemplo primi hominis eandem sententiam confirmat, cùm (10) dicit: *Ostendit Dominus, quibus officiis possint delicta purgari; ostendit confessione, & deformitate cultus veniam posse facillimè impetrari*. Eadem occurrent penes Theophilum (11) Alexandrinum antistitem, penes (12) Theodoretum, & (13) Hesychium, quos pleno agmine sequuntur (14) Germanus; (15) Tarasius, (16) Nicephorus P. & ex recentioribus (17) Zonaras, (18) Balsamon, (19) Aristenus, (20) Blastarius, (21) Constantinus Cabasilas, Nicetas (22) Heracleensis, Hieremias (23) P. quibus, si libet, Latinos Patres adjungito (24) Tertullianum, (25) Cyprianum, (26) Hilarium, (27) Ambrosium, (28) Leonem, (29) Hieronymum, (30) Augustinum, notumque Nostris (31) Gregorium, cujus hæc verba recipit Græcia: *non solùm confitenda sunt peccata, sed etiam Pœnitentiæ austeritate delenda: & hæc corrigibilia equidem peccata putantur, quia, post quàm à delinquentis voluntate discedunt, purgari satisfactione salubriter possunt*. Etenim his ipsis verbis (32) Coressius, Photianus licèt acerrimus, τὴν ἱκανοποίησιν necessariam comprobavit, quam adeò Græcia palam usurpat, ut ea severior apud nos sit, non sine laude conservati prisci Moris, quàm apud ipsos Latinos, penes quos jampridem, & ex circumstantiis fortassis utiliter, austeritas illa deferbuit, quæ Nobis vim adhuc suam ostentat ex Canonibus Dionysii, Petri, Timothei, ac Cyrilli Alexandrinorum Antistitum, Gregorii Thaumaturgi, Basilii Magni, Gregorii Nysseni, Nicephori, ac Nicolai Patriarcharum; quorum sententias operosè, & eruditè collegit, Græciæque custodiendas proposuit (33) Harmenopulus noster: ut planè Critopulus unus inter Græcos desipiat illud inficiatus, quod Græcia universa solemni testimonio approbat, confirmatque.

XIII. Jam ex hac publica Græciæ nostræ confessione, cui nihil obsunt, quæ desumpta ipsis verbis ex (1) Luthero, (2) Calvino, (3) Melanchthone, & (4) Chemnitio, solutaque validissimè, & fusissimè per (5) Bellarminum objicit, recoctas Crambas, Critopulus. Ex hac, inquam, publicà, solemnique Græciæ nostræ confessione sequitur manifestè Status ille Tertius animorum post obitum, quem dicimus Purgatorium. Nam sequitur crimini venia digno etiam dimisso pœnam deberi aliquam, & crimini lethali, postquàm ejus venia facta est, pœnam æternam in temporariam commutari: quæ pœnæ post utrumque crimen dimissum, remanent, hoc est, post veniam criminis, debentur, donec placatum Numen sive actibus Rei ipsius, sive bonis aliorum operibus, Ecclesiæve precibus, reatum pœnæ hujusmodi clemens dimittat, prorsusque reo reconcilietur, ne reus ullo modo amplius censeatur. Da igitur aliquem criminum, quorum veniam nactus est, pœnas noluisse exolvere in vita, vel repentè raptum, subito funere, non potuisse, vel certè noluisse, aut nequivisse integras exolvere, sanè inficiari non poteris, hunc hominem è vivis obligatum pœnæ migrare. Igitur fateri cogeris, esse Statum aliquem post obitum, in quo animi pœnæ obligati debitas pœnas luant, sive integrè faciendo satis per patientiam Divinæ Justitiæ, sive indulgentiam nactæ ex operibus, atque auxiliaribus vivorum precibus, obsecrationibusve Matris Ecclesiæ. Id, quod apprimè probatur ex monito Christi hortantis, dum vivimus, Deo, & conscientiæ nostræ facere satis; ne post mortem multò acerbiora tormenta subeamus. Ait (6) enim. Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτε εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ· ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην. *Esto consentiens adversario tuo citò, dum es in via: ne fortè tradat te adversarius Judici, & Judex tortori; & mittaris in Carcerem. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem*: Quæ verba Servatoris, quamvis alii alio modo sapienter enucleent videndi penes (7) Bellarminum, tamen (8) Ambrosius, & sæpe (9) Augustinus, atque post hos (10) Dialogus, & (11) Bernardus, aliique (12) his Juniores ita explicant, ut via hanc vitam, adversarius conscientiam nostram, quæ affectionibus corporis delicias appetentis adversatur perpetuò, Judex Deum ipsum significet. Quare divina sententia hunc sensum habet; Dum vivis, criminum pœnas conscientiæ tuæ repetenti prudens exolvito, ne, post quam obieris, ipsa te conscientia tua Judici sistat æterno, à quo mittaris in carcerem illum Infernum, unde non exibis, nisi solutis integrè criminum pœnis, duraturis proinde, si temporariæ, ad tempus, si æternæ, æternùm. Nam illud ἕως ἂν *donec*, vim hanc habet amphibolam pœnas utrasque complectentem; quare illud (13) Augustinus quandoque ad Tartareas, æternasque confert, at (14) Tertullianus, (15) Cyprianus, (16) Ambrosius, (17) Hieronymus, ex Nostris verò Eusebius (18) Emessenus, & (19) Origenes ad temporarias referunt, & purgatorias; quorum effata venerati argutias Patriarchæ (20) Meletii contemnimus, qui, dissimulato Augustini nomine, acumine Augustini usus, imò potius abusus contendit illà particulà ἕως ἂν, *donec*, non indigitari pœnas habituras finem, atque hoc his verbis quasi Tripodem affatus edixerit: ὁ σωτὴρ φησιν, οὐκ ἐξελεύσῃ, ἕως ἂν ἀποδῷς, καὶ τὸν ἔσχατον κοδράντην· ἄρα πρόσεστι Πυργατόριον, τὸ καθαρτικόν. ἀλλ' οὐχ οὕτως, ὅτι περὶ καθαρτικοῦ πυρὸς ὁ σωτὴρ διαλέγεται, τὸ σκεῦος ... ὅθεν ταῦτα εἴρηκεν ὁ σωτὴρ, μὴ ἄλλης φυλακῆς ἀρρήτου ἀξίας, οὐ καθαρτικῆς χώρας, ἀλλὰ φλογὸς κολαστικῆς, καὶ τὸν ἔσχατον κοδράντην ἀποδοῦναι ... ἀλλὰ τὸ ἕως, οὐ πάντοτε τέλος σημαίνει· οἱ ὀφθαλμοί μου φησιν, ἡμῶν πρὸς τὸν Θεὸν, ἕως

Marginal notes (left): (15) apud eund. ibid. c. 12. (16) Regula 48. & 49. (17) In Canon. S. Basilii. (18) In eosdem Canones. (19) In eosdem Canones. (20) Ibid. (21) In Respons. respõs. 4. (22) In Respons. n. 38. (23) Respons. 4. c. 22. (24) Lib. 1. de Pœnit. (25) Lib. 1. Ep. 3. Serm. de lapsis. (26) In Psal. 118. in littera Phe. (27) In Ep. 82. ad Vercell. & alibi. (28) Ser. 1. de jejun. X. mens. & alibi. (29) In c. 1. Joel. & in Ep. ad Eustoch. (30) In Enchir. ca. 70. & Epist. 56. (31) Libr. 3. in lib. Reg. ca. 7. & alibi. (32) d. l. 1. de Pœnis. c. 12. (33) In Epit. Sect. 9. tit. 3. & 4.

(1) In Assertio. artic. 5. (2) Lib. 3. Inst. ca. 4. §. 39. (3) In Apolog. Cõfess. August. art. de Cõfess. & Satisfactio. (4) In 2.

Marginal notes (right): p. Exam. pag. 1094 Vide pag. 1087. (5) Tom. 3. Cõtrov. de Pænit. lib. 4. à c. 11. ad 16. (6) Luc. c. 12. n. 58. Matth. c. 5. n. 25. (7) d. li. 1. de Purg. c. 7. (8) In c. 12. Lucæ. (9) In c. 5. Matth. & hom. 1. de verb. Dom. & in homil. 50. hom. 5 & lib. de 10. Chordis c. 3. (10) hom. 39. (11) In Cantic. Serm. 85. (12) Bed. Bonavét. in d. c. 12. Luc. (13) In d. c. 5. Mat. (14) Libr. de Anima c. 17. (15) Lib. 4. Epist. 2. (16) In d. c. 12. Luc. (17) In d. c. 5. Mat. (18) hom. 3. de Epiphan. (19) Hom. 35. in Lucam. (20) In Epist. ad Chios pa. 22. lin. 22.

Digitized by Google

ἕως οὗ οἰκτειρήσαι ἡμᾶς, οὐ γὰρ μετὰ ταῦτα οὐκ ἔσονται, οἷς γε διὰ τοῦτο οἰκτιρμοὶ παρὰ τοῦ φιλανθρώπου καὶ χορηγοῦνται, καὶ λαμβάνονται, ἵνα πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα: οὐδὲ ἰωσὴφ, ὁ μὴ γνοὺς τὴν παρθένον, ἕως οὗ ἔτεκεν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, ἔγνω μετὰ ταῦτα, ἀλλὰ τὸ μέχρι μὲν τίθησι, τὸ δὲ μετὰ ταῦτα οὐκ ἀναιρεῖ. *Servator dicit, non exibit, donec reddat novissimum quadrantem; ergo est Purgatorius ignis. Sed, ò homines, neque de igne Purgatorio loquitur Servator, & videndum, quis ille sit, de quo hæc Servator dixit: ne forte alterius Carceris dignus inveniatur, non autem Purgatoriarum regionum, sed flammarum pœnalium, & cruciantium, petentiumque vel ultimi quadrantis pœnas. Sed & Donec non semper finem significat: oculi enim, (21) dicit, nostri ad Deum, donec misereatur nostri: non enim postmodum oculi non erunt ad Deum, quibus propterea miserationes tribuuntur, & à quibus recipiuntur, ut semper simus cum Domino: neque Joseph, qui Virginem non cognovit, donec (22) peperit filium suum Primogenitum, cognovit eam postea: sed donec quidem ponit, quod verò postmodum sit, non tollit.*

(21) Ps. 122. v. 2.
(22) Matth. cap. 1. num. ult.

XIV. Hæc inconditè Meletius, qui plura alia poterat exempla proferre, queis probaret, non semper finem à particula *Donec* significari. Nam & apud Psaltem (1) Pater Filio dicit: κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου: *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*: & de Christo (2) Paulus: δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις οὗ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. *Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus.* Ex quibus colligere non licet desiturum Filium esse à dextris Patris, cùm inimicos suos conculcaverit, aut amissurum cæleste Regnum Christum, cùm inimicos suis subjecerit pedibus. Sed, amabo, quid hinc infert utiliter doctus Meletius? Primùm sanè his verbis, inquit, Christi non adstruitur ignis Purgatorius. Damus: an non adstruitur carcer, ubi carceri mancipatus, donec ultimum quadrantem exolvat, punietur? At hoc illud est, quod volumus, securi ignis, à quo Conclusionem nostram præscidimus. Esto igitur carcer ille ignem non jactet: tormenta jactat, pœnas prefefert, atque integras noxarum noxias ostentat. Has dicimus esse pœnas post obitum, queis animi torqueantur, donec ultimum quadrantem exolverint. Sed, inquit, hæ pœnæ finem non habent; non igitur purgatoriæ. At hoc nimium est, nimiumque petit Meletius. Petit enim principium, quâ petitione, cùm disputatur, nihil ineptius, nihil iniquius ex Dialecticorum effatis. Donec, ait, finem haudquaquam semper significat. Annuimus, expectamusque patienter, quid inde audeat inferre Meletius. Igitur, inquit, neque in his verbis Christi τὸ ἕως οὗ finem significat, atque adeò Purgatorium istud vestrum non probat. Consequens hoc actutum ad trutinam revocabimus, sed antea consecutionem deridendam proponimus. Hanc quis tueris sic illatam? *Donec* non semper finem significat: ergo neque hìc. Simili enthymematis forma, signrâve constituam, te non manducare, cùm nempe manducas: nam tu semper non manducas: ergo neque nunc, cùm manducas. Apage vir bone hanc Dialecticam. Moschis, Getis, Dacisve Transistranis hæc scribe, non Græcis. Nos affirmamus τὸ ἕως οὗ non semper ad significationem finis assumi, contendimus tamen hìc ad finem significandum assumi. Id, quod non quemadmodum (3) Bellarminus obscurè, & pace dixerim tanti Doctoris, infeliciter, sed clarè, manifestèque probamus propositâ regulâ propositionum hujusmodi, quæ in Paginis crebrò sacris occurrunt. Dicimus has esse hypotheticas ex hypothesi imbibente tempus, quales docent in Contractibus, ac Testamentis usuvenire Jurisconsulti, penes quos nihil solemnius est, quàm, fiat hoc, sit hoc, donec navis ex Asia venerit; dicunturque hypotheticæ ad tempus. Jam quotiescunque in sacris Paginis hæ positiones concipiuntur, unum certò semper affirmant, alterum negligunt: affirmant semper, hypothesim futuram, non semper affirmant eventurum, quod est sub hypothesi; imo aliquando affirmant non eventurum, quemadmodum aliquando eventurum affirmant, quod est sub hypothesi. Do omnium exemplum in relatis, & aliis: *oculi (4) nostri semper ad Dominum, donec misereatur nostri: Non (5) cognoscebat eam, donec pareret filium suum. Sede (6) à dextris meis, donec, &c. Oportet illum (7) regnare, donec, &c. Stella, quam (8) viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum staret, ubi erat puer: Propter (9) peccata Patrum suorum, & sua affligentur, donec confiteantur peccata sua.* Et: *ambulabo (10) igitur & ego contra eos, & inducam eos in terram hostilem, donec erubescat incircumcisa mens eorum.* In his omnibus, & aliis sexcentis, quas è sacris Paginis fas erit colligere, semper ponenda conditio infertur. Nam ex prima infertur: *Ergo aliquando miserebitur*; ex secunda: *Ergo aliquando pariet, vel peperit*; è Tertia, *Ergo ali uando ponet inimicos tuos scabellum pedum tuorum*, è Quarta: *Ergo aliquando ponet inimicos sub pedibus ejus*, è quinta, *Aliquando veniens stabit, vel stetit, ubi erat puer*: *Aliquando confitebuntur iniquitates suas, & erubescet incircumcisa mens eorum*: nam eodem in loco hoc ipsum promittitur. Vides, hypothesim certissimè colligi futuram, atque adeò clam, palamve affirmari. At non ex omnibus infertur conditionatum: neque enim inferes: Ergo, post quam miserebitur nostri, oculi nostri non erunt ad Dominum: Ergo, post quam pariet, cognoscet eam: Ergo, post quam posuerit inimicos tuos scabellum pedum tuorum, non sedebis à dextris Dei: Ergo, post quam posuerit inimicos sub pedibus ejus, non regnabit. Ex aliquibus tamen infertur conditionatum modò contingenter, uti ajunt, modò necessariò. Et contingenter in hac: *Antecedebat eos, donec veniens*, &c. Nam probabiliter inferes, ergo, post quam veniens stetit, non antecedebat eos: at in hac necessariò. *Ambulabo & ego contra eos*, &c. Et in hac, *propter peccata Patrum suorum*, &c. inferes enim: *Ergo non affligentur, post quàm confessi fuerint peccata sua: ergo non ambulabo contra eos, & liberabo eos à terra hostili, postquàm erubuerit incircumcisa mens eorum.* Ratio autem, qua dignosces, posita hypothesi, non inferri

(1) Psal. 109. v. 1.
(2) 1. Ad Corinth. c. 15. n. 25.
(3) d. lib. 1. de Purgat. ca. 7. vers. probatur 2.
(4) d. Ps. 122. v. 2.
(5) d. c. 1. Matth. n. ult.
(6) d. Ps. 109. v. 1.
(7) d. 1. ad Corinth. c. 15. n. 25.
(8) Mat. c. 2. n. 9.
(9) Levit. c. 26. nu. 39. & seqq.
(10) Ibid. num. 42.

Digitized by Google

ferri, vel inferri, aut contingenter, aut necessariò, quod est sub hypothesi illa ad tempus, hæc certissima esto. Quoties ex hypothesi data infertur absurdum, si, quod est sub hypothesi, inferretur, toties hypothetica positio, habita hypothesi, non infert, quod est sub hypothesi: neque enim fas est absurda ex propositionibus divinis inferre. At, si nihil absurdi, hypothesi posita, colligatur, ea posita probabiliter inferet, quod sub illa est: cùm verò ita nectitur hypothesis cum eo, quod sub ipsa est, ut, illâ positâ, absurdum quid, vel iniquum sequatur, ni, quod est sub hypothesi, inferas; tunc posita hypothesi, necessariò infertur, quod est sub hypothesi. Primi habes exemplum in positionibus illis quatuor primis. Nam, cùm, posita hypothesi, *quòd paries*, *quòd misereatur*, *quòd ponat inimicos sub pedibus*, *&c.* planè absurdum sit dicere, aut cognitam Virginem, aut avertendos à Domino oculos nostros, aut non sessurum Filium à dextris Patris, aut desiturum regnare Christum in Cælo; his hypothesibus positis, hæc omnia non licet inferre. Contra, cùm nullum absurdum sit, si dicamus, clarissimum illud astrum, quo ad adoranda Christi Servatoris cunabula deducti sunt Magi, non ampliùs præivisse Magis, cùm per (11) aliam viam regressi sunt in Regiones suas, fas erit inferre probabiliter, post quam veniens stetit supra, ubi erat puer, non ampliùs ducem se Magis præbuisse, sed vel stetisse provocandis vicinorum animis ad idem erga corporatum Numen obsequium, vel quasi suo munere functum esse desiisse; ac Soli Divinitatis lucem, à quo illam acceperat, feliciter moriens reddidisse. At sanè, cùm absurdum omnino sit, & à Clementia divina penitùs alienum, si affirmes, post, quàm peccator iniquitates suas fassus est Deo cum gemitu, erubuitque incircumcisa mens ejus, Deum non fore placatum, nec misertum iri lugentis crimina sua, deprecantisque veniam, præsertim cùm clementissimum Numen (12) decreverit, promiseritque, non se recordaturum ampliùs iniquitatum criminosi, quotiescunque ingemuerit: omnino, posita illa hypothesi, necessariò inferendum erit, quod est sub hypothesi, dicendumque, confessos crimina sua non ampliùs cruciandos, quosque puduit mentis incircumcisæ, ab hostili captivitate liberandos.

(11) d. ca. Matth. n. 12.

(12) Ezech. ca. 18. num. 22.

XV. Hæc ædepol manifesta sunt, sacris Paginis consona, nec ab alio neganda, quàm qui cor non habet, ut noster Patriarcha Meletius. His tamen admissis, regrediamur, sodes, ad nostra, videamusque, an ex effato illo Servatoris: *non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem*, inferatur finis carceris, quem minatur. Primò, cùm sit positio hypothetica ad tempus & quidem in sacris asserta Paginis, imò ore Christi Servatoris prolata, valet ab illa ad exitum ipsius hypothesis: ac, quemadmodum ex relatis ritè colligitur miserturus nostri Dominus, suppositurus pedum scabellum suorum inimicos suos, subjecturusque eosdem pedibus suis, & reliqua, quæ intulimus, ita & hæc positio: *non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem*; infert legitimè, te aliquando quadrantem novissimum redditurum. Hoc admisso statim sequitur: ergo *inde exibis*. Nam hypothesis necessariò nectitur cum eo, quod est sub hypothesi: propterea quòd, si, soluto integrè debito, non exeat carcere carceri mancipatus ob debitum, infertur iniquitas in Deo, & absurda sævities. Igitur in his verbis Christi, ut, ut in aliis τὸ ἕως εἰς finem non significet, finem planè significat, quippe quod in his verbis affirmat positionem hypothesis, quæ posita infert carceris finem: atque adeò ritè, validè, appositè, ac Sapienter Latini, imo Græci (nam hæc argumenta ut, sæpe dixi, sunt penè omnia (1) Bessarionis) sapienter, inquam, Græci contra stolidissimos Photianos his Christi verbis utuntur, queis nimirum evincant, esse Statum carceris post obitum temporarii, unde tandem animi exibunt, quòd post obitum, animorum quorundam debitum solvi possit, ac solvendum sit: atque adeò sic ex verbis illis Christi Herculeum, ut sæpè dicit (2) Coressius, hoc est, invictum argumentum instituunt. Multi migrant è vita, quorum debita integrè solvi possunt; igitur est carcer, in quo castigantur, detinenturque ad tempus; unde aliquando, solutis integrè debitis, solvi possunt. Antecedens positio probatur: nam multi migrant è vita cum debito pœnæ crimini venia digno decretæ, aut cum debito pœnæ lethali crimini jam dimisso constitutæ: at hoc debitum utrumque solvi potest, quippe temporariæ debitum pœnæ. Neque enim aut peccatis minoribus ęternę pœnę contrahitur debitum, aut, post quàm gravis culpa deleta est, obligatio inde contracta perennis manet, sed mutatur in temporariam, quemadmodum doctè Coressius in sua (3) Theologia tum ex Thomistarum dictis, tum ex effatis Theologorum nostrorum evincit: igitur negari non potest, multos è vita migrare cum debito pœnę, quod solvi queat, quippe temporariæ, ac finitæ. Consecutio verò evidens est ex verbis Christi toties repetitis. Etenim qui dicit: non exibit inde, donec reddat novissimum quadrantem, hoc dicit: si reddet omnia usque ad novissimum quadrantem, hoc est debitum integerrimè solvet, exibit è carcere: itidemque dicit, qui poterit integerrimè solvere debitum, poterit è carcere exire: Atqui multi, uti dicebamus, ex iis, qui functi sunt vitâ, debitum pœnę possunt integerrimè solvere: ergo possunt è carcere exire. Infero: igitur solvent integerrimè, atque adeo exibunt. Nam, si possunt solvere, cur non solvant? Si verum est divinum effatum, quod nobis profert (4) Apostolus: οὐδείς ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν, ἀλλ' ἐκτρέφει, καὶ θάλπει αὐτήν: *nemo unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fovet eam*, Et quidem, cùm adhuc hominis ad suum bonum libertas integra est in hac vitâ, quis dicat, animum odisse usque adeò se ipsum, ut nolit, quod potest pernecessarium ad salutem, & quidem in eo statu, in quo voluntas posita ad bonum suum tendere dumtaxat potest? Si potest igitur solvere debitum animus, vult; solvitque, ut potest; at potest; igitur solvit: si solvit, exit è carcere: igitur à primo ad ultimum, carcer perennis ille non est, adstruiturque verbis corporati Numinis apertissimis Purgatorium, quod impugnatis.

(1) In d. Encycli. ca. 2.

(2) d. Epi. 1. ad Corydal.

(3) Libr. de Pænit. c. 4.

(4) Ad Ephes. c. 5. num. 29.

XVI. His ego non video, quid reponere Photianus queat. Clara sunt adeò, atque adeò legitimè ex principiis communiter constitutis sequuntur,

Digitized by Google

tur, ut Medius fidius excors sit prorsus oporteat, truncoque simillimus Hermæ, si quid quis contra niti audeat, aut mutire. Non probetur, ut contendit ineptè Meletius, Purgatorius Status ex illis (1) Apostoli: ἑκάστε τὸ ἔργον, ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει, *uniuscujusque opus, quale sit, ignis probabit*, quibus tamen eum doctè probari censet (2) Bessarion, & (3) Gennadius, atque ex his (4) Bellarminus, & (5) Coressius; an his, quæ hactenus retulimus, non probatur? Amabo vos, Photiani fratres: nam vos, licèt malos, stultos, ac perfidos, atque etiam inimicos, fratres agnoscimus, sæpeque de vobis querimur Græci cum Sponsa (6) dicente, *filii matris meæ pugnaverunt contra me*. Amabo vos, inquam, fratres, vobiscum ipsi cum animo vestro rationes has perpendite, considerate. Atque eas quò utiliùs intelligatis, recolatisque magis appositè ad pinguem minervam vestram, fingite vobis hoc ipso momento, quo nostra hæc legitis, mori Basilium Magnum, aliumve paris Virum Sanctimoniæ laude conspicuum, fingite eodem momento mori & Apostatam Julianum, aut æqualis hominem nequitiæ, desperateque perfidiæ, Unà etiam cum his mori Thaidem aliquam, Glyceriumve, quarum delicias & panniculus bombycinus urit, libidinosas prostitutæ pudicitiæ fœminas, quæ tamen paulo ante obitum resipuerint, perque exhomologesim sacram criminum culpas omnes deleverint, nec tamen vindictam scelerum suorum præstiterint, pœnasve criminibus debitas luerint. Interrogo vos, quò post obitum Basilium, similemve Basilio deducetis? An aliò, quàm ubi eum palam, & canorè in Ecclesiis vestris quotannis statuitis, cùm (7) cantatis: μνημόνευε καὶ ἡμῶν, πάτερ Βασίλειε, παρεστὼς τῇ τριάδι τῇ ὁμοουσίῳ, *memento nostri, Basili Pater, consubstantiali Triadi adstans*? Quò verò detrudetis Apostatam? an aliò, quàm quò eum (8) Nazianzenus Invectivis duabus detrusit? Nempe statim ab obitu, si sapitis, beatum dicetis Basilium, statim ab obitu, etiam si cæteroqui desipiatis, ad Inferos Julianum abripietis. At Thaidem, & Glycerium quò? An ubi Basilius? Est ne aliquis vestrum, qui hoc dicere, hoc audeat cogitare? Ibi statim ab obitu ut sint voluptatis illecebrosæ mancipia vix à Vitiis momento temporis ante mortem exhomologesi redempta, ubi Basilius castitatis laboriosæ totâ exemplar in vitâ? Ejusdem ut conditionis aleam post obitum illico subeant, quæ debitarum tot sceleribus nihil pœnarum dedere, ac ille, qui semper innoxius, virtuti semper devotus, non meritum corpus severis adeo pœnis subjecit, ut vivum pœnitentiæ simulacrum ex membrorum macie, ex oris pallore, & truculenta, sacraque simul totius illuvie corporis haberetur? Non igitur, sive sapitis, sive desipitis, eò commeabunt Thais, atque Glycerium, quò Magnus Basilius. At neque quò scelestus Parabates. Nam quis fideles fœminas, secundo Christianæ plebis Baptismo lustratas, queis Numen amicum divinæ dona Charitatis impertiit, quas in filias recepit, suoque Sanguine per grande Exhomologesis mysterium expiavit, eò detrudet, ubi Julianus Apostata meritas constanti perfidiâ constanter pœnas patietur? Quis animos, quos nulla inquinat culpa ad eandem conditionem supplicii coget, quam habet is, qui moriens in Christum maledicta congessit, eòque dementiæ provectus est, ut vel extremum Vitæ Spiritum contumeliis in exosum Numen nefariis impiarit? Si hoc dicatis, jam sua crimina fassi, ejusque, quem piè peccatorum pœnituit, atque ejus, qui ne moriens quidem resipuit, discrimen tollitis omne. Si hoc tollitis, quò (9) εὐχέλαιον, quæ sontico extremè laborantibus ex præscripto Jacobi paratis? Quò (10) Parænefes, queis moribundos homines ad propitiandum Numen hortamini? Quò (11) potestas illa vestra, quam fassos sua crimina peccatores à noxa soluturi ex verbis Christi jactatis? Nempe quæ ista venia, quam impertimini, si quibus pepercistis, ii pœnis iisdem obnoxii sunt, quæ ante, quàm parceretis, fuerant subeundæ? Ergo si sapitis, si non planè furiis agitamini, Fratres, non eò Thaidem, Glyceriumque detrudetis, quò detrusistis Apostatam. Porro si Thais, atque Glycerium neque ad Beatitatem Basilii, neque ad infelicem desperationem Apostatæ deducuntur statim ab obitu; est ne inter vos homo, animal nimirum rationis compos, cui fas sit inficiari, esse, ac reipsa dari Statum aliquem Tertium, qui neque ad statum Basilii, neque ad conditionem spectet Apostatæ? Qui neque Beatos contineat, nec circumplectatur damnatos, qui neque receptæ Status salutis sit, nec amissæ, sed medius speratæ salutis. At is; Fratres, is Status Purgatorium est, quod ab Ecclesia nostra propositum, à Majoribus nostris receptum, jure divino probatum, confirmatum validissimis rationibus, omnium Gentium, quotquot orant pro mortuis, confessione decretum amolimini per ineptias, impugnatis impudentissimè, ac manifesta impietate rejicitis, quasi commentum sit, quod Ratio persuadet, aut, quod nobis Mores ingerunt nostri, à Latinis inventum, recipiendum Nobis per fas nefasque callidissimis argumentis objiciatur.

XVII. Si Tertium, inquit, locum Purgatorio non constituitis, nec in eo proprium ignem accenditis, Statum hunc Tertium recipio. Id tantùm hac in sententia vestra damnandum censeo, damnoque, quòd Statum hunc tertium Purgatorium appellatis. Sic Philadelphiensis (1) Severus tandem consilii, mentisque compos, quem tamen causam postulamus, ob quam Purgatorii vocem non recepit, cùm rem ipsam recipiat? Quòd, ait, ejus in sacris Paginis nulla mentio, quòd Patres eam nullo modo cognoverint, denique quòd Plato ea sit usus: Quare sic homo gravissimus, magnæque penes Photianos authoritatis tandem (2) constituit. Τέτες τὲς τόπες ἐὰν τὶς καλῇ καθαρτήριον, διὰ τὸ μὴ νομίζειν ἡμᾶς, ὅτι συμφωνῶμεν κατὰ τῦτο τῷ Πλάτωνι, ὁ ὁποῖος λέγει εἰς τὸν Φαίδωνα, ὅτι καθαρίζονται αἱ ψυχαὶ τῶν ἁμαρτωλῶν· ἀλλὰ τὲς ὀνομάζω τόπες ἱκανωτικὲς, τετέςι τόπον, εἰς τὸν ὁποῖον τιμωροῦνται αἱ ψυχαὶ, καθ' ὅσον εἶναι ἄξιαι τιμωρίας, καὶ καθόσον ἡ εὐσπλαγχνία τοῦ Θεοῦ θέλησει. *Hæc loca non voco Purgatorium, ne quis putet consentire nos Platoni in Phædone docenti, purificari animos peccatorum; Sed ea voco loca Satisfactoria, hoc est locū, in quo castigantur animæ tanto tempore, quanto sunt dignæ, & quantum clementiæ divinæ libuerit*. Hunc in modum Severus, cujus in

tam

(1) 1. *Ad Corinth. c. 3. n. 13.*
(2) *d. Ep. 2. Encyclica.*
(3) *In Dem. 3. c. Sect. 7. ante med.*
(4) *d. lib. 1. de Purgat. ca. 5. per tot.*
(5) *d. Ep. 1. ad Corydal.*
(6) *Cātic. c. 1. n. 5.*
(7) *Vide Gennad. in demōstr. 4 cap. Decret. sect. 5.*
(8) *Orat. in famosor. in Julia. 1. & 2.*

(9) *Vide Euchol. tit. ἀκολυθία τῦ ἁγίε ἐλαίε, & ibi. Goar. à pa. 431.*
(10) *Vide ibid. tit. ἀκολυθία εἰς ψυχορραγοῦντα, & ibid. Goar. à pag. 742.*
(11) *Vide ibid. tit. εὐχὴ εἰς μετανοοῦντας: & ibi. Goar. pag. 676.*
(1) *d. 4. differen. in fin.*
(2) *d. 4. differen. pa. 51. li. 12.*

tam paucis verbis intolerabilem planè petulantiam ferro, ò Græcia, non possum. Quare fas erit his eum dictis compellare. Ut tu nulliuseruditionis homuncio, quod ex ipsis Commentariis tuis manifestissimum est. Tu, qui ne à limine quidem Theologiam salutasti. Tu privatus Episcopus advenarum in Italia Græcorum, penè dixerim Antistes sine Jurisdictione, sine solio Princeps, & Præsul tantùm ex Titulo. Ut tu, inquam, Tertio, quem recipis, animarum statui sciveris unus aptum nomen imponere, toti Ecclesiæ revera inauditum, appellandumque contendas ἱκανωτικὸν, damnesque interim Latinos, hoc est summos eruditionis omnifariam magistros, Theologos maximos, Ecclesiam Occidentis integram, venerabilem semper Græciæ, matrem Ecclesiarum, earundemque sapientissimam Antistitam, quòd tertium illum animorum Statum Purgatorium appellet? Nempe damnemus innumeros, ut te stolidum audiamus: fatuos sapientes dicamus, ut recipiamus, quæ somniasti, quodque integra Ecclesia probat, displiceat, ut placeat, quod unus hominum asseris. Quo nomine impudentiam isthanc appellem? Superavit omnis significationem Vocabuli: decoxere Lexica impudentiæ tantæ factura nomen, nec alia vox, aliudve epitheton superest, nisi, ut eam dicamus esse *Diabolicam*, parem nimirum illi, quam indet verè μιαρανθρωπ⊕ (3) *homini peccati, & filio perditionis*, ut eà scilicet *adversetur, & extollatur supra omne id, quod dicitur Deus*. An enim isthæc impudentissima procacitas tua, Severe, non adversatur, non extollitur supra omne, quod dicitur Deus? Pontifices omnes, ac Sacerdotes, qui Ecclesiam Dei constituunt, Deos appellari si nescis, docebit te Psaltes (4) effatus: *Ego dixi: Dii estis, & filii Excelsi omnes*, & (5) ibidem: *Deus sedit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat*. Atqui petulantia isthæc tua his omnibus adversatur, supra hos omnes extollitur. Nam id nomen, quod reprobas, quod aversaris, ut vocem tuam toti opponas Ecclesiæ, omnes Episcopi Latinorum, Græci Antistites omnes, quotquot hunc tertium animorum post obitum statum probavere, recipiunt: atque in utraque lingua pari sonat constantia Καθαρτήριον, *Purgatorium*. Quid Græcos nomino, Latinosque? Photiani tui quoque, quicunque Tertium hunc statum affirmant (sunt autem præter te plurimi) id nomen usurpant. Lege (6) Diplovatacium, percurre (7) Lascarem, vide (8) Coressium: si quis unquam alio usus vocabulo est, ut hunc tertium statum significaret, feremus aliud à Purgatorio nomen. Quòd si nemo unquam fassus animas temporariis post obitum pœnis torqueri, Purgatoriam conditionem inficiatus est, quæ dementia, vetustati tuam novitatem opponere, ac singularitate, fas sit ita loqui, tua universitatem labefactare? ἱκανωτικὸν, inquit, Τόπον τὸν ἐνταῦθα, ne nimirum Platoni consentiam: At, misellè, consentis Pythagoræ, teste Planude (9) docenti, Τὰς ψυχὰς τῇ μετεμψυχώσει ἱκανοῦσθαι, *animas transmigratione aptas reddi*. Consentis Eleatæ Zenoni, Magentino (10) authore, de animis post obitum hominis philosophato: Ἱκανοῦσθαι αὐτὰς ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης πρὸς ἀΐδιον ἐλευθερίαν; *aptas à Fato reddi æternæ libertati*. Consentis Zenodoto Gnidio, ac Melisso, penes (11) Margunium, dicentibus μετὰ τὸ βιῶσαι τὰς ψυχὰς εἰς ᾅδην ἀναφέρεσθαι, καὶ ὑπ' Ἑρμοῦ ἱκανὰς γίνεσθαι πρὸς γάμον ἀλλήλαις, καὶ γαμεῖν, καὶ τίκτειν ψυχὰς ἄλλας τὰς ἐλευσομένας εἰς βίον. *Post obitum animos deduci ad Inferos, & à Mercurio aptas reddi nuptiis mutuis, & celebrare matrimonia, & parere alias animas venturas ad vitam*. His nempe, Severe, consentis istis ἱκανωτικοῖς τόποις, quos ineptissimè comminisceris, dumq; horres Platoni sapientissimè de animorum expiatione Naturæ lumine nota philosophato consentire, adstipularis Metempsychosim, Fatum, animorumque conjugia ineptè simul, ac impiè decernentibus: ut de te sanè, qui doctissima respuis, ac stulta sectaris, dictum videatur, quod Parœmiastes (12) asseruit. *Os stultorum pascitur imperitia*.

XVIII. Sed tamen hoc, ait, Purgatorium vestrum in Sacris Paginis non reperio. Damus & hoc, atque expectamus, quid inferas. An in Sacris Paginis invenis ὁμοούσιον, Θεοτόκον, Θεάνθρωπον? hæc ergo inficiator, sodes. Ea potiùs admittis, ac veneraris, nam ea usurpat Ecclesia, ea ratio suadet, his Orthodoxi palam utuntur, ac passim. Igitur, si tam cæcus, ut, quod est manifestum in Sacris Paginis, non videas, tamen admittito, quippe illud usurpat Ecclesia, illud ingerit Ratio, illo, cùm Statum tertium Animorum Orthodoxi fatentur, utuntur. Re tamen ipsa & hoc nomen Dei verbum ostentat, & Patres omnes indigitant? Quid enim Raphael (1) aliud insinuavit Tobiæ, cùm dixit: *Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata*: ἐκ θανάτου ῥύεται, καὶ αὐτὴ ἀποκαθαριεῖ πᾶσαν ἁμαρτίαν: quàm stipe in pauperes distributa non vivorum modò, sed & mortuorum peccata, debitas nimirum peccatis pœnas remitti? Quid Sapiens (2) asseruit, cùm affirmavit: *per misericordiam, & fidem purgantur peccata*: ἐλεημοσύναις, καὶ πίστεσι ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι, nisi vivorum fidem non sibi tantùm prodesse, sed etiam mortuis, cùm Misericordia, & Fide fiat, ut Vivi Numini irato, & pro se faciant satis, &, si volent, etiam pro mortuis. Denique quid (3) Isaias prædicit aliud, cùm spondet. *Purgabit Dominus sordes filiorum, & filiarum Sion, & sanguinem emundabit de medio eorum spiritu judicii, & spiritu combustionis*. ἐκπλυνεῖ Κύριος τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν, καὶ τῶν θυγατέρων Σιών· καὶ τὸ αἷμα Ἱερουσαλὴμ ἐκκαθαριεῖ ἐκ μέσου αὐτῶν ἐν πνεύματι κρίσεως, καὶ πνεύματι καύσεως, nisi esse post obitum, ut explicat (4) Augustinus, Statum aliquem animarum, quæ à Deo purgantur, pœnali judicio, atque igne tortore? Jam illa (5) Malachiæ. *Ipse sedebit quasi ignis conflans, & purgabit filios Levi, & collabit eos*, καθήσεται χωνεύων, καὶ καθαρίζων ὡς τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ χρυσίον, καὶ καθαριεῖ τοὺς υἱοὺς Λευί, & illa (6) Baptistæ Joannis. οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ: *cujus ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili*, quid aliud præseferunt, quàm in verbo purgandi toties repetito, totiesque jactato, Purgatorii nomen, quod detestatur Severus, à quo cavet, ut ab

(3) 2. Ad Thessal. c. 2. n. 34.
(4) Psal. 81. v. 6.
(5) Ibid. v. 1.
(6) In 4. Controv. Græcor.
(7) In exp. Liturg. ad Diptycha.
(8) d. Ep. 1. ad Corydal.
(9) In Adag. cent. 3. nu. 64.
(10) In Libros de Anim. Arist. c. 34.
(11) In Adag. Antiq. n. 25.
(12) Prov. c. 15. n. 14.
(1) Tobiæ c. 12. n. 8.
(2) Prov. c. 15. nu. 27.
(3) Cap. 4. num. 4.
(4) Libr. 20. de Civit. c. 25.
(5) Cap. 3. num. 3.
(6) Luc. c. 3. nu. 17.

Digitized by Google

ùt ab ignoto Literis Sacris, Sacrisque Paginis inaudito. Jam Patres, jam Ecclesiæ lumina utriusque, quàm apertè, quàm sæpe hoc idem nobis nomen commendant! Latinos primos ad testimonium propono, atque Augustinum inter hos primum, quòd Photiani (7) ab hoc Purgatorium οὐχ οὕτω δογματικῶς, *non adeo dogmaticè* constitutum pronuncient. Is loquens (8) de infantibus, qui post Baptismum intereunt: *non tantùm*, inquit, *pœnis non præparantur æternis, sed nec ulla post mortem purgatoria tormenta patiuntur*. Et de Christianis in ætate jam adulta, leviumque criminum reis, si fortè vita fungantur, *tales*, ait, (9) *constat* (audiant Photiani) *constat ante Judicii diem per pœnas temporales, quas eorum spiritus patiuntur, purgatos æterni ignis suppliciis non tradendos*. De iisdem (10) alibi, *qui temporalibus*, dicit, *pœnis digna gesserunt per ignem quendam Purgatorium transibunt, de quo ait Apostolus, salvus erit, sic tamen quasi per ignem*. Et disputans (11) contra Manichæos: *qui fortè*, inquit, *agrum non coluerit, & spinis eum opprimi permiserit, habet in hac vita maledictionem terræ suæ, & post hanc vitam habebit vel ignem purgatorium, vel pœnam æternam*. Et cùm explanat verba illa (12) Psaltæ: *Domine, ne in furore tuo arguas me*, Deum affatus, *in hac*, inquit, *Vita purges me, talem me reddas, cui jam emendatorio igne non sit opus*. Ita explicatè, ac crebrò Augustinus, cui hæc dicenti, ac propalam asserenti, an præfigi potuerit Meletianum illud οὐχ οὕτω δογματικῶς, judicet Lector, nos enim hìc dumtaxat contendimus, vocem hanc Purgatorium Ecclesiæ Patribus notam, translativam, atque communiter usurpatam: id, quod confirmare liceret ex omnibus penè Latinis, quos Photiani recipitis, ac veneramini, ex Cypriano (13) Martyre, ex (14) Ambrosio, ex (15) Hieronymo, & ex (16) Dialogo ipso, quem legitis; quibus palam subscribunt & ii, quos non recipitis, viros tamen sapientissimos appellatis, ac sæpe ad testimonium producitis, (17) Paulinus, (18) Boetius, (19) Beda, (20) Anselmus, (21) Bernardus. His nempe sanctissimis viris, his Theologis maximis, his, qui in omni genere Sapientiæ summas habuere, vox Purgatorium placuit, quæ non placet Severo. His ignotum nomen ἱκανοποιὸν τόπον, quod eructat Severus, his nullus timor, ne viderentur consentire Platoni, cui aliquatenus adstipulari religiosa Severi mens cavet. Idipsum & Nostri Sapientissimè præstiterunt, nec in agnoscendo Purgatorii vocabulo, quod ex novitate contemnitis, utque consonum Ethnicę Superstitioni rejicitis, Latinos secuti sunt, sed prævivere Latinis. Nam quid (22) Origenes: *qui salvus fit*, inquit, *per ignem salvus fit, ut si quid fortè de specie plumbi habuerit admistum, id ignis decoquat, & resolvat, ut efficiantur omnes aurum purum*. ὅς τις σώζεται, διὰ πυρὸς σώζεται, ἵνα, εἴ τι τύχῃ τι μολιβδῶδες ἐν αὐτῷ, τὸ πῦρ κατακαύσῃ, καὶ διαλύσῃ, ὥστε γένωνται πάντες πάγχρυσοι. Hæc verba tanti Sapientis, quo uno fit, ut Christiana Græcia ingenium par Augustino jactare possit, non ne Purgationem, purificationemque præseferunt, & quidem igne celebrandam? At non palam, inquies, & Origenem, licèt miri hominem acu-

(7) Melet. Patr. d. Epist. ad Chios pa. 22. lin. 13

(8) De Civit. l. 21. c. 16.

(9) Ibid. c. 19.

(10) Lib. 50. hom. hom. 16.

(11) Lib. 2. de Genes. cōtr. Manichæ. c. 20.

(12) Ps. 47. v. 1.

(13) Lib. 3. Ep. 2.

(14) In Ps. 36. in illa: gladiū evaginaverunt. & ser. 20. in Ps. 118.

(15) In fin. Comment. in Isai. & li. 1. contr. Pelag. ulttr. med.

(16) Lib. 4. Dial. c. 39. & in Psalm. 3. pœnit.

(17) Epi. 1. ad Amandum.

(18) Lib. 4. de Consol. pros. 4

(19) In Psal. 37.

(20) In 1. ad Corinth. c. 3.

(21) Serm. de Obit. Huberti.

(22) hom. 6. i Exod. ex recēs. Coress. ep. ad Corydalenm.

minis, infinitæque eruditionis, scimus hæreticum, ac Platonis asseclam usque ad ineptias. Dabo palam locutos, virosque omni exceptione majores. Basilius. Quid hoc nomine illustrius? Quid magis Græciæ, imo Terrarum Orbi universo venerabile? Hujus dicta Latinis magna sunt, Nobis maxima: hujus opinio penes Latinos, quæ creduntur, confirmat, penes Nos, quid sit credendum, constituit; hujus sententiæ sæpe à Latinis non sine obsequiosa interpretatione recipiuntur, à Nobis adorantur, ut sonant. An audeas reprobare, quod hic probat? Verebere quasi superstitiosum, & Ethnicum, quod hic asserit; respues, ut anceps, atque periculosum, quod hic iterum, iterumque confirmat? Audi igitur hæc verba (23) Basilii. *Si igitur*, inquit, *per confessionem detexerimus peccatum, jam succrescens gramen arefecimus dignum planè, quod depascatur, ac devoret purgatorius ignis*. Ἐὰν οὖν γυμνώσωμεν τὴν ἁμαρτίαν διὰ τῆς ἐξομολογήσεως, ἐποιήσαμεν αὐτὴν ξηρὰν ἄγρωστιν, ἀξίαν τοῦ ὑπὸ τοῦ καθαρτικοῦ πυρὸς καταβρωθῆναι. Et iterum: *non omnimodam*, ait, (24) *internecionem, & exterminium, sed innuit expurgationem, juxta Apostoli sententiam, ipse autem salvus erit quasi per ignem*. Οὐκ ἀφανισμὸν ἀπειλεῖ, ἀλλὰ τὴν κάθαρσιν ὑποφαίνει, κατὰ τὸ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ εἰρημένον, ὅτι εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται, αὐτὸς δὲ σωθήσεται οὕτως, ὡς διὰ πυρός. Dic sodes Severe, in his verbis obscurum an aliquid est? Dic, an non apertè Purgatorium his verbis constituatur? Dic, an agnoscas Basilio notam, ac translativam Purgatorii carceris vocem, ignisque vocabulum purgatorii? Similia præstat frater Basilii Basilio non minor Theologus (25) Nyssenus Antistes. Una is in Oratione ter vocem hanc Photianis ausibus objicit: nam primò, *vel*, inquit, *in præsenti vita precibus, sapientiæque studio purgatus, vel post obitum per expurgantis ignis flammam expiatus ad pristinam vellet redire felicitatem*. Ἤτοι κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν διὰ προσευχῆς τε, καὶ φιλοσοφίας ἐκκαθαρθεὶς, ἢ μετὰ τὴν ἐνθένδε μετανάστασιν διὰ τῆς τοῦ καθαρσίου πυρὸς χωνείας. Secundo: *non poterit*, (26) ait, *à corpore egressus Divinitatis particeps fieri, nisi maculas animo immistas purgatorius ignis abstulerit*. Μετὰ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἔξοδον γνοὺς τῆς ἀρετῆς πρὸς κακίαν διαφορὰν ἐν τῷ μὴ δύνασθαι μετασχεῖν τῆς θειότητος μὴ τοῦ καθαρσίου πυρὸς τὸν ἐμμιχθέντα τῇ ψυχῇ ῥύπον ἀποκαθήραντος. Tertiò: *aliis*, (27) inquit, *post hanc vitam purgatorio igne materiæ labes abstergentibus* τῶν δὲ λοιπῶν διὰ τῆς εἰς ὕστερον ἀγωγῆς ἐν τῷ καθαρσίῳ πυρὶ ἀποβαλόντων τὴν πρὸς τὴν ὕλην προσπάθειαν. Quod triplex Nysseni testimonium adeò Photianos premit, ut planè vel strangulet, vel agat in furias, palamque fateri cogat ignorantissimam impietatem suam. Nempe audite Græci, quid authoritati Nysseni reponat (28) Barlaam ille σοφώτατος, qui libellum plenum elegantissimarum ineptiarum præponendum Severi scripsit ineptiis. Λοιπὸς δὲ ὁ Γρηγόριος ὁ μακάριος, ὁ τῆς Νυσσέων προστάτης ἐκκλησίας, ὃς δὴ μᾶλλον τῶν ἄλλων δοκεῖ λέγειν ὑμῖν συνηγορῶν· Καίτοι βέλτιον ἦν σιωπῇ τὰ ἐκείνου τιμᾶσθαι, καὶ μηδαμῶς ἡμᾶς ἀνακράζεσθαι τὴν ὑπὲρ τούτου ἀπολογίαν φανερῶς ἐν τῷ μέσῳ ποιεῖσθαι· ῥητέον δ' ἂν ὅμως (ὡς ἔνεστι) τὴν εὐφημίαν φυλάξασι τῷ πατρί· Ἄνθρωπος ἦν, ἀνθρώπῳ δὲ, κἂν ὅτι μάλι-

στα εἰς

(23) In c. 9. Isaie.

(24) Ibid. infra.

(25) Orat. pro Mortuis procul à medio.

(26) Ibid. infra.

(27) Ibid. inferius.

(28) Lib. unico de Purga. p. 37. lin. 2. & seqq.

να εἰς ἄκρην ἁγιωσύνης ἀφίκηται, ἐκ ἀδύνατον ἁμαρτεῖν, καὶ μάλιστα περὶ ἃ μηδεμία προέβη ἐξέτασις, μηδὲ κοινῇ συνελθόντες πατέρες τὸ δοκοῦν ἐψηφίσαντο. *Reliquus porro Gregorius Beatus Nyssæorum Antistes Ecclesiæ, qui sanè, præ cæteris, videtur dicere Vobis* (Latini) *consentanea. Quamquam satius esset, ejus dicta silentio coli, nec nos cogi, apologiam de his palam in medium proferre. Dicendum igitur tamen est, nobis, ut licet, famam Patris hujusce tutatis, homo erat, nec citra hominem est, ut ut ille ad summum sanctimoniæ pervenerit, errare: præsertim in iis, de quibus nulla quæstio habita fuit, nec unà coeuntes Patres tulere sententiam.* Sic Barlaam de Nysseno, qui omnium apertissimè de Purgatorio igne post obitum philosophatus pro Latina, imò pro Græca sententia stat contra ignorantissimos Photianos, quos in uno Barlaamo æstimare licet (nam hunc de Purgatorio libellum typis edi curarunt) ac palam asserere & ignorantissimos, & petulantissimos; Ita ne doctissimus Nyssenus erravit? Si Latinus hoc dixisset, quis eum murus aheneus à maledictis vestris protexisset, quin statim publicè accusatione susceptà non eum Scriptorem, Doctoremque, sed Gentem universam injuriæ, non in Nyssenum tantùm, sed in omnes Græcos Patres postularetis? Optimam sanè respondendi rationem! Si premunt Latinorum Patrum effata, ac Purgatorii vocem clarissima authoritate, numerosisque exemplis insinuant, eorum vobis verba sunt barbara, quippe fatemini (29) linguam Latinam penitùs ignorare; si Græci idipsum præstant, hos errasse docetis: ita nusquam vos rationi cicures redditis: ita pervicaciam protervia tuemini, neve sententias vestras à Patribus nostris damnatas damnetis, Patres nostros ignorantiæ accusatis, erroris arguitis, palamque damnatis. Quid? Utinam erroris, & ignorantiæ Patres damnaretis nostros, eos & perfidiæ reos vultis, nempe aliter interpretati eorum dicta, ac sonant, ut ex interpretatione damnandum palam errorem verbis invadatis herculeis. Constat hoc, ò Grecia, ex loco eodem, quem retulimus, Barlaami, qui, dum excusat Nyssenum, eum hæresis accusat turpissimæ. Nam hæc est excusatio Nysseni; docuit hic, inquit (30) Barlaamus, temporarias esse damnatorum pœnas, sensitque cum Origene aliquando reorum cruciatus habituros finem: id, quod falsum sanè est, at venia dignum, quòd Ecclesia Synodo congregata illud publicè Dogma ætate Nysseni non reprobasset. Sic Patres nostros tutantur Photiani. Verùm cùm impiè, etiam ineptè. Primò, quòd hoc Dogma Erebi non æternùm Damnatos cruciaturi ante ætatem Nysseni Ecclesia damnaverit, ut constat ex relatis per (31) Epiphanium, (32) Hieronymum, (33) Augustinum, (34) Dialogum, qui ante Quintam, Sextamque Synodum floruere: imò hunc errorem Christus (35) ipse damnavit, cùm dixit: ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, *& ibunt hi* (damnati) *in supplicium æternum, Justi autem in vitam æternam*. Quid igitur proderit Nysseno errores Origenis in V. Synodo fuisse damnatos, si hic peculiariùs error ante Nyssenum damnatus est? Deinde, quo nam in loco Nyssenus Damnatorum pœnas cum Origene temporarias docet? certè in relatis locis, ubi vocem Purgatorii iterum, iterumque usurpat, non de damnatis sermo est, sed de iis, qui in fide decesserunt, ac spe; qui leviorum rei culparum, aut dimissis criminibus debitarum pœnarum, eas luunt post obitum. Quod ad hominem contra Barlaamum probare licet: nam si de damnatis loquitur Nyssenus, jam non adstipulatur Latinis, quorum constans sententia est in Inferno nullam esse redemptionem: at Nyssenus, Barlaamo fatente, Latinis favet: igitur non de damnatis eo in loco decernit, sed de tertiæ Conditionis hominibus, quos post obitum purificari purgatorio igne constituit. Ita neque errat Nyssenus, & Purgatorii vocem agnoscit. Nec dissentit (36) Nazianzenus, quamvis voce purgationis minimè utatur: Purgatorium enim affirmat verbis similibus hunc in modum. *In altero* (Mundo) *suo igne baptizabuntur, qui postremus est baptismus, nec solùm acerbior, sed & diuturnior, qui crassam materiam instar fœni, depascitur, vitiique levitatem absumit.* Τυχὸν ἐκεῖ τῷ πυρὶ βαπτισθήσονται) τῷ τελευταίῳ βαπτίσματι, τῷ ἐπιπονωτέρῳ, καὶ μακροτέρῳ, ὃ ἐσθίει ὡς χόρτον τὴν ὕλην, καὶ δαπανᾷ πάσης κακίας κουφότητα. Ubi vides, Theologum asserere palam, animos, post obitum, omnes criminosorum hominum ad eundem ignem deduci, quo nimirum criminum omnium torquetur iniquitas, hoc tamen discrimine, quòd gravia sanè damnatorum hominum crimina, quæ ferro comparat, ignis illi depascitur, nec absumit, absumit autem levia, cùm Vitii levitatem absumit: Ex quo infertur eodem igne puniri Damnatorum culpas, & piè morientium perpurgari delicta, cùm tamen in eodem igne diversorum hominum dispar supplicium sit, ac diversum. Quare Theodoretus (37) nomine Græciæ totius: *hunc ipsum*, inquit, *ignem Purgatorium credimus, in quo animæ defunctorum probantur, & repurgantur, sicut aurum in conflatorio.* Τὸ αὐτὸ πῦρ τὸ καθαρτικὸν πιστεύομεν, ἐν ᾧ αἱ τῶν τεθνηκότων ψυχαὶ δοκιμάζονται), καὶ ἀποκαθαρίζονται ὡς ἐν χωνευτηρίῳ: & (38) Oecumenius: *salvabitur*, ait, *& ipse quoque, non tamen citra dolorem, ut par est, eum, qui transit per ignem, & à concretis levioribus maculis expiatur.* Σωθήσεται) καὶ αὐτὸς δὲ, ἀλλ᾽ ἐκ ἀναλγηδόνως, ὡς ἔτι τοῦ διερχομένου διὰ πυρὸς, καὶ καθάρσεως μετέχοντι. Ut est editum Typis. σωθήσεται) δίγε ἐπωδύνως καὶ αὐτὸς, ὡς εἰκὸς τὸν διὰ πυρὸς παρελθόντα. &c. Quid his apertius dici potuit, quid expressius, ut manifestum esset, hanc vocem, quam, Photiani doctissimi, reprobatis, à Majoribus nostris agnitam, receptam, probatamque fuisse? Demens igitur omnino Severus, qui vocem hanc sacris Paginis consentaneam, Sanctissimis Patribus, prærsertimque Nostris usitatam non recepit; & Severo dementior, quisquis, post hæc lecta, non Tertium dumtaxat illum animorum post obitum Statum fatebitur, verùm etiam Statum illum purificationis, purgationisque ærumnosæ, Purgatorium ritè appellari, aptè dici, asserique doctissimè, cum Ecclesia utraque, cujus in hac quoque re unum suffragium est, non censebit.

(23) In c. 9. Isaiæ.

(24) Ibid. infra.

(29) Barlaam ubi supr. pag. 34. lin. 24.

(25) Orat. de Mortuis pro... à me... lio.

(26) Ibid. infra.

(30) Ubi supra d. pag. 37. à lin. 14. & deinceps.

(27) Ibid. inferius.

(31) In Epist. ad Jo. Hierosolymit.

(32) In Epist. de error. Jo. Hierosolymit.

(28) Lib. unico de Purga. p. 37. lin. 2. & seqq.

(33) In Libris de Civit. passim.

(34) In Dialogis passim.

(35) Mat. c. 25. num. ult.

(36) In Orat. ad S. Lumina.

(37) In Schol. in 1. ad Corinth. c. 3. ap. Coress. in d. Epi. ad Corydaleum.

(38) In 1. ad Corinth. c. 3. in illa: salvus erit quasi per ignem, ex recensione ejusdem Coress. in d. Ep.

SECTIO IX.

Indulgentiæ, & Jubilæus à Photianis calumniis asseruntur.

SUMMARIUM.

I. *Censura Severi. Ejus in Indulgentias, & Jubilæum Impietas. In Ecclesia esse Potestatem indulgendi.*
II. *Quid sit Indulgentia. Esse in Ecclesia Thesaurum meritorum Græca authoritate probatur.*
III. *Proponitur Nicolai Mystici P. Synchorochartion.*
IV. *Comparantur Sinchorochartia cum Indulgentiis: ubi explicatur, quid sit applicare merita Christi, & Sanctorum: & ostenditur in Græcia Indulgentias obtinuisse contra ineptias Severi.*
V. *Ostenditur Synchorochartia idem esse cum Indulgentiis.*
VI. *Discrimen Synchorochartiorum, & Indulgentiarum quod sit: & an obsit Indulgentiis, & Jubilæo? Refellitur Severus, & ostenditur, Jubilæum, & Indulgentias esse utiles.*
VII. *Proponuntur injuriosa Severi argumenta.*
VIII. *Respondetur argumentis, & explicantur multa de Indulgentiis.*
IX. *Confirmatur Responsio validissimè, & probatur antiquissimus Indulgentiarum penes Latinos usus.*
X. *Jubilæi à Bonifacio instituti Ratio: eam omnibus Sapientibus placuisse, & laudari à Coressio, cujus aliqua verba castigantur.*
XI. *Utilitas Jubilæi proponitur, & Severus refellitur.*
XII. *An effectus Jubilæi, & Indulgentiarum sit certus?*
XIII. *Epilogus Tractationis contra Photianos.*

I. QUæ enim dementia major, quàm, ut adstipulere Severo, toti Ecclesiæ refragari? Nempe quis iste Severus est, atque unde statim Doctor Sacrorum emersit? Ille nimirum, de quo Coressius (1) Synchronos sic. *Legi Severi Differentias: multa dicit, pleraque confundit, nihil probat. Vir bonus Latinos provocat nunquam expertus: Hinc multa blaterat inutilia, &, juxta adagium, aberrat à scopo. Theologia opus est cum Theologis pugnaturo: quare dicitur; nec sutor ultra crepidam.* Ἀνέγνων Σεβήρου τὰς διαφοράς· πολλὰ λέγει, τὰ πλείω φύρει, οὐδὲν δ' ἀποδείκνυσιν· ὁ καλὸς ἐγκαλεῖ τοῖς Λατίνοις ἀγνοῶν τοὺς ἀνθρώπους κατὰ πεῖραν· πολλὰ δὲ ἀνωφελῆ βαττολογεῖ, καὶ, κατὰ τὸν λόγον, ἐκπίπτει τοῦ σκοποῦ. Θεολογίας γὰρ χρεία τῷ μετὰ θεολόγων πόλεμον μελετῶντι, διὸ λέγεται, οὐδὲ σκυτεὺς παρ' ἐμβάδα. Ita Coressius de Severo, cui aliam etiam ob caussam vehementiùs irascimur. Is enim Photianorum, quos viderim, primus ex ipso Purgatorio captata repentè occasione, Indulgentias omnes, in uno Jubilæo, (2) damnavit, tantâ protervià, ut rem integris, prolixisque Libris disputatam vix unâ insulsæ scriptionis pagellâ profligasse putaverit, omnia mendaciis, & ignorantia miscens, ac sus deque vertens. Quò magis operæ pretium facturum me duco, si huic etiam quæstioni constituendæ contulero quidpiam, ne Nostri, qui Severum non norunt, ex ejus lectione damnum capiant, hauriantve perniciem. Id præstabo brevissimè: neque enim prolixè agendum de eo, de quo Græcorum hactenus nullus dubitavit, quodque (3) Bellarminus, si usquam doctus, hâc sanè in parte Operum suorum doctissimus, atque usque ad miraculum eruditus Libris duobus constituit. Certè Nostrorum nemo, ac ne ipse quidem Severus palam (clam enim id audet) inficiatus est, esse in Ecclesia Potestatem indulgendi, parcendive vivis, quibus donari posse non solùm culpę, sed & pœnæ reatum omnem, Ecclesia nostra fatetur. Scilicet sic à Servatore (4) Christo docti sumus, Episcopis potestatem tradente solvendi quæcumque super terram. Etenim, si quæcumque, ea omnia, quę solvi possunt, atque remitti: Quare, & reatum omnem pœnę, quippe qui solvi potest, atque remitti. Id, quod Paulus Apostolus (5) confirmat exemplo. Nam Corinthio incesto ob preces Corinthiorum pœnam criminis benignus indulget, quemadmodum clarissima Apostoli verba ante Latinos enucleavit (6) Theodoretus. Hinc vel antiquissimis Patribus usu recepta indulgendi consuetudo: moxque erat in Ecclesia Martyrum ad preces, pœnarum criminibus debitarum iis, quos criminum pœnituerat, veniam impertiri, ut manifestissimum est ex traditis per (7) Tertulianum, & (8) Cyprianum. Qui mos deinceps ex decretis Synodorum obtinuit, constatque ex (9) Nicæna I. decernente, seriò pœnitentibus indulgentiam posse ab Episcopis concedi: *licebit*, inquit, *Episcopis de his aliquid humaniùs cogitare:* ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι: negligentiores verò jubet, præscriptum pœnarum tempus absolvere: Ex quo discrimine palam est, posse Antistites aliquibus indulgere, & aliis minimè parcere. Similia, planèque his consentanea occurrent in Ancyrano (10) Concilio, & in Synodo (11) Antiochena, quarum exempla secutus (12) Basilius idipsum constituit penes (13) Photium. Nec in Romana Ecclesia, antequam Photianus homo Nostræ superseminasset Zizania, hoc inauditum. Nam teste (15) Altisiodorensi Guillelmo prisco Doctore, Gregorii Dialogi ætate, mos Indulgentiarum maximè obtinuit, nec desunt exempla alia quàmplurima, quæ refert Bellarminus (16) eruditissimè. Sed nihil ea ad Nos, quos nimirum ad eandem consuetudinem præsentiùs provocant Majorum documenta nostrorum, penes quos hæc indulgendi Potestas semper obtinuit. Probatur hoc Synchorochartiorum septemdecim exemplaribus, quæ Græciæ nostræ proposuit Christophorus Campanas Canonarcha, in quibus palam Antistites Byzantini, dum veniam delictorum faciunt, à potestate ipsa per Christum Antistitibus concessa indulgendi, parcendive, Diplomatum ducunt initia.

II. Contendo porro, ea Synchorochartia nihil aliud esse, nisi Syngraphas Indulgentiarum: id quod manifestissimè comprobo posita Indulgentiarum notitia. Hæc enim nihil aliud sunt, quàm absolutio judicialis adjunctam habens solutionem ex Thesauro Ecclesiæ: ita omnes Latini DD. (1) D. Thomas, (2) Bonaventura, (3) Anto-

(1) In d. Ep. 1. ad Corydal.
(2) d. differ. 4. pa. 49. li. 28. & pag. seqq. per tot.
(3) In to. 2. in Opuscul. mihi à p. 202.
(4) Mat. c. 18. n. 18.
(5) 2. ad Corinth. c. 2. à n. 6.
(6) In d. cap. 2. ad Corinth. 2.
(7) Lib. ad Martyres.
(8) Lib. 3. Epist. 15. alias 11.
(9) Cano. 12. al. 11.
(10) Canone 5.
(11) Canone 2.
(12) Canone 73.
(13) In Nomoc. in Can. Basilii.
(14) Lib. 4. Sum. Theol. tr. 6. c. 9.
(15) De Indul. li. 1. c. 3. ver. post illa tempora.
(16) In Syllog. formul. titul. de Synchorochar.
(1) In 4. dist. 20. q. 1. art. 3. ad. 2. & 3.
(2) In 4. dist. 20. q. 2. p. 2. q. 1.
(3) 1. p. tit 10. c. ...

Antoninus, (4) Durandus, (5) Paludanus, (6) Mayrones, (7) Hadrianus, (8) Silvester, (9) Cajetanus, (10) Soto, (11) Ledesmius, quos congerit, atque invicem discrepantes conciliat, (12) Bellarminus, ex quo, cùm aliqui ad rationem Indulgentiæ solam ex Thesauro Ecclesiæ Solutionem requirant, alii solam judicialem absolutionem, facilè, & tutò colligitur, utrunque requiri. Nam Indulgentiarum largitio actus est Jurisdictionis, atque adeò actus judicialis pendens è verbis Christi (13) relatis, *quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in Cælis*: igitur absolutio est. Est itidem solutio, quòd solvat, ac liberet ab obligatione pœnæ, atque observatione judicii, quemadmodum loquimur Jureconsulti, quando collato ad solutionem Ecclesiæ thesauro, solvitur ex illo, quod aut in hac Vita Sacræ Reipublicæ pœnam imponenti, aut in alia divinæ Justitiæ pœnam exacturæ, ni quis ante obitum pœnas crimini debitas solvat, debetur. Atque hìc mirum fortassis videbitur Photianis, quod de Ecclesiæ Thesauro dicimus. Sed, ut ait ille, cùm semper Ignorantia parens admirationis sit, & habeatur, hìc sanè, uti grata filia Photianorum admiratio matrem suam indigitat ignorantiam, quæ tanta his in hominibus est, ut mirum minimè sit, si mirentur id, quod nunquam sapiens ullus mirabitur. Nam quid clarius, notius, certiusque, quàm ea Christi merita, Cœlitumque omnium, quæ & Christo, & Cælitibus supervacanea sunt, qua parte Deum placare possunt, eidemque, ut creditor est debitæ sceleribus pœnæ, faciunt satis, dicunturque vulgo ἱκανοποιήσεις *satisfactiones*, posse aliis Fidelibus applicari, qui rei sunt luendæ temporariæ pœnæ? *Certè* (14) *Coressius*: τὸ θησαυρὸν τῆς Ἐκκλησίας, ait, λέγω τὰς τοῦ Βασιλείου νηστείας, τοῦ Θεολόγου, καὶ Χρυσοστόμου πολλοὺς ἐν τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων μόχθους, τῶν ἁγίων τὰς ἐκ περιουσίας αὐτοῖς ἱκανοποιήσεις. Μάλιστα δὲ τὰ πάθη τοῦ Χριστοῦ, ἅπερ τῷ σωτῆρι οὐδ᾽ ὠφέλιμα πρὸς ἄφεσιν τιμωριῶν, ἡμῖν δὲ κοινωνεῖται διὰ τῆς ἐξουσιαστικῆς τῆς Ἐκκλησίας πρὸς συγχώρησιν τῶν τιμωριῶν, καὶ χρεωστουμένων κολάσεων. *Thesaurum autem Ecclesiæ dico jejunia Basilii, Theologi, & Chrysostomi multos in Urbe Urbium principe labores, Sanctorum non necessarias ipsis satisfactiones, maximè verò Passionem Christi, quæ Servatori ne utilis quidem fuit ad remissionem pœnarum, nobis autem communicatur à potestate Ecclesiæ ad veniam pœnarum, & tormentorum, quæ debemus.* Quæ omnia luculenter confirmat ex dictis (15) Prodromi, & ex formulis Synchorochartiorum Diplomatum, ut Rerum nostrarum imperitissimus planè dicendus sit, quisquis ea ausit, aut mirari, aut deridere. Hinc non ulteriùs laborabo hac Nostris certissimâ in re, sed ea, quæ nuper dixi, colligens apertè constituo. Indulgentiam esse actum absolutionis applicantem descripta hactenus Christi, Sanctorumque merita Fidelibus pœnarum reis luendarum, quibus solvendis ejusmodi merita, ex potestate à Christo tradita, Antistites impendunt.

III. Porro cognitâ Indulgentiarum naturâ, has ajo in Synchoreticis nostris concedi. Id ut manifestum sit, do hìc formulam unius ex iis, quę (1) Diplovatacius, & (2) Canonarcha proponunt. Seligo autem ex multis non quod vetustissimum est, nempe Tarasianum, sed quod est mediæ ętatis, ejusque Patriarchæ, qui, cùm nec Photianus omnino fuerit, neque optimè erga Latinos affectus, Græcis unà, ac Photianis author omnino recipiendus esse poterit Veritatis. Is est Nicolaus ille Mysticus, quem & (3) Nectarius laudat, nec reprobat (4) Baronii superciliosa severitas. Extat ejus synchorochartion penes utrumque Scriptorem, illudque, inter cæteras epistolas Mystici, Baronio obtulit Aloysius Lollinus conterraneus meus, Venetusque Patricius. Est autem hujusmodi: Νικόλαος ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης καὶ οἰκουμενικὸς Πατριάρχης. Ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἡ ἄπειρος εὐσπλαγχνία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡ χορηγοῦσα πᾶσι τὰ δέοντα, καὶ ἀναπληροῦσα τὰ ἐλλείποντα, ἡ τὸν ἁμαρτωλὸν προκαλέσασα εἰς μετάνοιαν, καὶ τοῖς ἁγίοις δωρίζουσα στέφανον, ἡ οὐ θέλουσα θάνατον ἁμαρτωλοῦ, ἀλλ᾽ ἵνα μετασραφεὶς ζήσῃ, καὶ δώσῃ καρπόν· αὕτη ἡ μεγαλοδύναμος χάρις ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς, καὶ ἀναξίοις ἔδωκεν ἐξουσίαν λύσαι τε, καὶ δῆσαι, καὶ εὐθύνειν τὰ πρόβατα τὰ ἀκούοντα τὴν φωνὴν ἡμῶν, οὓς καίπερ ἀναξίους ἀπέδειξε ποιμένας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Διὸ καὶ ἡμῖν λέγει, ὅτι ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τῷ οὐρανῷ. Ὅθεν ἡμεῖς τῇ θείᾳ ταύτῃ, καὶ ἀμεταπαλεύτῳ ὑποσχέσει τεθαῤῥηκότες εἰς ὠφέλειαν τοῦ λογικοῦ ποιμνίου ἡμῶν χρώμεθα ταύτῃ, καὶ προκαλοῦμεν εἰς μὲν τὴν μετάνοιαν τοὺς ἡμαρτηκότας, τοῖς δὲ μετανοήσασιν ἄφεσιν διδόαμεν, λύοντες αὐτοὺς τῶν χρεωστουμένων ἀθλῶν, ἐν ὀνόματι Κυρίου, ἐν ἐπικλήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἐπιφοιτήσει αὐτοῦ, καὶ διὰ τῆς μεσιτείας τῆς μακροπαρθένου Δεσποίνης ἡμῶν προσκομίζομεν τῷ Θεῷ ὑψίστῳ ὑπὲρ τῶν μετανοησάντων ἁμαρτωλῶν τὴν γένεσιν, καὶ τὰ πάθη τοῦ Σωτῆρος, τὰς εὐποιΐας τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν, καὶ τὰ ἆθλα τῶν ζωηφόρων Μαρτύρων μετὰ τῆς ἀρθόρου σεβασμιότητος τῶν λαμπαδοφόρων, καὶ λαμπαδούχων Παρθένων. Ἔγνωμεν γὰρ τὴν κοινωνίαν τῶν ἐν μιᾷ πίστει ὁμολογούντων σε τὸν Πατέρα τὸν ἄναρχον, καὶ σὲ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὸ ἐν ἀμφοτέροις Πνεῦμα πανάγιον, Τριάδα ἀδιαίρετον, ἧς ἡμεῖς ὑπηρέται ἀνάξιοι ὄντες τῇ σῇ εὐσπλαγχνίᾳ πρὸς ταύτην ἐξουσίαν ἠλύθαμεν, ἵνα κατὰ τὸ σὸν ἔνταλμα, πολυέλεε Κύριε, χρώμενοι, τῷ ἀγαπητῷ ἡμῶν υἱῷ Ἀνδρονίκῳ τῷ Καλλιοπούλῳ τὴν κοινωνίαν τῶν ἁγίων δωρούμεθα, εἰς ἄφεσιν πάσης πνευματικῆς κατακρίσεως, εἰς λύσιν παντὸς κανόνος καὶ ἐκκλησιαστικοῦ ἐμποδίσματος, ἵνα σύ, Κύριε, ὁ ἐξαλείψας παντελῶς πᾶσαν ἁμαρτίαν, καὶ δίκην, καὶ τιμωρίαν τῷ σταυρωθέντι σοι λῃστῇ, καὶ ὁμολογησαμένῳ σε τὴν θεότητα, ἵλεως γένοιο αὐτῷ, ἐπιλανθανόμενος αὐτοῦ τὰ ἐγκλήματα, καὶ παραπτώματα ἑκούσια τε, καὶ ἀκούσια, ἃ ἐξαγορεύσας ἐστὶ τῷ πνευματικῷ αὐτοῦ πατρὶ μετὰ δακρύων, καὶ θρήνων ἀπεδεξάμεθα, καὶ εἰς αἰῶνα ἀποδοκιμάζει. Ἐντέλλομαι δ᾽ αὐτῷ διὰ τὴν συγγνώμην ταύτην ἐν Κυριακαῖς ἡμέραις πέντε προσεύχεσθαι μετανοίας ποιοῦντα πεντήκοντα, ἔτι δὲ πέντε Δευτέρας νηστεύειν, καὶ τοῖς πέντε πένησι διδόναι ἱμάτιον πρὸς βοήθειαν ἀθλίας γυμνότητος, ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος θεοῦ ἐν τριάδι μόνου, ᾧ δόξα, καὶ βασιλεία εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Ἐδόθη μηνὶ Μαρτίῳ, δεκάτῃ, ἐν Σαββάτῳ, ἐπινεμήσεως ιδ´. *Nicolaus misericordia Dei Archiepiscopus Constantinopolis novæ Romæ, & OEcumenicus Patriarcha. Gratia Spiritus Sancti, & infinita benignitas Domini nostri Jesu Christi, quæ omnibus tribuit necessaria, & adimplet, quæ desunt; quæ peccatorem ad pœnitentiam*

 vocat,

(4) *In 4. dist. 20. qu. 3.*
(5) *Ibid. qu. 4.*
(6) *Ibid. qu. 1.*
(7) *In 4. Sent. q. de Indulg.*
(8) *In Sum. ver. Indul. nu. 4.*
(9) *tr. 14. ad Jul. Medic. c. 6.*
(10) *In 4. Sent. dist. 21. qu. 1. art. 2.*
(11) *In p. 4. Sent. q. 38. art. 1.*
(12) *Ubi supr. c. 5. ab init.*
(13) *Mat. c. 18. nu. 18.*
(14) *In Theolog. tr. de Oper. homi. q. 4. p. 5.*
(15) *De Interpr. ad Cano. Pœnitent. Thaumaturgi.*
(1) *In Synop. Juris Græci in fin. tit. de Synod. n. 64.*
(2) *In d. Sylloge eod. tit.*
(3) *Antirrh. sect. 10. pa. 200. à linea 19.*
(4) *Vide Ann. 917. per tot.*

vocat, & Sanctis coronam impertitur, quæ non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat, detque fructum: Hæc omnipotens Gratia, nobis humilibus, & indignis dedit potestatem solvendi, & ligandi, & emendandi oves, quæ audiunt vocem nostram, quos quamvis indignos fecit Pastores in Ecclesia: Quare & Nobis dicit: quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in Cælis. Hinc nos hac divina, & immobili promissione animati ad utilitatem rationalis Gregis nostri ea utimur, & provocamus ad pænitentiam quidem eos, qui peccaverunt, eis verò, quos criminum pænituit, damus veniam, solventes eos à pœnis debitis in nomine Domini, ex invocatione Sancti Spiritus, ejusdemque adventu, ac per intercessionem Deiparæ Virginis Dominæ nostræ offerimus Deo altissimo, pro resipiscentibus peccatoribus, & Nativitatem, & Passionem Servatoris, merita Sanctorum Patrum nostrorum, & certamina triumphantium Martyrum, cum incorrupta, dignâque omni veneratione candidorum, ac lampades præferentium Virginum conditione. Novimus enim Communionem eorum, qui in una fide confitentur te Deum Patrem sine principio, & te Filium ejus, & Sanctissimum Spiritum in utroque, Unam Triadem, & indivisam, cujus nos ministri indigni cùm simus, tua benignitate ad tantam venimus dignitatem, quam juxta mandatum tuum usurpantes, misericors Domine, dilecto filio nostro Andronico Chalceopulo communionem Sanctorum donamus ad Remissionem omnis spiritalis damnationis, ad solutionem omnis pœnæ, & Ecclesiastici impedimenti: ut tu, Domine, qui delevisti omnem omnino culpam, judicium, ac pœnam Latronis, qui tecum Cruci affixus confessus est tuam Divinitatem, propitius sis ipsi, oblitus delictorum ejus, & peccatorum, quæ sponte, vel invitus patravit, quæque fassus spiritali Patri suo cum lacrymis, ac gemitu detestatus est, atque in æternùm detestatur. Mandamus autem illi ob hanc Indulgentiam, quinque diebus Dominicis orare provoluto quinquagies ad terram corpore, itidem jejunare quinque secundis Feriis, & quinque pauperibus vestem dare ad opem miserrimæ nuditatis: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Dei in Triade unius, cui honor, & Regnum in omnia Sæcula. Data est mensis Martii X. die Sabbati Indictione XIV.

IV. Hoc est exemplar vetustissimi Synchorochartii, à quo licèt recentiora recesserint, ut mihi palam est ex Manuscripto exemplari Patri meo Cretæ concesso per Joannicium Patriarcham, èque aliis, quæ tum apud (1) Goarium, tum passim habentur, reipsa tamen idem aliis verbis modò breviùs, modò fusiùs asseverant. Jam in hoc, quod protulimus, si placet, agnosce ea omnia, quæ diximus. Et in primis Potestas indulgendi non facto ipso dumtaxat, &, ut ajunt, *exercitè*, sed ex professo, atque ex industria, sive, uti dicunt, *signatè*, affirmatèque statuitur; imò magna ex parte totius Diplomatis prędicatur. Deinde manifestissimè Christi, Sanctorumque merita reis ad veniam criminum applicantur; Quamvis enim merita Christi, & Sanctissimæ Humanitati Gratiam infinitam meruerint, Nobisque finitam, cùm (2) τὸ αἷμα αὐτῦ καθαρίζη ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας: *sanguis ejus emundet nos ab omni peccato*; tamen hujus meriti Nobis effectus non nisi per Sacramenta novæ Legis applicatur. Quare, cùm in Diplomate res citra Sacramentum agatur, adjici Nobis merita Christi palam est, quà sunt solutio pœnę peccatis debitę. Id, quod multò magis dicendum est de meritis Cœlitum. Etenim ea merita, ut Gratiam respiciunt, primariumque meritorum pręmium, alteri conferri non possunt: nemo enim alteri meretur Gratiam præter eum, qui pro Nobis mortuus est, *ut filii Dei* (3) *nominemur, & simus*. Propterea merita hujusmodi applicantur Nobis, ut sunt etiam ipsa solutiones pœnarum, atque uti Jureconsulti dicimus luitiones. Ac ne sic quidem Nobis applicantur in totum, sed ea ratione, quà luitiones sunt non necessariæ Cælitibus, & ipsis supervacaneæ. Puta, Danieli Stylitæ viro à teneris unguiculis innocentissimo tanta illa, plenèque mirabilis patientia, & in pertricoso proposito inaudita constantia profuit sanè, ac maximè profuit ad divinæ hìc Gratiæ, post obitum verò ad immortalis Gloriæ certissimum incrementum: at, deficiente peccatorum materie, perparum fuit utilis ad solutionem, quando in minimo debito tam exaggerata solutio neque necessaria fuit, fuitque, quà solutio est, magna ex parte solventi supervacanea. Hęc merita sic accepta, cùm in Diplomate applicari Merita legis, applicari puta, ut Cœlitibus otiosa, negotiosa sint Nobis, illisque inutilia, Nobis sint utilissima. Hinc statim asseritur Communicatio Sanctorum, ut Dogma (4) Fidei Apostolico firmatum decreto confirmet, posse Antistitum potestate applicari Sanctorum merita venię criminum impetrandæ. Quemadmodum enim Communicatio bonorum, quę ratione Ordinis OEconomici ad bonum totius Familię conspirant, facit, ut prudens Paterfamilias ad utilitatem totius familiæ possit obærati filii, qui fortè decoxit, æs alienum solvere ex iis, quę filio diti supersunt: ita Communicatio Sanctorum, quam ex Fide credimus eò collimare, ut sibi invicem membra Ecclesiæ opem ferant, facit, ut ritè Paterfamilias Ecclesiæ, quem Episcopum esse nemo sanæ mentis negaverit, possit justà ex causâ, atque Ecclesiæ utilitatem secutà, ex meritis piorum, quà parte illis supersunt, aliquid conferre ad liberationem eorum, qui propter immanitatem debiti, vel animum despondent, vel etiam solvendo non sunt. Habes igitur in producto Diplomate, imò in cæteris, quæ penes Nos dicuntur Α'φέσιμα, esse apud Nos actus judiciales absolutionis quippe per potestatem facti, quibus adjungitur Solutio ex Thesauro Ecclesiæ, sive Communicatione Sanctorum. Atqui hæc, ut supra decrevimus, è sententia Latinorum omnium Indulgentiæ sunt: igitur apud Nos Indulgentiæ sunt. Nec penes Nos Indulgentiæ sunt solùm, sed iisdem prorsus terminis continentur, quibus Latinæ: loquor sanè de Latinorum Indulgentiis, quas vocant plenissimas, & plenarias, nam minores, quæque ad solutionem omnium debitorum non dantur, sed ex parte tantùm debitum donant, Nobis obsolevere, nec tamen quas usurpant Latini, quasque deridens ignorantissimus Severus contemptim vocat: χιλιάδας χρόνων, καὶ καραντέλας, *millia annorum, & Qudragenas*, con-

(1) *In Euchol. pag. 681. & seq.*

(2) *Joan. Ep. 1. ca. 1. num. 7.*

(3) *Jo. Ep. 1. c. 1. nu. 1.*

(4) *In Symb. Apostol.*

(5) *Bas. c. 73. Nyssen. Can. 1. & 2. Ancyr. can. 22.*

(6) *Ancyr. can. 16.*

(7) *Ancyr. can. 16.*

(8) *Basil. can. 59.*

(9) *Basil. can. 81. Nyssen. can. 4.*

(10) *Bas. can. 58.*

(11) *Idem ibid. & alibi.*

(12) *Ancyr. can. 9. & 25. Bas. can. 56. & 64*

(13) *Nyss. c. 3. Basil. can. 75.*

(14) *Ancyr. can. 8. & 20. Trull. can. 54.*

(15) *Ancyr. cant. 4. Petr. Alex. can. 6.*

contemnendæ sunt. Nam si omnium pœnarum condonandarum per Indulgentiam potestas est in Ecclesia, cur non est partis? Deinde has ipsas non omnimodas Indulgentias, sed aut dimidias, aut ex parte, & aliquatenus concessas obtinuisse in Græcia priscis illis Temporibus cùm vigebat acerbior severitas, constat (5) ex productis Nicænæ, Ancyranæ, & Antiochenæ Synodi decretis, ubi quadamtenus pœnas dimitti permittitur. Denique non video, quî objici Latinis queat, quod nostris Canonibus congruit. His prælucentibus novimus olim severissimè actum cum criminosis, quibus pœnæ producebantur ex gravitate delicti, modò per vitæ (6) reliquum, per annos sæpe (7) triginta, (8) vigintiquinque, (9) viginti: sæpe per annos (10) duodeviginti, aut (11) quatuordecim, duodecim (12) etiam, ac (13) decem, quemadmodum, qui minùs peccaverant, novem (14) annis plectebantur alii, alii (15) septem, sex (16) alii, aut (17) quinque, aut (18) quatuor, tribus (19) quandoque, ac (20) duobus, ut minimum pro crimine lethali pœna exigebatur per (21) annum, pro venia digno, aut non omnino spontaneo quadraginta (22) dierum. Septem, ac trium etiam dierum pœnam imponi (23) solitam nosces, quæ omnia constant ex relatis per (24) Photium, & (25) Harmenopulum: unde fas colligere utrumque, & à Canonibus decretas esse delictis certas pœnas, & certo temporis spatio circumscriptas: has autem remitti posse, palam ex dictis est, quare fas erit Antistiti Indulgentiam, aut triginta, aut viginti, aut decem, aut trium annorum, uniusve tribuere, quadragenas etiam, & septimanas dare dierum, & centenarias, unde *quadragenarum* nomen, aliarumve hujusmodi, quas καραντίλας appellat Severus. Nam quod attinet ad millenas annorum, eas Indulgentias apud Latinos in usu non esse certum est, an unquam fuerint, disputatur: ac (26) Gerson, cui subscripsit Dominicus (27) Soto, palam negat, unquam concessas, licèt eas concedi posse solidissimè comprobet (28) Bellarminus.

Hæc obiter, ut calumniam ignorantissimam Severi castigaremus. Cæterùm penes Nos Indulgentias iisdem terminis contineri, quibus & Indulgentiæ Latinorum, constat ex iis, quæ in utrisque requiruntur, exposcunturque. Et primò, Latini finem poscunt universalem, intentumque clam, palamve. Meritò sanè, cùm enim Indulgentia sit, uti diximus, actus Absolutionis judicialis, actus est Jurisdictionis: Jurisdictio autem finem respicit semper universalem, qui in bono situs est publico, ac Reipublicæ, cujus est jurisdictio, utilitate. Hoc in nostris Synchorochartiis clarissimum est ex illis εἰς ὠφέλειαν τοῦ λογικοῦ ποιμνίου ἡμῶν χρώμεθα: *ad utilitatem rationalis nostri Gregis utimur*, Quæ manifestè finem parcendi jactant, & ingerunt, Hinc Latini plenas Indulgentias Sanctissimè eò sæpe dirigunt, ut à Deo Pax inter Christianos Principes impetretur, placetur Deus fame, peste, sterilitate, aliisque Epidemicis malis crimina nostra justissimè ulciscens: quod utinam & Nostri usurparent, non adeò iratum Numen nobis experiremur, quod Nos sine Regno, sine sapientia, sine libertate omnium peripiema constituit. Secundò petunt finem peculiarem, qui nempe respiciat ejus utilitatem, cui conceditur. Quare, si ea clementia sacra licentiam peccandi faceret, & ex facilitate veniæ impetrandæ provocaret ad vitium, sanè hujusmodi Indulgentia nihil efficeret. Hinc recentissimi Pontifices Maximi facilitatem indulgendi prudenter coercuerunt, abrogatis horum privilegiorum quamplurimis, ne ad utilitatem datum perniciem iis ipsis, quibus datum est, moliatur. Hoc etiam nostris Aphesimis solemne est, quæ & raro conceduntur, nec nisi meritis, ac diu petituris, quod non facilè concedatur, quemadmodum authon Malaxus (1) est. Tertiò exposcunt, ut opus injunctum proportionem aliquam habeat ad veniam, quæ datur. Non sanè, ut id sit, quod pœnam, quæ remittitur, æquet; alioquin non remissio pœnæ, sed esset pœnæ redemptio: sed ut pro ratione veniæ, mandatum opus majus, minusve fit: Id, quod contra (2) Glossographum, (3) Silvestrum, (4) Tabiensem, (5) Turrecrematam, aliosque (6) secutos D. (7) Thomam docet communis opinio cum (8) Adriano, (9) Cajetano, (10) Jo. Majore, (11) Ledesmio, (12) Dominico, & Petro (13) à Soto, (14) Navarro, & (15) Cordubensi, quibus adstipulantur antiquiores (16) Theologi. Idipsum docent nos nostra Synchorochartia. Etenim vides ibi opus imperatum grave esse, ac longè gravius, eo, quod Latini solent injungere; quorum sententia prior, minusque recepta non est planè dissona Moribus nostris, ut ex Aphesimis constat, in quibus nullum opus injungitur; videndusque ad id (17) Goarius proximè laudatus. Jam ex his tribus constituitur, Indulgentias Jure utriusque Gentis sine justa causa concedi non posse: nam cum justa causa finem rationi congruum, & media ad finem complectatur, ex his tribus manifestum est, ad concedendas Indulgentias ritè, utrumque requiri: ne nimirum, ut verbis (18) Cypriani utar: *pax irrita sit, perniciosa dantibus, & nihil accipientibus profutura*. Patet ergo justæ causæ necessitas: quam nostris Aphesimis asserit Nostrorum omnium nomine (19) Malaxus, docentque Theologi omnes, & constat tum ex Clem. VI. Extravag. *unigenitus*, tum ex constitutione Martini V. Quartò necessarium Latini putant statum Gratiæ in eo, cui conceditur Indulgentia. Neque enim, quod mentitur (20) Barlaam, Latini usquam dixere, per Indulgentiam tolli culpam, aut remitti, quæcunque illa sit, quamvis minima, pro quo videndus à Nostris (21) Bellarminus, ne temerè judicent de Latinis. Disputant hi sanè inter se, quæruntque, num Gratiæ status necessarius sit tum, cùm indicitur Indulgentia, an cùm mandatum opus perficiendum est, an denique tantùm cùm ipsa recipitur Indulgentia, opere imperato perfecto. Hanc ultimam disceptationis partem placuisse recentionibus palam est ex iis, quæ tradit Antonius (22) Cordubensis ex (23) Antonino, & (24) Paludano. Primam Latini reprobant omnes, arbitrati non esse opus Gratiæ statu, cùm indicitur Indulgentia, eò, quòd demonstratio Medii ad finem non petit, ut medium, quod per illam demonstratur, sit ante illam: at indictione Indulgentiæ indigitari medium ad veniam pœnæ, atque

(16) *Ancyr. can. 6. Basil. c. 83.*
(17) *Petr. Alex. can. 1. & 2.*
(18) *Nica. I. c. 14. Ancyr. c. 5. Petr. Alex. c. 3. Nyss. c. 11. Basil. c. 22.*
(19) *Ancyr. can. 70.*
(20) *Bas. can. 61.*
(21) *Jejunator ap. Scholiast. Harmenopul. In Epit. Sect. 5. tit. 3. in fin.*
(22) *Idem Jejunator ibid.*
(23) *Idem ibid.*
(24) *In Nomoca. in Epist. Can. Bas.*
(25) *In Epit. tit. 3. & 4. Sect.*
(26) *Tra. de Sacr.*
(27) *In 4. dist. 21. q. 2. art. 1.*
(28) *d. l. 1. de Indul. c. 9. post med.*

(1) *In Nomoc. ad Can. Poenit. c. 134.*
(2) *In Extravag. Bonifac. VIII. Antiquorũ. de Pœnit. & remis.*
(3) *In Sum. in Verb. Indulgẽtia. n. 19.*
(4) *In eod. Verbo n. 10.*
(5) *In c. quis aliquãdo §. in Levitico de Pœnit. dist. 1.*

(6) *Durand. & Palud. in 4. dist. 2. q. 4.*
(7) *In 4. dist. 20. q. 1. artic. 3. quæstiũcula 2.*
(8) *In 4. tr. de Indulgẽtia.*
(9) *Tr. de cau. Indulg. ad Jul. Med. c. 8.*
(10) *In 4. dist. 20. q. 2.*
(11) *p. 2. 4. Sent. q. 27. art. 2.*
(12) *In 4. dist. 21. q. 2. art. 2.*
(13) *Lect. 2. de Indulgent.*
(14) *De Jubil. notab. 5. nn. 3. & 4.*
(15) *De Indulg. q. 20.*
(16) *Bonav. in 4. dist. 2. p. 2. qu. ult. Richard. ead. dist. quæ. ult. August. de Ancon. de potest. Eccl. qu. 30. art. 4. & 5. Gerson. de absol. Sacram. Gabriel. in 4. dist. 45. qu. 3. art. 1. & in Canon. Missæ. Lect. 57.*
(17) *In Euchologi. pag. 681. & seqq.*
(18) *Ser. de lapsis.*
(19) *In Nomoc. d. c. 134.*
(20) *Libr. an. de error. Latinor. c. 8.*
(21) *d. lib. 1. de Indul. ca. 7. initio.*
(22) *De Indulg. q. 24.*

(23) *1. p. tit. 10. ca. 3. §. 5.* atque hoc medium esse statum Gratiæ: igitur non requiri statum Gratię ante, quàm, vel cùm indicitur Indulgentia, nisi ea sit, quæ simul indicitur, & percipitur; quales eę sunt, quas post solemnem Liturgiam Episcopi circumstantibus clementer impertiunt. (24) *In 4. dist. 20. q. 4. artic. 3. concl. 1.* Communior igitur, & tutior Latinorum opinio est, Gratiæ statum requiri tum, cùm perficitur imperatum opus, tum cùm ipsa Indulgentia percipitur: Id, quod constituunt (25) Cajetanus, Petrus (26) à Soto, aliique, ex quibus latè, & doctissimè laudatus (27) Bellarminus. Penes nos ex relato Nicolai diplomate certum est, Statum Gratiæ necessarium esse, cùm opus imperatum pręstatur, pressiùsque cùm ipsa percipitur Venia: etenim hæc habes: ἃ ἐξαγορευσάμενος τῷ πνευματικῷ αὐτοῦ πατρὶ μετὰ δακρύων, καὶ θρήνων ἀπεδοκίμασε, καὶ εἰς αἰῶνα ἀποδοκιμάζει. *Quæ fassus spiritali Patri suo cum Lacrymis, & gemitibus detestatur.* Quæ verba, cùm de præterito sint, palam ostendunt, ei, qui est in Statu Gratiæ, mandari, quæ mox opera demandantur. Arbitror autem tum ex hoc ipso Diplomate, tum ex Moribus nostris probari posse, penes nos Indulgentiam non indici, nisi ei, qui est in Gratiæ statu, atque adeò penes nos statum Gratiæ requiri, vel cùm indicitur Venia. Nam neque exemplum habeo concessi Aphesimi, seu Synchorochartii, nisi per exhomologesim expiato, & alioqui penes nos, non quod attinet solùm ad effectum, verùm etiam, quod spectat ad ipsum actum veniæ concedendæ, regula illa penes Latinos recepta: *peccati venia non datur, nisi correcto*, viget, æternùmque vigebit, juxta tradita per (28) Coressium, & per (29) Margunium confirmata. Neque obstat, quod dicitur, statum Gratiæ esse medium: Nam, ut ut id ita sit Latinis, nobis Gratiæ status fundamentum est, ac prævia ratio Veniæ concedendæ, ne non solùm non dignis, (quæ argutia Bellarmini (30) nobis nunquam placebit) sed & indignis Veniæ (quippè culpæ lethali obnoxius hujusce Veniæ indignus est) Veniam largiamur. Quintò Latini necessarium omnino autumant, ad hanc Veniam impetrandam, ut mandata opera plenè, benèque peragantur, id, quod constituit (31) D. Thomas, & ex eo alii omnes: cujus ea ratio est, quoniam hypothetica concessio non censetur absolutè facta, nisi post hypothesim positam, ex notissimo Philosophorum effato: Porro Indulgentia concessio est hypothetica, ut constat: proinde nihil agit, nisi ponatur hypothesis. Eadem ratio militat in nostris Aphesimis quoque: quamvis enim, ut facilè deprehendes in prolato Diplomate non palam hypothesis proponatur, intelligenda tamen est, cùm opera aliqua faciunda indicuntur: id, quod an & in iis diplomatibus intelligendum sit, in quibus nullum opus indicitur, qualia sunt, quæ proponit (32) Goarius, videant doctiores ex Nostris: Mihi nunquam probabitur Indulgentia sine opere imperato ei, qui aliquid agere possit, præsertim cùm pœnarum omnium Venia conceditur. Quamvis enim hęc ex Actu ipso judicialis absolutionis, fit ex Thesauro Communionis Sanctorum solventis Deo, quod pro peccatoris debito faciat satis, tamen omnino rationi consonum duco, ut simul ipse aliquid peccator præstet pro se ipso, ne commune militantis Ecclesiæ Ærarium otiosis hominibus impendatur. Hinc utraquè Ecclesia non solùm aliqua facere jubet eos, qui tantam utilitatem percepturi sunt, verùm etiam jubet, quæ maximè placitura Deo cognoscit, preces Nostra quocumque in loco, Latina ex genere meliùs in celebrioribus, sanctioribusque Urbium Templis (Dixi ex genere, nam fortassis Nostra meliùs in praxi: quando frequentia Populi, Conventus, & Panegyris devovendum Deo soli per preces animum sæpe avocant à re sacra) jejunium, & eleemosynam. Addit Latina exhomologesim, & Eucharistiam, quarum utraque à Nobis omittitur, hæc, quòd rariùs ad sacrum ferculum, sed certè majori cum reverentia, & pręparatò magis accedamus; illa, quòd ante petitionem hujusce Veniæ facta jam esse censetur.

(25) *Tract. 10. q. 2. & tr. 15. c. 9.*
(26) *Lect. 3. de Indulg.*
(27) *d. lib. 1. de Indulg. ca. 13. ab initio.*
(28) *Libr. de Pœnit. c. 9.*
(29) *Not. 6. in Can. 2. S. Bas.*
(30) *Ubi sup. circa fin.*
(31) *In 4. dist. 20. q. 1. art. 5. quæstiunc. 3.*
(32) *d. pag. 681.*

VI. Habes ex his nostra Synchorochartia, Aphesima nostra ejusdem omnino rationis esse, imò ejusdem planè nominis cum Indulgentiis Latinorum, neque aliud has inter, & illa reperies, nisi quòd Nostra privatim, ac singillatim singulis conceduntur, Latina & privatim, & publicè, & singulis, sæpe etiam omnibus dantur. Quo ex capite (1) Severus acris ignorantiæ Vir videtur Jubilæum impugnare, & in Bonifacium VIII. cæterosque contemptim insurgere; quem, ædepol, jubemus, insanire libenter nam, qui singulis potest veniam eo, quo diximus, modo impertiri, cur omnibus sibi subjectis largiri eandem non possit? An Thesaurus Ecclesiæ tam effusa liberalitate minuitur? At infinitus est, atque, quod infinitum est, neque minuitur, neque augetur. An contemnitur venia, quòd omnibus datur? Sed hanc etiam, quod ad culpam pertinet, perpetuò Sacramenta omnibus pollicentur: nec tamen propterea contemnuntur. An denique provocantur homines ad inertiam, quòd venia omnibus crebrò, ac facilè concedatur? At hoc etiam incommodi Christiano Gregi contingere poterit, cùm singulis veniam impertimini; & alioqui, si quid inde damni Ecclesia capiet, rationem reddent, qui crebrò nimis hac sacrâ clementia defunguntur. Adde has publicas, universimque distributas omnibus Indulgentias vel rarò sine maxima præsentique necessitate concedi, vel crebrò, sed ex causa manifestæ aut necessitatis, aut utilitatis proponi. Constat hoc ex Jubilęo Majore, qui non nisi quater in Sæculo indicitur, ut vix homini bis ea venia in Vitâ uti contingat. Constat etiam in Jubilæis Minoribus, quos plenissimas ritè dixeris Indulgentias: hæ enim non indicuntur, nisi ad impetrandam à Superis pacem Christianorum bellantium invicem, Christianumque sanguinem civilibus armis devoventium, quibus jampridem fuisset Christiani Nominis hostis, Thracia debellata. Non hinc, inquit, Jubilęum refello, sed quòd novum inventum sit, Patribusque inauditum, quòd neque utilis videatur, neque necessarius. Sic Severus (2) affirmatè. Sed primum merum delirium est: Nam si, quod fit, in re vetustissimum est, & Majoribus nostris acceptum, Canonum decretis firmatum, Gentis utriusque suffragio constitutum, quid interest, an hoc potiùs modo fiat, an alio? Certè, ut infra docebimus, multa vos ipsi, Photiani,

(1) *d. differ. 4. pa. 48. lin. 30. & deinceps.*
(2) *Ibid. à lin. 40.*

ni, assertores licèt Antiquitatis, recens in Mores nostros patrastis, quæ Prisci illi non norunt, imò multa patratis, quæ damnant Majores vestri, palamque reprobant: nec tamen ullus est, qui vos propterea vituperet; gnaris nimirùm Adversariis vestris doctissimis, multa vel ab Antiquitate opportunè damnata posse opportuniùs à Posteris approbari. Quòd si novitas vestra damnari non potest, licèt nullo modo cognita Antiquitati, imò sępe ex Antiquitate damnanda, quæ insania, quis furor sanctissimum Institutum notum, pernotumque venerabili Vetustati, non ex novitate Rei integra, sed ex solius novitate modi refellere? Hæc ad primum: ad secundum respondeo, ineptire Severum. Utile est homines ad odium criminum suorum allicere, usum Sacramentorum proponere, ingerere piam liberalitatem, quâ (3) redimuntur peccata: Utile est Gentes, populosque propositâ publicè veniâ provocare ad propitiandum Numen iratum, ad conciliandam Christianæ Reipublicæ divinam clementiam, eandemque publico jejunio emereri; atque ad hæc omnia decreto Veniæ præmio blandissimè homines quodammodo cogere, perutile est: Atqui hæc utilitas à Jubilæo, ab Indulgentiis publicitus indictis manifestissimè provenit: Igitur utilis Jubilæus, utilis publicè proposita subjectis omnibus Indulgentia. Addo, eam aliquando non utilem solùm, sed etiam pernecessariam. Nam, cùm certum sit, sępe nobis necessitatem incumbere Numinis propitiandi ad avertendas, quæ fortassis impendent, aut etiam patimur calamitates, necessaria nobis sunt & Pœnitentia, & preces, & jejunia, & eleemosinæ; His enim validissimè Deus ad Clementiam provocatur, ut nobis palam insinuat notissimum (4) Ninivitarum, creberrimumque (5) Judęorum exemplum, quò respexit (6) Baptistes, cùm dixit. Τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας. *Quis ostendit vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructus dignos Pœnitentiæ*: & (7) Petrus, cum interrogantibus τί ποιήσωμεν; *quid faciemus?* respondit: μετανοήσατε, *agite Pœnitentiam*. Porro non facilè Populus ad hæc agenda universim deducitur, nisi utilitas illi aliqua, & quidem maxima proponatur, pręsertim cùm calamitas eò gravior, quò latentior Rempublicam, non singulos, tangit. Igitur necesse erit, ut ad ea Populus provocetur utilitate proposita. Jam quæ major utilitas, quęve religiosæ plerumque Plebi persuadendæ aptior, quæ magis Ecclesiasticæ dignitati, pietati, ac potestati consentanea, quàm venia peccatorum? Hæc igitur utilissima.

(3) Daniel. c. 4.

(4) Jonæ c. 3. à n. 5.
(5) Judic. c. 10. n. 15. 2. Reg. c. 24. à nu. 18. 2. Paralip. cap. 12. à n. 6. Judith c. 4. n. 8.
(6) Luc. c. 3. nn. 7. 8.
(7) Act. c. 2. nn. 37. & seqq.

VII. Mittamus hæc, inquit (1) Severus, neque enim palam, quæ Vivis concedi solent, Indulgentias impugno. Clam id tentavi solitus dementer, ac subdolè rerum, quas ago, satagere: illud in Jubilęo non ferendum, quòd, οἱ Ῥωμᾶνοι λέγουσι περὶ τοῦ Πάπα, ὅτι ἔχει ἐξουσίαν νὰ ἀνοίγῃ, καὶ νὰ σφαλίζῃ τὸν τόπον ἐκεῖνον, εἰς τὸν ὁποῖον εὑρίσκονται αἱ ψυχαὶ, τουτέστιν τὸν τόπον τοῦ λεγομένου Καθαρτηρίου πυρὸς, καὶ τινὰ ἄλλα, ὁποῦ φλυαροῦσιν, ὡσὰν χιλιάδας χρόνων, καὶ Καρλωτίλας. *Qui Romanis consentiunt, dicunt de Romano Pontifice, habere eum potestatem aperiendi, claudendique ejus loci, in quo degunt animæ, hoc est ignis Purgatorii, & quædam alia ineptè blaterant, ut millia annorum, & quadragenas.* (2) Et infra latiùs; Διὰ τοῦτο, inquit, οὐδεὶς τῶν ἀποστόλων, οὔτε τῶν αὐτῶν διαδόχων, ἐτόλμησε ποτὲ, νὰ εἰπῇ, ὅτι ἡ εὐσπλαγχνία τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν ἐξουσίαν μου κρέμαται, ὅταν θέλω, νὰ ἀνοίξω τὰς θύρας τοῦ ᾅδου, νὰ ἐλευθερώσω τὰς ψυχὰς τῶν κεκοιμημένων, καὶ πάλιν ὅταν θέλω, νὰ τὰς σφαλίσω, καὶ νὰ τὰς τιμωρήσω. Διότι ἄν τινας ἤθελεν ἀποτολμήσῃ ποτὲ νὰ εἰπῇ τοιοῦτον, ἤθελε δείξῃ τὸν ἑαυτόν του μᾶλλον ἐξουσιαστὴν, ἢ τὸν Θεὸν, ἐπειδὴ καὶ ἡ εὐσπλαγχνία τοῦ Θεοῦ κρέμαται εἰς τὴν ἐξουσίαν του. ἀλλ᾽ οὐδεὶς ποτὲ τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων ἀνδρῶν ἐκαυχήθη εἰς τοιοῦτον, εἰ μὴ μόνος ὁ Πάπας ὁ Βονιφάτιος ὄγδοος, ὁ ὁποῖος ἔζη εἰς τοὺς 1294. ἔτος πρῶτος ἐξηῦρε τὴν ἐφεύρεσιν ταύτην. ὅτι ἐξέδωκε τὸν Γιουμπιλέον εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης ἀπὸ ἑκατὸν χρόνους ἕως ἑκατὸν. Καὶ μετὰ τοῦτον ἐκάθησεν ἄλλος Πάπας, καὶ τὸν ἔκαμε πεντηκοστὸν, καὶ μετὰ τοῦτον ἄλλος πάλιν Πάπας τὸν ἔκαμε εἰκοστόπεμπτον. Τοῦτον τὸν Γιουμπιλέον τὸν πέμπουσιν εἰς πᾶσαν πόλιν, καὶ χώραν, ὁποῦ νὰ ὑποτάσσονται τῇ ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ διδάσκοντες, καὶ κηρύττοντες, παρακινοῦντες τοὺς ἀνθρώπους, νὰ πηγαίνουν νὰ προσκυνοῦν εἰς τὴν ἐδεῖνα ἐκκλησίαν, ὅπου εὑρίσκεται ὁ Γιουμπιλέος, ἢ εἰς τὴν ἐδεῖνα, ἐξομολογημένοι πρῶτον, καὶ μεταλαμβάνοντες, ἔπειτα παρακαλοῦντες ἐλευθερώνουν μίαν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ καθαρτηρίου πυρὸς, καὶ οἱ ζῶντες ἐκεῖνοι ἔχουσι τόσους χρόνους ἄφεσιν, καὶ τινὰς ἄλλους μύθους διδάσκουσιν. Ταῦτα λοιπὸν ἢ εἶναι ἀναγκαῖα, ἢ ὠφέλιμα, ἢ οὐδέτερον. Ἀλλὰ περὶ τούτων οὔτε ὁ χρόνος μᾶς συγχωρεῖ, νὰ γράψωμεν ἀκριβῶς, οὔτε ὁ τόπος. φαίνεταί μοι δ᾽ ὅμως, ὅτι ἐπειδὴ καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία, ἡ ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου μέχρι δυσμῶν, παρακαλεῖ αὐτὸν, καὶ δεῖται κοινῶς, καὶ μερικῶς ὑπὲρ τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν, δὲν ἦτον μήτ᾽ ἀναγκαῖον, μήτ᾽ ὠφέλιμον εἰς τὴν ἐκκλησίαν νὰ φανῇ αὐτὴ ἡ γνώμη, ἡ ὁποία οὔτ᾽ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, οὔτ᾽ ἀπὸ τῶν συνόδων, οὔτε ἀπὸ τῶν διδασκάλων ἐγράφη, ἢ παρεδόθη, ἢ ἐκηρύχθη ποτέ: *Propterea nullus Apostolorum, eorumque, qui in locum Apostolorum suffecti sunt, ausus est unquam dicere: Misericordia Dei à mea pendet potestate, cùm placuerit aperire portas Erebi; atque inde liberare animas eorum, qui dormiere: atque iterum cùm placuerit easdem claudere, atque animas illas plectere. Nam, si quis unquam tale quid ausus fuisset dicere, jactasset se Deo potentiorem. Etenim ipsa Dei potestas pependisset ab eo. Sed nullus Sanctorum, beatorumque virorum hoc unquam jactavit, præter unum Bonifacium VIII. Pontificem, qui circa annum Christi MCCXCIIII. vivebat. Is primus hoc inventum molitus est, edixitque Jubilęum Ecclesiæ Romanæ à centesimo ad centesimum annum. Post eum autem sedit alius Pontifex, qui Jubilæum ad quinquagesimum annum deduxit, & post hanc alius Pontifex eundem ad vigesimum quintum annum redegit. Hunc Jubilæum mittunt ad omnem Urbem, ac Regionem subjectam Romanæ Ecclesiæ, docentes, prædicantes, provocantes homines, ut ad orandum in hanc, vel illam Ecclesiam, ubi Jubilęum reperire est, contendant expiati primùm per exhomologesim, & Eucharistiæ ferculo refecti: quo facto si preces addiderint, liberent unam ab igne Purgatorio animam; Et vivi illi habeant tot annorum veniam, & quasdam alias fabulas docent. Igitur hæc, vel sunt necessaria, vel utilia, vel neutrum. Sed de his neque tempus,* neque

(1) d. differ. 4. pa. 47. à lin. 31.

(2) Ibid. pag. 48. lin. 24. & seqq.

neque locus nobis potestatem facit diligentiùs scribendi. Videtur tamen mihi, quandoquidem universa Christi Ecclesia, quæ ab Oriente ad occasum porrigitur, precatur semper, & orat publicè, privatimque pro Orthodoxis Christianis, non fuisse neque necessarium, neque utile Ecclesiæ, ut hæc sententia proderetur, quæ neque ab Apostolis, neque à Synodis, neque à Doctoribus fuit aut scripta, aut tradita, aut prædicata. Hæc sunt verba mala, quæ Severi cor insipiens eructavit; quibus refellendis non admodum insudandum est. Reprobat Jubileum per modum suffragii, uti dicunt, pro Defunctis indictum quadruplici ex capite: primò, quòd inauditum Antiquis, secundò, quia minimè necessarium, tertiò, quia inutilem: quartò, & quidem non sine stomacho, & minis (nam sic verba recitata claudit: *ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὐ θέλω μόνος περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης κρίνειν, ὡς καὶ πρότερον εἶπον, ὁ δὲ Θεὸς, ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, κρινεῖ καὶ αὐτούς. Sed ego quidem solus de hac propositione judicare nolo, ut proximè dixi: Deus autem, qui judicat omnem terram, judicabit & ipsos*) Quartò, inquam, non sine stomacho, & minis, quòd hæresim sapiat. Primo abunde se demonstrationis contulisse putat, cùm eruditè, &, si Superis placet, eleganter Bonifacii VIII. & successorum retulit autum: hinc enim apprimè probavit, hanc Latinorum sententiam neque ab Apostolis, neque à Synodis, neque à Doctoribus traditam, scriptam, vel prædicatam. Secundum, ac Tertium ex eo constituit, quòd Ecclesia semper publicè, privatimque orat pro mortuis; unde infert: igitur hæc Indulgentia nec necessaria, & inutilis est. Quartum demonstrat, quia, Indulgentia hujusmodi admissa, asseramus necesse est, misericordiam Dei ex arbitrio, ac potestate Romani Pontificis dependere, atque adeò tantum posse Pontificem Romanum, quantum potest ipse Deus.

VIII. Respondeo, primo, argumento manifestè probari ignorantiam Severi; secundo imperitiam ejusdem, Tertio demonstrari ignorantiam, & imperitiam simul, præter has autem, postremò & mendacitatem Severi. Id ut apertissimè constet, ante omnia naturam hujus Indulgentiæ, seu Veniæ breviter explico. Latinorum aliqui putavere, hanc etiam Indulgentiam Defunctis concessam, esse absolutionis Judicialis actum. Vide hos, eorumque argumentationes penes (1) Michaelem Medinam, qui sensisse idem videtur. Contra tamen stat communis cęterorum opinio, quam probant, sequunturque (2) Bonaventura, (3) Richardus, (4) Gabriel, (5) Cajetanus, (6) Dominicus, & (7) Petrus à Soto, (8) Navarrus, & (9) Cordubensis. Addit (10) Joannes Major, priorem sententiam damnatam fuisse ab Archilycæo Parisiensi: & meritò, meo sanè judicio; videtur enim producere potestatem Ecclesiæ ad animas etiam Defunctorum, quod ad minus falsissimum est, decretisque Sanctorum Pontificum Romanorum planè contrarium. Etenim Leo (11) Magnus sic Rustico Narbonensi scribit Episcopo: *de communione privatis, & ita defunctis, eorum causa judicio Dei reservanda est*; & Gelasius (12) in Epistola ad Faustum, & in (13) Epistola ad Episcopos Dardaniæ palam docet; homines mortuos, qui sunt in divino judicio constituti, non posse ab Ecclesia judicari: quod itidem videntur asserere & recentiores (14) Pontifices, ut egregiè subnotat (15) Gabriel, cùm has Indulgentias pro Defunctis concedi à se testantur per modum suffragii, hoc est, non eo modo, quo vivis hominibus conceduntur. Jam si diverso modo, non uti actus absolutionis judiciariæ. Præterea Ecclesia non habet potestatem nisi in eas oves, quas pascendas accepit à Domino: nempe tota ejus potestas est intra materiem ei à Christo commissam, ut est evidentissimum: At animæ mortuorum ab Ecclesia pasci non possunt: igitur in eas Ecclesia potestatem non habet: quod etiam constat ex eo, quia neque in Jus vocari ab Ecclesia, neque ad obsequium cogi possunt, nec earum causa cognosci; atque adeò neque absolvi, neque damnari. Quæ cùm ita sint, sequitur, eas esse extra Jurisdictionem Ecclesiæ, hancque circa illas versari non posse per actus Jurisdictionis, qualis absolutionis judicialis est actus. Neque his obstat, quòd Ecclesia sæpe anathemate ferit, sæpe ab anathemate jam lato liberat fato functos, ut ex Latino (16) Jure palam est, quod nequicquam (17) Margunius deridet, cùm idipsum Jure nostro constitutissimum sit, quo fit, ut & passim mortuis anathema passis vinculi absolutionem concedamus, ut constat (18) ex Goario, & quotannis in Majore Jejunio anathema dicamus hæreticis jam defunctis, utinam & Photio, quem unà cum Sanctissimo ejus Adversario (quæ stolidior stoliditas?) Ignatio beatum dicitis, Photiani, ex intolerabili corruptela, quam, ausi majora in Triodia, in eadem invexistis. Hoc, inquam, non obstat: Nam hujusmodi censuræ, & à censuris absolutiones reipsa absolutiones non sunt, & censurę propriæ; sed id agimus, cùm post mortem excommunicamus, ut hęreticorum, reorumque memoria damnetur: careantque, censurę vi, suffragiorumque, precumque auxilio, nec humentur religiosis in locis: Cùm verò absolvimus; memoriam piorum immeritò damnatorum, vel eorum, qui resipuere, restituimus in integrum, ut fas sit pro ipsis orare, offerre sacrificia, aliaque agere, quæ pertinent ad exequias, atque sepulchrum. Hinc igitur nullum argumentum est potestatis Ecclesiasticæ adversus mortuos, quos si ab ea potestate, uti decet, eximimus, sequitur, quæ agit Ecclesia circa ipsos, non pertinere ad actus judiciales, atque adeò Indulgentiam pro mortuis suffragii in modum indictam, non esse Actum absolutionis judicialis. Est tamen Indulgentia: Igitur habet alteram Indulgentiæ partem, ut, cùm non sit judicialis absolutio, sit solutio ex Thesauro Ecclesiæ facta ab Ecclesię legitimo Dispensatore; quâ Deo ex ipsâ communione Sanctorum tantum offertur, quantum satis est, ut debita luantur animarum, pro quibus offertur. Hinc Indulgentia hæc pro mortuis convenit una, atque differt à suffragiis, quo nomine continentur preces, eleemosynæ, sacrificia, cæteraque omnia, quæ privatim, aut publicè pro Defunctis offerimus. Convenit primò, quia neque suffragia, neque Indulgentia mortuos à pœnis absolvunt: secundò, quia, quemadmodum suffragia Deo scilicet offeruntur, ut illis ejus Justitiæ ulciscenti crimina sa-

(1) *De Indulg. disp. 7. c. 34. & disp. 8. c. 41.*
(2) *In d. dist. 20. p. 2. qu. 5.*
(3) *d. dist. 20. art. 3. qu. 3.*
(4) *Lect. 57. in Canon. Missæ.*
(5) *Tract. 15. c. 5.*
(6) *In 4. dist. 21. q. 2. artic. 1. concl. 3.*
(7) *De Indulg. Lect. 3.*
(8) *De Jubil. notab. 22. n. 6.*
(9) *De Indulg. qu. 15.*
(10) *In 4. dist. 20. q. 2.*
(11) *c. a. 1. 24. q. 2.*
(12) *c. Legatur ca. 24. q. 2.*
(13) *c. nec quisquam ead. q. 2.*
(14) *Vid. Bull. Jub. Alex. VI. Clem. VII. Jul. III. Gregor. XIII. Gregor. XIV. & recent. Clem. X.*
(15) *d. Lectio. 57.*
(16) *o. sane. 24. qu. 2.*
(17) *Not. 19. I Can. Pœniten. Basil.*
(18) *In Euchol. pag. 688. ubi Orat. videnda.*

na sa-

Digitized by Google

na ſatisfiat, utque ejuſdem clementiâ receptis precibus noſtris, operibuſque piis, per quandam acceptilationem, pœnarum quod reliquum eſt, Mortuis donet, ita Indulgentia Deo ex Theſauro Eccleſiæ offert, quod faciat ſatis divinæ Severitati recepturæ ſi libuerit id, quod offertur, ac remiſſurę iis, pro quibus offertur, pœnas, quas debent. È contra differt à Suffragiis Indulgentia hæc primò, quòd ſuffragia Mortuis opitulantur tùm uti merita, tùm ut impetrationes, tùm etiam ut ſolutiones, ſive, uti ajunt, ſatisfactiones: At Indulgentia juvat Mortuos, ut ſolutio dumtaxat. Secundò, ut ſuffragia offerantur, non eſt opus offerenti Juriſdictione, contra ut Indulgentia detur, Juriſdictio neceſſaria eſt: nam qui indulget, applicat ex Theſauro Eccleſiæ: nemo autem applicare, aut de illo Theſauro poteſt ſine publica poteſtate diſponere. Denique, qui ſuffragium offert, neſcit, an tantum offerat, quantò opus eſt impetrandæ veniæ, quam efflagitat. At qui dat Indulgentiam, poteſt tantum offerre, quantum neceſſe eſt ad impetrandum id, quod expetitur. Eam ob rem dicitur hæc Indulgentia non eſſe ſuffragium, dari tamen per modum ſuffragii, ut ſcias longè diverſa eſſe, quæ privatim, aut publicè vota concipimus pro Defunctis ab hac Indulgentia, licèt aliquatenus hæc illis conveniat. Eſt igitur hæc natura Jubilæi, ſive Indulgentię Mortuis conceſſæ, quam nos alibi aliter, & accuratiùs fortaſſis deſcripſimus, hìc autem ſic, ut non quod ipſi ſentimus, ſed quod Latini communiter ſentiunt, Photianis hoſtibus proponamus. Etenim hæc, quæ hìc dedimus ex (19) Cajetano, & (20) Cordubenſi omnia deſumpſimus, unde ea & (21) Bellarminus decerpſit. Eorundem Doctorum contra Dominicum (22) à Soto, & (23) Navarrum communis opinio eſt, has Indulgentias non ex condigno, ut Theologi dicunt, ſed ex congruo, hoc eſt ex mera Dei miſericordia, & Benignitate prodeſſe: id quod variis rationibus confirmant videndis penes (24) Bellarminum, quibus addo & hanc. Nam ex condigno unus pro alio non ſolvit, quoties neque is, qui ſolvit, repræſentat ratione poteſtatis eum, pro quo ſolvit; neque is, cui ſolvitur, ſe ſe obligavit ad acceptationem ſolutionis factæ ab alio, quàm ab eo, qui debet, neque pretium ipſum, quod ſolvitur, ejuſdem rationis eſt, ac debitum; pro quo offertur. His enim tribus ex cauſis ſive, quod majus eſt, ſimul conſiderentur, ſolutio facta poteſt à ratione integræ ſolutionis, ac valituræ ex condigno deficere. Jam Indulgentiæ pro Mortuis hæc ſimul omnia officiunt. Nam neque Eccleſia Mortuos repræſentat ex poteſtate ſibi tradita, quòd eos ſub poteſtate ſua non habeat; neque ullo unquam decreto Deus ſe ſe obligavit ad recipiendas preces, & operas noſtras pro Mortuis, quemadmodum ad remiſſionem peccatorum vivis impertiendam ſe ſe liberrimè obligavit verbis illis: ὅσα ἂν λύσητε ἔσται λελυμένα, *quæcunque ſolveritis, erunt ſoluta*. Denique ea omnia, quæ pro Mortuis offerimus, longè diverſi ſunt generis à pœnis illis, pro quibus offeruntur. Igitur Indulgentiæ hujuſmodi deficiunt à ratione ſolutionis facturæ ſatis ex condigno: atque adeò quamvis & prodeſſe poſſint Defunctis, & reipſa proſint, ut certum eſt, prodeſſe tamen poſſunt; & proſunt reipſa ex liberrima voluntate benigniſſimi, ac clementiſſimi Numinis acceptantis, quæ Eccleſia edicto prorſus obſequioſiſſimo æternæ Juſtitiæ offert ex Ærario ſuo, ut humaniſſimus Sponſus ea nempe recipiat factura ſibi ſatis, quia ex Patrimonio Sponſæ ſuæ ſunt, quam unicè diligit, cujuſque ſi uno crine poſſe ſe jucundiſſimè vulnerari fatetur in (25) Canticis, quantò magis tot opibus ad piam adeò ſolutionem impenſis poſſe ſe exorari, veniâ clementiſſimè datâ, fatebitur.

(19) *Tract. de Indulg.* 16. *q.* 6.
(20) *q.* 15. *de Indul.*
(21) *Lib.* 1. *de Indulg. c.* 14.
(22) *d. diſt.* 21. *q.* 2. *art.* 3.
(23) *Navarr. ab.* 22. *n.* 20.
(24) *d. lib.* 1. *c. ult.*
(25) *Cant. c.* 4. *n.* 9.

IX. Hæc eſt Latinorum ſententia, atque hæc Indulgentiæ, ſive Jubilæi pro Mortuis natura, cujus, ut & rerum aliarum, ignorantiâ quid mirum ſi Severus ineptit? Quid, inquam, ineptit? inſanit prorſus, ac furit. Nam quis, amabo, ſanus, quis non perditæ prorſus mentis, nec (1) Luthero, Calvino, atque Chemnitio ſimilis Indulgentias eo, quo deſcripſimus, modo propoſitas damnet? Quid enim damnet in illis? Quid inficiabitur? An poſſe Eccleſiæ Antiſtitem opes Eccleſiæ, atque Theſaurum Mortuis addicere per modum ſuffragii ex Dei Benignitate ad ſolutionem debitæ à Mortuis pœnæ recipiendi? At hujus inficiationis rationem petimus. Dices ne poſſe merita ſua, quà Deo pro pœnis debitis faciunt ſatis, homuncionem è plebe, gregarium hominem offerre, enitique, ut divina Clementia acceptum habeat, quod ipſe offert pro Mortuis, Eccleſiæ verò Hierarcham negabis, poſſe merita Eccleſiæ ad idipſum conferre? Preces tuas, tuas eleemoſynas, tua jejunia concepta, celebrata, peracta prodeſſe piè Defunctis affirmes, ſi quà ſunt ἱκανοποιήσεις offeras ea Deo pro Mortuis: tuas preces, tuas eleemoſynas, tua jejunia, & præter hæc tot Sanctiſſimorum virorum, tot Apoſtolorum, Patriarcharum, ac Martyrum, Virginum etiam, ac Principis Virginum, quin imò Chriſti tormenta, jejunia, mortemque, quà ſunt ἱκανοποιήσεις illis minimè neceſſariæ, dices ab eo non poſſe, clementiſſimo Numini offerri, qui eſt Diſpenſator horum omnium à Deo conſtitutus? Quæro diſparem, ſi ullam comminiſci poteris, rationem? Expecto cauſam expromas, ob quam id liceat privatis, non liceat Reipublicæ? Cur id liceat Reipublicæ, non liceat præfecto Reipublicæ? Cur ea ſolutio è privato peculio fieri poſſit, non poſſit è publico? Cur oblatio, ut ita dicam, tam pia conſtare queat ex meritis vivorum peccatorum, nequeat ex meritis Sanctorum, Beatorumque, atque ipſius Beatorum Principis, apud quem (2) πολλὴ ἡ λύτρωσις, *copioſa redemptio eſt*? Siquid ad has interrogationes dicet Severus appoſitè, cauſâ cadam libenter, recantabo, quod hactenus affirmavi, pedes ibo in Photianorum ſententiam. Sed ſi caritate reſponſionis hærendum Severo eſt, ac penitùs obmuteſcendum, quid vetat, quin Severo uti fatuo protinus inclamemus, auſo probatiſſimos Latinorum mores ad invidiam Græcorum adducere? Inaudita res eſt, inquit, & Vetuſtati non nota Jubilæus pro Mortuis. Sæpe hanc vobis, Photiani, primò dedimus aſſumptionem falſiſſimam: damus & nunc: neque enim inde utile aliquid unquam deducitis ineptiis veſtris. Nam, ſi aliquando deſinetis deſipere, noſcetis aliquando,

(1) *Vide de hoc & duobus aliis Bellarm. d. li.* 1. *c.* 1. *cir. fin.*
(2) *Pſal.* 129. *v.* 7.

do, non omnia nova esse damnanda. Etenim si nova omnia damnanda sunt, & ille damnandus, qui (3) dicit: ἰδοὺ καινὰ πάντα ποιῶ· ἐγὼ ποιῶ καινά, ἃ νῦν ἀνατελεῖ· πνεῦμα καινὸν δώσω αὐτοῖς. δώσω ὑμῖν καρδίαν καινήν. *Ecce nova facio omnia: ego (4) facio nova, & nunc orientur: Spiritum (5) novum dabo in visceribus eorum: dabo (6) vobis cor novum*. Illumque de quo (7) dicitur: ἔκτισε σωτηρίαν εἰς καταφύτευσιν καινήν: *creavit salutem in plantationem novam*, ex vulgata latina, *creavit novum super terram*. Illum etiam, (8) qui dicit: ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν: *mandatum novum do vobis*. Atque eritis similes illis, ut planè estis, qui de Christi Servatoris miraculis: *Quanam*, (9) ajebant, *doctrina hæc nova?* τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; illisve, qui rationibus Pauli adducti, ut Veritatem agnoscerent, *novorum eum annunciatorem Dæmoniorum*, ξένων δαιμονίων καταγγελεύς (10) appellabant. Scilicet nova rationi si congruant, si deceant pietatem, si sint religioni, quam profitemur, utilia, colenda, probanda, laudanda sunt. Quare tametsi Jubilæum pro Mortuis non ante XII. sæculum Latinorum mores recepissent, Bonifacio VIII. authore; non tamen propterea quidquam recepissent ex novitate reprobandum. Quid quòd, licet nomen Jubilæi sub Bonifacio primùm audiri penes Latinos cœpit, res tamen ipsa vetustissima est? Nam Indulgentiam pro Mortuis largiri solitos Romanos Pontifices multò ante Bonifacium, testatur non liber aliquis obnoxius, expositusque corruptelæ, sed perenne, incorruptum, nullique dolo subjectum, patensve saxum, quod hodieque visitur Romæ in Sacello D. Zenonis (11) ad D. Praxedis. In eo Paschalis I. potestatem affirmatè, palamque facit ei, qui in Sacello D. Zenonis divinum sacrificium celebraverit, celebrandumve curaverit, eripiendæ lustralibus è pœnis, quas dicimus Purgatorias, animæ Patris, vel Matris, alteriusve, qui fortè libuerit. Testimonium hoc verum est, ut loquar (12) cum Paulo, publicum est, majus est omni prorsus exceptione; quippe saxum illud, in quo hæc potestas describitur, vetustatem ipsum suam adventantibus Romam omnibus ostentat, ut non nisi demens id queat inficiari, quod eloquens saxi venerabilis taciturnitas manifestissimè probat. Porro Paschalis I. anno Christi DCCCXVII. Pontificatum iniit ex supputatione (13) Baronii, (14) Panvini, (15) Freheri, cæterorumque Chronographorum: quo fit, ut certissimum testimonium adsit imperitiæ Severi. Quî enim inauditum Vetustati dicit, quòd Romana Ecclesia anno ab hinc fere nongentesimo, non tanquam novum aliquid, sed ut jampridem usitatum receperat? Quî asserit à Bonifacio VIII. primùm inventum, quod Paschalis I. anno ferè quingentesimo ante Bonifacium, ut à Patribus receptum, edicto proposuit, imò in saxo posteris videndum exposuit. Quis verò Paschalis I. fuerit, quantus Pontifex, quantique ab Orthodoxa Græcia habitus, si Severus ignorat, (quid enim ignorantissimus homo præter corrasas novit ex Chemnitio ineptias?) perlegat Theodori Studitæ epistolas, imo videat, inferiùs quæ ex eodem Studita proferemus in medium, noscetque, quàm magnus sit author, quo primo Mos, qui

(3) *Apoc. c. 21. n. 5.*
(4) *Isai. c. 43. n. 19.*
(5) *Ezech. c. 11. n. 19.*
(6) *Ezech. c. 36. nu. 26.*
(7) *Jo. c. 13. n. 34.*
(8) *Jere. c. 31. nu. 22.*
(9) *Marci c. 1. n. 27.*
(10) *Act. c. 17. nu. 38. et seq.*
(11) *Vide de hoc Jo. Kamar. de monumen. Urb. Rom. & Superstitio. Papistar. c. 8.*
(12) *Ad Titum. 1. n. 13.*
(13) *Ann. 817. n. 1.*
(14) *In Chron. ad eū Ann.*
(15) *In Chronol. eod. Anno.*

penes Latinos ex Apostolica traditione, ex Patrum documentis, ex Doctorum effatis ab antiquissimis temporibus obtinebat, cœpit scripto constitui, imo scalpro perenniùs confirmari.

X. Non igitur primus Bonifacius VIII. Indulgentiam pro Mortuis in mores Latinos invexit: Eam Indulgentiam à Majoribus usu receptam addidit Indulgentiæ generali, complexamque Vivorum, ac Mortuorum pias suppetias Indulgentiam Jubilæum aptissimè nuncupavit, tanto Cœli, Terrarumque cum plausu, ut eo anno Romam convenerint, quemadmodum docent (1) Villanus, (2) Ptolæmeus Lucensis, (3) Antoninus, aliique, ducenta hominum millia, (4) prodigiaque quamplurima Numen ediderit apprimè probantia, sanctum inter homines summi Pastoris authoritate Jubilæum, veniæ scilicet generalis Annum, apud Superos Dei decreto clementissimo fuisse confirmatum. Addit multa Jacobus Diaconus (5) Cardinalis S. Georgii in Velabro, qui tunc vivebat, quibus evincitur, quolibet sæculo Generalem illam Indulgentiam ante Bonifacium fuisse concessam, concessam autem solemniùs à Bonifacio, à Virgine Deipara fuisse probatam. Narrat enim, Clericum quendam Ecclesiæ suæ S. Georgii in Velabro orantem, ut illi videbatur, coram Icone Deiparę suo complexæ sinu divinum Natum, audivisse hęc Virginis verba: *Deus misercors pepercit omnibus*. Eum verò, his auditis, dixisse: *at mihi Domina?* Virginem autem conticuisse aliquantulum, mox contentiore voce addidisse: *misericors Deus pepercit omnibus vivis, atque defunctis*. Clericum, cùm de se nihil audivisset, veritum, ne ipse solus veniâ exemptus esset, iterum interrogasse: *at mihi Domina?* tunc verò Deiparam: *Misericors Deus peperit omnibus vivis, atque defunctis, Tibi quoque*. Hæc Jacobus Cardinalis, qui sui hominibus Ævi, qui ea noverăt, & si falsa, rejecissent, scribebat: ex quibus, ni aliud quidpiam, id certò deprehenditur, & si nomen Jubilæi novum olim fuerit Ecclesię, usurpatumque primùm circa XIII. sæculum, rem tandem, hoc est Indulgentias ipsas pro Mortuis, non fuisse novam, fuisse vetustam potiùs, antiquissimis receptam Moribus, usu Sanctissimorum Pontificum comprobatam, nec solum notam Doctoribus, & laudatam, verùm etiam sapientissimè constitutam, propugnatamque contra recentiores Hæreticos, & antiquos, UValdenses nimirum, UVicleffistas, Hussitas, Lutheranos, Calvinistas, quorum ineptias vide penes (6) Molancthonem, (7) Illyricum, (8) Heshusium, (9) Calvinum, atque (10) Kemnitium, quos cum Severo, ante quam essent, oppugnavere, qui Viri Deus immortalis, qui Heroes! Guillelmus (11) Altisiodorensis, Alexander (12) de Ales, Albertus (13) Magnus, D. (14) Thomas, D. (15) Bonaventura, cæterique Theologi Petri (16) Lombardi sententias interpretati, quibus post Antoninum (17) Magistri Canonum subscripsere, (18) Abbas, & alii cum (19) Jo. de Turrecremata, & (20) Felino, adstipulanturque communi, constantique Suffragio Theologi omnes quotquot non sunt hæretici, eorumque exempla sequuntur, qui furentium post Lutherum Hæreticorum audaciam doctissimè retudere, (21) Silvester Prierás, Joannes (22) Eckius, (23) Adrianus, (24) Cajetanus, (25) Roffensis,

(1) *Lib. 8. hist. c. 36.*
(2) *Hist. Eccl. l. 24. c. 36.*
(3) *3. p. tit. 20. c. 8.*
(4) *Vide Odear. Rainal. ex Barom. ann. 1300. n. 7.*
(5) *Tract. de Jubileo c. 10.*
(6) *In Apol. Cōfes. August. art. 22.*
(7) *In Cētur. 4. ca. 15. colu. 1529.*
(8) *Lib. de Err. Pontif. tit. 32.*
(9) *Inst. lib. 3. c. 5.*
(10) *In 4. p. Exam. Concil. Trid.*
(11) *In Summ. Theol. lib. 4. tr. 6. c. 9*
(12) *In Summ. Theol. pa. 4. q. 23.*
(13) *In 4. Sent. dist. 19. & 20.*
(14) *In d. dist. 20.*
(15) *In d. dist. 20.*
(16) *In 4. Sent. dist. 19. 20. 45.*
(17) *In Sum. p. 1. tit. 10. c. 3.*
(18) *Ad rubr. de Pœnis. & remiss.*
(19) *In d. c. quis vidit. §. in Levitico de Pœnit. dist. 1.*
(20) *Tract. de Indulg.*
(21) *Lib. adver. Luth. & in Sum. verb. Indulgētia.*
(22) *In Enchirid. c. 24.*

Digitized by Google

sis, (26) Dominicus, ac (27) Petrus à Soto, Jacobus (28) Latomus, Martinus (29) Ledesinius, Michael (30) Medina, Antonius (31) Cordubensis, Jo. Baptista (32) Paulianus, (33) Navarrus, (34) Turriannus, Gregorius (35) Valentinus, (36) Bellarminus, (37) Nachlantus (38) aliique, quos si Doctorum nomine non dignatur Severus, dignantur Græci, dignatur & ipse Photianorum Theologus Coressius, penes quem Bellarminus horum omnium recentissimus, ὁ πλοδήκη τῆς ἱερᾶς σοφίας *armamentarium sacræ sapientiæ* appellatur tantò veriùs, quantò minus adulationis timeri potuit ab eo, qui, quem alibi ex professo impugnaverat, exaggeratè adeò laudavit, nec laudavit solùm, sed docuit, ab eo plurima dici planè verissima: inter hæc autem, quę de Indulgentiis Bellarminus exposuit, pia, docta, & Vetustati sacræ maxime consentanea propalam asseverat. Ait (39) enim, ὅτι δ' ἔξω τῆς Ἐκπορεύσεως, καὶ τῆς Πρωτείας ὁ μέγας οὗτος ἀνὴρ θεολόγων λέγοντι, καὶ διδάσκει, δεκτέον ἡμῖν τοῖς Ἀνατολικοῖς, ἀποδοκιμάζουσι τὰς ἀσεβεῖς τῶν αἱρετικῶν κακογνωμίας. περὶ δὲ τούτοις καὶ τὰ περὶ συγγνωμῶν, καὶ ἀφέσεων βιβλία δύο ἄριστα, ἔξω τοῦ λεγομένου ἐν αὐτοῖς, ὅτι μόνος ὁ Πάπας ὁλόκληρον δύναται ἄφεσιν διδόναι τοῖς ζῶσιν, οἱ δ' ἐπίλοιποι ἀρχιερεῖς μερικὴν, καθὼς καὶ τὸ, μόνος ὁ Πάπας συγγνώμην μετ' ἐξουσίας δίδωσι τοῖς ἐν πίστει κεκοιμημένοις. Δοκεῖ γὰρ τοῦτο καὶ τοῖς ἡμετέροις ἀρχιερεῦσι δυνατὸν, καίπερ οὐ χρῶνται τῇ ἐξουσίᾳ. *Quidquid contra Processionem, & Primatum magnus hic vir dicit, aut docet, recipiendum Nobis est, qui Orientali subsumus Ecclesiæ, quique detestamur impias Hereticorum sententias. Quin etiam libri duo de Indulgentiis probandi: contra id tamen, quod dicit: Solum Romanum Pontificem generalem veniam posse concedere vivis, cæteros verò Pontifices peculiarem, & ex parte, quemadmodum & illud: solus Romanus Pontifex potest Indulgentiam iis, qui in fide dormierunt, largiri. Videtur enim & hoc Pontificibus nostris licere, quamvis ea potestate minimè utantur.* Quæ postrema verba cautè legenda sunt, nec sine censura recipienda ita, ut verum quidem sit, Pontifici sacris Nostris præfecto licere utrumque, quod asseritur; attamen ex privilegio, vel patientia Pontificum Romanorum, ad quos reipsa id ex munere solos pertinet, quippe qui pecularius ex munere Dispensatores esse censentur Thesauri communis, quem tamen & Pontificibus Græcis permisere: id, quod omnino dandum Photianis existimamus, ne videamur Tarasiana, & Methodiana Synchorochartia, quorum etiamnum Exemplaria extant, non admodum cautè impugnare. Sed de hoc alibi latiùs, in præsentia superest nobis, quod de Libris Bellarmini docet Coressius Bellarmini ipsius Impugnator (40) vel Nectario (41) notissimus. Ex illis enim habemus, quæ de Indulgentiis Bellarminus docet, consentanea esse Juri nostro, Nostris recipienda esse, & à Theologo Photianorum eximio probari penitùs, penitùsque: Unde fas colligere, quanta sit Ignorantia Severi, qui recipiendum à Nobis, congruum Juri nostro, probatumque à Photianis ipsis Jubilæum, rem novam, inauditam Vetustati, ignotamque Doctoribus asseverat.

(25) *In 4. Sent. tit. de Indulgent.*
(24) *Tr. 8. 9. 10. 15. 16. in To. Opuscul.*
(25) *In refut. Luth. in art. 17. usque ad 22.*
(26) *In 4. Sent. dist. 21.*
(27) *Instit. Sacerd. lect. 1. 2. 3.*
(28) *In defens. 7. Artic. Lovaniens.*
(29) *2. p. 4. Sent. q. 27. 28. 29.*
(30) *Disput. de Indulg.*
(31) *In Quæst. de Indulg.*
(32) *In lib. de Jubilæo.*
(33) *Lib. de Jubil. & Indul.*
(34) *Lib. 4. de Dogmat. Character. Verbi Dei.*
(35) *Libr. de Indulgent.*
(36) *Lib. 1. & 2. de Indulg.*
(37) *Tractat. 10.*
(38) *In d. Ep. 1. ad Corydal.*
(39) *In Proœm. Theologicor.*
(40) *In Antirrhetis, contra Bellarm. & lib. de error. Italor.*
(41) *In Antirrh. ad Thess. 1. pag. 3. lin. 38.*

XI. Esto tamen solius Bonifacii VIII. Quadringentorum recentissimum inventum annorum Indulgentia Mortuis in modum concessa suffragii, an inutilis? Id cùm affirmat Severus, imperitiam suam ostentat. Nam qui inutile, quod vivis quidem prodest ad meritum, mortuis verò ad pœnarum solutionem? Neutro indiget, inquit, Christiana Respublica, cùm & Vivi aliter mereri queant, & Mortui aliter tot Ecclesiæ precibus liberari. Mirum hoc argumentum est, solemne tamen Severo. Non indigent, inquit, Mortui hac ope, cùm aliter queant juvari; ergo hæc illis inutilis? Hanc formam argumentandi quæro quà ex Dialectica Severus deprompserit? An omne non necessarium inutile? Nec tibi, Severe, necessaria barba fuit, an & inutilis? Nulla tibi scribendarum harum ineptiarum necessitas, magna tamen inde tibi fuit, ut fertur, utilitas. Igitur aut non necessarium proba singillatim, aut inutilem Jubilæum. Hunc si damnandum autumes, quòd aliter, piè Defunctis ferre liceat suppetias, jubebo Photianos non orare publicè pro Mortuis, quòd aliter privatim nimirum orando, privatisque precibus juvari queant. Vetabo privatim filium pro patre precari, quòd is aliter pœnis eximi possit, nempe per publicas, quas crebrò concipimus, preces. Feret ne quispiam sanæ mentis tam inepta deliria? At ea probanda erunt, si reprobas Jubilæum pro Mortuis, quòd Mortuis liceat aliter opem ferre. Non igitur propterea damnandus est Jubilæus, quòd non sit necessarius iis, pro quibus conceditur: tunc illum damna, cùm probabis inutilem. Age ergo, Photiane, si potes, inutilem proba, quem reprobas: Nolo Vulgi corruptelas hac in re proferas, nolo superstitionem quorumpiam consideres: inutilem proba Jubilæum pro Mortuis, qualem supra descripsimus: is enim ille est, quem Romana indicit Ecclesia. Aliter, inquit, idipsum auxilii pręstatur ab Ecclesia Defunctis per preces κοινὰς, καὶ μερικάς. Non te pudet, rejecto, damnatoque hactenus argumento manum injicere, crambenque recoctam disceptationis hujusce Symposio dementer objicere. Quis unquam audivit unâ tantùm via iri ad finem posse. Et uno, uti ajunt, medio ad plures fines, & pluribus mediis ad unum, eundemque finem posse aliquem moveri, ferri, contendere, disces à Tonsoribus ipsis, qui non unâ novaculâ constrinulas apparant: disces à Fossoribus ipsis, qui non uno ligone subigunt agros, disces ab ipsis Cerdonibus, qui non unâ subulâ calceos hiantes resarciunt. Apage, si libet, Severe, tam inepta, & puerilia Sophismata. Medius fidius, si quis puer his, aut similibus utatur in Schola, nil erit, quin statim stoliditatis manifestissimæ reus aut inequitet humeris condiscipuli ab hypodidascalo vapulaturus ad nates, aut saltem cum ejulatu, & lacrymis manum subducat ferulâ decies quatiendam. Ergo, si sapis, inutilem Jubilæum proba, quòd & prodesse nequeat Defunctis, & reipsa non prosit. Alterutrum ex his nisi doctus evincas, nil ages, ò bone, nil perages, nisi, ut manifestior imperitia tua risum moveat, nauseam creet, stomachum provocet. Id tamen quî probabis, cùm probari non possit? imò cùm probetur oppositum. Nam Indulgentiam Mortuis collatam, ipsumque adeò Jubilæum non solùm utilem, sed supra omnia quotquot piè Defunctis

functis Ecclesia publicè, privatimque suppeditat, utilissimum esse, constat ex dictis. Etenim in eo quidquid opis suffragia cætera conferunt, est; prætereaque aliud aliquid, certius, efficacius. Scilicet ibi privatæ sunt preces, quæ iis imperantur, qui Mortuis prodesse desiderant, sunt eleemosynæ privatæ, sunt privata jejunia, sacrificia privata. Habes igitur, quidquid privatim auxilii confertur in Mortuos. Ibidem publicæ preces sunt; etenim Jubilæus non uni conceditur, ut tute ipse testaris, in Populum datur, publicitus peragendus edicitur, suscipiendusque. Congeruntur ergo ibi publicæ preces, eleemosynæ publicæ, publicè celebrata jejunia, sacrificia, exhomologeses, publicusque ex divina dape refectus: habes igitur totum id etiam, quod latura Mortuis Suppetias Ecclesia publicitus præstat. Interrogo, preces privatæ, publicæ supplicationes citra Jubilęum, & Indulgentiam promunt è Thesauro Ecclesiæ aliquid Mortuis profuturum? non necessaria, quà solutiones, luitionesque sunt pœnarum, Christo, Sanctisque merita Mortuis liberandis impendunt? Ne tu ipse quidem hoc dicis, nec dicęt aliquis Photianus; palam est enim, nil præter preces offerri Deo, cùm Ecclesia communiter orat pro Mortuis, nil præter nostra ipsa, privataque merita offerri divinæ Clementiæ, cùm privatim Deum veniam poscimus Mortuorum. Fatere igitur Jubilæum, & Indulgentiam his publicis, privatisque suffragiis aliquod addere pręsentius, certius, validius, efficacius, atq; adeò utiliorem esse publicis, privatisque suffragiis, quando ea omnia Mortuis præstat, quæ publicæ, privatæque preces, additque his aliquid efficacius, utiliusque. Quo fit, ut Jubilæus, quem argutè Severus inutilem probat, quia non necessarium, probetur à Nobis suffragiis cæteris mortuorum, mortuis necessarius magis, quòd cæteris suffragiis omnibus utilior sit Mortuis, pro quibus indicitur. Nam ęrumnis gravissimis presso, detinendoque in vinculis, donec reddiderit quadrantem novissimum, illa solutio necessaria magis, quæ plenior, quæ certior, quę placitura magis creditori, effecturaque, ut debitum libentiùs, ociùsque remittatur. Talem autem ex descriptâ Jubilæi naturâ Jubilæum pro Mortuis agnosces; igitur inficiari non poteris Defunctis hunc necessarium magis, quàm cætera suffragia, quæ prosunt quidem, & maximè prosunt vitâ defunctis hominibus, minùs tamen, quàm Jubilæus, qui omnibus omnium efficacissimè prodest Mortuis, atque præ cæteris certiùs.

(1) d. diff. 4. pag. 48. XII. Hoc est, inquit (1) Severus, quod dictum non patimur, hoc est, quod detestamur assertum, dari Jubilæo certissimè veniam, cogique Deum ad veniam per Jubilæum. Nam hinc sequitur, misericordiam Dei à Romano pendere Pontifice: posse hunc valvas Inferorum repandere, quibus libuerit, claudere, quibus irascitur: plus posse, quàm Deum. Primò, ex his, quæ prolixè proponit Severus, ostendo Ignorantiam Severi, deinde Mendacitatem. Et quod attinet ad ignorantiam, ea constat ex eo, quòd putet, nefas esse divinam misericordiam aliquatenus pendere ab hominis potestate: id quod contra est. Etenim, si Christianè (2) sentimus, omnino asserendum nobis est, ex liberrimo de-

(2) Vide Bellarm.

creto Dei, non solùm Misericordiam, sed etiam Omnipotentiam Dei libertati nostræ fuisse in multis concessam, ut eâ ex arbitrio utamur, ac liberè. H' ζωὴ, (3) inquit *Καὶ ὁ θάνατος ἔνδοντι ἀνθρώπων, καὶ ὃ ἂν εὐδοκήσῃ, δοθήσεται αὐτῷ: mors, & vita, bonum, & malum ante hominem, quod placuerit illi, dabitur ei*, & alioqui, ut omittamus quæstionem de arbitrii libertate, quam & (4) Photiani nobiscum recipiunt, quâque Omnipotentia Dei porrigitur homini eâ usuro, uti libuerit sive ad vitam, sive ad mortem; non ne clarissima sunt Christi Servatoris verba (5) dicentis: *ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in Cœlo, & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in Cœlo?* Si sacerdotibus ea potestas conceditur, quâ queant certissimè iratum Numen placare, id, quod non solùm Patres affirmant, sed & Photiani vestri (6) confirmant, non ne ex liberrimo Dei sic volentis decreto Dei Misericordia, Benignitas, Clementia horum potestati permittitur, ut reipsa pendeant ab illis, & ex arbitrio justæ Jurisdictionis peccatoribus impendantur? Poterit proinde Sacerdos Cœlum criminoso, quem criminum suorum pertæsum amat, aperire; poterit criminoso, cui non aptè resipiscenti justissimè irascitur, venia negata, Cœlum claudere: poteritque non quidem cum fastu, ac per jactantiam, sed cum veritate ad laudem clementissimi Numinis dicere: pendet à me, hoc est, à potestate mihi divinitus tradita, Dei miserturi Benignitas, Dei remissuri peccatum Misericordia, Dei gratiam redditurí Clementia. Si Sacerdos id quilibet dicere, ac verè dicere potest, quî idipsum nequibit Episcopus dicere, quî id nequibit asserere Patriarcha, atque ipse Romanus Pontifex Patriarcharum Antistes? Si quis, inquit (7) Severus, hoc dixerit, se Deo potentiorem asseverabit. Opto, quod obtrudis, Severe, confirmes. Διότι, αἴτ, ἐάν τις ἤθελεν ἀποτολμήσει ποτὲ, τὸ εἰπεῖν τοῦτο, ἤθελεν δείξει τὸν ἑαυτόν του μᾶλλον ἐξουσιαστὴν, ἢ τὸν Θεὸν, ἐπειδὴ καὶ ἡ εὐσπλαγχνία τοῦ Θεοῦ κρέμαται εἰς τὴν ἐξουσίαν του. *Quia si quis id unquam ausit dicere, se ipsum potentiorem Deo jactabit, cùm ipsa Misericordia Dei pendeat ab ejus potestate.* Verba plena ignorantiæ obscura sunt, & amphibolum argumentum pręseferunt. Nam, si ratio loquitur de potestate Dei, ab ipso Deo quæ pendeat, sic instituitur: Potentior erit Deo is, à quo pendet potestas Dei, quia etiam à Deo Dei pendet potestas. Si verò ratio potestatem respiciat pendentem ab eo, qui dicitur Deo potentior, sic reddi potest: qui dicit Dei potestatem à se pendere, potentiorē se dicit Deo, quia dicit à se pendere potestatē Dei. Porro contendo utrũque hoc, quomodocunque accipiatur, argumentum esse ridiculum. Secundum enim, ut manifestum est, petit principium, probatque, dicentem, à se Dei potestatem pendere, esse Deo potentiorem, quòd ab ipso dicatur pendere potestas Dei. Primum autem si quid probaret, probaret æquè potentem, ac Deum, eum, à quo pendet potestas Dei. non igitur id probas, docte Severe, quod doces, nempe potentiorem esse Deo eum, à

quo

To. 4. Contr. de libero Arbitrio.

(3) Eccli. c. 15. n. 18.

(4) Vide Coreff. de oper. hom. in Theolog. ca. 1. Marg. Sirigum, & alios.

(5) Mat. c. 18. n. 18.

(6) Vide Coreff. li. de Pœnit. c. 4.

(7) d. pag. 48. à lin. 27.

quo pendet potestas Dei: quare si utile consilium vis, dialecticam isthanc tuam corrige, vel saltem à sapientum cœtu segregatam ad Photianos referto. Illis isthæc inepta proponito credituris quæ doces, quia non intelligent, quod ineptis: Nobis enim ratio isthæc tua adeò non probat, eum, à quo pendet potestas Dei, Deo potentiorem esse, ut ne probet quidem esse potentem æquè, ac Deus est. Imo probat eum, à quo pendet potestas Dei, ex se nihil posse, posse autem, quidquid potest, in eo, qui (8) illum confortat. Neque enim cùm dicimus, ab homine potestatem Dei pendere in iis, quæ Dei potestate homo administrat, eodem modo, quo pendet à Deo divina potestas, pendere & ab homine dicimus. Imo dicimus, pendere ab homine, ut à Ministro Dei, à Deo, ut à Domino, esse in Deo juxta Naturam, in homine per meram Gratiam: idem esse cum Deo quòd possit omnia: nobis collatum esse, concessum esse, ac quodammodo commodatum, quòd possumus aliqua, Deo sic liberrimè volente, Deo nobiscum in omnibus operante, quidquid est illud, quod possumus. Quis porro, Vir inepte, te docuit, valituram unquam hanc consecutionem: hoc æquè fieri potest à duobus: igitur æquè potest uterque? Si quid unquam in exlege isthac tua Secta Jurisprudentiæ potuisses addiscere, scisses, eandem esse potestatem in Delegato, & in Principe, non tamen tantundem posse Delegatum, quantum Princeps: eandem sententiam ferri posse ab utroque, cùm tamen, in eadem sententia, major sit Principis, quàm delegati potestas. Primò, quia hanc tantùm sententiam, hoc judicium, hæc, atque hæc tantùm Delegatus ex rescripto Principis delegantis potest, Princeps autem & hæc, & cætera. Deinde, quia hæc Delegatus potest ex potestate non sua, sed aliena; Delegatus enim, ex Juris (9) effato, proprium nihil habet, sed aliena utitur potestate; Princeps verò hæc ipsa, quæ Delegatus, potestate sua peragit, non alienâ. Ita pendet potestas eadem ab utroque, sed à Principe ut à Domino, & quemadmodum dicimus à *Proprietario*, à Delegato verò, ut à non domino, sive, ut loquimur, à mero, puroque *Usuario*, ut à ministro, imo servo, *ὃν κατέστησεν ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ*, (10) *quem constituit Dominus super familiam suam*, ut in Familiam Domini potestate Domini fungatur, non suâ. Verissimum igitur est, verèque, ac sanè, & Orthodoxè dicitur, pendere eo, quo docuimus modo, potestas Dei ab homine Dei ministro: nec inde aut major hominum, quàm Dei, aut æqua Deo potestas hominum ministrorum Dei esse colligitur; colligitur tantum, potestatem, qua fungitur homo, potestatem Dei esse: Etenim. (11) *οὐκ ἔστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ὑπὸ Θεοῦ*, *non est potestas, nisi à Deo*, & ministri Ecclesiæ Vicarii Dei sunt, quorum quàm divina potestas sit, disce ex ipsius Numinis verbo (12) dicente: *ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει, καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ. qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit*, quare (13) Bernardus: *sive Deus*, inquit, *sive homo vicarius Dei mandatum quodcunque tradiderit, pari profectò obsequendum est cura, pari reverentia deferendum*. Mentitur ergo (14) Severus, cùm addit, neminem unquam è Sanctissimis viris, quos colit Ecclesia, dixisse, potestatem Dei, quod attinet ad dirigendam Ecclesiam, Ministris Dei fuisse collatam eo, quo diximus, modo, ut ab ipsis tamquam à Dei Vicariis pendeat, quæ ut à Domino pendet, imò est à solo, & in solo Deo. *Ἀλλ᾽ οὐδεὶς*, ait, *τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων ἀνδρῶν ἐκαυχήθη εἰς τοῦτο*. *Sed nemo Sanctorum, ac Beatorum virorum de hoc gloriatus est*. Falsissima propositio tum in eo, quod subintelligit, tum in eo, quod affirmat. Nam subintelligit, gloriari Pontifices, à se divinam potestatem pendere. Non gloriantur de hoc Romani Pontifices, sed modestè, & ut ajunt, *humiliter*, divinum beneficium affirmant, ut potiùs divinam Munificientiam religiosè commendent, quæ sibi, minimis licèt, tantoque munere planè minoribus suam potestatem contulerit, quam adeò non jactant, ut timeant, ne ex tanta Dignitate periclitentur. Falsissima etiam propositio in eo, quod affirmat. Nam quis Sanctus vir, & Beatus non dixerit, quod Paulus (15) affirmat: *posuit*, inquit, *ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. ὑπὲρ Χριστοῦ ἐν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι᾽ ἡμῶν. in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos*, Quis ex Patribus non agnoverit, quod Christus (16) edixit. *καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς: sicut misit me pater, & ego mitto vos*, & (17) mox. *Λάβετε πνεῦμα ἅγιον, ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, quorum retinueritis, retenta sunt*. An ulla alia potestas præter Divinam peccata dimittit? Si ergo & homo dimittit minister Dei, an per ullam aliam potestatem, quàm Dei, dimittit? Quod si homo ex potestate Dei dimittit peccata, nonne in homine potestas Dei est? Nonne potest homo verissimè dicere, potestas, qua fungor, qua utor, quam ex arbitrio collatæ Jurisdictionis interpono, Dei potestas est, quæ mihi tradita, ut à ministro, pendet à me, tanquam ab humillimo servulo in bonum Gregis commissi, creditæque familiæ exercenda?

XIII. Hæc ut ignorantiam Severi castigaremus, licèt ei refutando non admodum necessaria, dicta supersint, ut ex his Photiani cognoscant non fore damnanda, quæ à Latinis jactari narrat Severus, tametsi jactarentur: quid cùm ea neque jactent Latini, neque usquam jactaverint? Quid cùm, quæ dicit Severus, sint meræ calumniæ? Quid cùm in tanta ignorantia Severi sit tanta mendacitas? Nam ubi nam Latini dixere, Romanum Pontificem Mortuis posse jus dicere, posse per actum aliquem judicialem Mortuos à pœnis absolvere, pendere ab ejus potestate multatorum in lustrali carcere animorum fata? Præsto sunt Pontificum Maximorum Diplomata, & Bonifacii VIII. ipsius, qui primus hoc dixisse narratur. Ea perlegant Photiani, si, quod latinè sonat, intelligunt; si rudes bonarum Artium nil, nisi nativam barbariem, intelligere possunt, à doctissimis Græcis eorumdem Diplomatum interpretationem exposcant, acceptam curiosè percurrant, religiosè scrutentur; si qua pars, si

qua

(8) *Ad Philipp. c.4.n.13.*

(9) *L. qui mandata ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.*

(10) *Mat. c.24.n.45*

(12) *Ad Rom. cap. 13.n.1.*

(12) *Luc. c.10.n.16.*

(13) *Tract. de Præcept. & Dispens. initio.*

(14) *d. pa. 48. li. 29.*

(15) *2. ad Corinth. c. 5.n.19. et 20.*

(16) *Jo. c. 20.n.21.*

(17) *d. c. 20. Joan. n. 22. & 23.*

qua periodus, si qua Syllaba quidpiam præsefert ex iis, quæ mentitur Severus, eis me cicurem dedo, quidquid ipsis libebit, ut sentiam. Quòd si ne verbum quidem de his, in quæ Severus invehitur, ea Diplomata referunt. Quòd si hisce ipsis, in quæ debacchatur Severus, oppositum ea Diplomata, sanciunt, quæ tam effrons audacia, tam perdita, tam famosa, gratis, palamque mentiri? Ubicunque Romani Pontifices Mortuis Indulgentiam impertiunt, fatentur eam impertire per modum suffragii, hoc est profuturam *ex congruo*, non *ex condigno*, ex pretio, quod offertur, non ex actu offerentis, ex benignitate, atque misericordia habentis acceptum, si libuerit, quod solvitur, non ex potestate solventis, quod non possit non haberi acceptum, gratumque. Novit enim Ecclesia, vivos esse simul in manu Dei, & Ecclesiæ, Mortuos in manu (1) Dei solius. Novit sibi claves Cœli datas, ut Cœlum vivis non itidem jam Defunctis aperiat: novit potestatem sibi datam ligandi, atque solvendi, super terram quæ sunt, non quæ subtus terram. Quare orat quidem pro Mortuis, quantumque potest, irato facit Numini satis. His tamen non contenta communem Thesaurum recludit, editâque Indulgentiâ pro mortuis inde pretium sufffecturum omni solutioni depromit, suffecturum, inquam, si illud acceptum Deus habeat, quem neque adigi ad acceptilationem hujusmodi posse asserit, asseritque efficaciùs hoc pretio placari posse, quàm aliis. Ita neque sibi plus potestatis adrogat, quàm par est, neque opum suarum vires ignorat; queis posse validiùs, quàm cæteris publicis, privatisque Severitatem Numinis exorari, provocari Clementiam, Misericordiam excitari non dubitat. Quæ omnia non privatim in angulo, aut penes Garamantas, & Indos, sed publicè, in Scholis, eo ipso in loco, ubi tam apertè mentiebatur Severus, docuere semper, docentque Latini, quorum si non legit numerosam librorum congeriem Severus, imprudens, cùm errat: si legit, nec intellexit sententiam, insipiens: Si cognovit, & tamen hæc scripsit, impudentissimè mentitur, & desipit; quippe illud per calumnias aggressus, quod nulli hactenus Photianorum displicuit, quodque pietati Christianæ maximè congruum, illis feliciter infelicibus animis utilissimum est, quos post obitum is tertius Status animorum excepit, quem & esse reipsa, & ritè Purgatorium appellari longa hac, atque prima Operis nostri Parenthesi comprobavimus, quâ peractâ, illuc, unde discessimus, è vestigio revertimur, Operisque institutum, ex proposito nostræ Dissertationis, exequimur.

(1) Sapië. c.3.n.1.

SECTIO X.

De Examine.

SUMMARIUM.

I. *Tria consideranda in Examine: & hoc ad Episcopum pertinere.*

II. *Quæ mala ab Ordinatione profecta fuerint, Episcopo imputari.*

III. *Refelluntur Sacerdotes, qui sibi Jus hujus Examinis arrogant.*

IV. *Episcopus Jure divino tum potestate Ordinis, tum Jurisdictionis superior est Presbyteris.*

V. *Mos utrique Ecclesiæ Communis, ut Examen hoc ad solum Episcopum pertineat.*

VI. *Respondetur objectioni deductæ ex voce* ἄξιος.

VII. *Infertur ad summum vocari Presbyteros ut testes, vel approbatores, & collaudatores.*

VIII. *Respondetur objectioni deductæ ex voce* ὅσοι πιστοί.

IX. *An Episcopus teneatur assumere aliquos Presbyteros, ut socios Examinis?*

X. *Ostenditur aliquando teneri, & quando.*

I. EXantlavimus provinciam laboriosam, & ni fallor, sin minus eruditam, certè perutilem retundendæ Photianorum audaciæ, quorum guttur (1) sepulcrum est patens ad evomenda in Orthodoxos convicia, quasi Apostolicas negligant Institutiones, Moresque ab initio Ecclesiæ traditos pessum dent, quos tamen ipsi Photiani vel in maximis, & maximè necessariis non negligunt dumtaxat, sed palam impugnant, amaturi deinceps silentium, si hæc legerint, &, quod minimè spero, perceperint. Reliquum est, ut ad potiorem Operis nostri partem, quam propter & quæ dicta sunt, scripsimus, accedamus. Igitur quemadmodum Ordinationibus Sacris Preces, atque Jejunia præmittere decet, ita & Examen, solemnemque Inquisitionem in mores, rationemque vivendi, atque ipsam conditionem ejus, qui Candidatus est Ordinum. Id protinus probandum est, explicandumque, quod ut ordinatè præstemus, tria potissimè enucleanda sunt, ad penitissimam Examinis hujusce notitiam. Primum, à quo sit habendum. Secundum, quid in eo quærendum sit. Tertium, quo testimonio ea, quæ ad Examen revocantur, sint ritè probanda. Et primum quidem reliqua hujusce Responsi parte dabimus, de reliquis in sequentibus fusè tractabitur. Age igitur, à quo Examen instituendum sit, inquiramus. Et facilis illico responsio est: ab eo nimirum, cujus authoritate Ordinatio peragenda est, scilicet ab Ordinario, ut ajunt, ipso, non autem ab aliis, nisi ex ejusdem mandato: Quod sanè pudet me Græcis probare, cùm non solùm id protinus colligere fas sit ex Legibus Cæsarum, quas ipsi sequuntur, argumento deducto, ex Glossa (2) Civili, quæ de similibus latè, verùm etiam ex omnibus Photianis, (3) ex Planude, (4) Philotheo Patriarcha, & ipso (5) Margunio, cujus effatum commune est cæteris. Hic scribens in Andream Archiepiscopum Coloniensem: *Penes nos*, inquit, *non ut penes, quos turpiter defendis, Latinos, Episcopi sunt verè Episcopi*; nec *Diaconis probandi relinquuntur ii, qui ad Ordines provehuntur: ipsi soli Episcopi per se an digni sint, vident*. Ἡμεῖς βέβαια τοὺς ἐπισκόπους ἔχομεν ἐπισκόπους, οὐδὲ θορυβούμεθα μετ᾽ ἀταξίας τὰ ὀφφίκια, ἀλλ᾽ οἱ διάκονοι τὰ διακονοῦσι, οὐδὲ τὴν προσαγομένων εἰς χειροτονίαν τὴν ἐξέτασιν ἀφίεμεν τοῖς διακόνοις, αὐτοὶ οἱ ἀρχιερεῖς θεωροῦσι τὴν ἐκείνων ἀξίαν. Carpit Margunius Latinos, quòd Examen provehendorum ad Ordines Archidiacono habendum relinquant,

(1) Psalm. 5.v.11.

(2) In Extravag. ad reprimendam quom. in Les. majest. crim.
(3) d. tit. περὶ χειροτονίας.
(4) Synodico. 3. apud Canonar. in form. Synod. n. 13.
(5) Nota. 84. ad Canon. Apostol.

quant, ut in (6) Decretalibus palam statuitur. Quod tamen an Jure carpat, Latini Canonistæ Sapientiores Margunio viderint, quibus notissimum est, quod ille penitùs ignoravit, Archidiaconum in Latinis Ecclesiis Vicarii (7) officio fungi; atque adeò ex demandatâ Officio suo potestate, & invisere (8) Provinciam, & Rectores (9) Rurales eligere, atque amovere, denique, ut multa alia (10) prætercam, & (11) examinare, & offerre ad Ordines, & in sede Antistites cœnobitica collocare. Ex quibus evincitur non perturbari officia, sed demandari Jurisdictionem, quod in Ecclesia, ut in cæteris (12) rebus publicis nec novum est, nec mirum, nisi Photiano fortassis, in quo admiratio perennis est, quia æterna ignorantia, quæ mater est admirationis. Nam quid crassius, quid plenius ignorantiâ, quàm si novum putes, & mirum, & in Latinis carpas, quod in Byzantina Ecclesia usuvenit? In hac sæpissimè, imò ex munere Magnus Chartophylax, qui facienti Patriarchæ adstat, ut Archidiaconus, mandata Pontificis fungitur Jurisdictione in plerisque, & speciatim ex potestate mandata, an Candidati Ordinum apti sint, dispicit, probatosque Pontifici ad Chirotoniam offert. (13) Euchologium nostrum: Ὁ μέγας χαρτοφύλαξ ὅταν λειτουργῇ ἀρχιερεύς, ἵσταται πλησίον τῶν ἁγίων μυστηρίων· λέγει ὁ αὐτὸς ἀρχιδιάκονος. προσέλθετε τῷ βασιλεῖ, καὶ Θεῷ. ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις, τὰς συμβαινούσας ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, ἐκ προσώπου τοῦ ἀρχιερέως, διδόναι παρ' αὐτοῦ τὰς ἀποφάσεις πάσας· ἔχων δὲ καὶ τὰς ἱερολογίας τῶν μνηστειῶν, ἱερολογεῖν αὐτὰς, καὶ ἀποστέλλειν τῷ ἱερεῖ τοῦ ναοῦ τοῦ δεῖνος εὐλογεῖν αὐτάς· ἔστι δὲ καὶ ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν ἀρχιερέων, προσφέρειν τὸν χειροτονούμενον ἀρχιερέα, ἔχων δ' αὐτὸς χαρτουλάριον ἀναγράφει τὰς τῶν ἐπισκόπων ἀποφάσεις, καὶ αὐτὰς τῷ ἀρχιερεῖ ἀναφέρει. *Magnus Chartophylax, cùm celebrat Pontifex, juxta sancta dona stat. Archidiaconi quoque provinciam agens verba illa: ad regem, & Deum accedite, pronunciat. Adest verò etiam litibus in S. Ecclesia contingentibus nomine Pontificis sententiam daturus, sacros etiam catalogos matrimoniorum penes se habet, quæ post quam in album recensuerit, ad talis Ecclesiæ Presbyterum mittit, ut illis benedicat. Adest adhuc in Episcoporum consecrationibus consecrandum Pontificem præsentaturus. Habet sub se Chartularium, & Episcoporum Sententias recenset, easque ad Patriarcham refert.* Constat utrumque, & demandari penes Nos ab Episcopis potestatem suam, & hanc ipsam potestatem Examinis demandari. Id, quod apertiùs Thessalonicensis (14) Simeon affirmat his verbis Chartophylacis munus describens: Ὁ δὲ τὰ τῶν ἱερέων ἐπιτροπεύει, καὶ ἐγκαθιστᾷ τούτους, καὶ ἐρευνᾷ τὰ περὶ αὐτῶν. Προχειριζομένους ἐξετάζει, καὶ πρὸς τὸ ἱερᾶσθαι προσάγει, καὶ τὰ τῶν γάμων νομίμως φροντίζει γίνεσθαι. *Hic sacerdotum præficitur regimini, cunctosque in sede propria locat: mores eorum perscrutatur, Ordinum candidatos examinat, &, ut consecrentur, ipse præsentat: nuptiarum, ut legitimè celebrentur, curam habet, &c.* Et ante Simeonem Michael (15) Anchiali de eodem Chartophylace: Οὐ παραχωρεῖ, inquit, ἱερᾶσθαι, οὓς ἐκ αὐτὸς ἐξήτασε· περὶ ὧν οὔτε μαρτύρων, ὡς ἔθος αὐτῷ, παρεστάντων ἐπύθετο, καὶ εἰ χρόνων εἰσὶ τῶν ὡρισμένων, πεπληροφόρηται· οὔτε δοκιμασίαν περὶ τοῦ βίου τῶν τοιούτων πεποίηται, καὶ τὸ πιστὸν τοῦ ἀξίου αὐτοῦ τὸ ἐπάγγελμα ἐκ τῆς ἐνυπογράφου μαρτυρίας τῶν κατὰ πνεῦμα τούτους ὠδινησάντων παρείληφεν. *Non sinit consecrari, quos ipse non examinavit: de quibus nec testes, ut ipsi mos est, adstantes interrogavit, & an præfinitos annos nati sint, certior est factus: nec eorum vitam approbavit, nec fides sibi facta est ex scripto eorum testimonio, qui illos secundùm spiritum pepererunt.*

II. Hæc Michael Anchiali, eademque obiter censet & (1) Balsamon. Ex quibus palam est, non posse reprehendi Latinos à Nostris, quòd Examen Archidiacono mandent, ni una Mores damnemus nostros, queis idem in Chartophylace usuvenit. Simul deducitur, hoc Examen ad Antistitem pertinere, ex cujus mandato fit, habeturque vel ab Archidiacono, vel à Chartophylace, quibus id agentibus, quod ad Antistitem spectat, adeò Antistes nullum suæ damnum potestatis capit, ut eam hoc ipsum confirmet, quando qui per alium aliquid facit, id per se potiori jure potest: & alioqui vel ipse Margunius Examinis hujus provinciam uni concedit Episcopo. Scilicet is toti Ecclesiæ præest. Ejus porro, qui præest, munus est Inquisitio quæcumque in subjectos homines instituitur. Quare ne læsus quidem sine potestate facta sibi per Præsidem in alienis prædiis inquirere (2) potest in servum fugitivum, cùm tamen Ordinarius Præses ex officio possit ubicunque quidlibet indagare, præsertim si eæ sint circumstantiæ, quæ notantur per (3) Glossam: Quod omnino trahendum est ad Episcopum Ordines conferentem, quippe qui in ipsis Ordinum auspiciis Candidatum Ordinum Ecclesiæ tutorem pupillæ constituat. Idipsum ulteriùs probatur ex eo, quòd ad eum Examen spectat, cui, si quid Ecclesiæ mali contigerit ex inauspicata Ordinatione, protinus imputabitur. Ad eum enim honos, ad quem onus, ex veteri (4) Adagio, cui consonant Jura (5) Civilia. At Præsuli, authoritate cujus Ordinatio fit, quiquid in illa, & ex illa peccatum fuerit, imputatur. Lege quod de Leone Magno scribit noster seu (6) Sophronius, seu Moschus, nosces, eum, cùm ad tumulum Petri quadraginta integros dies precibus impendisset, criminum veniam suorum impetraturus, tandem hoc divinitus oraculum accepisse: *Oravi pro te: dimissa sunt tibi peccata tua, præter impositiones manuum: hoc enim abs te requiretur, sive bene, sive fortasse aliter egeris.* Quæ verba sic (7) Margunius proponit: ἐδεήθην διὰ σοῦ. ἀφέωνταί σοι τὰ ἁμαρτήματα, πλὴν τῶν χειροτονιῶν. ταύτας γὰρ ἐξεταστήσομαί σε εἴτε καλῶς, εἴτε κακῶς ἔπραξας. Adeò qui Ordines conferunt rigidam Operi diligentiam debent, cùm de hac eum Deus admoneat, qui in conferendis Ordinibus omnium Pontificum diligentissimus fuit, diligentiamque suam non sibi tantùm, verùm etiam subjectis (8) edixit. Noverat enim, quæ Timotheo scripsisset (9) Apostolus: Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει: *manus citò ne imposueris:* hoc est cunctanter; consideratèque, ac diligenter manus imponito: cujus & rationem reddit: μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις: *neque communicaveris peccatis alienis.* Quasi quæ ex Ordina-

(6) c. 1. de offic. Archidiac.
(7) Cap. 1. eod.
(8) c. mandamus. eod.
8. cap. ad hac. eod.
(10) Videda tot. tit. eod.
(11) c. ut nostrum eod.
(12) Vide tit. Decr. de off. & pote. Jud. deleg. & tit. ff. de off. ejus &c.
(13) Vide Euchol. tit. αὐτῷ ... &c. in explicat. ad magnum Chartophylac. ubi Goar. nota. 12. pag. 282. col. 1. post med.
(14) apud Goar. ubi supra.
(15) In Jur. GR. To. 1. lib. 3. sec. Synod. 1 De-
... 2. Michaelis p. 228. circ. med.
(1) Ad Canon. 9. Trullan. Vid. Goarium ubi supra ad fin. notæ 12.
(2) L. divus ff. de ser. fugit.
(3) In l. 3. § ... Preto & in ... tutor. ver. ... ff. de suspect. tutor.
(4) Jo. Sarkand. in Adag. cent. 3. n. 89.
(5) In l. secundum naturam ff. de reg. jur. l. 11. ff. de inst. act. arg. à contrar. in §. 1. Inst. de leg. par. tut.
(6) In Limon. seu Prat. Spirit. c. 149.
(7) In Vita S. Leonis.
(8) Epi. 5.
(9) 1. Ad Timot. c. 5. n. 22.

Digitized by Google

dinatione sequuntur mala, ei potiùs imputanda sint, qui manus imposuit, quàm qui perpetravit. Hinc olim vel ipse Pontifex Maximus Romanus Episcopus Candidatos Ordinum Populo proponebat, ut multorum scilicet testimonio severius probarentur. Cujus moris Romani extat vetustissimus testis liber (10) Ritualis, quem Romæ vidimus, & adnotavimus; traditque, Pontificem feria Quarta ante Ordinationes ad D. Mariæ Majoris celebrare consuevisse, ibidemque provehendos ad Ordinum dignitates his verbis Populi testimonio exponere. *Si quis habet aliquid, exeat pro Deo, & dicat: verumtamen memor sit conditionis suæ.* Similia habes in pervetustis Ordinationibus, qualis Eradii, de qua (11) Augustinus, Amphilochii, Epiphanii, Danielis Stilitæ, de quibus prolixè (12) Metaphrastes, & ex eo (13) Goarius. Eadem tradit Clemens (14) in Constitutionibus: Atque hunc fuisse Ecclesiæ utriusque vetustissimum Morem, ut Episcopus in vitam, ac mores ejus, qui Ordines anhelabat, inquireret, manifestum erit etiam ex eo, quòd Alexander Severus Cęsar, eam Ecclesiæ consuetudinem imitatus est, cùm in eligendis Provinciarum Præfectis diligentissimè scrutabatur omnia, & in præficiendorum Mores accuratissimè inquirebat, addens id à se fieri propterea, quòd Christiani in prædicandis (initiandis videlicet) Sacerdotibus idipsum facerent, ut refert (15) Lampridius. Constat ergo munus inquirendi in eos, qui ad Ordines evehuntur, ad unum Episcopum ex officio pertinuisse.

(10) *Ceremonial. Benedicti Canon. S. Petri in Biblioth. S. Augustini Romæ.*
(11) *Epi. 110.*
(12) *In Vit. relateris SS.*
(13) *In Euchol. ad Ordin. Diacon. & Subdiacon. 2. & 24. pa. 249. & 260.*
(14) *Lib. 8. c. 4.*
(15) *In Alexandro c. 45.*

III. Quò magis detestari licet quorundam ex Nostris (si tamen ex Nostris ii sunt) audaciam, nequid majus dicam. Qui id sibi muneris adrogant, nec vocati ad Examen hujusmodi, de Antistite queruntur suo. Hos hercle diceret silentium, atque erga Pręsulem, obsequium, & reverentia, quippe cui quidquid secus ex Ordinatione acciderit, imputandum erit, non ipsis, quos reipsa ea cura decet, quæ ad proprium spectat Officium. Episcopo regimen Ecclesiæ penes Nos traditur, non Presbyteris, & Paulus (1) Episcopos dumtaxat alloquitur, cùm ait: προσέχετε ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος. *Attendite Vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit Sanguine suo.* Quibus verbis ex more Ecclesiæ nostræ explicatis tota Jurisdictio Ecclesiastica penes Episcopum est, à qua (quod accidit in Latina Ecclesia ex authoritate summi Pontificis) nemo subditorum eximitur, neque ullum subditis Privilegium confertur potestati Pręsulis parte ex aliqua derogans. Quod in re, qua de agimus, confirmare fas erit ex verbis (2) Christi dicentis: ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινώσκω τὰ ἐμά. *ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas*: queis Episcopi munus, potestatemque descripsisse testantur quotquot ex Patribus Græcis in eum locum scripsere, teste ipso Balsamone (3) Photianorum Antistite. Ad Episcopum ergo cognitio pertinet ovium suarum, hoc est Ministrorum Ecclesiæ suæ, qui matrum ritu Populum Agnorum allegoriâ significatum lacte divinissimi verbi alunt, ac nutriunt, quemadmodum ex (4) Leone, & (5) Theophylacto eruditè, ac doctè collegit sapientissimus (6) Bellarminus. Quod si ad Episcopum pertinet Ministrorum cognitio, ad illum sanè eorundem Examen. Ut mihi, qui contra Ecclesiæ Principes ex libito sacerrimæ potestatis de eo, qui provehendus est, suffragium ferentes hiscere audent, ii, quid censeat Ecclesia nostra, quid Episcopalis dignitas authoritatis penes Nos habeat, ignorare videantur. Quæ istæ larvæ, atque intemperiæ? ut velit, nolit Episcopus, quotidiani Sacrificuli, sive, ut vulgò dicimus, *Capellani*, se ad judicium, quod ad solum spectat Episcopum, adsumi, vocarique contendant? Barbara sunt, ac penitùs inaudita Ecclesiæ nostræ Capitulorum nomina, nec inter Blastarii, aut Photii, Balsamonisque Canonicos titulos occurret, qui Episcopos vetet quid facere sine consensu Capituli. Id invectum sit optimo jure in Latinos Episcopos, qui cùm ditibus præsint Ecclesiis, non sine metu, ne Caro, & sanguis in propinquorum utilitatem vertat, vel quę Juribus Ecclesiæ, cui pręsunt, concessa sunt, vel quę alendis pauperibus, nutriendis ministris, ornandæque Ecclesiæ stipes piorum hominum contulere, eo scilicet indigent fræno cupiditatum, quo per Capitulum, atque Canonicos ab hujusmodi criminibus arceantur. Nostri, quibus nullæ unquam ex Ecclesia, vel certè perraræ divitiæ, non indigent his decretorum suorum consortibus; pręsertim cùm non de mera hìc Jurisdictione agatur, sed planè de Ordinis Episcopalis potestate, qua procul absunt Presbyteri.

(1) *Actor. c. 28. nu. 28.*
(2) *Jo. c. 16. n. 14.*
(3) *Re pō. ad Episc. Cypri in fine.*
(4) *Serm. 3. de Assumpt. sua.*
(5) *In c. nls Jo. & in ca. 22. Luc.*
(6) *To. 1. de Rom. Pont. l. 1. c. 16. sub init.*

IV. Neque enim audiendus est vel ab ipso damnatus (1) Margunio Alexius (2) Aristenus parem Episcopis, ac Sacerdotibus Ordinis asserens potestatem. Inauditum dogma Græciæ vel ex Photianismo deliranti, quod post Aristenum Arctoæ (3) Proceres hæresis vel ipsis Photianis horribile docuere. Nam inesse Potestatem Episcopis majorem, quàm ea sit, quæ pertinet ad Presbyterum, patet ex eo, quòd solus Episcopus Jure divino conferre Ordines potest, ut Nostris insinuant (4) Ancyranum, & Antiochenum Concilia, (6) Epiphanius, (7) Chrysostomus, (8) Theodoretus, (9) Theophylactus, & (10) OEcumenius; Latinis verò (11) Damasus, (12) Hieronymus, (13) Leo. Jurisdictionem etiam in Episcopo talem esse, cui par nusquam sit in Presbytero, palam est ex antiquæ Synagogæ exemplis relatis (14) à Bellarmino; sequiturque ex verbis (15) Pauli Apostoli judicem Presbyteri Episcopum arbitrati. Quod confirmat vetustissima Ecclesiæ nostræ sententia, cui constituendæ (16) Ignatius Martyr hæc scripsit: Καλοὶ οἱ ἱερεῖς, καὶ οἱ τοῦ λόγου διάκονοι, κρείσσων δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, ὁ πεπιστευμένος τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. *Boni sunt Sacerdotes, & sermonis ministri, melior autem est Pontifex, cui credita sunt sancta Sanctorum, cui soli concessa sunt secreta Dei.* Et (17) Clemens: οἱ πρεσβύτεροι, ait, καὶ οἱ διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν, αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν κυρίου, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀπαιτηθησόμενος. *Presbyteri, & Diaconi, præter Episcopum, nihil agere pertentent: nam Domini Populus illi commissus est, & pro animabus*

(1) *Nos. 2. in can. 10. Antioch.*
(2) *In d. c. 10. Antioch.*
(3) *Erasmus annot. ad c. 4. Epi. 1. ad Timo. Calvin. l. 4. Inst. ca. 4. §. 2. Kemnis. in exam. sess. 23. Coc. Trid.*
(4) *Canone 12.*
(5) *Canone 10.*
(6) *Hæresi 75.*
(7) *In 1. ad Tim. c. 3. & 4.*
(8) *Ibid.*
(9) *Ibid.*
(10) *Ibid.*
(11) *Epi. 3.*
(12) *Epist. 85. ad Evagr.*
(13) *Epist. 88.*
(14) *To. 2. libr. 1. de*

bus

bus eorum hic redditurus est rationem. Similia docet Areopagites (18) Dionysius, & (19) Irenæus, quibus subscripsit (20) Tertullianus Latinorum & antiquissimus, & inimicissimus. Quæ profectò non abs re adduxisse, ac produxisse hac in Operis nostri parte visum est, quando, quæ inimica sunt Veritati, & à Græcia palam damnata non desunt qui ex Aristeno ad id proferant, ut inquirenti Episcopo in eos, qui provehendi sunt, Presbyteros socios, Judiciique, ac Tribunalis participes asserant; cùm tamen & Ordinatio ad Ordinis potestatem pertineat, sociumque ejusmodi potestatis in Ecclesia nullum Episcopus habeat.

V. Hinc vel in Ecclesia Latina, ubi plurimis faciundis Episcopo interdicitur sine consensu Capituli, Episcopi recipiendos ad Ordinem ex libito, vel ad Examen advocant habendum se coram, vel Vicariis suis examinandos relinquunt. Quod sanè, tunc, cùm nondum ex Photiana lue Mores optimi interierant, vel in Græcia usurpatum est, ut constat ex Theodoro (1) Prodromo à nobis sæpius in sequentibus ad testimonium Veritatis evocando. Is enim in erudito libro de sacris Ecclesiæ Synaxibus, hæc scribit de Synaxi Exocatacælorum. Οἱ δὲ ἐξωκατάκοιλοι σύναξιν ποιοῦσιν ἐνιαύσιον ἐν τῷ διακονικῷ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τῇ ἡμέρᾳ τῶν δέκα ἐν Κρήτῃ μαρτύρων· καὶ καθεζομένου τοῦ Πατριάρχου, καὶ ἐκφωνήσαντος, τὸ, Εὐλογημένη ἡ βασιλεία, οὐ καθίζονται, ἀλλ' ἐν μανδύαις διακονοῦσιν αὐτῷ ἐξετάζοντι τοὺς μέλλοντας χειροτονεῖσθαι· ἐξετάζει δ' αὐτοὺς διὰ τοῦ μεγάλου χαρτοφύλακος, ᾧ συνίσταται παρὼν παρόντι τὴν ἱερὰν ταύτην τῆς ἐξετάσεως διακονίαν: *Exocatacæli verò consessum agunt annalem in Sacrario Magnæ Ecclesiæ, die Sanctis decem Martyribus, qui in Creta passi sunt, sacro: ibique sedente Patriarcha, atque intonante, Benedictum regnum, &c. ipsi non sedent, sed palliati ministrant ipsi examen agenti eorum, qui ad Ordines provehendi sunt. Agit autem examen eorum per Magnum Chartophylacem, cui præsenti præsens committit sacrum hoc examinis ministerium*. Ecce ne ipsi Exocatacæli, quorum post Patriarcham penes Nos dignitas summa, qui licet Presbyteri Episcopis præsidebant, ut manifestum est ex iis, quæ (2) tradidimus alibi, ex Jure (3) Græco-Romano, ex dictis Silvestri (4) Syropuli, & (5) Emmanuelis Calecæ; Ne ipsi, inquam, Exocatacæli jus examinandi ad Ordines provehendos sibi arrogare audebant; quis ferat sibi tantam authoritatem, potestatemque adrogantes Ministros gregarios, nulla præditos Jurisdictione? Etenim neque Ἐπιγονάτιον deferre possunt, quod Nostris insigne est, ac symbolum Jurisdictionis qualiscunque ex Simeone (6) Thessalonicensi, Nicolao (7) Cabasila, (8) S. Germano, & Solito (9) Archidiacono; neque aliquid aliquatenus per se possunt, quod vim Potestatis præseferat.

VI. Id Moris, inquiunt, apud Nos est. Nempe cedo unde delapsus? cui usitatus? quo Jure assertus? quave Canonum, aut Scriptorum authoritate probatus? Video quid respondere queunt, quidve ex illis Sciolus quispiam producet. Goarii loca laudata nobis ostentant, affirmantque Presbyterorum suffragio opus esse, ut quis à Pontifice ad Ordines recipiatur. Ecce, inquiunt, non aliunde defluxit Mos iterandi illud ἄξιος, Elogium scilicet ejus, qui recipit Ordines, nisi quòd Præsuli non licet aliquem ad Sacræ militiæ Sacramentum recipere, nisi à Sacerdotibus circumspectus approbetur. Ita nimirum peractas Amphilochii, Epiphanii, Eradii, Eutychii, ac Simeonis Ordinationes, ut supra meminimus. Accedere & illa verba, quæ initio Ordinationis ab Hypodiacono proferuntur: ὅσοι πιστοί, *quotquot fideles*: quibus ad suffragium provocantur fideles: Unde consequitur, potiori Jure invitandos esse Presbyteros. Hæc summa est omnium, quæ pro gregariis quibusdam Sacerdotibus adducuntur, vel certè possunt adduci. Quibus tamen ita non evincitur concedendum esse, quod petunt, ut potiùs probetur penitùs pernegandum. Nam, ut ordiamur ab ipso Elogio, cui vis tota objectæ rationis innititur; ἄξιος illud non à solis sacerdotibus, sed ab ipso Antistite proclamatum ab iis, qui intra sacellum Apsidis sunt Presbyteris, & Diaconis excipitur, tum à Cantoribus, qui vicem Populi gerunt, suaviter iteratur. Notat (1) Euchologion. Καὶ μετὰ τὸ ἀμήν. περιτίθησι τὸ ὀράριον τῷ χειροτονηθέντι κατὰ τὸν ἀριστερὸν ὦμον λέγων, ἄξιος· καὶ ψάλλεται συνήθως τρίτον τὸ ἄξιος παρὰ τῶν τοῦ βήματος, καὶ τρίτον παρὰ τῶν ψαλτῶν. *Et dicto Amen, Antistes diaconicam stolam humero sinistro ordinati circumponit, dicens, Dignus. Et pro more canitur ter ab iis, qui sunt in Adyto, Dignus; & pariter à Cantoribus ter*. Quòd, si Elogium illud Judicii, & Examinis jus aliquod infert, dicendum erit, id Juris non Presbyteris tantùm, sed Diaconis, & Cantoribus, & ipsi Populo asserendum esse. De iis igitur, quos ad Sacra provehitis, calculum ferent (2)

Ambubajarum Collegia, Pharmacopolæ,
Mendici, Mimæ, Balatrones, hoc genus omne,

quo populus constat. Nam, si qui ἄξιος illud dicit, Judicis officio fungitur, aut fungi debet, cur potiùs, ò boni, id Juris vobismet ipsis tantùm asseritis, cùm non soli elogium illud pangatis? Præterea notandum est, quod doctis ædepol hisce Viris legentibus licet ignotum est. Nempe ἄξιος illud non esse judicantium interiectionem, sed approbantium judicium à Præsule factum, commendantiumque tum Antistitis diligentiam sui, tum ejus, qui initiatur, vitam, ac mores. Quod breviter sic evinco, prolato ipso ritus ejusmodi typo ex (3) Euchologio. Ibi enim priùs, quàm edatur illud elogium, Ordines ipsi conferuntur expressis illis sacrosanctæ formulæ verbis: ἡ θεία χάρις, ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα, προχειρίζεται τὸν δεῖνα τὸν εὐλαβέστατον ὑποδιάκονον εἰς διάκονον· εὐξώμεθα ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ παναγίου πνεύματος. *Divina Gratia, quæ semper infirma curat, & ea, quæ desunt, adimplet, promovet N. piissimum hypodiaconum in Diaconum. Oremus, ut veniat super eum Gratia Sanctissimi Spiritus*. Quæ verba sunt ipsa, ut ajunt, sacramentalis forma, quâ character Ordinis imprimitur. Unde statim infertur, verbum ἄξιος, quod post multas preces, postque collatos Ordines, dum Ordinis collati Insignia initiato apponuntur, effertur, non esse ju-

K

Clerc. c. 14. vers. quod secundum.
(15) 1. *Ad Tim. c. 5. n. 19.*
(16) *Epi. ad Philadelph.*
(17) *Canone 40. Apostol.*
(18) *De Eccl. Hierarch. c. 5.*
(19) *Lib. 3. c. 3.*
(20) *Libr. de Bapt.*

(1) *C. De Synaxi 14.*

(2) *Responso de offi. n. 23. & seq. & infra in hoc Opere.*
(3) *In Novel. Alex. Comneni.*
(4) *In Concil. Florent. sess. 3. c. 10.*
(5) *Lib. 4. c. 21.*
(6) *Lib. de Templo.*
(7) *In Glossario.*
(8) *In Explic. Liturgiæ.*
(9) *Ep. ad Majoranū Episc. Molfettæ ap. Magriū verbo Epigonation.*

(1) *In vita Ordinat. Diaconi post med.*

(2) *Horat. Serm. lib. 2. Saty. 2.*

(3) *Loco proximè laudato.*

judicii faciendi notam, sed comprobationem judicii ab Antistite facti, ejusdemque præsens obsequium. Quo fit, ut non solùm eo Elogio non evincatur, quod intenditur, & petitur à Presbyteris, imò potiùs probetur oppositum.

VII. Accedit, ea, quæ fiunt in Ecclesia, dùm reipsa Ordines conferuntur, ad Examen minimè pertinere. Quod sanè ab initio (1) accuratè cavimus, gnari facilè à quibuspiam omnia implicari, quò sibi viam sternant ad ea probanda, in quibus non semel ineptiunt. Quid igitur nobis ἄξιος illud objiciunt, quod ad Ritum cæremoniæ ipsius pertinet, non ad ea, quæ ante Ritum ipsum agenda sunt, de quibus hic agimus? Demus tamen & ad Examen pertinere. Scilicet, non ad id, ut ostendat evocandos ad ipsum Sacerdotes, ut judices, sed ad summum uti accusatores, aut testes jure non Sacerdotum peculiari, sed omnium, qui Episcopo subsunt etiam Laicorum. Olim enim, ut penes Latinos diximus usurpatum, ita & Nostris usitatum fuit, ut Populus ferret de ejus, qui admovebatur Sacris, vitâ, & moribus testimonium. Nimirùm ut Populo Sacra ministraturus testimonio Populi reciperetur ad Sacra, reverendus omnibus, quorum testimonio tantæ dignitati censebatur idoneus. Is mos diù in utrâque viguit Ecclesia, donec experientiâ magistrâ patuit, hoc testimonio non Veritati locum parari, sed tumultibus tantò inhonestioribus, quantò turpiùs eo in loco miscebantur, quem decet *Sanctitudo*, modesta quies, piumque Silentium. Ergo jure illa consuetudo abrogata; atque illa, quæ olim celebrabantur ordinandi cum repetitis laudibus, plausibusque elogia in eos ritus cessere, quos hactenus usurpamus. Accidisse autem sæpè, & in Ecclesia nostra tumultus ob hujusmodi testimonium à Populo repetitum, manifestum est non ex iis tantùm, quæ narrat (2) Prodromus testis exceptione aliqua dignus penes ignorantiam Photianorum, sed etiam ex iis, quæ Planudes (3) commemorat, quæque mentitus est Hierotheus (4) Sacellarius in Vita non hæretici tantùm, sed & Idololatræ Palamæ, quem tamen, ò pudor! Te, mea Græcia spectante, atque ferente, Divorum excipit honoribus (5) Photianum pecus, Templisque, atque Aris dignatur. Plura tamen, & Majora pericula provenere Ecclesiæ Latinæ ex hoc publico testimonio, cujus nimirùm cautâ censurâ, popularis illa acclamatio ita rejecta est, ut ne referentibus quidem Populum Cantoribus relicta sit acclamandi iteratò potestas; cujus loco, ne quid non diligenter circa Ordinationes ageretur, cautum est, ut terna, quemadmodùm vulgò dicimus, denunciatione habendâ ea in Urbis regione, ubi habitat is, qui ad Ordines destinatur, provocetur Populus, ac publicè moneatur, si quid Candidato Ordinum habet objiciendum, Curiæ Sacræ deferre, quod firmatum, confirmatumque docet Magrius (6) decreto S. Congregationis coram Gregorio XV. actæ die XXII. Junii Anno hujus sæculi XXIII.

VIII. Ex quibus omnibus non solùm evincitur, nihil eo verbo ἄξιοι probari, quod faciat ad Jus Examinis à Sacerdotibus usurpandi, sed nec illis ὅσοι πιστοί. Nam si stes explicationi, quam tradit Balsamon (1) dicens: δίδοται τοῖς ὑποδιακόνοις τὰς θύρας τῶν ἐκκλησιῶν κατέχειν, καὶ ἐξάγειν τοὺς κατηχουμένους, καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ. διὰ τοῦτο καὶ σήμερον λέγεται παρὰ τῶν ὑποδιακόνων τὸ ὅσοι πιστοί, δηλονότι, οἱ μὴ πιστοί, ἀλλὰ κατηχούμενοι ὄντες ἐξέλθετε, οἱ δὲ πιστοὶ ἵστασθε ὀψόμενοι τῶν ἁγίων μυστηρίων τὴν θυσίαν. *Visum est, Hypodiaconos Ecclesiarum fores tenere, & Catechumenos introducere, & educere, & pariter eos, qui sunt in Pœnitentia. Propterea namque etiam hodie ab hypodiconis dicitur, quotquot fideles: Qui scilicet non estis fideles, sed Cathecumeni, egredimini, fideles autem State, visuri Sanctorum Mysteriorum sacrificium.* Quod clariùs explanat in eandem sententiam Matthæus (2) Blastaris, cujus verba causa brevitatis omittimus, cùm supersint Balsamonis dicta, ut ruat allata pro Presbyteris authoritas, quandò manifestum est ex verbis illis, ita à Græcis, & nusquam aliter explicatis, nihil ad Examen ejus, qui recipit Ordines, adduci posse, quod ad rem faciat. Quòd si laturus opem injustæ Sacerdotum petitioni ad explicationem Goarii, quamvis Latini hominis, & ex conjectura scribentis adcurras, esto, advocari verbis illis aliquos ad testimonium, an ad Examen? Nam si ad Examen, jam non Sacerdotes tantùm invitandi erunt, sed ὅσοι πιστοί, *quotquot fideles*. Quod quis unquam affirmaverit? Hinc, quæ subdit Goarius loco laudato, omnia pertinent ad testimonium, cui adstipulantur, quæ dicit Pontifex, dùm, ministrante eo, qui Ordines recepit, manus abluit: τοῦτο, κίνδυνος ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τῶν ἐπισυμμαρτυρησάντων σοι: *ut suffragium, ita & periculum feratur in capita eorum, qui testimonium perhibuere de te*. Non dicit τῶν συνεξετασάντων σοι, sed τῶν ἐπισυμμαρτυρησάντων σοι; ut scias totam cæremoniam ad testimonium referri, non ad Examen. Quare & quæcunque ex Metaphraste, & Augustino producuntur, ad testimoninm pertinent, non ad Examen. Quod proinde à primo ad ultimum solius Episcopi est ita, ut ad nullum ex inferioribus, nedum ad gregarios quotidianæ Liturgiæ Ministros, Jus examinandi Candidatos Ordinum protendatur.

IX. Ergo, inquies, ad hoc Examen initiandorum Sacris hominum nullum è Sacerdotio socium Episcopus adsciscet? O utinam meæ Græciæ amor, quo planè supra omnes Græcos afficior, cuique ita me prorsùs (sive me Deus ad id provocet, sive potiùs naturalis quædam in Gentem meam Gentium omnium magistram propensio) penitùsque devovi, ut jurejurando affirmare queam, cupere me Anathema esse à Christo pro fratribus meis. Utinam, inquam, Gentis meæ amor me palam quæ sentio subticere non cogeret: id sanè Interrogantibus responderem, quod cùm verumque, ac certum sit, Nobisque planè evidens, interrogantium proterviam illicò profligaret. Sed parcendum audacibus, ne Genti nostræ Veritas probro sit, eosque ad risum provocet, quos oportuit olim non otiosos contemplari calamitates Nostras, sed Nostri clementissimè misereri. Da igitur, Sacerdotes hujusmodi, & rudes esse, & Photianâ olim pestilentia laborare. Respondeo, ea lege teneri Episcopum, ut illi nefas sit, socios tàm

(1) Nu. 4. Initii.

(2) De Synaxib. cap. de 5. Synaxi.
(3) d. tit. περὶ χειροτονίας, & in Vit. Arsenii Patriarchæ.
(4) Cap. 5. in fin.
(5) Vide Allat. in 2. dissert. de li. Eccl. Græc. ver. sextus error.

(6) In Hierolex. verb. Ordo ante med.

(1) In c. 22. Laodic.

(2) Cap. 4. τῆς Τεχνι-χίας.

tàm ineptos adſciſcere. Nam ſi Photiani ſunt, hæretici cenſendi ſunt. Quis verò hæreticos ad ſocietatem ſacerrimi Tribunalis adſumat? Sedebunt judices, quos decuit exauthorari? Sententiam dicent Rei pervicaciſſimi criminis! ad miniſterium Sacrorum alios manuducent, qui projiciendi eſſent è Templo? Iique ad Populi diſciplinam ſubjectos ſuffragio ſuo provehent, quibus ne ſalutem quidem licet impertiri? Quòd ſi rudes, & imperiti, quis adeò ſtolidus, ut aſſerat admittendos? Quanta in hoc Examine diſpicienda ſint, quàm exactè vel minutiſſima penſitanda ſequentibus Reſponſis patebit. Placebit ne Superis, eos ad judicium illorum evocari, quæ nunquam audierunt? Apage tantam inſaniam. De ſumma re agitur in Examine, quod explanamus: ii ergo ab eo procul amovendi ſunt, qui ne nomen quidem ejus Examinis norunt, Audi quid cenſeat (1) Prodromus. ὅσοις δὲ τὴν ἐξέτασιν τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι, ἤποτε ὁ ἀρχιερεὺς τοῖς συλλειτουργοῖς ἔδωκεν ἐξουσίαν, καὶ ἀπείροις Κανόνων, ἢ παντελῶς ἀσόφοις αὐτὴν ἐδωρήσατο, καίπερ παρὼν, οὐκ ἀνέγχει ἁμαρτίας. *Examinis verò circa Ordinandos ſi quandò Antiſtes conſacerdotibus dedit poteſtatem, & imperitis Canonum, aut omninò inſipientibus eam fecit, quamvis præſens examini, non eſt ſine crimine*. Cujus rationem acutè profert Matthæus (2) Blaſtaris Prodromi verba referens: ὅτι ἐξέτασις κρίσις. ἡ δὲ κρίσις ἐπικίνδυνος τῷ κριτῇ, καὶ τῷ κρινομένῳ, φθείροντος αὐτὴν τοῦ δικάζοντος ἀπαιδεύτου. *Nam examen judicium eſt; judicium verò periculoſum tùm judici, tùm ei, qui judicatur, corrumpente illud judice imperito*. Caveat proinde Epiſcopus, ne rudes homines & imperitos judicio de vita, & moribus ſubjectorum inſtituendo ſocios admoveat, memineritque fore, ut ſibi ante Judicis æterni Tribunal, maximo vertatur crimini, ſi judicandi Sacra illis fecerit poteſtatem, qui vix ſibi ipſis propter barbaram prorſus ignorantiam poſſunt conſulere, homines pervicaciſſimi, ſuperſtitionibus obnoxii, atque omnia non ex ratione, ſed ex libidine, aut conceptis depravati paſſim animi affectionibus judicantes.

(1) *De Interpret. Can. ad Cane. Nicæn. I.*

(2) *In Epit. Syntagm. ad Canon. 9. Nicæn. I.*

X. At dices; Quid ſi rudes non ſint, & palam Orthodoxi habeantur? Reſpondeo admitti poſſe, ſi lubitum Epiſcopo ſit; nec tamen neceſſariò admittendos. Ex dictis enim ſolus Epiſcopus in Eccleſia noſtra poteſtatem in ſubditos habet, quam non partitur cum aliis. Quare ea uti ſolus jure ſcilicet poterit. Erit attamen etſi non neceſſitatis, æquitatis certè, atque modeſtiæ, ſi ſapientes, peritoſque rerum Eccleſiæ noſtræ Sacerdotes ad tantum opus, ac neceſſariam Inquiſitionem admittat; non equidem, ut poteſtatis conſortes, ſuffragatoreſque Judicii, ſed ut conſiliarios, ſuaſoreſque decretorum ſuorum, atque ſententiarum. Quapropter, etſi nunquam cogetur, ac nuſquam eorumdem ſententiam ſequi, quippe nulla conſilium dantis ſententia obligat, ut ex Juris (1) effatò certum eſt; tamen decebit eandem ſequi, alieniſque judiciis obſequium Chriſtianum deferre; præſertim cùm (2) *in concilio Deorum Deus ſedeat*, ibique ſe Chriſtus (3) præſentem ſpondeat, ubi duo, treſve ejus nomine, atque auſpiciis fuerint congregati. Qua ratione fit, ut vel ipſi Latini Præſules, ut ut queant, à decreto tamen plurium in eos, qui candidati ſunt Ordinum, inquirentium non recedant. Quod etiam obtinet in moribus Eccleſiæ noſtræ, teſte (4) Balſamone, cujus illa ſunt in Latinos. αὐτοὶ γοῦν οὐδὲ ψῆφον ἀπαιτοῦσιν. ἡμεῖς δὲ καίπερ οὐκ εἰώθαμεν ψῆφον ἱερέων, εἰ μὴ ἐν ταῖς συνόδοις δέχεσθαι, τὴν συμβουλὴν ὅμως λαμβάνομεν ἐν τοῖς ἀργαλεωτέροις τοῖς πρὸς τὰ ἱερά. *Latini quidem neque ſuffragium ſacerdotum, neque conſilium petunt. Nos verò etſi ſuffragium ſacerdotum, non niſi in ſynodis, recipimus, conſilium tamen accipimus in difficilioribus, quæ ad ſacra ſpectant*. Quibus in verbis tùm ſceleratam Balſamonis mendacitatem videre eſt, tùm ipſam Eccleſiæ noſtræ conſuetudinem. Et mendacitas quidem Balſamonis evincitur toto, & integro Titulo Decretalium: *de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli*. Ubi palam eſt, quantò arctiùs Noſtris, non conſilio ſolùm, ſed etiam conſenſui ſacerdotum addicitur Epiſcopi deliberantis authoritas. Ipſe etiam ſummus Pontifex Eccleſiæ Princeps ſupremus, quamquam nulli Purpuratorum Patrum ſententiæ ſubjectus ſit, in gravioribus tamen ab iiſdem conſilium petit, eorundemque conſilium ſequitur, tantâ ubique modeſtia, ut in quolibet planè Diplomate ad publicam utilitatem emiſſo, quæcumque ſapientiſſimè decernuntur, *de Fratrum conſilio* ſuorum conſtituta fateatur. Unde protinùs retunditur mendaciſſimus Balſamon tot manifeſta mendacia, apertoſque dolos una in Epiſtolâ laborioſè commentus. Ex ejus tamen poſterioribus Verbis Mos noſter elucet, quo utrunque omninò, penituſque probatur, & uſitatum Antiſtitibus Græcis, ſacerdotum, cùm de rebus agitur ſacris, audire conſilium, illudque ſequi, ſi juſtum, ſi à ſapientibus latum: & inuſitatum iiſdem petere ſuffragium à ſacerdotibus. Ut omninò conſtet, quod in poſtrema Reſponſi hujuſce parte tradidimus, & examinandos, probandoſque eos, qui ad Ordines deſtinantur, & ab Epiſcopo examinandos, ejuſque authoritate probandos, nulla habita Sacerdotum gregariorum ratione, quos moneo ſubſint Epiſcopo ſuo, atque ex præcepto (5) Exodi: θεὸν μὴ κακολογεῖν *non detrahant Deo*, cujus poteſtate Epiſcopus fungitur à Deo dumtaxat, ejuſque in Terris Vicario, non à ſubjectis hominibus, judicandus.

(1) *§. Tua Inſt. de Mandat.*
(2) *Pſal. 81. n. 1.*
(3) *Mat. ca. 18. nu. 20.*
(4) *Epiſt. reſp. ad Epiſc. Cypri.*
(5) *Cap. 22. n. 28.*

Finis Reſponſi I.

DE VITIIS QUÆ IN EXAMINE ORDINATIONIBUS

Præmittendo Dispicienda sunt.

Responsum II.

Ad eundem Illustrissimum, ac Reverendissimum

MELETIUM TIPALDUM ARCHIEPISCOPUM, ET METROPOLITEN PHILADELPHIÆ.

SECTIO I.

DE IRREGULARITATE.

SUMMARIUM.

I. *Propositum Responsi.*
II. *Græcorum injusti objurgatores castigantur.*
III. *Tria in eo, cui conferendi sunt Ordines, dispicienda.*
IV. *Nomen Irregularitatis Græcis, & Latinis usitatum.*
V. *Irregularitas non solùm usu, sed etiam Ordinum susceptione interdicit.*
VI. *Irregularitatis plurimæ species.*
VII. *Eæ rediguntur ad tres.*

I. Frustra erunt, Sacratissime Antistes, hactenus quæcumque docuimus, ni post evictam necessitatem Examinis, ejusdemque habendi potestatẽ Antistitibus solis assertam, in id calamum convertamus, quod in ipso Examine religiosè dispiciendum, atque ad trutinam revocandum erit, ut ii, qui ad Ordines provehuntur, cognoscantur penitùs, probenturque: quò nimirum pateat, an idonei sint ei Muneri recipiendo, ad quod scilicet destinantur. Ea propter, ut ex usu sit labor, cui subcisivas horas, ereptumque infinitis penè, queis undique stipamur, negotiis tempus non inviti concedimus; illud statim post præmittendorum Ordinationibus latam superiùs notitiam, enucleandum est, quod ad ipsam pertinet praxim Examinis; atque ea curiosiùs indaganda, de quibus circa initiandum Sacris quæstio erit instituenda. Ea porrò, si cùm Latinis agendum esset, facillimè quis, & sine labore partis, expositisque per alios mercibus utens, & comperta, ac plurimorum disputationibus illustrata in medium proferens exequi posset. Verùm cum Græcis, & quidem Photianis scribamus, penes quos, ex longâ Rerum sacrarum incuriâ, & ex prolixâ captivitate, permista omnia, implicata, ac propè dixerim, quà superstitiosis observationibus corrupta, quà manifestâ negligentia ignota, non sine ingenti labore ejus satagendum erit, ut neque acuta, neque nova, neque argutis disputationibus celebranda, sed certa, patentia, receptaque palam ab omnibus, & ex ipso Ordine clara proponamus. Sic enim fiet, ut & Græci, quod nostri Operis caput est, sciant, à Latinis tradita, non propria Latinorum esse, sed utrique Genti communia; & Latini cognoscant, quanta sit Græcia, quam licèt à Photianis undique laceratam, datamque pessum, Veritas nunquam usquequaque deseruit.

II. Neque enim jure agi cum Nostris censeo, cùm quæ à Photianis fiunt, docenturque, Græciæ tribuuntur: tantâ palam seu odii significatione, seu obtrectandi licentia, ut jam non tutaturi Religionem, Veritatemque asserturi aliqui scribant, sed experturi quid concedatur in illos, quorum Cineres totâ Græciâ tegi putant; quique si viverent, jampridem ulti Cynicos hos docuissent, quam fatuum sit petere remorsuros. Sed de his nos alibi (1) in loco fusè, atque utiliter disputavimus, ostendimusque, distinguendos, secernendosque à Græcis Photianos, queis quidquid malorum in Græcia est, imputabunt, qui Græciam norunt: si aliter faxint, eadem planè notâ conspicuos risui cordatorum hominum exponendos, cui subjecimus bardam Glossę (2) ex imperitia blaterantis inscitiam, quę eam Gentem, cui, ut proxima Religionis nostræ cunabulis Tempora prætercam, in Athanasio, Basilio, Chry-

(1) *Responso: an Græci sit Schismatici. per totum.*
(2) *C. ad certitudinem. Extravag. commun. de Sent. excom.*

Chrysostomo, in Cyrillo, Flaviano, in Tarasio, in Vecco tanta debet Ecclesia, ausa est asserere, *quasi semper fuisse schismaticam*. In præsentia supererit, idipsum re ostendisse: Quod eveniet profectò, cùm de iis, quæ Ordines, Ordinumque usum impediunt, agentes docebimus, eadem Græcis, quæ Latinis recepta sunt, moribus recipi; idemque in omnibus esse Ecclesiæ utriusque Suffragium.

III. Quod ut è vestigio aggrediar, illud statim certissimum autumo, tria in eo, cui Ordines conferendi sunt, affatim esse dispicienda: Vitam nimirùm, Mores, & aptam tanto Muneri Conditionem. Cùm enim ex his tribus nota homini queat inuri, sive illa vitio vertatur, sive dedecori; profectò, qui eâ laborat, abstinendus est Ordinibus illis, in quibus oportet hominem esse, ut verbis Apostoli utar, (1) ἀνεπίληπτον *irreprehensibilem*, & : ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, (2) *operarium inconfusibilem*. Porrò hæc tria uno seu nomine, seu vocabulo tùm Theologi, tùm Sacrorum Interpretes Canonum complexi sunt, appellaruntque *Irregularitatem*, quasi notam Regulis appositam Sacris, quâ quis à Ministerio Sacrorum arcetur; definiturque passim, ut sit, impedimentum Jure Canonico inductum, ex quo, susceptione, usuve Ordinum cuipiam interdicitur, ut accuratè notavit in Enchirido (3) Navarrus, explicantque (4) Theologi cum Dominico (5) Soto, Gregorio (6) Valentino, Cardinali (7) Toleto, Francisco (8) Suario, (9) Sayro, (10) Henriquesio, (11) Filliuccio, quibus adde (12) Summistas & (13) Canonistas, (14) eosque, qui Tractationes hac de re integras edidere Majolum, Borgasium, Villadiego, Ugolinum, & Plotium.

(1) 1. *Ad Timoth. c. 3. n. 2.*
(2) 2. *Ad Timot. c. 2. n. 15.*
(3) *c. 27. à n. 191.*
(4) *In 4. Sent. dist. 26. & 27.*
(5) *De Just. & Jur. lib. 5. q. 1. art. 9.*
(6) *In 4. p. q. 19.*
(7) *i Sum. l. 1. à c. 57.*
(8) *a Disput. 4. ad finem.*
(9) *Lib. 6. & 7.*
(10) *Lib. 14.*
(11) *De Sacram. Tract. 19.*
(12) *In Verb. Irregularitas.*
(13) *Tit. de homicid.*
(14) *De Irregularitate.*

IV. Neque nominis novitas, aut barbaries Vocabuli terreat Nostros, quibus adeò placet Vetustas, ut loco hæresis habeatur, si quid novum referant Mores, aut Canones audiant. Quasi non certum sit, atque (1) Sapientis effato sanctum, nihil esse novum sub Sole, quæque sunt, videnturque nova, eadem prorsus esse, quæ olim fuere, suntque antiquissima. Certè, quod attinet ad rem nostram, quod quibuspiam ex Nostris pingui Minervâ viris, & ex imperitiâ bonarum Artium nova omnia reputantibus novum videbitur, antiquissimum Græciæ est, cujus celeberrimus Canonista (2) Balsamon, impedimentum, quod ante descripsimus, atque Latinorum Authoritate firmavimus, ἀκανονίαν appellat, & ἀκανονισίαν. Ex quo vocem eandem ad ejusdem rei naturam enunciandam accepere (3) Planudes, atque (4) Margunius, Canonistæ post Balsamonem ille sapientissimus, hic eruditus, & impius. Quin imò eâdem usus est voce Sanctus vester (5) Palamas tùm in iis, quæ scripsit contra Barlaamum, tùm in iis, quæ barbarè commentus est contra Latinos. Ipse etiam (6) Barlaam, & (7) Acindynus non minus Palama pervicaces ad Irregularitatis significationem ἀκανονίαν recipiunt, quibus adde similia, idemque referentia in variis (8) Tomis (sic decreta Pontificum nostrorum à recentioribus Græcis appellantur) Græcorum Patriarcharum, qui passim penes (9) Allatium leguntur.

(1) *Eccli. c. 11. n. 10.*
(2) *Ep. 2. ad Marc. Antioch.*
(3) *Tit. περὶ χειροτονίας.*
(4) *Nomocan. nota 4.*
(5) *Ep. ad Isidor. Patr. CP. & Orat. 8. cōtra Latinos.*
(6) *Orat. 4. contra Omphalopsychos.*
(7) *Orat. Infamat. contr. Palamis.*
(9) *Tom. Joan. P. CP. ī Palamā post med. & to. qui incipit. ἀκέραστε φωλεὶ τῆς γῆς circ. med.*

V. Porrò Irregularitatis effectus χωλὸς ἔστιν, ut Nostri loquuntur, hoc est ad utrumque refertur, & ad eum nimirùm, qui confert, & ad eum, cui Ordines conferuntur: & hunc quidem, vetat, aut, quos non habet, Ordines affectare, aut iis uti, quos habet, aut ulteriorum ornamenta percupere; illum verò ita coercet, ut ex nota Canonum sacris Mysteriis ineptum aut non audeat ad sacrum Ministerium provehere, aut ulteriùs progredi minimè patiatur. Neque enim, ut insipienter arbitratur Coressius, (1) ἀκανονία, sive *Irregularitas* solum usum Ordinum impedit; sed quæ eorum, qui jam Altaris Ministerio admoti sunt, ita sacram coercet infamiam, ut non finat eum in modum notatos coram Numine ministrare, ea tantæ, vel majori Dignitati minimè idoneos ab Ordinibus repellendos, abstinendosque demonstrat. Quod si pluribus ostendam, supervacaneum erit, cùm penes relatos Authores proximè, ἀκανονία præsertim ad id adsumatur, ut hanc præcipuè vim & repellendi penitùs ab Ordinibus, & ab Ulterioribus repellendi, significet. Quò fit, ut notitia ejus, quam explicamus, Irregularitatis, ei, qui confert Ordines, necessaria sit: inde enim totius Examinis, quo de agimus, tota Tractatio pendet. Neque Inquisitio, quam inculcamus, habenda per Antistitem circa aliud est, quàm circa ea, ex quibus queat liquidò deprehendere, an ei, qui ad Ordines destinatur, aliquid insit ex iis, quorum causâ Canones arcendum aliquem ab Ordinibus decrevere.

(9) *Dissert. 2. de libr. Eccl. Græcor. et de Cōfession. utriusq; Eccl. li. 2. c. 16. no. 3. pag. 802.*
(1) *Lib. 1. de Pænit. circ. med.*

VI. Et plurima sanè sunt, ex quibus Ecclesiasticæ Leges edicunt, non recipiendos aliquos ad Sacram Familiam, quæ statim proponenda sunt diligentissimè, atque Juris utriusque authoritate firmanda. Mihi enim olim consideranti, ac penè dixerim superstitiosè rimato tùm Latinorum, tùm Græcorum Ecclesiasticos Mores ita omnia invicem congruere visa sunt, ut licèt diversa penes Latinos rerum vocabula, planèque Græcis ignota Theologia recens invenerit, tamen, si standum sit rebus, eadem utriusque Ecclesiæ sententia, idemque prorsùs videatur esse de Irregularitate Suffragium. Ejus, ut ajunt, species, seu meliùs, genera curiosè Latini distinguunt; tanto ubique, tamque diverso, Ordine, ut si ea Græcis exponere velim, immensi Operis, & inutilis omninò laboris mihi alea subeunda sit, quippe qui adhibitus ad pompam Eruditionis Canonicæ, perparum inscitiæ quorundam ex Nostris prodesset, cui scilicet consulimus, dùm hæc scribimus, rati ex plurimis causis, unde Græcos inter, atque Latinos diuturnum dissidium vitam habet, illam præcipuam esse, quæ ab ineptis Sacerdotibus profluit. Etenim, cùm ab his tota Populi disciplina pendeat, cùm ad horum sententiam, tametsi, pace dixerim Græciæ meæ, non admodùm Sapientium, credulitatem suam Populus universus accommodet; si ii fuerint, quos Regulæ Patrum exposcunt; profectò ea sentient, quæ Græciam decent, illaque ipsis Populum docentibus, quæ vera sunt, veraque norunt, pudebit pervicaciæ suæ dementissimos Photianos: eaque Pax nostram Gentem tot annorum dissidio profligatam Veritati cicurem reddet, quam utinam vel meo interitu Superi tandem Græciæ clementes impertiant.

VII. Igi-

Digitized by Google

VII. Igitur Irregularitatem, quam plurimas in partes Interpretes Canonum secant, trifariam divido, & primam dico, impedimentum esse *sine culpa*, aut crimine illatum sive fortuitò, sive ex naturâ, sive etiam ex Opere legibus utcumque permisso. Secundam existimo, impedimentum ex solâ culpâ proveniens, sive ea revera culpa sit, sive nota quędam Sacræ Ordinum innocentiæ minimè consentanea. Tertiam verò constituo, impedimentum esse solo crimine, aut ex consequente crimen inductum. Hæc crimina omnia complectitur, atque ex criminibus scaturientem infamiam, de qua sequenti dissertatione philosophabimur. Secunda verò in homicidio sita est, de quo Quarto hujus Operis nostri Responso laboriosè disputabimus. At prima ad plura porrigitur, quæ statim aggrediemur, ostensuri, eorum quolibet ita ab Ordinibus arceri eidem obnoxium, ut quemadmodùm à Latinis Jure communi Canonico ineptus Sacro Ministerio censetur quicumque aliquâ ex notis illis conspicuus est, ita & à Græcis censendus sit; idipsum quòd Latini autumant, Jure nostro diligentissimè confirmante. Porrò prima hæc Irregularitas primò, atque præcipuè respicit Digamiam, mox itidem ad tres notas protenditur, quas *Defectus* appellant, qui nimirùm modò ad conditionem, modò ad corpus, modò ad animum ipsum hominis pertinent, de quibus hoc nostro Responso Ordine agemus, obtestati Lectorem, sive is Græcus fuerit, sive Latinus, quæcumque dicemus, ut non ex amore, aut odio, quorum causas procul habemus, dicta putet. Nam quæ scribimus, aut unquam scribemus, Veritati dicavimus, cujus vadimonio tutam speramus Gentem nostram, quam hinc Latinorum aliqui damnant inauditam, inde ex Græcis non Græci quidam, Photiani nimirùm, auditam vituperant; quæque in medium prolatâ sententia sua hos quidem disiiciet, illorum verò benevolentiam ad modum felicitati suæ collaturam sibi conciliabit.

SECTIO II.

De Digamia.

SUMMARIUM.

I. *Quid, & quotuplex sit Digamia, ejusdemque finitio.*
II. *Refellitur Margunius.*
III. *Digamia Interpretativa quæ sit, & error Margunii.*
IV. *Refutatur error Margunii:*
V. *Legem esse rejicientem Digamos ab Ordinibus.*
VI. *Confirmatur idipsum Jure Græco.*
VII. *Etiam Digami interpretativè rejiciendi sunt.*
VIII. *Rationes, quibus ostenditur Digamos rejiciendos.*
IX. *Ratio etiam deducta ex authoritate.*
X. *Argumenta Margunii.*
XI. *Ejus imperitia, & inconstantia perstringitur.*
XII. *Respondetur Argumentis.*
XIII. *Trullana Synodi audacia notatur, & inde pro hac sententia argumentum.*

I. Ergo à prima primæ hujusce Irregularitatis specie, ut Dissertationis nostræ capiamus initium, Digamiæ tot sunt finitiones, quot capita Doctorum de Irregularitate sive ex professo, sive obiter disputantium. Unam, atque alteram refert (1) Hostiensis. Nos Digamiam dicimus, notam quandam ex defectu Sacramenti proficiscentem, quod ante nos dixit tùm laudatus Hostiensis, tùm Vincentius (2) Filliucius, subscribuntque Doctores cæteri, reprobata finitione, quam tradit Joannes (3) à Turrecremata Cardinalis. Adstipulatur explanationi nostræ (4) Augustinus à Jure receptus tantâ constantia, ut quicunque in re aliter Digamiam descripserit, is à toto Jure Canonico reprobandus esse censeatur. Jam hæc Digamia multiplex est, multisque ita numerosa, ut in plurimas, ut ajunt, species abeat. Nobis duplex est, propria alia, alia per interpretationem Juris ad Naturam Digamiæ deducta, appellaturque, communi Sapientum vocabulo, *interpretativa*. Prima, quæ vera, quæ propria est, tunc habetur, cùm in gemino matrimonio valido jugum quis maritale subiit iteratò; sive utrumque illud post Baptismum subierit, sive ante Baptismum alteri se se subjecerit, alteri post Baptismum, sive etiam bis Matrimonium inierit ante Baptismum. Semper enim eum in modum qui geminas, ac legitimas uxores habuit, Digamus esse censetur. Atque hæc constant tùm penes Latinos ex Jure (5) Canonico, ubi (6) Turrecremata, aliique, tùm etiam penes Nostros, quorum primus Theodorus (7) Prodromus, ἡ δὲ Διγαμία, inquit, γίνεται ὅπως ἄν τις γνήσιον γάμον τελέσῃ τὸ δεύτερον, εἴτε ἐν ἀπιστίᾳ, εἴτε ἐν πίστει. *Digamia verò fit, quoquo quis modo legitimum matrimonium secundò celebraverit, sive infidelis sit, sive fidelis*. Idem censet Matthæus (8) Blastaris palam asserens, eum, qui bis coronatus est, Digamum esse: τὸν στεφανωθέντα δὶς δίγαμον λέγει ἡ ἐκκλησία, οἷα δὶς γαμήσαντα. Coronatus autem idem est Nostris, qui Latinis uxore legitima ducta maritus, ut patet ex (9) Euchologiis, & notis (10) Goarii, translativumque est Græcis ex (11) Leone, & (12) Palladio, ante quos (13) Nazianzenus, & (14) Chrysostomus, & Clemens (15) Alexandrinus, quibus adde Theophanem (16) sæpè, sed præsertim in Mauritio narrantem, à Mauritio Augusto Theodosium filium Germani Patricii filiæ matrimonio copulatum, Cyriaco Patriarcha CP. eos coronante. Ὁ δὲ βασιλεὺς Μαυρίκιος Θεοδόσιον τὸν αὐτοῦ υἱὸν συνέζευξε πρὸς γάμον τῇ θυγατρὶ τοῦ Γερμανοῦ τοῦ Πατρικίου, στεφανώσαντος αὐτοὺς Κυριακοῦ τοῦ Πατριάρχου ΚΠ. Quæ verba ab erudito quodam Græcorum hoste ad inaugurationem Cesareæ dignitatis translata sunt, tantâ passim rerum Nostrarum ignorantiâ, ut mirum sit, siquis in adeò patentibus decepto ullam putet præstandam fidem, cùm Nostra in arcanis vituperat. Eadem nobis recentiores Græcorum tradunt. Nam (17) Planudes: Δίγαμός ἐστιν, ait. ὁ θανούσης μιᾶς, τὴν ἑτέραν ἐπισάγει γυναῖκα κατὰ τὰ νόμιμα. *Digamus est, qui, una fato sublata, alteram ducit uxorem juxta legem*

(1) *In Sum. tit. de Bigam. n. 1. versi. quid sit. Bigamia.*
(2) *Tract. 19. c. 4.*
(3) *In c. 1. 26. distinct.*
(4) *In Ep. ad Titu. relatus c. acutius ead. dist.*
(5) *In d. c. acutius. c. deinde. & c. una tantum 26. dist.*
(6) *In d. c. acutius per tot.*
(7) *De Interpret. Canon. ad Synod. Laodic.*
(8) *In Synop. Syntagmat. ad Synod. Laodic.*
(9) *In Offic. Coronat. Nuptiarum.*
(10) *Ad dictum Officium not. 1.*
(11) *In Leone Armeno.*
(12) *In hist. Lausiac. c. 1.*
(13) *Epi. 171.*
(14) *hom. 9. in c. 3. ad Timo.*
(15) *Pædagog. li. 1.*
(16) *In Constant. Coprony. & Heraclio.*
(17) *Tit. περὶ διγάμων.*
(18) *In Synopsi Cano. tit. de Sacris Benedictionibus.*
(19) *Not. 12. ad Synop. Nili.*

legem. Idemque censet post Planudem Nilus (18) Rhodius, & ex Nilo (19) Coressius, & Synchronos Coressio (20) Campanas.

(20) *De Canonum vi. Schol.* 9.

II. At Margunius (1) Digamum quidem ex communi sententia putat eum, qui bis matrimonii contractum iniit, postquam lustralibus Baptismi expiatus est aquis, non tamen eum, qui aut bis duxit uxorem, antequàm Christo nomen daret, vel alteram ante Baptismum, post eundem alteram. Imò rem, quam neque novit; neque vir imperitus intellexit satis, censurâ excipit more suo scribens: τοῦτο δὲ ἀκήκοον ποτὲ, τὸ ἐλέγχεσθαι τινὰ διὰ τὰς πράξεις πρὸ τοῦ βαπτίσματος· καὶ ἀληθῶς νέον εὕρημα ποιητέον τῶν Λατίνων, ἵνα καταφρονῶσιν ἡμᾶς. *Hoc inauditum est penitùs, ut quis reprehendatur propter acta ante Baptismum: & revera recens est Latinorum inventum, ut nos vituperent*. Hæc Margunius, cujus calumnias, & ineptias superiùs castigavimus, & castigabimus toto hoc Opere nostro, præsertimque hìc Græciæ deridendas exponimus; quandò Latini propter Digamiam neque Nos usquam vituperant, nec meritò quiverint vituperare, est enim ex dictis apertum, Scriptores Græcos, plerosque sanè universim locutos de Digamia, neque unquam à Digamia eum excepisse, cui aliqua nupserit ante Baptismum; alios autem, & quidem potiores, quique non peritissimi tantùm Juris nostri, sed præcipui ejus Auctores habentur, palam testatos, Digamia notari, bis qui uxorem accepit, sive ante, sive post Baptismum, ut constat ex relatis Prodromi verbis, itidemque ex verbis Blastarii, in quibus bis coronatus Digamus est. Coronari autem quis potest tùm ante, tùm post Baptismum. Neque enim ea coronandi sponsos cœremonia Christianis tantùm solemnis est; quod si Margunius dixerit, ignorantiam suam fatebitur. Nam Ethnici ipsi coronis utebantur in nuptiis, sponsique non nisi coronati Matrimonium inibant. Quare (2) Tertullianus scribit: *coronant & nuptiæ sponsos*: & (3) Apulejus describit, *sponsum unguentis madidum, & coronis floridum* Quin & (4) Claudianus omen vicinarum Nuptiarum ex corona florea cepisse Proserpinam commentus est.

(1) *Nota* 100. *Nomocan.*

Nunc sociat flores, se seque ignara coronat,
Augurium fatale tori:

(2) *Lib. de Corona Militis.*
(3) *Lib.* 4. *Metamorphos.*
(4) *De rapt. Proserp. lib.* 2. *paulò post med.*

Stat igitur, Digamum esse censendum ex Jure nostro eum, qui duas duxerit, sive eas duxerit ante, sive post Baptismum; ut suprà docuimus, appareteque vel in hoc Margunii procax inscitia, quam ulteriùs manifestat ea ratio, quâ ineptam opinionem suam bellus homo tuetur, inauditum affirmans, ut quis propter perpetrata ante Baptismum notetur; quibus consonant, quæ (5) sequuntur, ὅτι τὰ κακὰ ὅλα ἐν τῷ ἁγίῳ λουτρῷ καθαίρονται παντάπασι, καὶ ὁλοτελῶς, *Nam mala omnia in Lavacro Sancto omninò, & penitùs perpurgantur*. Etenim si de criminibus, pœnisque, ut ajunt, spiritalibus, quæ criminibus debentur, sermo sit; vera, notaque lippis, atque tonsoribus dicit; at extra rem: cùm hìc de Notis innoxiorum hominum agamus. Si verò, quæ graviter docet, vel ad mendas, atque defectus, aut vitia porrigit ipsa; stulta, falsaque vel imperitis exponit. Quis enim putet Virginum choris adscribendam meretricem aliquam Ethnicam, si sacro Fonte expietur? aut quis credat fore, ut, si claudum Baptismate conjeceres, rectà procedat? Id ipsum etiam, quod exempli gratia, producit, arbitratus Baptismo captivum libertati nativæ restitui, falsissimum est, cùm constet ex alibi (6) à nobis operosè probatis, & inferiùs obiter delibandis, servum Baptismo non liberari, Quapropter dicendum erit, Digamiam ibi omninò ponendam, ubi duplex affuerit verum, ac legitimum Matrimonium.

(5) *d. Nota* 100.

(6) *Respons. de Ser. An liberetur per Bapt.*

III. Alteri Digamiæ, quam *Interpretativam* appellant, obnoxius esse quis pluribus modis potest; nam primò Digamus est, qui castitatem promissam, devotamque Deo, inito sacrilegè Matrimonio, violat, ut Jus (1) Canonicum censet, ingeritque Nostris Ancyranum (2) Concilium. Secundò, qui alteram, ut ajunt, *de facto*, alteram *de Jure*, vel utramque *de facto*, uxorem duxit, hoc est ita duxit maritali animo, ut, tametsi nefas esset ducere, ratumque Matrimonium haud fuerit, putarit tamen, fas sibi fuisse eas ducere, atque ratum esse matrimonium ejusmodi: quare non uti concubinas habuit, sed uti reverà uxores, licèt uxores non essent. Quod sanè ex Canonum (3) scitis, addita Doctorum explanatione, manifestum est, docentque Theologi (4) pleno agmine, Nostrique præcipit Apostolorum (5) Authoritas hoc decreto. ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος, ἢ ἀδελφιδῆν, οὐ δύναται εἶναι κληρικός. *Si quis in conjugium duas sorores acceperit, vel viduam fratris, vel filiam fratris, Clericus esse non potest*: Etenim licet, qui viduam fratris uxorem duxit, quique filiam fratris, has verè uxores non habuerit, tamen quia ut uxores duxit, atque *de facto*, ut uxores detinuit; Juris interpretatione Digamus reputatur. Tertiò Digamus est, qui matrimonium init cum Viduâ, vel eâ, quæ Virgo non est, vel cum ejectâ, seu passâ repudium, vel cum meretrice. Hoc itidem constat tùm ex (6) Jure ipso, tùm ex (7) Innocentio I. tùm ex (8) Hieronymo, tùm denique ex (9) Theologorum, Interpretumque (10) Juris Canonici omnium tritâ sententiâ. Addere fas esset & alia, in quibus, an sit Digamia hæc, disputatur. Ea tamen uti minutiora, nec satis certa jure omittenda censuimus, quæ quidem curiosus Lector repetet accuratiùs enucleata inter Theologos à (11) Bellarmino, atque inter Canonistas (12) ab Hostiensi, & (13) Covarruvias. Jam hos omnes Digamos & esse, & censeri manifestum erit ex eadem, ob quam primi Digami reputantur, ratione. Etenim, quemadmodùm illi duplici illo connubio symbolum, ac significationem Matrimonii violant reverà, ita hi Juris sacri interpretatione ejusdem violatores habentur. Cùm enim Matrimonii significatio in eo sita sit, ut sacrum Christi cum Ecclesia, quæ una est, neque meretrix, neque rejecta, neque vidua, sed planè Virgo, conjugium significet, id quod palam est ex illis (14) Apostoli verbis: ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ, παρθένον ἁγνὴν, παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. *Despondi enim vos uni viro, Virginem castam exhibere Christo*: & illis (15) ejusdem τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν, Ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico, in Christo, & in Ecclesia*; Hæc significatio revera nulla est in eo, qui geminam

(1) *In c. quemadmodò* 27. *q.* 1.
(2) *Canone* 19.
(3) *In c. ult. c. nuper ubi DD. de Bigamis.*
(4) *In.* 4. *Sent. dist.* 27.
(5) *Can. Apost.* 19. *al.* 15.
(6) *n c. si quis viduam. ca.* 1. *&* 2. 50 *dist. c. curandū. c. si quis de Laicis* 34. *dist. c. in aliquo* 51. *dist. c. ut debitū de Bigam. cap.* 1. *de Cler. conjug. in* 6.
(7) *Ep. ad Victric. c.* 6. *&* 5.
(8) *Ep. ad Fabiolam in cap. vidua* 34. *dist.*
(9) *D. Th. in* 4. *Sēt. dist.* 27. *& ib. Paludan. & alii. qu.* 4. *Antonin.* 3. *pa. tit.* 28. *ca.* 3. *Alber. Trotius de ver. et perfect. Cler. libr.* 2. *c.* 11. *n.* 2. *Sylvest. verb. Bigam. q.* 1. *Joan. in Sum. lib.* 3. *tit.* 3. *c.* 9.
(10) *Card. & DD. in d. c. debitum, & in Clem. cū ex eo*

Digitized by Google

functis Ecclesia publicè, privatimque suppeditat, utilissimum esse, constat ex dictis. Etenim in eo quidquid opis suffragia cætera conferunt, est; prætereaque aliud aliquid, certius, efficacius. Scilicet ibi privatæ sunt preces, quæ iis imperantur, qui Mortuis prodesse desiderant, sunt eleemosynæ privatæ, sunt privata jejunia, sacrificia privata. Habes igitur, quidquid privatim auxilii confertur in Mortuos. Ibidem publicæ preces sunt; etenim Jubilæus non uni conceditur, ut tute ipse testaris, in Populum datur, publicitus peragendus edicitur, suscipiendusque. Congeruntur ergo ibi publicæ preces, eleemosynæ publicæ, publicè celebrata jejunia, sacrificia, exhomologeses, publicusque ex divina dape refectus: habes igitur totum id etiam, quod latura Mortuis Suppetias Ecclesia publicitus præstat. Interrogo, preces privatæ, publicæ supplicationes citra Jubilæum, & Indulgentiam promunt è Thesauro Ecclesiæ aliquid Mortuis profuturum? non necessaria, quà solutiones, luitionesque sunt pœnarum, Christo, Sanctisque merita Mortuis liberandis impendunt? Ne tu ipse quidem hoc dicis, nec dicet aliquis Photianus; palam est enim, nil præter preces offerri Deo, cùm Ecclesia communiter orat pro Mortuis, nil præter nostra ipsa, privataque merita offerri divinæ Clementiæ, cùm privatim Deum veniam poscimus Mortuorum. Fatere igitur Jubilæum, & Indulgentiam his publicis, privatisque suffragiis aliquod addere præsentius, certius, validius, efficacius, atq; adeò utiliorem esse publicis, privatisque suffragiis, quando ea omnia Mortuis præstat, quæ publicæ, privatæque preces, additque his aliquid efficacius, utiliusque. Quo fit, ut Jubilæus, quem argutè Severus inutilem probat, quia non necessarium, probetur à Nobis suffragiis cæteris mortuorum, mortuis necessarius magis, quòd cæteris suffragiis omnibus utilior sit Mortuis, pro quibus indicitur. Nam ærumnis gravissimis presso, detinendoque in vinculis, donec reddiderit quadrantem novissimum, illa solutio necessaria magis, quæ plenior, quæ certior, quæ placitura magis creditori, effecturaque, ut debitum libentiùs, ociùsque remittatur. Talem autem ex descriptâ Jubilæi naturâ Jubilæum pro Mortuis agnosces; igitur inficiari non poteris Defunctis hunc necessarium magis, quàm cætera suffragia, quæ prosunt quidem, & maximè prosunt vitâ defunctis hominibus, minùs tamen, quàm Jubilæus, qui omnibus omnium efficacissimè prodest Mortuis, atque præ cæteris certiùs.

XII. Hoc est, inquit (1) Severus, quod dictum non patimur, hoc est, quod detestamur assertum, dari Jubilæo certissimè veniam, cogique Deum ad veniam per Jubilæum. Nam hinc sequitur, misericordiam Dei à Romano pendere Pontifice: posse hunc valvas Inferorum repandere, quibus libuerit, claudere, quibus irascitur: plus posse, quàm Deum. Primò, ex his, quæ prolixè proponit Severus, ostendo Ignorantiam Severi, deinde Mendacitatem. Et quod attinet ad ignorantiam, ea constat ex eo, quòd putet, nefas esse divinam misericordiam aliquatenus pendere ab hominis potestate: id quod contra est. Etenim, si Christianè (2) sentimus, omnino asserendum nobis est, ex liberrimo decreto Dei, non solùm Misericordiam, sed etiam Omnipotentiam Dei libertati nostræ fuisse in multis concessam, ut eâ ex arbitrio utamur, ac liberè. Η' ζωὴ, (3) inquit Καὶ ὁ θάνατος ἔναντι ἀνθρώπων, καὶ ὃ ἂν εὐδοκήσῃ, δοθήσεται αὐτῷ: *mors, & vita, bonum, & malum ante hominem, quod placuerit illi, dabitur ei*, & alioqui, ut omittamus quæstionem de arbitrii libertate, quam & (4) Photiani nobiscum recipiunt, quâque Omnipotentia Dei porrigitur homini eâ usuro, uti libuerit sive ad vitam, sive ad mortem; non ne clarissima sunt Christi Servatoris verba (5) dicentis: ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ *Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in Cælo, & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in Cælo?* Si sacerdotibus ea potestas conceditur, quâ queant certissimè iratum Numen placare, id, quod non solùm Patres affirmant, sed & Photiani vestri (6) confirmant, non ne ex liberrimo Dei sic volentis decreto Dei Misericordia, Benignitas, Clementia horum potestati permittitur, ut reipsa pendeant ab illis, & ex arbitrio justæ Jurisdictionis peccatoribus impendantur? Poterit proinde Sacerdos Cœlum criminoso, quem criminum suorum pertæsum amat, aperire; poterit criminoso, cui non aptè resipiscenti justissimè irascitur, venia negata, Cœlum claudere: poteritque non quidem cum fastu, ac per jactantiam, sed cum veritate ad laudem clementissimi Numinis dicere: pendet à me, hoc est, à potestate mihi divinitus tradita, Dei misertur Benignitas, Dei remissuri peccatum Misericordia, Dei gratiam redditurі Clementia. Si Sacerdos id quilibet dicere, ac verè dicere potest, quî idipsum nequibit Episcopus dicere, quî id nequibit asserere Patriarcha, atque ipse Romanus Pontifex Patriarcharum Antistes? Si quis, inquit (7) Severus, hoc dixerit, se Deo potentiorem asseverabit. Opto, quod obtrudis, Severe, confirmes. Διότι, ait, ἄν τινας ἤθελεν ἀποτολμήσει ποτὲ, νὰ εἰπῇ τοιοῦτο, ἤθελεν δείξει τὸν ἑαυτόν του μᾶλλον ἐξουσιαστὴν, ἢ τὸν Θεὸν, ἐπειδὴ καὶ ἡ εὐσπλαγχνία τοῦ Θεοῦ κρέμεται εἰς τὴν ἐξουσίαν του, *Quia si quis id unquam ausit dicere, se ipsum potentiorem Deo jactabit, cùm ipsa Misericordia Dei pendeat ab ejus potestate*. Verba plena ignorantiæ obscura sunt, & amphibolum argumentum præseferunt. Nam, si ratio loquitur de potestate Dei, ab ipso Deo quæ pendeat, sic instituitur: Potentior erit Deo is, à quo pendet potestas Dei, quia etiam à Deo Dei pendet potestas. Si verò ratio potestatem respiciat pendentem ab eo, qui dicitur Deo potentior, sic reddi potest: qui dicit Dei potestatem à se pendere, potentiorê se dicit Deo, quia dicit à se pendere potestatê Dei. Porro contendo utrûque hoc, quomodocunque accipiatur, argumentum esse ridiculum. Secundum enim, ut manifestum est, petit principium, probatque, dicentem, à se Dei potestatem pendere, esse Deo potentiorem, quòd ab ipso dicatur pendere potestas Dei. Primum autem si quid probaret, probaret æquè potentem, ac Deum, eum, à quo pendet potestas Dei. non igitur id probas, docte Severe, quod doces, nempe potentiorem esse Deo eum, à quo

(1) d. diss. 4. pag. 48.

(2) Vide Bellarm. To. 4. Contr. de libero Arbitrio.

(3) Eccli. c. 15. n. 18.

(4) Vide Confess. de oper. hom. in Theolog. ca. 1. Marg. Sirigum, & alios.

(5) Mat. c. 18. n. 18.

(6) Vide Confess. li. de Pœnit. c. 4.

(7) d. pag. 48. à lin. 27.

Digitized by Google

quo pendet potestas Dei: quare si utile consilium vis, dialecticam isthanc tuam corrige, vel saltem à sapientum cœtu segregatam ad Photianos referto. Illis isthæc inepta proponito credituris quæ doces, quia non intelligent, quod ineptis: Nobis enim ratio isthæc tua adeò non probat, eum, à quo pendet potestas Dei, Deo potentiorem esse, ut ne probet quidem esse potentem æquè, ac Deus est. Imo probat eum, à quo pendet potestas Dei, ex se nihil posse, posse autem, quidquid potest, in eo, qui (8) illum confortat. Neque enim cùm dicimus, ab homine potestatem Dei pendere in iis, quæ Dei potestate homo administrat, eodem modo, quo pendet à Deo divina potestas, pendere & ab homine dicimus. Imo dicimus, pendere ab homine, ut à Ministro Dei, à Deo, ut à Domino, esse in Deo juxta Naturam, in homine per meram Gratiam: idem esse cum Deo quòd possit omnia; nobis collatum esse, concessum esse, ac quodammodo commodatum, quòd possumus aliqua, Deo sic liberrimè volente, Deo nobiscum in omnibus operante, quidquid est illud, quod possumus. Quis porro, Vir inepte, te docuit, valituram unquam hanc consecutionem: hoc æquè fieri potest à duobus: igitur æquè potest uterque? Si quid unquam in exlege isthac tua Secta Jurisprudentiæ potuisses addiscere, scisses, eandem esse potestatem in Delegato, & in Principe, non tamen tantundem posse Delegatum, quantum Princeps: eandem sententiam ferri posse ab utroque, cùm tamen, in eadem sententia, major sit Principis, quàm delegati potestas. Primò, quia hanc tantùm sententiam, hoc judicium, hæc, atque hæc tantùm Delegatus ex rescripto Principis delegantis potest, Princeps autem & hæc, & cætera. Deinde, quia hæc Delegatus potest ex potestate non sua, sed aliena; Delegatus enim, ex Juris (9) effato, proprium nihil habet, sed aliena utitur potestate; Princeps verò hæc ipsa, quæ Delegatus, potestate sua peragit, non alienâ. Ita pendet potestas eadem ab utroque, sed à Principe ut à Domino, & quemadmodum dicimus à *Proprietario*, à Delegato verò, ut à nondomino, sive, ut loquimur, à mero, puroque *Usuario*, ut à ministro, imo servo, ὃν κατέστησεν ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ. (10) *quem constituit Dominus super familiam suam*, ut in Familiam Domini potestate Domini fungatur, non suâ. Verissimum igitur est, verèque, ac sanè, & Orthodoxè dicitur, pendere eo, quo docuimus modo, potestas Dei ab homine Dei ministro: nec inde aut major hominum, quàm Dei, aut æqua Deo potestas hominum ministrorum Dei esse colligitur; colligitur tantum, potestatem, qua fungitur homo, potestatem Dei esse: Etenim. (11) οὐκ ἔστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ, *non est potestas, nisi à Deo*, & ministri Ecclesiæ Vicarii Dei sunt, quorum quàm divina potestas sit, disce ex Ipsius Numinis verbo (12) dicente; ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει, καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ. *qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit*, quare (13) Bernardus: *sive Deus*, inquit, *sive homo vicarius Dei mandatum quodcunque tradiderit, pari profectò obsequendum est cura, pari reverentia deferendum*. Mentitur ergo (14) Severus, cùm addit, neminem unquam è Sanctissimis viris, quos colit Ecclesia, dixisse, potestatem Dei, quod attinet ad dirigendam Ecclesiam, Ministris Dei fuisse collatam eo, quo diximus, modo, ut ab ipsis tamquam à Dei Vicariis pendeat, quæ ut à Domino pendet, imò est à solo, & in solo Deo. Ἀλλ' οὐδεὶς, ait, τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων ἀνδρῶν ἐκαυχήθη εἰς τοῦτον. *Sed nemo Sanctorum, ac Beatorum virorum de hoc gloriatus est*. Falsissima propositio tum in eo, quod subintelligit, tum in eo, quod affirmat. Nam subintelligit, gloriari Pontifices, à se divinam potestatem pendere. Non gloriantur de hoc Romani Pontifices, sed modestè, & ut ajunt, *humiliter*, divinum beneficium affirmant, ut potiùs divinam Munificientiam religiosè commendent, quæ sibi, minimis licèt, tantoque munere planè minoribus suam potestatem contulerit, quam adeò non jactant, ut timeant, ne ex tanta Dignitate periclitentur. Falsissima etiam propositio in eo, quod affirmat. Nam quis Sanctus vir, & Beatus non dixerit, quod Paulus (15) affirmat: *posuit*, inquit, ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν. *in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos*, Quis ex Patribus non agnoverit, quod Christus (16) edixit. καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς: *sicut misit me pater, & ego mitto vos*, & (17) mox. Λάβετε πνεῦμα ἅγιον, ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. *accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, quorum retinueritis, retenta sunt*. An ulla alia potestas prætet Divinam peccata dimittit? Si ergo & homo dimittit minister Dei, an per ullam aliam potestatem, quàm Dei, dimittit? Quod si homo ex potestate Dei dimittit peccata, nonne in homine potestas Dei est? Nonne potest homo verissimè dicere, potestas, qua fungor, qua utor, quam ex arbitrio collatæ Jurisdictionis interpono, Dei potestas est, quæ mihi tradita, ut à ministro, pendet à me, tanquam ab humillimo servulo in bonum Gregis commissi, creditæque familiæ exercenda?

XIII. Hæc ut ignorantiam Severi castigaremus, licèt ei refutando non admodum necessaria, dicta supersint, ut ex his Photiani cognoscant non fore damnanda, quæ à Latinis jactari narrat Severus, tametsi jactarentur: quid cùm ea neque jactent Latini, neque usquam jactaverint? Quid cùm, quæ dicit Severus, sint meræ calumniæ? Quid cùm in tanta ignorantia Severi sit tanta mendacitas? Nam ubi nam Latini dixere, Romanum Pontificem Mortuis posse jus dicere, posse per actum aliquem judicialem Mortuos à pœnis absolvere, pendere ab ejus potestate multatorum in lustrali carcere animorum fata? Præsto sunt Pontificum Maximorum Diplomata, & Bonifacii VIII. ipsius, qui primus hoc dixisse narratur. Ea perlegant Photiani, si, quod latinè sonat, intelligunt; si rudes bonarum Artium nil, nisi nativam barbariem, intelligere possunt, à doctissimis Græcis eorumdem Diplomatum interpretationem exposcant, acceptam curiosè percurrant, religiosè scrutentur; si qua pars, si qua

(8) *Ad Philipp. c. 4. n. 13.*

(9) *L. qui mandata ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.*

(10) *Mat. c. 24. n. 45*

(12) *Ad Rom. cap. 13. n. 1.*

(12) *Luc. c. 10. n. 16.*

(13) *Tract. de Præcept. & Dispens. initio.*

(14) *d. pa. 48. li. 29.*

(15) *2. ad Corinth. c. 5. n. 19. et 20.*

(16) *Jo. c. 20. n. 21.*

(17) *d. c. 20. Joan. n. 22. & 23.*

qua periodus, si qua Syllaba quidpiam præsefert ex iis, quæ mentitur Severus, eis me cicurem dedo, quidquid ipsis libebit, ut sentiam. Quòd si ne verbum quidem de his, in quæ Severus invehitur, ea Diplomata referunt. Quòd si hisce ipsis, in quæ debacchatur Severus, oppositum ea Diplomata, sanciunt, quæ tam effrons audacia, tam perdita, tam famosa, gratis, palamque mentiri? Ubicunque Romani Pontifices Mortuis Indulgentiam impertiunt, fatentur eam impertire per modum suffragii, hoc est profuturam *ex congruo*, non *ex condigno*, ex pretio, quod offertur, non ex actu offerentis, ex benignitate, atque misericordia habentis acceptum, si libuerit, quod solvitur, non ex potestate solventis, quod non possit non haberi acceptum, gratumque. Novit enim Ecclesia, vivos esse simul in manu Dei, & Ecclesiæ, Mortuos in manu (1) Dei solius. Novit sibi claves Cœli datas, ut Cœlum vivis, non itidem jam Defunctis aperiat: novit potestatem sibi datam ligandi, atque solvendi, super terram quæ sunt, non quæ subtus terram. Quare orat quidem pro Mortuis, quantumque potest, irato facit Numini satis. His tamen non contenta communem Thesaurum recludit, edictâque Indulgentiâ pro mortuis inde pretium suffecturum omni solutioni depromit, suffecturum, inquam, si illud acceptum Deus habeat, quem neque adigi ad acceptilationem hujusmodi posse asserit, asseritque efficaciùs hoc pretio placari posse, quàm aliis. Ita neque sibi plus potestatis adrogat, quàm par est, neque opum suarum vires ignorat; queis posse validiùs, quàm cæteris publicis, privatisque Severitatem Numinis exorari, provocari Clementiam, Misericordiam excitari non dubitat. Quæ omnia non privatim in angulo, aut penes Garamantas, & Indos, sed publicè, in Scholis, eo ipso in loco, ubi tam apertè mentiebatur Severus, docuere semper, docentque Latini, quorum si non legit numerosam librorum congeriem Severus, imprudens, cùm errat: si legit, nec intellexit sententiam, insipiens: Si cognovit, & tamen hæc scripsit, impudentissimè mentitur, & desipit; quippe illud per calumnias aggressus, quod nulli hactenus Photianorum displicuit, quodque pietati Christianæ maximè congruum, illis feliciter infelicibus animis utilissimum est, quos post obitum is tertius Status animorum excepit, quem & esse reipsa, & ritè Purgatorium appellari longa hac, atque prima Operis nostri Parenthesi comprobavimus, quâ peractâ, illuc, unde discessimus, è vestigio revertimur, Operisque institutum, ex proposito nostræ Dissertationis, exequimur.

(1) *Sapiẽ. c.3.n.1.*

SECTIO X.

De Examine.

SUMMARIUM.

I. *Tria consideranda in Examine: & hoc ad Episcopum pertinere.*

II. *Quæ mala ab Ordinatione profecta fuerint, Episcopo imputari.*

III. *Refelluntur Sacerdotes, qui sibi Jus hujus Examinis arrogant.*

IV. *Episcopus Jure divino tum potestate Ordinis, tum Jurisdictionis superior est Presbyteris.*

V. *Mos utrique Ecclesiæ Communis, ut Examen hoc ad solum Episcopum pertineat.*

VI. *Respondetur objectioni deductæ ex voce ἄξιος.*

VII. *Infertur ad summum vocari Presbyteros ut testes, vel approbatores, & collaudatores.*

VIII. *Respondetur objectioni deductæ ex voce ὅσοι πιστοί.*

IX. *An Episcopus teneatur assumere aliquos Presbyteros, ut socios Examinis?*

X. *Ostenditur aliquando teneri, & quando.*

I. EXantlavimus provinciam laboriosam, & ni fallor, sin minus eruditam, certè perutilem retundendę Photianorum audacię, quorum guttur (1) sepulcrum est patens ad evomenda in Orthodoxos convicia, quasi Apostolicas negligant Institutiones, Moresque ab initio Ecclesiæ traditos pessum dent, quos tamen ipsi Photiani vel in maximis, & maximè necessariis non negligunt dumtaxat, sed palam impugnant, amaturi deinceps silentium, si hæc legerint, &, quod minimè spero, perceperint. Reliquum est, ut ad potiorem Operis nostri partem, quam propter & quæ dicta sunt, scripsimus, accedamus. Igitur quemadmodum Ordinationibus Sacris Preces, atque Jejunia præmittere decet, ita & Examen, solemnemque Inquisitionem in mores, rationemque vivendi, atque ipsam conditionem ejus, qui Candidatus est Ordinum. Id protinus probandum est, explicandumque, quod ut ordinatè præstemus, tria potissimè enucleanda sunt, ad penitissimam Examinis hujusce notitiam. Primum, à quo sit habendum. Secundum, quid in eo quærendum sit. Tertium, quo testimonio ea, quæ ad Examen revocantur, sint ritè probanda. Et primum quidem reliqua hujusce Responsi parte dabimus, de reliquis in sequentibus fusè tractabitur. Age igitur, à quo Examen instituendum sit, inquiramus. Et facilis illico responsio est: ab eo nimirum, cujus authoritate Ordinatio peragenda est, scilicet ab Ordinario, ut ajunt, ipso, non autem ab aliis, nisi ex ejusdem mandato: Quod sanè pudet me Græcis probare, cùm non solùm id protinus colligere fas sit ex Legibus Cæsarum, quas ipsi sequuntur, argumento deducto, ex Glossa (2) Civili, quę de similibus latè, verùm etiam ex omnibus Photianis, (3) ex Planude, (4) Philotheo Patriarcha, & ipso (5) Margunio, cujus effatum commune est cæteris. Hic scribens in Andream Archiepiscopum Colossensem: *Penes nos*, inquit, *non ut penes, quos turpiter defendis, Latinos, Episcopi sunt verè Episcopi*, nec *Diaconis probandi relinquuntur ii, qui ad Ordines provehuntur: ipsi soli Episcopi per se an digni sint, vident*. Ἡμεῖς βέβαια τοὺς ἐπισκόπους ἔχομεν ἐπισκόπους, οὐδὲ θορυβοῦμεν μετ' ἀταξίας τὰ ὀφφίκια, ἀλλ' οἱ διάκονοι τῷ διακόνοι, οὐδὲ τῶν προσαγομένων εἰς χειροτονίαν τὴν ἐξέτασιν ἀφίεμεν τοῖς διακόνοις, αὐτοὶ οἱ ἀρχιερεῖς θεωροῦσι τὴν ἐκείνων ἀξίαν. Carpit Margunius Latinos, quòd Examen provehendorum ad Ordines Archidiacono habendum relinquant,

(1) *Psalm. 5.v.11.*

(2) *In Extravag. ad reprimendam quom. in Les. majest.crim.*

(3) *d. tit. περὶ χειροτονίας.*

(4) *Synodico.3. apud Canonar. in form. Synod.n.13.*

(5) *Nota. 84.ad Canon. Apostol.*

Digitized by Google

quant, ut in (6) Decretalibus palam statuitur. Quod tamen an Jure carpat, Latini Canonistæ Sapientiores Margunio viderint, quibus notissimum est, quod ille penitùs ignoravit, Archidiaconum in Latinis Ecclesiis Vicarii (7) officio fungi; atque adeò ex demandatâ Officio suo potestate, & invisere (8) Provinciam, & Rectores (9) Rurales eligere, atque amovere, denique, ut multa alia (10) præteream, & (11) examinare, & offerre ad Ordines, & in sede Antistites cœnobitica collocare. Ex quibus evincitur non perturbari officia, sed demandari Jurisdictionem, quod in Ecclesia, ut in cæteris (12) rebus publicis nec novum est, nec mirum, nisi Photiano fortassis, in quo admiratio perennis est, quia æterna ignorantia, quæ mater est admirationis. Nam quid crassius, quid plenius ignorantiâ, quàm si novum putes, & mirum, & in Latinis carpas, quod in Byzantina Ecclesia usuvenit? In hac sæpissimè, imò ex munere Magnus Chartophylax, qui facienti Patriarchæ adstat, ut Archidiaconus, mandata Pontificis fungitur Jurisdictione in plerisque, & speciatim ex potestate mandata, an Candidati Ordinum apti sint, dispicit, probatosque Pontifici ad Chirotoniam offert. (13) Euchologium nostrum: Ὁ μέγας χαρτοφύλαξ ὅταν λειτουργῇ ἀρχιερεὺς, ἵσταται πλησίον τῶν ἁγίων μυστηρίων· λέγει ὁ αὐτὸς ἀρχιδιάκονος. προσέλθετε τῷ βασιλεῖ, καὶ θεῷ. ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις, τὰς εἰσερχομένας ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, ἐκ προσώπου τοῦ ἀρχιερέως, διδόναι παρ' αὐτοῦ τὰς ἀποφάσεις πάσας· ἔχων δὲ καὶ τὰς ἱερολογίας τῶν μνηστειῶν, ἱερολογῶν αὐτὰς, καὶ ἀποστέλλων τῷ ἱερεῖ τοῦ ναοῦ τοῦ δεῖνος εὐλογεῖν αὐτάς· ἔστι δὲ καὶ ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν ἀρχιερέων, προσφέρων τὸν χειροτονούμενον ἀρχιερέα. ἔχων δ' αὐτὸς χαρτουλάριον ἀναγράφει τὰς τῶν ἐπισκόπων ἀποφάσεις, καὶ αὐτὰς τῷ ἀρχιερεῖ ἀναφέρει. *Magnus Chartophylax, cùm celebrat Pontifex, juxta sancta dona stat. Archidiaconi quoque provinciam agens verba illa: ad regem, & Deum accedite, pronunciat. Adest verò etiam litibus in S. Ecclesia contingentibus nomine Pontificis sententiam daturus, sacros etiam catalogos matrimoniorum penes se habet, quæ post quam in album recensuerit, ad talis Ecclesiæ Presbyterum mittit, ut illis benedicat. Adest adhuc in Episcoporum consecrationibus consecrandum Pontificem præsentaturus. Habet sub se Chartularium, & Episcoporum Sententias recenset, easque ad Patriarcham refert.* Constat utrumque, & demandari penes Nos ab Episcopis potestatem suam, & hanc ipsam potestatem Examinis demandari. Id, quod apertiùs Thessalonicensis (14) Simeon affirmat his verbis Chartophylacis munus describens: Ὁ δὲ τὰ τῶν ἱερέων ἐπιτελεῖ, καὶ διατακτεῖ τούτους, καὶ ἱερολογεῖ τὰ περὶ αὐτῶν. Προσαγομένους ἐξετάζει, καὶ πρὸς τὸ ἱερᾶσθαι προσάγει, καὶ τὰ τῶν γάμων νομίμως φροντίζει γίνεσθαι. *Hic sacerdotum præficitur regimini, cunctosque in sede propria locat: mores eorum perscrutatur, Ordinum candidatos examinat, &, ut consecrentur, ipse præsentat: nuptiarum, ut legitimè celebrentur, curam habet, &c.* Et ante Simeonem Michael (15) Anchiali de eodem Chartophylace: Οὐ παραχωρεῖ, inquit, ἱερᾶσθαι, οὓς ἐκ αὐτὸς ἐξέτασε· περὶ ὧν οὔτε μαρτύρων, ὡς ἔθος αὐτῷ, παρεστώτων ἐπύθετο, καὶ εἰ χρόνον ἔσχε τῶν ὡρισμένων, πεπληροφόρηται· οὔτε διαμεμαρτύρηται περὶ τοῦ βίου τῶν τοιούτων πιστωθεὶς, καὶ τὸ πιστὸν τοῦ ἀξίου εἶναι τοῦ ἐπαγγέλματος ἐκ τῆς ἐγγεγραμμένης μαρτυρίας τῶν κατὰ πνεῦμα τούτους ἀδινησάντων παρείληφεν. *Non sinit consecrari, quos ipse non examinavit: de quibus nec testes, ut ipsi mos est, adstantes interrogavit, & an præfinitos annos nati sint, certior est factus: nec eorum vitam approbavit, nec fides sibi facta est ex scripto eorum testimonio, qui illos secundùm spiritum pepererunt.*

(6) c. 3. de offic. Archidiac.
(7) Cap. 1. eod.
(8) c. mandamus. eod.
8. cap. ad hac. eod.
(10) Videda tot. tit. eod.
(11) c. ut nostrum eod.
(12) Vide tit. Decr. de off. & pote. Jud. deleg. & tit. ff. de off. ejus &c.
(13) Vide Euchol. tit. αὐτὸ ὅτιν ὁ τάξις, &c. in explicat. ad magnum Chartophylac. ubi Goar. nota. 12. pag. 282. col. 1. post med.
(14) apud Goar. ubi supra.
(15) In Jur. GR. To. 1. lib. 3. sec. Synod. 1 Decreto. 2. Michaelis p. 228. circ. med.

II. Hæc Michael Anchiali, eademque obiter censet & (1) Balsamon. Ex quibus palam est, non posse reprehendi Latinos à Nostris, quòd Examen Archidiacono mandent, ni una Mores damnemus nostros, queis idem in Chartophylace usuvenit. Simul deducitur, hoc Examen ad Antistitem pertinere, ex cujus mandato fit, habeturque vel ab Archidiacono, vel à Chartophylace, quibus id agentibus, quod ad Antistitem spectat, adeò Antistes nullum suæ damnum potestatis capit, ut eam hoc ipsum confirmet, quando qui per alium aliquid facit, id per se potiori jure potest: & alioqui vel ipse Margunius Examinis hujus provinciam uni concedit Episcopo. Scilicet is toti Ecclesiæ præest. Ejus porro, qui præest, munus est Inquisitio quæcumque in subjectos homines instituitur. Quare ne læsus quidem sine potestate facta sibi per Præsidem in alienis prædiis inquirere (2) potest in servum fugitivum, cùm tamen Ordinarius Præses ex officio possit ubicunque quidlibet indagare, præsertim si eæ sint circumstantiæ, quæ notantur per (3) Glossam: Quod omninò trahendum est ad Episcopum Ordines conferentem, quippe qui in ipsis Ordinum auspiciis Candidatum Ordinum Ecclesiæ tutorem pupillæ constituat. Idipsum ulteriùs probatur ex eo, quòd ad eum Examen spectat, cui, si quid Ecclesiæ mali contigerit ex inauspicata Ordinatione, protinus imputabitur. Ad eum enim honos, ad quem onus, ex veteri (4) Adagio, cui consonant Jura (5) Civilia. At Præsuli, authoritate cujus Ordinatio fit, quiquid in illa, & ex illa peccatum fuerit, imputatur. Lege quod de Leone Magno scribit noster seu (6) Sophronius, seu Moschus, nosces, eum, cùm ad tumulum Petri quadraginta integros dies precibus impendisset, criminum veniam suorum impetraturus, tandem hoc divinitus oraculum accepisse: *Oravi pro te: dimissa sunt tibi peccata tua, præter impositiones manuum: hoc enim abs te requiretur, sive bene, sive fortasse aliter egeris.* Quæ verba sic (7) Margunius proponit: ἐδεήθην διὰ σέ. ἀφέθησάν σοι τὰ ἁμαρτήματα, πλὴν τῶν χειροτονιῶν. ταύτας γὰρ ἀπαιτήσομαί σε εἴτε καλῶς, εἴτε κακῶς ἔπραξας. Adeò qui Ordines conferunt rigidam Operi diligentiam debent, cùm de hac eum Deus admoneat, qui in conferendis Ordinibus omnium Pontificum diligentissimus fuit, diligentiamque suam non sibi tantùm, verùm etiam subjectis (8) edixit. Noverat enim, quæ Timotheo scripsisset (9) Apostolus: Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει: *manus citò ne imposueris:* hoc est cunctanter; consideratèque, ac diligenter manus imponito: cujus & rationem reddit: μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις: *neque communicaveris peccatis alienis.* Quasi quæ ex Ordina-

(1) Ad Canon. 9. Trullan. Vid. Goarium ubi supra ad fin. notæ 12.
(2) L. divus ff. de ser. fugit.
(3) In l. 3. § pr... rea v... Preto... & i... tutor ver. m... ner ff. de suspect. tutor.
(4) Jo. Sarkand. in Adag. cent. 3. n. 89.
(5) In l. secundum naturam ff. de reg. jur. l. 11. ff. de inst. act. arg. à cōtrar. in §. 3. inst. de leg. per. tut.
(6) In Limon. seu Prat. Spirit. c. 149.
(7) In Vita S. Leonis.
(8) Epi. 5.
(9) 1. Ad Timot. c. 5. n. 22.

dinatione sequuntur mala, ei potiùs imputanda sint, qui manus imposuit, quàm qui perpetravit. Hinc olim vel ipse Pontifex Maximus Romanus Episcopus Candidatos Ordinum Populo proponebat, ut multorum scilicet testimonio severiùs probarentur. Cujus moris Romani extat vetustissimus testis liber (10) Ritualis, quem Romæ vidimus, & adnotavimus; traditque, Pontificem feria Quarta ante Ordinationes ad D. Mariæ Majoris celebrare consuevisse, ibidemque provehendos ad Ordinum dignitates his verbis Populi testimonio exponere. *Si quis habet aliquid, exeat pro Deo, & dicat: verumtamen memor sit conditionis suæ.* Similia habes in pervetustis Ordinationibus, qualis Eradii, de qua (11) Augustinus, Amphilochii, Epiphanii, Danielis Stilitæ, de quibus prolixè (12) Metaphrastes, & ex eo (13) Goarius. Eadem tradit Clemens (14) in Constitutionibus: Atque hunc fuisse Ecclesiæ utriusque vetustissimum Morem, ut Episcopus in vitam, ac mores ejus, qui Ordines anhelabat, inquireret, manifestum erit etiam ex eo, quòd Alexander Severus Cęsar, eam Ecclesiæ consuetudinem imitatus est, cùm in eligendis Provinciarum Præfectis diligentissimè scrutabatur omnia, & in præficiendorum Mores accuratissimè inquirebat, addens id à se fieri propterea, quòd Christiani in prædicandis (initiandis videlicet) Sacerdotibus idipsum facerent, ut refert (15) Lampridius. Constat ergo munus inquirendi in eos, qui ad Ordines evehuntur, ad unum Episcopum ex officio pertinuisse.

(10) *Ceremonial. Benedicti Canon. S. Petri in Biblioth. S. Augustini Romæ.* (11) *Epi. 110.* (12) *In Vit. relaterii SS.* (13) *In Euchol. ad Ordin. Diacon. & Subdiacon. 2. & 24. pa. 249. & 260.* (14) *Lib. 8. c. 4.* (15) *In Alexandro c. 45.*

III. Quò magis detestari licet quorundam ex Nostris (si tamen ex Nostris ii sunt) audaciam, nequid majus dicam. Qui id sibi muneris adrogant, nec vocati ad Examen hujusmodi, de Antistite queruntur suo. Hos hercle diceret silentium, atque erga Prę́sulem, obsequium, & reverentia, quippe cui quidquid secus ex Ordinatione acciderit, imputandum erit, non ipsis, quos reipsa ea cura decet, quæ ad proprium spectat Officium. Episcopo regimen Ecclesiæ penes Nos traditur, non Presbyteris, & Paulus (1) Episcopos dumtaxat alloquitur, cùm ait: προσέχετε ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος. *Attendite Vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit Sanguine suo.* Quibus verbis ex more Ecclesiæ nostræ explicatis tota Jurisdictio Ecclesiastica penes Episcopum est, à qua (quod accidit in Latina Ecclesia ex authoritate summi Pontificis) nemo subditorum eximitur, neque ullum subditis Privilegium confertur potestati Prę́sulis parte ex aliqua derogans. Quod in re, qua de agimus, confirmare fas erit ex verbis (2) Christi dicentis: ἐγὼ εἰμὶ ὁ ποιμὴν ὁ καλός, καὶ γινώσκω τὰ ἐμά, *ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas*: queis Episcopi munus, potestatemque descripsisse testantur quotquot ex Patribus Græcis in eum locum scripsere, teste ipso Balsamone (3) Photianorum Antistite. Ad Episcopum ergo cognitio pertinet ovium suarum, hoc est Ministrorum. Ecclesiæ suæ, qui matrum ritu Populum Agnorum allegoriâ significatum lacte divinissimi verbi alunt, ac nutriunt, quemadmodum ex (4) Leone, & (5) Theophylacto eruditè, ac doctè collegit sapientissimus (6) Bellarminus. Quod si ad Episcopum pertinet Ministrorum cognitio, ad illum sanè eorundem Examen. Ut mihi, qui contra Ecclesiæ Principes ex libito sacerrimæ potestatis de eo, qui provehendus est, suffragium ferentes hiscere audent, ii, quid censeat Ecclesia nostra, quid Episcopalis dignitas authoritatis penes Nos habeat, ignorare videantur. Quæ istæ larvæ, atque intemperiæ? ut velit, nolit Episcopus, quotidiani Sacrificuli, sive, ut vulgò dicimus, *Capellani*, se ad judicium, quod ad solum spectat Episcopum, adsumi, vocarique contendant? Barbara sunt, ac penitùs inaudita Ecclesiæ nostræ Capitulorum nomina, nec inter Blastarii, aut Photii, Balsamonisque Canonicos titulos occurret, qui Episcopos vetet quid facere sine consensu Capituli. Id invectum sit optimo jure in Latinos Episcopos, qui cùm ditibus præsint Ecclesiis, non sine metu, ne Caro, & sanguis in propinquorum utilitatem vertat, vel quę Juribus Ecclesiæ, cui prę́sunt, concessa sunt, vel quę alendis pauperibus, nutriendis ministris, ornandæque Ecclesiæ stipes piorum hominum contulere, eo scilicet indigent fræno cupiditatum, quo per Capitulum, atque Canonicos ab hujusmodi criminibus arceantur. Nostri, quibus nullæ unquam ex Ecclesia, vel certè perraræ divitiæ, non indigent his decretorum suorum consortibus; prę́sertim cùm non de mera hìc Jurisdictione agatur, sed planè de Ordinis Episcopalis potestate, qua procul absunt Presbyteri.

(1) *Actor. c. 28. nu. 28.* (2) *Jo. c. 16. n. 14.* (3) *Resp. ad Episc. Cypri in fine.* (4) *Serm. 3. de Assüpt. sua.* (5) *In c. ult Jo. & in ca. 22. Luc.* (6) *To. 1. de Rom. Pont. l. 1. c. 16. sub init.*

IV. Neque enim audiendus est vel ab ipso damnatus (1) Margunio Alexius (2) Aristenus parem Episcopis, ac Sacerdotibus Ordinis asserens potestatem. Inauditum dogma Græciæ vel ex Photianismo deliranti, quod post Aristenum Arctoæ (3) Proceres hæresis vel ipsis Photianis horribile docuere. Nam inesse Potestatem Episcopis majorem, quàm ea sit, quæ pertinet ad Presbyterum, patet ex eo, quòd solus Episcopus Jure divino conferre Ordines potest, ut Nostris insinuant (4) Ancyranum, & Antiochenum Concilia, (6) Epiphanius, (7) Chrysostomus, (8) Theodoretus, (9) Theophylactus, & (10) OEcumenius; Latinis verò (11) Damasus, (12) Hieronymus, (13) Leo. Jurisdictionem etiam in Episcopo talem esse, cui par nusquam sit in Presbytero, palam est ex antiquæ Synagogæ exemplis relatis (14) à Bellarmino; sequiturque ex verbis (15) Pauli Apostoli judicem Presbyteri Episcopum arbitrati. Quod confirmat vetustissima Ecclesiæ nostræ sententia, cui constituendæ (16) Ignatius Martyr hæc scripsit: Καλοὶ οἱ ἱερεῖς, καὶ οἱ τοῦ λόγου διάκονοι, κρείσσων δὲ ὁ ἀρχιερεύς, ὁ πεπιστευμένος τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. *Boni sunt Sacerdotes, & sermonis ministri, melior autem est Pontifex, cui credita sunt sancta Sanctorum, cui soli concessa sunt secreta Dei.* Et (17) Clemens: οἱ πρεσβύτεροι, ait, καὶ οἱ διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν, αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν κυρίου, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀπαιτηθησόμενος. *Presbyteri, & Diaconi, præter Episcopum, nihil agere pertentent: nam Domini Populus illi commissus est, & pro animabus*

(1) *Nos. 2. in can. 10. Antioch.* (2) *In d. c. 10. Antioch.* (3) *Erasmus annot. ad c. 4. Epi. 1. ad Timo. Calvin. l. 4. Inst. ca. 4. §. 2. Kemnis. in exam. sess. 23. Cōc. Trid.* (4) *Canone 12.* (5) *Canone 10.* (6) *Heresi 75.* (7) *In 1. ad Tim. c. 3. & 4.* (8) *Ibid.* (9) *Ibid.* (10) *Ibid.* (11) *Epi. 3.* (12) *Epis. 85. ad Evagr.* (13) *Epis. 88.* (14) *To. 2. libr. 1. de*

Digitized by Google

Cler. c. c. 14. vers. quoad secundum.

bus eorum hic redditurus est rationem. Similia docet Areopagites (18) Dionysius, & (19) Irenęus, quibus subscripsit (20) Tertullianus Latinorum & antiquissimus, & inimicissimus. Quæ profectò non abs re adduxisse, ac produxisse hac in Operis nostri parte visum est, quando, quæ inimica sunt Veritati, & à Græcia palam damnata non desunt qui ex Aristeno ad id proferant, ut inquirenti Episcopo in eos, qui provehendi sunt, Presbyteros socios, Judiciique, ac Tribunalis participes asserant; cùm tamen & Ordinatio ad Ordinis potestatem pertineat, sociumque ejusmodi potestatis in Ecclesia nullum Episcopus habeat.

(15) 1. Ad Tim. c. 5. n. 19.
(16) Epi. ad Philadelph.
(17) Canone 40. Apostol.
(18) De Eccl. Hierarch. c. 5.
(19) Lib. 3. c. 3.
(20) Libr. de Bapt.

V. Hinc vel in Ecclesia Latina, ubi plurimis faciundis Episcopo interdicitur sine consensu Capituli, Episcopi recipiendos ad Ordinem ex libito, vel ad Examen advocant habendum se coram, vel Vicariis suis examinandos relinquunt. Quod sanè, tunc, cùm nondum ex Photiana lue Mores optimi interierant, vel in Græcia usurpatum est, ut constat ex Theodoro (1) Prodromo à nobis sæpius in sequentibus ad testimonium Veritatis evocando. Is enim in erudito libro de sacris Ecclesiæ Synaxibus, hæc scribit de Synaxi Exocatacœlorum. Οἱ δὲ ἐξωκατάκοιλοι σύναξιν ποιοῦσιν ἐνιαύσιον ἐν τῷ διακονικῷ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τῇ ἡμέρᾳ τῶν δέκα ἐν Κρήτῃ μαρτύρων· καὶ καθεζομένου τοῦ Πατριάρχου, καὶ ἐκφωνήσαντος, τό, Εὐλογημένη ἡ βασιλεία, οὐ καθίζονται. ἀλλ' ἐν μανδύαις διακονοῦσιν αὐτῷ ἐξετάζοντι τοὺς μέλλοντας χειροτονεῖσθαι· Ἐξετάζει δ' αὐτοὺς διὰ τοῦ μεγάλου χαρτοφύλακος, ᾧ συνίσταται παρὼν παρόντι τὴν ἱερὰν ταύτην τῆς ἐξετάσεως διακονίαν: *Exocatacœli verò confessum agunt annalem in Sacrario Magnæ Ecclesiæ, die Sanctis decem Martyribus, qui in Creta passi sunt, sacro: ibique sedente Patriarcha, atque intonante, Benedictum regnum, &c. ipsi non sedent, sed palliati ministrant ipsi examen agenti eorum, qui ad Ordines provehendi sunt. Agit autem examen eorum per Magnum Chartophylacem, cui præsenti præsens committit sacrum hoc examinis ministerium.* Ecce ne ipsi Exocatacœli, quorum post Patriarcham penes Nos dignitas summa, qui licet Presbyteri Episcopis præsidebant, ut manifestum est ex iis, quæ (2) tradidimus alibi, ex Jure (3) Greco-Romano, ex dictis Silvestri (4) Syropuli, & (5) Emmanuelis Calecæ; Ne ipsi, inquam, Exocatacœli jus examinandi ad Ordines provehendos sibi arrogare audebant; quis ferat sibi tantam authoritatem, potestatemque adrogantes Ministros gregarios, nulla præditos Jurisdictione? Etenim neque Ἐπιγονάτιον deferre possunt, quod Nostris insigne est, ac symbolum Jurisdictionis qualiscunque ex Simeone (6) Thessalonicensi, Nicolao (7) Cabasila, (8) S. Germano, & Solito (9) Archidiacono; neque aliquid aliquatenus per se possunt, quod vim Potestatis præseferat.

(1) C. De Synaxi 14.
(2) Responso de offi. n. 23. & seq. & infra in hoc Opere.
(3) In Novel. Alex. Comneni.
(4) In Concil. Florent. sess. 3. c. 10.
(5) Lib. 4. c. 21.
(6) Lib. de Templo.
(7) In Glossario
(8) In Explic. Liturgiæ.
(9) Ep. ad Majoranu Episc. Molfettæ ap. Magriū. ver. co Epigonation.

VI. Id Moris, inquiunt, apud Nos est. Nempe cedo unde delapsus? cui usitatus? quo Jure assertus? quave Canonum, aut Scriptorum authoritate probatus? Video quid respondere queunt, quidve ex illis Sciolus quispiam producet. Goarii loca laudata nobis ostentant, affirmantque Presbyterorum suffragio opus esse, ut quis à Pontifice ad Ordines recipiatur. Ecce, inquiunt, non aliunde defluxit Mos iterandi illud ἄξιος, Elogium scilicet ejus, qui recipit Ordines, nisi quòd Præsuli non licet aliquem ad Sacræ militiæ Sacramentum recipere, nisi à Sacerdotibus circumspectus approbetur. Ita nimirum peractas Amphilochii, Epiphanii, Eradii, Eutychii, ac Simeonis Ordinationes, ut supra meminimus. Accedere & illa verba, quæ initio Ordinationis ab Hypodiacono proferuntur: ὅσοι πιστοί, *quotquot fideles*: quibus ad suffragium provocantur fideles: Unde consequitur, potiori Jure invitandos esse Presbyteros. Hæc summa est omnium, quæ pro gregariis quibusdam Sacerdotibus adducuntur, vel certè possunt adduci. Quibus tamen ita non evincitur concedendum esse, quod petunt, ut potiùs probetur penitùs pernegandum. Nam, ut ordiamur ab ipso Elogio, cui vis tota objectæ rationis innititur; ἄξιος illud non à solis sacerdotibus, sed ab ipso Antistite proclamatum ab iis, qui intra sacellum Apsidis sunt Presbyteris, & Diaconis excipitur, tum à Cantoribus, qui vicem Populi gerunt, suaviter iteratur. Notat (1) Euchologion. Καὶ μετὰ τὸ ἀμήν· περιτίθησι τὸ ὀράριον τῷ χειροτονηθέντι κατὰ τὸν ἀριστερὸν ὦμον λέγων, ἄξιος· καὶ ψάλλεται συνήθως τρίτον τὸ ἄξιος παρὰ τῶν ἐν τῷ βήματι, καὶ τρίτον παρὰ τῶν ψαλτῶν. *Et dicto Amen, Antistes diaconicam stolam humero sinistro ordinati circumponit, dicens, Dignus. Et pro more canitur ter ab iis, qui sunt in Adyto, Dignus; & pariter à Cantoribus ter.* Quòd, si Elogium illud Judicii, & Examinis jus aliquod infert, dicendum erit, id Juris non Presbyteris tantùm, sed Diaconis, & Cantoribus, & ipsi Populo asserendum esse. De iis igitur, quos ad Sacra provehitis, calculum ferent (2)

(1) In ritu Ordinat. Diaconi post med.

> *Ambubajarum Collegia, Pharmacopolæ,*
> *Mendici, Mimæ, Balatrones, hoc genus omne,*

(2) Horat. Serm. lib. 2. Saty. 2.

quo populus constat. Nam, si qui ἄξιος illud dicit, Judicis officio fungitur, aut fungi debet, cur potiùs, ò boni, id Juris vobismet ipsis tantùm asseritis, cùm non soli elogium illud pungatis? Prætereà notandum est, quod doctis ædepol hisce Viris legentibus licet ignotum est. Nempe ἄξιος illud non esse judicantium interiectionem, sed approbantium judicium à Præsule factum, commendantiumque tum Antistitis diligentiam sui, tum ejus, qui initiatur, vitam, ac mores. Quod breviter sic evinco, prolato ipso ritus ejusmodi typo ex (3) Euchologio. Ibi enim priùs, quàm edatur illud elogium, Ordines ipsi conferuntur expressis illis sacrosanctæ formulæ verbis: ἡ Θεία χάρις, ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα, προχειρίζεται τὸν δεῖνα τὸν εὐλαβέστατον ὑποδιάκονον εἰς διάκονον· εὐξώμεθα οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ παναγίου πνεύματος. *Divina Gratia, quæ semper infirma curat, & ea, quæ desunt, adimplet, promovet N. piissimum hypodiaconum in Diaconum. Oremus, ut veniat super eum Gratia Sanctissimi Spiritus.* Quæ verba sunt ipsa, ut ajunt, sacramentalis forma, quâ character Ordinis imprimitur. Unde statim infertur, verbum ἄξιος, quod post multas preces, postque collatos Ordines, dum Ordinis collati Insignia initiato apponuntur, effertur, non esse ju-

(3) Loco proximè laudato.

judicii faciendi notam, sed comprobationem judicii ab Antistite facti, ejusdemque præsens obsequium. Quo fit, ut non solùm eo Elogio non evincatur, quod intenditur, & petitur à Presbyteris, imò potiùs probetur oppositum.

VII. Accedit, ea, quæ fiunt in Ecclesia, dùm reipsa Ordines conferuntur, ad Examen minimè pertinere. Quod sanè ab initio (1) accuratè cavimus, gnari facilè à quibuspiam omnia implicari, quò sibi viam sternant ad ea probanda, in quibus non semel ineptiunt. Quid igitur nobis ἄξιος illud objiciunt, quod ad Ritum cæremoniæ ipsius pertinet, non ad ea, quæ ante Ritum ipsum agenda sunt, de quibus hìc agimus? Demus tamen & ad Examen pertinere. Scilicet, non ad id, ut ostendat evocandos ad ipsum Sacerdotes, ut judices, sed ad summum uti accusatores, aut testes jure non Sacerdotum peculiari, sed omnium, qui Episcopo subsunt etiam Laicorum. Olim enim, ut penes Latinos diximus usurpatum, ita & Nostris usitatum fuit, ut Populus ferret de ejus, qui admovebatur Sacris, vitâ, & moribus testimonium. Nimirùm ut Populo Sacra ministraturus testimonio Populi reciperetur ad Sacra, reverendus omnibus, quorum testimonio tantæ dignitati censebatur idoneus. Is mos diù in utrâque viguit Ecclesia, donec experientiâ magistrâ patuit, hoc testimonio non Veritati locum parari, sed tumultibus tantò inhonestioribus, quantò turpiùs eo in loco miscebantur, quem decet *Sanctitudo*, modesta quies, piumque Silentium. Ergo jure illa consuetudo abrogata; atque illa, quæ olim celebrabantur ordinandi cum repetitis laudibus, plausibusque elogia in eos ritus cessere, quos hactenus usurpamus. Accidisse autem sæpè, & in Ecclesia nostra tumultus ob hujusmodi testimonium à Populo repetitum, manifestum est non ex iis tantùm, quæ narrat (2) Prodromus testis exceptione aliqua dignus penes ignorantiam Photianorum, sed etiam ex iis, quæ Planudes (3) commemorat, quæque mentitus est Hierotheus (4) Sacellarius in Vita non hæretici tantùm, sed & Idololatræ Palamæ, quem tamen, ò pudor! Te, mea Græcia spectante, atque ferente, Divorum excipit honoribus (5) Photianum pecus, Templisque, atque Aris dignatur. Plura tamen, & Majora pericula provenere Ecclesiæ Latinæ ex hoc publico testimonio, cujus nimirùm cautâ censurâ, popularis illa acclamatio ita rejecta est, ut ne referentibus quidem Populum Cantoribus relicta sit acclamandi iteratò potestas; cujus loco, ne quid non diligenter circa Ordinationes ageretur, cautum est, ut terna, quemadmodùm vulgò dicimus, denunciatione habendâ ea in Urbis regione, ubi habitat is, qui ad Ordines destinatur, provocetur Populus, ac publicè moneatur, si quid Candidato Ordinum habet objiciendum, Curiæ Sacræ deferre, quod firmatum, confirmatumque docet Magrius (6) decreto S. Congregationis coram Gregorio XV. actæ die XXII. Junii Anno hujus sæculi XXIII.

VIII. Ex quibus omnibus non solùm evincitur, nihil eo verbo ἄξιος probari, quod faciat ad Jus Examinis à Sacerdotibus usurpandi, sed nec illis ὅσοι πιστοί. Nam si stes explicationi, quam tradit Balsamon (1) dicens: δέδοκται τοὺς ὑποδιακόνους τὰς θύρας τῶν ἐκκλησιῶν κατέχειν, καὶ ἐξάγειν τοὺς κατηχουμένους, καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ. διὰ τοῦτο καὶ σήμερον λέγεται παρὰ τῶν ὑποδιακόνων τὸ ὅσοι πιστοί, δηλονότι, οἱ μὴ πιστοί, ἀλλὰ κατηχούμενοι ὄντες ἐξέλθετε, οἱ δὲ πιστοὶ ἵστασθε ὀψόμενοι τῶν ἁγίων μυστηρίων τὴν θυσίαν. *Visum est, Hypodiaconos Ecclesiarum fores tenere, & Catechumenos introducere, & educere, & pariter eos, qui sunt in Pænitentia. Propterea namque etiam hodie ab hypodiconis dicitur, quotquot fideles: Qui scilicet non estis fideles, sed Cathecumeni, egredimini, fideles autem State, visuri Sanctorum Mysteriorum sacrificium.* Quod clariùs explanat in eandem sententiam Matthæus (2) Blastaris, cujus verba causa brevitatis omittimus, cùm supersint Balsamonis dicta, ut ruat allata pro Presbyteris authoritas, quandò manifestum est ex verbis illis, ita à Græcis, & nusquam aliter explicatis, nihil ad Examen ejus, qui recipit Ordines, adduci posse, quod ad rem faciat. Quòd si laturus opem injustæ Sacerdotum petitioni ad explicationem Goarii, quamvis Latini hominis, & ex conjectura scribentis adcurras, esto, advocari verbis illis aliquos ad testimonium, an ad Examen? Nam si ad Examen, jam non Sacerdotes tantùm invitandi erunt, sed ὅσοι πιστοί, *quotquot fideles*. Quod quis unquam affirmaverit? Hinc, quæ subdit Goarius loco laudato, omnia pertinent ad testimonium, cui adstipulantur, quæ dicit Pontifex, dùm, ministrante eo, qui Ordines recepit, manus abluit: τοῦτο, κίνδυνος ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τῶν ἐπιμαρτυρησάντων σοι: *ut suffragium, ita & periculum feratur in capita eorum, qui testimonium perhibuere de te*. Non dicit τῶν συνεξετασάντων σε, sed τῶν ἐπιμαρτυρησάντων σοι; ut scias totam cæremoniam ad testimonium referri, non ad Examen. Quare & quæcunque ex Metaphraste, & Augustino producuntur, ad testimoninm pertinent, non ad Examen. Quod proinde à primo ad ultimum solius Episcopi est ita, ut ad nullum ex inferioribus, nedum ad gregarios quotidianæ Liturgiæ Ministros, Jus examinandi Candidatos Ordinum protendatur.

IX. Ergo, inquies, ad hoc Examen initiandorum Sacris hominum nullum è Sacerdotio socium Episcopus adsciscet? O utinam meæ Græciæ amor, quo planè supra omnes Græcos afficior, cuique ita me prorsùs (sive me Deus ad id provocet, sive potiùs naturalis quædam in Gentem meam Gentium omnium magistram propensio) penitùsque devovi, ut jurejurando affirmare queam, cupere me Anathema esse à Christo pro fratribus meis. Utinam, inquam, Gentis meæ amor me palam quæ sentio subticere non cogeret: id sanè interrogantibus responderem, quod cùm verumque, ac certum sit, Nobisque planè evidens, interrogantium proterviam illicò profligaret. Sed parcendum audacibus, ne Genti nostræ Verites probro sit, eosque ad risum provocet, quos oportuit olim non otiosos contemplari calamitates Nostras, sed Nostri clementissimè misereri. Da igitur, Sacerdotes hujusmodi, & rudes esse, & Photianâ olim pestilentia laborare. Respondeo, ea lege teneri Episcopum, ut illi nefas sit, socios tàm

(1) Num. 4. Initii.

(2) De Synaxib. cap. de 5. Synaxi. (3) d. tit. περὶ χειροτονίας, & in Vit. Arsenii Patriarchæ. (4) Cap. 5. in fin. (5) Vide Allat. in 2. differt. de li. Eccl. Græcor. ver. sextus error.

(6) In Hierolex. verb. Ordo ante med.

(1) In c. 22. Laodic.

(2) Cap. 4. τε Τοσυχώς.

Digitized by Google

tàm ineptos adſciſcere. Nam ſi Photiani ſunt, hæretici cenſendi ſunt. Quis verò hæreticos ad ſocietatem ſacerrimi Tribunalis adſumat? Sedebunt judices, quos decuit exauthorari? Sententiam dicent Rei pervicaciſſimi criminis! ad miniſterium Sacrorum alios manuducent, qui projiciendi eſſent è Templo? Iique ad Populi diſciplinam ſubjectos ſuffragio ſuo provehent, quibus ne ſalutem quidem licet impertiri? Quòd ſi rudes, & imperiti, quis adeò ſtolidus, ut aſſerat admittendos? Quanta in hoc Examine diſpicienda ſint, quàm exactè vel minutiſſima penſitanda ſequentibus Reſponſis patebit. Placebit ne Superis, eos ad judicium illorum evocari, quæ nunquam audierunt? Apage tantam inſaniam. De ſumma re agitur in Examine, quod explanamus: ii ergo ab eo procul amovendi ſunt, qui ne nomen quidem ejus Examinis norunt. Audi quid cenſeat (1) Prodromus. πρὸς δὲ τὴν ἐξέτασιν τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι, ὁπότε ὁ ἀρχιερεὺς τοῖς συλλειτουργοῖς ἔδωκεν ἐξουσίαν, καὶ ἀπείροις Κανόνων, ἢ παντελῶς ἀσόφοις αὐτὴν ἐδωρήσατο, καίπερ παρὼν, ἐκ ἄνεχος ἁμαρτίας. *Examinis verò circa Ordinandos ſi quandò Antiſtes conſacerdotibus dedit poteſtatem, & imperitis Canonum, aut omninò inſipientibus eam fecit, quamvis præſens examini, non eſt ſine crimine.* Cujus rationem acutè profert Matthæus (2) Blaſtaris Prodromi verba referens: ὅτι ἐξέτασις κρίσις. ἡ δὲ κρίσις ἐπικίνδυνος τῷ κρίνοντι, καὶ τῷ κρινομένῳ, φθείροντος αὐτὴν τοῦ δικάζοντος ἀπαιδεύτως. *Nam examen judicium eſt; judicium verò periculoſum tùm judici, tùm ei, qui judicatur, corrumpente illud judice imperito.* Caveat proinde Epiſcopus, ne rudes homines & imperitos judicio de vita, & moribus ſubjectorum inſtituendo ſocios admoveat, memineritque fore, ut ſibi ante Judicis æterni Tribunal, maximo vertatur crimini, ſi judicandi Sacra illis fecerit poteſtatem, qui vix ſibi ipſis propter barbaram prorſus ignorantiam poſſunt conſulere, homines pervicaciſſimi, ſuperſtitionibus obnoxii, atque omnia non ex ratione, ſed ex libidine, aut conceptis depravati paſſim animi affectionibus judicantes.

(1) *De Interpret. Can. ad Cano. Nicæn. I.*

(2) *In Epit. Syntagm. ad Canon. 9. Nicæn. I.*

X. At dices; Quid ſi rudes non ſint, & palam Orthodoxi habeantur? Reſpondeo admitti poſſe, ſi lubitum Epiſcopo ſit; nec tamen neceſſariò admittendos. Ex dictis enim ſolus Epiſcopus in Eccleſia noſtra poteſtatem in ſubditos habet, quam non partitur cum aliis. Quare ea uti ſolus jure ſcilicet poterit. Erit attamen etſi non neceſſitatis, æquitatis certè, atque modeſtiæ, ſi ſapientes, peritoſque rerum Eccleſiæ noſtræ Sacerdotes ad tantum opus, ac neceſſariam Inquiſitionem admittat; non equidem, ut poteſtatis conſortes, ſuffragatoreſque Judicii, ſed ut conſiliarios, ſuaſoreſque decretorum ſuorum, atque ſententiarum. Quapropter, etſi nunquam cogetur, ac nuſquam, eorumdem ſententiam ſequi, quippe nulla conſilium dantis ſententia obligat, ut ex Juris (1) effato certum eſt; tamen decebit eandem ſequi, alieniſque judiciis obſequium Chriſtianum deferre; præſertim cùm (2) *in concilio Deorum Deus ſedeat*, ibique ſe Chriſtus (3) præſentem ſpondeat, ubi duo, treſve ejus nomine, atque auſpiciis fuerint congregati. Qua ratione fit, ut vel ipſi Latini Præſules, ut ut queant, à decreto tamen plurium in eos, qui candidati ſunt Ordinum, inquirentium non recedant. Quod etiam obtinet in moribus Eccleſiæ noſtræ, teſte (4) Balſamone, cujus illa ſunt in Latinos. αὐτοὶ γὰρ οὐδὲ ψῆφον ζητοῦσιν. ἡμεῖς δὲ καίπερ οὐκ εἰώθαμεν ψῆφον ἱερέων, εἰ μὴ ἐν ταῖς συνόδοις δέχεσθαι, τὴν συμβουλὴν ὅμως λαμβάνομεν ἐν τοῖς ἀργαλεωτέροις τοῖς πρὸς τὰ ἱερά. *Latini quidem neque ſuffragium ſacerdotum, neque conſilium petunt. Nos verò etſi ſuffragium ſacerdotum, non niſi in ſynodis, recipimus, conſilium tamen accipimus in difficilioribus, quæ ad ſacra ſpectant.* Quibus in verbis tùm ſceleratam Balſamonis mendacitatem videre eſt, tùm ipſam Eccleſiæ noſtræ conſuetudinem. Et mendacitas quidem Balſamonis evincitur toto, & integro Titulo Decretalium: *de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli.* Ubi palam eſt, quantò arctiùs Noſtris, non conſilio ſolùm, ſed etiam conſenſui ſacerdotum addicitur Epiſcopi deliberantis authoritas. Ipſe etiam ſummus Pontifex Eccleſiæ Princeps ſupremus, quamquam nulli Purpuratorum Patrum ſententiæ ſubjectus ſit, in gravioribus tamen ab iiſdem conſilium petit, eorundemque conſilium ſequitur, tantâ ubique modeſtia, ut in quolibet planè Diplomate ad publicam utilitatem emiſſo, quæcunque ſapientiſſimè decernuntur, *de Fratrum conſilio* ſuorum conſtituta fateatur. Unde protinùs retunditur mendaciſſimus Balſamon tot manifeſta mendacia, apertoſque dolos una in Epiſtolâ laborioſè commentus. Ex ejus tamen poſterioribus Verbis Mos noſter elucet, quo utrunque omninò, penituſque probatur, & uſitatum Antiſtitibus Græcis, ſacerdotum, cùm de rebus agitur ſacris, audire conſilium, illudque ſequi, ſi juſtum, ſi à ſapientibus latum: & inuſitatum, iiſdem petere ſuffragium à ſacerdotibus. Ut omninò conſtet, quod in poſtrema Reſponſi hujuſce parte tradidimus, & examinandos, probandoſque eos, qui ad Ordines deſtinantur, & ab Epiſcopo examinandos, ejuſque authoritate probandos, nulla habita Sacerdotum gregariorum ratione, quos moneo ſubſint Epiſcopo ſuo, atque ex præcepto (5) Exodi: Θεὸν μὴ κακολογεῖν *non detrahant Deo*, cujus poteſtate Epiſcopus fungitur à Deo dumtaxat, ejuſque in Terris Vicario, non à ſubjectis hominibus, judicandus.

(1) *§. Tua Inſt. de Mandat.*

(2) *Pſal. 81 n. 1.*

(3) *Mat. ca. 18 nu. 20.*

(4) *Epiſt. reſp. ad Epiſc. Cypri.*

(5) *Cap. 22 n. 28.*

Finis Reſponſi I.

Digitized by Google

DE VITIIS QUÆ IN EXAMINE ORDINATIONIBUS

Præmittendo Dispicienda sunt.

Responsum II.

Ad eundem Illustrissimum, ac Reverendissimum

MELETIUM TIPALDUM ARCHIEPISCOPUM, ET METROPOLITEN PHILADELPHIÆ.

SECTIO I.

DE IRREGULARITATE.

SUMMARIUM.

I. *Propositum Responsi.*
II. *Græcorum injusti objurgatores castigantur.*
III. *Tria in eo, cui conferendi sunt Ordines, dispicienda.*
IV. *Nomen Irregularitatis Græcis, & Latinis usitatum.*
V. *Irregularitas non solùm usu, sed etiam Ordinum susceptione interdicit.*
VI. *Irregularitatis plurimæ species.*
VII. *Eæ rediguntur ad tres.*

I. Frustra erunt, Sacratissime Antistes, hactenus quæcumque docuimus, ni post evictam necessitatem Examinis, ejusdemque habendi potestatē Antistitibus solis assertam, in id calamum convertamus, quod in ipso Examine religiosè dispiciendum, atque ad trutinam revocandum erit, ut ii, qui ad Ordines provehuntur, cognoscantur penitùs, probenturque: quò nimirum pateat, an idonei sint ei Muneri recipiendo, ad quod scilicet destinantur. Ea propter, ut ex usu sit labor, cui subcisivas horas, ereptumque infinitis penè, queis undique stipamur, negotiis tempus non inviti concedimus; illud statim post præmittendorum Ordinationibus latam superiùs notitiam, enucleandum est, quod ad ipsam pertinet praxim Examinis; atque ea curiosiùs indaganda, de quibus circa initiandum Sacris quæstio erit instituenda. Ea porrò, si cùm Latinis agendum esset, facillimè quis, & sine labore partis, expositisque per alios mercibus utens, & comperta, ac plurimorum disputationibus illustrata in medium proferens exequi posset. Verùm cum Græcis, & quidem Photianis scribamus, penes quos, ex longâ Rerum sacrarum incuriâ, & ex prolixâ captivitate, permista omnia, implicata, ac propè dixerim, quà superstitiosis observationibus corrupta, quà manifestâ negligentia ignota, non sine ingenti labore ejus satagendum erit, ut neque acuta, neque nova, neque argutis disputationibus celebranda, sed certa, patentia, receptaque palam ab omnibus, & ex ipso Ordine clara proponamus. Sic enim fiet, ut & Græci, quod nostri Operis caput est, sciant, à Latinis tradita, non propria Latinorum esse, sed utrique Genti communia; & Latini cognoscant, quanta sit Græcia, quam licèt à Photianis undique laceratam, datamque pessum, Veritas nunquam usquequaque deseruit.

II. Neque enim jure agi cum Nostris censeo, cùm quæ à Photianis fiunt, docenturque, Græciæ tribuuntur: tantâ palam seu odii significatione, seu obtrectandi licentia, ut jam non tutaturi Religionem, Veritatemque asserturi aliqui scribant, sed experturi quid concedatur in illos, quorum Cineres totâ Græciâ tegi putant; quique si viverent, jampridem ulti Cynicos hos docuissent, quam fatuum sit petere remorsuros. Sed de his nos alibi (1) in loco fusè, atque utiliter disputavimus, ostendimusque, distinguendos, secernendosque à Græcis Photianos, queis quidquid malorum in Græcia est, imputabunt, qui Græciam norunt: si aliter faxint, eadem planè notâ conspicuos risui cordatorum hominum exponendos, cui subjecimus bardam Glossę (2) ex imperitia blaterantis inscitiam, quę eam Gentem, cui, ut proxima Religionis nostræ cunabulis Tempora prætercam, in Athanasio, Basilio, Chry-

(1) *Responso: an Greci sin Schismatici. per totum.*
(2) *C. ad certitudinem. Extravag. commun. de Sent. excom.*

Digitized by Google

Chrysostomo, in Cyrillo, Flaviano, in Tarasio, in Vecco tanta debet Ecclesia, ausa est asserere, *quasi semper fuisse schismaticam*. In præsentia supererit, idipsum re ostendisse: Quod eveniet profectò, cùm de iis, quæ Ordines, Ordinumque usum impediunt, agentes docebimus, eadem Græcis, quæ Latinis recepta sunt, moribus recipi; idemque in omnibus esse Ecclesiæ utriusque Suffragium.

III. Quod ut è vestigio aggrediar, illud statim certissimum autumo, tria in eo, cui Ordines conferendi sunt, affatim esse dispicienda: Vitam nimirùm, Mores, & aptam tanto Muneri Conditionem. Cùm enim ex his tribus nota homini queat inuri, sive illa vitio vertatur, sive dedecori; profectò, qui eâ laborat, abstinendus est Ordinibus illis, in quibus oportet hominem esse, ut verbis Apostoli utar, (1) ἀνεπίληπτον *irreprehensibilem*, & : ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, (2) *operarium inconfusibilem*. Porrò hæc tria uno seu nomine, seu vocabulo tùm Theologi, tùm Sacrorum Interpretes Canonum complexi sunt, appellaruntque *Irregularitatem*, quasi notam Regulis appositam *Sacris*, quâ quis à Ministerio Sacrorum arcetur; definiturque passim, ut sit, impedimentum Jure Canonico inductum, ex quo, susceptione, usuve Ordinum cuipiam interdicitur, ut accuratè notavit in Enchirido (3) Navarrus, explicantque (4) Theologi cum Dominico (5) Soto, Gregorio (6) Valentino, Cardinali (7) Toleto, Francisco (8) Suario, (9) Sayro, (10) Henriquesio, (11) Filliuccio, quibus adde (12) Summistas & (13) Canonistas, (14) eosque, qui Tractationes hac de re integras edidere Majolum, Borgasium, Villadiego, Ugolinum, & Plotium.

(1) 1. Ad Timoth. c. 3. n. 2.
(2) 2. Ad Timot. c. 2. n. 15.
(3) c. 27. à n. 191.
(4) In 4. Sent. dist. 26. & 27.
(5) De Just. & Jur. Lib. 5. q. 1. art. 9.
(6) In 4. p. q. 19.
(7) i Sum. l. 1. à c. 57.
(8) à Disput. 4. ad finem.
(9) Lib. 6. & 7.
(10) Lib. 14.
(11) De Sacram. Tract. 19.
(12) In Verb. Irregularitas.
(13) Tit. de homicid.
(14) De Irregularitate.

IV. Neque nominis novitas, aut barbaries Vocabuli terreat Nostros, quibus adeò placet Vetustas, ut loco hæresis habeatur, si quid novum referant Mores, aut Canones audiant. Quasi non certum sit, atque (1) Sapientis effato sanctum, nihil esse novum sub Sole, quæque sunt, videnturque nova, eadem prorsus esse, quæ olim fuere, suntque antiquissima. Certè, quod attinet ad rem nostram, quod quibuspiam ex Nostris pingui Minervâ viris, & ex imperitiâ bonarum Artium nova omnia reputantibus novum videbitur, antiquissimum Græciæ est, cujus celeberrimus Canonista (2) Balsamon, impedimentum, quod ante descripsimus, atque Latinorum Authoritate firmavimus, ἀκανονίαν appellat, & ὑποκανονίαν. Ex quo vocem eandem ad ejusdem rei naturam enunciandam accepere (3) Planudes, atque (4) Margunius, Canonistæ post Balsamonem ille sapientissimus, hic eruditus, & impius. Quin imò eâdem usus est voce Sanctus vester (5) Palamas tùm in iis, quæ scripsit contra Barlaamum, tùm in iis, quæ barbarè commentus est contra Latinos. Ipse etiam (6) Barlaam, & (7) Acindynus non minus Palama pervicaces ad Irregularitatis significationem ἀκανονίαν recipiunt, quibus adde similia, idemque referentia in variis (8) Tomis (sic decreta Pontificum nostrorum à recentioribus Græcis appellantur) Græcorum Patriarcharum, qui passim penes (9) Allatium leguntur.

(1) Eccli. c. 11. n. 10.
(2) Ep. 2. ad Marc. Antioch.
(3) Tit. περὶ χειροτονίας.
(4) Nomocan. nota 4.
(5) Ep. ad Isidor. Patr. CP. & Orat. 8. cōtra Latinos.
(6) Orat. 4. contra Omphalopsychos.
(7) Orat. Infamat. contr. Palamit.
(9) Tom. Joan. P. CP. ἐπὶ Palamã post med. & to. qui incipit. ἀκύσατε φυλαὶ τῆς γῆς circ. med.

V. Porrò Irregularitatis effectus χωλύειν, ut Nostri loquuntur, hoc est ad utrumque refertur, & ad eum nimirùm, qui confert, & ad eum, cui Ordines conferuntur: & hunc quidem, vetat, aut, quos non habet, Ordines affectare, aut iis uti, quos habet, aut ulteriorum ornamenta percupere; illum verò ita coercet, ut ex nota Canonum sacris Mysteriis ineptum aut non audeat ad sacrum Ministerium provehere, aut ulteriùs progredi minimè patiatur. Neque enim, ut insipienter arbitratur Coressius, (1) ἀκανονία, sive *Irregularitas* solum usum Ordinum impedit; sed quæ eorum, qui jam Altaris Ministerio admoti sunt, ita sacram coercet infamiam, ut non sinat eum in modum notatos coram Numine ministrare, ea tantæ, vel majori Dignitati minimè idoneos ab Ordinibus repellendos, abstinendosque demonstrat. Quod si pluribus ostendam, supervacaneum erit, cùm penes relatos Authores proximè, ἀκανονία præsertim ad id adsumatur, ut hanc præcipuè vim & repellendi penitùs ab Ordinibus, & ab Ulterioribus repellendi, significet. Quò fit, ut notitia ejus, quam explicamus, Irregularitatis, ei, qui confert Ordines, necessaria sit: inde enim totius Examinis, quo de agimus, tota Tractatio pendet. Neque Inquisitio, quam inculcamus, habenda per Antistitem circa aliud est, quàm circa ea, ex quibus queat liquidò deprehendere, an ei, qui ad Ordines destinatur, aliquid insit ex iis, quorum causâ Canones arcendum aliquem ab Ordinibus decrevere.

(9) Dissert. 2. de libr. Eccl. Græcor. et de Cõfession. utriusq; Eccl. li. 2. c. 16. nu. 3. pag. 802.
(1) Lib. 1. de Pœnit. circ. med.

VI. Et plurima sanè sunt, ex quibus Ecclesiasticæ Leges edicunt, non recipiendos aliquos ad Sacram Familiam, quæ statim proponenda sunt diligentissimè, atque Juris utriusque authoritate firmanda. Mihi enim olim consideranti, ac penè dixerim superstitiosè rimato tùm Latinorum, tùm Græcorum Ecclesiasticos Mores ita omnia invicem congruere visa sunt, ut licèt diversa penes Latinos rerum vocabula, planèque Græcis ignota Theologia recens invenerit, tamen, si standum sit rebus, eadem utriusque Ecclesiæ sententia, idemque prorsùs videatur esse de Irregularitate Suffragium. Ejus, ut ajunt, species, seu meliùs, genera curiosè Latini distinguunt; tanto ubique, tamque diverso, Ordine, ut si ea Græcis exponere velim, immensi Operis, & inutilis omninò laboris mihi alea subeunda sit, quippe qui adhibitus ad pompam Eruditionis Canonicæ, perparum inscitiæ quorundam ex Nostris prodesset, cui scilicet consulimus, dùm hæc scribimus, rati ex plurimis causis, unde Græcos inter, atque Latinos diuturnum dissidium vitam habet, illam præcipuam esse, quæ ab ineptis Sacerdotibus profluit. Etenim, cùm ab his tota Populi disciplina pendeat, cùm ad horum sententiam, tametsi, pace dixerim Græciæ meæ, non admodùm Sapientium, credulitatem suam Populus universus accommodet; si ii fuerint, quos Regulæ Patrum exposcunt; profectò ea sentient, quæ Græciam decent, illaque ipsis Populum docentibus, quæ vera sunt, veraque norunt, pudebit pervicaciæ suæ dementissimos Photianos: eaque Pax nostram Gentem tot annorum dissidio profligatam Veritati cicurem reddet, quam utinam vel meo interitu Superi tandem Græciæ clementes impertiant.

VII. Igi-

(20) *De Canonum vi. Schol. 9.*

legem: Idemque censet post Planudem Nilus (18) Rhodius, & ex Nilo (19) Coressius, & Synchronos Coressio (20) Campanas.

(1) *Nota 100. Nomocan.*

II. At Margunius (1) Digamum quidem ex communi sententia putat eum, qui bis matrimonii contractum iniit, postquam lustralibus Baptismi expiatus est aquis, non tamen eum, qui aut bis duxit uxorem, antequàm Christo nomen daret, vel alteram ante Baptismum, post eundem alteram. Imò rem, quam neque novit, neque vir imperitus intellexit satis, censurâ excipit more suo scribens: *τοῦτο δὲ ἠκούσθη ποτὲ, τὸ ἐλέγχεσθαι τὶς διὰ τὰς πράξεις πρὸ τοῦ Βαπτίσματος· καὶ ἀληθινὰ εἶναι εὕρημα νεωτερικὸν τῶν Λατίνων, ἵνα καταφρονῶσιν ἡμᾶς. Hoc inauditum est penitùs, ut quis reprehendatur propter acta ante Baptismum: & revera recens est Latinorum inventum, ut nos vituperent.* Hęc Margunius, cujus calumnias, & ineptias superiùs castigavimus, & castigabimus toto hoc Opere nostro, præsertimque hìc Græciæ deridendas exponimus; quandò Latini propter Digamiam neque Nos usquam vituperant, nec meritò quiverint vituperare, est enim ex dictis apertum, Scriptores Græcos, plerosque sanè universim locutos de Digamia, neque unquam à Digamia eum excepisse, cui aliqua nupserit ante Baptismum; alios autem, & quidem potiores, quique non peritissimi tantùm Juris nostri, sed præcipui ejus Auctores habentur, palam testatos, Digamia notari, bis qui uxorem accepit, sive ante, sive post Baptismum, ut constat ex relatis Prodromi verbis, itidemque ex verbis Blastarii, in quibus bis coronatus Digamus est. Coronari autem quis potest tùm ante, tùm post Baptismum. Neque enim ea coronandi sponsos cœremonia Christianis tantùm solemnis est; quod si Margunius dixerit, ignorantiam suam fatebitur. Nam Ethnici ipsi coronis utebantur in nuptiis, sponsique non nisi coronati Matrimonium inibant. Quare (2) Tertullianus scribit: *coronant & nuptiæ sponsos*: & (3) Apulejus describit, *sponsum unguentis madidum, & coronis floridum* Quin & (4) Claudianus omen vicinarum Nuptiarum ex corona florea cepisse Proserpinam commentus est.

(2) *Lib. de Corona Militis.*
(3) *Lib. 4. Metamorphos.*
(4) *De raps. proserp. lib. 2. paulò post med.*

Nunc sociat flores, se seque ignara coronat,
Augurium fatale tori:

stat igitur, Digamum esse censendum ex Jure nostro eum, qui duas duxerit, sive eas duxerit ante, sive post Baptismum; ut suprà docuimus, apparetque vel in hoc Margunii procax inscitia, quam ulteriùs manifestat ea ratio, quà ineptam opinionem suam bellus homo tuetur, inauditum affirmans, ut quis propter perpetrata ante Baptismum notetur; quibus consonant, quæ (5) sequuntur, *ὅτι τὰ κακὰ ὅλα ἐν τῷ ἁγίῳ λουτρῷ καθαίρονται παντάπασι, καὶ ὁλοτελῶς, Nam mala omnia in Lavacro Sancto omninò, & penitùs perpurgantur.* Etenim si de criminibus, pœnisque, ut ajunt, spiritalibus, quæ criminibus debentur, sermo sit; vera, notaque lippis, atque tonsoribus dicit; at extra rem: cùm hìc de Notis innoxiorum hominum agamus. Si verò, quæ graviter docet, vel ad mendas, atque defectus, aut vitia porrigit ipsa; stulta, falsaque vel imperitis exponit. Quis enim putet Virginum choris adscribendam meretricem aliquam Ethnicam, si sacro Fonte expietur? aut quis credat fore, ut, si claudum Baptismate consecres, rectà procedat? Id ipsum etiam, quod exempli gratia, producit, arbitratus Baptismo captivum libertati nativæ restitui, falsissimum est, cùm constet ex alibi (6) à nobis operosè probatis, & inferiùs obiter delibandis, servum Baptismo non liberari. Quapropter dicendum erit, Digamiam ibi omninò ponendam, ubi duplex affuerit verum, ac legitimum Matrimonium.

(5) *d. Nota 100.*

(6) *Resp. ... so de Ser. An liberetur per Bapt.*

III. Alteri Digamiæ, quam *Interpretativam* appellant, obnoxius esse quis pluribus modis potest; nam primò Digamus est, qui castitatem promissam, devotamque Deo, inito sacrilegè Matrimonio, violat, ut Jus (1) Canonicum censet, ingeritque Nostris Ancyranum (2) Concilium. Secundò, qui alteram, ut ajunt, *de facto*, alteram *de Jure*, vel utramque *de facto*, uxorem duxit, hoc est ita duxit maritali animo, ut, tametsi nefas esset ducere, ratumque Matrimonium haud fuerit, putarit tamen, fas sibi fuisse eas ducere, atque ratum esse matrimonium ejusmodi: quare non uti concubinas habuit, sed uti reverà uxores, licèt uxores non essent. Quod sanè ex Canonum (3) scitis, addita Doctorum explanatione, manifestum est, docentque Theologi (4) pleno agmine, Nostrisque præcipit Apostolorum (5) Authoritas hoc decreto. *ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος, ἢ ἀδελφιδῆν, οὐ δύναται εἶναι κληρικός. Si quis in conjugium duas sorores acceperit, vel viduam fratris, vel filiam fratris, Clericus esse non potest*: Etenim licet, qui viduam fratris uxorem duxit, quique filiam fratris, has verè uxores non habuerit, tamen quia ut uxores duxit, atque *de facto*, ut uxores detinuit; Juris interpretatione Digamus reputatur. Tertiò Digamus est, qui matrimonium init cum Viduâ, vel eâ, quæ Virgo non est, vel cum ejectâ, seu passâ repudium, vel cum meretrice. Hoc itidem constat tùm ex (6) Jure ipso, tùm ex (7) Innocentio I. tùm ex (8) Hieronymo, tùm denique ex (9) Theologorum, Interpretumque (10) Juris Canonici omnium tritâ sententiâ. Addere fas esset & alia, in quibus, an sit Digamia hæc, disputatur. Ea tamen uti minutiora, nec satis certa jure omittenda censuimus, quæ quidem curiosus Lector repetet accuratiùs enucleata inter Theologos à (11) Bellarmino, atque inter Canonistas (12) ab Hostiensi, & (13) Covarruvias. Jam hos omnes Digamos & esse, & censeri manifestum erit ex eadem, ob quam primi Digami reputantur, ratione. Etenim, quemadmodùm illi duplici illo connubio symbolum, ac significationem Matrimonii violant reverâ, ita hi Juris sacri interpretatione ejusdem violatores habentur. Cùm enim Matrimonii significatio in eo sita sit, ut sacrum Christi cum Ecclesia, quæ una est, neque meretrix, neque rejecta, neque vidua, sed planè Virgo, conjugium significet, id quod palam est ex illis (14) Apostoli verbis: *ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ, παρθένον ἁγνὴν, παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. Despondi enim vos uni viro, Virginem castam exhibere Christo*: & illis (15) ejusdem *τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν, Ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico, in Christo, & in Ecclesia*; Hæc significatio reverà nulla est in eo, qui gemi-

(1) *In c. quomodò 27. q. 1.*
(2) *Canone 19.*
(3) *In c. ult. c. nuper ubi DD. de Bigamis.*
(4) *In. 4. Sent. dist. 27.*
(5) *Can. Apost. 19. al. 15.*
(6) *In c. si quis viduam. ca. 1. & 2. 50 dist. c. curandū. c. si quis de Laicis 34. dist. c. in aliquo 51. dist. c. ut debitū de Bigam. cap. 1. de Cler. conjug. in 6.*
(7) *Ep. ad Victric. c. 6. & 5.*
(8) *Ep. ad Fabiolam in cap. vidua 34. dist.*
(9) *D. Th. in 4. Sēt. dist. 27. & ib. Paludan. & alii. qu. 4. Antonin. 3. pa. tit. 28. ca. 3. Alber. Trotius de ver. et perfect. Cler. libr. 2. c. 11. n. 2. Sylvest. verb. Bigam. q. 1. Joan. in Sum. lib. 3. tit. 3. c. 9.*
(10) *Card. & DD. in d. c. debitum, & in Clem. ch ex eo*

nam

Digitized by Google

nam duxit, & nulla itidem esse censetur in eo, qui aut meretricem, aut Viduam, aut corruptam, passamque repudium sibi conjunxerit. Atque hinc refellitur Margunii (16) furiosa stoliditas, qui hanc Digamiam Juris interpretatione constitutam inficetè sanè facetus deridet: Dicit enim: ἔχουσιν ἔτι οἱ Λατῖνοι καὶ διγαμίαν ἀριστοτελικὴν, τεκνὸν δηλαδὴ τῆς τοῦ φιλοσόφου Ἑρμηνείας, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ὀνομάζουσιν ἑρμηνευτικὴν, ὄνομα νεωστὶ εὑρεθὲν, διὰ νὰ σημειώσουσι τὰς φλυαρίας αὐτῶν. ἀνήκουστον γὰρ τοῖς ἁγίοις Κανόσι, καὶ παντελῶς ἄξιον γέλωτος. *Habent etiam Latini Digamiam Aristotelicam, filiam scilicet Hermeniæ Philosophi, & propterea Hermeneticam, sive interpretativam appellant. Nomen recens inventum, ineptias ut suas significent, inauditum Canonibus, & omnino ridiculum.*

IV. Sed hæc magis ex merito Græci, qui sapiunt, potiorique jure deridebunt. Etenim, ut à facetia vanissimum hominem adoriamur, quid attinet Interpretatione Juris factam Digamiam Aristotelicam appellare? Num unus Aristoteles de Interpretatione scripsit, ut ab illo omnis interpretatio nomenclaturam acceperit? At etsi dicas unum Philosophum de interpretatione scripsisse, hæc tamen Interpretatio, de qua hic agimus, ad interpretationem Aristotelis nusquam refertur. Etenim hæc actus, atque opera ipsa interpretatur, eidemque nomini adaptat diversa propter notam similitudinem. At Aristoteles de Interpretatione Vocum negotium habet in Hermenia, rationemque ingeniosè, ac doctè vestigat, quam propter voces significent, ipsiusque significationis Originem, naturamque requirit. Adeò Digamia etiam interpretatione Juris exposita Patrem Aristotelem non agnoscit, aut avum. Ejus itidem nomen, neque novum Latinis, & jampridem translativum Theologis est, & Canonistis per Annos circiter quadringentos. Neque inauditum Græcis, ex quibus Prodromus eruditissimum librum suum περὶ ἑρμηνείας Κανόνων inscribit; ibidemque (1) ad retundendam Margunii desipientis audaciam hæc habet: Πολλάκις μὲν ὁ Κανὼν καὶ τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα, ἑρμηνεύει διὰ τὴν ἐμφέρειαν. καθάπερ καὶ δίγαμον λέγομεν τὸν ἐν ἑνὶ γάμῳ γύναιον πολιτικὸν λαβόντα πρὸς τὸ μὴ χειροτονίαν λαβεῖν. *Sæpe quidem Canon, & quæ talia non sunt, uti talia interpretatur propter similitudinem. Quemadmodum & Digamum dicimus eum, qui uno matrimonio uxorem accepit mulierculam civilem* (hoc est civibus prostitutam, seu meretricem) *ad hoc, ne sacris initietur.* Quid his clarius? quid efficacius? ut Margunii sive ignorantia, sive dementia pateat asserentis inauditum Grecię, quod fortassis Grecia prima recepit; appellantisque novum, quod vetustissimum est, imò quod Jura (2) civilia recipiunt passim docentia, Legibus potestatem fictionum instituendarum esse, per quas non modò similia idem nomen, eosdemque nanciscuntur effectus, verùm etiam, quæ nullo modo sunt, sed merâ Legis constitutione censentur, id agant, quod res ipsæ agerent, si adessent, ac sæpe multò præsentiùs agant, quàm res ipsæ agerent, si adessent. At demus & novitatem nominis, quam mentitur Margunius, in postremis Digamiis esse; quis furor, quæ belluina stoliditas ex novitate nominis res novo ingestas nomine calumniari? Jure igitur, ut alibi diximus: ὁμοούσιον (3) Arriani, hypostases ii, de quibus (4) Basilius, ob novitatem nominis rejecerunt. Tuam etiam isthanc, Marguni, mixo-barbaram elocutionem jure Græcia tota, cui antete inaudita fuit in sapientum sermonibus lingua vernacula, deridebit. Quod sanè illa non facit, gnara & novo idiomate antiquissima posse proponi, & novitatem isthanc tuam adeò refertam ineptiis, ut ex rerum novitate, ex impietate Dogmatum, ex ignorantia præceptorum, multò damnanda sit justiùs.

col. 1. de sent. excom. Henrici. in c. 1. col. 3. de Bigam. Abb. Ant. an. et DD. in c. 3. de adult. Felin. in c. jus generale col. 6. dist. 1. Anchar. cons. 124. Host. in Sum. de Bigam. q. 9. Cappel. Tholos. 255. Aufrer. in Clem. 1. de off. deleg. reg. 1. Fallen. 8. Innoc. in c. Inquisitioni de sent. excom.

(11) *Tom. 2. Contro. de Cler. l. 1. cap. 24. vers. 7. Objectio.*

(12) *In Sum. tit. de Bigam. à n. 1.*

(13) *In Clem. si furiosus. p. 1. §. 2. à num. 2. de homic.*

(14) *2. ad Corinth. c. 11. n. 2. refertur in c. nuptiarum. 26. q. 1.*

(15) *Ad Ephes. ca. 5. n. 32.*

(16) *d. nota 100.*

(1) *Ad Can. Laodicenos.*

(2) *§. fi. ab hostib. ubi gloss. postliminii. Institut. quib. mo. jus patr. potest. l. deniq. & ibi gloss. l. ff. ex quib. can. major.*

(3) *Athanas. in Epist. decr. Nicæ. Concil. contr. Arian. heres. Aug. to. 6. l. contr. Ari.*

(4) *Ep. 10. ad Eusebium.*

V. Verùm hæc abunde ad refringendam Margunii proterviam, quam mox non Latinis dumtaxat injuriosam, sed vel Nostris minimè tolerandam ostendemus, quippe docentem ex Digamia non jure quempiam repelli ab Ordinibus posse. Docet hoc loco (1) laudato apertissimis his verbis. Δὲν βλέπω οὐδὲ τὸν ἀπαγορεύοντα νόμον, οὐδὲ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ στοχάζομαι· Δὲν εὑρίσκεται γεγραμμένον, δίγαμον μὴ χειροτονεῖσθαι· καὶ διὰ τί νὰ μὴ χειροτονηθῇ ὁ οὐδὲν ἁμαρτήσας; λοιπὸν καλῶς ἡ Πενθέκτη Σύνοδος τὴν σκυθρωπότητα τῶν Λατίνων πρὸς τοὺς Διγάμους καταδικάζει. *Non video neque legem vetantem, neque ejus causam intelligo. Digamum non initiandum nusquam reperias scriptum. Et quam ob rem non initietur, qui nihil peccavit? Jure igitur Quini-sexta Synodus truculentiam Latinorum in Digamos damnat.* Quot verba, tot ineptiæ, quas ut manifestiùs evincamus, sciendum est, Margunium unum ex illis esse, qui haustum ex perlectis Lutheranorum libris venenum ita passim in Commentariis suis effudit, ut, cùm Lutheranos, cæterasque Arctoas hæreses, quod ad dogmata pertinet, ubique rejiciat, in aliis tamen, quibus impugnare videntur Romanam Ecclesiam, libentissimè complectatur. Hoc unum ex illis est ita propalam Lutheranum, ut hominem non puduerit ipsa argumenta Lutheri proferre, queis Digamiam impugnat. Conferant Nostri hunc locum Margunii cum iis, quę Bellarminus (2) contra Lutherum sapientissimè scribit, videbunt idem ab hoc Græcis proponi, quod suis Lutherus ingessit. Quò fit, ut laborandum Nobis non sit in eorundem refutatione, cùm id Vir tantus ante nos plenè præstiterit, nec fas sit novi aliquid conferre ad redargoendam ineptissimam impietatem, ni ab alio dicta placeat ad nostras paginas revocare. Utiliùs proinde erit, si Margunium, quæ à se ignorari fatetur, doceamus. Non video, inquit, Legem vetantem, Digamum ad sacros Ordines recipi. Quid mirum, si non videat, qui vel in manifestissimis cæcutit? Nam quid manifestius, quàm verè Digamum ab Ordinibus Lege abstineri? An Legis haud speciem referunt illa Pauli (3) verba: δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum?* Nonne his apertè prohibetur, ne Episcopus eligatur, qui bis duxit uxorem? Igitur Digamus ab Ordinum supremo, lege Apostolica, abstinetur. Unde inferre licet, eadem Lege & cæteros, qui inferiori, minoriq; Dignitate sacra administrant, juberi unius uxoris esse viros. Etenim cùm ab inferioribus gradatim ad supremum eundum sit, ut infra docebimus, dicamus oportet, inferiores

(1) *d. nota 100.*

(2) *To. 2. Contro. de Clericis l. 1. c. 23. & seq.*

(3) *1. Ad Timot. c. 3. n. 2.*

(4) *Ibid. n. 12.*

(5) *Ad Titum. c. 1. n. 5.*

(6) *Tota distinct. 26.*

(7) *Toto tit. de Bigamis.*

(8) *Epi. 4. c. 2. Epist. 24. c. 6. ex recens. Carrazæ in Sum. Concil. in Innoc. I.*

(9) *Can. 8.*

(10) *Can. 2.*

res Episcopo Ordines dispositionem, ut vulgò dicimus, esse ad supremam Antistitis dignitatem. Porrò lumine Naturæ notum est, non posse dispositionem ejus esse conditionis, quæ impedimentum possit includere illius, ad quod aptat. Nam si impedimentum posset includere, posset non esse dispositio, seu via ad id, ad quod aptat, atque deducit. Quod sanè dementis esset asserere; quando dispositio minimè deducens ad id, cujus est dispositio, imò & impediens id, cujus dispositio est; dispositio est non dispositio, & non minor quâlibet Chimærâ philosophicâ Chimæra. Quapropter si sacri minores Episcopo Ordines dispositio ad Infulam sunt, in Digamis esse non possunt, qui ab Infulâ penitùs lege Apostolica deterrentur. Rationi consonat Sententia Pauli (4) dicentis: διάκονοι ἔστωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες: *Diaconi sint unius uxoris viri*, & ne Presbyteros omisisse videretur Tito (5) scribens: τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃς, καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην· εἴ τις ἐστὶν ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνήρ. *Hujus gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ desunt, corrigas, & constituas per civitates Presbyteros, sicut & ego disposui tibi: si quis sine crimine est, unius uxoris vir*. Verùm desit Lex Apostolica, quæ tamen videnda erat à Margunio, & videri poterat à non cæco, num Lex Canonica idipsum non palam, ac frequenter ingerit? Latinis hercle Juribus rem planè notissimam dicimus, videndamque & in (6) Decreto, & (7) Decretalibus. Idemque passim iisdem edicunt (8) Innocentius I. Arelatense (9) Concilium I. (10) Turonicum I. Aurelianense (11) IV. Hispalense (12) II. (13) Toletanum I. Quin & eam Legem consuetudo antiquissima confirmat, quam Latinis explicant (14) Tertullianus, (15) Ambrosius, (16) Hieronymus, (17) Augustinus, queis adde (18) Siricium, (19) Leonem I. Gelasium (20) I. & (21) Hilarum Summos Pontifices idipsum Decretalibus epistolis confirmantes.

(11) Canone 8. (12) Canone 4. (13) Canone 4. (14) Lib. 1. ad uxorem. (15) Lib. 10. Ep. 82. ad Vercellen. & libr. 1. de offic. cap. uls. & li. de dign. Sacerd. c. 4. (16) In Comm. 1. c. Epi. ad Tit. (17) Lib. de bon. conjug. c. 7. & 18. l. 20. Contr. Faust. c. 47. li. 3. de Doctr. Christiana c. 12. (18) Ep. 1. ad Hemericum. (19) Epi. 88. alias 85. c. 1. (20) Ep. 1. ad Epis. Lucan. c. 5. (21) In Concilio Romano.

VI. Nec Latinis tantum ea Lex lata est, sed & Nostris. Nam Leo I. loco laudato, Legem, atque consuetudinem abstinendorum à Sacris Digamorum ubique, ac semper viguisse testatur, cujus authoritas quanti habenda sit Nostris, quantique habita semper fuerit vel ab ipsis Photianis, in superioribus latè docuimus. Idipsum affirmat Innocentius I. Chrysostomo Synchronos, Chrysostomi peramicus, ejusdemque defensor acerrimus, ut constat (1) ex Palladio. Nam loco laudato asserit, Digamos ab Ordinibus semper exclusos tùm in Eoa, tùm in Occiduâ Ecclesiâ. Imò Ambrosius Græciæ & Sanctus, & Doctor, in relatâ Epistolâ, Sancitum, ait, in Prima Nicœna Synodo, ne quis Digamus ad Ordines Sacros reciperetur. At Lex lata in Nicœna Synodo Lex est, & Græca Lex est, & à Græcis recepta: discat igitur Margunius quid Jura statuant de Digamia. Audiat quid (2) Epiphanius scripserit. Τὰ γὰρ εἰς ἱερωσύνην παραδοθέντα διὰ τὸ ἐξοχώτατον τῆς ἱερουργίας εἰς πάντας ἐνόμισαν ἴσως φέρεσθαι, ἀκηκοότες, ὅτι δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, ἐγκρατῆ· ὡσαύτως, καὶ τὸν διάκονον, καὶ τὸν πρεσβύτερον· καὶ γὰρ τῷ μὲν ὄντι ἐδέχετο τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ κήρυγμα, μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίαν, τοὺς ἀπὸ πρώτου γάμου, τελευτησάσης τῆς αὐτῶν γυναικὸς, δευτέρῳ γάμῳ συναφθέντας, διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς τιμῆς τῆς ἱερωσύνης, καὶ ταῦτα ἀσφαλῶς ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία μετ' ἀκριβείας παραφυλάττει). *Siquidem quæ Sacerdotio propter singularem functionis illius dignitatem præcipuè tributa sunt, & ad omnes communiter pertinere judicant. Illud quidem audierunt: Episcopum irreprehensibilem esse oportere, unius uxoris virum: Similiter & Diaconum, & Presbyterum. Ita enim profectò se se res habet, ut post Christi in Orbem Terrarum adventum, eos omnes, qui secundùm priores nuptias, mortua uxore, alteri se se nuptiis illigarint, sanctissima Dei disciplina rejiciat: propterea quòd incredibilis est Sacerdotii honor, ac dignitas. Atque istud ipsum Sacrosancta Dei Ecclesia cum omni provisione, diligentiâque servat*. Quid his clarius? quæ etiam exemplo Epiphanius (3) confirmat: narrans, Josephum Comitem, mortuâ conjuge, veritum ne ab Arrianis violenter abreptus Clericus fieret, τούτου χάριν συνῆφθαι καὶ ἑτέρᾳ γυναικὶ, ὅπως διαδράσει τὰς αὐτῶν χειροτονίας, *horum metu alterum Matrimonium iniisse, quò se ab illa manuum impositione liberaret*. Adeò vel ipsis Arrianis notum, certumque fuit, quod ignorat Margunius, cujus ignorantiæ consulit his eloquentissimis verbis (4) Chrysostomus. *Castigat hoc ipso etiam impudicos, dum non eos permittit, post secundas nuptias, ad Ecclesiæ regimen, dignitatemque Pastoris adsumi. Nam qui defunctæ uxori benevolentiam nullam servasse deprehenditur, quo pacto hic Ecclesiæ præceptor esse optimus poterit? Nostis enim profectò omnes, quòd etsi per leges secundæ nuptiæ permittuntur, multis tamen ea res accusationibus patet: nullam ergo occasionem præbere subjectis Præsulem vult*. ἐν ταὐτῷ τε καὶ τοὺς ἀσελγεῖς κολάζων, καὶ ἐκ ἀφεὶς μετὰ δευτέρου γάμου τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζεσθαι ταύτην. Ὁ γὰρ πρὸς τὴν ἀπελθοῦσαν μηδεμίαν φυλάξας εὔνοιαν, πῶς ἂν οὗτος γένοιτο προστάτης καλός; Γίσε γὰρ πάντες, ἴσε, ὅτι εἰ μὴ κεκώλυται κατὰ τοὺς νόμους δευτέροις ὁμιλεῖν γάμοις, ἀλλ' ὅμως πολλὰς ἔχει τὸ πρᾶγμα κατηγορίας· οὐδεμίαν ἐν παρέχειν λαβὴν τοῖς ἀρχομένοις τὸν ἄρχοντα βούλεται). Sed cessent hæc omnia, non ne penes Græcos legis vim obtinent Apostolici, qui circumferuntur, Canones? At (5) ibi hæc habes. Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. *Si quis post baptismum secundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse Episcopus, non Presbyter, non Diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio Sacro deserviunt*. Hæc si Margunius non vidit, qui nobis se se Canonum Interpretem jactat? Si vidit, qui legem pernegat latam in Digamos, ne ad Ordines sacros adspirent? Est igitur lex, est ea consuetudo non solùm ex dictis probata, sed asserta palam à (6) Balsamone, à (7) Prodromo, ab ipso (8) Coressio, ab omnibus denique Græcis etiam Photianis; Imò & Ecclesia nostra: quæ nec benedictis dignatur Digamos, eorumdemque diu nuptias minimè coronavit: quæ Digamos per biennium à sacra cummunione arcuit, nec recipit sine animadversione, ut constat ex Conciliis (9) Laodiceno, ac (10) Neocæsariensi, ex Responsis (11) Nicephori Patriar-

(1) In Dialogo. (2) Hæresi 59. Catharorũ. (3) Hæresi 30. (4) Homil. 2. in Epi. ad Tit. (5) Can. Apost. 13. al. 17. (6) Ad d. Can. 13. Apost. (7) Ubi supra ad Can. Laodic. (8) In Synop. Nili ad Laodic. Conc. (9) Canone 1. (10) Canone 7. (11) In Jur. Græco Rom. l. 3. Tom. 1. sent. Synod. lib. 1. pag. 196. post med. (12) In Jur. Græco Rom. l.

triarchæ, quem colimus inter Divos IV. Nonas Junias, ex Nicetæ (22) denique Jurisperitissimi placitis. Ecclesia, inquam, nostra, quę tàm austera in Digamos est, tantumque in eos exerit severitatis, satis ostendit, arcendos à corona Ministerii, quos arcet à corona maritali, abstinendos à potestate benedicendi Populo, quibus minimè benedicit, vel certè more solito non benedicit: denique arcendos à ministrando Corpore Christi, quos jubet procul esse à Sacra Communione.

5.10.1.Respons. 1. p.210. in princ. & in Euchol. tit. περὶ λαιμ... περὶ διγάμων ubi Goar. not. 4. & seq.

VII. Nec Margunius tam manifestæ seu ignorantiæ, seu impietatis convictus tutum se putet, si de *Interpretativa* tantùm Digamiâ se locutum affirmet: nam, quod caput est, ea quæ scribit omnia omnem Digamiam aptam Sacris Ordinibus asserunt: deinde quæ dicta sunt de Digamiâ verâ, & propria, prorsus & de eâ, quæ Juris Interpretatione Digamia est, Canones censent. Pro Latinis loquatur Telense (1) Concilium: *ut is*, inquit, *qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad Clerum*. Subdit (2) Toletanum I. *constituit Sancta synodus, ut Lector fidelis, si viduam duxerit, ampliùs nihil sit*. Subscribit (3) Carthaginense IV. *Simili sententiæ subjacebit Episcopus, si sciens ordinaverit Clericum eum, qui viduam, aut repudiatam uxorem habuit, aut secundam*. Confirmat (4) Turonicum I. *Ut Digami, aut viduæ, aut corruptæ mariti ad gradus Ecclesiasticos non accedant*. Cui suffragatur (5) Arelatense III. dicens, *ut Bigami, vel Pœnitentes, vel repudiatarum mariti ad Sacerdotium non provehantur*. Eadem decernit (6) Arelatense IV. Hispalense (7) II. & Romanum (8) sub Hilaro. At pro Græcis calculum ferent, præter hactenus relata, novum (9) ex Apostolorum Canonibus testimonium his verbis. ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. *Si quis viduam, aut ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam ex iis, quæ publicis spectaculis mancipantur, non potest esse Episcopus, aut Diaconus, aut ex eorum numero, qui Ministerio sacro deserviunt*. Quibus statim adstipulatur Synodus (10) Ancyrana dicens: ὅσοι τὴν παρθενίαν ἐπαγγελλόμενοι, ἀθετοῦσι τὴν ἐπαγγελίαν, τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληρούτωσαν. *Quotquot Virginitatem pollicitam prævaricati sunt, proffessione contempta, inter Digamos, id est, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt*; & Neocęsariensis (11) apud (12) Harmenopulum: λαϊκὸς, οὗ ἡ γυνὴ φανερῶς ἐλέγχθη μοιχευθεῖσα, μὴ κληροῦσθαι. καὶ ὁ κεκληρωμένος, εἰ κατέχει τὴν μοιχευθεῖσαν, ἐξωθείσθω τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ διακονίας. *Laicus, cujus uxor manifestò convicta est de commisso adulterio, Clericus ne fiat: & qui ad Clerum pervenit, si pollutam adulterio retinet, à Ministerio sibi tradito rejicitor*: Quin & Scholiastes (13) Harmenopuli. Δίγαμός ἐστιν, ait, ὁ καὶ ἑτέραν μνηστευσάμενος, καὶ ἑτέραν κατὰ νόμους ἀγόμενος, καὶ ὁ τὴν ἑτέρῳ μνηστευθεῖσαν ἀγόμενος: *Digamus est, & is, qui aliam sibi despondit, & aliam secundum leges ducit, & qui alteri desponsam ducit*. Quæ omnia cùm ad interpretativam Digamiam pertineant, constat esse Legem, quæ vetet initiari vel Digamos, qui Juris interpretatione Digami sunt; ut planè dementissimus sit Margunius, qui tanquam ex Adyto docet, non videre se Legem vetantem. Esto, non videat, quid ad nos? at vident Græci omnes, videt Ecclesia universa, vidit & ipsa Antiquitas, quam vel nondum Christus docuerat, vel nulla caligo Fidei præsens illuminarat. Synagogæ scilicet Sacerdotes, quam ex legis interpretatione accepimus, Digamiâ penitùs arcebantur, Numine ipso edicente (14) filiis Levi. γυναῖκα πόρνην, καὶ βεβηλωμένην οὐ λήψονται, καὶ γυναῖκα ἐκβεβλημένην ἀπὸ ἀνδρὸς αὐτῆς οὐ λήψονται, ὅτι ἅγιός ἐστι κυρίῳ τῷ θεῷ αὐτοῦ. *Scortum, & vile postribulum non ducent uxorem, nec eam, quæ repudiata est à marito, quia consecrati sunt Deo suo, & panes propositionis offerunt*. Et rursus (15) de Pontifice ipso. *Virginem ducet uxorem; viduam autem, & repudiatam, & sordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo*. οὗτος παρθένον ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ λήψεται, χήραν δὲ, καὶ ἐκβεβλημένην, καὶ βεβηλωμένην, καὶ πόρνην, ταύτας οὐ λήψεται, ἀλλ' ἢ παρθένον ἐκ τοῦ λαοῦ. Synagogam exemplo vel secuti sunt, vel antecessere Ethnici ipsi, penes quos Flamen si uxorem amisisset flaminio decedebat, eo, quòd non poterat secundam uxorem accipere, teste (16) Gellio, cui authoritatem suam addit (17) Tertullianus scribens. *Monogamia apud Ethnicos in summo honore est: ut & Virginibus legitimè nubentibus univira pronuba adhibeatur, etsi auspicii initium est. Item in quibusdam solemnibus, & auspiciis, ut prior sit univiræ locus. Certè Flaminia non nisi univira est, quæ Flaminia lex est: Nam duo ipsi Pontifici maximo iterare matrimonia non licet, quod Monogamiæ gloria est*. Idem asserit (18) Hieronymus Monogamiam his laudans. *Flamen unius uxoris ad Sacerdotium admittitur: Flaminia quoque unius mariti eligitur uxor. Ad Tauri Ægyptii sacra semel maritus adsumitur*. Quæ ex Hieronymo fusiùs tradit Coelius (19) Rhodiginus. Quin etiam non Ethnici modò, sed & inter Ethnicos Barbari olim à Digamia lege, aut consuetudine penitùs abhorrebant; unde illa Cornelii Taciti (20) verba: *meliùs eæ Civitates, in quibus tantùm Virgines nubunt, & cum una spe, votoque uxoris semel transigitur. Sic unum accipiunt maritum, quomodo unum Corpus, unamque vitam, nec ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, sed tanquam matrimonium ament*. Quæ (21) Lipsius explicans: *inter quas*, inquit, *Civitates fuisse Erulos reperio, apud quos adeò secundo matrimonio non locus, uti uxor, marito mortuo, laqueo sese statim juxta sepulcrum indueret, nisi invisa vivere mallet, & infamis*. Videndusque ex nostris Procopius (22) hæc fusiùs narratione complexus.

(1) Can. 5.
(2) Can. 3.
(3) Can. 69.
(4) Can. 2.
(5) Can. 2.
(6) Can. 8.
(7) Can. 4.
(8) Can. 2.
(9) Can. Apost. 14. ali. 18.
(10) Can. 19.
(11) Can. 8.
(12) In Epitome Canonũ. Sect. 3. tit. 1. Can. 9.
(13) In d. Epitom. Sect. 2. tit. 1. Can. 2.
(14) Levit. c. 21. n. 7. & 8.
(15) Ibid. n. 13. & 14.
(16) Noct. Attic. l. 19. c. 15.
(17) Libr. de Exhor. ad Castit. & l. 1. ad uxor. & li. de Monogam. in fin. et lib. de præscript.
(18) Epi. ad Gerbutiam.
(19) Antiq. lect. l. 15. c. 22.
(20) Lib. de Morib. Germanor. ant. med.
(21) Ad Germaniam Taciti in not. ad p. 640. ver. meliùs.
(22) Lib. II. de bell. Gothico.

VIII. Quòd si Digamia adeò vel Ethnicorum Sacerdotiis inimica censebatur, si Barbari ipsi Monogamos voluere eos, qui profanis Altaribus ministraturi ad Sacra recipiebantur. Quis putet Digamos, utrolibet modo considerentur, nullâ Christianorum lege ab Ordinibus Sacris arceri, existimetve ad Divina Mysteria peragenda esse admittendos, quos scelesta Religio vetuit Sacra contingere. Sed Margunius hujus interdicti rationem non videt: At videre hercle poterat in sexcentis Latinorum Libris, quos le-

git

(1) *In Proem. Notar. ad Nomocanonem*. (2) *In 2. Sent. dist. 27. relat. à Turrecrem. in c. 1. nu. 6. 26. dist.* (3) *Relatus ab eod. ibid.* (4) *In c. jus generale dist. 1. col. 6. vers. maritus adultera*. (5) *In 4. dist. 27. q. 3. art. 1.* (6) *Lib. 2. de L. panal. c. 14.* (7) *In repet. C. Rainuntius ver. cuidam Petro n. 62.* (8) *In Enchirid. c. 19. n. 27. & c. 27. n. 195.* (9) *In Clem. furiosus. 1. p. §. 2. nu. 3. de homicid.* (10) *Bursat. cons. 218. n. 5. Jo. Matien. li. 5. recollect. tit. 1. in gloss. 1. rubr. nu. 102. Ludovic. Lopez. Instruct. Cõscien. 1. p. c. 83. ex col. 546. Jul. Clar. l. 5. §. fin. qu. 36. n. 10. Bernar. Diaz. in prax. Can. c. 16. nu. 3. ubi Salzed. ĩ additio. litter. D. Jo. Gutierr. l. 1. Can. qu. c. 25. n. 15. Neviz. in Syl. nupt. l. 1. n. 127.*

git, (nam de hoc (1) ipse palam superbit) si sexcentos libros illos, quos legit aut intelligere potuisset, aut non ad calumniarum, quas parabat, occasionem legisset. Nam ubi non ratio arcendorum à Sacris Digamorum palam ingeritur? Dò Photianis multiplicem. Et primò eam, quam superiùs delibavimus. Etenim ubi unitas ea non est, ex qua fiat, ut unus uni censeatur esse, vel fuisse conjunctus, corrumpitur significatio, quâ Matrimonium, uti Sacramentum, perficitur, censeturque in se se perfectum, absolutumque: Ea nimirum significatio, quæ nobis indigitat ipsam Christi cum Ecclesia Sacram conjunctionem, quam respici à Sacramento conjugii perfecto, diximus paulò antè cum Apostolo. Nam quî partitus carnem suam in plures conjuges, aut passus Connubium fœminæ alieno vel toro obnoxiæ, vel stupro, ejus divini Connubii specimen præ se ferat, quo se semel corporatum Numen spopondit Ecclesię, eidemque & Virgini, & Virgini castæ perpetuò diligendum se tradidit? Fit ergo, ut ubi Unitas illa non est, ibi non sit Matrimonii Sacramentum perfectum: Unde sequitur, eum, qui pluribus, aut uni, neque Virgini, neque castæ amore maritali conjungitur, vitio Sacramenti laborare. Is porro Digamus est, sive reverà se pluribus maritum præbuerit, sive uni passę vel libidinem, vel maritum, hoc est, sive eâ Digamiâ notatus sit, quæ vera est, sive eâ, quæ Juris Interpretatione habetur pro Digamiâ. Is igitur Vitio Sacramenti laborat: at qui Vitio Sacramenti laborat, Ordinibus abstinendus Jure censetur: neque enim Ministrum Sacramentorum decet eum esse, qui Vitium tulerit Sacramenti: Sequitur proinde ab Ordinibus Digamum abstinendum. Probat hæc omnia uno statim impetu, humiliore licet, doctiore tamen, & clariore facundia (2) D. Thomas. *Nam per Sacramentum Ordinis*, inquit, *constituitur quis Minister Sacramentorum, unde ille, qui aliis habet Sacramenta ministrare, nullum defectum in Sacramentis pati debet. Defectus verò Sacramenti est, quando Sacramenti significatio integra non invenitur. Sacramentum autem Matrimonii significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, quæ est unius ad unam; & ideò requiritur ad perfectam significationem Sacramenti, ut vir sit tantùm unius vir, & uxor tantùm unius uxor. Quare Bigamia, quæ hoc tollit, Irregularitatem inducit.* Hæc D. Thomas, quæ aliter, eadem tamen enunciat Albertus (3) Magnus, & ex his Theologorum quicunque de Digamiâ aliquid conscripsere, quorum suffragio adeò illa significatio Sacramenti omni ex parte integra necessaria est, ne sit defectus in Sacramento, adeòque ex quocunque hujus Vitii nomine Digamia contrahitur, ut Digamus censendus sit, cujus uxor adulterium perpetrarit, ut ut ipse crimen nescierit, ut præter (4) Felinum, (5) Soto, (6) Alfonsum Castrensem, (7) Guillelmum de Benedictis, (8) Navarrum, (9) & Covarruvias tradunt ex recentioribus plerique, (10) quos ad hoc Petrus (11) Cenedo producit. Præterea ubi Digamia est, ibi ea species virtutis minimè apparet, quæ quodammodo hominem à corporis contagione segregat, revocatque ad quandam animi solius adorandam planè conditionem, quæ vulgò *Spiritualitas* dicitur. Etenim in Digamia quædam in Venere m ut ut Jure probatam, nescio quid tamen fluxi, corporeique, & plane oppositi illi *Spiritualitati* referentem propensio, & quidem pervicax, ex repetiti conjugii nota, videtur esse, quæ sanè propensio Virtuti illi eximiæ tantò repugnat magis, quantò arctiùs ad actum corporis ex se fœdum, & sola Legis sanctione, Sacramentique Sacrum auspiciis adstringit. Jam verò in eo, qui admovendus est Sacris, Virtus illa ad unum animum hominem revocans apparere maximè debet, quippe qui eorum Ministerio addicitur, quæ ad animum pertinent, quique docturus ea est, queis homines à fluxâ voluptate ad excellentiorem illam rapiuntur, quæ animum unum oblectat. Ex quo itidem infertur, eum, qui Minister Sacrorum est, Digamum esse non posse.

IX. His accedit Ministrum Sacrorum ejus esse debere conditionis, qui non solùm Virtutes omnes queat suadere, sed easdem possit sine pudore ullo, aut convicii formidine Subjectis ingerere, ac, propedixerim, inculcare. Non enim ad unum Episcopum spectat, quod pręcipit Paulus (1) Timotheo: omnibus Ecclesiæ ministris dicitur. κήρυξον τὸν λόγον, ἐπίστηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως, ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ καὶ διδαχῇ. *Prædica verbum, insta opportunè, importunè, argue, increpa, obsecra in omni patientiâ, & doctrinâ*, & (2) alibi: περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν ἔργων ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα, λόγον ὑγιῆ, ἀκατάγνωστον, ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, μηδὲν ἔχων περὶ ἡμῶν λέγειν φαῦλον. *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrinâ, in integritate, in gravitate: Verbum sanum, irreprehensibile, ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.* Ut planè pateat, eum esse debere Sacerdotem, qui utpote (3) ἀνεπαίσχυντος ἐργάτης, *Operarius inconfusibilis* ad omnes virtutes hortari subjectos Populos queat. Sed enim id Digamus præstare non poterit: nam quî sine pudore Sacramentorum perfectionem, absolutionemque aliis commendabit, qui eorundem Vitium patitur? Quî sine convicii formidine aliis castitatem præcipiet, quam iteratò conjugio reprobavit? Quî verbis exemplo validioribus viduitatem persuadere conabitur, qui facto sprevit, & exemplo spernendam proposuit? Hinc deduces quantæ Sanctimoniæ sit prorsus oporteat Minister Sacrorum, ad quem spectat, cujus id munus est, imò quem omnino oportet ad omnem Sanctimoniam hortari, populosque ad omnem virtutem compellere. Neque enim Christianorum Sacros Ministros decet illud elogium, quod olim quadravit ad Pharisæos, quadratque hodie ad Photianos, utinam non ad Orthodoxos aliquos, de quibus à Christo (4) dicitur λέγουσι, καὶ οὐ ποιοῦσι, δεσμεύουσι φορτία βαρέα, καὶ δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων, τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά: *dicunt, & non faciunt, alligant onera gravia, & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere.* Quid? vera Sanctitas Sacros ministros decet: jubente (5) Numine palam. ἅγιοι ἔσαι, ὅτι ἅγιος ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν, ὁ ἁγιάζων αὐτούς. *Sint Sancti, quia ego Sanctus sum Dominus, qui Sanctifico*

Cappell. Tholosan. decis. 64. & decis. 235. n. 3. Vivald. Candelabr. Eccles. tit. de Irregul. Bigam. n. 6. (11) *In Collectã. ad Decretal. 137. n. 2.*

(1) *Ad Timot. 2. c. 4. n. 2.*

(2) *Ad Titum c. 2. n. 7.*

(3) *2. Ad Timot. c. 2. n. 15.*

(4) *Mat. c. 23. n. 3.*

(5) *Levit. c. 21. n. 8.*

Digitized by Google

tifico eos. *At*, inquit, (6) Tertullianus, *quantum fidei detrahant, quantum obstrepant Sanctitati secundæ nuptiæ, disciplina Ecclesiæ, ac præscriptio Apostoli declarat*. Quapropter egregiè (7) Ambrosius colligit. *Qui conjugium iteraverit, culpam non habet coinquinati, sed prærogativâ exuitur Sacerdotii*, & Augustinus (8) graviter, *non absurdè visum est, eum, qui excessit uxorum numerum singularem, non peccatum aliquod commisisse, sed normam quandam Sacramenti amisisse, non ad vitæ bonæ meritum, sed ad Ordinationis Ecclesiasticæ signaculum necessariam*. Imò, si credere par est Chrysostomo, Digamus notam quandam ex Digamia contrahit vitæ non admodum pudicæ, quæ castiganda est, non sanè pœnâ, quâ crimina, sed pœnâ, quâ vitia ipsa innoxia castigantur, hoc est Sacrâ repulsâ. *Castigat*, (9) inquit, *hoc ipso etiam impudicos, dum eos non permittit post secundas nuptias ad Ecclesiæ regimen, dignitatemque Pastoris adsumi*. Quod aliunde etiam rationi maximè consentaneum ostendit, cùm subdit: *nam qui defunctæ uxori benevolentiam nullam servasse deprehenditur, quo pacto hic Ecclesiæ præceptor esse optimus poterit?* Quasi nescio quid subdolum suspicari liceat de eo, qui primæ uxori, quam pollicitus est, fidem iteratis læsisse quodammodo creditur Himenæis. Qua ratione Ecclesię prisci Mores, vel in iis, qui sacram Dignitatem non ambiunt, Digamiam peculiariùs aversati sunt. Unde illa (10) Neocæsariensis Concilii Πρεσβύτερος εἰς γάμον τοῦ διγαμοῦντος μὴ ἑστιᾶσθαι. ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος ὁ διὰ ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις; *Presbyter in Digami nuptiis non convivator, quandoquidem pœnitentiam Digamo promerito, & exposcente, quis est Presbyter, qui commessatione talibus nuptiis condescendat, & indulgeat?* Et apud Nostros non solùm, quæ ex duplici matrimonio est, Digamia castigatur, ut supra ostendimus, sed & inventa est Digamia Sacra, qua fit, ut qui ab unius ad alterius Ecclesiæ præfecturam translatus Episcopus est, quasi ex iterato cum duplici Sponsâ contractu Digamus Episcopus habeatur, arceaturque à supremâ Sacrorum in Græciâ Dignitate, ne Byzantinas queat Infulas auspicari, ut refert ex Baronio (11) Magrius. Adeò, quòd Digamus ab Ordinibus arceatur, congruum est Rationi, quam non unam reddidimus, & numerosam reddunt DD. Latini, (12) Silvester, Brunorus (13) à Sole, Petrus (14) Arrago, Sebastianus (15) Medices, (16) Vivaldus, Alfonsus (17) Hojeda, Petrus (18) Damianus, Lælius (19) Zanchius, (20) Rebuffus, & alii apud Cenedum (21), quos non vidit infinitæ lectionis homo Margunius, cujus confestim difficultates proponendæ sunt, ut accuratè protinus enodentur.

X. In illis fatetur (1) ipse, non impugnari à se Digamiam veram, & propriam. Καὶ τὴν Διγαμίαν τὴν ἀληθινὴν, καὶ γνωστὴν τῇ ἁγίᾳ, τῇ καθολικῇ, καὶ ἀνατολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἀγκαλὰ καὶ τὸν κατηγοροῦντα τοὺς Διγάμους τῆς χειροτονίας νόμον δὲν βλέπω, ὁ διὰ τοῦτο ὅμως ἐλέγχω. Μᾶλλον δὲ σέβομαι τὰ ἔθη τῆς ἐκκλησίας. Τὴν ἑρμηνευτικὴν ἐκείνην τῶν Λατίνων δὲν καταλαμβάνω, οὐδὲ γνωρίζω. Ἔχω δὲ ὅθεν αὐτὴν καταπολεμήσω· Καὶ πρῶτον, ἐρωτῶ τοὺς Λατίνους. ἂν ἐξωθεῖτε τοὺς Διγάμους ὡς ἀκρατεῖς, διατί χειροτονεῖτε τοὺς ἀσελγεῖς, καὶ μοιχούς; εἰ δὲ ὡς φθείροντας τὴν τοῦ γάμου σημείωσιν, διατί τοὺς μὴ συγκοιτάσαντας τῇ γυναικὶ, ἀγκαλὰ καὶ νυμφίους, χειροτονεῖτε; Δεύτερον, ὁ γάμος μυστήριον, καὶ ἅγιον πρᾶγμα, δοθὲν παρὰ θεοῦ, πῶς ἐμποδίζει τὰ ἅγια, καὶ τὰ μυστήρια; Τρίτον, ὁ παρθένος οὐδεμίαν ἔχει σημείωσιν τοῦ θείου γάμου, πῶς ἂν ἀξιοῦται χειροτονίας, ἧς οὐκ ἄξιος ὁ Δίγαμος διὰ τὸ ἐλλείπειν τῆς αὐτῆς σημειώσεως; *Et Digamiam sanè veram, notamque Sanctæ, atque Catholicæ, & Orientali Ecclesiæ, quamvis vetantem legem sacris initiari Digamum non video, non propterea tamen vitupero: imò potius veneror consuetudines Ecclesię. Interpretativam illam Latinorum neque intelligo, neque cognosco; habeo verò, unde eam impugnem. Et primùm Latinos interrogo: Si abigitis Digamos uti incontinentes, cur conceditis Ordines scortatoribus? Si vero ut corruptores significationis connubialis, cur eos, qui nondum habito cum gemina uxore coitu sponsi sunt, ad Sacra provehitis? Secundò, matrimonium sacramentum est, dataque à Deo res planè sanctà, quî ergo impedit Sancta, & Sacramenta? Tertiò, qui Virgo est, nullam habet significationem sacri conjugii, quî ergo dignus est Ordinum, quibus ineptus est Digamus propter vitium ejusdem significationis?* Eccas omnes difficultates Margunii, quas tamen ille desumpsit omnes ex D. Thoma, ex quo Paludanus, aliique Theologi à Turrecremata relati, qui multis ante Margunium sæculis vixere, absolveruntque facili negotio, quæ, veluti nodos aliquos Gordios, jactat Margunius, ab illis hercle, vel in iis, quæ furto subripuit, longè diversius; cùm, quæ, illi sapienter objecere Veritati, quò clarior enitesceret; Hic dementer in Veritatem, quam odit, contorqueat, læsurus, si liceret, hostem Photianorum perpetuam. Ea ut statim dissolvamus, oportet enucleatiùs proponere, ne Photiani putent non percipi à nobis, quæ concisè, obiterque jactavit Margunius. Ergo primò. Si Digamia, inquit, ab Ordinibus arcet, vel quòd libidinis notam præsefert, vel quòd non integram habeat in ea significationem suam Matrimonii Sacramentum: At non arcetur, quòd libidinis notam præseferat: nam major, æquiorque nota libidinis in eo est, qui criminoso coitu plures corrupit, quàm in eo, qui Torum legitimum iteravit. Verùm, qui plures criminosè corrupit, ab Ordinibus non arcetur; igitur neque qui Digamus. Is itidem non arcetur, quòd non integram habeat Sacramenti significationem. Etenim quemadmodum Connubium coitu ipso perfectum individuam Verbi cum Natura hominis, vel Christi cum Ecclesia conjunctionem significat, ita & Connubium solo consensu contractum ante, quàm in thalamum nova nupta deducantur. Porrò qui pluribus se se spopondit Virginibus, contractoque iterum per consensum Matrimonio, non utrique Cælum abrupit, sed uni tantùm se se per copulam maritalem adjunxit, non abstinetur Ordinibus; igitur neque qui cum utraque legitimam Venerem exercuit. Secundò, cum prorsus in modum, quo fœdus ineunt Virtutes mutuum, atque invicem sociantur, Sacramenta se invicem fovent, atque amicè respiciunt. Atqui nulla Virtus plu-

ries

(6) Lib. 1. ad uxorē.
(7) Epist. 82. ad Vercellē.
(8) Lib. de bon. conjug. c. 18.
(9) d. hom. 2. in Epi. ad Tit.
(10) Canone 7.
(11) In Hierolex. verb. Bigamus.
(12) In Sum. ver. Bigamus. n. 6.
(13) In q. Legal. q. 32. n. 6.
(14) In 22. q. 12. art. 1. pa. 350.
(15) In Sum. peccator. 2. p. tit. 9 q. 29.
(16) In Candelabr. Eccl. tit. de Irregul. Bigam. nu. 29.
(17) De Benef. 1. p. c. 23. n. 110.
(18) In Tract. Dominus vobiscū c. 12.
(19) De Privil. Priv. 37.
(20) In Prax. tit. de Cler. male promot. gloss. 4. n. 7.
(21) Ad decret. collect. 138.
(1) d. Nota 100. Nomoc.

ries iterata impedimento est; ne alia exerceatur: nullum igitur Sacramentum, atque adeò ne ipsum quidem Matrimonium, impedimento est, aut esse potest, ne Ordines conferantur. Denique ejusdem rationis est, carere significatione Sacramento debitâ, ut perfectum sit, ac pati in Sacramento Vitium: non enim aliter Sacramentum deficit à sui absolutione, quàm quòd carens significatione à se præstanda, ex ejus desiderio, minimè perficitur. Unde inferre licet, æquo Jure decernendum esse de Carente significatione Sacramento debitâ, & de passo Vitium in Sacramento. At is, qui caret significatione debitâ Sacramento Matrimonii, qualis is est, cui nulla nupsit, à Sacris nulla Lege propterea rejicitur, cùm tamen in eo significatio conjunctionis divinæ nusquam sit. Et qui igitur vitium patitur illud, non amovebitur à Sacris, ut Digamus, in quo significatio Sacramenti corrupta est.

XI. His Argumentis, antequam respondeamus, notandum est, & ipsum Margunium peti, & ipsam Græciam, totamque Ecclesiam damnari. Nam his, si quid probatur, id hercle, quod asserit, omnes recipiendos ad Sacra, nullumque à Sacris Digamum repellendum. Non enim Digamiam Juris interpretatione constitutam speciatim impugnant, omnem, & palam veram, ac propriam universim evertunt; ut rem manifestam, atque obviam leviter consideraturo patebit. At Margunius vel invitus Digamiam veram agnoscit, cujus ad constitutionem tot Canones latos non videt, cujus tot rationes tàm copiosè ingestas non intelligit. Eandem Græcia Romanis longè severior legibus, moribusque complectitur, & tota Ecclesia omnibus accuratè servandum proponit. Quæ, si vera sunt, si manifesta; quæ stoliditas, quæ vesania, quod asseris, profiterisque, productis, ut author, alienis argumentis operosè labefactum ire? Si verò falsa sunt, cedo respondeat ipse argumentis suis pro Digamia verâ, quam recipit, Ecclesiæ mores veneratus. Quidquid Tutor veræ protulerit, id nos tutaturi Juris interpretatione constitutam Digamiam ab ejus responsionibus illicò licitabimur. Sed ille ratus labefactari hanc Digamiam non posse, nisi & prima protinus oppugnetur, ea proposuit, quibus utramque dirueret, ut quam à Latinis putavit inventam, cùm utriusque Ecclesiæ Jure rata sit, eam, vel excidio eorum, quæ à Photianismo recipiuntur, reprobaret. Nec mirum; translativum id Photianis, ut neque dicere, neque ratiocinari quidquam pensi habeant, dummodo dicant, scribantque: non enim Sapientibus dicunt, scribuntve: docent ignorantiam ignorantes non relaturos ad trutinam, quę docentur, sed avidè probaturos documenta omnia, si tamen esse, jure an injuria nihil interest; contra Latinos videantur. Eam ob rem licèt tàm putidis argumentis me pudeat respondere, respondendum tamen est, tutandumque, contra nebulonem, ac rabulam, Ecclesiæ utriusque Suffragium, quo propositarum nuper Rationum radiis maleſanæ hę nubeculę discutiantur: ut, si quando rarus inter Photianos homo, & vix laterna Diogenis inveniendus hæc legerit, atque intellexerit, noscat, quis sit ille Margunius, quo extremo Doctore superbit ignorantissimus Photianismus.

XII. Primò igitur objectæ primùm difficultati utrumque concedimus, repelli ab Ordinibus Digamiam tum propter notam libidinis, tum propter vitium non integræ significationis. Negamus autem utrumque, quod infertur. Utrobique enim dispar est ratio. Nam primùm, licèt is, qui plures criminosè corrupit, majori libidini sit obnoxius, non tamen aut permanenti, aut manifestæ. Ea nimirum & vaga esse potuit, & occulta. At Digami in Venerem propensio & constans est, quippe maritali obligata debito, & manifesta, quòd publicitus coram Ecclesia, instrumentisque Dotalibus constituta sit. Propterea corruptoris criminosi geminatum scelus non obest, quin ad Ordines, post expiatum crimen, aliquando corruptor adspiret; obest nota constantis, manifestæque libidinis Digamo, ne queat Sacerrimam dignitatem sperare. Patet ergo ex dispari ratione vanitas primæ consecutionis. Patet etiam jure eodem Secundæ infirmitas. Nam licèt Matrimonium nondum coitu perfectum fidelis animi cum Christo significet vi Charitatis factam conjunctionem, quia nimirum plures animi unum in Christo sunt, non tamen conjunctionem Ecclesiæ cum Christo tunc factam, cùm Verbum Naturam hominis in unam adsumpsit hypostasim. Hæc enim conjunctio uno Matrimonio per ipsum concubitum maritalem perfecto significatur. Etenim illa conjunctio vi Charitatis facta solvitur, & solvi potest, ut manifestum est, atque utinam non manifestum: hanc solvere conjunctionem nefas est ex tritis illis in Theologia: *quod semel adsumpsit, nunquam dimisit*. Jam iterato Matrimonio primo, quod solo consensu celebratum est, non corrumpitur ejus significatio, cùm sacra illa per Charitatem conjunctio, quæ per illud significatur, iterari possit: At Matrimonii alterius copulâ ipsâ maritali perfecti significatio vitiosa erit, si geminetur, cùm Sacra illa Christi conjunctio cum Ecclesia sit una, neque iterata unquam, neque iteranda, quippe quæ nullo queat pacto resolvi. Quapropter connubium geminum solo consensu initum non abstinet quenquam ab Ordinibus, abstinet sanè geminum Matrimonium coitu ipso perfectum. Hæc ad primum Objectum. Ad secundum licèt penè omnes Theologi cum D. (1) Thoma similitudinem virtutis, & Sacramenti recipiant universim, nobis nequaquam recipienda videtur. Nam, si in se Virtus consideretur, ea semper poterit cum laude iterari: at multa Sacramenta sine sacrilegio iterari non poterunt. Sic Baptismus, sic Confirmatio, quam Chrisma dicimus, ipsum quoque Matrimonium, quamvis penes Latinos ex libito centies iterari queat, ita censente Florentino (2) Concilio, & Hieronymo (3) dicente: *non damno Bigamos, imò & Trigamos, & si dici potest, Octogamos*; penes Nostros tamen quartò initum nullum erit, ut Græcis notissimum est, censeturque vel à Sede Apostolica severitati morum Græcorum indultum, authore (4) Arcudio, & (5) Goario. Considerata itidem Virtus, ut respicit alias, aliis Virtutibus exercendis impedimento esse non potest. Habent enim hoc Virtutes discrimen certum à Vitiis, quòd cùm Vitia se invicem oppugnando conficiant, Virtutes se invicem muniant,

(1) Refertur à Turrecrem. ubi sup.

(2) In Instruct. Armen. in Sum. Conc. Caranzę.

(3) In Apolog. ad Pammachiū pro libr. advers. Jovinian.

(4) Lib. 7. c. 27. 28. 29.

(5) Ad capita de Bigamis in Eucholog. not. 4.

Digitized by Google

niant, tantâ concordiâ, ut plerumque non una sit, ubi una est, ac sæpius exercetur. Contra repetio Sacramenti unius sæpe obstat, ne alterum suscipiatur. Id ut incertum sit in re nostra, patet in aliis. Ecce, si Presbyter Græcus post Ordines susceptos contrahat Matrimonium, hoc & Sacramentum est, & planè ratum conjugium, tametsi & criminosum, & improbum, ut olim interrogatus de Jure probavi. Nam Ordo penes Nostros Voto dirimenti conjugia minimè adnectitur. Quò fit, ut Ministris ante Ordinationem fassis, se vivere sine uxore non posse, post acceptos Ordines, Ancyranum (6) Concilium permittat uxores ducere his verbis: Διάκονοι ὅσοι καθίστανται παρ' αὐτὴν τὴν κατάστασιν, εἰ ἐμαρτύραντο, καὶ ἔφασαν, χρῆναι γαμῆσαι μὴ δυνάμενοι οὕτως μένειν, οὗτοι μετὰ ταῦτα γαμήσαντες ἔστωσαν ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ, διὰ τὸ ἐπιτραπῆναι αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. *Diaconi quicumque, in ipsa Ordinatione, potestati sunt, dicentes, velle se habere uxores, nec posse se continere; si postea sic ad nuptias venerint, maneant in ministerio.* Hoc tamen Matrimonium si sit post Ordines iteratum, etiam Græcis, exauthorationem, & irregularitatem facit: ita decernente Trullana (7) Synodo, quam in omnibus recipiunt Photiani. Sic etiam publica, solemnisque Pœnitentia Sacramentum est, ea tamen ab Ordinibus rejicit, ut inferiùs dicemus. Nihil igitur mirum, si unum Sacramentum semel, atque iterum susceptum impedimento sit alteri; cùm aliter philosophandum sit de Virtutibus, ac de Sacramentis. Ad Tertiam negatur quod antecedit: neque enim idem est carere hoc, ac pati vitium in hoc, sive hujus non habere perfectionem. Caret tabula nondum coloribus illita Pictoriæ artis operibus, nec tamen Vitium habet Picturæ. Hoc esse non potest, ubi Pictura non est; atque adeò esse non potest in Tabula nondum depicta, quæ tamen picturâ, ejusdemque perfectione carere potest, imò & debet. Longè igitur diversa sunt, carere significatione Sacramenti, ac pati significationis ejusdem vitium; sive non integram Sacramenti significationem habere. Unde sequitur, falsum esse, quod inde Margunius elicit, fassus proinde à se non satis intelligi, quid sit Vitium Sacramenti. Hoc in eo non est, qui caret significatione Sacramenti, in eo est, qui significationem Sacramenti cùm habeat, vel non habet integram, vel vitiosam habet. Neque enim repellitur ab Ordinibus, qui eam significationem non habet, sed qui integram, perfectamque habere non potest. Jam qui uxorem non duxit, Sacramenti sanè significationem non habet, at eam habere potest, & integram habere potest. Contra Digamus neque habet, ut suprà docuimus, neque habere potest integram significationem Sacramenti, cùm facta infecta fieri posse & (8) Natura, & Lex (9) effata Naturæ proponens inficietur. Hinc (10) Archidiaconus, *Defectus*, inquit, *Sacramenti in hoc casu appellatur impossibilitas signandi sacras conjunctiones, quæ impossibilitas non est in eo, qui nullam habuit uxorem, quia si nullam habuit, habere tamen potest, & potuit. Sed qui semel Digamus est, non potest non fuisse Digamus.* Propterea, ut acutè notat Innocentius (11) IV. non arcetur Sacris Ordinibus, qui caret Sacramento Unitatis; neque enim Sacramentum Unitatis necessarium est ad Ordines ritè suscipiendos. Arcetur sanè qui Vitium patitur Sacramenti, quia Lex vetat, eum Sacris initiari, qui Sacramentum conjugii non integræ, sed vitiosæ significationis accepit. Verba igitur illa Pauli, *unius uxoris virum* ita exponuntur, id est, *non plurium*, ut vetent scilicet plurium uxorum virum admoveri Sacris, non petant ad Sacra unius uxoris conjugium. Negant enim duntaxat, qualia & in Jure (12) Canonum multa, & multa occurrunt sacras Paginas percurrentibus. Sic dicitur (13) ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, *peperit filium suum primogenitum*, ex quo non sequitur peperisse & secundum, ut notat (14) Athanasius: & (15) affirmatur: *factum est, antequam convenirent*: πρὶν, ἢ συνελθεῖν αὐτούς; ex quo non colliges, quod postea convenerint, ut doctè monet (16) Hieronymus.

XIII. Sic enodatis difficultatibus, quas malè, & contra ipsam Ecclesiam nostram Digamiæ objicit Photianus, manifestum est, Digamos rejiciendos penitùs ab Ordinibus sacris, sive eâ notâ Digamiæ laborent, quæ vera, & propria dicitur, sive eâ, quæ interpretatione Juris constituta est. Nec prodest Margunii causæ, quam tantoperè ubique laudat, Synodus Quini-sexta, cujus audaciam primo Responso castigavimus accuratè, cujusque authoritatem nullam esse palam ostendimus, passimque traducunt eum (1) Hincmaro non Latini solùm quotquot de V. & VI. Synodo scripsere, sed amicus Photii (2) Anastasius, & ex Græcis Theophanes (3) S. Tarasii Syncellus. Etenim ea ipsa, licet apertè per summum nefas Romanæ Ecclesiæ severitatem in Digamos improbet, non tamen Digamos ad Sacra aut provehi patitur, aut provehendos affirmat. Imò liquidò edicit, ac præcipit ea, quæ si legisset Margunius, vel à rebelli, ac seditioso Collegio, quod sanè Photianismo prælusit, didicisset, esse Legem in Græca Ecclesia, quæ à Muneribus sacris Digamos abigit; atque inde sequi, esse quoque rationem repulsæ adeò legitimæ; quando ubi lex est, ibi & ratio, quâ sine lex esse non potest. Audiant ergo Græci, audiant Photiani quid censeat Trullanum (4) Concilium illo ipso in loco, in quo Romanam traducit Ecclesiam. *Definientes ab hoc tempore, & restituentes Canonem illum, qui probibet, ut qui ad secundas nuptias transierit post Baptismum, vel pellicem habuerit non possit Episcopus, aut Presbyter creari, vel Diaconus, aut omnino Ordinis sacri.* Ὁρίζοντες ἀπὸ τοῦ παρόντος, καὶ ἀνανεούμενοι τὸν Κανόνα τὸν διαγορεύοντα, τὸν δυσὶ γάμοις συμπλακέντα μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενον, μὴ δύνασθαι εἶναι Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. Quid his manifestius, ut noris rejiciendos à Sacris vel Digamos ex Penthectes suffragio? Addit: *Similiter & qui viduam adsumpsit, vel repudiatam, vel amicam, vel ancillam, vel meretricem, esse non potest Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino Ordinis sacri.* ὡσαύτως καὶ τὸν χήραν λαμβάνοντα, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς, μὴ δύνασθαι εἶναι Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον. Hæc non ne de Interpretativa, ut ajunt, Digamia calculum ferunt? Quæ ergo effrons audacia, si dicas à Trullana Synodo severitatem Romanæ Ecclesiæ

(6) Canone 10.
(7) Can. 3.
(8) Ex dicto Hesiodi penes Bulleng. de essat. Poetar.
(9) L. in bello §. facta ff. de Capt. l. verum ff. de regul. Jur.
(10) In c. 1. n. 1. in Med. 26. dist.
(11) In c. debitum. de Bigam.
(12) In c. judices 1. q. 1. & in c. sicca 24. dist.
(13) Luc. c. 2. n. 6.
(14) Orat. 3. contra Arianos longè post med.
(15) Mat. c. 1. n. 18.
(16) Lib. 1. Comment. in c. 1. Mat.
(1) In to. Concil. in V. & VI. Synod.
(2) In Synod. Quini sexta.
(3) In hist. de sex. Syn.
(4) Can. 3. cir. fin.

Digitized by Google

clesiæ damnari, reprobatâ nimirum Digamiâ minus propriè dictâ? Non damnat illa severitatem, quæ Digamos rejicit, sed quæ Digamis non parcebat. Cùm enim inexorabilem se Petri Sedes Canonum custodem assereret: Constantinopolis verò Clementiam enervem sequeretur; medium elegit Trullana synodus, secuta Constantinopolim in vitiis jam contractis, secuta Romam in contrahendis, quam si severam appellat, quòd Canones custodiret, profectò huic vituperationi Romanis illatæ per Synodum Quini sextam gratulari, & plaudere licet, eamque omnibus, quas passim Ecclesia Romana meretur, laudibus jure præponere. Atque hæc de Digamia dicta supersint.

SECTIO III.

De Vitio Natalium.

SUMMARIUM.

I. *Qui dicantur Naturales jure Civili?*
II. *Qui censeantur illegitimi Jure Canonico, & apud Græcos?*
III. *Jure latino Naturales rejiciuntur à Sacris Ordinibus, & Refellitur calumnia Philothei Patriarchæ C.P.*
IV. *Jure etiam Græco irregulares sunt Naturales. Multiplex ad hoc Græcorum Anthoritas.*
V. *Eadem Photianorum Sententia.*
VI. *Hæc Irregularitas multiplici ratione ducta ex Jure tum Divino, tum Civili probatur.*
VII. *Confirmatur ex justa præsumptione.*
VIII. *Proponitur Sententia Margunii, notaturque ejus inconstantia, & nequitia.*
IX. *Proponuntur Argumenta Margunii.*
X. *Respondetur primo, ac Secundo.*
XI. *Deciditur Quæstio, an pro alienò crimine puniri innocens possit?*
XII. *Ostenditur vanitas Margunii in Secundo Argumento, & Respondetur tertio.*
XIII. *Refellitur altera calumnia Margunii asserentis, inter Latinos Pontifices multos Episcoporum, ac Sacerdotum filios fuisse.*
XIV. *Ostenditur mendacium ejusdem affirmantis, multos ex iisdem fuisse spurios filios Pontificum.*
XV. *Corollarium, quo ostenditur ignorantia argumentandi, & interpretandi Canones in Margunio.*

I. VEnio ad alterum Ordinum Sacrorum impedimentum, quod à conditione quidem hominis innoxiâ planè provenit, notam tamen irrogat, quæ ab Ordinibus protelanda est. Ad hujus utilem in re Nostra notitiam, quatuor consideranda sunt, Natalium conditio, ætatis ratio, status ipse hominis, & bona Fortunæ. Primò igitur non nisi legitimo Toro progenitis licet Ordines auspicari, Dixi non nisi legitimo toro progenitis, ut omnes excludam, quos hæc nota complectitur. Neque enim Naturales filii, quos Spurios, Adulterinos, Nefarios dicimus tantùm, sed & Nothi, ac simpliciter Naturales rejiciendi sunt, quorum statim ratio exponendâ est, ut ab initio pateant ii, de quibus est sermo. Naturales filii Jure (1) Civili hi dicuntur, qui ex unicâ concubinâ, eâque domi, ac loco uxoris, lege tolerante, atque etiam permittente, detentâ nascuntur; dicunturque Naturales, ut (2) Isidorus scribit, quòd eos Natura sola genuerit, non honestas conjugii. Quę verba non ita accipienda sunt, ut Naturæ nomine Jus ipsum naturale intelligas, quod hominibus congruit ex ipsa rectâ ratione, quemadmodum male, & ineptè (3) Stobæus censuit, cui videntur adstipulari Antonius (4) Rosellus, & alii post (5) Bartolum, & (6) Alexandrum. Hoc enim reverà rationi minimè congruit, quippe quæ nos docet, Venerem simplicem, quam vulgò *Fornicationem* appellant, Jure naturali vetitam esse, idque constitutissimum est tum ex (7) Glossa, tum ex (8) Lactantio Firmiano, (9) Augustino, & (10) D. Thoma, quem pleno agmine Theologi sequuntur post (11) Jo. Majorem, Jo. (12) Medinam, & Alfonsum (13) de Castro. Intelligenda ergo ibi Natura pro Jure Naturali, quod provenit ex ipso coitus appetitu, atque adeò Animantibus omnibus convenit, ut cum Jo. (14) Lupi Ludovicus (15) de Sardis explicat accuratè. Etenim agere juxta normam Rationis censetur homini penitùs naturale, at agere contra rationem ex impetu quodam libidinis, licet reipsa contra naturam sit, ut doctè probat (16) D. Thomas, & post eum (17) Dominicus Soto, aliquo tamen modo, &, ut Philosophorum barbaries loquitur, *Secundum quid* naturale homini dicitur propterea, quòd impetu quodam Naturæ ad id operis propensi feramur. Quâ etiam significatione Jus naturale dicitur omnis instinctus, atque omne imperium Naturę, quod ad aliquid nos facit proclives, crediturque, ac dicitur propterea commune omnibus Animantibus sive brutis, sive ratione præditis, ut eloquenter Tullius (18) edisserit, cui subscripsit Jureconsultus (19) docens Jus naturale esse, quod Deus omnia animalia docuit, quæ verba sapienter Soto (20) laudatus enucleat.

II. Jure tamen Canonico, ut filius Naturalis censeatur, illud requiritur dumtaxat, ut ex iis parentibus natus sit, qui tempore Conceptionis, vel Nativitatis conjugium poterant celebrare, ut decernit (1) Innocentius III. & (2) Alexander III. licet ex concubinâ domi detentâ minimè sit; idque & rationi consentaneum, & consuetudine firmatum censent ex Latinis quidem celeberrimi Canonum Interpretes (3) Baldus, (4) Abbas, (5) Præpositus, Aymon (6) Savillius, Fortunius (7) Garzia, Rodericus (8) Soarius, & validissimè (9) Covaruvias: ex Nostris verò inferiùs laudandus (10) Harmenopulus, & ante eum (11) Balsamon in scholiis ad Canones, & ex eo Nilus (12) Rhodius, atque ipse (13) Marguniu; jure improbans leges Cæsarum concubinarum filiis faventes magis, quàm natis ex furtivo Coitu cum fœminâ quotidiano continui criminis contubernio minimè expositâ, laudansque æquitatem Ecclesiæ, quæ parcendum potiùs existmat nato ex clancularia Venere, minimumque habente obfuturi videntibus exempli, quàm ex manifesto crimine genitis, quorum parentes & ipsi peccant, & alios fortassis ad crimen

(1) *L. pen. & fin. ff. de Concubin. L. si quis off. ff. de rit. nuptiar. auth. quibus mo. nat. effic. sui §. si quis autem filios gloss. in c. per venerabilem, qui fil. sint legit. vers. natura.*
(2) *Lib. 1. Etimolog. c. ult. ad fin. 32. q. 4. relatus.*
(3) *Serm. 73.*
(4) *In tract. de legitim.*
(5) *In L. pen. ff. de Concub.*
(6) *In L. ex facto §. 1. qui rogatus n. 13. ff. ad Trebell.*
(7) *In Clem. ad nostram. de hær.*
(8) *Lib. 6. c. 23.*
(9) *Hom. 49. relat. in ca. audite 34. dist. & Serm. de Tem. 22.*
(10) *In 4. Sent. dist. 33. qu. 1. art. 3. & 2. 2. qu. 154. ar. 4.*
(11) *In 3. Sent. dist. 28. q. 29.*
(12) *De Restitutio. q. 19.*
(13) *Lib. de hæres. dictio. coitus.*
(14) *In tract. de Matrim. n. 16.*
(15) *Tract. de Legit. p. 1. q. 2.*
(16) *1. 2. q. 71. art. 2. ad 3.*
(17) *Lib. 1. de Nat. & Grat. c. 3. & in Epist. ad Rom. c. 1.*
(18) *Lib. 1. de Off.*
(19) *In L. 1. §. jus naturale ff. de Just. & Jur.*
(20) *Lib. 1. de Just. & Jur. q. 4. art. 1.*

(1) *In c. in notuis de Elect.*
(2) *In c. tanta de fil. Presbyter.*
(3) *Cons. 129. vol. 2. cons. 206 in fin. vo. 3.*
(4) *In d. c. tanta n. 17. col. fin. & in d. c. per venerabilem. & in c. tanta qui fil. sint legitim.*
(5) *In d. c. tata n. 6.*
(6) *Cons. 166. col. 3.*

Digitized by Google

crimen exemplo pelliciunt. Notandum autem est, à Nostris non admodum secerni Naturales à Nothis. Nam, ut Latinam authoritatem nihil collaturam, cùm de re Græcâ agimus, seponamus, nihilque fidei præstemus (14) Quinctiliano tradenti, à Græcis Nothum simpliciter vocari eum, qui legitimus non sit, Suidas (15) apertè docet, Nothum eum dici, qui natus non est ex legitimis nuptiis. Θεῖόν τι, inquit, Τὸ γνήσιον ἐν τοῖς κατ' ἀνθρώπων τόκοις· ὥσπερ ὁ μὴ τοῦτ' ἔχων, νόθος, οἷα ἐστερημένος τοῦ θείου, παρὰ τὸ νὸ στερητικόν. *Divinum quid est in partubus hominum esse legitimum; quare qui hoc non habet, quasi carens re illa divina, ex non, quod privat, nothus dicitur:* Σκότιον porro idem Suidas eum appellat, qui ex furtivo coitu fuerit conceptus, ex illis Homeri: σκότιον δὲ ἐγείνατο μήτηρ, *Scotium produxit mater:* colligitque; σκότιος δὲ, τουτέστιν ἐκ λαθραίας μίξεως, *Scotius dicitur, hoc est ex coitu furtivo*. Consentit Antiquissimus Interpres, (16) Homeri, & (17) Eustathius ipse, licèt uterque in explicatione secundæ dictionis à Suida dissentiant, arbitrati σκότιον eum esse, qui patre incerto natus est, quem Latini Spurium appellant. Ex quibus obiter Alciatus (18) refellitur vir sanè, cui Legum disciplina initium eruditionis, atque elegantioris ingenii debet, sed reipsa præceps in ferendâ sententiâ, præsertim in iis, quæ ad Græca spectant, quæ delibaverat hercle, non hauserat. Is enim Nothos eos Nostris esse putat, qui ex scortis, ac meretricibus geniti: quod quidem ut ut ex Juribus Latinorum verum dicamus, penes quæ vox Nothus ad significationem Spurii deducta naturales filios minimè indigetat, ut latè ibidem Alciatus ipse, & eruditè notavit ex eo (19) Covarruvias, tamen si vis nominis ex Græca significatione petatur, falsissimum est tum ex dictis, tum ex Jure (20) Authenticorum, in quibus titulus ipse à Græco Principe Græcè editus Naturales Nothos appellat.

(7) *Tract. de ult. fin. illatio. 8.* (8) *In L. feri 11. tit. 6. li. 3.* (9) *de Matr. p. 2. ca. 8. §. 4. nn. 3. & 4.* (10) *In tract. ad l. 1. ff. de Just. & Jur.* (11) *In Epist. ad Marcum Alexãd.* (12) *In Synop. ad Cano. Apostol.* (13) *Tract. 2. Spir. ex doctr. S. Jo. Climaci.* (14) *Libr. 4. instit. Rhet. c. 8.* (15) *Indictio. νόθος, & σκότιος.* (16) *Iliados δ' & ε.* (17) *ad d. δ' & ε. Iliado.* (18) *Lib. 4. Parergon. c. 5.* (19) *Ubi sup. n. 6.* (20) *Tit. quib. mo. nat. effic. sui.*

III. Hunc in modum exposita conditione hominum, qui non legitimo sunt toro progeniti, eam, ut supra censuimus, abigendam Ordinibus sacris iteratò affirmamus. Et hoc sanè Latinis constitutissimi Juris est, atque ab omnibus unà Canonum peritis receptum; quando de eo ita palam constituunt, edicuntque Decretales (1) libri, quorum scita, ad id, & ad alia circa naturalium filiorum infamiam producunt (2) Archidiaconus, (3) Turrecremata, Card. (4) Paleottus, (5) Cassanæus, (6) Rojas, (7) Lancellotus Conradus, (8) Quessada, (9) Spino, (10) Corrasius, (11) Nevizanus, Paulus (12) Fuschus, Hippolytus (13) de Marsiliis, Jacobus (14) Benius, Hippolytus (15) Marsilius de Columna, Andreas (16) Gambara, (17) Bellugus, (18) Camillus Borellus, (19) Rebuffus, (20) Burgo Pacius, Antonius (21) Corduba Larçus, aliique, quos non ad pompam referimus, sed ut Nostri cognoscant, quàm vera sint, quæ contra Latinos tàm confidenter effutiit Philotheus (22) Patriarcha, ausus asserere Latinos: Διὰ τὴν πρὸς πᾶσαν ἀξίαν ἀνάληψιν τῶν νόθων, καὶ ἥκιστα γνησίων ἀνθρώπων, καταλυμα, καὶ καπηλεῖον, καὶ μόνον οὐ πανδοχεῖον μοιχείας πεποιηκέναι τὴν αὐτῶν Ἐκκλησίαν. *ob adscitos in omnem dignitatem Nothos, ac minimè legitimos homines diversorium, hospitium, ac penè dixerim, stabulum effecisse libidinis Ecclesiam suam.* Quæ an sint vera ex relatis Authoribus compertum erit, & compertius ex referendis, quorum omnium constantissimo calculo certum est, à Latinis nusquam Nothos, aut non legitimos ad Sacros Ordines recipi sine *dispensatione*, ut ajunt, quæ non nisi ex causâ, & quidem gravi conceditur, ut explicat eruditè loco laudato sapientissimus Canonistarum Gallorum Rebuffus. Quin imò, si quando ad Sacra sinuntur accedere, à Dignitatibus tamen Ecclesiasticis novo Juris interdicto prorsus arcentur, ut videre Nostri poterunt in Decretalibus (23) extra, & in Sexto, & eodem loco tradit copiosè Rebuffus. Adeò sæpe Photianos furor, quo in Latinos hostes injuriosè feruntur, excæcat, tantique facienda est Palamitæ Philothei authoritas, qui illud Latinis impingit, quo omnium hominum minimè laborant, præsertim cùm ad id superiore sæculo lex lata sit Diplomate Sixti V. spurios, & non legitimos homines ab Ordinibus Sacris, Cœnobitarumque cœtu, aliisque plurimis Jure concessis beneficiis arcens, cujus ad rem nostram appositè meminit Jurisconsultorum suffarcinator (24) Cenedus; penes quem si quis ex Nostris hanc certissimam Latinorum sententiam inficiatur, eam, si quid intelligit, curiosiùs contempletur, ne à Photianis deceptus, quam sæpè Latinis objicimus, injustitiæ notam aliter judicantibus de Nobis, ac meremur, patiatur.

IV. Quod attinet ad Nothos, quidquid reipsa mos habeat, de Jure certè, qui non legitimo suscepti sunt toro, arcendi sunt ab Ordinibus: atque id quibuspiam non satis certum videri planè miror, cùm id Græcia palam censuerit, & nondum Photianismo concussa, & post Photianismum undequaque turbata. Atque, ut Antiquiorum authoritatem Scriptorum omittam, penes quos adeò id certum erat, ut non nisi per cœnobiticum Institutum liceret Nothis ad Sacra procedere; quemadmodum scribit Andreas (1) Cretensis: τὸ ἀγγελικὸν σχῆμα πᾶν ὅτι ῥυπαρὸν ἐν ἀνθρώποις καθαίρει· ὅτι καὶ τὸν νόθον, ὃν οὐδέποτε ἔξεστι προσπελάσαι τῇ χειροτονίᾳ, τῶν ἁγίων Πατέρων πάντων ἐπιτιμώντων τοῦτο, εἰ μονάσοιτο ἐν ὑπακοῇ, ἄξιον τῆς ἱερατείας νομίζεσθαι. *Angelicum, hoc est, monasticum Institutum omnes sordes ita ab hominibus aufert, ut & Nothus, quem nunquam licuit admovere sacris Ordinibus, Sanctis Patribus omnibus hoc incusantibus, si Monasticam Vitam in obsequio Præsidis professus sit, dignus sacerdotio habeatur.* Ut, inquam, Antiquiores Scriptores omittam à sexto sæculo quotquot in Græcia scripsere, si unum Margunium excipias, idipsum omnes fatentur. Et primùm occurrit Maximus Exhomologetes vir celeberrimæ & Sanctimoniæ, & fidei, ut testantur Menologia (2) Nostra, & (3) Baronius. Ejus (4) hæc sunt. Τὴν ἐν ἀσελγείᾳ κατακρίνει ὁποιανοῦν ἡ ἐκκλησία, καὶ τιμωρεῖ οὐκ ἐν τῷ ἀσελγεῖ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς υἱοῖς, αὐτοὺς ἀπείργουσα τῆς χειροτονίας. *Libidinem igitur damnat Ecclesia quancumque, eamque castigat non solùm in libidinis reo, verùm etiam in filiis ipsius, eos rejiciens ab Ordinibus.* Ex quibus palam est, Naturales filios rejici ab Ecclesia nostra tanquam Ordinibus sacris minimè idoneos, quando hic non est de legitimis sermo, ut notavit accuratè (5) Pachymeres. Similia habes, & ad idem exposita

(1) *C. 1. de fil. Presbyt. & in Sum. 26. dist.* (2) *In d. Sum. 26. dist.* (3) *In d. Sum. 26. dist.* (4) *De Noth. & Spur. ca. 55. & sequent.* (5) *In Cõsuet. Burgun. rubr. 8. §. 3. nu. 5. & 9. et Catal. glor. mũdi pa. 11. consid. 25.* (6) *De Success. c. 15. nu. 8. & c. 20.* (7) *In Tẽpl. om. Jud. tr. de Duell. 3. pa. concl. 74. n. 11. fol. 42.* (8) *Diver. qu. Jur. c. 6. n. 8.* (9) *Specul. testa. glo. 16. n. 7.* (10) *In §. Sacerd. 3. p. c. 2.* (11) *In Silva Nupt. l. 3. §. est nubendum n. 15.* (12) *Sing. 17. litt. B.* (13) *Sing. 478.* (14) *De privil. IC. 3. p. priv. 64.* (15) *De reddit. Eccle. Orig. 2. p. c. 18.* (16) *De off. et pot. Leg. à Later. l. 7. n. 101. & 116* (17) *In Specul. Princ. rubr. 6. litt. K.* (18) *In additio. ad Bellug. ibid.* (19) *In prax. tit. de dispẽs. sup. defec. natal. per tot.* (20) *In l. 3. Tauri n. 297.* (21) *In l. si quis à liberis §. si rescripsit nu. 49. ff. de lib. agnosc.* (22) *Tom. cõtr. Barlaam in med.* (23) *Utrobique de fil. Presbyter.* (24) *Ad Decret. collect. 14. n. ult.*

(1) *Orat.*

Digitized by Google

de relig. Vita. (2) *Januar. 21.* (3) *Ad ann. 607. per tot.* (4) *Ep. 3. ad Orthodoxos.* (5) *Orat. de Virginitate.* (6) *Synodico 3. in med.*

posita per Nostros, & per notissimum Nostris (6) Tarasium Sanctissimum Patriarcham Ecclesiæ labes abstergentem post Iconoclastarum hæresim expugnatam. Ait enim: Ἐπὶ δὲ ἀφοσιώμεθα τὰς ἀκολουθίας χειροτονίας τῶν μιαρῶν αἱρετικοφρονούντων, καθὼς δέδοκται τοῖς Πατράσιν ἡμῶν ἁγίοις, καὶ νυνὶ Γερμανῷ τῷ ἁγιωτάτῳ, τοὺς εἰς πορνείαν ἀναφέροντας τὰ γενέθλια παντὸς ἱερῦ ἀξιώματος ἀπείργομεν, ἵνα μὴ τὰ ἅγια ῥυπαίνηται. *Item repellentes irregulares Ordinationes sordidorum hæreticorum, ut statutum est à SS. Patribus nostris, & recens à Germano Sanctissimo, ex libidinoso coitu natos omni Ordine sacro abegimus, ne Sancta sordescant.* Adstipulatur Tarasio Synchronos (7) Epiphanius Presbyter, cujus multa habes in Tomis additis Synodo (8) Nicænæ secundæ. Nam, ὥσπερ, ait, τὰ ἐν ἐφύγροις, καὶ βορβορώδεσι τόποις βλαστάνοντα οὐκ ἐπιτήδειον φέρει καρπὸν πρὸς τράπεζαν βασιλέως, τὸν αὐτὸν τρόπον τὰ ἐκ πορνείας γεννήματα οὐ πρὸς διακονίαν τῆς ἱερᾶς τραπέζης ἁρμόσια, ὅθεν καὶ νόμῳ ἐξωθεῖται τῆς ἱερᾶς θρησκείας. *Quemadmodum enim, quæ nascuntur in uliginosis, & lutulentis locis non idoneum fructum mensis Principum ferunt, ita nata ex damnato coitu, inepta sunt ministerio sacræ mensæ: Quare & longe Clericorum à secta repelluntur.* Theodorus itidem (9) Prodromus, qui per Antonomasiam Intepres Canonum dicitur, quòd primus omnium Canones interpretatus est, teste Nicephoro (10) Blemyda; Prodromus, inquam, hæc habet. Δεῖ τὸν εἰσελευσόμενον εἰς τὸ φοβερὸν βῆμα τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ τέλειον εἶναι· αὐτὸς γὰρ εἶπε τοῖς αὐτοῦ δούλοις, καὶ ὑπηρέταις, ἔσεσθε ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι. Διὸ γνήσιον, καὶ ἀθῷον ὁ νόμος εἰς τὴν ἀξίαν τὴν ἱερὰν μόνον δέχεται, ᾧ συμφωνεῖ ἀποστολικῆς παράδοσις, λέγουσα, μὴ ἐᾶν νόθον Κλήρου τάξιν λαβεῖν. *Oportet ingressurum Dei omnipotentis tremendum planè Tribunal perfectum esse: ipse enim dixit suis famulis, ac ministris: eritis perfecti, sicut Pater vester cælestis perfectus est. Quare & legitimum, & innoxium ad Sacram Dignitatem dumtaxat recipit Lex, cui consonat Apostolica quædam Traditio dicens: ne sinas Nothum Cleri Ordinem recipere.* Flavianus etiam & fortissimus Martyr, & sapientissimus Patriarcha nullis precibus adduci potuit, ut Patricii cujusdam Naturalem filium tonderet in Clericum, φοβούμενος τὸ φοβερὸν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἁμάρτημα τῆς παρανόμου χειροτονίας, *timens verendum Antistitibus crimen Ordinationis contra leges actæ*, ut narrat acutissimus autor Joannes (11) Protosyncellus Flaviani ipsius discipulus, cui in re persimili planè similia refert Leo (12) Monachus memorans, Andream Cretensem, cùm invitus à Præfectura Ancarathi (Cœnobii in Creta nobilis nomen est) ad Infulas fuisset abreptus, adolescenti non legitimè nato, nuperque ad Ordinem Hieromonachi destinato authorem fuisse, ut in Cœnobium secederet: ἀνόσιον γὰρ παντελῶς ἦν, πρὸ τοῦ μονάζειν, ἱερομονάχου σχῆμα λαβεῖν τὸν ἀνάξιον χειροτονίας: *piaculum enim omnino fore, antequam monachi profiteretur Institutum, si Hieromonachi Insignia sumeret, qui Ordine sacro esset indignus.*

(7) *Orat. contra Iconoclastas.* (8) *Actione 6.* (9) *De Interpret. Can. ad Can. 33. Trullan.* (10) *Orat. 1. de process. Spirit. S. penes Allat. in Græcia Orth. to. 1. nu. 10. prope finem.* (11) *In Vita S. Flaviani sub init.* (12) *In Vita S. Andreæ Cretens. ant. med.*

V. Ex his liquidò constat, eandem prorsus sententiam latam à Græcis in Naturales filios, quæ passim ab omnibus Latinis effertur, eademque Sacrarum Legum observantiâ repelli Nothos à Nostris, ne queant Sacris initiari, quâ à Latinis itidem repelluntur. Quod ne quis Photianus inficias eat, Photianorum etiam adducimus testimonium, & in primis Cerularii illius, qui cœptum à Photio Schisma teterrimum, quo perditi sumus, constituit planè, atque ita roboravit, ut perennaret. Is teste (1) Gerasimo Protecdico adeò severè Canones custodisse dicitur, ut ne Regum quidem ipsorum, queis usque ad impietatem adulari mos vetustissimus Photianis (2) Gerasimo eodem Authore, petitionibus indulgeret, siquid contra Canones affectarent. Imò objurgasse dicitur Isaacium Comnenum Principem, quòd, ut ad Sacra Nothum fratrem proveheret, summis precibus contendisset. ὅτι χειροτονεῖν τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν προσελιπάρει δεόμενος. ὅθεν ἐπιτιμῶν δ' ἔλεγεν, ἀδύνατον χειροτονεῖσθαι μὴ γνήσιον· ἐκ δὲ τούτου γέγονεν ἱερατείας ἔχθρα, καὶ βασιλείας, ἣν οὐ φέρων ὁ τρισμακάριος ἐφυγάδευσεν ἐν Προκοννήσῳ. *Objurgans autem dicebat: nefas esse ad Ordines provehi non legitimum. Hinc Ortum Sacerdotium inter, & regnum dissidium, quod minimè ferens Beatissimus ille exulavit in Proconneso.* Quæ postrema Narrationis pars, an veritati sit historicæ consentanea, viderint alii, quibus omnino diversa scribit Joannes (3) Curopalata. Nobis prima pars hujus Historiæ id beneficii confert, quo possimus evincere, vel penes Photianos ipsos obtinuisse, ut à Sacris Ordinibus arcerentur Nothi, atque Spurii, idque genus homines notâ Natalium laborantes. Quod etiam affirmat Andronicus (4) Camaterus, quem solidissimè refutavit (5) Veccus prolixa Patrum Sanctissimorum authoritate. Is enim Græcam Ecclesiam eloquentissimè laudans à Morum castitate, quæ certè supra omnium Gentium Institutiones viguit semper in Sacerdotibus nostris, sic scribit: θαυμαστὸν δ' οὐδὲν, εἰ ἁγνεύει περὶ τὰ δόγματα ἡ ἐν ἀνατολῇ ἐκκλησία· Πάντα γὰρ τὰ περὶ αὐτὴν ἁγνὰ, καὶ ἀμόλυντα· ὡς οὐδὲν μιαρὸν, οὐδὲν νόθον, καὶ μηδαμῶς γνήσιον εὑρεῖν, οὐδὲ ἐν τῇ τάξει, οὐδὲ κατὰ τὴν χειροτονίαν. *Nec mirum, si casta sunt in Eoa Ecclesia dogmata: omnia enim circa ipsam casta sunt, & impolluta ita, ut nihil invenire sit in ea aut sordidi, aut Nothi, aut non legitimi sive in Ordine, sive in Ordinationibus.* Hæc Camaterus, quæ ne quis ex hostibus nostris Græca dicat, ad fastum scilicet, ac jactantiam ostentata, norit de castitate maritali sermonem esse, quam nostris Sacerdotibus consuetudo ritè (6) præscripta concessit. Unde statim infertur, quod nempe probamus, in Ecclesiâ nostrâ à Photianis licèt vexatâ nunquam receptos ad Ordinum dignitatem ex incesto genitos toro. Gregorius (7) ipse Cyprius Patriarcha CP. quo nullus acrior Photianismi Defensor, ut constat (8) ex Vecco, τὴν ἀλήθειαν, inquit, καὶ ἐν ταῖς χειροτονίαις ἀπαιτεῖν εἴωθεν ἡ ἐκκλησία, οὐ προσδεχομένη τοὺς μὴ γνησίους εἰς τάξιν ἱερὰν, ὅτι ψευδῆ ἔχουσι καὶ νόθα φυσικῶς τὰ γενέθλια. *Veritatem & in Ordinationibus exposcere solet Ecclesia, non recipiens eos, qui legitimi non sunt, ad Ordinem sacrum: quòd hi falsa naturaliter habeant, & non ingenua Natalia.* & (9) Planudes, interrogandi eum, qui ad Ordines est recipiendus, quandam formulam proponens: τὸ πρῶτον, ait, ζητητέον, εἰ γνήσιος; τοὺς γὰρ ἐν πορνείᾳ πατέρων πεφυ-

(1) *In Vita Michaelis Cerularii ante fin.* (2) *Ibid. circ. medi.* (3) *In hist. ad Isa. Comnen.* (4) *Orat. pro Veritate quæ est pa. 2. tom. 2.* (5) *In antirrhetic. animad. vers. Camateri.* (6) *c. cum olim. de Cler. conjug.* (7) *Orat. pro Veritate par. ult. to. 3.* (8) *Utraq; Orat. contra Tomū Cypri.* (9) *Tit. περὶ χειροτονίας.*

Digitized by Google

κάτω τὸ ἱερὸν ἐν ἀρχῇ πρὸς ἀσυρίαν. *Primùm quidem quærendum, an legitimus? Nam, qui ex libidine parentum nati sunt, eos Sacrum non recipit ad Ministerium*. Idipsum Nilus (10) Rhodius edicit verba Prodromi superiùs relata considerans, unde per Epiphonema sic colligit: Τοσοῦτο τὸ τῆς ἁγνείας φίλτρον δεῖ τῇ ἐκκλησίᾳ, ὥστε καὶ ἁγνὸν ἄνθρωπον, εἰ ἐκ ἐξ ἁγνῆς συνουσίας, ἀπείργειν τῆς ἱερωσύνης. *Tantus est Ecclesiæ erga Castitatem amor, ut & castum hominem, si non ex casto sit coitu, à sacerdotio arceat*. Quid igitur mirum, si Græcia plausum edidit Callisto (11) Patriarchæ CP. licèt & Photiano, & palam in reliquis Palamitæ, cùm Jonam Episcopum Rhyndacenum exauthoravit tum ob crimen Simoniæ, quo nunc impunè grassantur Photiani, tum propterea, quòd Spurios, Nothosque homines Christi sacratiori Ministerio sineret nomen dare? Nam tertio sententiæ capite hæc verba complectitur. Ὁ δὲ πονηρὸς οὗτος ποιμὴν, μᾶλλον δὲ λῃστὴς, εἰς τάξιν κλήρου πᾶν, ὅτι μιαρὸν ἀπεδέξατο, καὶ χειροτονήσας ἀκανονίστως ἀνθρώπους δωροδοκίας ἕνεκα, ἐπὶ τοὺς ἀναφανδὸν οὐ γνησίους τὰς χεῖρας ἐπέθηκε, καθιερώσας τοὺς ἐν ἀσελγείᾳ κακῶς ἐσπαρμένους. *Malus autem hic Pastor, imò potiùs latro ad Ordinem Cleri sordidum omne recepit, atque irregulares homines Sacris initians munerum gratia, etiam non legitimis manus imposuit consecrans in libidine malè satos*. Cui decreto publicè dixit Encomium Leo (12) Rhyndacenus in ipsa æde Regia Sophiæ concionatus his eruditissi nis verbis. Τὸ λῃστὴν, παναγιώτατε πάτερ, ἡ θεία σου φρόνησις καλῶς ἡμῖν ἀπεφήνατο, καταδικάζουσα τὸν λῃστὴν, τὸν τὴν ἐκκλησίαν μιάναντα· οὐ γάρ ποτε θεμιτὸν, οὐ γνήσιον ἄνθρωπον εἰς κλῆρον λαβεῖν· Τὸ αὐτῷ ἀετῷ ἴσον ἐξεστι μετὰ Μωσέως τὴν ἐκκλησίαν, τοὺς οὐ γνησίους τῆς αὐτῆς οἰκειότητος ἁγίως ἀπείργουσαν. *Ergo, Sanctissime Pater, divina isthæc Providentia tua benè nobis edixit: damnans latronem illum, qui conspurcavit Ecclesiam. Neque enim unquam licuit non ingenuum hominem Clero adscribere. Aquilæ par est comparare, juxta Mosen, Ecclesiam, non ingenuos filios à sua familiaritate rejicientem*.

VI. Constat igitur, non solà Ecclesiæ Romanæ authoritate ab Ordinibus Nothos repelli, atque Spurios, sed ipsà Græcorum, imò etiam Photianorum sententià, quam scilicet ratio multiplex munit, & illa in primis, quæ ex sacris Paginis apertè colligitur. Ibi enim (1) hæc habes: οὐκ εἰσελεύσεται ἀμμιγνίτης, καὶ μαμζίτης εἰς ἐκκλησίαν κυρίου ἕως δεκάτης γενεᾶς: quæ verba palam corrupta sunt in textu Græco vulgato, ut notat (2) Planudes, & ex eo (3) Coressius, patetque ex ipso, ut ajunt, Textu, ubi de eadem re iterum dicitur: οὐκ εἰσελεύσεται): quare eorundem Græcorum authoritate sic (4) restituuntur, οὐκ εἰσελεύσεται μαμζὴρ εἰς ἐκκλησίαν κυρίου ἕως δεκάτης γενεᾶς, οὐκ εἰσελεύσεται ἀμμιγνίτης καὶ τὰ λοιπά. *Non ingredietur Manzer in Ecclesiam Dei, usque ad decimam generationem*. Quod interdictum Numinis authoritate interpositum, variè, qui sacros Apices enucleant, interpretantur. Alii enim Manzeres, quo nomine Spurii, Nothique censentur, teste (5) Magrio, repulsos putant à ministerio ipso Templi, ne, qui in Levitica Tribu ex criminoso coitu nascebantur, sacris Ordinibus adscriberentur: alii vel ab ipso ingressu ædium Sacrarum rejectos non legitimè natos ex omni Israel, ne unà cum legitimo Populo Numini facerent. Prima fortassis interpretatio Veritati magis consentanea est, & eadem ex secundà palam deducitur, unde statim argumentum est, arcendos à sacris Ordinibus non legitimos filios, & Naturales. Nam, si Synagogæ tanta ingenuitas imperatur, quid Ecclesiæ? Si Synagogam decuit Ministros habere, quorum natalia Leges agnoscerent, quid deceat Ecclesiam, cui, uti diximus, non nisi inconfusibiles Ministri ab Apostolo conceduntur? Præterea, si (6) lex illa, quæ libidinosum contubernium permittit, ejusdemque publicam facit potestatem, si lex, inquam, Civilis adeò in filios sævit, ut extantibus Naturalibus, & legitimis tantùm, aut etiam vivà uxore legitimà, nequeant succedere; imò & orbo patri, atque intestato in sextante dumtaxat succedant, ut Jura (7) perhibent, ex quibus idipsum (8) DD. autumant cum Jurisconsultissimo (9) Covarruvias: Quod potiori Jure protendendum est ad Spurios, atque Nothos, quos lex meretrices permittens, neque scorta puniens ita repellit à bonis paternis, ut neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex contractu inter vivos à patre aliquid capere possint, decernente id Justiniano (10) Cæsare, confirmantibusque (11) Jureconsultis; quis putet legem Canonicam, quæ palam hæc omnia damnat, quà contubernium cum concubina, & cum meretrice coitus ubique improbatur, filios inde natos ad omnium dignitatum maximam, quæ homines proximos efficit Deo, recipere? Certè turpes, & infames Naturales hi filii Jure censentur, ut ex hactenus adductis & Legibus, & DD. manifestum erit: at turpibus, & infamibus ad dignitatem iter, ac januam Jus (12) utrumque claudendam decernit. Quò fit, ut ne tondere eos quidem liceat, quemadmodum & Græcis ii, quos supra laudavimus, insinuant, & Latinis Jus (14) Decretalium librorum exponit. Detestatur enim Ecclesia (14) paternum sæpe crimen in filiis, imitata Rempublicam, quæ plectit (15) in filiis crimina Patrum. Muneratur etiam Virtutes Patrum in Filiis, idipsum Republicà curiosè præstante, ut plerunque ex Munere, pœnave filiorum judicium Ecclesiæ conjicere fas sit approbantis, reprobantisve facta Parentum. Unde licèt inferre, meritò ab Ecclesia rejici Naturales, ac Spurios, ut libidinem parentum castiget: Scilicet eandem probatura, si eos ad honorem Ordinum ire patiatur. Quid quòd infamia Ministrorum tota in Ecclesiam ipsam refunditur: arcendi ergo infames etiam facti infamià, & è famosis Natalibus Orti abstinendi Ecclesiæ familiari, ac domestico famulatu, ne fama Ecclesiæ damni aliquid capiat, ut accuratè notavit (16) Cardinalis, videndusque ad hæc, & alia, breviter, sed doctissimè disputata Joannes (17) à Turrecremata.

VII. His addere fas est & rationem, quæ ex *præsumptione*, uti ajunt, non inficetè deducitur. Nam ex libidine nati Vitium Originis in se exprimunt plerumque Moribus ipsis, ut Bonifacius (1) Martyr testatur, nec absimilis Patri solet esse filius, ut Glossa effatum Ulpiani (2) explicans scribit, quam (3) Goffredus refert, ac lo-

(10) In Epitom. Canon. ad Nicæn. II.

(11) In Tom. depositio. Jonæ Episc. Rhyndaceni.

(12) Contra Jonā Nothepiscopū Orationis fine.

(1) Deut. c. 23. n. 2.

(2) περὶ ἀναθημάτων τῆς θείας λογίων.

(3) Lib. 2. de Sacramen. c. 9.

(4) d. c. 23. Deuter. nu. 2. habetur in c. innotuit de elect. c. per venerabilem, qui fil. sint legit.

(5) In Hierolex. verb. Manzer.

(6) L. pen. & ult. ff. de cōcub.

(7) Auth. licèt Cod. de natural.

(8) Gloss. Abb. & Præpos. in c. tanta. qui fil. sint legitim. Bald. in L. eam, quā Cod. de fideicom. n. 26. & L. cùm acutissimi nu. 7. Cod. eod. & in L. quisquis. Cod. ad L. Jul. majest. Nicol. de Ubald. in Tract. de success. ab intest. col. 11. Jo. Bapt. à S. Sever. in L. si qua illustris C. ad Orfician. fol. 4. col. 3. Alex. in L. Lucius ff. de Vulgar. col. 3.

(9) De Matrim. p. 2 c. 8. §. 4 n. 9.

(10) §. fin. authen. quib. mo. natur. eff. sui l. 1. et auth. licet Cod. de natural.

(11) Bald. & Salic. in d. L. 1. Bar. in L. fin. ff. de his, quib. ut indig. Jas. in L. 2. Cod de her. instit. Alex. in L. hereditas Cod. de his, quib. ut indig. Covarr. d. c. 8. §. 5. n. 3.

(12) c. inter de excess. Prælat. c. infamib. de reg. jur. in 6. l. neq; famosis Cod. de digni. lib. 12.

Digitized by Google

loquitur. Scilicet, ut ait (4) ille, fortes creari fortibus, certum est, nec imbellem columbam à ferocibus aquilis generari. Jurisconsultorum (5) etiam suffragio à parentibus non immeritò ad filios est præsumptio, quando à genere non invalida conjectura est. Quare (6) Quinctilianus, *similes*, ait, *parentibus, ac majoribus suis filii creduntur, & nonnunquam ad honestè, turpiterque vivendum, inde causa fluunt*. Quod etiam confirmatur Christi sententia (7) dicentis: οὐ δύναται δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν: *non potest arbor mala bonos fructus facere*; cui consonant, quæ scribit morum observator Aristoteles. Hinc vetus illud adagium: (8) Κόρακος κακοῦ κακὸν ὠόν: *mali corvi malum ovum*, quod aliter ad rem nostram aptavere interfectores Maximini Milites, cùm post discerptum ad Aquilejam cum Patre filium, acclamaverunt, authore Aurelio (9) Victore: *ex pessimo genere, ne catulum quidem habendum*. Et Ecclesiastes (10) idipsum probans: *in filiis suis*, *inquit*, *agnoscitur vir*: ἐν τέκνοις αὐτοῦ γνωσθήσεται ἀνήρ. Chærondas (11) quoque: *in quibus*, ait, *civitatibus senes imprudentes fuerint, liberi etiam, nepotesque ipsorum impudentia laborabunt*. Cui attestatur (12) Plato dicens: *ubi senes minùs pudici sunt, necesse est, ibi iuvenes impudentissimos esse*. Atque inde fit, ut ex eo quis ad hostes transfugisse censeatur, quòd natus sit ex progenie eo nomine infamata, sicut notarunt recensiti per eruditissimum (13) Tiraquellum, Angelus, Barbatia, Nevizanus, & Cassanæus, quibus accedit Decius (14) docens, præsumi facturum filium, quod pater fecisset: & Grammatica (15) post (16) Angelum, & (17) Barbatiam, tradens, si pater factiosus fuerit, ac seditionibus deditus, factiosum etiam filium, amatoremque turbarum, ac partium censeri. Quorum ea ratio omnium esse potest, quoniam filius portio paterni corporis est, ut fœderatum (18) Philosophiæ (19) Jus palam insinuat. Quapropter eadem natura à Patre in filium, quasi ex traduce quodam derivata, idem præseferre vitium videtur, eandemque facere animi, corporisque propensionem. Jam si filius eodem vitio laborare censendus est, quo Pater, idque Juris quadam præsumptione receptum est, nemo non videt, justè repelli Naturales, Spuriosque filios ab Ordinibus, quòd ad paternam libidinem proclives, & ex damnata Venere orti ad eandem propensius habere ingenium reputentur. Et scio sanè præsumptionem hanc levem esse, ut alibi egomet (20) fusè docui, traditque eleganter (21) Menochius; verùm, cùm agatur de re maximi momenti, cùmque maximo esse damno queat Ecclesiæ, si quod Præsumptio hæc levis monet, eveniat: Jure hercle hìc etiam ex levi causa, tot insuper aliis, quas attulimus, rem ipsam suadentibus, prognati ex damnato coitu repellentur. Neque obesse videtur, quod quispiam emunctæ naris objiciet, nimirum, eadem ex causa, si vera dicimus, jure sequi, ut repelli possit etiam legitimus, si ex libidinoso sit patre. Nam in primis, cùm de Naturalibus agitur, Ecclesia Naturam unam in iis operari censet, ex qua una censentur geniti; cùm contra in legitimis vim suam exercere reputetur honestas ipsa, unde ortum habuere; Deinde

(13) c. 1. et per tot. de fil. Presbyter.
(14) 7. quæro cũ seq. 6. q. 1. c. vergentis de hæret.
(15) L. quisquis Cod. ad L. Jul. Majest.
(16) In c. præsertim de fil. Presbyt.
(17) In c. Presbyterorum 26 dist.

(1) In c. si gens Anglorũ 56. dist.
(2) In L. quod si nolit §. qui mancipia ff. de ædilet. edicto.
(3) In Sum. de fil. Presbyter.
(4) Horat. Ode 4. l. 4. Carmin.
(5) Jo. Andr. in ca. semel de regul. Jur. in 6. Alciat. præsump. regul. 1. vers. 24. & in eod. Tractat. Menoch. l. 1. q. 16. n. 24. & seqq. Simanc. Instit. tit. 50. de præsũpt. n. 10. Caccialup. in L. admonendi n. 257. ff. de jurejur.
(6) Instit. l. 5. c. 10.
(7) Mat. c. 7. n. 18.
(8) Planud. in Adag. cent. 2.
(9) In Maximino circa fin.
(10) Ecclesiastici c. 11. n. 30.

fit nescio quomodo, ut affectiones animi bonas, pravasque, quibus subjiciebantur Parentes, in ipso fœcundo Coitu proles inde concepta peculiariùs exprimat, quod probari posset ex astu Jacob in (22) Genesi. Cùm igitur in damnato concubitu affectio & vehementior, & addicta Magia libidini sit, imò tota sit ad libidinem, contra verò in castis conjugum amplexibus neque libido, & si Naturalis ulla cupiditas generandi, honesta, Deoque auspice inita; fit, ut jure nati in affectione libidinis libidinosi, progeniti ex honestatis maritalis amore, honestatis, castitatisque sectatores censeantur. Denique parentes legitimi, sint licèt proclives in Venerem, non tamen palam, quare eorum crimen non se se ingerit Quæsitori sacro ita, ut proinde credi possit in filio: etenim is legitimæ Originis specie unam parentum castitatem commendat, contra in Notho, ac naturali filio parentum libido cuilibet se se contemplandam offert, atque vitiatæ Originis ostentatione notam è vitio parentum à filio contractam, indeque præsumptionem hactenus explicatam insinuat; qua tandem conficimus, non solùm communi Ecclesiæ utriusque suffragio Naturales filios ab Ordinibus repelli, verùm etiam jure repelli.

VIII. Id tamen unus (1) Margunius, post (2) Balsamonem, pernegat, ratus neque repelli à Sacris Ordinibus, neque Jure repelli. Quod assertum in Synodum Trullanam refundit vetantem in eo, qui Candidatus est Ordinum, inspici genus. Id porrò breviter, & more suo contemptim pluribus rationibus confirmat. πρῶτον, ait, ἄδικα τῆς χειροτονίας ἀπείργεται ὁ ἀναμάρτητος, καὶ ἀδικώτερα, εἰ διὰ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ πατρὸς ἀπείργεται, λέγοντος τοῦ Θεοῦ ὁ υἱὸς οὐ λήψεται τὴν ἀδικίαν τοῦ πατρός· κατὰ τοὺς νόμους ἐπὶ τῶν βασιλέων οἱ ἐκ πορνείας τιμὰς λαμβάνουσι· πῶς ἂν σκληροτέρα ἡ ἐκκλησία ἡ πάντοτε ἐλεήμων, καὶ πολυέλεος; τῶν λατίνων γοῦν τοῦτο μηχάνημα, μᾶλλον δὲ πρόνοια Θεοῦ, ἵνα ἐν πᾶσι φανῇ ἡ αὐτῶν ἀσυστασία, πῶς γὰρ τὸν πόρνον οἱ χειροτονοῦντες τοῦ πόρνου τὸν υἱὸν οὐ δέχονται; τί δέ; τῶν παπάδων οἱ πολλοὶ νόθοι ἐκ πορνείας ἐγένοντο. *Et primùm injuriâ ab Ordinibus arcetur innocens, & iniquiùs, si propter paternum crimen arcetur: dicente Deo: filius non portabit iniquitatem patris. Juxta leges quoque Regum, qui ex damnato sunt coitu, dignitates accipiunt. Quî igitur crudelior Ecclesia, quæ semper mitis, & misericors admodùm? Latinorum autem & hoc inventum; imò verò Dei Providentia, ut in omnibus appareat eorum inconstantia. Quo enim pacto libidinosum hominem qui Sacris initiant, libidinosi filium non recipiunt? Quid porrò? Pontificum Romanorum multi Nothi, ex incesto concubitu nati sunt*. Hæc superciliosè Margunius: Mox prolixum syllabum edit Pontificum, quos Nothos fuisse suâ ipse authoritate fultus affirmat. Notandum autem, hæc, quæ Margunius proponit, non solùm Ecclesiæ nostræ, & Legibus, & Moribus esse contraria, verùm etiam sententiam Margunii rectà labefactare. Nam hic ipse eodem in (3) Opere suo asserit Naturales, ac Nothos ab Ordinibus repellendos. Ἐκεῖνος, ὅπου δὴν ὦσι γνήσιοι, ἤγουν, ὅπου δὲ ὦσιν ἐκ νομίμων γάμων, ἡ ἐκκλησία ἐν πολλοῖς οὐ δέχεται. μάλιστα δὲ τοὺς διώκει ἀπὸ τὴν χειροτονίαν· καὶ ἴσιον τοῦτο καλά, ἵνα μὴ τὸ ἅγιον καταπατηθῇ, ὡς λέγομεν, ἡμιόνων σαῦλος. *Il-*

(11) Penes Stobæũ Ser. 42. 86. & 88.
(12) Dialogo 5. de legibus.
(13) De ll. Connubial. l. 7. n. 6.
(14) Cons. 376. n. 1.
(15) Cons. 13. nu. 5. Cons. 18. n. 2.
(16) In L. fugitivi Cod. de Ser. fugit.
(17) Cons. 34. l. 2.
(18) Aristot. 5. Ethicor. c. 5.
(19) L. cũ scimus Cod. de agric. & censit. l. 11.
(20) Resp. quod Græci nõ sunt Schismatici.
(21) Lib. 6. præsũp. 58. n. 10. & seqq.
(22) Cap. 30. n. 38.

(1) Nota 33. in Nomocan.
(2) In Responsis ad Marcum Alexan. ad interrogationẽ 60. in Jure Græco Rom. To. 1. l. 5. responsi. 1. p. 392.

(3) Nota antepenult. Nomocan.

los, qui legitimi non sunt, id est, non legitimis susceptos nuptiis Ecclesia in multis non recipit. Maximè verò eos arcet ab Ordinatione. Et animadvertendum hoc accuratè, ne Sanctum fiat mulorum stabulum. Quis non videt eadem cum universa Ecclesia sentire Margunium? Quæ tamen in Superioribus improbat vir summæ constantiæ, quique possit Romanam Ecclesiam inconstantiæ accusare. O audaciam non ferendam! Tune tibi ipsi tàm manifestè contrarius inconstantiæ Latinos accuses? (4)

(4) *Juvenalis Satyra 2.*

Quis tulerit Gracchos de seditione querentes? Notandum etiam, quæcumque profert Margunius, ea omnia à Latinis desumpta, qui ratiunculas illas sibi ipsis objiciunt, easque solvunt, rejiciuntque iisdem prorsus in locis, in quibus ratiunculas illas objiciunt. Unde constat, Margunium & nodos illos, & solutionem ipsam nodorum percalluisse. Hanc tamen subticet, ut in Latinos insurgat, nobisque post inconstantiæ suę pompam, malignitatis suæ, ridendæque prorsus nequitiæ, aut ignorantiæ argumentum apertissimum porrigat. Neque enim, aut vir doctus non intellexisset, profligata ea omnia Latinorum responsionibus, aut vir bonus, quæ nosset nullarum virium argumenta, tanquam invicta proposuisset, ut rudium hominum animos, imperitorumque Lectorum mentes ad errorem pelliceret.

IX. His ita notatis, quo magis aperta responsio sit, totam argumentationem Margunii ordinatè propono. Alienum ab æquitate videtur, si quis sine culpâ, aut quasi culpa à sacris muneribus, honoribusque rejiciatur, dejiciaturve; Id enim pœna est, vel quasi pœna. Neutra verò, ubi neque culpa est, neque quid simile culpæ, locum habere potest, ut colliges ex Gregorii (1) Pontificis verbis, queis asserit, *satis contra Ecclesiasticam probatur esse censuram, si ex Parentum voluptatibus, suis quis privetur officiis, quem sua vel culpa, vel facinus ab officii, quo fungitur, gradu non dejicit.* At Naturalis, & Spurius sine culpa est, neque aliquid præ se fert suæ culpæ simile, ut eleganter probat, vel in natis ex adulterio (2) Hieronymus: non igitur æquum censebitur, si ab Ordinibus recipiendis repellantur, dejicianturve receptis. Eadem ratio (3) Balsamonis est loco laudato: Ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπὸ δουλίδων τεχθέντες, καὶ ἐλευθερίας ἀξιωθέντες, ὡσαύτως καὶ οἱ ἐκ παλλακῶν γεννηθέντες οὐ κωλύονται ἱερωθῆναι. αἱ γὰρ μητέρες αὐτῶν ἐπιτιμίοις πορνευόντων ὑπέπεσον, αὐτοὶ δὲ οὐδὲν ἥμαρτον. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐπιτιμίοις ὑπόκεινται. ὡς γοῦν τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους τοὺς μηδὲν ἡμαρτηκότας, καὶ αὐτοὶ τιμῆς ἱερατικῆς κατὰ Κανόνας ἀξιωθήσονται. *Sed & qui ex ancillis nati, & donati libertate, parique modo qui ex concubinis geniti, non vetantur sacrari. Matres enim eorum pœnis scortantium succiderunt, sive obnoxiæ fuerunt; ipsi autem nihil deliquerunt. Quamobrem nec pœnis subjiciuntur. Ut reliqui igitur homines, qui nihil peccarunt, honorem Sacerdotalem secundùm Canones consequentur & ipsi.* Secundò, ex Deo (4) dicente: *filius non portabit iniquitatem Patris:* Jam verò iniquitatem utique Patris Naturalis filius portaret, si propter Originis incestæ vitium ab Ordinibus rejiceretur. Recipiendus proinde ad eosdem, ne in filio prorsus innoxio crimen puniatur paternum. Tertiò Spurii, quorum incertus pater, & parens meretrix, attamen dignitates adipisci minimè vetantur, imò potiùs Jure (5) Cæsarum sinuntur, ne nimirum crudelitas aliqua legibus imputetur, quando (6) Jure ipso censente, nullum paternum delictum innocenti filio pœnæ est. Idipsum igitur decernet Ecclesia circa Naturales, ac Spurios, quò nimirum illis fas sit sacras adipisci dignitates, ne in notam crudelitatis, quam Respublica vitat laica, incidat sacra. Quartò. Is, qui Veneri meretriciæ indulsit, vel concubinam domi detinuit, Sacris minimè arcetur, sed, ubi eum pœnituit criminum, ad omnes Ecclesiæ gradus poterit provehi, ut in hoc Responso sæpe scriptum est: igitur & ille Ordinibus insigniri sacris minimè vetabitur, qui ex meretricia Venere, aut concubina domi detenta natus est. Denique Pontificum Romanorum quamplurimi Nothi, aut Naturales fuere, id asserente recepto in Jus (7) Palea. Ut quid ergo minores Ecclesiastico Principatu honores Nothis inficiabuntur, cùm apex dignitatum Sacrarum toties illis patuerit?

(1) *In c. satis junct. gloss. 56. dist.*

(2) *Epist. cotr. Ruff. relatus in c. nasci ead. dist.*

(3) *Id. respons. ad 60. interrogat.*

(4) *Ezechiel. ca. 18. n. 30.*

(5) *In L. spurii l. generaliter § spurios ff. de Decurio.*

(6) *L. 2. §. nullum ff. eod.*

(7) *In c. Osius 56. dist.*

X. Respondeo, primam, & secundam difficultatem Margunii eo vitio laborare, quo nullum turpius disputantibus de iis, quæ rem aliquam consequuntur. Hos enim cùm maximè deceat, naturam rei, cujus effecta rimantur, apprimè nosse, si eam vel ignorent, vel planè dissimulent, fœdissimè peccant, deridendi palam inficiatione *suppositi*, ut Philosophi vulgò loquuntur. Quid? non ne tota isthæc argumentatio Irregularitatem ut pœnam considerat? At illa pœna non est, vitium est, ac nota, quæ non plectit noxium, sed vel innocentem ineptum ostendit Ordinibus. Neque enim, qui ad turpem originem Natalia refert, in pœnam ab Ordinibus removetur, ut noxius, ex vitio, quod vel in probo reperire est, tanquam minimè idoneus Ordini Sacro repellitur. Sic Digamia culpa non est, nec Digamus tamen ad Ordines provehendus. Is etiam, qui ex famosa Venere male audit, licèt per Pœnitentiam scelus expiarit omne, sitque propterea innocens, adhuc ab Ordinibus Ecclesiæ nostræ decreto rejicitur, ut infrà docebimus. Non igitur pœna est Irregularitas, nec quicumque ab Ordinibus Sacris arcetur, ob culpam arcetur. Unde falsissima est prima primæ argumentationis positio asserens, non posse quenquam à gradu aliquo dignitatis rejici, dejicive, sine culpâ, cùm constet, etiam sine culpa, posse quempiam à gradu aliquo Dignitatis rejici, dejicive, utpote ineptum Sacro ministerio incundo, exercendove. Neque Gregorii obest authoritas. Ibi enim de ea dejectione sermo est, quæ irrogatur in pœnam, qualem dicimus exauthorationem, seu depositionem, suspensionemve. Hæc enim, pœna cùm sit, profectò innoxio incuti nequit, atque adeò locum non habet, ubi culpa non est. Quod attinet ad secundam difficultatem, inficiamur alteram à prima positionem Argumentationis. Neque enim ex vitio Originis rejectus filius iniquitatem propterea portat parentis. Nam ex generatione non legitima tria proficisci solent, culpa, pœna, & nota. Hæc postrema tota filii est. Etenim, cùm generatio, quippe Actio, notam, & vitium in se habeat: (Est enim ea nota modus ipse generandi cō-

Digitized by Google

tra Legis Divinæ præscriptum, sive contra regulam moralitatis, uti Theologi dicunt) illud secum affert, atque illuc infert, quò ipsa transit. Quamobrem, cùm generatio in ipsum filium transeat, uti docui in (1) Physicis, & à parentibus quidem est, est tamen in filio; notam suam in filium ipsum transfundit, quem agendo notat, & producendo vitiat. At culpa parentum est: nam Generatio, licèt se ipsam det generato, atque adeò quidquid intimum habet; non tamen, quæ ipsa meretur, generato dat, sed generanti: quæ enim ipsa meretur, extima illi sunt, quæ cùm minimè oporteat secum deferre, ei confert, cui nempe debentur. Debentur autem Agentibus, quæ Actio meretur: quapropter gratitudinem, quam Actioni, per quam sumus, debemus, non ei, in quo est Actio, debemus, sed iis, unde est Actio. Quod in Moralibus manifestius est, in quibus actio, quidquid meriti habet, animo agentis acceptum referat necesse est. Quæ igitur generatio notam, ac vitium sibi intimum filio impingit, culpam, quam facit, in parentes rejicit; quòd si culpam, & pœnam: Ei namque pœna irroganda est, quem alligat culpa. Hinc constat, iniquitatem Patris non esse adscribendam filio, quippe quæ in culpâ est sita, & per culpam in ipsa etiam pœnâ. Neutram autem portat filius, licèt portet sanè notam ex iniquitate patris impactam, inustamque; ex hac porrò Vitium Originis passus à Sacris rejicitur, non ex Patris iniquitate, ob quam minimè rejectus male dicitur portare iniquitatem Patris, bene dicitur portare notam Originis suæ, atque adeò suam, ex qua Jure non tanquam reus, sed uti minimè idoneus à Sacris rejicitur.

(1) *Tract. de Causis disp. 4. c. 2. cõclus. 2.*

XI. Hæc abundè ad secundæ difficultatis integram internecionem: Verùm, quia ea non solùm ex falsitate secundæ positionis labat, verumetiam ex imperita interpretatione sacrarum Paginarum, opportunum erit explicare allata Numinis verba. Et illa sanè videntur pugnare cum ejusdem Numinis effato (1) dicentis: *ἐγώ εἰμι κύριος ὁ θεός σου, θεὸς ζηλωτής, ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ἐπὶ τρίτην, καὶ τετάρτην γενεάν.* *Ego sum Dominus Deus tuus, Deus zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios usque ad tertiam, & quartam generationem*: ex quibus planè oppositum videtur inferri (2) illis: *υἱὸς οὐ λήψεται τὴν ἀδικίαν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, οὐδὲ πατὴρ λήψεται τὴν ἀδικίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. δικαιοσύνη δικαίου ἐπ' αὐτὸν ἔσται, καὶ ἀνομία ἀνόμου ἐπ' αὐτὸν ἔσται· ἡ δὲ ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα αὐτὴ ἀποθανεῖται.* *Filius non portabit iniquitatem Patris, & pater non portabit iniquitatem Filii. Justitia justi super eum erit, & impietas impii super eum. Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur.* Quapropter vel ipsa ætate Hieronymi in explanatione utriusque sententiæ multi laborarunt, quorum ineptias idem Hieronymus (3) refellit gravissimè testatus, eas minimè discrepare, sed accurata interpretatione ita enucleandas, ut in unam sententiam coeant, ostendantque tùm Deum, tùm homines aliquando, vel in filiis, parentum facinora plectere, aliquando pœnam in solis authoribus sistere. Quod ut apertissimè pateat, dicendum est primò. Quandoque ex causà, etiam sine culpâ, humano, ac divino judicio pœna irrogatur. Hoc manifestissimum ex Jure (4) Canonum Latinorum, at non minùs certum erit Nostris ex (5) Levitico, ubi licèt pecus, quippe carens ratione, innoxium sit, ac sine culpa, cujus capax haud est, suspendendum tamen edicitur cum fœmina, quæ se se ei immiscuit, ne contaminatum eo flagitio, flagitii memoriam refricet, ut explicat (6) Augustinus, cujus authoritatem ad id profert (7) Jason, & (8) Guido Papæ. Consonat locus in (9) Exodo dicens: *ἐὰν κερατίσῃ ταῦρος ἄνδρα, ἢ γυναῖκα, καὶ ἀποθάνῃ, λίθοις λιθοβοληθήσεται ὁ ταῦρος.* *Si taurus cornu petierit virum, vel mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur*: facitque pœna (10) illata Animantibus horrenda illa diluvie obrutis, quæ tamen sine culpâ fuisse fatendum est. Unde conficitur, pœnam etiam sine culpa irrogari quandoque posse. Quod etiam usitatum Atheniensibus in Prytanæo judicia in Animantes ipsas mutas, imò & in res ipsas inanimes exercentibus. Narrat (11) Demosthenes, & ex hoc (12) Budæus. Dicendum secundò: quandoque ex causis soli Deo notis, ob alterius culpam, innocens pœnæ tùm corporis, tùm bonorum subjicitur. Patet hoc ex (13) Exodi relatis, quæ pœnam certè significant, cùm visitare iniquitatem, & crimina idem sit, ac eadem punire, ut insinuant tùm illa (14) Psaltæ verba: *ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν.* *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum*; tùm ipsius Græci Textus idioma, quod verbum *visitare* verbo *ἀποδίδωμι*, quod est reddere, ac retribuere, proponit eo in loco Exodi laudato. Et confirmatur exemplo multiplici. Nam ob Patris (15) crimen vita innoxio Davidis filio adhuc infanti festinanter eripitur, & parvuli (16) Gomorrhæorum, unà cum adultis civibus nefariis, igne delentur; idemque accidit filiis Dathani, (17) & Abironis, quos Terra vivos ob crimen Patrum absorbuit. Similia occurrent in Jerichuntis (18) excidio, & in hæreditaria lepra (19) Posterorum Jezi. Quo fit, ut commendandi sint idipsum asserentes ex Juris (20) authoritate, atque ex Antiquitatis Græcæ notitia penes Plutarchum, (21) Latini (22) Theologi, quos nequaquam labefactant delirantis (23) Coressii inurbana dicteria. Dicendum tertiò: pœna æterna, aut temporaria, quæ ad animum spectet, &, uti ajunt, *Spiritali*, nunquam divino judicio perculsus est aliquis, aut percelletur innocens ob culpam non suam. Id constat apud omnes, traduntque latè Augustinus loco laudato, & (24) alibi, cæterique, quos nuper adduximus, Theologi, omnes. Certè, quemadmodum injustitia nulla in Deo esse potest, ita nec potestas irrogandi pœnam debitam crimini proprio, & soli crimini proprio debitam, innocenti. At ea est pœna æterna, & non æterna, Spiritalis tamen: igitur eam innocenti neque irrogavit hactenus, neque irrogabit justissimum Numen. Dicendum quartò. Lex humana non poterit pœnam corporis infligere prorsus innoxio. Patet his (25) Exodi verbis *ἀθῷον, καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς*, *insontem, & justum non occides*. Et in Deuteronomio, *οὐκ ἀποθανοῦνται πατέρες ὑπὲρ τέκνων, καὶ υἱοὶ οὐκ ἀποθανοῦνται ὑπὲρ πατέρων, ἕκαστος τῇ ἑαυτοῦ*

(1) *Exod. c. 20. n. 5.*
(2) *Ezech. d. c. 18. n. 20.*
(3) *In locum illũ Ezechiel.*
(4) *c. quoniam frequẽter §. si verò ns lit. non contest. tex. in c. renovantes ubi gloss. 22. dist. & c. in ãtiqua de privil. gloss. in c. 2. ue contest.*
(5) *c. 20. n. 16.*
(6) *In c. mulier. 15 q. 5.*
(7) *In L. furiosum C. qui testam. fac. possunt n. 10.*
(8) *q. 338.*
(9) *Exodi c. 21. n. 28*
(10) *Genes. ca. 6. per tot.*
(11) *Orat. Contr. Aristocratem.*
(12) *In L. aut facta §. eventus ff. de pœnis.*
(13) *c. 20. n. 5.*
(14) *Ps. 88. vers. 33.*
(15) *2. Reg. c. 12.*
(16) *Genes. c. 19.*
(17) *Numer. c. 17.*
(18) *Josue c. 6.*
(19) *4. Reg. c. 5. in fin.*
(20) *In c. vergentis § nec hujusmodi. de heres.*
(21) *Lib. de sera numinũ vindicta.*
(22) *D. August. in Jos. q. 8. D. Th. q. 108. ar. 4. & 1. 2. q. 87. art. ult. Alex. Halensis 3. p. q. 41. memb. 4. articul. 1. Turrecrem. in c. undecũq; 50. dist. Jo. Arborens l. 6. Theosoph. c. 9. Alfons. de Castro de Just. hæret. punit. l. 2. c. 11.*
(23) *In damnato libello c. 8.*
(24) *Ep. 75. ad Auxil. Episc. ca. nõ impu. tãtur, ubi gloss. & in Sum. 1. q. 4. & in d. c. undecunque ubi DD.*

Digitized by Google

ἑαυτοῦ ἁμαρτίᾳ ἀποθανεῖται). *Non occidentur Patres pro filiis, nec filii pro parentibus, unusquisque pro peccato suo morietur*. Hanc sententiam omnes recipiunt, ex qua tamen Legum laicarum fastus retunditur (27), asserentium ex Imperatoriâ Indulgentiâ, & lenitate fieri, ut vita concedatur eorum filiis, qui læsæ Majestatis rei sunt; quam Legem Innocentius (28) III. memorat. Etenim, quod Jure Divino conceditur, non est ex Principum indulgentia, qui pari obsequio erga Numen addicuntur, ac cæteri; ac proinde si ii liberi nihil damni capiant in Vita ex crimine parentum, id juri Naturæ, jussui divino, ac rationi eorum innocentiam tutanti debebunt, non Principi. Denique dicendum quintò: Licebit ex causa ob Reipublicæ utilitatem, ut scilicet à criminibus cives efficaciùs deterreantur, licebit, inquam, legi humanæ, innoxios filios ob crimen paternum pœna bonorum, vel famę, aliàve simili plectere. Hanc assertionem ii omnes, quos suprà retulimus, amplectuntur, quibus adstipulatur Jurisconsultissimus Græcorum Thomas (29) Diplovatacius initio Quintidecimi sæculi, & fine Quartidecimi, Canones, & Leges acutissimè interpretatus. Neque injuria, nam idipsum constitutissimum in Jure civili est, cujus potestate utriusque majestatis, Divinæ scilicet, & humanæ læsę crimine turpes, perduelles nimirum, & hæretici non solùm in se se, sed etiam in filiis puniuntur, publicatis penitùs bonis, inustâque infamiâ, ut (30) Jura testantur, quæ fusè producit Matthæus (31) Afflictus; quęque si (32) Coressius vidisset, non tanti fecisset aut infirmam, privatamque Halicarnassei (33) Dionysii authoritatem, aut nimiam erga perduelles (34) Platonis, injuriosamque legibus in omni Republica probatis Clementiam.

(25) Cap. 23. n. 7.
(26) Cap. 26. n. 16.
(27) In L. si quis C. ad l. Jul. Majest.
(28) In d. c. vergẽtis.
(29) In schediasmo Juris titul. de crim. Lęsę majest. & tit. de hæret.
(30) In L. quisquis C. ad L. Jul. Majest. §. filii. in d. c. vergẽtis. c. 2. § hæretici. ea. statutum in 2. de hæret. in 6.
(31) In cõst. Reg. Neapol. tit. 2. nu. 24. et 33.
(32) Ubi supra.
(33) De antiquis. Rom. l. 8.
(34) Lib. de Legib.

XII. Hæc cùm ita sint, diligenter colligitur, tametsi Marguninianæ argumentationis hypothesis concedatur, quam suprà falsam ostendimus, adhuc consecutionem falsam esse: Nam thesis ipsa in primis, si universim sumatur, & ut ajunt, *formaliter*, falsa est. His enim verbis proposita: ob alienum crimen innocenti irroganda pœna non est, labat ex prima assertione nostra. Si verò contrahatur ad innocentem liberum, qui innocens est, quòd careat culpa, cujus est capax, non verò quòd culpæ obnoxius esse non potest; licèt ea vera sit, cùm de æternâ pœnâ agitur, aut etiam temporariâ spiritali, ex tertia nostra assertione; falsa tamen est, cùm de pœnâ sermo est temporariâ mortis etiam ipsius à Deo inferendæ, ex nostra secunda conclusione. Quòd si ulteriùs ea thesis contrahatur ad pœnam ab hominibus, mortalique potestate inferendam, ut ut manifestum sit, veram esse, cùm irroganda est pœna vitæ hominis, aut corpori, ex quarto nostro effato; falsa tamen est ex iis, quæ ultimo loco tradidimus, cùm agitur de pœna bonorum, aut infamiæ, ad quam cùm redigi Irregularitas queat, si pœna esse (quod nempe omnes inficiantur, uti diximus) dicatur: Videat Græcum ingenium, si quod his nostris laboribus percurrendis temporis quidpiam insumere æqui, bonique consulet, quanti sit secunda difficultas, quam communi Ecclesiæ utriusque suffragio, Photianum objicere barbitium non veretur. Manifestiùs ineptit Tertia difficultas. Quis enim hanc consecutionem ferret? Licet hoc Jure Civili, Jure igitur etiam Sacrorum Canonum licebit. Paria ex disparibus inferre quis unquam fas duxerit? (1) Deprehensam domi suę in adulterio filiam, quam habet in potestate, unà cum mœcho Jure Civili parens potest occidere. An poterit idipsum Jure Canonico? (2) Fœnoris intra certos, statosque fines exercendi Lex civilis potestatem facit, an usuras Canones patiuntur? Deceptionem (3) intra dimidiam justi pretii Leges approbant, num tu fas putes asserere, ab Ecclesia dolo cuiquam authoritatem impendi? Sexcenta sunt, quæ, Jure civili cùm liceant, damnantur propalam ab Ecclesia. Ut pressiùs in re Nostra philosophemur, atque ex evictis ignorantiam docti Margunii demonstremus, Digamos Trigamos, & Octigamos, quæ unquam Respublica publicis à muneribus arcuit? An hos ad Ordinem sacrum Ecclesia recipiet, Photianis ipsis refragantibus, atque ipso Margunio, invito licèt, renuente? Pari igitur modo, etsi profani Spuriis honores concedantur, non tamen sacri: cujus ea causa est, quòd profani honores illos tantùm rejiciunt, qui infames sunt, aut infamiâ Juris, aut infamiâ facti, quæ ab eorum improbis Moribus oriatur, atque adeò rejiciunt reos dumtaxat, ut docet (4) Covarruvias post (5) Calderinum, (6) Angelum, (7) Alexandrum, & (8) Tiraquellum. Hos enim Jura Civilia, ut nota affectos aliqua considerant; contra Ecclesia notatos quoquo modo etiam innocenter omnino respuit, memor præcepti Apostolici, quòd ministrum Altaris non solùm irreprehensibilem esse, sed etiam inconfusibilem jubet.

(1) In L. XII. Tab. relata à Plutar. in Solone, et ab Alciato, ac Budæo in L. quod ait lex ff. de adult. L. marito ff. eod. authent. ut liceat matri, & aviæ. § his quoque, col. 8. cal. Rhodigin. l. 11. lect. Antiq. c. 25. Gell. noct. Atticar. lib. 10. ca. 23.
Jul. Paul. in lib. 2. Sent. tit. 27.
(2) L. 3. Cod. de usur. L. frumenti, & L. mora §. I bonę L. & in cõtraria C. eod. tradũs relati à Cenedo in Decretal. collectan. 41. n. 1.
(3) L. in causæ §. idem ff. de minor. & explicant ibi DD. cũ Bart.
(4) Pract. qu. c. 19. n. 6.
(5) Cons. 2. de fid. Instrum.
(6) Consilio 284.
( ) Cons. 80. lib. 2. col. 2.
(8) De Nobilit. c. 34. nu. 26. & ca. 15. nu. 15.

XIII. Verùm hactenus, licèt ineptè, non tamen petulanter Margunius: quis ferat postremam calumniam, quam loco difficultatis Veritati, quam proposuimus, objicit? Quid enim iniquius, mendaciusve, quàm si asserat, plerosque Pontifices Romanos ex damnato coitu fuisse progenitos? Unde, & qua id ex historia acceptum profert? Quibus testibus munit? qua authoritate id firmat? Ex ipso, inquit, Romanorum Jure id manifestè colligitur. Novi hominem araneo persimilem, virus inde sugenti, unde Apes elaborandum in mel odorum halitum rapiunt. Nempe is locus, quem jactat Margunius, ipse est Canon *Osius*, LVIII. Distinctione Decreti, ubi plurimi Pontifices Episcoporum, Presbyterorum, ac Pontificum filii fuisse dicuntur. At in primis quis author Canonis? Palea quidam vir planè ignotus, cujus adeò authoritas nulla est, ut plerunque vir simplex, & ineptus, ac nihili habeatur. Lege, quid de eo censeat cum Magrio (1) doctorum hominum judicium verax; Lege, quid ejus authoritati tribuat penes (2) Cenedum Jurisconsultorum penè omnium sententia, cui & nos (3) alibi subscripsimus. Quo fit ut tametsi Palea conceptis verbis dixisset, relatos à se fuisse Pontificum, atque Episcoporum filios in ipso Principatu sacro susceptos, adhuc dicto Paleæ non propterea esset credendum. Id tamen ipse non dicit: quin imò ibi Gratianus (4) dictum Paleæ explicans: cùm ergo, ait, *ex summis Sacerdotibus nati in summos Pontifices leguntur esse promoti, non sunt intelligendi, de fornicatione, sed de legitimis nuptiis nati*.

(1) In Hierolex. verb. Palea.
(2) Ad Decr. collect. 16. n. 8. & collect. 48. n. 1.
(3) Resp. de Connub. Ifid. n. 92.
(4) In §. cùm ergo 56. dist.

Quod

Quod etiam breviùs Glossa (5) notavit, quam, qui *Caput Osius* vidit, Margunius vel potuit, vel debuit vidisse. At, inquit, idipsum & Biographi Pontificum probant Presbyterorum filios recensentes, Bonifacium ex Jocundo Presbytero, Felicem II. ex Felice Presbytero, Joannem XV. ex Leone Presbytero; Episcoporum verò Theodorum Theodori Episcopi, Adrianum II. Talari Episcopi, Joannem XIII. Joannis Episcopi filios: denique Pontificum Sixtum III. ex Sixto II. Joannem X. & Joannem XI. ex Sergio III. καὶ τοῦτο, (6) inquit, *δεῖν τὰ γράφουσι Ῥωμαῖοι, ἀλλὰ φράγγοι αὐτοὶ ἱστοροῦσι διαμαρτυρόμενοι, καθάπερ Πλατινᾶς, υἱοὺς ἐξ ἀθεμίτων γάμων, Πρεσβυτέρων τῶν Λατίνων, καὶ Ἐπισκόπων, καὶ Παπάδων. Atque hæc non scribunt Græci, sed Latini ipsorum Historici, testati, ut quidam Platina, filios fuisse ex nefariis nuptiis susceptos, quippe Latinorum Episcoporum, Sacerdotum, atque Pontificum.* Sed (7) Platina nihil horum. Quosdam ex his sanè Presbyterorum filios, & Episcoporum dicit, verùm neque ex vetito concubitu natos affirmat, ut legenti patebit, neque quòd affirmet, natos ex Presbyteris, aut Episcopis, inferre licebit, natos ex Venere non concessa, hoc est in ipso Sacerdotio Parentum. Nam, si natum esse ex Episcopo notam spuriæ, pudendæque Originis infert, idem objiciendum & Nazianzeno nostræ Ecclesiæ Doctori eximio, ac Theologorum Doctori Sanctissimo, quem constat (8) ex Gregorio Nazianzeno Episcopo fuisse progenitum. Ex Episcopo exclamat Margunius, hoc est, ex eo, qui fuit deinde Episcopus, non ex Episcopo, ut Episcopo. Sed unde habes, ò bone Vir, quos ante ex recensione Biographorum recensuisti, Pontifices ex Presbyteris, ex Episcopis, ut Episcopis, natos? Cedo authorem, qui hoc scribat, cedo monumentum Antiquitatis, quod asserat hoc. At eos fuisse quidem Sacratorum parentum filios, ante Sacerdotium, & Infulas legitimis è Matrimoniis susceptos, docet ubique Anastasius, & qui majoris, quàm Anastasius, authoritatis est, liber (9) antiquissimus Romanorum Pontificum, ex quo Anastasius ea desumpsit, quæ ipse non vidit, ex quo Platina, Ciacconiusque, & alii, quotquot Pontificum Romanorum gesta descripsere. Vide ibi, quid dicat de Adriano II. & Joanne XV. discesque dementis esse, ea, quæ simpliciter, atque in meliorem, ac genuinam sententiam intelligenda sunt, malesana interpretatione corrumpere.

(5) In d.c. Osius.

(6) d. nota 95.

(7) Vide in princ. Vitar dictor. Pontificum.

(8) Nazianz. Orat. in funere Patris sui.

(9) In Adrian. II. & Joan. XV.

XIV. Quod attinet ad filios Pontificum, singulos obiter expendo: & in primo statim turpissimè vel labitur, vel mentitur Margunius. Mentitur potiùs: nam nemo Biographorum Sixtum III. Sixti II. filium fuisse somniavit. Platina certè, quem solum Margunius vidit, id nunquam asseruit, imò nec asserere potuit. Etenim Sixtus II. Romanis præfuit Sacris anno Christi CCLXI. quo etiam Christi Martyr occubuit triduo ante Laurentium, ut constat ex historia (1) Ecclesiastica, & (2) Cypriano, eodem scilicet (3) anno Christianæ Religionis causa perempto: At Sixtus III. præfuit Ecclesiæ anno Christi CCCCXXXII. post annum nimirum septuagesimum primum supra centesimum à morte Sixti II. Qui ergo filius ipsius esse potuit? Nî dicas supra ducentos annos vixisse. Sed Sixti filium Sixtum III. cùm legisset Margunius penes Platinam, Sixti Pontificis filium fuisse, conjecit eâ malignæ conjecturæ felicitate, qua vel patentissima mendacia Photianis credenda persuasit. Venio ad geminum Joannem. Et primum sanè, tametsi filium Sergii Pontificis Platina nuncupet, constat vel Sergii non fuisse, vel fuisse Sergii nondum Presbyteri, nedum Pontificis. Nec mirum, si Platina fallitur. Sæpe id vitii usuvenit Historicis scribentibus, narrantibusque ea, quæ ipsi non viderant, ut innumeris exemplis ostendi posset tùm Græcis, tùm Latinis, ipsiusque cum primis (4) Platinæ tanta rei, ac veritatis demonstratione, ut non dubitaverit recens Gallus quidam (5) Anonymus pro Pyrrhonismo historico epistolis eruditissimis, & perniciosissimis declamare. Falsum verò Platinam in re nostrâ facili negotio sic doceo. Constat Joannem, ante Pontificatum, Amasium fuisse Theodoræ scorti Romani celeberrimi (ita ea ætas Romanæ Ecclesiæ, imò toti Ecclesiæ calamitosissima tulit) ex quo nata est Marozia illa, cujus fœda consuetudine infamis est Sergius. Etenim ex historia certum est, adeò ab illa Theodora Joannem fuisse dilectum turpiter, ut ei à Sacerdotio Ravennate ad Bononiensem Infulam, mox à Bononiensi suggestu ad Cathedram Ravennatem viam straverit, eumdemque mox etiam ad Sedem Petri sustulerit: quæ omnia ejus temporis author (6) Luitprandus narrat. Si igitur Joannes adulter Theodoræ matris, Sergius adulter Maroziæ filiæ, quis non existimet Sergium juniorem Joanne, vel æqualem saltem? Non igitur Joannes X. Sergii Pontificis filius. At demus & filium, quod ex dictis non est verosimile, non tamen Sergii Sacris initiati. Nam is ad Sacerdotium provectus est à Formoso, in quem ingratus mox crudelissimè sæviit, ut innuit Concilium Ravennæ habitum sub Joanne IX. de quo (7) Sigebertus. Formosus autem Pontificiam iniit dignitatem anno Christi DCC. XCI. ut Baronius refert, à quo anno ad annum CMXII. quo cœpit Ecclesiæ præesse Joannes X. undecim dumtaxat anni intersunt: credes ne ab undenni Pontificatum initum? Ut hoc in aliis credas, in Joanne X. credere non potes. Nam quî undennis Pontifex is fuerit, qui antea & Presbyter Ravennas, & Episcopus Bononiensis, & Ravennas Archiepiscopus? Quid? qui bellicosus dicitur à Platina (8) ingenti prælio Saracenos in Italia cæcidisse? imò, quod turpissimum est, Theodoræ notus adulter? Non igitur ex Sacerdote Sergio natus est Joannes X. si Sergii filius dicendus est: sed nec Pontificis Sergii filius esse potuit. Nam Sergius Romanam sedem occupavit anno Christi CMVII. post illum igitur annum natus est Joannes, si Sergii filius jam Pontificis. Cùm porro constet à Joanne X. Pontificatum initum anno CMXII. alterutrum dicendum erit, aut eum quinquennem fuisse renunciatum Pontificem, ut Archiepiscopus quadriennis, triennis Episcopus, Presbyter biennis fuerit, aut à Sergio jam Pontifice minimè fuisse progenitum. Atque hæc Manifesta, obscurum illud, an Joannes XI. Sergii fuerit Pontificis filius? De hoc dubitat (9) Platina. Non ergo certum, ut autumat Margunius. Nec injuriâ dubitat Platina. Etenim, si filius Sergii, certè ex adulterio

cum

(1) Acta S. Laurentii apud Surium, et Lippoman. 6. Augusti. Martyrolog. Rom. ead. die. Baron. an. Christi 261.

(2) Ep. 82

(3) Pōtius in Vit. Cypriani.

(4) Vide not. Panvini in Platinā.

(5) In responf. ad Calvinismū Mēburgi.

(6) Hist. l. 6. c. 13.

(7) In chronic. ar. 905.

(8) In Vita Jo. X.

(9) In Vit. Joan XI. in princ.

Digitized by Google

cum Marozia nobilissimo Noni Sæculi scorto, Romanorum Principis Alberti uxore, uti narrat (10) Luitprandus. Quòd si ex adulterio natus, certè id neque palam, neque certum, præsertim vivo marito Maroziæ. Quòd si neque palam, neque compertum; quis hoc asserat, assumatq; uti certissimum? Accedit, Sergium nunquam fuisse Pontificem. Etenim à castigatioribus rerum Ecclesiasticarum (11) Scriptoribus Syllabo Pontificum prorsus expungitur, quippe contra fas ausus tantæ dignitati adrepere, quippe vir Omnium judicio pessimus, atque iterata collatione Ordinum sacrorum, quos Formosus Pontifex ritè contulerat, penè non hæreticus. Da ergo certum, à Sergio natum Joannem XI. non tamen legitimè inferes, Pontificis Romani filium fuisse Pontificem. Atque in summa colligitur, manifestè mentitum Margunium, cùm Ecclesiæ Romanæ eas notas inurere conatus est, quas nemo hactenus, ne hæreticus quidem, licèt iniquo animo in Romanam Ecclesiam scripserit, præ se tulit comminisci.

(10) *d. l. 2. c. 13.*

(11) *Vide Bar. ann. 908. & ibid. Spondan. & Ciaccon. in Sergio.*

XV. Animadvertendum autem existimo, tametsi & hoc demus Margunio, fuisse Pontifices Pontificum filios, non inde inferri, fas esse per Canones, ut ex damnato concubitu nati Sacris admoveantur. Da enim unum, aut alterum provectos ad Sacra, quanquam aut Nothos, aut Spurios. Id vel actum dicis ex Indulgentiâ, patientiâve Ecclesiæ, quam cum docta Scholarum barbarie Dispensationem appellamus, vel criminosè, atque nefariè. Utrinque infertur Lex Sacris interdicens & Nothis, & Spuriis. Nam Dispensatio sine lege, quam patitur negligi, nulla est. Crimen autem sine lege esse non potest: ut enim ait (1) Apostolus: χωρὶς νόμου ἁμαρτία νεκρά: *Sine lege peccatum mortuum erit*. Sive igitur ex justâ Ecclesiæ patientiâ non legitimorum Natalium homines Sacras dignitates adepti sint, sive per crimen Sacris irrepserint, argumentum est lege, Ecclesiastica cautum esse, ne quis turpiter natus Sacris initietur Ordinibus. Ritè, inquies, ad honores Ecclesiæ provectos assero, atque inde infero, his similes provehi ritè posse. Respondeo, falsitatem antecedentis positionis patuisse. Eam tamen ut à te negatam feramus, consecutio falsa est. Ambrosius (2) non ex Neophyto, sed ex Catechumeno ad Infulæ Mediolanensis dignitatem electus est: num censebis idipsum universim licere, reclamante nimirum (3) Apostolo? Tarasius (4) ex Laico renunciatus est Patriarcha CP. idipsumque tùm de (5) Nicephoro, tùm de Nicolao (6) Myrrhæ in Lycia Pontifice narratur. An propterea licebit in Antistitem Laicum postulare, vetante Jure Canonico (7) utriusque Ecclesiæ, ut in fine docebimus? Non igitur ex singulari eventu consecutio valet: idque meritò: nam à singularibus ad universum, & ab ita singularibus ad regulam inferre, vibratèque argumentari, (8)

Non homines, non Di, non concessere columnæ.

Cùm enim singularia hæc, quippe ex causâ, vel necessitate, vel indulgentiâ Ecclesiæ permissa Exceptionis naturam referant, adeò non evincunt similem sibi regulam esse; ut firment oppositam; atque adeò ex d ictis etiam ipsius Margunii protinus inferatur, rejiciendos esse ab Ordinibus Nothos, ac Spurios, turpesque Vitio Natalium. Nec favet Margunio Trullana (9) Synodus relata. Ejus nobis authoritas nulla est, ut sæpe diximus, atque iterum, iterumque dicimus; ea tamen ut aliqua sit, quid obsit communi huic Ecclesiæ utriusque suffragio, cùm de Vitio Natalium non agat? Corrigit illa sanè Armenorum mores imitatos Judaicam superstitionem, rejicientesque à Sacra Familia eos, qui à stirpe, ac progenie Sacerdotum non essent, ac proinde statuit, ut deinceps non liceat, ad ejus, cui manus imponitur, genus respicere, hoc est, non liceat dispicere, an is, cui imponendæ sunt manus, genus ad Sacerdotes referat: nam sequitur: *Sed examinantes, an digni sint, juxta exposita in Sacris Canonibus decreta, in Cleri catalogum referri, ut eos Ecclesiasticè promoveant, sive sint ex Majoribus suis Sacerdotibus, sive non.* ἀλλὰ δοκιμάζοντες, εἰ ἄξιοι εἶεν, κατὰ τοὺς τεθέντας ἐν ἱεροῖς Κανόσιν ὅρους, ἐν κλήρῳ καταλεγῆναι, τούτους ἐκκλησιαστικῶς προχειρίζεσθαι, εἴτε ἐκ προγόνων γεγόνασιν ἱερέων, εἴτε καὶ μή. Unde licet sic argumentari. Trullana Synodus vetat, genus considerari, an è Sacerdotibus sit, jubet autem inspici conditionem ejus, qui initiandus est juxta Canonum Scita. At enim Natalia non pertinent ad genus Majorum, nec in eorum anquisitione quæritur, an è Sacerdotibus provehendus descendat? est autem juxta Canonum Scita, quemadmodum fusè docuimus, ea conditio in provehendo spectanda, quæ ad Natalia pertinet, utrum vitiosa sint ob non legitimas nuptias. Trullana igitur Synodus non vetat considerari Natalia: jubet potiùs apprimè perpendi, ne ex damnato coitu in Clerum adscitus homo, contra præscriptum Canonum, Sacris initietur. Unde sequitur, adeò non favere Margunio Trullanam Synodum, cui tanto in pretio est, ut nobis, qui eam magna ex parte despicimus, opituletur, ausuris vel ex Trullana Synodo conficere, rejiciendos esse Spurios, Naturales, & Nothos à sacris Ordinibus. Sed dices. Id ita si est, atque Ecclesiæ nostræ suffragio palam decernitur, abstinendos esse Spurios, Naturales, ac Nothos sacris Ordinibus, qui fit, ut id tamen licere propalam asserat non Sanctissimus modò, sed & Jurisconsultissimus Patriarcharum Nicephorus Exhomologetes? Ejus hæc (10) verba sunt: οἱ ἀπὸ παλλακίδος, καὶ πορνείας τικτόμενοι παῖδες, καὶ ἀπὸ διγάμων, καὶ τριγαμίας, ἐὰν φανῶσιν ἀρετὰς ἔχοντες, καὶ εἰσὶν ἄξιοι ἱερωσύνης, χειροτονείσθωσαν. *Qui ex concubina, vel ex Digamis, & Trigamis nati sunt liberi, si virtutibus præditi sint, appareantque Sacerdotio digni, Sacris initientur.* Quibus cùm apertè contrarium dictis, constitutisque hactenus asseveret: alterutrum dicendum erit, aut falsum Nicephorum Exhomologeten, aut falsò adstrui, quod communi Ecclesiæ suffragio decernitur. Verùm, ut responsiones illas omittam, quas ingeniosè, & eruditè difficultati facit (11) Diplovatacius, arbitratus Canonibus Nicephori non Juris communis Regulas contineri, sed eas tantùm, quæ indicent, quando Ecclesiasticæ disciplinæ severitas remittenda sit, quibusque in rebus, ac circumstantiis rerum contra Jus commune liceat, aut vetetur, uti dicimus, *Dispensatio*

Id

(1) *Ad Rom. c. 7. n. 9.*
(2) *Paulin. in ejus Vita.*
(3) *1. Ad Tim. c. 3. n. 6.*
(4) *Theophanes in Const. & Irene. & Ignat. Monach. in Vita Tarasii.*
(5) *Idem Ignatius ibid.*
(6) *Metaph. 6. Decemb.*
(7) *Innoc. I. Ep. 4. c. 4. Concil. Brachar. Can. 38. Conc. Sardic. c. 13. Concil. Gener. VIII. Can. 5.*
(8) *Horat. de Arte Poet. cir. fin.*

(9) *Can. 33.*

(10) *In Can. qui extât in Jur. Græco-Rom. l. 3. Sent. Synod. li. 1. tit. 4. & in Epit. Harmenop. Se. 1. 2. tit. 1. Can. 5.*

(11) *In Synops. Juris Can. Græci. c. 38.*

Digitized by Google

Id, quod probat acutè, & manifestè, Canones illos expendens. Ut, inquàm, hæc omnia omittam, quis eò Juris expers, ut non intelligat, Regulam illam intelligendam non de filiis ex concubina, vel scorto natis, sed de referentibus Originem ad concubinas, nimirum de legitimis filiis naturalium Parentum, eorum scilicet, qui legitimi non sunt. Hinc non υἱὲς filios, sed παῖδας liberos nominat; quo nomine nepotes etiam censentur, ut cautum in Jure est: quò scias, sermonem ibi de legitimis esse, qui ad non legitimos Natalia referunt. Adeò authoritate Nicephori communis sententia minimè læditur, imò potiùs confirmatur; quando, sive cum Diplovatacio sentias, sive explanationem nostram sequare, regula illa, Naturalium, Spuriorumque filios ad Sacra recipiens, Naturales ipsos, quod nempe asseruimus, apertè repellit. Huic porro assertioni nostræ consequens est, neque Expositum à Parentibus ad sacros Ordines recipiendum, si ejus ita lateant Parentes, ut planè ambigi queat, an ex legitimis nuptiis conceptus sit. Certant hac super re Canonum Sacrorum Interpretes, è quibus nostræ Conclusioni dissentanea docent (12) Ancharanus, (13) Ananias, (14) Felinus, (15) Chovernovius, (16) Paleottus, quorum futilibus rationibus minimè moveor à proposito. Nam, cùm dubium est, non censetur quis legitimis ortus è nuptiis, ut Jura cum (17) Jurisconsultis testantur: at, uti diximus, Nothi à Sacris arcentur Ordinibus: igitur & Expositi, quorum incerti Parentes.

(12) In c. 1. de Infans. Exposit.
(13) In d. c. 1. n. 11.
(14) In c. cùm deputati de Jud. in fin.
(15) In Comment. ad tit. de Concubinar. verb. qui etiam filios nu. 96. colu. 363.
(16) In tract. de fil. Nothis c. 63. n. 3.
(17) Tex. in L. liberorum, & ibi Ang. ff. de his qui not. infam. Jas. in L. nec professio. Cod. de test. Alciat. in 3. reg. de præsumpt. præsump. 1. n. 12. Covar. in Epitom. ad l. 4. Decretal. 2. p. c. 8. §. 3.

SECTIO IV.

De Vitio Ætatis.

SUMMARIUM.

I. *Sententia Latinorum diu circa ætatem anceps tandem constituitur.*
II. *Sententia itidem Græcorum circa eandem varia ad certos terminos revocatur.*
III. *Photianorum Calumniæ ostendunt inquirendum in ætatem initiandorum.*
IV. *Unde irrepserit corruptela recentium Photianorum circa ætatem: Author ejus Margunius.*
V. *Sententia Margunii circa ætatem proponitur.*
VI. *Eadem refellitur, atque ætas Danielis consideratur.*
VII. *Ætas D. Jo. Evangelistæ, & Pauli quæ fuerit?*
VIII. *Respondetur exemplis allatis à Margunio.*
IX. *Facti turpis mendax narratio Veritati restituitur.*

I. Sic itaque vitio Natalium Naturales filii ab Ordinibus repelluntur: proinde in Examine, quod explanamus, post Digamiam, cùm conditio ejus, qui Sacris initiandus est, cognoscitur, primo loco circa Natalia quæstio erit habenda. Post hæc consideranda erit ætas. Et de hac sanè in Latina Ecclesia diu anceps sententia fuit: Etenim, si Antiquitatem respicias, severius suffragium tulit, grandioremque ætatem poposcit in sacris Ministris. Quare circa Annum Christi DVI. (1) Agathense Concilium præcepit: *Episcopus benedictionem Diaconatus minoribus, quàm vigintiquinque annorum, penitùs non committat.* De Presbytero autem (2) censens: *Presbyterum, ait, ante, triginta annos, idest ante, quàm ad viri perfecti ætatem perveniat, & Diaconos ante vigintiquinque nullus Metropolitanorum Ordinare præsumat, ne per ætatem quod aliquoties evenit, aliquo errore culpentur.* Similia tradit (3) Arelatense III. octodecim annis post Agathense in Gallia celebratum. Scribit enim: *Et quia in Ordinationibus clericis antiquorum Patrum Statuta non ad integrum, sicut expedit, observata esse cognoscuntur, ne fortè quorumcunque importunis, & inordinatis precibus Sacerdotes Domini fatigentur, & ea, quæ toties sunt præscripta, transgredi compellantur, hoc inter se observandum esse definiunt, ut nullus Episcoporum Diaconum ante, quàm vigintiquinque annos impleverit, ordinare præsumat: Episcopatus verò, vel Presbyteratus honorem nullus Laicus ante præmissam conversionem, vel ante triginta annos ætatis, accipiat.* Martinus etiam (4) Bracharensis Episcopus Græcus homo, sed Latinis in Hispania sacris initiatus, idipsum ex Eois ad Occiduos Mores revocans, & in Latina Ecclesia observandum proponens dicit: *Si quis triginta ætatis suæ annos non impleverit, nullo modo Presbyter ordinetur, etiamsi valde sit dignus: quia & ipse Dominus trigesimo anno baptizatus est, & sic cœpit docere. Oportet ergo eum, qui ordinandus est, usque ad hanc ætatem legitimam conservari.* Denique, ne nimius sim, rem certam tot testibus comprobans Zacharias (5) Pontifex, Bonifacio Moguntino Archiepiscopo respondens: *Inquisisti, ait, etiam, si ante trigesimum annum liceat Sacerdotem ordinare. Bonum, & congruum est, charissime Frater, si fieri potest, ut provectæ ætatis, & boni testimonii viri, juxta sacrorum Canonum decreta, ordinentur Sacerdotes: si autem minimè reperiantur, & necessitas exposcit, à viginti quinque Annis, & supra Levitæ, & Sacerdotes ordinentur, quemadmodum in lege Domini continentur.* Hæc est Latinæ Antiquitatis constans, & perpetua sententia, quæ tamen mox magnam passa est mutationem, aliter aliis Conciliis arbitratis, ut constat ex (6) Amalphitana Synodo sub Urbano II. ubi circa ætatem recipiendorum ad Ordines diversa prorsus decernuntur ab iis, quæ hactenus recitavimus, quæque nunc usuveniunt, ad quorum explanationem plurimum confert (7) Baronius, ad id utiliter perlegendus. Sic igitur circa statam Ordinibus ætatem non una pro diversis temporibus fuit Latinorum sententia, donec per Concilium Tridentinum (8) sanctum est, perpetuòque constitutum, ut Hypodiaconus non minor ætate vigintiduorum annorum renunciaretur: ut Dignitas Diaconi anno vigesimo tertio dumtaxat concederetur: ut Sacerdos minorem ætatem legibus statam excederet, hoc est, major esset vigintiquinque annis; Antistes verò, ut nemo diceretur ante annorum triginta prorsus absolutam ætatem; quod ante Tridentinum in (9) Lateranensi Concilio III. Alexander

(1) Can. 16.
(2) Can. 17.
(3) Can. 1.
(4) In collectio. Canon. tit. 20.
(5) Ep. ad Bonifac. extat ap. Sur. in Vit. Bonifac. lib. 2.
(6) Penes Rumualdum Archiep. Salernit. in Chron.
(7) Ad ann. 1090 n. 4.
(8) Sess. 23. c. 12. Vide Cabass. in not. Conc. et Canon. ad d. c. 12. Trident.
(9) Can. 3. refertur in c. cùm in cunctis de elect.

Digitized by Google

der III. decreverat, quodque post Tridentinam Synodum ubique custoditur.

II. Neque imputanda Latinis ea, quam hìc exposuimus, arbitrandi circa ætatem Ordinandorum varietas: nam & Nostris non anceps minùs circa eandem ætatem sententia. Ut omittam Lectoris ætatem, quippe minimè spectantem ad sacros Ordines, de quibus hìc agimus, quæque ita variè à Nostris decernitur, ut ex (1) adagio: πολλῶν κριτῶν ἀδηλότερα κρίσις, in multis judicibus nullam esse sententiam dicas, cùm hi quidem nullam ætatem Lectori decernendam esse putent, authoritate Leonis (2), & Constantini AA; illi cum (3) Carthaginiensi Concilio à Nostris recepto pubertatem unam requirant, alii cum Justiniano, quem refert, ac sequitur Arsenius (4) Monachus, & Michael (5) Psellus, satis esse octo annos autument, alii è contra vigesimum ætatis annum exposcant cum (6) Photio ex (7) Codice Græcis recepto. Denique plerique, quorum receptior sententia est, duodevigesimum constituant annum, ita decernentibus (8) Basilicis, quibus plurimum defert (9) Balsamon jure reprehendens eos, qui ad sacrum Anagnostæ munus sexennes, quandoque etiam triennes pueros, provehebant. Ut hæc, inquam, omittam, quæ ad nos non pertinent; quisque vel leviter peritus rerum Nostrarum apprimè novit, non unam esse circa ætatem sacro cuique Ordini debitam Nostrorum sententiam. Nam teste Metochita (11) Theodoro, non defuere, qui duodevigesimum annum Hypodiacono, Vigesimum Diacono, quintum supra Vigesimum annum statuerent Sacerdoti, quorum sectam secutus videtur Leo (12) Monachus, & ex eo (13) Tipucitus IC. At contra, Authore (14) Prodromo, severiores ante Duodetrigesimum annum, nemini manus imponendas εἰς ἱερὰν σφραγῖδα, dixere, quibus subscribunt laudatus Leo sibi contrarius & (15) Magentinus. Neque his tantùm tàm diversis sententiis Græcia in partes deducta est, verùm etiam hac super re publicè disputatum non semel, tum sub Justiniano Seniore Principe, tum in Synodo Trullana, ut idem Prodromus obiter, & Magentinus fusè loco laudato commemorant. Et sub Justiniano sanè ex infestis disputationibus illud videtur sanctum fuisse decretum, quod ea tempestate communi calculo receptum est. Habes enim hæc in (16) Novellis. πρεσβύτερον δὲ ἐλάττονα τῶν τριάκοντα ἐνιαυτῶν γίνεσθαι οὐκ ἐπιτρέπομεν, ἀλλ' οὐδὲ διάκονον, ἢ ὑποδιάκονον, ἥττονα τῶν κέ. *Presbyterum ante trigesimum annum Sacris initiari prohibemus, nec sinimus Diaconum, aut Hypodiaconum ad Sacra provehi, nisi post quintum supra vigesimum.* Quod decretum diu viguisse in Grecia argumento sunt, quæ scripsit Eustathius (18) Antecessor vir Jurisconsultissimus inter Nostros. Ait enim: διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος ἥττων τῶν κέ. ἐνιαυτῶν οὐ χειροτονεῖται, ὡς νεαρὰ ρκγ. τῶν δὲ βασιλικῶν βιβ. γ. τιτλ. α. κεφ. κϛ'. *Diaconus, aut hypodiaconus annis vigintiquinque minor non ordinatur. Novella CXXIII. Basilicon Libro III. Titulo I. Capite XXVI.* & de Presbytero: οὐκ ὀφείλει πρεσβύτερος χειροτονεῖσθαι, εἰ μὴ πληρώσῃ λ' ἔτη, ὡς νεαρὰ ρκγ. κεφ. κ'. τῶν δὲ βασιλικῶν βιβλ. γ'. τιτλ. α. κεφ. κϛ'. *Presbyter ordinandus non est, nisi annis triginta expletis. Novella CXXIII. C. XX. Basilicon Libr. III. Tit. I. Cap.* XXVI.

(1) *Planud. I. Adag. cent.* 2.
(2) *In compend. Legum, tit.* 8. *n.* 10.
(3) *Can.* 13. *juxta Græcos.*
(4) *In Compend. Legum. c.* 42.
(5) *In Synopsi Legum.*
(6) *In Nomoc. tit.* 1. *c.* 42.
(7) *Tit.* 1. *lib.* 1.
(8) *Lib.* 3. *tit.* 1. *c.* 28.
(9) *Add. c.* 28. *et in Can.* 14. *et* 15. *Trullanum.*
(10) *In Nomocanon. Phot. tit.* 1. *c.* 42.
(11) περὶ χαλεπότητος *Vulnere.* 6.
(12) *In Sylloge Canon. ad Trull.*
(13) *Lib.* 13. *tit.* 3.
(14) *De Interpretat. Can. c.* 73.
(15) *In resp. Can. resp.* 34.
(16) *Novell.* 123.
(17) *De Temporal. Intervallis de ann.* 25. *n.* 7. *et de ann.* 30. *n.* 20.

At in secundâ disputatione res tandem est constituta eâ mox in Decretis constantiâ, ut jure statutum in ea communis Græciæ appellari sententia queat. Hinc Leo (18) Sapiens abrogata Novellarum Justiniani hac in parte authoritate, Ὁ πολιτικὸς, ait, διαταξεις νόμος, τὸν ἐλάττω πέντε καὶ εἴκοσι ἐτῶν μὴ χειροτονεῖσθαι εἰς λειτουργίαν ὑποδιακόνου. Ἱερὸν ἀντιδιαστέλλει δόγμα, τὸν πρὸς τοιαύτην διακονίαν προσιόντα τὸν εἰκοστὸν χρόνον εἰσάγειν εἰς τὴν χειροθεσίαν. ἄξιον ἂν ἡμῶν ἡ βασιλεία ἡγησαμένη τῷ ἱερῷ εἴκειν νόμῳ ἐν τῇ περὶ τῶν οἰκείων διατάξει, τούτῳ καὶ συμψηφίζεται, καὶ ὁρίζει τὸν πρὸς εἰκοστὸν ἔτος ἐλάσαντα μὴ τῆς ἄλλης διαγωγῆς τὸ κώλυμα ποθὲν ἰσχούσης, ὅσαγε ἐκ τῆς ἡλικίας, μηδὲν εἰς τὴν τοῦ ὑποδιακόνου προχείρισιν ἐμποδίζεσθαι. *Jus civile mandat, minorem vigintiquinque annis non provehi ad Ministerium Subdiaconi. Sacrum verò decretum contra statuit, satis esse ad ejusmodi Ministerium, qui accedit, si annum vigesimum terminaverit. Decet autem Majestatem nostram sacræ Legi parere in iis, quæ ad propria spectant, decernenti. Quare subscribit eidem, atque jubet, eum, qui vigesimum annum impleverit, ni alia vita ratione impediatur, quod attinet ad ætatem, minimè impediri, ne ad Subdiaconi Ordinem provehatur.* Quod etiam (19) alibi pius, ac sapiens Cæsar constituit, asserens, si Lex sacra sæpe, vel in Civilibus plurimum habet authoritatis, multo validius ei robur permittendum in Sacris, nec tolerandum, ut Lex Civilis aliter, ac Sacra de rebus sacris constituens, sacræ Legi prævaleat. Id ipsum confirmant Leo, & (20) Constantinus AA: quorum decreta secutus vir summus Constantinus (21) Harmenopulus πρεσβύτερος, ait, πρὸ λ' ἐτῶν χειροτονηθεὶς, κἂν πάνυ ἄξιος ᾖ, καὶ διάκονος πρὸ τῶν κέ. καὶ διακόνισσα πρὸ τῶν μ'. καὶ ὑποδιάκονος πρὸ τῶν κ', καθαιρείσθω. *Presbyter ante annos triginta Sacris initiatus, licèt valde dignus sit, & Diaconus ante vigesimum quintum, & Diaconissa ante quadragesimum, & Subdiaconus ante vigesimum, deponitor.* Eadem docet Photius (22), & ex Photio (23) Balsamon, quos pleno agmine sequuntur cæteri Arsenius (24) Monachus, Macarius (25) Hieromonachus, Matthæus (26) Blastaris, & ante hos omnes, post Photium, Alexius (27) Aristenus in editis jussu Joannis Comneni Imperatoris. Nec mirum hæc ita tandem constituta in Ecclesia nostra. Nam cùm de ætate Sacerdotis apertissimus sit Canon Neocæsariensis (28) Concilii: πρεσβύτερος πρὸ τῶν λ' ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω, ἐὰν καὶ πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλ' ἀποτηρείσθω. Ὁ γὰρ Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐβαπτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν. *Presbyter ante triginta annos non initietur, etiamsi fuerit vir valde dignus. Dominus enim Jesus Christus in XXX. anno Baptismum iniit, cæpitque docere;* Quæ ambiguitas in reliquis Ordinibus diu fuerat, à Synodo (29) Trullana tandem hac lege sublata est. Ὁ τῶν ἁγίων, καὶ θεοφόρων ἡμῶν πατέρων κρατείτω κανὼν καὶ ἐν τούτῳ, ὥστε πρεσβύτερον πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονεῖσθαι, κἂν πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλ' ἀποτηρεῖσθαι. ὁ γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐβαπτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν· ὁμοίως μήτε διάκονος πρὸ τῶν εἴκοσι πέντε ἐτῶν, ἢ διακόνισσα πρὸ τῶν τεσσαράκοντα ἐτῶν χειροτονείσθω. ὑποδιάκονος μὴ ἥττον τῶν εἴκοσι ἐτῶν χειροτονείσθω. εἰ δέ τις ἐν οἱῳοῦν ἱερατικῷ καταστάσει παρὰ τοὺς ὁρισθέντας χειροτονηθείη χρόνους, καθαιρείσθω.

(18) *Novella* 16.
(19) *Constitut.* 75.
(20) *In Compend. Legu. tit.* 8. *n.* 7. 8. 9.
(21) *In Epit. Can. Sect.* 2. *tit.* 1.
(22) *In Nomoc. tit.* 1. *c.* 28.
(23) *In eundè locum Photii.*
(24) *In Compend. Legum c.* 42.
(25) *In Collect. Canon. c.* 148.
(26) *In Compend. Can. Elemen. n. c.* 2. *de ætat. Ord. Cler.*
(27) *In Nomoc. ad Trull.*
(28) *Can.* 11.
(29) *Can.* 14. & 15.
(30) *In d. c.* 14. & 15. *Trull.*
(31) *Comment. in d. c. Trull.*
(32) *In Can.* 16.
(33) *Lib. contr. hæ-*

San-

Sanctorum, Divinorumque Patrum nostrorum Canon in his quoque valeat, ut Presbyter ante triginta annos non ordinetur, etiamsi sit homo valde dignus, sed reservetur. Dominus enim Jesus Christus in XXX. anno Baptismum accepit, cœpitque docere. Similiter nec Diaconus ante XXV. annos, nec Diaconissa ante XL. annum ordinetur. Subdiaconus ne minor annis XX. ordinetur. Si quis autem eorum in quocunque statu sacro præter definita tempora ad Sacra fuerit provectus, deponitor. Hoc Trullanum decretum statam ætatem cuilibet Ordini tantâ felicitate edixit, ut ab omnibus fuerit receptum, quemadmodum testantur (30) Balsamon, & (31) Zonaras, videndus uterque etiam in Canones (32) Carthaginienses, quorum omnium authoritate idem asseverat Simeon (33) Thessalonicensis, quo authore ita decretæ Ordinibus ætati standum est, ut eam corripiendi nulla potestas sit Antistitibus, quibus etiam ætas annorum trigintaquinque constituitur, ne ad Infulas ante eum annum provehi queant, ut probat (34) Photius, & (35) Balsamon ex Novellis, & Basilicis, confirmatque (36) Eustathius, & (37) Arsenius, & ex Septima (38) Synodo, postremùs (39) Allatius à Nobis post hæc scripta lectus, cujus suffragio, addita Trullanæ (40) Synodi, (41) Photii, ac (42) Balsamonis fide, hæ annorum periodi completæ, absolutæque esse debent, ni completæ sint, non ritè Ordinationes processuras, ut non defuerint, qui, licèt ineptè, absurdèque, dubitaverint tamen, utrum collati, non habita ratione ætatis, Ordines Characterem suum initiatis imprimerent, de quo accuratè disputat (43) Balsamon.

III. Patet ex his manifestè Ecclesiæ nostræ Suffragium Synodorum legibus constitutum, Moribus receptum, præscriptum usu perpetuo, sexcentisque authoritatibus celebratum, quo nimirum definita singulis Ordinibus ætas decernitur, ut Hypodiaconi dignitas non nisi vigesimo anno peracto concedatur, Diaconi Ministerium ei, qui minorem ætatem superaverit, Sacerdotium trigesimum annum agenti, Infula verò iis tantùm, qui trigesimum quintum ætatis annum absolverint. Quod & ante, & post Trullanam Synodum Græcia sanctè custodiit, donec ἀνωμὶς, uti dicimus, Photianismi, cùm pleraque Priscis intacta, & à Nostris palam per continuata sæcula religiosè custodita corrumpi cœpissent, sensimque non sine Legum Sacrarum injuria abrogari, hoc quoque negligi cœptum. Quapropter est, ut videamus (rem planè miram) nullam ætatis rationem haberi vel ab iis, qui olim Latinos falsò quidem, ac per summam calumniam, objurgavere tamen ob id, cujus hoc tempore apud ipsos exempla non sine dolore conspicimus! Nam Nicolaus (1) Methonensis hæc scribit. ὅθεν ἐλέγχειν ἄδεια τὰς τῶν λατίνων χειροτονίας. οὐ γὰρ οὐχ ἡλικίαν ἁρμόζουσαν ταῖς ἱεραῖς τάξεσιν ἐπινοοῦσι χειροτονοῦντες, ἀλλὰ πρὸ τοῦ εἰκοστοῦ, καὶ τὴν ἄλλην παρὰ τοὺς Κανόνας συντεταγμένην ἡλικίαν προχειρίζουσι τοὺς εἰς κλῆρον. *Unde locus reprehendendi Ordinationes Latinorum. Etenim neque ætatem congruam Sacris Ordinibus considerant, cùm manus imponunt: Sed ante vigesimum annum, & alias juxta Canones statutas ætates provehunt Clericos.* Et Nicolaus (2) Cabasilas: τὰ τῶν ἐν Ῥώμῃ δόγματα τίς οὐ καταφρονήσει; οἱ ἐξ ἱερέων πονηρῶν εἰς λαὸν ἀνόητον καταφέρεται. οὐχ ἱερέων ὅμως. ἀθεμιτίζουσι γὰρ εἰς χειροτονίαν ἐληλυθότων, καὶ τάξιν κλήρου λαμβανόντων ὀλίγῳ τινὶ μετὰ τὸν εἰκοστὸν χρόνον. *Eorum, qui Romæ sunt, dogmata quis non spernat? Ea è Sacerdotibus improbis in Populum stupidum feruntur. Imò nec è Sacerdotibus; nam contra Canones ad impositionem manuum venere, & Cleri Ordinem recipere paulò post vigesimum annum.* Eadem scribit Gregorius (3) Acindynus, Gregorius (4) Palamas, Nilus (5) Cabasila, Joannes (6) Phurnes, Joseph, (7) Briennius, & Philotheus (8) Patriarcha CP. quorum sententias, quippe planè relatis similes, producere non placuit. Illis tamen palam ostenditur, licèt falsò, & impiè, olim tamen à Photianis ipsis hoc Vitium ætatis Latinæ Ecclesiæ objectum; quod tamen neque probant, neque probare poterunt, cùm, si quid aliquando actum est circa Minores, id aut à Latinis omnino improbetur, tanquam contra Ecclesiæ statuta factum, vel ritè factum asseratur ex indulgentiâ justæ relaxationis, remissionisque Ecclesiasticæ. Quòd si vel Photiani ipsi minoris ætatis vitium damnant etiam injustè in Latinis, quis ferat idipsum in Græcis? aut quâ fronte recentiores quidam tueri audeant, ritè Ordines posse conferri minoribus eâ ætate, quam Ordinibus præscripsit Ecclesia nostra? Audi quid censeat Simeon (9) Thessalonicensis à (10) Diplovatatio productus. ὁ πρὸ τοῦ ἐντεταγμένου χρόνου χειροτονῶν ἱερὸν ὑπηρέτην, εἰς τὸ φοβερὸν βῆμα, οὐ λειτουργὸν Χριστοῦ, ἀλλὰ λῃστὴν ἐκκλησίας ἐνδέχεται). *Qui Sacris initiat sacrum Ministrum ante decretam ætatem, non Ministrum Christi ad verendum Tribunal, sed latronem inducit.* Et Joannes Schilitza ab eodem (11) citatus: Τοὺς δὲ χειροτονοῦντας ἱερεῖς πρὸ τοῦ λ΄ ἐνιαυτοῦ, καὶ διάκονον πρὸ τοῦ κε΄, καὶ ὑποδιάκονον πρὸ τοῦ κ΄, χρὴ γνῶναι τῆς ἐξουσίας ἀποπίπτειν, καὶ ἱεροσύλους ὀνομάζεσθαι, ὅτι τοὺς θεοφόρους τοὺς ἐν Νικαίᾳ πατέρας λοιδοροῦσι, τοὺς τάξαντας ἑκάστῳ βαθμῷ τὴν πρέπουσαν ἡλικίαν. *Eos, qui Sacris initiant Sacerdotes ante XXX. & Diaconum ante XXV. & Hypodiaconum ante XX. annum oportet scire, potestatis Pontificiæ desiderio multari, appellarique Sacrorum prædones, quoniam divinos, qui Nicææ consedere, Patres contemnunt, à quibus unicuique Gradui Ecclesiastico statuta est ætas idonea.* Quæ postrema Schilitzæ verba si cui nova erunt, arbitrato, nihil à Nicæna I. Synodo constitutum fuisse circa ætatem provehendorum ad Ordines, Sciat plurimos Nicænæ Synodi Canones periisse, quò fit, ut inextricabili quæstione hactenus de numero Canonum Nicænorum Scriptores litigent, ut accuratè docet, & fusè explicat (12) Cabassutius. Hinc minimè ambigo, inter Nicænos Canones fuisse quempiam, qui circa ætatem, de qua scilicet agimus, opportunè decerneret, præsertim cùm idipsum affirmet hac ipsa in re Hippolytus (13) Thebanus laudatus à (14) Turriano, & Chronographus (15) Anonymus MS. quem ad id producit (16) Allatius. Quorum uterque receptam Græcorum moribus, decretam à Trullana, tot authoribus assertam ætatem ante omnes à Nicæna trecentorum duodeviginti Patrum Synodo fuisse constitutam affirmat, cui profectò palmarem irrogant injuriam recentiores hi Nostri circa ætatem eorum, quos ad

ref. de Sacram. Ordin.
(34) *In Nomoc. tit. 1. c. 28.*
(35) *Ibid. in Nomocan.*
(36) *De interval. lis. de an. 35.*
(37) *Ind. Compend. c. 41.*
(38) *Can. 3. ubi Zonar. Balsamon, & Arsen.*
(39) *Lib. de ætat. & interst. à pa. 57. in fin.*
(40) *Can. 15. ubi Balsamõ, & Zonaras.*
(41) *Ibid. ad Trull.*
(42) *In d. c. 15. Trull. & in Can. 3. Nicæn. II.*
(43) *In Cano. 14. Septimæ Synodi.*
(1) *In Canon. 14. et 15. Trull.*
(2) *Epi. 2. ad Nilũ Patrũ.*

(3) *Vol. 2. Operum. tit. de Abusibus Latinorum.*
(4) *Expos. it. 2. de Eccles. Consuet. cõtra Latinos.*
(5) *De Lumine Thaborio Orat. 2. in Transfigur.*
(6) *In Antirrhet. contra Jo. Nauplii. sem.*
(7) *Propos. fit. 15. pro Palama.*
(8) *Lib. 4. cõtra Niceph. Gregoram.*
(9) *In l. de mysteriis.*
(10) *In Schediasmo Can. c. 6.*
(11) *In Synopsi Legũ Sacrarum tit. 3. c. 1.*
(12) *In Not. Cõc. Diatriba de numero Can. Nicæn.*
(13) *In Chronico ad Nicæn.*
(14) *In Schol. Græcis ad Can. Apostol.*
(15) *Extabat in te Libros Allatii.*
(16) *De æt. & interst. pag. 51. in fin.*

ad Sacra recipiunt, nihil pensi habentes, sed ex libidine sibi fas esse putantes, paucioribus, quàm statuti sint per Ecclesiam, annis natos ad Ordines Sacros provehere.

IV. Et hanc hercle corruptelam unde Mores acceperint nostri, cæteroqui Vetustatis tenacissimi, diu anceps quæsieram, donec incidi in Notas Margunii ad Nomocanonen, unde omnis Ecclesiæ labes in consuetudines Nostras irrepsit. Ibi enim cùm decernatur, nullam habendam rationem ætatis in Ordinationibus, agnovi, non aliunde didicisse Græciam imberbes hypodiaconos & Semiberbes Diaconos, imò aliquando & Presbyteros pati, quàm ex Scitis, ingestisque per implexam ignorantiæ nequitiam Margunii. Quod eo magis mihi persuasum habeo, quòd ante ætatem Margunii licèt reperiam questos (1) aliquos propterea, quòd impuberes ad Ordinem Lectoris reciperentur, nullum tamen exemplum inveniam minoris statutâ ætatis ad Sacra provectæ. Quin imò diligenter scrutatus res Nostras toto sæculo superiore, hoc est XVI. video ad annum usque MDLXV. quæ superiùs ab Ecclesia nostra constituta vidimus, accuratissimè custodita. Nam Pachomius (2) P. qui Anno secundo supra quadragesimum Captivitatis nostræ, qui fuit XX. Bajazethi Turcarum Principis, Christi vero MD. cœpit (3) Ecclesiæ Græcæ præesse, hæc scribit: συγχωρῶμέν σοι δὲ πᾶν ὅτι πλημμέλημα, καὶ ἄρτιόν σε καταπιθέμεθα προσφέρειν μετὰ τὴν ἀναγκαίαν μετάνοιαν τῷ Θεῷ λατρείαν ἀναίμακτον, πλὴν εἰ πορνείας ἔνοχος μετὰ τὴν ἱερατείαν, ἢ αἱρέσεως, ἢ βδελύγματος παρὰ φύσιν, ἢ λαβὼν χειροτονίαν ἔξω τῶν δεδογμένων χρόνων χωρὶς συνοδικῆς συγκαταβάσεως, ἢ ἀνδροφόνος, ταῦτα γὰρ τῶν ἱερῶν ἀπείργει μέχρι θανάτου. *Condonamus tibi omne peccatum, quod perpetrasti, & aptum te facimus offerendo, post necessariam Pœnitentiam, Deo incruento Sacrificio, ni tamen reus libidinis post Sacerdotium sis, vel hæresis, vel Vitii contra naturam, vel ni acceperis impositionem manuum extra statutos annos sine Synodica dispensatione, vel si homicida. Hæc enim à Sacris arcent usque ad mortem.* Ecce, quàm severus, quàm atrox Photianismus fuerit initio sæculi superioris, quo ad Sacra provectus in vitio ætatis ad laicam communionem redigebatur, ne amplius in Vita inter dicatos Altari homines ministraret. Hieremias (4) etiam, qui Byzantinæ præfectus est Sedi circa annum Christi MDLI. qui (5) primus fuit Solimani, εἴτις, inquit, πρὸ τοῦ κ΄. τὴν ὑποδιακονίαν, πρὸ τοῦ εἰκοστοῦ ε΄. τὴν διακονίαν, πρὸ δὲ τοῦ λ΄. τὴν τοῦ ἱερέως τετόλμηκε λαβεῖν ἀξίαν, καθαιρείσθω ὡς παράνομος, καὶ ἀφοριζέσθω ὁ παρανόμως χειροτονήσας. *Si quis ante XX. Annum Hypodiaconi, ante XXV. Diaconi, ante XXX. Sacerdotis ausus fuerit suscipere dignitatem, deponatur ut contemptor injustus Legum, & segregetur, qui injustè contulit Ordines.* Viden, ut intra superius sæculum eadem erga Leges sacras Photianorum observantia, quæ olim Græcorum, fuit, quamque tot rationibus, authoritatibusque confirmavimus? Quin & in Systaticis, quæ *litteras Dimissoriales* appellant Latini, inter alia hoc ipsum de legitima ætate testimonium sæculo superiore inferebatur. Exemplum Systaticorum hujusmodi habes penes Manuelem (6) Malaxum productum ab (7) Allatio, cujus testimonio Malaxus scribebat anno Christi MDLXII. Veritatemque non Systatico tantùm asseruit, sed & his verbis. Περὶ ἡλικίας τῶν χειροτονουμένων ἱερέων. Ὁ ιδ΄. τῆς ἕκτης Συνόδου Κανὼν ὁρίζει, ὅτι ὅταν θέλη νὰ γένη τινὰς ἱερεὺς, νὰ εἶναι χρόνων τριάκοντα, ὁ δὲ διάκον κ΄(*corrigo ex* M.S. Latini Latinii, quod ut videtur, Allatius non viderat) κε΄. καὶ ὁ ὑποδιάκον κ΄. Ὁ δὲ ἀναγνώστης ιη΄. ἔτας ὁρίζουσιν οἱ θεῖοι πατέρες εἰς τοὺς ἄνωθεν χρόνους νὰ γίνωνται, καὶ ὄχι ὀλιγωτέρους χρόνους. *De ætate initiandorum Sacerdotum. Decimusquartus Sextæ Synodi* (intellige Quinisextæ: nam Sexta Synodus nullos edidit Canones, ut probat (8) Cabassutius post alios) *Canon imperat, ut futurus Sacerdos triginta annorum sit, Diaconus viginti quinque, Hypodiaconus viginti, Lector octodecim. Ita Sancti Patres, qui nos præcesserunt, præcipiunt, ut fiat neque illa ætate minores admittunt.* Adde & Systaticum Metrophanis (9) P. cujus Ecclesiastica Præfectura incidit in annum CXI. captivitatis nostræ, qui fuit Solimani XLIV. Christi (10) MDLXIII. atque ita de Episcopo, quem commendatitiis Epistolis munit, loquitur. τὸν δὲ τίμιον, καὶ θεοφιλέστατον Ἀντώνιον τοῦτον προεχειρίσαντο, καὶ ἀρχιερέα καθιέρωσαν ἐφ' ἡμετέρῳ προστάγματι οἱ ἄνωθεν γεγραμμένοι ἀδελφοὶ ἡμῶν ἐπὶ μαρτυρίας πολλῶν, καὶ οὐ δίγαμον αὐτὸν μαρτυρησάντων, καὶ κοπιάσαντα ἐν πάσῃ ἐκκλησιαστικῇ τάξει λειτουργηθεῖσαν ἐν καιρῷ ἁρμόζοντι, ἐκ τοῦ εἰκοστοῦ ἕως τοῦ τριακοστοῦ πέμπτου, ἔτι δὲ οὐδὲ πόρνον, οὐδὲ μιαιφόνον, οὐδ' αἰσχρὸν τῷ λαῷ, οὐδ' ὑπὸ μετανοίᾳ γενόμενον, καὶ παντελῶς ἄρτιον τῇ ἀξίᾳ, ἣν ἔλαβεν. *Hunc autem pretiosum, atque amicissimum Dei Antonium provexere, & Episcopum sacravere nostro jussu superiùs scripti Fratres nostri cum testimonio multorum, qui neque Digamum eum dixere, affirmaruntque exercitum in omni Ecclesiastico Ordine, accepto scilicet opportuno tempore, à vigesimo ad XXXV. Præterea neque libidini deditum, neque homicidam, neque turpem Populo, neque subjectum Pœnitentiæ, sed prorsus idoneum Dignitati, quam accepit.*

V. His testibus quis non videat evinci planè, corruptelam hanc conferendi Ordines, post annum Sexagesimum tertium superioris sæculi, circa quem cœpit Margunius in Græcia nominari, Moribus nostris inductum. Jure igitur ejus referemus sententiam, eamque hìc confutabimus breviter, quando eam fusiùs rejecit Allatius, qui tamen hominis pepercit nomini, ne, ut ipse familiaribus colloquiis dicere solebat, Chiæ Originis hominem læderet. Ergo Margunius (1) sic scribit. ἐθαύμασα πολλάκις βολαῖς τὴν αὐστηρίαν κάποιων ἀρχιερέων, ὅπου ἐξετάζουσι τοὺς χρόνους τῶν κληρικῶν, ὅταν ζητοῦσι τὴν χειροτονίαν. Καλὴ ἡ ἐξέτασις τῶν ἠθῶν, τῆς ἐπιτηδειότητος, τῆς ἁγνείας, καὶ ἐγκρατείας, καὶ τῶν ἑξῆς. Περὶ δὲ τῆς ἡλικίας πᾶσα ἐξέτασις ματαία. εἰ ἄξιος ὁ κληρικὸς ἂς χειροτονηθῇ ἐν ἀκμῇ τῆς νεότητος, εἰ ἀνάξιος οὐδ' ἐσχατόγηρως λαβέτω τὴν θείαν ἀξίαν. Νέος ἦν Ἰωάννης, καὶ ἀπόστολος, νεανίας Παῦλος κράζεται ἐν τῇ λιθοβολίᾳ τοῦ Στεφάνου, καὶ ὀλίγον ὕστερον προχειρίζεται εἰς ἀπόστολον, καὶ διδάσκαλον τῶν ἐθνῶν. Δανιὴλ μειράκιον, καὶ προφήτης. Ἐν δὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ ξάφετε τὰ γινόμενα περὶ Τιμόθεον, καὶ Δημᾶ, καὶ Ἐλλάδιον, καὶ Θεόδωρον τὸν Σικελιώτην, καὶ ἄλλους πολλούς· ἀλλὰ ὅρα, μὴ καὶ τοῦτο λατινισμός· Περιεργάζονται κατὰ τὴν ἡλικίαν οἱ Λατῖνοι. Θέλεις εἰπεῖς, ὡς φοβεροί! ἀλλὰ πίστευσόν μοι τῷ ὅρκῳ λέγουσι, δὲν πράττουσι. Εἴδαμεν πάλαι δικαστὰς Πάπας,

(1) Simeõ Thessal. lib. contra hæres. de Sacr. Ord.

(2) In Synchores. penes Cãpanas inter formas Synchoreticorum.

(3) Ex Chronic. Panvini an. 1500.

(4) Synodico acto Chii apud eundem Cãpanas. inter formas Synodicorũ.

(5) Ex Chronic. Panv. ad an. 1550.

(6) In Nomocan. c. 436.

(7) De ætat. et Interst. p. 96

(8) In Notis Cõcil. ad Synod. Quinisex. in princ.

(9) In Systatico Episc. Methonensis ap. Campanas inter formas Systatic. Patriarchalium.

(10) Ex Chronic. Panv. ad an. 1563.

(1) Nota 59.

εται, διότι μάθομεν, ὅτι ἐμπορεῖ νὰ ἀναπυμφίσῃ τῆς Ἐκκλησίας κατὰ τὸν λατινικὸν νόμον ἐκεῖνος, ὅπου δὲν ἐμπορεῖ νὰ πανδρευθῇ· τὴν ποσὶ ἦν αὐτοῖς Ἐπίσκοπος τόσον νέος, καὶ ἄμορφος, ὅπου ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ Πάπα γελῶντος, καὶ ἐπαινοῦντος ἔπαθε τι σαρρακηνὸν. Sæpenumerò miratus sum austeritatem quorundam Antistitum, qui inquirunt in annos Clericorum, cùm petunt Sacris initiari. Bonum examen est morum, conditionis idoneæ Sacris, Castitatis, & Continentiæ, cæterorumq; At de ætate omnis quæstio vana est. Si dignus Clericus provehatur ad Sacra in flore Juventæ, si indignus, ne silicernio quidem accipiat Ordinem Sacrum. Juvenis erat Joannes, & Apostolus, Adolescens Paulus in lapidatione Stephani, & paulò post renunciatur Apostolus, ac Doctor Gentium. Daniel puellus, & Vates. In Ecclesia verò scitis acta circa Timotheum, Demam, Eleutherium, ac Theodorum Sycęoten, & alios multos. Sed vide, ne hoc etiam Latinum quid oleat: Satagunt Latini ætatis. Dices, ut terribiles! Sed jurato crede mihi: dicunt, non faciunt: Scimus, olim decennem Pontificem, ut nossemus, posse sponsum Ecclesiæ esse juxta Jura Latina eum, cui nefas est Jure Cæsareo maritum esse: & nuper fuit ipsis Episcopus adolescens adeò, atque adeò venustus, ut à Filio Pontificis ridentis, & laudantis Turcicum nescio quid passus sit. Hęc primus Photianorum, & unus omnium Margunius, quæ si vera sunt, fatua dicamus oportet Concilia, & Trullanum in primis, ineptos Græcorum Canones, Jura nostra planè dementia. Quorsum enim tot apertissimis verbis edere decreta, tot Scita Jurisconsultorum nostrorum exponere, tot Patriarcharum referre sententias conceptissimis verbis ætatem statuentes, certumque Ordinibus tempus, si ejus nulla ratio esset habenda? Quid mihi hunc hominem Photiani Latinorum hostem ostentant? Pol, ille Gręcię hostis manifestissimus est, cujus Mores corrumpit, cujus abrogat Jura, cujus commune Suffragium certum, omnibusq; receptum damnat. Austeritas, inquit, est in annos sacrandorum hominum inquirere. Cur verò austeritas? An quòd aliquid à Viro sacrando petat, quod supra æquitatem sit? Nam austeritatem eam nobis exponit Christus, quæ præter id, quod æquum est, aliquid à subjectis exposcit. Inducit enim servum nequam loquentem: (2) *Sciebam, quòd homo austerus es: tollis, quod non posuisti, & metis, quod non seminasti*: ἐφοβούμην γάρ σε, ὅτι ἄνθρωπος αὐστηρὸς εἶ, αἴρεις, ὃ οὐκ ἔθηκας, καὶ θερίζεις, ὃ οὐκ ἔσπειρας. At Antistes, dum ætatem in homine Sacris initiando, quam dicimus, quærit, præter æquum nil exigit. Etenim quî præter æquum, quod à Lege, quæ in æquitate sita est, extra æquitatem esse non potest, præcipitur? Non igitur hæc austeritas, sed erga Leges obsequium, quod è Græcia frustra nisus est Margunius expellere, nec sine successu à Photianismo procul amandavit.

(2) Luc. c. 18. n. 21.

VI. Sed inconstantiam, impudentiamque hominis attendant Nostri. Docet, bonam fore inquisitionem, eamque suadet, ingeritque, si agenda sit circa Mores, atque conditionem Sacris idoneam. Quærendum ergo ante, quàm Ordines conferantur, an idoneus sit Clericus. Infero ergo: Igitur quærendum & illud, utrum ætatis sit ad Ordines recipiendos legitimę. Etenim cùm ea inter, quæ à Legibus præscribuntur, exposcunturque, ut quis Ordinibus recipiendis idoneus sit, ætas numeretur; quis non videt, ei, à quo instituenda est quæstio circa conditionem idoneam hominis initiandi, quærendum & illud esse, an Sacris Muneribus admovendus legitimę sit ætatis ad Ordines. Nam quod ait, dignum vel in flore ætatis Sacris initiandum, hanc bellam argumentationem complectitur. Dignus ergo recipiendus, etiam si minor: quæ sanè, ut Philosophi loquuntur, contradictionem implicat. Si quidem, si dignus, ergo non Minor. Quî igitur vel minor recipiendus, si dignus? Da totum, quod dicitur, an aliquid, quod Margunio prosit, dabis? imò nihil: negamus enim fore dignum, si in eo sit ætatulæ flore, qui, ante annum XX. crudum adhuc Sacris Ordinibus, immaturè pubescit. Sed esto, valeat ea Margunii argumentatio; an propterà concedenda? Concedenda nimirum ab eo, cui Ecclesia verba (1) illa Numinis Jerusalem objurgantis potest objicere. Ἀπ' αἰῶνος συνέτριψας τὸν ζυγόν σου, καὶ διέῤῥηξας τοὺς δεσμούς σου, καὶ εἶπας· οὐ δουλεύσω σοι. *A sæculo confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti: non serviam.* Non ne hæc lex (2) Ecclesiæ sunt? πρεσβύτερος πρὸ τῶν λ΄ ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω, ἐὰν καὶ πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος. *Presbyter non initietur ante XXX. annum, etiamsi fuerit homo valde dignus*: & (3) illa: ὥστε πρεσβύτερον πρὸ τῶν λ΄ ἐτῶν μὴ χειροτονεῖσθαι, κἂν πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος. Hac porro statutà Lege, hac admissà, hac receptà, quis nisi rebellis subscribet Margunio? Atque dicente Trullana cum Neocęsariensi, *etiamsi dignus non initiator, si minor est*, adstipulabitur Margunio dicenti: *Si dignus, initietur, tametsi minor*? Nec igitur data Argumentatio illa Margunii quidquam in communem sententiam Ecclesiæ conficit, quippe demens, ac fatua; neque concedi potest, quippe Sacris Canonibus planè contraria, iisdem injuriosa, & ab ipso Photianismo palam damnata, cui alterutrum eligendum erit, me publicè postulante, ut aut numerosam Photianorum Authoritatem, asserentem ubique ætatis habendam rationem in Ordinationibus Sacris, damnet, uti fatuam, ineptamque, aut opposita commentam blaterantis Margunii sententiam flammis addicat, quas meretur Impietas. Instat tamen Margunius omnibus, urgetque omnes, Joannem, Saulum, ac Danielem objiciens. De postremo brevissimus mihi sermo. Non enim video, quid inferri queat ex Vaticinio ad Ordinem. Donum illud est à Deo prodigiosè, & gratis, non ex merito ejus, cui confertur, aut apta ad illud conditione, sed ex Numinis ipsius arbitrio, ac largitate concessum, quod idoneum muneri minimè poscit, sed facit; atque adeò non consecrat, ut non semel vel improbis, scelestisque sit datum. Vaticinatus est (4) Saul, quin & (5) Caifas, cùm esset Pontifex anni illius, scelestissimè aut suadendo, aut decernendo prophetavit: an propterà quòd hi Vates fuere, viros illis persimiles Sacris admovere fas erit? Quin & Joannes, cui à Baptismo nomen, vel in utero matris nomen Vatis emeruit, id Historico (6) Sacro testato, at-

(1) Hierè. c. 2. n. 20.

(2) Can. 11. Conc. Neocæs.

(3) Can. 14. & 15. Trullan.

(4) 1. Reg. c. 10. n. 10.

(5) Joan. c. 11. n. 51.

(6) Luc. c. 1. n. 41.

Digitized by Google

atque ita explicantibus (7) Ambrosio, (8) & Augustino. Expecto, Margunius afferat, aptam Sacerdotio ætatem infantis, quem nondum parens enixa est, quòd ea ætas apta fuerit Vaticinio. Igitur nullum nobis negotium facessit Danielis fatidica ætas, quæ tamen non adeò videtur fuisse impubes, ut vigesimum annum à longè salutaret. Neque enim quòd puer sæpe appellatur, propterea impubes; cùm sexcentis exemplis ostendi possit sæpe puerum (9) pro juvene sumi; quemadmodum nostra lingua παῖς, & νεανίας. Certè Daniel, qui puer (10) dicitur, antea narratur (11) constitutus ab Assyriorum Principe super Provincias Babylonis, præfectusque Magistratibus, cunctisque ejus Imperii Sapientibus. Unde fas est deducere, cùm vaticinatus est, supra vigesimum, vel paulo infra, ætatis annum fuisse.

(7) *Lib. 2. Comment. in Luc. ca. 1. ante fin.*
(8) *Serm. 20. de Sanct.*
(9) *Magr. in Hierolex. verb. puer & Lexica in dictio. παῖς. et. νεανίας.*
(10) *Daniel. c. 13. n. 45.*
(11) *Daniel. ca. 2. n. 48.*

VII. Nihil igitur prodest Margunio Danielis divina Juventas. Nihil itidem proderit, oberit potiùs Joannis, ac Sauli jactata tàm arroganter adolescentia. Hæc nempe scripsisset, siquam habuisset Historiarum notitiam? Cujus peritissimum oportet esse Canonum Professorem, ne more quorundam ad ingens nomen, ac superbum munus, præter exsuccos Civilium Legum textus, ridendamque inutilium Quæstionum jactantiam, nihil conferat. Age, quæramus, cujus ætatis Joannes, cui in Euangelio laus, nobisque cognomento Theologus, esset, cùm inter Christi discipulos adlectus est. Quatuor dumtaxat occurrunt sententiæ circa ætatem Joannis, cùm Ephesi fato concessit. Atque harum tres Latinorum sunt, quarta Græci hominis, notique Margunio. Primam constituit Baronius (1) asserens, vità functum anno ætatis XCIII. Secundam protulit (2) Beda, cujus calculo censetur ad Superos evolasse anno Vitæ XCVIII. Tertiam proposuit (3) Usuardus, quo authore obiisse creditur ætatis planè decrepitæ, hoc est undecentesimo anno. Quartam asseruit (4) Cedrenus, Nostrisque tradidit, vixisse eum docens ad annum usque sextum, atque centesimum. Quam ex his mavult sententiam eligat erudita Margunii protervia: faxo intelligat, communi Ecclesiæ utriusque suffragio authoritatem suam conferri à Joannis ætate. Nam si primam seligat, cùm certum sit, Joannem excessisse vivis Anno Christi centesimo primo, uti testatur ex Græcis (5) Eusebius ex (6) Polycrate, & ex Latinis (7) Hieronymus, ac (8) Tertullianus, hoc est, post Christi funus anno sexagesimo octavo, sequitur, eum, qui nonagesimum tertium agebat Anno Christi centesimo primo; Anno trigesimo quarto Christi, quo Servator Nostra crimina moriens expiavit, Annorum quinque, ac viginti ætatem habuisse, cui si tres annos detrahas, ut ad Christi annum trigesimum supputationem deducas, post quem, initio nimirum trigesimi primi, Joannes Disciplinæ Christi cum fratre se dedidit, dicendum erit, anno ætatis vigesimo secundo peracto, sub initium vigesimi tertii, fuisse adscitum inter Apostolos, anno verò XXV. sub initium XXVI. qui fuit postremus Christi, Sacerdotio initiatum cum cæteris. At si sequatur Bedæ sententiam, fateatur oportet, Joannem anno Christi trigesimo inter Discipulos adlectum annos habuisse septem, atque vicenos, Sacrisque à Magistro admotum Anno ætatis Trigesimo. Si verò adstipuletur Usuardo, accurata supputatione cognoscet, Apostolicà dignitate auctum Joannem, cùm fuit octo, & viginti annorum, Sacerdotio verò cùm Annum ageret unum supra Trigesimum. Quòd si Græcus Græci Scriptoris amabit opinionem, & Cedreno subscribet, jam videbit, quàm ineptè Joannis exemplum adsumpserit ad statutam per Canones Ordinibus Sacris ætatem oppugnandam, cùm illud apprimè constet, ex Cedreni sententia sequi, Anno quinto ætatis supra Trigesimum ad Collegium Apostolorum Joannem admissum, sacratumque postea in postremâ cum cæteris Cœnà, cùm annum ageret octavum supra Trigesimum. Nec ætate Joannis minus manifestè ineptias Margunii labefactat ætas Pauli, quem omninò palam est, post quartum in ipso quinto ætatis supra Trigesimum Anno nomen Christo dedisse, perculsumque feliciter, ut ex fortunatissimo præcipitio firmior assurgeret, totique, atque integræ Impietati bellum unus indiceret. Etenim Paulum ad fidem conversum anno Æræ Christianæ trigesimo sexto author est (9) OEcumenius, interfectum verò Romæ anno Neronis tertiodecimo, Æræ Christianæ Sexagesimo nono, testatur Cajus Theologus, Zephyrinus Pontifex, ac Dionysius Corinthius relati à (10) Metaphraste. Tunc verò non minorem fuisse sexagesimo octavo anno ætatis docet (11) Chrysostomus. Quæ si vera sunt, ut sunt, nec ab ullo Græcorum in dubium revocanda, quippe Græcis authoribus confirmata; habità ratione temporum, quod asseruimus, palam ostenditur. Nam si obiit sexaginta atque octo annorum senex, & anno Christi sexagesimo nono obiit, uno dumtaxat anno minor fuit Christo. Quod si religionem Christianam amplexus est anno trigesimo sexto Christi, sequitur eo anno, quo se Christianum dixit, Gentiumque renunciatus est Doctor, virum fuisse annorum quinque, ac triginta. Neque oberunt Sacri (12) Scriptoris verba Saulum biennio ante, quàm tutelam religionis, quam oppugnabat, assumeret, appellantis adolescentem: Græci enim Textus vim, quam sæpe consulendam vel ipsis Latinis edicit (13) Augustinus, multò magis decuit fuisse rimatum Græcum, ut disceret, (14) νεανίας quandoque robustioris ætatis virum significare.

(1) *Ad ann. Chri. 101. n. 9.*
(2) *De sex ætat. in 1. ætat.*
(3) *In Martyrolog. die 27 Decemb.*
(4) *In Compend. Histor.*
(5) *In Chron. ad ann. 2. Trajan.*
(6) *Penes Euseb. l. 3. hist. c. 25.*
(7) *De Scriptor. Eccles. in Joanne.*
(8) *De Anima c. 50.*
(9) *In Act. Apost. c. ult.*
(10) *Die 29. Julii.*
(11) *In fin. Orat. in Princ. Apost. to. 5.*
(12) *Act. c. 7. n. 28.*
(13) *Lib. 2. de Doctr. Christ. ca. 14. & seq.*
(14) *Lexica in ea dictione.*

VIII. Quæ validiora ad adstruendam dementiam suam argumenta Margunius contulit, planè disiecimus. Nam quæ nobis ingerit ex Timotheo, Dema, & Theodoro, aliisque, quos nominat, si vera sunt, (multa enim non admodum certa) aut ab Ecclesia fuere damnata, eaque sententiæ nostræ, quam Ecclesiæ utriusque Suffragium tuetur, maximopere favent, quippe ostentantia, esse in Ecclesia Legem damnantem in ætatis vitio ad Sacra provectos: aut si probata sunt ab Ecclesia, qualia quæ pauca nominatim recenset Margunius, eaque nihil aliud præ se ferunt, nisi Ecclesiæ vel indulgentiam, *Dispensationemque*, vel ejusdem necessitatem, vel provectorum hominum singularem Sanctimoniam divino monitu commendatam, & ingentibus ingestam prodigiis, demonstratamque ejus conditionis, quæ Sacra, & Infulas plurimum Ecclesiæ utilitati collaturas mereretur.

Hoc

Digitized by Google

Hoc patet ex ipsis Authoribus, unde ea exempla Margunius malignè desumpsit. Nam (1) qui XXIII. ætatis anno præfectum Sacris Timotheum asserit, is ipse miram juvenis Sanctitatem, miracula ab ipso patrata, exercitationes Euangelicas, Apocalypses etiam ad id Paulo factas commemorat, ut Ordinationem illam ritè celebratam ostendat. Eadem de Dema Ignatius (2) Martyr, eadem de Eleutherio Nicephorus (3) Callistus, & Eleusius (4) sive Georgius Presbyter de Theodoro: ut planè non nisi nequitiæ Margunii congruum videri potuerit his exemplis tam paucis, &, ut palam est, necessariam Ecclesiasticæ disciplinæ relaxationem referentibus, Leges Ecclesiæ, mores Majorum, sententiam ipsis quoque Photianis communem impugnare. Vide, inquit, ne hoc Latinismus sit. An Latinismus sit, numero nostro II. & III. decuimus, docetque Allatius (5) integro libello; ut non nisi à demente negari possit, servandam esse in conferendis Ordinibus ætatem omni Jure Sacro decretam. Quorsum ergò Latinismum nuncupes, quod æquo Jure, iisdemque moribus Latinis, Græcisque usitatum, commune est: nisi id Latinismum putat Margunius, quod est, Sacræ Vetustatis mores constantissimè retinere? Nam hoc hercle Romanæ Ecclesiæ proprium est, quam nulla hactenus hæresis infecit, nulla corruptela labefactavit, nulla Impietas à tramite religionis ipsi per Apostolorum Principem præstitutæ unquam deterruit. Non ego adulator hæc scribo: Norunt Nostri, quàm expectoratæ sim indolis, quàm liberæ Opinionis, quàm propensi ad Veritatem ingenii. Huic ne quid facerem, diceremve non consentaneum, quanta olim perpessus sim, sciunt, quantisque etiamnum laboribus, atque ærumnis impediar, vident. Etenim, ut agam, quæ scilicet ago, unde nisi à studio Veritatis impetus mihi nullo unquam affecto præmio, nullis aucto beneficiis, nullâ Dignitatis vel minimæ spe provocato? Discant proinde mihi Veritatem commodis, & incommodis præponere assueto, fidem præstare abrogandam Veritatis hosti Margunio, qui, si in cæteris desipit, dum mentitur, in postrema relatorum verborum parte prorsus insanit, dum pejerat. Unde enim habet, ut juratus asserat, Latinos dicere, non facere? Ut, si libeat, probaturus per innumera mendacitatem Jurisjurandi Marguniani, relictis aliis, rei nostræ insistam. Numne dicunt Latini, nec præstant quæstionem habendam circa annos eorum, qui provehuntur ad Ordines? At mendacio reclamat Europæ totius insuperabile testimonium, ex quo ita compertum est, ætatis rationem à Latinis haberi, cùm de Ordinationibus agitur, ut id neque inficias ire, nisi effrons Margunii frons possit, neque non planè certum asserere, nisi ejusdem mens amens. At scimus, inquit, decennem Pontificem. Scimus? Quo authore, quo historico? Juniorem, ac puerum fuisse Joannem XII. scimus, decennem nusquam audivimus. Et (6) Baronius juniorem, ac puerum eundem fatetur, non tamen infra pubertatem. Nam accuratâ ibi supputatione Temporum propositâ ostendit, majorem fuisse vel quartodecimo anno ætatis, vel sextodecimo. Non ergo decennis.

(1) *Hugo Card. in Epist. ad Timo.*

(2) *Ep. ad Magnesianos.*

(3) *Hist. Ecll. l. 3. c. 29.*

(4) *In Vit. S. Theodori Siceotæ.*

(5) *De ætat. et Interstitiis.*

(6) *Ad ann. Christi 955. n. 2. & 3. ex Luitprando l. 6. c. 6.*

Detraxit sextum, vel quartum annum Margunius clemens, ut quid monstruosius Solio Petri pius imponeret. Sed utrùm puerum Pontificem nobis ostentans, notam Romanæ Ecclesiæ inurere voluit? At puerum Patriarcham Byzantii Latini remorsuri Photianos jactabunt. An Græcia contemni digna, quòd imberbem (quippe sextum decimum annum agentem puerum, & Eunuchum) Patriarcham habuerit? aut piaculum erit Latinæ Ecclesiæ, quòd (ut mendacio cuncta concedamus) nondum connubio aptum Pontificem constituerit? Quis isthæc mentis compos dicere audeat? Passa est utraque monstrum, nec sibi per vim, ac nefas ingestos Antistites pueros sponte suscepit, aut susceptos ritè susceptos asseruit: Sed illa Joannem XII. hæc Theophylactum eodem planè tempore, perperam sanè, sed coacta recepit, receptos tulit; tandemque liberata Spurcissimis hominibus fassa est, nec ritè gesta, quæ circa adolescentes illos gesta sunt, nec à Posteris ad exemplum trahenda, quippe Legibus Sacris absona, atque utrique Ecclesiæ per nefas illata, Græcæ quidem à Photianis adulandi peritissimis, ne Romano Lecapeno Principi non placerent, ut fusè narrat (7) Metochites, Latinæ verò à prudentibus Clericis, ne Schismate pessimo laceraretur Ecclesia, cui sanè tot inter mala minus periculosum fuit, unâ dumtaxat cervice, scelestâ licèt, ac fœdâ censeri, quàm esse bicipitem.

IX. Ita, quod Latinis Margunius objicit, & nihil utilitatis confert causæ, quam tuetur, & æquiori Jure in ipsos Photianos, quorum gratia in Latinos movet omnia, retorquetur. Cui tamen non ob id irascimur adeò, ut ob postremas calumnias, quibus rerum gestarum faciem immutat. Nam, ut rem sæculo superiore fœdissimam leviter, ac, uti Sacerdotem decet (quod tamen non decuit Episcopum Cytheræum) summis digitis attingamus, ex ejus ætatis accuratissimo Scriptore, eodemque non admodum Pontificibus Romanis propitio Benedicto (1) Varchio, constat, Fanensem Episcopum, licèt venustissimi oris, virum tamen fuisse, & legitimæ ætatis, & probitatis eximiæ, tantæque pudicitiæ, ut post illatam sibi injuriam triduo minimè superstes fuerit, obieritque ægritudine animi planè confectus. Constat etiam, ex facinore scelerato Filii mœstissimum fuisse Pontificem; Quæstionem criminis habitam publicè, damnatumque palam authorem effrænatæ libidinis. Et, quanquam pœna nequaquam crimini par, nec post latam sententiam ad Legis instar exacta; parcendum tamen hominibus, cùm liberis parcunt; nec ab omnibus petenda ea constantia fortissimi pectoris, quæ in uno, alterove tanquam prodigium laudata, erga filios parentes effecit impios, ut faceret severissimos. Neque enim, si Severitas laudem meretur, Clementia virtus non est, præsertim cùm crimen, cui parcitur, non negligitur, sed damnatur. An Margunius putat nihil consimile, cujus Photianos pudeat, proferri in medium posse? Norit & ipse, norint & Photiani, quod curiosè celant, notissimum esse, sileantque aliquando, ne provocatis per has calumnias Orthodoxis hominibus placeat in hæc verba calumniis respondere. Quod nefariè factum à Viro Prin-

(7) *ἀντιῤῥητικὸς, ..., in inere 5. ex Magistino in Can. 18. Trull. qui est 18. Synodi VIII.*

(1) *In fin. hist. Florentin.*

ro Principe, latumque ab innocentissimo Viro, vel in Viro Principe, vel in Principis libero Roma damnavit, ac propalam detestata est, Vos id infulà decorastis amplissimâ, divinisque mox honoribus cumulastis. Quid de Palama vestro pulcherrimo scripserit non Latinus aliquis, non Orthodoxus Græcus, sed in primis Photianus Nicephorus (2) Gregoras summæ authoritatis historicus, qui omnium manibus teritur, nostis. Hunc tamen vos & Turcicæ libidini expositum, & muliebria passum Thessalonicensibus vittis ornastis vivum, fatoque functum Divorum honoribus excepistis, Templisque, atque Aris, ac pulvinaribus dedicatum quotannis colitis tantâ laudum, ut ita dicam, redundantiâ, quantam nec Basilius, nec Athanasius, neque ipse Chrysostomus, aut Cyrillus, ne ipsa quidem Virgo Deipara penes vos meruit, ut constat ex (3) Triodio, quod corrupistis, ostenditque diligens ineptiarum vestrarum castigator (4) Allatius. Hæc meritò reponent proritati calumniis Orthodoxi Photianis, si ultra mutire pergant, ac, barbarè declamante Margunio, ea Latinis objicere, quæ multò turpiùs Sectam ipsorum dedecorant, cui sat fuerit, Græciam vel invitam impunè Vitiis obligasse, quorum hæc incuria annorum non minimum est, quippe tot Canonibus vetita, tam longâ consuetudine damnata, iisque fœtâ rerum eventibus, quos ille dumtaxat in adolescentibus Ministris Sacrorum haud timebit, qui quid flos pubescentis ætatulæ, quid adolescentia, quid ipsa juventas prima Moribus minetur, ignorat. Φοβερὸν τῇ πολιτείᾳ νεότης ἄρχουσα ex Platonis (5) effato adagium est, ut scias, timendam Reipublicæ sacræ Præfecturam Juvenum, quæ timenda omni universim, generatimque Reipublicæ dicitur. Quo fit, ut gravissimi criminis reus sit, qui, contra Legum Sacrarum præscriptum, adolescentulos Sacris initiat. Neque spes aliquando de ea ætate concepta prævaricatorem excusabit Antistitem. Quæcunque ea sit, incerta erit, & ἄδηλος, quemadmodum eam (6) Plato appellat, vel ἀνόχαρος, ut (7) Theophrastus; nec difficilis modò, sed planè ignota; ita eam sub viæ nomine appellante Salomone (8). Quid quòd nec certa quidquam conferet ad excusationem legitimam prævaricationis. Neque enim onera imbecillibus imponenda, quòd fortes futuri sperantur. Equo domito nondum, & ex adolescentia sternaci sessorem haud impones, quòd cicurem speres, nec præceptori imperito, quem speres sciturum omnia, filium erudiendum committes. An Ministrum futurum ad Sacra provehis? an discipulum ad suggestum advocas, cùm Sacerdotium confers? Imò verò Ministrum, magistrumque renuncias. Quî ergo onus imponas, ministerium tradas, docendi munus committas, quòd his speres futurum idoneum, ei, quem nunc ineptissimum experire? Audi, quid (9) Isaacus Monachus Græciæ intonet nostræ. Πᾶς, ὁ πρὸ τοῦ καιροῦ ἀρχόμενος τὰ ὑπὲρ τὸ μέτρον αὐτοῦ, βλάβην ἑαυτῷ διπλασιάζει, καὶ οὐκ ἔνδοσιν. Οἱ γὰρ ἄπειροι ἔμποροι ἐν τοῖς μεγίστοις πράγμασι μεγάλας ἑαυτοῖς προξενοῦσι ζημίας. Ἐν δὲ τοῖς ἀτελεστέροις πράγμασιν εἰς τὸ ἔμπροσθεν ταχέως ἐκτείνονται. Διότι παντὶ ἔργῳ εἰσὶ καὶ ἀγωγὴ καιρὸς ἔννομος. *Quicunque ante tempus suscipit aliquid in se, quod est supra vires, & humeros suos, sibi ipsi duplex affert damnum, & incommodum. Imperiti enim mercatores in maximis rebus magna sibi detrimenta parant. In levioribus autem negotiis ulteriùs statim proficiunt. Quapropter rebus omnibus est ordo, & omni Institutioni suum tempus legitimum destinatum.* Quæ omnia ut falsa sint, adhuc ætas, decretaque, communi Ecclesiæ suffragio utriusque, annorum gravitas à provehendis exposcenda erit, sin minus ob ætatis periculum, ob vanitatem spei conceptæ, ejusdemque incertitudinem, certè ob Munerum Majestatem, quam procul ab omni nota etiam innoxia docuit Apostolus abstinendam. Ethnicorum Sacerdotium non nisi provectæ ætatis hominibus collatum apud Persas, testis est (10) Ctesias, ad Ephororum munus non nisi canos admotos, narrat (11) Pausanias, Areopagitas promissa barba in templo Martis sedere solitos, docet Polybius apud (12) Tipucitum: adeò apud Eoas Gentes ætatis gravitas à Re sacra diligebatur; quis, nisi amens, Eois Gentibus decorum putet, si post Christianam Religionem sacri munera Ministerii credat Juventuti? Quam proinde ab Ordinibus Sacris rejiciendam, Græcia nostra Antiquitatis amicissima, Morumque suorum custos diligentissima censet, censebitque olim, quidquid contra frendeat Morum famosus corruptor nostrorum Pseudœpiscopus Cytheræus.

(2) Penes Allatiū diss. 2. de lib. Eccle. Græcor. vers. sextus error post initium.

(3) pa. 96. & seqq.

(4) In d. differtat. in princ.

(5) Penes Planud. in adag. Cent. 1.

(6) In Sympos. apud Allat. de ętat. & interst. pag. 202.

(7) Penes eūdem d. p. 202.

(8) Prov. c. 30. n. 19.

(9) Relatus ab Allatio, ubi supra pag. 203.

(10) In fragmentis.

(11) In Laconicis

(12) Tit. 100. L. 4. §. 2.

SECTIO V.

De Vitio Conditionis, ac Rei.

SUMMARIUM.

I. *Servos non esse Sacris initiandos, Jure Latino, ac ratione probatur.*
II. *Idem confirmatur ex Jure Græco.*
III. *Proponitur Coressii error cum rationibus suis.*
IV. *Refellitur error, & rationes illæ cribrantur.*
V. *Baptismus non liberat à servitute.*
VI. *Obligati publicis officiis rejiciendi.*
VII. *Notitia Publicanorum, & eorum conditio.*
VIII. *Sine titulo nemo provehendus ad Sacra. De Titulo Patrimonii.*
IX. *Causa, ob quam olim Clerici certæ Ecclesiæ addicebantur.*
X. *Titulus Beneficii, & Ecclesiæ Græcis necessarius.*
XI. *Ratio hujus necessitatis, & Vituperatio Photianorum.*

I. HOs mores, queis Gens nostra servit, servietque olim, secuti, in eo, cui conferendi sunt Ordines, Statum ipsum considerabimus. Neque enim licet Dominicæ obnoxium Potestati Sacris initiare. Id Latinis constitutissimi Juris est, quorum Legibus abstinetur sacro Ministerio tùm Servus, tùm Liber, à quo Juspatronatus præstandum est. Et de Servis hercle non provehendis ad Sacra integrum (1) Titulum Decretales libri nobis ostentant, ad quem videndi Scribentes cum (2) Goffredo, & (3) Hostiensi, cæterisque, qui Jus Canonicum operosis Commentariis interpretati sunt. De Libertis verò

(1) De Servis non Ordinand.

(2) In Summ. de Serv. non Ordin.

(3) In Summ. eod. Tit.

idipsum

idipsum statuit Concilium (4) Eliberinum, cui adstipulantur promiscuè Servos, atque Libertos vetantia Ministeriis Ecclesiæ sacris addici, (5) Toletanum I. (6) IV. (7) IX. itidemque ex (8) Aurelianensibus I. ac (9) III. ex Recensione (10) Carranęç, quorum authoritate eadem de Servis, atque Libertis tradunt post Dominicum (11) Soto, Guillermus (12) Episcopus Parisiensis, atque (13) Salzedo. Ea tamen intellige, ni adsit Domini, vel Patroni voluntas: nam, si his lubitum fuerit, nihil oberit Servitus, aut Libertinitas, ut fusè tradunt Albertus (14) Trocius, (15) Felicianus, Lælius (16) de Zanchis, Silvester (17) cum Summistis, Jo. Paulus (18) Lancellotus, Antonius (19) Cuccus, ac Simon (20) Majolus, cujus postremi sententia, Servi, atque Liberti vel à Religiosis familiis, Monachorumque Secta arcendi sunt, cui subscripsere (21) Trocius, & (22) Angelus, ob utrorunque persimilem rationem. Etenim, cùm & Ordines, & Religiosorum hominum Instituta penitissimo Numinis addicant servitio, oportet, tantæ Majestati qui se se subjicit, eum ab hominum servitute liberum esse. Indecorum enim, planèque absurdum, si servus hominum sit, qui servus est Christi (23) dicentis: οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν: *nemo potest duobus dominis servire*; præsertim cùm certissimi (24) Juris sit, à Servis, atque Libertis obsequium Domino deberi, ne Domino, cui aut se, aut libertatem suam acceptam referunt, displiceant; & Paulus (25) Apostolus asserat, eum servum Christi non fore, qui hominibus placere studuerit. Est & ratio peculiaris, ob quam, licèt Servus & Deo, & homini unà servire posset, tamen ab Ordinibus abstinendus esset, ni Domini manumittentis, aut Patroni remittentis Juspatronatus consensus adsit. Nam, quamvis Minorum Ordinum honor à potestate Dominica minimè Clericum asserat, Sacrorum tamen, Majorumque Ordinum Dignitas, Sacerdotii præsertim, pugnat cum Servitute adeò, ut se ipsa, Jureque suo initiatum Sacris liberum dicat, tametsi sine consensu Domini Servo collati sint Ordines, ut fusè, & doctè explicat (26) Hostiensis, & patet (27) ex Jure. Porro Servus inconsulto, aut invito Domino, ni Reipublicæ intersit maximè, aut pœna Domino irrogetur, iniquè liberabitur. Sic enim ex nulla legitimâ causâ Dominus potestate suâ privabitur, quod Jura palam detestantur authoritate Furii (28) Antiani, atque (29) Pomponii. Unde sequitur, non sine consensu Domini, vel Patroni Servum, vel Libertum Sacris initiandum, ne Jure, aut potestate sua Patronus, Dominusve minuatur invitus. Præterea, si Servus provehatur ad Sacra, vilescent hæc, eorumque Dignitas sordidâ ministri conditione penè dixerim obsolescet. Quod eleganter deploravit (30) Basilius. Quid enim vilius conditione servili, quæ ne esse quidem in Republica censetur? An decebit in Album eorum, qui potissimam Reipublicæ partem constituunt, eum referri, qui ne esse quidem in Republica reputatur? Irreligiosum est ex (31) Toletani IV. decreto, servire eos, qui Dignitatem sunt nacti: At Sacrorum Virorum Dignitas est, & maxima Dignitas est. Ne ergo Servitus Sacris obrepat, arceantur ab Ordinibus Servi, tunc admittendi dumtaxat, cùm volente Domino, aut remittente Patrono, potestate, cui subjiciuntur, fuerint absoluti.

(4) Can. 80. refertur in c. prohibendum 54. dist.
(5) Can. 10.
(6) Can. 67.
(7) Can. 11. refer. in c. qui ex familiis 54. dist.
(8) Can. 4. refer. in cap. si servus ead. dist.
(9) Can. 20.
(10) In Sum. Chc. suo loco.
(11) In 4. dist. 25. q. 1. art. 3.
(12) De Sacram. Ord. vers. excipiuntur etiam fol. 183.
(13) In addit. ad Diaz. in prax. Canon. c. 19. litt. H. pa. 58.
(14) De vero, & perfect. Cler. li. 2. c. 4. & 5.
(15) De Censur. tit. de Irregul. ca. 6. vers. servi hoc est pag. 43.
(16) De priv. Eccl. 37. privil.
(17) In Summ. verb. Servitus n. 6.
(18) Inst. Jur. Can. l. 1. tit. 5. §. 1.
(19) In Lancell. Inst. lib. 1. tit. 5.
(20) De Irregul. l. 1. cap. 35. n. 5.
(21) Ubi suprà.
(22) In Summ. verb. Religiosus n. 5.
(23) Mat. c. 6. n. 24.
(24) Glos. 2. in L. 4. C. de obseq.
(25) Epist. ad Galat. c. 1. n. 10.
(26) In Sum. de Ser. non Ordin. §. qualiter Servus vers. quid si Presbyter.
(27) C. ex antiquis in fin. ca. frequens. 54. dist.
(28) In L. fin. ff. de pact.
(29) In L. id, quod nostri ff. de regul. jur.
(30) Epist. 8. ad Euseb. Episc.
(31) Can. 67.

II. Propterea non Latini modò Servos, Libertosque Ordinibus abstinent, sed & Nostri constantissimâ Doctorum nostrorum sententiâ. Nam (1) Prodromus, Τοὺς μὲν δούλους, ait, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἀπελευθέρους ὁ Κανὼν εἰς ἱερατείαν ἐλθεῖν ἀπείργει, καὶ νεωστὶ ἐν τοῖς συνοδικοῖς ταῦτα γέγραπται. Ὁρίζομεν, μὴ χειροτονεῖν δοῦλον, οὐδ' ἀπελεύθερον ἄκοντος δεσπότου, ἑκόντος δὲ τοῦ δεσπότου, ἀμφοτέρους, εἴπερ ἄξιοι, χειροτονεῖσθαι. *Servos, itidemq; Libertos Canon ad Sacros Ordines venire non patitur: & nuper in Synodicis scripta sunt hęc. Jubemus, non imponi manus Servo, neque Liberto, invito Domino. Hoc volente, uterque, si dignus, provehatur ad Ordines.* Eadem proponit (2) Blastarius in hæc verba: Θεῷ δι' ἱερατείας δουλεύσοντας οὐ χρὴ δούλους εἶναι, οὐδ' ἀπελευθέρους, ἀλλὰ παντελῶς ἐλευθερίας κομίζεσθαι προθέσεως ὑπὸ τῶν δεσποτῶν ἐθελοντί. ἐκ τούτου λοιπὸν μηδεὶς τοὺς τοιούτους χειροτονεῖν ἀποκοτείτω. εἰ γένοιτο ὁ χειροτονήσας δοῦλον, δότω ἄλλον τῷ κυρίῳ. ὁ δὲ χειροτονηθεὶς, καὶ ἐλευθερωθεὶς διὰ χειροτονίας καθαιρείσθω. *Deo per Sacerdotium famulaturos non decet Servos esse, neque Libertos, sed omnino libertate frui data sponte à Dominis. In posterum igitur nemo ejusmodi homines audeat Sacris initiare: si fiat; qui manus imposuit, servum det alterum Domino; Sacratus verò, & per Ordines sacros liberatus deponitor.* Similia tradunt (3) Photius, & Photiani omnes cum (4) Balsamone. Nec mirum. Cùm enim apud hos summæ authotitatis sint Apostollci Canones, qui nobis Apocryphi sunt, in illis hoc ipsum sancitur his (5) verbis. οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι, ἄνευ τῆς τῶν δεσποτῶν συγγνώμης, οὐκ ἐπιτρέπομεν ἐπὶ λύπῃ τῶν δεσποτῶν τῶν κεκτημένων. Οἴκων γὰρ ἀνατροπὴν τὸ τοιοῦτο ἐργάζεται. Εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη ὁ οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, οἷος καὶ ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος ἐφάνη, καὶ συγχωρήσωσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐλευθερώσωσι, καὶ τοῦ οἴκου αὐτῶν ἐξαποστείλωσι, γινέσθω. *Servos ad Clerum provehi sine licentia Dominorum non jubemus: quippe hoc, sine dolore possidentium eos, esse non potest, & hoc domos perturbat: si quando verò servus quoque gradus Ordinatione dignus appareat, qualis apparuit noster Onesimus, & Domini consenserint, manuque miserint, & domo sua allegarint, efficitor.* Quare vel ipse Veritatis hostis (6) Margunius: εἰ δὲ δοῦλον, ait, εἰ δὲ τὸν λεγόμενον ἀπελεύθερον, ὑποκείμενον δηλονότι τῇ ἐξουσίᾳ τῇ προτέρᾳ δεσπότου, θέλουσιν οἱ ἅγιοι Ἀπόστολοι διάκονον, καὶ ἱερέα. διότι δεῖν εἶναι πάνυ αἰσχρὸν, καὶ βδελυρὸν πρᾶγμα, τὸ ὑποκείμενος τοῖς λαϊκοῖς, ὁ ὑπὲρ τῶν λαϊκῶν ἱκετεύων. *Neque Servum, neque eum, qui dicitur Libertus, idest subjectum Juri prioris Domini, sinunt SS. Apostoli esse Diaconum, aut Sacerdotem: quòd non nisi fœdum, ac detestabile sit, si Laicis subjiciatur, qui pro Laicis deprecatur.*

III. Quo magis detestari licet Chii modici (1) Coressii dementem prorsus audaciam, qui Nilum explicans ad hunc ipsum Canonem Apostolicum. Ταύτης μὲν, ait, οἱ πολλοὶ ἐξηγούμενοι τὸν Κανόνα μετὰ τοῦ πανιερωτάτου Νείλου οὐ θεολογικῶς μὲν, οὐδὲ τῷ λογικῷ τῆς ψυχῆς ἁρμόττοντα. ἡ γὰρ χειροτονία ὁμοίως τοῖς ἄλλοις μυστηρίοις μυστήριον. Τὰ δὲ μυστήρια, καὶ ἄκοντος τοῦ δεσπότου, ἐλευθερίαν ποιεῖ, καὶ παντελῶς εἰσάγει. Καθὼς γοῦν τὸ ἱερὸν βάπτισμα ἐλευθεροῖ τοὺς δούλους ἄδειν. οὕτως καὶ χειροτονία. Καὶ καθὼς,

(1) De Interpretat. Can. c. 10.
(2) In Synop. Syntagmatis c. 12. sub med.
(3) In Nomoca. ad Can. Apost.
(4) In not. ad Nomoc. loc. cit.
(5) Can. 82. alias 81.
(6) Nota 3. in Can. 82. Apo.
(1) Ad Synops. Nili. ad d. Canon. 82.

δοῦλον, εἰ δ' ἄκοντος τοῦ δεσπότου, κακὸν τὸ ἀπείργειν τινὰ τοῦ βαπτίσματος. παρὰ θεῷ γὰρ οὐκ ἔστι διαίρεσις Ἕλληνος, καὶ βαρβάρου, οὕτω σκυθρωπὸν γίνεσθαι, καὶ ἀπρεπὲς λέγεσθαι τὸ ἀπείργειν τῆς χειροτονίας τὸν δουλεύοντα, ὅτι οὐκ εὐαρεστεῖ τῷ δεσπότῃ. Δοῦλον Φιλήμονος ἀκούω τὸν Ὀνήσιμον, καὶ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας δεύτερον ὁρῶ καθηγούμενον, ἕπεται γοῦν, τὰ τοῦ Κανόνος παλαιὰ εἶναι, καὶ ὑπὸ τῶν πάλαι δεδογμένα, ἵνα μὴ σύγχυσις γένοιτο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ταῖς τῶν τυράννων ἀπηνείαις ὑποκειμένῃ. Νῦν δὲ ταῦτα ἀφίεμεν περιττολογεῖν τοῖς Λατίνοις ἀλόγως συλλογιζομένοις ἐκ τοῦ Θωμᾶ, καὶ τοῖς μὲν δοξάζουσι, μὴ χειροτονεῖν δοῦλον, ἵνα μὴ λάθῃ ἄκοντος δεσπότου τυχεῖν ἐλευθερίας, τοῖς δὲ λέγουσιν, ἐλευθεροῦσθαι διὰ μυστηρίων τὸν δοῦλον, ἄκοντος καίπερ δεσπότου. *Hæc sanè plerique explanantes Canonem cum Sacratissimo Nilo; non tamen Theologica, aut rationi admodum consentanea. Nam Ordines simile cæteris Sacramentis Sacramentum sunt. Sacramenta verò, etiam invito Domino, libertatem omnino præstant. Quemadmodum itaque Sacrum Baptisma liberat illico Servos, sic & Ordines; & quemadmodum, ne invito quidem Domino, decet Servis Baptisma negare; (penes Deum enim non est distinctio Græci, & barbari) sic truculentum factu, & turpe dictu est, arcere ab Ordinatione servientem; quòd non placeat Domino. Servum Philemonis Onesimum audio, & Magnæ Ecclesiæ* (Constantinopolitanam (2) intellige) *video præfectum. Sequitur proinde, Canonem antiquatum esse, & ab Antiquis statutum, ne confusio fieret in Ecclesia subjecta sævitiæ Tyrannorum. Nunc autem hæc dimittimus vanè dicenda à Latinis dementer ratiocinantibus ex Thoma, & quà docentibus, non provehendum ad Ordines Servum, ne capiat invito Domino libertatem, quà dicentibus, liberari per Sacramenta Servum, etiam invito Domino.* Quis ferat ignorantissimi Medici manifestam phrenesim his paucissimis verbis propositam? Hic scilicet idoneus ferendo calculo de rebus Sacris? En hominem, qui censura fungatur in Canones. Nempe hoc altero veluti fulcro, post Margunium, stat Photianismus. Hoc Theologo Græciam nostram hodieque turbantia Dogmata disputantur. Miseros Photianos, qui Viri planè furiosi scripta, neglecto DD. ac Patrum choro perlegunt, atque mirantur! Si quid mentis, cordisque haberent, huic crederent, quem constat ubique ineptire? Et quæ in Dogmatibus falsa, absurda, stupida Photianis adoranda proposuit, ni mihi placeo nimis, alibi contrivi sæpe, hìc pauca hæc perpendenda sunt obiter, ut quocunque in labore nostro Græcia cognoscat implicatam ignorantiâ mendacitatem Photianorum, quos uti dedecus, imo ulcus Gentis nostræ, quando ferro non licet, calamo ubique, ac semper insector.

(2) *Ponitur Ordine secundus i Catalogo Episc. CP. qui est in tom. 1. Juris Græco-Rom. l. 4. Synod. sent. li. 2, in fin.*

IV. Age igitur, cur interdictum, ne Servus Sacris initietur, neque Theologiæ, neque rationi congruat, videamus. Quòd, inquit, Ordines Sacramenta sint; At Sacramenta, invito Domino, liberant Servum: igitur Ordines etiam. Hinc assumit. Verùm ut ut Sacramenta potestate sua Dominum multent, non propterea deneganda sunt Servo: igitur & Ordines. Hoc totum Argumentum Coressii quanta peccet, Græcia nostra perspicacissima per se ipsa consideret. In primis nemo hactenus inventus est, qui censuerit, omnibus Sacramentis vim inesse asserendi in libertatem. Quod cùm Latinis appingit Coressius, spureè mentitur. Quis enim id Latinus unquam asseruit? Si Coressio quispiam occurrit, cedo proferat: cedam sententiâ, pedibusque in Coressianam ibo. Nam quî Sacramentis ea vis tribuatur, & quidem omnibus? Servum pœnæ Pœnitentia neque à metallis, neque ab Insula, neque à supplicio liberat, perpetuoque carceri mancipatum, si cœlesti, divinoque Eucharistiæ pabulo reficias, non tamen educes carcere, aut in libertatem pristinam revocabis. At utrunque Sacramentum: at utrobique Servitus est, quia Servitus (1) pœnæ, quæ Servituti nihil aliud addit, nisi quòd respicit crimen. Non igitur Sacramenta omnia libertatem faciunt. Ex uno autem, alterove Sacramentorum aliquid inferre, quod alicui conveniat, cùm neque Philosophicum sit, Theologicum fortassis erit, sed ejus Theologiæ, cui uni Coressius studuit, quæ una Ignorantia superba tamen, & ignara sui, est. At similia sunt Sacramenta. Nempe & Coressio Asinus. Partim, inquiet: Ita sanè, quippe & Sacramenta partim similia invicem, dissimilia partim. Congruunt enim quâ ratione Sacramenta sunt, signa nimirum sensui exposita, & Gratiam divinam Operi ipsi Sacramentorum addictam significantia. Hæc ratio communis est omnibus, in cæteris differunt, ut, cùm alterum uno modo Gratiam, quam significat, faciat, alterum alio eam ipsam indigitet, progignatque. Ita similia sunt, nec tamen planè similia, aliquà scilicet ex parte similia, absimilia aliquâ, ut non nisi fatui sit ab uno ad aliud Sacramentum inferre in omnibus. Constat ex his, neque omnino similia invicem Sacramenta, neque valiturum argumentum ab uno ad aliud, nisi ratio inferendi in eo sita sit, in quo Sacramenta censentur similia. At Sacramenta in ratione ipsa Sacramentorum similia sunt solùm, in ea verò, & ex ea non liberant, alioquin omnia liberarent. Igitur in summa ex eo, quòd Ordines Sacramentum sint, non bene colligitur, posse in libertatem Servos asserere. Baptismus, inquit, à Servitute liberat: ergo & Ordo; ille vel invito Domino liberat, & hic ergo. Ille vel invito Domino conferri potest: ergo & Ordo. Pudeat sic ratiocinari eum, qui Theologiam jactat. Nam primùm è singularibus quæ consecutio est? Deinde ex dissimilibus quid ritè inferas? E Singularibus nullam consecutionem, docet Aristoteles, & Peripatetici omnes in Logica, quam decebat legisse vel in Pharmacopolio Theologum. Jam quæ similitudo, præter universam illam, ac generatim ductam ex ratione Sacramenti, Baptismum inter, & Ordinem? Ille à criminibus omnibus liberat; hic non nisi innoxio, ne obsit, advenit, adeò non expugnator criminum, si quando criminoso confertur, ut Sacrilegum faciat, quem simpliciter invenit reum. Ille Saluti necessarius est uniuscujusque, hoc sine vel ipse Coressius, si Veritatem, quam antea dilexerat, non impugnasset, nactus fuisset, quod rebellis lumini, pessimusque sui animi Medicus perdidit. Quid ergo mirum, si detur, Baptismo quemque liberari à servitute corporis, quo quis liberatur à Cacodæmonis dira captivitate, & negetur, Ordine quempiam liberari, quo neque culpa, neque

(1) *Vide Synops. Attaliatæ titul. 1. post Scholii Theodori. to. 1. Jur. Græco-Rom.*

neque pœna præsentium criminum deletur? Quid novum, si asseras, invito Domino, lustralibus aquis ablui Servum posse, queis sine vitam animi necessariam habere non potest? Æquum erit, privari Jure suo Dominum, ne Servi immortalis animus pereat, an æquum erit, quin hæc tanta utilitas sequatur, potestate sua Dominum plecti?

V. Verùm hæc, ut ex dato etiam stoliditas Coressii pateat, diximus; cæterùm falsissimum est, quod uti certum, verumque stolidus veterator adsumit. Unde enim habet, aut unde comprobat, Baptismo Servum liberari? Opinetur id Vulgus. Pudeat Medicum repente Theologum imprudentis Vulgi sententiam sequi. Eam consulti superiore, qui proximè elapsus est, anno à sapientissimo Viro, eruditissimoque Antistite Cosmo Archiepiscopo Spalatensi, integro Responso latissimè profligavimus. Nam hæc vis liberandi à Servitute si Baptismo inest, vel ab intima aliqua conditione, quæ Servituti repugnet, vel ab extimo aliquo est beneficio Legis vetantis, lustrali ablutum aquâ Servum esse. Non ab intima Baptismi Natura, ni dicas id Virtutis semper fuisse Baptismo (quippe naturalia mutari non possunt, atque eadem ubique, & semper sunt) ut à Servitute liberaret; cui statim Apostolica tempora reclamabunt, testata, Servos fuisse plurimos Christianorum, quibus & (1) Petrus, & (2) Paulus præcepere obsequium Dominis ritè præstandum. Reclamabunt Principum Christianorum (3) Edicta, ad quorum sensa latiùs indaganda videndi (4) Sozomenus, & (5) Nicephorus Authores Nostri, & ex his (6) Cassiodorus. Reclamabunt Longobardicæ (7) Leges, (8) Ungaricæ, (9) Ripuaricæ, (10) Visigothicæ, (11) Alemannicæ de manumissionibus Christianorum multa tradentes. Quid plura? & Ecclesiasticę consuetudines reclamabunt, quas manifestissimas reddunt, ingeruntque plurium (12) Conciliorum decreta circa Servos Ecclesiarum palam Christianos: Ecclesiæ denique utriusque Suffragium, quod hactenus explanavimus, inclamabit, quod, cùm vetet Servum ad Ordines recipi, profectò, ni stupor Coressianus in me transmeavit, evincit, ab Ecclesia nunquam fuisse reputatum, existimatumque, Baptismo Servos liberari, quando, si Baptismo lustratus liber est, inutile foret Interdictum, ac, ut ajunt Philosophi, *De subjecto non supponente*. Non ergo insita ea vis liberandi Baptismo. At neque à Lege concessa. Quæ enim isthæc Lex? Iteratò dicimus, Coressius eam proferat, vel ex doctis Photianis aliquis doctissimus, ut, quod hactenus ignoravimus, scilicet agnoscamus. Sed nullam proferent bipedum stolidissimi, etiamsi esset: quid cùm non sit? Qua Legum taciturnitate fit, ut nemo hactenus Sapientum asseruerit, Baptismo Servos liberari. Quin imò ex DD. omnes (13) affirmant, Servum, expiatis Baptismo Sordibus animi, ejusdem conditionis esse, cujus antea. Quod nos latissimè prosecuti sumus in relato (14) Responso, ex quo Photiani argumenta petant, queis effrontem Coressii proterviam & agnoscant, &, si quid cordis habent, æquissimè detestentur. Neque enim homini stupido aliquatenus opitulatur Onesimi exemplum, qui neque per Baptismum à potestate Dominica liber fuit, neque ante pervenit ad Ordines, quàm à Philemone manumitteretur. Quod sanè constat ex ipso Apostolorum (15) effato, cujus verba supra laudavimus. εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη ὁ οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, οἷος καὶ ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος ἐφάνη, καὶ συγχωρήσωσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐλευθερώσωσι, καὶ τοῦ οἴκου ἑαυτῶν ἐξαποστείλωσι, γινέσθω. *Si quando verò Servus quoque gradus Ordinatione dignus sit (qualis & noster Onesimus apparuit) & Domini consenserint, manuque miserint, & domo sua ablegarint, efficitor.* Ubi vides, Servos, quos inter Onesimum numerat, non aliter ad Ordines provehendos, quàm si à Dominis manumittantur. Quod itidem ex Constitutione (16) Leonis, & Constantini AA. exposcentium ad Ordines Servi consensum saltem tacitum Domini confirmatur. Non igitur, antequam manumitteretur Onesimus, Sacra recepit, sed postquam Civitate donatus est, & Jure Quiritium in libertatem assertus; quam illi ab eo impetratam, qui illum Christo genuerat, (17) Paulo, satis conjecturę est ex iis, quę ad Onesimi dominum scripsit, hortatus, ut eum reciperet, οὐκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον ἀδελφὸν ἀγαπητόν, μάλιστα ἐμοί. πόσῳ δὲ μᾶλλον σοί, καὶ ἐν σαρκί, καὶ ἐν κυρίῳ, *jam non ut Servum, sed pro Servo carissimum Fratrem: maximè mihi: quanto magis tibi, & in carne, & in Domino*. Quorum verborum hic sensus est: Restituo tibi Onesimum ex fuga, & in fuga per me Sacro fonte expiatum; precorque, ut eum non ampliùs servum, sed manumissum loco fratris habeas. Nam si mihi majori te talis est, multò magis Tibi me minori talis habendus erit: Frater nimirum, non tantùm spiritu, quâ tecum agnatione junctus est per Baptismum, sed carne per manumissionem à te præstandam, conditione ipsa civium ęqualis Tibi. Audebit his refragari Coressius, nobisque per nefas πισεστιαλογίαν objicere, qui ματαιολογίαν ipsius jure perstringimus? Hęc sunt Latinorum Dogmata, quę cum Sapientissimo Thoma, quem toties lectum, quamvis sæpe laudet, nunquam intellexit Coressius, doctissimi Gręcorum autumant, quibus Turcicarum latrinarum scrutator nequicquam fucum facere tentat, quippe certa, manifesta, & æquè Latinis, Græcisque recepta. Nam quod pro libertate Baptismi ex Novellis Leonis (18) Augusti, & pro sententia sua, post illas ineptias, nobis objicit ex Trullana, neque officit, nec ad rem est. Novella Leonis A. liberum fore dicit Servum, ἐὰν ὁ κύριος αὐτοῦ, ἢ ἡ κυρία, ἢ τὰ αὐτοῦ τέκνα, εἰδήσει, καὶ θελήσει τῶν γονέων, ἐκ τοῦ ἁγίου, καὶ σωτηριώδους βαπτίσματος αὐτὸν ἀναδέξωνται. *Si Dominus ejus, aut Domina, aut eorum Liberi, scitu, & permissione parentum è Sacro fonte, & salubri eum susceperint*. Quæ meram, puramque manumissionem referunt. Quare non ex Baptismo ibi liberatur Servus, sed ex ipsa susceptione, quæ vi Legis adsumitur ad potestatem manumittendi, quemadmodum Vindicta Prætoris. At Canon (19) Trullanus procul est à re, de qua disputamus, ut planè ostendat, à Coressio titulum Canonis lectum, non ipsum Canonem. In eo enim ut ut demus caveri, ne genus respiciatur eorum, qui ad Ordines recipiendi sunt, non tamen Status. Quid autem intersit Statum inter, ac Genus, si Coressius non admodum, ut mos Photianis est, intellexit, poterat vel à pueris Elementa Jurisprudentiæ percurrentibus

(1) Epist. Can. 1. c. 2. n. 18.
(2) Ad Ephes. c. 6. n. 5. ad Coloss. ca. 3. n. 11.
(3) L. jamdudum Cod. de his, qui in Eccl. manumitt. et l. 1.
(4) Lib. 1. hist. c. 9.
(5) Lib. 7. hist. c. 16.
(6) Lib. 1. Tripart.
(7) Lib. 4. tit. 35. & li. 2. li. 1. tit. 34. L. 2. & tit. 35. L. 5.
(8) In Decret. Ladislai l. 1. c. 3. p. 15.
(9) Tit. 58. de Tabulariis.
(10) Lib. 5. tit. 7. L. 18. & tit. de Eccl. reb. L. 4.
(11) Tit. 17. L. un. & tit. 18. l. 1.
(12) Conc. Agathe. 27. 36. 39. Paris. V. cap. 5. Matisc. II. c. 7. Epaonen. c. 39. Emeriten. ca. 34. Tolet. IV. ca. 68. 69. 70. 77 Spalense c. 8. Aurelianen. IV. cap. 9. Cesaraug. III. c. 4. Vermeriense ca. 20.
(13) D. Th. in 4. dist. 39. art. 4. & 2. 2. q. 10. ar. 10.

Bonav. de effect. Bapt. nu. 17. Sanch. in Opusc. Moral. Tom. 1. l. 1. c. 1. dub. 5. n. 4. Azor. par. 2. Instit. lib. 2. de 4. pracept. Decal. c. 34. & seq. ad 37. Dian. to. 7. tract. 8. Trullen. to. 2. li. 7. dub. 8. Goffred. in Summ. tit. de Jure. n. 20. Host. in Sum. tit. de Serv. n. 5. Card. in ca. quo jure n. 1. 8. distin. Abb. in c. 1. de cõvers. infidel. Anchar. in c. fraternitat. Turrecr. in §. occasione 17. q. 4. et in c. mancipia n. 3. ubi Archid. 54. dist. Perus. in c. cõsuluit. 3. ubi Decius n. 6. de appell. Ang. in L. unic. Cod. ne Christ. mancip. Jo. de Anan. in c. 1. de Jud. Rom. conf. 288. glos. in L. multũ interest. ff. de verb. oblig.
(14) Respons. an servi per baptism. liberetur. per tot.
(15) Can. 82. alias 81.
(16) In Comp. Legum tit. 20. de libert. l. 6.

tibus facile agnoscere, ex Institutionibus (20) Justiniani nostri, laboribusque Theophili CP. quos censor librorum Coressius ignoravit. Docuissent illi delirum Senem, discrimen notum Generis à Statu in hoc situm esse, quòd Genus ad Majores pertinet, Status ad hominum conditionem, quæ cùm nostra sit, perpendenda hercle est, cùm conditio ejus, qui Sacris admovendus est, ad trutinam Antistitis manus impositurí revocatur: ne qui majorem Dignitate Regum potestatem habet, ut docet (21) Chrysostomus, alterius potestati subjectus sit, neu, qui soli obligatus est Deo, profanis obligationibus teneatur.

(17) Ad Philem. n. 16.
(18) d. Tit. 20. l. 5.
(19) Can. 33.
(20) §. 1. tit. 15. li. 1. de capit. diminut.
(21) Hom. 60. ad Popul. Antioch.

VI. Qua ratione rejiciendi sunt ab Ordinibus ii, qui publicis Ratiociniis obligati sunt, hoc est Calculatores, Hypothecis publicis, Thesaurisque præpositi, addicti Curiæ jurejurando, stipendiove, uti Judices, Advocati, Fiscales, & qui in matriculas Militum relati sunt. Hi enim, donec his negotiis, obligationibusque civiliter implicantur, rejiciuntur, recipiendi tunc, cùm aut, relictis officiis, rationem administrationis reddidere, aut missione quacunque, sive honestâ, sive causariâ, sive etiam turpi Cingulum militare resolvente, Milites esse desiere. Et de Militibus dubitat (1) Margunius ex authoritate Gregorii (2) Dialogi, qui Mauricio Principi ob Legem latam, vetantemque Monachos fieri eos, qui Milites essent, modestissimè restitit. Verùm Gregorius Legem Mauricii non reprobavit, quòd interdiceret, vetaretque recipi Monachos, sed quòd ante stipendia omnia peracta id fieri vetaret; atque adeò non nisi in senectute, cùm Rudis dabatur, per eam Legem liceret Monasterium ingredi. Quod sanè iniquum erat, cùm Pietatis, atque Religionis causâ cuilibet liceat civilem vitam relinquere, atque penitiori se se obsequio Numinis dedicare. Emendavit ergo Legem iniquam Gregorius, statuitque, ut quolibet stipendio peracto, militare Cingulum deponere, quò Militia cælestis iniretur, liceret. Atqui hoc ipsum est, quod dicimus, non recipiendos Milites, nisi missio fiat; quæ tamen aventi Sacra capessere nemini deneganda est. Docent hæc omnia Latini tùm Theologi, tùm Canonum Sacrorum interpretes videndi penes (3) Filliuccium, (4) Laymanum, & (5) M. Leonem, quorum sententia mirè congruit rationi, quæ palam ostendit, plenâ libertate præditum esse debere eum, qui ad Ecclesiæ dignitates assumitur, ne profanis obligationibus impediatur, qui Deo ministraturus Adytum ingreditur. At is, qui Curiæ, Militiæve ratiociniis, ac negotiis publicis obnoxius est, plenâ scilicet libertate non fruitur: non igitur aptus Sacris suscipiendis. Præterea ex his plerumque hominibus turbæ in Ecclesiam, certæque molestiæ proficisci solent: dum Curiæ ministros suos repetunt, dum rationes non redditas reddere cogunt; dum tanquam à Militiâ fugitivos revocant ad suscepta, nondumque finita stipendia, aut reluctantes, uti Sacramenti contempti reos, sin minus ad pœnam rapiunt, certè sugillant, atque publicitus iniuriosè vituperant. Unde Ecclesiæ dedecus, Episcopis curæ, nota publica Clero. Ea propter non DD. dumtaxat effato, & rationis à conditione servili, ac libertina deductæ similitudine istiusmodi homines ab arcanis Sacrorum, ante impetratam plenæ veniam libertatis, arcentur, verùm etiam Synodorum decretis, atque Pontificum. Inter Synodos celeberrimum jure, maximèque rei nostræ appositum censeas, quod, sententiam hanc propalam approbans, decrevit (6) Carthaginensis I. celebrata anno Christi CCCXLVIII. sub Grato Carthaginis Præsule, qui Sardicensi interfuit: idemque sanxit (7) Innocentius I. Quod ad Nostros attinet, etsi Photiani hujus impedimenti nihil pensi habeant, ut ex (8) Planude testatur (9) Margunius, qui Latinos hæc accuratè indagantes superstitiosos appellat, tamen, si Græcæ suffragium sententiæ repetas, consulasque non modò decreta (10) Tarasii, atque (11) Nicephori Sanctissimorum Patriarcharum, verùm etiam Photianorum ipsorum (12) Balsamonis, (13) Aristeni, (14) Macarii Hieromonachi, Hieremiæ (15) Patriarchæ, aliorumque, quorum omittimus verba, planè constabit, superstitionem hanc etiam Ecclesiæ nostræ usitatam, quæ proinde dicenda erit justa Legum observantia incuriam Canonum Photianis jam dudum receptam damnans.

(1) Nota 12.
(2) Lib. 2. Epist. 62. Indict. 11.
(3) Tract. 18. c. 7.
(4) Lib. 2. tr. 1 ca. 8. & seq.
(5) pa. 3. fol. 369.
(6) Can. 8.
(7) Ep. 4. cap. 3. & Epist. 24. c. 2.
(8) Tit. περὶ χειροτονίας.
(9) Nota 13.
(10) Epist. Synod. 4.
(11) Tom. Synod. 8.
(12) Ep. 3. ad Marc. Alexan.
(13) In Nomoc.
(14) Collectio. 2. Canon. c. 100.
(15) Paregnes. 3. ad Germ. c. 11.

VII. Certè, si ea, quæ hactenus expendimus, omnino deessent Græciæ nostræ, ratio tamen ipsa superiùs allata & multiplex, & manifesta rejiciendos hujusmodi homines ab Ordinibus ediceret, cui consonant exempla Servatoris Christi, qui vocatos ad Sacram Disciplinam (1) Matthæum, atque (2) Zachæum non ante recepit, quàm Telonium reliquissent. Cujus causam acutè prosecutus (3) Rabanus asserit, non ante receptos, quia nondum rebus suis planè compositis, rationibus publicis implicabantur; propterea non admodum penitiori Christi Disciplinæ idonei. Hæc Rabanus & rationi, & Veritati maximè consentanea. Etenim, quòd his obligationibus carerent cæterorum Apostolorum munera, nec vetita ea ipsis fuere, nec post Dignitatem à Christo collatam planè relicta, cùm secuti Christum, quæ animo, & affectione munia contempserant, ea re iterum repetivere, ut innocuas piscibus insidias necterent, qui ad pelliciendos in retia Sanctitatis homines fuerant instituti. Neque quod Margunius ingerit, arbitratus munia illa Publicanorum & criminosa, & infamia, quidquam obest exemplo: nam, uti demus ea criminibus sæpius obnoxia, hinc prorsus inferendum, his obligatos ab Ordinum dignitate repellendos: quod omnino asserendum est, si illis homines efficiantur infames, ut infra videbimus. Sed revera ea Munera neque infamia, neque criminosa ex se fuisse dicendum erit. Alterum enim ostenditur ex ipsa Munerum illorum natura, quæ Telonas Tributis, & Vectigalibus publicis exigendis præficiebat, ut in Jure explicant Jurisconsultorum notissimi (4) Ulpianus, (5) Cajus, & (6) Marcianus. Præesse autem Tributis, ac Vectigalibus, atque adeò Munere publico fungi, res penes Romanos honesta, teste (7) Tullio. Alterum verò, & si videtur insinuari ex recepta Judæorum sententia scelestos reputantium Publicanos: cui adlusisse videtur (8) Christus, ad sensum Judæorum, & ex more, atque opinione Vulgi locutus, cùm dixit: ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς, καὶ ὁ τελώνης: *Sit tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus*; reve-

(1) Luc. c. 5. n. 27.
(2) Luc. c. 19. initio.
(3) Serm. 12. in Evang.
(4) In L. 1. ff. de publican.
(5) In L. 16. ff. de verb. signif.
(6) In L. ult. ff. de publican.
(7) Cic. pro L. Manilia.
(8) Mat. c. 18. n. 17.

revera tamen, si natura Muneris perpendatur, nullius videtur criminis infamiâ laborare: cùm æquissimum sit Vectigalia exigi, quibus quasi nervis Respublica stat; nec videatur criminosus esse is, qui justa, & justè mandata diligenter exequitur. Unde fas colligere vel ex ipso Christi exemplo, ad ratiocinia publica obligatos ante, quàm reddita ratione, obligatione ejusmodi absolverint se se, quippe futuros & curæ, & dedecori Ecclesiæ, non esse ad Sacra Ecclesiæ Ministeria recipiendos.

VIII. Hæc, ne quid damni capiat ex egestate Clericorum, cavet, ne ii, quibus aut nullum Ecclesiasticum beneficium, nullumve est patrimonium, Sacris initientur Ordinibus. Quare & hoc Ordinum impedimentum Jure novissimo (1) Tridentini Concilii constitutum est, ne quis absque Titulo Patrimonii, ubi Titulus Beneficii desit, in Sacram Familiam adsciscatur. Prudenter sanè, sapienter, & ex Rationis præscripto, quidquid contra mussitet (2) Marguniana stoliditas. Nam, cùm paulatim Ecclesiastica disciplina obsoleverit, sorduerintque olim nobilissimæ Christianorum sordes, divitiis pauperiem præferentium; cùmque jampridem, quod Sæculorum vitium est, vel ipsi homines Deo peculiariùs devoti, (3) verborũ Christi obliti beatos pàuperes edicentis, Ethnicis sententiis res æstiment, tanto paupertatis contemptu, ut (quod (4) Satyricus dixit) hac fieri homines ridiculos putent; fit, ut duo illa provenerint, quorum alterum facit, ut Laici Clericos pauperes planè despiciant, penitùsque à se abigant, quasi pauperies pestilentia sit contagione potens, atque infectura sordibus suis agentes cum pauperibus: alterum verò efficit, ut Clericos paupertatis pudeat, quam dum vitare, à seque amovere conantur, ad ea omnia corpusque, atque animum conferunt, unde per fas, & nefas divitiæ, vel saltem non sordidæ instrumenta Vitæ parantur. Cui utique malo & turpi, & gravi medicinam collatura Synodus Tridentina, eos tantùm Sacris initiandos decrevit, quibus Ecclesia Beneficium aliquod alimenta suffecturum contulisset; aut, ubi id nefas esset, atque aliunde urgeret necessitas, ex conscientia Episcopi, ii dumtaxat in Clerum adlegerentur, qui Patrimonii Titulum edidissent, & quidem Patrimonii talis, quod ad alendum honestè Clericum superfuturum censeretur. Ita sapientissimum planè Concilium, quod Nostri prorsus ignorant (Si noscerent, legerentque, Nostrorum judicio, calculoque Nicænæ Synodo æquandum) propulsaturum maximam à Clero perniciem, præsentemque, ac turpissimam notam à prisca illa deflexit Ecclesiæ severitate, qua fiebat, ut nemo sacris admoveretur Ordininibus, nisi ex Titulo Beneficii. Etenim omnes olim Clericos Ecclesiæ alicui addictos fuisse, palam est, tùm ex (5) Aurelianensi I. tùm ex (6) Nicæna Synodo I. itidemque ex (7) Chalcedonensi, quarum Canones id singillatim constituunt. Imò jurejurando compulsos perpetuam *permansionem* spondere in Ecclesia, cui per Ordinationem primùm obligabantur, constat ex altercatione (8) Augustini cum Severo super quodam Timotheo, itidemque ex Epigonii querelis contra Julianum, relatis in Concilio (9) Carthaginiensi VI. & (10) Africano. Idipsum manifestissimè evincitur exemplo plurimorum, qui, licèt alibi nati, receptis Ordinibus in Ecclesia procul à patrio solo sitâ, ibidem perpetuò ministrarunt. Nam notum est, refertque (11) Cabassutius, Origenem Alexandrinum Jerosolymis ab Alexandro Patriarcha Sacris initiatum, eâ in Ecclesiâ suo munere deinceps perpetuò functum. Martinus Panno, teste (12) Severo, & (13) Paulino, Pictavis ad Sacerdotium provectus ea in Urbe ministrum egit, donec Turonensem ad Infulam raptus est. Epiphanius etiam Eleutheropoli in Phœnicia natus, sed Salamine in Cypro Sacros Ordines nactus, ibidem potestatem acceptam exercuit, donec ejusdem Ecclesiæ renunciatus est Præsul, ut narrat (14) Metaphrastes. Augustinus denique Tagastensis Hipponæ, ubi Sacris admotus est, constantissimè egit, peregitque (15) Sacra, ac meruit eidem Ecclesiæ præfici. Nec alia exempla reperies Clericorum nulli addictorum Ecclesiæ, præter quàm in Hieronymo, ac Paulino, quorum ille Sacerdos à Paulino Antiocheno factus Antistite, nullius se Ecclesiæ Ministerio addictum (16) testatur; hic verò Ordinibus Sacris adscriptus à Lampio Barchinonensi Episcopo, quod (17) ipse asserit, non ante se passus est Ministris adscribi, quàm illi per Mystagogum facta fuisset potestas, ut Ecclesiæ, in qua Sacris initiabatur, nullo modo subesset. Quæ potestas tùm Hieronymo, tùm Paulino non sine ratione facta est, quippe iis, qui procul ab Urbibus sibi, ac contemplationi, studioque Sacrarum Litterarum vivere decrevissent non minori utilitate Ecclesiæ universæ, quàm si peculiaris Ecclesiæ Ministeriis impediti natum ad maxima ingenium non adeò profuturis muneribus addixissent. Cæterùm, hos si duos excipias, nullum prætereà reperies, qui ipsis initiis ministraturus Ecclesiæ cuipiam perpetuò non fuerit obligatus. Tanta olim cura Tituli erat, quæ adeò nunc à quibusdam negligitur Deo, & Ecclesiæ aliquando rationem reddituris, quippe eorum Authoribus malorum, quæ videmus non sine ægritudine animi, atque cum Photianis perpetuò præliantes frustra dissimulamus.

IX. Eam porro Tituli curam talem, ac tantam priscis Moribus fuisse conjicio tùm ob alias causas, quas omitto, tùm ob illam præcipuè, ut eo Titulo peculiariùs addictus Clericus Ecclesiæ, Ecclesiæ proventibus aleretur, quando, *ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστι, καὶ, οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσι. καὶ, οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται. Dignus (1) operarius mercede sua est, & qui (2) in Sacrario operatur, quæ de Sacrario sunt, edit, & altari deserviens de altari participat*: nec aliam ob causam ercifcendorum Ecclesiæ proventuum trifariam Lex est, destinatâ Episcopo parte alterâ, Ecclesiæ alterâ, alterâ pauperibus, nisi ut Ecclesiæ sit, unde Ministros, quorum opera cultus unà Numinis, & Populorum procuratur Salus, quotidianis Sumptibus alat. Quod sanè grave cuipiam, plenumque difficultatis quandoque videbitur, cùm Ecclesiæ præsertim opes non admodum amplæ suppetunt. Verùm is norit, olim à Clericis cultam sobrietatem, amatamque pauperiem, quam corporatum Numen ab ipsis (3) dilexit cunabulis, probavit (4) exemplo, verbis (5) docuit, Discipulis

(1) *Sess. 21. de refor. c. 2.*
(2) *Nota 107.*
(3) *Mat. c. 5. n. 3.*
(4) *Satyr. 3. circa Med. Juven.*
(5) *Can. 22.*
(6) *Can. 15.*
(7) *Can. 6.*
(8) *Epist. 240. & seq.*
(9) *Can. 44.*
(10) *Can. 28.*
(11) *In Not. Cōc. & Can. ad 5. Can. Conc. Carthag. I.*
(12) *In Vita Sancti Martini.*
(13) *In eadē Vit.*
(14) *In Vita S. Epiphanii.*
(15) *Possidonius in Vit. August.*
(16) *Epist. 57. 58. & 61.*
(17) *Epist. 45. quæ est inter Oper. August. Ordine 35. & Ep. 6. ad Severum.*

(1) *Luc. c. 10. nu. 7. Matth. c. 10. n. 10.*
(2) *1. Ad Corinth. c. 9. n. 13.*
(3) *Luc. c. 2. n. 6.*
(4) *Mat. c. 8. n. 20.*
(5) *Luc. c. 6. n. 20.*

Digitized by Google

pulis præcepto (6) mandavit, atque in ipso supplicio membrorum Sacerrimâ (7) nuditate toti Terrarum Orbi nobilem, gloriosamque testatum est. Quare & paucis contenti, si quando Sacer Ecclesiæ census ipsis alendis impar habebatur, Clerici manuum suarum operâ, seu artificio, ejus, unde modestè viverent, satagebant, citra Ministeriorum suorum dispendium. Estque hac de re geminus Concilii Carthaginiensis IV. Canon, & (8) alter, *Clericus*, ait, *quamtumlibet verbo Dei eruditus, artificio victum quærat*: (9) alter, *Clericus*, inquit, *victum, & vestitum sibi artificiolo, vel agriculturâ, absque sui officii detrimento, paret*. Neque eam Legem prima Synodus Carthaginiensis rogavit, pervetustum, ac penè dixerim translativum id in Ecclesia. Proptereà Clemens (10) coævus Apostolorum, Scriptor licèt Apocryphus, summæ tamen authoritatis apud Photianos, id ipsum præcepit producto Apostolorum Exemplo, ac præsertim Pauli (11) tabernaculorum Opificis. Epiphanius (12) etiam fidem facit, suâ tempestate, Sacerdotum plerosque solitos propriis manibus operari. De Spiridione illo, qui in Magna Nicæna Synodo cum trecentis illis consedit, (13) Ruffinus, ac (14) Sozomenus perhibent, eum & Thermituntis Episcopum, & Ovium fuisse pastorem, & Nicæna II. (15) Synodus Clericis exemplum Pauli proponit, ut eum imitati operis suis alimenta sibi modestè parent. Faciunt, & quæ ad Constantinum Pogonatum A. scribit (16) Agatho Pontifex, testatus, Romanos Presbyteros septimo Sæculo locatione operarum suarum ærumnosè vitam sustentasse, Christiana paupertate contentos, qua nihil ditius. Cui consentanea tribus anterius sæculis Aquilejense (17) Concilium, in quo Ambrosius sedit, docuit, affirmans, in Sacerdotibus pauperiem esse gloriosam.

X. Cessat hæc quæstio de Patrimonio in Ecclesia nostra, quæ si stet Moribus suis, ac Legibus sacram vetustatem ubique secutis, nihil circa fortunæ bona ejus, qui ad Clerum adducitur, quæret, cùm penes Nos nemo sine Titulo Beneficii possit ad Sacros Ordines provehi: ἄνευ ἐπικλήσεως. δι' ἧς ὁ χειροτονῶν τὸν χειροτονούμενον ἐκκλησίᾳ τινὶ στερρᾶς προσδήσειεν, οὐ χρὴ χειροτονίας ποιεῖν. Τοῦτο γὰρ κεκώλυται παρὰ τῶν Κανόνων. *Sine Titulo, per quem, qui manus imponit, eum, cui manus imponitur, Ecclesiæ certæ stabili ratione addicit, non decet Ordinationem facere. Hoc enim vetitum per Canones*. Ita (1) Aristenus, cui subscripsit (2) Macarius Hieromonachus hunc in modum. Νενομοθέτηται παρὰ τῶν πατέρων, μηδένα προχειρίζεσθαι μὴ ἐπίκλητον ἁγίᾳ τινὶ Ἐκκλησίᾳ. ἔτι δὲ, τὸν ἐπίκλητον μὴ ἀποδρᾶναι Ἐκκλησίας, ἧ δι' ἐπικλήσεως διακονεῖν ὀφείλει. Ζήτει περὶ τούτου τὸν ιε' Κανόνα τῆς ζ' συνόδου. *Statutum est à Patribus, neminem ad Sacra provehi non addictum Sanctæ alicui Ecclesiæ, itidemque eum, qui sub Titulo accepit Ordines, non discedere ab Ecclesia, cui per titulum ministrare debet. Quære de hoc XV. Canonem VII. Synodi*. Adde (3) Prodromum. Παρατηρεῖ, ait, ὅτι τῆς ζ' συνόδου Κανὼν ιε', μὴ ἐπισυνάγειν δυσὶν ἐκκλησίαις τὸν χειροτονούμενον, ἵνα τὸ παλαιὸν τῶν Κανόνων τηρηθῇ, λεγόντων, ἐπίκλησιν δοῦναι ἐν μιᾷ ἐκκλησίᾳ διακονίας ἕνεκα· ἀμφότερον γὰρ δίκαιον, καὶ τῇ μιᾷ προστεθῆναι τὸν ἱερώμενον, καὶ μὴ δυσίν. Τὸ μὲν πρῶτον, ἵνα ἔχει ὅπου λειτουργεῖν, τὸ δ' ἕτερον, ἵνα ἀριδηλότερον παρ' ἑνὸς ποιμένος αἱ αὐτοῦ πράξεις κρίνωνται. *Duabus Ecclesiis Clericum addicere vetat septimæ Synodi Canon XV. ut priscum Institutum servetur Canonum dicentium, Titulum dare in una Ecclesia Ministerii causa. Utrumque enim justum, & uni addici sacratum hominem, & non duabus; primum quidem, ut habeat, ubi ministret, secundum, ut manifestiùs ab uno Pastore ejus opera judicentur*. Nimius essem, si omnes Nostrorum sententias huc conferre, atque in medium producere vellem: superest unius, atque alterius ex recentissimis Patriarchis verba ad Veritatis hujusce argumentum ab ipsis Photianis recipiendæ proponere. Athanasius, (4) qui præfuit Ecclesiæ CP. initio Sæculi XIII. relatus (5) ab Allatio. ἀναβλητέον δ' ἔτι, ait, μήποτε ταχέως ἐπιθῶμεν τὰς χεῖρας. μὴ πρὸ τῆς νενομισμένης ἡλικίας, μὴ ἄνευ προκλήσεως, οὐδ' ἔξω τῶν περάτων τῆς ἐνορίας. *Cavendum etiam, ne cui citò manus imponamus, ne ante legitimam ætatem, ne sine titulo, ne extra fines Diœcesis*. Hieremias (6) verò à nobis superiùs laudatus hæc habet: χρὴ δὲ τὸν ἐπιθυμοῦντα προχειρισθῆναι πρῶτον μὲν ἐρωτᾶν, εἰ βούλεται ἐμμένειν τῇ ἐν ἐπικλήσει αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, καὶ μηδέποτε ἀπελθεῖν ἄνευ συστατικῶν τοῦ Ἀρχιερέως· καὶ εἰ ὁμομόκως ὁμολογήσῃ, χειροτονείσθω· ἄνευ γὰρ προκλήσεως οὐδένα χειροτονεῖν ἔξεστι, μήπως ἀλήτης γένηται καταισχύνων τὴν ἐκκλησίαν. *Oportet autem desiderantem ad Sacra provehi primùm quidem interrogare, an velit in Ecclesia, cui per Titulum addictus est, permanere, & nunquam discedere sine commendatitiis Episcopi litteris: & si juratus promiserit, initietur. Nam sine Titulo neminem licet initiare, ne quando Erro fiat, Ecclesiamque dedecoret*. His, atque aliis testimoniis, quæ facilè depromi possent ex (7) Magentino, & Theodoro (8) Metochita, ex (9) Planude, dictisque (10) Tarasii, atque (11) Nicephori Sanctissimorum Patriarcharum, constat, ante Ordinationes quærendum de Titulo penes Nostros, idque non solùm æquissimo, sed Jure pernecessario.

XI. Nam, cùm in nostris Ecclesiis unum tantùm singulis diebus Sacrificium peragatur, ut egregiè Morum nostrorum peritissimus (1) Goarius explicat, ostendens & id ritè fieri, & à Latina olim Ecclesia idipsum non sine laude usurpatum: cùm, inquam, semel dumtaxat in Ecclesia nostra quolibet die Sacrificium celebretur, quilibet Sacerdos, aut minister Ecclesiam habeat oportet, in qua vel ipse solus Sacris inserviat, vel vicissim cum aliis eidem addictis Ecclesię Sacerdotibus Numini faciat, facientibusque ministret. Alioquin, si certam Ecclesiam non habeat, frustra Sacrorum Minister audiet nunquam ministraturus, nisi id illi quisquiam precariò suâ in Ecclesiâ permittat. Quare Potestas illa Sacrificandi supervacanea, planèque otiabitur in ministro, qualem Gerson in Latinis quibusdam Episcopis, quos Annulares, Titulares, in partibus Infidelium, ac Nullatenentes appellant, damnat injuriâ, ut (2) alibi evictum est, nos verò justè damnamus in plerisque Photianorum Episcopis, nulli præfectis Gregi, nec quidquam Episcopi referentibus, præter inutilem authoritatem, quæ ex effato frustra est, cùm ad actum deduci non potest.

(6) Mat. c. 10. n. 20. Luc. c. 10. n. 4. Mar. c. 6. n. 6.
(7) Jo. c. 19. n. 23. & seq.
(8) Can. 81. refertur in c. Clericus quantumlibet 91. dist.
(9) Can. 59.
(10) Cōst. Apost. li. 3. c. ult.
(11) Act. c. 18. n. 4. c. 20. nu. 34. & Epist. 2. ad Thessal. c. 3.
(12) Heresi 80.
(13) Hist. l. 1. c. 5.
(14) Hist. l. 1. c. 8.
(15) Can. 15.
(16) Ep. 1. & 2. ad Const. Aug.
(17) Penes Cabassut. nobis sup. ad Can. 51. Carth. IV. circa fin.

(1) Ad Canon. 6. Chalcedon.
(2) In 2. Collectio. Lam. c. 12.
(3) De Interpr. ad Sept. Synod.

(4) Ep. 5. ad Episc. in Diœces. suas proficiscētes.
(5) De æt. & Interst. pa. 74. cir. med.
(6) De Rit. Eccl. ad Germ. Ep. 3.
(7) In Can. 15. VIII. Synodi.
(8) περὶ κακοηθείας Vuln. 38. de Ordin. Sacr.
(9) Epit. Canon ad Nicen. II.
(10) Synod. 3. ap. Cāpanas in form. Synodicorum.
(11) In Systaticis penes eūdem.

(1) In Euchol. ad Ordinem Sacri Minister. pa. 28. not. 10. circa fin.
(2) In respons. nostro. An officium in pœnam dari possit n. 12.

est. Hinc arbitror, quæ prudentissimè per Synodum Tridentinum statuta hac super re sunt, quippe Latinæ Ecclesiæ, cui major Sacerdotum frequentia ob stipes largè ad sacrificia celebranda collatas, pernecessaria, penes Nostros fore, ut nunquam obtineant, quippe Nostris planè superflua, quibus sine Titulo Ecclesiæ, cujus vel sumptibus, vel stipendio alantur, si hæc desint, labore manuum quæsituri alimenta, Clerici ad Sacra provehi minimè possunt, ni & hanc seu consuetudinem, seu legem Photiani sensim Moribus nostris abstulerint. Nam & id novi per (3) Margunium tentatum, ut ut Synodus (4) Chalcedonensis reclamet, hæc planè notanda Nostris omnibus edicens. Μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον, μήτε ὅλως τινὰ τῶν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι, εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο. Τοὺς δὲ ἀπολύτως χειροτονουμένους ὥρισεν ἡ ἁγία Σύνοδος ἄκυρον ἔχειν τὴν τοιαύτην χειροθεσίαν, καὶ μηδαμοῦ δύνασθαι ἐνεργεῖν ἐφ' ὕβρει τοῦ χειροτονήσαντος. *Neminem absolutè Ordinari, neque Presbyterum, neque Diaconum, neque universim aliquem in quocunque Ecclesiastico Ordine, nisi manifestè in Ecclesia sua Civitatis, sive possessionis, aut in Martyrio, aut in Monasterio bic, qui Ordinatur, mereatur Ordinationis publicæ titulum. Eos autem, qui absolutè Ordines recepere, jubet Sancta Synodus, vacuam habere ejusmodi Ordinationem: & nusquam posse ministrare in contumeliam ejus, qui manus imposuit.* Quod edictum breviùs Photianis proposuit (5) Harmenopulus. πρεσβύτερος, καὶ διάκονος μὴ ἀπολελυμένως, ἀλλ' ἐκκλησίας πόλεως ἰδικῶς, ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ χειροτονείσθω, ὁ δὲ μὴ οὕτως, ἀνίερος. *Presbyter, vel Diaconus non absolutè, sed peculiariter ad Civitatis alicujus Ecclesiam, vel Martyrium*, hoc est Ædem Martyrum memoriæ dedicatam, *vel Monasterium Ordinator, qui aliter, gradu cadat.* Sed quid usquam authoritatis est, quæ Photianis probetur? Margunium ipsi audiunt, quo Doctore jampridem didicere, omnia simul Ecclesiæ Jura contemnere. Pergant nimirum, ac sine Titulo, & absolutè Sacerdotes instituant non divino Cultui, & Populorum Saluti collaturos dignas Sacerdote Curas, sed mercimoniis, atque lucellis addicturos avidum, inhonestumque cupidinem, ut eorum, quorum æterna ex Carthaginiensi (6) Concilio III. & verbis (7) Christi interdictio est, negotiorum Sacratissimæ dignitatis homines satagant, quos decet aut Exemplo profutura, populisque venerabilis sancta Pauperies, aut depromptum Ecclesiastica penu stipendium, amoturum Sordes, non invecturum horrendas Sacerdoti delicias. Nos interim, quos non Margunii hostilis in Canones animus ad Jurium Sacrorum contemptum, sed Græca, & verè Orthodoxa, propositorumque àpriscis Moribus Dogmatum tenax ad Legum institiit Ecclesiasticorum obsequium, illud in habendo ante Ordinationes Examine cavendum censeamus, ne quis sine Titulo Sacris initietur.

(3) Nota 18.
(4) Can. 6. refertur in ca. neminem. 70. dist.
(5) In Epit. Can. Sect. 1. tit. 1. Can. 16.
(6) Can. 6.
(7) Mat. c. 21. n. 13.

SECTIO VI.

De Vitio Corporis.

SUMMARIUM.

I. *Proponitur Sententia Margunii, & refellitur testimonio Antiquitatis.*
II. *Vitium Corporis repellendum à Sacris Ordinibus, Juris Græci authoritate ostenditur. Refellitur Margunius mentitus multa circa Apostolos.*
III. *Ejusdem mala fides, & Manichæismus exponitur.*
IV. *Regula biceps decernens, quinam ex corpore vitiatis rejiciendi sint, qui non. Qui rejiciendi ex primo Capite.*
V. *Qui rejiciendi ex secundo Capite Regulæ.*
VI. *An Sexus inter Vitia Corporis sit, & quid de Hermaphrodito. Mendacitas Margunii patesit.*
VII. *Eadem refellitur.*
VIII. *Obiter refutatur fabella de Joanna Papissa.*
IX. *Ea Fabella ignota Græcis, & Photianis*
X. *Eadem à Photianis ipsis damnata.*

I. HÆc dixisse sufficiat de Vitio conditionis, quod ritè ab Ordinibus rejicit, nunc breviter videndum de Vitio Corporis, quocum nefas est ad Sacra quenquam provehere. Corpore vitiatos à Sacris repelli unus omnium contra (1) Planudem, Græciamque universam (2) Margunius inficias ivit, sic universim philosophatus: Τὸ δὲ ἐλάττωμα τοῦ σώματος ὁποῖον, καὶ ὁπωσοῦν, καὶ σχεδὸν ἅπαν, οὐκ ἐμποδίζει τὴν χειροτονίαν, καθὼς τινὲς μετὰ Λατίνων φλυαροῦσι, ὥσπερ ἂν εἴημεν ἕλληνες, ἢ στρατηγοὶ στρατιώτας διαλέγοντες πρὸς πόλεμον, καὶ τὸν ἐρρωμενέστατον ἐρευνῶντες. Λέγει ὁ Ἀβδίας, ὅτι οἱ πολλοὶ τῶν Ἀποστόλων ἄσχημοι, καὶ λεπτοσώματοι ἦσαν. Σπιθαμιαῖον λέγουσι τὸν τρισμέγιστον Παῦλον, καὶ φαλακρὸν τὸν Πέτρον. Ὁ δὲ Σπυρίδιων ἐλλειπὴς τὸν ἕτερον ὀμμάτιον, καὶ πολλοὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ Πατέρων κουτζοὶ ἐκάθισαν δικάζοντες τὴν οἰκουμένην. Ἄφες οὖν τὰς λατινικὰς φλυαρίας, καὶ λέγε ἄξιον, τὸν ἄξιον χειροτονεῖν μετὰ Θεοδώρου. ἄξιος δὲ ὁ κατὰ πνεῦμα ὁλόκληρος, καὶ καλός. φαῦλον τὸ σῶμα ἐκ φαύλου κατὰ τὴν ἀληθινὴν σοφίαν, καὶ τὰ ὁρατὰ πάντα φυσικῶς κακά. πῶς σχεδιαζόμεθα ταῦτα; ὁ Θεὸς λέγει, νὰ ὀρύξωμεν τοὺς ὀφθαλμούς, διὰ νὰ ἐμβοῦμεν εἰς τὴν Παράδεισον ἀσκανδάλιστοι, καὶ σύ μοι λέγεις, νὰ ἐκβάλω τῆς ἱερωσύνης τὸν ἐλλειπῆ εἰς ὀφθαλμόν, ἢ κουτζόν, ἢ ἀλλοιωδιόρον, ἤ τινα τοιοῦτον ἄλλον ἀτελῆ τῷ σώματι; ἀληθινὰ μάταια τὰ σοφίσματα. *Vitium verò corporis quodcunque, quocunque modo, & penè omne non impedit Ordinationem, ut quidam cum Latinis ineptè dicunt, quasi essemus Ethnici, vel Duces militem legentes ad bellum, & robustissimum inquirentes. Dicit Abdias, plerosque Apostolorum fuisse deformes, & corpore vitiatos. Palmarem dicunt ter maximum Paulum, calvum Petrum. Spiridion carebat altero oculo, & plerique Patrum, in Urbe Nicæa qui fuere, claudi sederunt judicaturi Orbem Terrarum. Quare apage has Latinas ineptias, & dic cum Theodoro; dignum est, digno manus imponere. Dignus autem, qui integer Spiritu, & bonus. Malum corpus ex malo,*

(1) περὶ χειροτονίας.
(2) Nota 7.

malo, juxta veram Sapientiam; & ea, quæ videntur, omnia naturaliter mala. Quid igitur hæc attendimus? Deus dicit, ut eruamus oculum nostrum, quò Paradisum ingrediamur sine scandalo, tu verò mihi dicis, ut ejiciam à Sacris luscum, vel claudum, vel strabonem, vel alium quempiam horum, aliorumve, deformem corpore? Vere vana hæc sophismata sunt. Placuit integram sententiam Margunii simplicibus verbis exponere, ut omnes norint, quantâ industriâ, quanto artificio, quantâ audaciâ vir planè detestabilis corruptelas Græciæ suas commendet. Eas ut statim conteramus, ostendendum est primò, corpore vitiatos penes omnes Gentes à Sacrorum Ministerio rejectos, deinde communi Ecclesiæ utriusque suffragio idipsum sanctum. Et quod ad primum attinet, cùm Gentes integrâ, summâque divisione per (3) Apostolum insinuatâ, partiri liceat in Judæos, & Græcos, hoc est Ethnicos (nam ibi Græcum pro Ethnico poni (4) alibi dixi) constat tùm apud Judæos, tùm apud Ethnicos fuisse à Sacris rejectos eos, qui vitio corporis laborarent. Certè authore Deo Moyses (5) præcipit Ordini Levitarum, πᾶς, ᾧ ἐστὶν ἐν αὐτῷ μῶμος, ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀαρὼν τοῦ ἱερέως, οὐκ ἐγγιεῖ τοῦ προσενεγκεῖν τὰς θυσίας τῷ Θεῷ σου, ὅτι μῶμος ἐν αὐτῷ. *Omnis, qui habuerit maculam, de semine Aaron Sacerdotis non accedet offerre hostias Domino, & panes Deo suo, nec accedat ad Altare, quia maculam habet.* Et paulò ante Deus ipse loco (6) eodem Moysi dixerat: εἶπον πρὸς Ἀαρὼν λέγων, ἄνθρωπος ἐκ τοῦ γένους εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν, ἐάν τινι ᾖ ἐν αὐτῷ μῶμος, οὐ προσελεύσεται προσφέρειν τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ. ἄνθρωπος τυφλὸς, ἢ χωλὸς, ἢ κολοβόριν, ἢ ὠτότμητος, ἢ ἄνθρωπος, ἐν ᾧ ἂν ᾖ ἐν αὐτῷ σύντριμμα χειρὸς, ἢ σύντριμμα ποδὸς, ἢ κυρτὸς, ἢ ἔφηλος, ἢ πτίλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἢ ἄνθρωπος, ἐν ᾧ ἂν ᾖ ἐν αὐτῷ ψώρα ἀγρία, ἢ λειχὴν, ἢ μόνορχις. *Loquere ad Aaron: homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedat ad Ministerium ejus, si cæcus fuerit, si claudus, si parvo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem, vel impetiginem in corpore, vel herniosus.* Peto à Margunio, an hæc vitiatum hominem Corpore à Sacris arceant, abstineantque? Peto, an Latinorum ineptiæ sint, an Dei potiùs Synagogam instituentis adoranda decreta? Peto denique, an hæc præcipiens Synagogæ Numen militem legat, an Sacerdotem? Prorsus ignoro, quid pro Margunio Photiani responsuri sint? Si Dei hæc instituta sunt, non ne dementis, ac stolidæ procacitatis est, eadem in Latinis damnare? Quid Synagogam contra Margunii dementiam testem produco? Ipsi Ethnici Naturæ quodam ductu docentis, non nisi integro Corpori Sacra demandanda, contra Margunium declamant. Nam certissimum est gnaris utcunque Antiquitatis, nusquam ad Sacra receptos eos, qui Corporis vitio aliquo laborarent. Quare Sergium illum, cujus penes Plinium (7) celeberrima laus est, qui secundo stipendio dexteram manum amisit, mox duobus Ordine stipendiis, ter, & vicies vulneratus, neutra manu, neutro pede satis utilis adhuc, solà, ac sinistrâ manu quater pugnavit; bisque captus ab Annibale, bis itidem profugus

(3) *Ad Roman. 1. nn. 16. & c. 2.*
(3) *Resp. an Græci sine Schismat. n. 96.*
(5) *Levit. c. 21. n. 21.*
(6) *Levit. c. 21. n. 17.*
(7) *Hist. Nat. l. 7. c. 28. circ. fin.*

vinculorum ejus, viginti mensibus, nullo non die in catenis, aut compedibus custoditus, ibi dexteram sibi ferream fecit, quâ religatâ post fugam præliatus, Cremonam obsidione exemit, Placentiam tutatus est, duodena castra hostium in Gallia cepit: hunc tamen Sergium talem, ac tantum Collegæ in Prætura à Sacris rejecere uti debilem, obtinuitque interdictum, ne Sacra tractaret, qui vitium Corporis patiebatur. Nec mirum, quando teste (8) Seneca, ubique Gentium ea Lex obtinet, ut Sacerdotes integri sint, hoc est ea corporis integritate conspicui, ut nullam habeant maculam, nullâque possint corporis fœditate notari: quod sanxisse ab ipsa Urbe condita videtur Romulus, cùm Sacerdotes elegit genere excellentes simul, ac Virtute præstantes, nec tamen inopes, aut corpore ulla ex parte trunco, ut author est (9) Dionysius Halicarnasseus tam dilectus Margunio, idemque usu receptum apud Persas, tradit Alexander (10) ab Alexandro.

II. Quòd si consuetudinem, Legemve tàm Judæis, quàm Gentibus universis sanctam, interdictumque, & lumine Naturæ Mortalibus ingestum, comprobatum etiam, & manifesto Divinitatis jussu decretum Margunius inter ineptias numerat, ii sumus, quos minimè pudeat, potiùs magistro Numine, ac Natura duce sapientissimè ineptire, quàm præceptore Margunio, dementissimè sapere. Nam, quæ major dementia, quàm aut ineptiarum loco habere, quæ Orbis universus, & omnis palam Religio ritè constituit, aut Latinas ineptias dicere, quæ non Latina tantùm Ecclesia, sed Nostra etiam, imò in primis Nostra decrevit? Ecce Theodorus (1) Prodromus, primus inter Græcos qui Legibus Sacris enucleandis utilem operam, eruditumque calamum dedicavit. Τὸν ψυχῇ, ait, καὶ σώματι ἄνοσον, τὸν μὴ τυφλὸν, μηδὲ σκάζοντα, μὴ ῥινότμητον, μὴ κωφὸν, τέως γε οὐ διεφθαρμένον, οὐ λυμαινόμενον, ἢ ὅλως ἄωρον κατὰ τὸ σῶμα ὁ Κανὼν, τὰ ἐξῆς ἄξιον, ὁρίζει χειροτονεῖσθαι. *Animo, & corpore sanum eum, qui neque cæcus, neque claudus, neque abscissis naribus, neque surdus est, denique non vitiatum, & maculatum, vel semiputridum corpore Canon, cæteroqui dignum, jubet Ordinibus admoveri.* Addit Alexius (2) Aristenus. Οὔτε τὸν ἐπίκυρτον, οὔτε τὸν ἀνίατα ἔχοντα, ἢ φοβερὸν τὴν ὄψιν, ἢ γελοῖον τῇ καταστάσει τοῦ σώματος προχειρίζεσθαι θέμις. *Neque gibbosum, neque insanabili laborantem morbo, vel adspectu horridum, aut ridiculum conditione corporis ad Sacra fas provehi.* Eadem docet (3) Photius, (4) Balsamon, (5) Planudes, Metochites (6) Theodorus, (7) Blastarius, (8) Macarius, (9) Athanasius P. Dositheus (10) Hieromonachus, Damascenus (11) Thessalonicensis, (12) Joannes, ac (13) Georgius Xiphilini Patriarchæ, quorum licèt Photianorum sententias probat Sancta, & Orthodoxa Ecclesia nostra ex decretis à (14) Tarasio, (15) Nicephoro, ac (16) Methodio Sanctissimis Patriarchis, ex traditis à Maximo (17) Martyre, Helia (18) Cretensi, Theodoro (19) Abbate, ac Philosopho, Theodoro (20) Studite, postremoque Gregorio (21) Protosyncello P. cui adde authorem (22) Anonymum aurei libelli, cui titulus ἱερὰ ὁπλοθήκη, *Sacrum Armamentarium*, quorum dicta ad rem nostram eruditissimè confert sapientissimus Juriscon-

(8) *Declam. l. 4. Declam. 2.*
(9) *Lib. 2. Rom. Antiquit.*
(10) *Dier. Genial. l. 6. c. 14.*
(1) *De Interpret. Canon. ad Can. 76. Apost.*
(2) *In Explic. brevi Canon. ad Cano. 76. Apost.*
(3) *In Synodico de Ordinat. ap. Camp.*
(4) *Ad Can. 77. Apostol.*
(5) *Tit. περὶ χειροτονίας.*
(6) *περὶ μακενθείσας Vulnere 3.*
(7) *In Epit. Legũ Sacrar. L. 76.*
(8) *In 2. Collectio. Canon. ad Can. Apostol.*
(9) *In Parænes. ad Episc. recenden*
(10) *De Sacr. Liturg. & Sacerd. dignit. Orat. 1.*
(11) *Orat. 4. de Vita Sacerdot.*
(12) *In Chirotonico apud Campan.*
(13) *Epist. ad Regem. Bul-*

Digitized by Google

consultus ex nostris Thomas (23) Diplovatacius. Hi porro quanti per se fuerint, quantique habendi sint ab ipso Margunio, nemo non videat; præsertim cùm eorum nomina illi per amica sint confirmanti eorum, quæ scribit, pleraque horum aliquo interposito, quasi præde Veritatis, quam autumat. Quòd si Interdictum Sacrum, ne quis Corpore vitiatus ad Ordines recipiatur, his sponsoribus Græci Juris est, imò & Photiani, quæ petulantia planè demens, & Latinis adscribere, quod Græcum est, imò & Photianum, & nugas appellare, quæ commune Ecclesiæ utriusque Suffragium, adstipulantibus Photianis, servanda constituit? Nam quod ait, ex Abdia, plerosque Apostolorum deformes, & corpore vitiatos fuisse, merum, putumque mendacium est. Nusquam enim id quisquam ab Abdia dictum reperiet, quamvis, & si dixisset, nihil Veritati obfuturum, quippe ab Apocrypho Authore, ut probant ex Latinis (24) Baronius, & (25) Ribadeneira, ex Græcis (26) Planudes, atque (27) Coressius. Sed nunquam id tradidit Abdias. Scribit (28) sanè Apostolos ἀκαλλωπίστους, καὶ καταφρονοῦντας τὰ σωματικά, *incultos, neque admodum laudandos ex iis, quæ ad corpus pertinent*: At hæc non idem sonant, atque corpore vitiatos, deformesque, quales si fuissent, constaret id ex Euangeliis, tradidissent Scriptores, audisset aliquando, aut ex aliquo Ecclesia, nec primus id Margunius in Orbe Christiano post Sæcula XV. somniasset. Quid quod Athenagoras antiquissimus Scriptor penes (29) Diplovatacium asserit, Apostolos fuisse, Εὐρώστους, καὶ τῇ τοῦ σώματος κράσει τελείους, *Sanos, robustosque, & Corporis temperatura perfectos*: ut planè appareat, quantæ mendacitatis sit Margunius vester, ò Photiani, qui primus omnium Canones ut pessum daret, vel manifestissima quæ Ecclesiæ sunt, nisus est calumniis, fallaciis, ineptiis obscurare. Hinc palmarem dicit Paulum, calvum Petrum, cùm Petrus, teste (30) Nicephoro brevi quidem coma fuerit, sed densa, & crispa, Paulus verò calvaster teste (31) Luciano, & quamvis pusillus, ut de se (32) ipse testatur, non palmaris tamen, sed τρίπηχυς *tricubitalis*, authore (33) Chrysostomo. Nec video, quid ad vitium Corporis faciat Calvities, aut Staturæ citra deformitatem modus. Neque enim ad conditionem idoneam Sacris initiandi aut amplam cæsariem exposcit Ecclesia, aut molis proceritatem. Igitur hæc falsò, & ineptè Margunius; illud verò insipienter, quod ex Spiridione, aliisque in Nicæna Synodo Homologetis, objicit communi sententiæ. Hæc luscos non rejicit, ut mox dicemus, neque ita claudos, ut claudicantis vestigii vitium non dedeceat. Manifestum porro est, fortissimos illos Viros ea Vitia Corporis non dedecuisse, quippe quibus triumphalia fidei, constantiæque absolutissimæ signa erant, quæ Constantinus regiis osculis non semel (34) excepit, adoravitque Ecclesia, hac scilicet Athletarum suorum speciosa deformitate venustior.

III. Exemplis perparum fidens Margunius, ex authoritate, & ratione tela in Ecclesiam universam depromit. Sed Authoritas Theodori, quem profert, quàm propitia ipsi sit, ante docuimus, cùm Prodromum loquentem induximus, affirmantem que, cæteroqui dignum, si corpore vitioso sit, abstinendum à Sacris. *Æquum est*, inquit Theodorus, *digno manus imponere, si neque cæcus, neque claudus, &c.* quæ verba Theodori relata palam ostentant. Quid partem sententiæ corruptor Authorum Margunius refert, partem subdolus reticet? Novi Photianum ingenium, cui Mos elegantibus hisce Reticentiis uti, in quas (1) alibi graviùs animadverti, Gabrielem Severum, mirum sanè Theologum (nam discrimen quoddam Theologicum (2) reperit carnem inter, & corpus, asserturus, resurrecturos nos aliquando non carne, sed corpore) enixè precatus, integras Patrum sententias redderet, ipsum, cui mutilæ, detruncatæque favent, Photianismum jugulaturas. Verùm proponamus, si libet, argumentum Margunii, quo tandem sententiam suam toti Ecclesiæ injuriosam constituit. Cùm de Sacris Initiis agitur, inquit, corpus attendere nefas est, ad animum unum respiciendum erit, quâ parte sui si dignus erit is, ad Sacra qui petit admitti, ut ut corpore vitiatus, admittendus censebitur. Primam positionem sic probat. Malum corpus ex malo, & quæ videntur, omnia mala: ineptum igitur, si illa consideres. Mox argumentationem roborat præcepto (3) Christi jubentis, oculum, *si Scandalizet*, erui, abscindique pedem eandem ob causam. An, inquit, vitiato, detruncatoque corpore, ac debili æternam ingredi felicitatem cui licet, minimè licebit intrare Sacrarium? Hæc miro acumine Marguniana Pallas. Sed confirmatio labat, quippe ex allegorico, ut ajunt, sensu ad literarium transiliens, ac verba Christi, quæ nullo modo, ut sonant, sed ut significant per allegoriam sumenda sunt, teste (4) Hieronymo, confert ad asserendum, licere sibi oculum eruere, manum amputare, pedem abscindere, si Scandalum adsit, quæ nemo concesserit, & Margunius (5) ipse damnat. Præterea eadem ratiocinatione contendes, Sicarios, Latrones, Apostatas, cujuscunque denique criminis olim reos, infamesque, ad Sacros Ordines recipiendos, quòd iis adipisci liceat æternâ Felicitatem; id, quod infra omnes inficiabuntur. Adeò inanis est solemnis Margunii confirmatio. At argumentatio ipsa præcipua, ex qua totius sententiæ Veritas à Margunio deducitur, quàm inepta, quàm fatua! Auditum admissi risum teneatis amici; imò potiùs lacrymas, queis Photianorum furorem excipiendum ubique censeo, non ipsis dumtaxat, sed toti Græciæ funestum. Ain', cùm de Sacrorum initiis agitur, non attendendum Corpus? Hoc ipsum pernego tibi etiam pernegandum; qui, si nondum planè deliras, nec Tricipitem, cerbereumque hominem, nec Tricorporem Gerionem, nec Gygen centimanum ad Sacra recipiendum putabis. Quam ob rem autem non attendendum corpus, cùm de Ordinibus agitur? Quòd, inquit, malum corpus ex malo, & quæ videntur, omnia mala. Hoccine est Græcum esse, hoc Photianum? an potiùs Manichæum? Nam hi primi, quæ videntur, mala esse omnia dixere, ut refert (6) Epiphanius, & disputat acutissimè (7) Augustinus. Quid quod, quæ videntur, omnia Deus creavit: ipse enim Creator omnium dicitur (8) Ὁρατῶν τε πάντων, καὶ ἀοράτων: *visibilium omnium, & invisibilium*. Scilicet quæ à Deo creata e-

P nume-

gerit de gloria Sacerdot.

(14) *Apud Harmenop. in Epitom. Canonum.*

(15) *In Synod. de Diaconiss. apud Campan.*

(16) *In Ecclesi. myster. ap. Campan.*

(17) *Epist. ad Monachos à Tyranno cruciatos.*

(18) *In Expos. Can. Ap.*

(19) *De Consuet. Eccles. c. 108.*

(20) *Epist. ad Martyres apud Diplovat.*

(21) *In refut. 2. Marc. Ephes.*

(22) *In proœmio circ. med.*

(23) *In Synops. Can. Græcorum c. 68.*

(24) *Ad Ann. 44. n. 44.*

(25) *In Flore SS. pass. & præsertim in Vit. S. Andreæ, & S. Bartho.*

(26) *In additio. ad Biblioth. Photii in Abdiam.*

(27) *In notis ad Biblioth. Photii in appendice verb. Abdias.*

(28) *In proœm. Vit. SS. Apostol.*

(29) *In d. Synops. c. 69.*

(30) *Lib. 2. histor. c. 37.*

(31) *In Philopatro.*

(32) *2. ad Corinth. c. 10.*

(33) *Hom. de Princ. Apostol. Tom. 5.*

(34) *Theodoret. l. 1. hist. c. 11.*

(1) *In respons. Dogmat. resp. 18.*

(2) *In Opuscul. de Colybis.*

(3) *Mat. c. 5. n. 29. & 30. & ca. 18. nu. 8. 9. & Marc. c. 9. n. 47.*

(4) *In c. 18. Mat.*

(5) *In exposit. Jo. Climaci ad 3. gradum.*

(6) *Hæresi 66.*

(7) *Cõtra Faustum l. 15. c. 5. & seq. & lib. 19. & in Jo. tr. 1. c. 1.*

(8) *In Symbol. Constantinopol.*

Digitized by Google

numerantur (9) in Genesi ea videri possunt, oculisque, ac sensibus subjecta sunt; ut ibidem patet: Atqui, quæ Deus creavit, ea cuncta vidit bona esse, & valde bona (10) testatus est: Igitur, si quæ videntur, omnia bona sunt, corpus ipsum bonum est, quod nempe videtur. Non igitur corpus malum ex malo; nec, quæ videntur, omnia naturaliter mala, & si naturaliter mala, Deus mendax, (quod horret animus cogitare) qui bona, & valde bona dixit cuncta, quę fecerat. Si mala ex malo. Deus igitur malus, à quo (11) cuncta creata sunt. Vides, ex argumentatione Margunii quid sequatur, ἀθεΐα, vel, ut minimum dicas, *manichęismus* horrendus omnibus, sed Photiano in Primis, qui cùm Palamita sit, id, quod quàmplurimis Græcornm penes (12) Allatium testibus docuit *Palamas*, particulas Divinitatis, Divinitatemque ipsam aliquam (nam ἀπειράκις ἄπειρος infinities infinitas asseruit) inter ea, quæ videntur, viderive possunt, recenseat oportet. Quod si, quæ videntur omnia mala naturaliter, malæ naturaliter & particulæ Divinitatis, & ipsa ex pluribus aliqua Divinitas. Quæ ò Gręcia, quis ferre queat? aut cujus aures non tinniant, has Numinis contumelias, hæc in Naturam maledicta audientes. Apage igitur verè stulta, verè impia, & ne Photiana quidem sophismata, quæ non Ecclesia modò, sed vel ipsa Philosophia, si quid sapit, propalam detestetur.

IV. Attendendum sanè corpus eorum omnium, qui ad Dignitates Sacras evehuntur, maximè verò eorum, quibus cura Sacrorum committitur. Quod tamen, ne quis putet indiscriminatim, ac temerè ab Ecclesia præcipi, ita hercle intelligendum erit, ut Regula sit, quam accuratè subjicimus sic effati: Vitium corporis arcet à Sacris, cùm vel impedimento est, ne Clericus Ordines exequatur, vel ingentem, insignemque deformitatem inducit. Hæc Regula manifesta est, eademque Nostris constitutissima tùm ex iis, quæ tot Authores ex Nostris superiùs tradidere, tùm ex relatis (1) Levitici Verbis, quæ morali quadam explanatione Gregorius (2) Dialogus accuratè prosequitur. Latini etiam eandem recipiunt, tum ex traditis à Jure (3) Canonico, tum ex disputatis per D.D. & (4) Theologos, & Canonum (5) Sacrorum interpretes. Porro ex altero hujusce Regulæ capite rejiciendi erunt Gigantes, atque Pygmæi, ubi neque Gigantes indigetant, neque Pygmæi: utrâque aure carentes, nudato ita capite Calvi, ut vitium inhonestè appareat: Gibbo enormiter deformati, laborantes itidem Lepra, Monstrosi homines sive plura, sive pauciora membra, quàm petat Natura, portentum faciant: breviter ii omnes, qui eo vitio corporis laborant, quo vel nauseam, vel horrorem, risumve vidětium provocent. Etenim hi non videntur idonei Ministerio sacro, quippe sacerrimas Cęremonias vel horridas reddituri, vel certè ridiculas. Nec in re summatim, generatimque tradita, habituraq; certis in rebus ambigua multa, deerit dubiorũ, quę fortè occurrent, legitimus Arbiter; nam cùm dubitabitur, quęreturve, an deformitas tanta obstet conferendis Ordinibus, Episcopus judicabit, ut post (6) Antonium, & (7) Cardinalem docet (8) Covarruvias, & contra Barbosam, & alii Franciscus Suarez penes (9) Dianam, & alii. Quod Nostris certissimum erit, quos inter nemo potestate Antistitis sui, ut ajunt, Ordinarii eximitur, teste (10) Margunio, (11) Coressio, & (12) Campanas, sed præsertim (13) Harmenopulo, cujus authoritate non Clerici solùm Episcopo subjiciuntur (14) ex Trullana, verùm etiam Monachi suo Episcopo subditi sunt ex (15) Chalcedonensi.

V. Jam eadem Regula ex primo capite rejicit ab Ordinibus Paralyticos, Epilepticos, Abstemios, Cæcos, ac Surdos, Claudosque ea vestigiorum imbecillitate, ob quam sine scipione stare non possint, aut seipsis ad Aram ascendere: Carentes etiam utroque digito, indice nimirum, ac pollice, aut alterâ manu Mutilos, queis adde & Mutos. Hi enim nec Sacra commodè, imò nec incommodè peragere quibunt, ut manifestum est, traduntque Latini omnes ex Jure (1) Canonico, Græci verò ex præscriptis (2) Apostolorum. An autem luscus rejiciendus sit, Jure quis dubitet? Latini eum dumtaxat rejiciunt, qui lævo oculo caret, quem Canonis oculum vocant. Jure sanè: cùm enim non intra sipparium, sed coram Populo penes Latinos Sacra peragantur, nec orbatus sinistro lumine Ritualem librum queat sine indecora distortione capitis, corporisque percurrere, æquum videtur, eum à Sacris abstinere, qui hac sine turpitudine divino Operi non admodum consentanea coram omnibus Sacra celebrare non potest. At Græci Monophthalmum sive sinistro, sive dextro luscus sit oculo, Sacris initiant: & ipsi ritè; Nam, cùm Nostri intra Sacrarii cancellos rem faciant, invisi Populo oranti circa Ambonem in Templo ipso, procul ab Adyto, licebit illis sine ullo Sacrorum dedecore contorquere corpus, quà poscit usus, atque necessitas; neque inde aut Populo admiratio, aut Operis divini contemptus eveniet. Quapropter Nostris, quibus vetustum erga Apostolicos Canones obsequium est, usu receptum, ut, qui caret oculo, quicunque is sit, censeatur ex hac parte prorsus idoneus, ut omnes Græci palam autumant authoritate Canonis ejusdem, ex quo tamen nescio quomodo & balbutientem ad Sacra recipiendum docuit (3) Coressius, cùm ibi nulla de balbis occurrat mentio. Quare & in hoc censemus, si balbuties tanta sit, planè quę Sacra dedeceat, Balbum rejiciendum penitùs ab Ordinibus, quod sanè ultrò Latini recipiunt, affirmantque, à Nostris etiam potiori scilicet jure recipiendum, affirmandumque, quippe qui non μυστικῶς secretò, submissâque voce tantùm, ut vix Populus audiat, quemadmodum quotidianis in Sacrificiis Latini, sed ἐκφώνως, altâ, clarâque voce pleraque Sacerrimæ rei, ipsaque Consecrationis adorandæ verba pronunciant. Quare Sacerdotis, Ministrive balbuties indecora planè, ac fœda divinissimum opus penè non risui exponeret. Hinc Theodorus (4) Prodromus. Τὸν δὲ τραυλὸν φανερῶς, καὶ ἐν τῷ ἀναγινώσκειν σκάζοντα διηνεκῶς χειροτονεῖν, ἀκανόνιστον. *Balbum ergo palam, & inter legendum perpetuò cespitantem ad Sacra provehere, contra Canones est*: quæ Prodromi verba refert, ac laudat (5) Blastarius, & post Blastarium idem ex Prodromo Juri consentaneum nostro affirmatè contendunt (6) Arsenius, Paulus (7) Chartophylax, Joannes (8) Protecdicus, relatique superiùs à Nobis pleno agmine Photiani Doctores.

VI.

---

(9) C. 1. per tot. (10) d. c. 1. Genesis n. 31.

(11) Joan. c. 11. init. (12) De Lib. Eccles. Græcor. Dissertat. 2. vers. 6. error.

(1) Levit. c. 21. n. 17. 21. (2) In Pastoral. ca. 11. p. 1. et refertur in c. hinc etenim 49. dist. (3) C. 2. et c. 1. de corp. vitiat. ubi Abbas. c. si evangelia c. 1. c. præcepta 55. dist. (4) Richard. in 4. dist. 25. q. 5. art. 5. et Palud. ibi qu. 3. ad fin. (5) Host. in Sum. de Corp. Vitiat. Trotius de ver. et perfect. Cler. l. 2. c. 16. Villardieg. de irregul. c. de corp. vitiat. Innoc. Cardin. & alii in c. 1. & 2. eod. Henric. in c. Thomas eod.

(6) In c. 2. per illum tex. eod. (7) In d. c. 2. (8) In Clem. si furiosus, de homic. initio 1. p. n. 5. cir. med. (9) p. 4. tit. 2. resol. 75. (10) Nota 40. (11) In Synops. Nili cap. 10. (12) De ritu Ordin. Græcor. Epist. 2. ad Goarium. (13) Epit. Can. Sect. 4. tit. 2. (14) Can. 35. apud Harmenop. (15) Can. 4. apud eundem.

(1) Extr. de Corp. vitiat. per totũ & 55. dist. per tot. & 69. dist. (2) Can. Apost. 77 (3) In Synop. Nili ad Can. Apost.

(4) De Interpret. Can. ad d. c. 77. Apost. (5) In Nomoc. ad Can. Apost. (6) In Eclesi Can. Trull. in fin. (7) In Explic. Can. VII. Syn. (8) De Jur. OEcumen. Eccl. Tit. de Ordinat.

VI. Eorum suffragio inter illas Notas, quæ à vitiis naturalibus deductæ repellunt à Sacris recensendus est Sexus, ob quem Irregularem fœminam arbitrantur. Est enim fœmina ἱκανῶς ἄνθρωπος, ut facetè dicebat Plato penes (1) Athenæum, & ante Platonem (2) Agis Lacedæmonius, cujus effatum tribuit Socrati (3) Planudes, & ex Planude (4) Erasmus. Sed reverà fœmina irregularis non est, ut optimè notat (5) Covarruvias. Nam, cùm Irregularitas ea sit, quæ repellit à Sacris, nec repelli queat, nisi qui petit, nec petere possit, qui capax non est, à primo ad ultimum fœmina irregularis non est, nec Irregularitas constitui potest in fœmina; quæ, cùm Ordinum non sit capax, eos petere non potest, atque adeò repelli nequit ab Ordinibus. Quemadmodum & eum, qui lustralibus Baptismi aquis crimen Originis minimè expiavit, malè irregularem dixeris, quòd adscribi non possit Sacris Ordinibus, quando, ex hactenus dictis, in eo, qui capax Ordinum non est, Irregularitas esse non potest. Eadem locutionis impropriæ nota laborant ex Nostris, atque Latinis, qui Hermaphroditum Irregularitatis nomine à Sacris rejiciunt, si Sexus in eo prævaleat imbecillior. Nam is fœmina esse censetur: quòd si fœmina, jam irregularis impropriè. Magis ad rem, propiùsque Veritati philosophatos existimes eos, qui Hermaphroditum uti irregularem repelli à Sacris, dicunt, cùm ad masculinum sexum propendet, qualem nos olim Biturgiæ in Umbria cognovimus quempiam utriusque sexus mirè adeò prærogativa vicissim habilem, ut, qui obstetricum judicio ritè inter Moniales adscitus decennio ampliùs vittas, atque institam gesserat, mox ædibus Sanctimonialium eductus, in talari Clericorum veste, non tamen Ordine, virorum tutò contubernaiis per urbem incesserit. Is porro Irregularis erit, quoniam, licèt capax Ordinum sit, monstrosi nescio quid refert, quod nimirum adspectu prodit, quando, etsi virilitate potentior sit, ore tamen, ac voce fœminam jactat, cujus indecora species objecta Populo, cùm ministrat. Irridet hæc omnia superstitiosè Latinos describentes (6) Margunius, non hercle quòd falsa putet, verùm, inquit, Ὅτι πλώασσαίδω αὐτῶν φλυαροῦσιν. ἐπειδὴ καὶ περὶ τοὺς ἀνδρογύνους σοβαρὰ, καὶ αὐστηρὰ πολλὰ νομοθετοῦντες οὐκ ἐνθυμοῦνται, ὅτι Πάπαν ἐχειροτόνησαν καὶ γυναῖκα. καὶ εἶδον λειτουργοῦσαν γαστροφόρον, καὶ ἔθαψαν ἐπισκοπικῶς θανοῦσαν λοχεῖα, ὃ διαμαρτυροῦσι μετὰ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας οἱ αὐτῶν ἱστορικοὶ πάντες. *Nam de Hermaphroditis severa, & austera multa decernentes non meminere Pontificiæ dignitati admotæ per ipsos fœminæ, quam videre sacrificantem, cùm gestaret utero, & tumulavere pontificio sublatam funere ex puerperio extinctam. Quod testantur cum Orientali Ecclesia eorum historiciomnes.*

(1) *Refert Jodoc. Keller de Excell. art. Medic. lib. 1. c. 6.*
(2) *Apud Pausan. in Laconicis.*
(3) *In Adag. cit. 3.*
(4) *In Adagiis.*
(5) *In d. Clem. si furiosus p. 1. §. 1. n. 1. vers. 1.*
(6) *Nota 18. ad Can. Ap.*

VII. Jam non ampliùs minor, si rudis Photianorum plebecula Romanos Pontifices è Vetularum Collegio legi putat: quod mihi puero adeò olim persuasum fuit, ut Romam profecto nihil antiquius fuerit, quàm Pontificem contemplari, quo scilicet præsens agnoscerem, quæ Photiani monstra comminiscuntur. Nempe hæc, quemadmodum & alia, ex ineptissimis Margunii Notis in plebem profecta Sacratissimi Ecclesiæ Capitis adorandum nomen ridendis calumniis execratum profanavere, ut operæ pretium sit, vel in hoc maximè maximum in assuendis mendaciis Margunium refutare. Nec difficilis labor, aut longus: nam, cùm perpaucis illis verbis duo proponat, quorum alterum Fabellam de Joanna Pontifice recitat, alterum de fabellæ hujusmodi Veritate conceptissimum testimonium adducat, hoc nos accuratissimè diruemus, primum notissimi, eruditissimique Scriptores ita profligavere, ut planè actum agere videri possit is, qui ulteriùs quidpiam copiosissimis Commentariis Fabellam prorsus inficetam demolitis addere moliatur. Sanè quis ita demens, ut repetitam hanc crambem, recoctamque stomachanti Sapientiæ reponat, post collata per (1) Panvinum, exposita per (2) Baronium, rejecta per (3) Papyrium Masonem, derisa per (4) Florimundum, breviter tractata per (5) Allatium, ac vi Chronologiæ prorsus invictæ demonstrata per eruditum (6) Labbæum? Quorum postremos duos tametsi Margunius non legit, legit tres illos priores Fabellam illam robustè adeò refutantes, ut vel Arctoæ pestilentiæ ministellos, quorum perpetua in Romanam Ecclesiam rabies, ineptæ mendacitatis puduerit, cujus non pudet Margunium, ferendum hac fortassis in re, quippe qui semper iniquo Marte cum Veritate congressus, ab eàque reus manifestariæ calumniæ factus, excusationem petit à fabulis, in quibus, cùm quidlibet audendi semper potestas fuerit, ex veteri (7) adagio licet esse mendacem.

(1) *In addit. ad Platin. in Vit. Joan. Papissæ.*
(2) *Ad an. Christi 853. n. 27.*
(3) *De Urbis Episcopis.*
(4) *De errore populari de Joanna Pseudo-pontifice.*
(5) *Libello integro de Joan. Papissa.*
(6) *In Cenotaphio Jo. Papissæ per tot. ad Calcem to. 1. de script. Eccles.*
(7) *Planud. in adag. Cent. 1.*

VIII. Nihil igitur Nos de mirabili illa Joanna, quæ tandiu in Aula morata, à nemine agnita, ob Morum Sanctimoniam tot inter ambitiosos tam facilè Tiaram adepta est ejus ætatis, ut adhuc viripotens ex famulo conceperit: Quæ tumente utero, & palam vel hydropica, vel gravida publicitus Sacra celebraret: Quæ proxima puerperio Urbem perambulabat: Quæ in itinere, dum Lateranum adiret, ex partu vitâ functa adeò latuit, ut ejus ætatis, proximorumque sæculorum Scriptores licèt Pontificum quorundam scelestissimorum curiosiùs gesta prosequantur, eam dissimulaverint. Quam adeò veriti sunt diligentissimi Romanæ Ecclesiæ hostes Photius, Michael Cerularius, Leo Acridanus, Nectarius Abbas, Palamas, aliique, ut tot inter probra, quæ per summam injuriam, patentesque calumnias Successoribus Petri, Christique Vicariis objecere, hoc unum ex Joanna certissimum, fœdissimumque clementer omiserint. Quis enim hæc non absona vero, non absurda, non plane anilia deliramenta censuerit? Quemadmodum & illa, quæ vulgò feruntur: Pontificem ad Patriarchium Lateranense proficiscentem dextrâ sinistrorsum discedere, quo viam S. Clementis vitet, refricaturam facti turpis memoriam; eundemque in sellâ, quæ dicitur *Stercoraria*, residentem virilitatis experimentum dare, quorum primum, me teste, falsissimum est, qui Romæ diu moratus sæpe viâ S. Clementis Pontificem ad Lateranum contendentem aspexi: alterum verò planè ridiculum, cùm constet, nec ejusmodi experimentum à Pontificibus dari, & sellam illam *stercorariam* appellari, quòd eam cùm insideret Pontifex, ex prisco solemnis Inaugura-

tionis Ritu canetetur versus ille (1) Psalmistæ: *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem*, ut eruditè tradit (2) Magrius. Ea propter hæc, & alia, quæ nos prudenter omittimus, videant Photiani penes alios, qui dementes, insulsisque has ineptias accuratissimè rejecerunt. Nobis enim unum negotium erit, alterum, quod affirmat Margunius, refutare facillimè. Quid enim facilius, quàm manifestum mendacium falsitatis convincere?

(1) *Psal. 112. vers. 6.*
(2) *In Hierolex. verb. sedes stercoraria.*

IX. Ain' fabellæ hujusce testes esse cum Ecclesia nostra omnes Latinos Historicos? At ubi testimonium Ecclesiæ nostræ? Profer sodes unum, aut alterum docte Marguni? Vide, an ex Photianis tuis aliquis id narrarit, id objecerit, id sciverit? Anno Christi circiter Quinquagesimo primo supra Octingentesimum vixisse (1) dicitur bella isthæc Joanna. Post quadriennium verò Tyrannidem Byzantinæ Ecclesiæ iniit perfidiosissimus (2) Photius. An hic ignorasset tantum factum, si unquam fuisset, nedum tam proximum? An is, si id scisset, authoritate Romanorum Pontificum exauthoratus, in eos per fas, nefasque ferox, siluisset? At ubi is de Joanna isthac mentionem fecit? Quid Michael Cerularius? Quid Leo Acridanus, post acceptam Epistolam (3) Leonis IX. qua Photiani, fœminæ Sacris per ipsos initiatæ, elatæque ad Ecclesiæ nostræ Supremam Præfecturam arcessebantur? An hiscere ausi, atque accusationi, objecto Joannæ Pontificis exemplo, respondere? Quòd si, ut manifestum est, ferocissimi hi Romanæ Ecclesiæ hostes nil ad ejusmodi testimonium contulere, age Marguni, aliquem ex Nostris nominato, qui tale quid dixerit. Novi, quem Ecclesiam Græcam appelles. Laonicum (4) Chalcondylen, qui unus ex Græcis Joannam hanc contulit ad historiam. Sed an laicus, an unus, an rem auditam, & ex mendaci famà acceptam qui refert, Ecclesia Græca est? Quid de hoc senserit Ecclesia nostra, faxo actutum intelligas. Theodorus (5) Prodromus. Ἀχειροτόνητος, ait, ἡ γυνὴ παρὰ χριστιανοῖς. Τὸ γὰρ γυναῖκα προσπελάσαι τοῖς θείοις, ἑλληνικόν· Καίτοι γὰρ τινὲς τῶν ἀσόφων νομίζουσιν ἐν ἀμφοτέραις ταῖς Ῥώμαις προχειρισθείσας γυναῖκας, καὶ ἀρχιερατευσάσας, μῦθοι ταῦτα. Διὸ καὶ διακόνισσαν οὐ χειροτονοῦμεν, ἀλλ' εὐλογοῦμεν, καὶ καθιστάμεθα. *Mulier ad Ordines provehi nequit penes Christianos: admovere enim mulierem Sacris, Ethnicum est, Et quamvis quidam insipientes* (audin' Epitheton tuum Marguni?) *putaverint, in utraque Urbe Sacris initiatas mulieres, & Pontificia dignitate exornatas, fabulæ isthæc. Quare nec Diaconissæ manus imponimus, sed benedicimus, & constituimus*. Hæc Prodromus, cui refragari videtur tùm Chalcedonense (6) Concilium, tùm (7) Trullanum, ubi manus imponi Diaconissis asseritur, ut patet ex recensione (8) Harmenopuli: Verùm Concilia de impropria manuum impositione dicere censenda sunt, cùm hic de propria Ordinatione sapientissimè Prodromus philosophetur. Quod ante nos adnotavit (9) Diplovatacius ex Canonum Scholiaste (10) vetustissimo, ubi hæc sunt: Λέγεται δὲ χειροτονεῖσθαι γυνὴ εἰς διάκονον, οὐ κυριολογούντων τῶν Κανόνων, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀγχιστείαν τῆς πρὸς τὰ θεῖα διακονίας. Εὐλογεῖται δὲ μόνον ἡ γυνή, οὐδὲ τό, ἡ θεία χάρις, ἐπιλέγεται αὐτῇ ὡς ἐπ' ἀνδράσι. *Dicitur autem, mulieri manus imponi ad ministerium, haud propriè loquentibus Canonibus, sed propter affinitatem Ministerii Sacri. Benedicitur autem tantùm Mulieri, nec illa: Divina Gratia* (formula est Sacramenti Ordinum) *super ipsa recitantur, quæ super viris*. Constat ergo, quid de Fabella illa Prodromus senserit. Leo (11) Numodotes (12) (dignitas est sexti Ordinis inter Sacras CP. penultima) evidentiùs: Ἄπιστον τὸ ποτὲ ἐν χριστιανικῇ τῇ θρησκείᾳ ἀρχιερατικοῦ γυναῖκα τετυχηκέναι βαθμοῦ· οὐδὲ τοῦτο εἶπέ τις τῶν ἀπὸ Παύλου, καὶ Πέτρου τὰ τῶν χριστιανῶν πράγματα καθιστορησάντων. *Incredibile est, unquam in Secta Christianorum mulierem potitam Pontificio gradu: neque hoc quisquam dixit eorum, qui à Paulo, & Petro Christianorum res complexi sunt historia*. Elegantiùs Niceta (13) Paphlago. Τέρας τοῦτ', οὐδέποτε, οὐδαμοῦ γῆς ἀκουσθέν, γυνὴ προχειρισθεῖσα, καὶ προχειρίζουσα. Ἐθνικόν ἐστιν ἁγιάζον τὰς τῆς Ἑστίας, οὐ χριστιανόν, κἂν ἐν βαρβάροις πολιτευόμενον. *Monstrum hoc nunquam, & nusquam auditum est: mulier Sacris initiata, & Sacris initians. Ethnicum est consecrans Vestales, non Christianum, ne inter barbaros quidem usu publico receptum*. Eadem ex Metochitis uterque (14) Theodorus, & (15) Georgius. Eadem Leo (16) Magentinus, & Trapezuntius (17) Georgius: eadem Maximus (18) Chrysoberges, atque (19) Gennadius pari sententia confirmant, quorum cùm doctrina, vel sanctimonia post VIII. Sæculum Græca Ecclesia stet, palam est, nihil unquam ab Ecclesia nostra collatum, quo fabella nequissima confirmaretur; collatum plurimum, quo confestim, penitùsque rejiceretur. Sed Græcam Ecclesiam fortassis putavit Margunius Photianos suos, quos Ecclesiæ Græcæ, non filios, sed hostes, non semel, ostendimus. Esto: At hi etiam, quo in loco Fabellæ testimonium perhibent aliquod? Photianismi Principes quamvis lacessitos, ejusdemque accusatos criminis siluisse, docuimus. Idem silentium, ac plenam hac super re taciturnitatem præstitisse deinceps cæteros omnes, manifestum est, ex Palamæ, Nectarii Abbatis, Gregorii Cyprii, Andronici Camateri, Manuelis Cretensis, Joannis Cuboclesii, Theodori Balsamonis, Matthæi Blastarii, Arsenii Hieromonachi, Alexii Aristeni, cæterorumque aliorum scriptis, & multis, & variis, & ubique in Latinam Ecclesiam injuriosis.

(1) *Platin. in Joanna Panvin. ibi. & adnotat. Baron. ubi suprà.*
(2) *Baron. ad ann. 858. nu. 49. et seq. Nicet. in Vita S. Ignat. P.*
(3) *Epist. 1. c. 23.*
(4) *In Histor. Turcar.*
(5) *De Interpretat. Can. ad Can. XV. Chalcedō.*
(6) *Can. 15.*
(7) *Can. 15.*
(8) *Epit. Can. sect. 2. tit. 1. c. Presbyt. & tit. 4. c. mulier diacona.*
(9) *In Synop. Can. Græcor. c. 35.*
(10) *Ad Can. 15. Chalcedō.*
(11) *Erotemat. sacr. Cent. 2. c. 15.*
(12) *Ex syllabo Dignitatum Eccles. CP. quæ extant to. 1. l. 4. in fin. Jur. Græcorum.*
(13) *In fin. Comment. ad IV. Syn.*
(14) *De ... Vuln. 9.*
(15) *Orat. 2. pro Eccles. male tractata.*
(16) *In exposit. Regular. Nicephori P. in med.*
(17) *Ep. 2. ad Cret.*
(18) *Orat. 2. pro Vecco P.*
(19) *Epi. 4. ad Bessarione̅.*

XI. Quin licet unum, atque alterum ex Photianis ipsis producere fabellam hujusmodi detestatos. Quid enim Philotheus Patriarcha? Est ne inter Byzantinos Antistites notior hôc Photianis? Qui non modò Ordinem Sacri ministerii edidit, sed planè infinita, benè, an perperam nihil interest, tùm pro Palama, tùm contra Latinos. Is (1) tamen contra Latinos furiosissimè scribens: Καίτοι, ait, αὐτῇ τῇ ἁγιωτάτῃ ἡμῶν ἐκκλησίᾳ ὄνειδος εἰσενεγκεῖν τετόλμηκε ψευσάμενος γυναῖκα Πατριάρχην, ὃ οὐδεὶς πώποτε κατενόησε. τὴν γὰρ γυναῖκα τῶν ἱερῶν ἀπείργει βαθμῶν οὐχ ὁ Κανών, ἀλλ' ἡ φύσις. ὅθεν οὐδὲ παρὰ βαρβάροις, οὐδὲ παρὰ Λατίνοις αὐτοῖς, οἷς διὰ συγκαταβάσεως, καὶ συγχωρήσεως πάντ' ἔξεστιν, ἠκούσθη γυνὴ χειροτονίας ἀξιωθεῖσα. *Et quidam ipsorum Sanctissimæ Ecclesiæ nostræ notam inurere ausus est, mentitus fœminam Patriarcham, quod nemo unquam excogitavit. Nam fœminam Sacris amovet non Canon, sed Natura: Quare*

(1) *Orat. demonstrativa. quòd Latini sint Schismatici.*

ne

Digitized by Google

ne penes barbaros quidem, ne penes ipsos Latinos, quibus per Dispensationem, atque Indulgentiam omnia licent, auditum est, fœminam Ordinibus dignam fuisse habitam. Hæc Philotheus, quæ, ni prorsus insanio, tàm apertè sententiam Photianorum exponunt planè scitis Margunii contrariam, ut nihil ulteriùs optandum sit ad evincendam mendacitatem Margunii testem fabellæ Greciam asserentis, quæ ne in Photianis quidem hoc unquam asseruit. Quapropter ipse (2) Coressius, licèt Latinorum calumniator egregius, stomachatus putidas fabulæ desipientis ineptias sic latinè, barbarè sanè, sed vibratè in ipsas declamavit. *Cùm de Papissa*, inquit, *Joanna sermo est, pacem habere non possum, irascor, tabesco. Fuisse homines, qui hæc scripserint, qui hæc crediderint. Septentrionale ingenium olet fabula, nihil habet Græci. Quare nemo ex Nostris unquam illam approbavit, excepto Laonico nostro incertæ fidei authore, qui credulus omnia scribebat. Tu igitur virum illum, qui in Annalibus* (Baronium intelligit, & in hoc, ut in aliis nimis Græciæ propitium) *ad Greciam rejecit hanc fabulam, derideto. Græcia, si sancta, nunquam mendax, si mala, in mendaciis verosimilitudinem amat.* Audin' Marguni, synchronos tibi Photianus quid scribat? Nullo igitur modo testis ad confirmandum hujus fabellæ commentum Græcia, cujus si sensa secutus, Veritatem, quam Græcia diligit, adamasses, profectò reclamasses cum Græcia paucis illis è numero Latinorum Scriptoribus, qui tàm insulsa narratione monumenta temporum conspurcarunt. Non enim, ut Margunius autumat, Latini omnes, imò nec plurimi, nec multi, fidem faciunt manifesto mendacio. Unum, aut alterum excipito, unde fabulam hausere ignobiles quidam, perdendisque chartis nati Scriptores, nullum sanæ mentis invenies, qui prædem se sistat, ac pro tàm inepta narratione fidejubeat. Testes assertionis hujusce, quotquot superiùs nominavimus, testes, quotquot aliqua cum laude celebrandæ antiquitati utilem operam impendere. Testis Platina ipse, in quo uno omnes Latinos Historicos legit Margunius. Is enim eo ipso in loco fabulam illam, non sanè uti veram, certamque, sed ut ambiguam, & à Martino (quem tamen egregiè tuetur Allatius superiùs laudatus) relatam proponit, ut ex ipso narrandi modo confestim appareat, nullam adhiberi fidem ab ipso (3) Platinæ historiæ, quam uni Martino deploratæ, ut (4) Panvinus conatur evincere, fidei viro acceptam refert.

(2) *Epist. de ritib. Græcor. ad Jacob. Goar.*

(3) *In Joann. fœmina. initio, & post med.*
(4) *In adnotat. ad Joan. fœmin. Platinæ.*

SECTIO VII.

De Vitio animi, & Illiteratis.

SUMMARIUM.

I. *Vitium animi in mente esse, quare amentes rejiciendos ab Ordinibus.*
II. *Energumenos etiam à Sacris repellendos.*
III. *Quid de Illiteratis? Proponitur sententia Margunii.*
IV. *Ostenditur ignorantia Photianorum.*
V. *Latinorum sententia de rejiciendis illiteratis.*
VI. *Græcorum etiam suffragium.*
VII. *Probatur tùm ratione, tùm significatione sacrarum Vestium.*
VIII. *Refellitur Margunius.*
IX. *Sapientiam ubique ingeri Ministris Sacrorum.*
X. *Explanatur locus Pauli Apostoli.*
XI. *Apostolos priùs institutos, deinde initiatos.*
XII. *Rarum non esse trahendum ad exemplum.*
XIII. *Id etiam profana authoritate probatur.*
XIV. *Concluditur contra Margunium; & Græcia ad scientias provocatur.*

I. SEd abunde de Vitio corporis ab Ordinibus repellente, An vitium animi, quod sine culpa est, aliquod ab iisdem repellat, videamus. Atque, ut rem totam illuc revocemus, ubi summatim constituta facilè cognoscetur: Certissimum arbitror, omne Vitium animi, quod culpæ non vertitur, non ad Voluntatem, sed ad mentem hominis pertinere. Hæc enim, quippe necessitati subjecta, cùm se sola agit, etiam vitiosa, plerunque sine noxia est: cùm contra Voluntas, quippe liberrima, plerumque in culpa sit, cùm perperam operatur. Plerunque, inquam: non enim ambigo, Voluntatem à Mente deceptam quandoque & innoxiè, & male operari posse, quemadmodum & Mens aliquando Voluntatis vi rapta, quamvis ex se necessariò, imperio tamen Voluntatis aliquo modo liberè peccat. Ita & Innocentia Voluntatis perperam operantis Menti, & Mentis nequitia Voluntati imputanda est, ut non immeritò Vitium animi innoxium Intelligentiæ præsertim tribuamus. In hac proinde quærenda illa nota est, ob quam ex animi Vitio repelli quis ab Ordinibus mereatur. Et primò occurrit Dementia, quo sub nomine omne id intelligo, quo Rationis usus sive perpetuò, sive interdum, palam tamen intercipitur. Propterea Dementibus, Amentibus, Furiosis, Mentecaptis, Lymphaticis, Epilepticis, Phreneticisque, & quos Arrepticios, Lunaticosque vocant, atque potissimùm Energumenis Sacris Ordinibus penitùs interdicitur. Quod Jure Latino adeò obtinuit, ut nemo sit, qui contra aliquid arbitretur; traduntque Sapientissimi tùm Theologorum, tùm Canonici Juris Interpretes, quos ad hoc memorant (1) Busembau, (2) Filliucius (3) Navarrus. Penes Nostros hac de re mirum silentium, nisi quòd in omnibus, ad Ordines ritè suscipiendos ea animi conditio necessaria dicitur, quæ sui compotem hominem ostendat, ut tradunt obiter (4) Balsamon, (5) Aristenus, (6) Psellus, (7) Simeon Thessalonicensis, (8) Arsenius, videndi penes Joannem (9) Lascarim sapientissimum Græcorum Canonum Explanatorem. Unde statim colligo, etiam Jure nostro eos, quos proximè nominavi, omnes ab Ordinibus repellendos, quippe qui sui compotes minimè sunt, & quidem ea in parte sui, ex qua potissima hominis impotentia est. Certè, si debilitas corporis ineptos homines facit, atque eo modo, quem supra tradidimus, ab Ordinibus rejicit, multo rejiciet magis animi Vitium, præsertim cùm ubique (10) Jura constituant, oportere eos esse Sacrorum Ministros, qui res Ecclesiæ procurare, tutarique possint, & ad Populorum Sacram

(1) *Lib. 7. dub. 5.*
(2) *Tract. 19. c. 7.*
(3) *In Manual. c. 27. nu. 203.*
(4) *Ad Can. 78. Apost.*
(5) *In Nomoc.*
(6) *In Synopsi ll. Sacrarū c. ult.*
(7) *De Sacram. Ordin.*
(8) *In 2. collectio Can. tit. 38.*
(9) *In tract. de Jurispr. Græcorū tit. de Sacram. in fin.*
(10) *C. si imperator 76. dist. glos. in c. nulli verb. vestro. 3. q. 2 & in c. 1. verbo contra. 1. q. 7. cap. quod autem, ubi gloss. verb. procurationem. 23. q. 8. c. ult. 12. q. 1. c. in Canonibus 16. q. 1.*
(11) *L. 1. §. adipiscimur es ib. glos. & in §. item acquirimus ff. de acquir. poss. L. Fulcinius*

cram Disciplinam incumbere. Quis verò tam bardus, qui rei Ecclesiasticæ procurandæ, tutandæque eos adhibeat, quos Curatori subjiciendos, à publicis muneribus, imò à cura ipsa rei privatæ, domesticæ, ac suæ removent notissima Jura (11) Civilia? His accedit, à Furioso, iisque, qui Jure usum Rationis non admodum expeditum habere censentur, Matrimonium iniri non posse, uti docet (12) Ecclesia: unde fas colligere, eosdem omnes à Sacris arcendos Ordinibus, quando Ordo Matrimonium spiritale, ut ajunt, est, in quo Clericus sponsi, sponsæ, uxorisque personam agit Ecclesia, quemadmodum (13) Canones tradunt.

II. Verùm hæc certa, usuque recepta tum penes Græcos, tum penes Latinos. Photianis idipsum placuit, nisi quòd, ut sunt ex audaci superbia quidam illorum palam stolidi, de Energumenis dubitant. Nam (1) Numodotes profuisse docet quandoque: Χειροτονίαι τοῖς ἐνεργουμένοις, ὅτι τὸ μιαρὸν πνεῦμα ἐνεργείᾳ τῶν ἱερατικῶν χειρῶν στρεβλούμενον ἐξωθεῖ). *Ordines Energumenis, quòd impurus spiritus efficacitate Sacrarum manuum tortus expellitur.* Quæ Numodotæ verba laudat (2) Coressius, & sentina omnium ineptiarum (3) Margunius, addens, ut assolet, è suo, id experientia comprobatum sæpiùs, & usitatum Patribus Græcis, quippe Traditione quadam Apostolica certum. Verùm & ineptit Numodotes, & delirat Coressius, & præter hæc omnia, mentitur Margunius, nisi fortè isthæc experientia capta est à Margunio, cui licebat, ἐν (4) Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια, *in Beelzebub Principe Dæmoniorum ejicere dæmonia.* Etenim Artis magicæ peritum eum fuisse, palam ostendit liber ejus Cosmopoli editus (ut conjicere fas est, Genevæ) initio hujus sæculi, in quo de secreta scientia ex Reuclino, & Agrippa disputans, & Judiciariam Astrologiam professus est, & Astronomicas Haly-Rhodoam figuras, quas (5) alibi superstitiosas ostendi, Græciæ agnoscendas proposuit. Cæterùm, quin Ordo Sacer contubernio Cacodæmonis, qualem rectè dixeris Energumenum, collatus vilescat, habet Ecclesia efficacissimas preces, quas dicimus Exorcismos, vi quarum, si Fides adsit, ab homine insidentes homini lemures exturbantur. Nec probari usquam poterit ad id unquam collatos Ordines, aut posse jactatæ Traditionis authoritate conferri. Nam, si Latinam Antiquitatem consulas, ea Traditionem hujusmodi ignoravit, cùm Eliberinum (6) Concilium anno Christi CCCV. ex accurata supputatione (7) Cabassutii celebratum palam vetuerit, Energumenos ad Altare inter fideles Christo viros nominari, iisdemque omni potestate interdixit sua manu ministrandi. Quod confirmat Arausicanum (8) Concilium I. actum anno Christi CCCCXLI. ex recensione (9) ejusdem, cujus Concilii decreto una Communio permittitur Energumenis laica, si se sollicitudini Clericorum tradant, monitisque prorsus obtemperent. Notat autem ibi (10) Cabassutius, priore sæculo Energumenos simul cum Catechumenis, ac Pœnitentibus à Sacra communione, divinisque Mysteriis post prædicationem Euangelii, jubente Diacono, foras emissos, cujus ante Cabassutium, Dionysius (11) Areopagita Synchronos Apostolorum certissimam fidem facit: unde confestim infertur, priore illo sæculo Traditionem Apostolicam, quam jactat Margunius, ignotam fuisse Nostris, è quibus tantus Author Dionysius contrarium Traditioni illi constituit. Quòd si Apostolorum Canonibus fidem præstare decet, quam iisdem ubique Photiani, & ipse (12) Margunius sanctè præstandam censent, quam frontem Margunii dices, qui Energumenos aptos Ordinibus asserit ex Apostolica Traditione, quam nunquam fuisse constat ex Regulis ipsis (13) Apostolorum? quæ sic affirmatè pronunciant: ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ, κληρικὸς μὴ γινέσθω. ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιστοῖς συνευχέσθω. καθαρισθεὶς δὲ προσδεχέσθω, καὶ, ἐὰν ἄξιος ᾖ, γινέσθω. *Si quis Dæmonem habeat, Clericus non efficitor: Sed nec cum fidelibus preces fundito: mundatus verò recipitor, &, si dignus fuerit, efficitor.* Vide idipsum, quod nos censuimus, de Energumeno censentes ex Nostris, & Photianis, (14) quotquot scripsere in Canones Apostolorum, Aristenum, Hierotheum, Balsamonem, Blastarium, Harmenopulum, Nilum, aliosque, quos sæpè produximus.

III. Constat igitur, Mentis Vitio, animique labe notatos à Sacris repellendos: quod etiam de iis affirmandum est, qui dicuntur Illiterati. Quapropter & hi, cæteroqui viri probi, arcentor tamen ab Ordinibus Sacris ob ignorantiam. Hujus nomini sic à Veritate multato suppetias ferre placet (1) Margunio, cui scilicet propterea non adeò, ut in cæteris, irascimur, quippe tutanti rem suam, imò commune Photianorum patrimonium. Ignorantia enim stat eorum ridenda Respublica. Hac vivit Photianismus, abiturus in nihilum simul, atque Sapientiam amaverit, vel, ut rectiùs dicas, amare poterit Græcia. Id alibi privatis, &, ut res, atque eventus ostendit, inutilibus Commentariis graviter philosophatus evici; nunc, ne decedam proposito, fas erit dumtaxat Margunium pro Ignorantia pugnantem audire. Nec verba ejus referam, quippe quæ prolixa, & prolixâ barbarie plus nimio Lectorum oculos læsura. Rationes ejus adducam, ut norit Græcia, atque assuescat, Photianos Doctores non perfidos tantùm, sed ignorantes, & Ignorantiæ Tutores agnoscere. Ergo Margunius Illiteratos injuriâ repelli à Sacris Ordinibus his argumentis contendit. Primò, quòd Ignorantia literarum adeò à Deo diligitur, ut eam Potestatis participem suæ velit ex illis (2) Psaltæ: ὅτι οὐκ ἔγνων γραμματείας, εἰσελεύσομαι ἐν δυναστείᾳ κυρίου: *quoniam non cognovi literaturam, introibo in potentias Domini:* Atqui, quem Deus Potestate dignatur sua, nefas est à Sacris rejicere: injuriâ ergo rejicitur Illiteratus. Secundò, quòd Ignorantia maximè consentanea sit Sacris Muneribus, maximèque deceat Ministros Ecclesiæ, Paulo (3) affirmante, Deum *Idoneos nos fecisse Ministros novi Testamenti, non litera, sed spiritu*, ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος. τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ. Tertiò exemplis, quæ ex ipsis orditur Apostolis, quos rudes bonarum Artium, planèque illiteratos Christus adsumpsit ad Sacerrimæ Reipublicæ Principatum: tanto Ignorantiæ amore, ut nullus ex Legulejis Judæorum Christi vestigia secutus fuisse legatur. Hinc vulgari eruditionis ineptæ pompa Nicolaos Spi-

§. planè §. ex quibus cau. in possess. l. 1. ff. & l. 2. Cod. & utrob. t. 1. de Curat. l. patre ff. de his, qui sunt sui. l. 1. §. furiosum ff. de act. & oblig. glos. in l. 2. ff. de procur. l. Marcellus 26. ff. de fidejussor.

(12) c. neque furiosus. 32. q. 7. glos. in c. 1. & in Sum. in fin. 35. q. 1. Host. in Sum. de matrim. §. qualiter impediatur.

(13) c. sicut 7. qu. 1. & c. sicut 21. q. 2. Glos. in c. pastoralis. 7. q. 1. & in c. 1. 34. q. 1. & c. unaquaque 13. q. 2.

(1) Erotemat. Sacror. cent. 1.

(2) Ad Synops. Nili ca. 12.

(3) Nota 36.

(4) Luc. c. 11. nu. 15.

(5) In Physicis Cōtrov. 2. disp. 3. c. 2. n. 142.

(6) Can. 29.

(7) In notis. Cōcil. et Canon. ad Eliberin. sub init.

(8) Can. 14.

(9) Ibid.

ad Cōcil. Arausic. 1. initio

(10) ad d. Can. 14.

(11) In Lib. de Eccl. Hierarch.

(12) In proœm. Notarū.

(13) Can. 79. et refertur ab Harmenop. in Epit. Sect. 3. tit. 1.

(14) In d. Can. 79. Apost.

(1) Nota 103.

(2) Psal. 70. ver. 16.

(3) 2. Ad Corin. ca. 3. n. 6.

Spiridiones, aliosque enumerat tres, vel quatuor nullius literaturæ homines, clarissimos Antistites Orientis. Unde furioso mox Epiphonemate colligit. *Τὰ γράμματα ἐξωλόθρευσαν τὴν ἐκκλησίαν, τὴν ἐκαθοσίωσεν ἡ ἄγνοια. Sapientia pessum dedit Ecclesiam, quam ignorantia consecravit.*

IV. Hæc Margunius pro Photianorum amica, ipsiusque Margunii Socia Ignorantiâ, cujus tamen adeò publicitus puduit olim Photianos, ut histrioniam agentes Sapientiæ personam induerint. Testatur hoc Georgius (1) Metochites his gravissimis verbis: *ὑμεῖς δὲ ὑποκρινόμενοι σοφίαν, καὶ τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν αἰσχυνόμενοι φιλοσόφους ὑμᾶς ὀνομάζετε. οὐδὲ ἀναγινώσκειν τὰ γεγραμμένα δυνάμενοι· Τίς γὰρ ὑμῶν τὰ τῶν πατέρων οἶδε; Τίς δὲ τοὺς Κανόνας ἀνέγνω; Τίς καὶ τὰς ἀκολουθίας οὐ τραυλίζων διὰ τὴν ἀμάθειαν περιτρέχει; φεῦ μοι ἀναγνώστας ἀγνοοῦντας ἀναγινώσκειν, καὶ διακόνους ἑλληνικὴν ἀδαήμονας, ἱερεῖς δὲ τὰ ἱερὰ οὐδαμῶς συνιέντας· καὶ ὑμεῖς Γραικοί; οὐ μενοῦνγε, οὐ Γραικοὶ ὑμεῖς, ἀλλὰ βάρβαροι· Γραικοὶ γὰρ οἱ πιστοί, οἱ ὀρθόδοξοι, οἱ τὰ λεγόμενα συνειδότες, καὶ ῥωμαλέως συνεζευγότες. Vos verò mentiti Sapientiam, cùm vestræ vos pudeat Ignorantiæ, Vos Philosophos appellatis, qui ne legere quidem potestis, quæ scripta sunt. Quis vestrum monumenta Patrum novit? Quis Canones legit? Quis Sacras preces non balbutiens propter imperitiam percurrit? O Lectores legere nescientes, ò Diaconos prisci Sermonis ignaros, & Sacerdotes Sacra nullo modo intelligentes! Et vos Græci! Non equidem Græci vos, sed Barbari. Græci enim fideles, & Orthodoxi, qui, quæ legunt, intelligunt, fortiterque confirmant.* Hæc legisset Margunius, sanè Photianorum Mores secutus amasset clanculò Photianismi præsidem ignorantiam, palam dissimulasset; neque eam sacerrimis Dignitatibus addixisset, quam mos Apostolicus, Scita omnium Doctorum, sententiæ communis Suffragium Sacris omnibus abigunt.

(1) *Orat. contra susurrones, & detractores in fine.*

V. Certè, ut à Latinis ordiamur, Sapientiam Clericis necessariam adeò prisci illi Patres, quos Orbis Terrarum universus adorat, existimarunt, ut negaverint Sacris iniciandum vel Sapientem, si memoriter Psaltæ Regii divina Carmina reddere nesciat. Quapropter (1) Augustinus, ne nomine quidem Sacerdotis dignum existimat eum, qui Musas Sacras recitare memoriter non possit. Quod Toletano (2) Concilio VII. placuit, & à Gregorio (3) Magno ita severè custoditum est, ut nunquam passus sit, ejusdem Ignorantiæ nota conspicuos Antistites consecrari: quamobrem Donatum Archidiaconum, & Joannem Sacerdotem, licèt à Cæsareo in Italia Exarcho summopere commendatos, Populique, ac Cleri Suffragio lectos ab Infula Ravennate rejecit, quam in Martinianum Presbyterum transtulit, virum & pium, & doctum, ut ipse Gregorius narrat, & ex Gregorio (4) Baronius. Nec Patres tantùm, sed & Concilia Latinorum Scientiarum gloriam in eo, qui Sacris initiandus est, expetunt, ut facilè constabit ex constitutis in (5) Turonico II. in (6) Aurelianensi I. in (7) Toletano IV. & (8) VIII. relatis (9) à Carranza: quorum authoritate idipsum Juris Interpretes Canonici passim confirmant, Antonius (10) de Butrio, (11) Rolandus, (12) Ancharanus, Hippolytus (13) Marsilius de Columna, (14) Rebuffus, (15) Staphilus, Paulus (16) Fuscus, (17) Decius, (18) Felinus, (19) Lambertinus, (20) Cassaneus, Gaspar (21) Ortygas, (22) Corrasius, (23) Gigas, Alfonsus (24) Azovedo, Alfonsus (25) Hojeda, Bernardinus (26) Diaz, Quinctilius (27) Mandosius, Lancellottus (28) Corradus, Joannes (29) Ferro, (30) Vivaldus, & omnium latissimè (31) Menochius. Quibus adstipulantur ex Theologis (32) Dominicus Soto, Michael (33) Salonius, & (34) Navarrus, quippe Jure (35) Canonico Latinorum planè constitutum. Unde mirum fortassis videbitur, quod ad confirmationem Sententiæ suæ tandem collegit (36) Margunius: Ignorantiam adeò Sacris Antiquorum dilectam, ut ipsi Latini eam palam jactaverint, jactentque; ita olim fasso Agathone Pontifice ad CP. Cæsarem (37) scribente, ita praxi etiamnum Latinis utentibus. Quorum postremum in Margunio nequaquam mirum solito palam mentiri, ut ex tot relatis, atque ad hoc ipsum relatis Authoribus patet. Primum verò Ignorantiæ ipsius clementer damus. Manifestum est enim, in eâ Epistolâ, quam producit Margunius, Agathonem non affirmasse ignorantiam in Clericis Romanis, sed ignorantiam Linguæ Græcæ. Cùm enim eâ in Epistolâ Constantino Pogonato scribens Agatho tardam excuset Legatorum suorum profectionem ad Oecumenicam Synodum, causam affert, affirmans, à se, ob caritatem eorum, qui in Romana Ecclesia Græca nossent (quod ad Barbarorum incursiones, egestatemque Clericorum rejicit) evocatos aliquos eorum peritos è Gallia, & Anglia, queis Legationis onus imponeret; quibus cunctantibus factum esse, ut Legatio tarde processerit. Non igitur fatetur in Romanis Clericis ignorantiam Agatho, sed Græcæ inscitiam linguæ, quam etiam excusat excursionibus Barbarorum propositis, atque egestate per illud tempus Ecclesiæ summâ, quasi Romanæ Clerum Ecclesiæ, & Sacris præfectum suis Sapientia simpliciter deceat, atque ipsa Græca, ex potestate Principatus Sacri, moderaturum Ignorantia Græcorum dedeceat, quæ tamen in Latino cæteroqui turpis non est, cui turpis est, Ignorantia simpliciter, rejectura ipsum à recipiendis Ordinibus jure Latino, quo nimirum Ignorantia Sacris Ordinibus abstinetur, quemadmodum palam evincitur tot Scriptoribus sapientissimis in unum collatis, quos non ad pompam protulimus, sed ut ex illis Photiani cognoscant, quàm mendax Margunius sit, qui Sententiam suam Latinis affingit. Nec tamen abnuerim, inter Latinos etiam aliquando Ignorantiam Sacris irrepere. Nolo, me ita his addictum existiment Photiani, ut ipsorum acta omnia tuta, defensaque velim. Jura Latinorum laudo: ea Nostris maximè consentanea confirmo: ejusque satago, ut neque Græci ex ingestis ubique per Margunium, Coressium, aliosque calumniis, quæ sanctè docent, sapienterque præcipiunt Latini, damnent, neque Latini Photianorum corruptelas non facto, sed dogmate confirmatas meditati Græcum putent, quod Photianum est.

VI. Sanè, quod ad rem nostram attinet, hanc

(1) *Relatus à Magrio in Hierolex. dict. Ps.* (2) *Refertur ab eodē Magrio ibid.* (3) *Epist. 21. 23. 45. l. 4.* (4) *Ad ann. Chri. 595. nu. 74. & 75.* (5) *Can. 2.* (6) *Can. 15.* (7) *Can. 18. et 24.* (8) *Can. 9.* (9) *In Sum. Cōcil. in his Concil.* (10) *Consil. 42. n. 3.* (11) *Consil. 47. Volum. 1. num. 75.* (12) *In Clem. cū ei. n. 1. de concess. præben.* (13) *De Eccl. reddit. Orig. 2. p. c. 19. in princ.* (14) *In Concord. titul. de Collat. rubr. post princ. ex pag. 251. & 253. & in §. præfatiq; Ordinarii, in glos. viris literatis pag. 321. & in c. postulastis n. 33. de Cler. excom. ministr.* (15) *De Grat. & expectat. form. 3. n. 4.* (16) *De Visit. lib. 2. c. 28. n. 4.* (17) *In c. cum in cunctis n. 12. de off. deleg.* (18) *Cons. 18. n. 5. et in cap. si quādo n. 7. de rescrips.* (19) *De Jurepatr. l. 2. p. 3. q. 5. ar. 11. à n. 5. ysq. in fin.* (20) *In p. 10. Casal Glor. Mund. in princ.* (21) *In Patrocin. pro Cæsarang. Gymnas. 2. p. n. 47. & 72.* (22) *in §. Sacerdos, 3. p. c. 2. in prin. & n. 5.* (23) *Cōs. 3. n. 15. & cons. 144. n. 1.* (24) *lib. 1. nov.*

Digitized by Google

hanc scientiarum laudem non Latini solùm in provehendo ad Sacra exposcunt, verùm etiam & Nostri necessariam Ministris Ecclesiæ ubique commemorant. Nam, ut Areopagiten prætercam, quem ad hoc testem vocat Nicæna (1) Synodus II. omittamque Jacobi Liturgiam, jure Nostris omnibus venerabilem, quæ doctum vult esse Presbyterum, quando eum jubet, post perlectum à Diacono in Ambone Euangelium, ad Populum concionem habere; manifestum est ex Apostolorum (2) Canonibus scientiam in Sacerdote requiri, cui, ut Populum doceat, interjecta Anathematis pœna, præcipiunt. Quod manifestiùs constituit relata Synodus (3) Nicæna, interdicens Ordinibus ei, qui eloquia divinitus tradita Plebi explanare non norit. Quo fit, ut quotquot ex Nostris, sive ii Græci sint, seu Photiani, explicandis Canonum Scitis navarunt operam, id ipsum affirment. Quid enim aliud (4) Prodromus, Nicephorus (5) P. (6) Balsamon, (7) Nilus, (8) Aristenus, (9) Arsenius, Joannes (10) Protecdicus, Hierotheus (11) Chartophylax, cæterique, quos eruditè profert Joannes (12) Lascares Rhyndacenus, quid, inquam, aliud insinuant, quàm necessariam initiando scientiam? Quare Philotheus Patriarchâ, Photianus licèt, ac Palamita, his solemnibus verbis, Ecclesiæ utriusque Suffragium Scientiam exposcentis in Clerico vel ipsis Photianis (13) indicit: νομοθετεῖ τὸ οἰκουμενικὸν δόγμα τῆς ἐκκλησίας, ἀγράμματον, καὶ κατὰ τὸ παροίμιον, ἀναλφάβητον ἄνδρα μὴ λαβεῖν εἰς Κλῆρον, τοῦ θείου γὰρ λόγου, δηλαδὴ τῆς ὁμοουσίου τῷ πατρὶ σοφίας τὸν ἀξιωθέντα διακονίας ἄσοφον ἀπαξαπλῶς εἶναι, ὁ θεῖος λόγος διὰ τῶν Κανόνων ἀπαγορεύει. *Decernit communis Ecclesiæ sententia, illiteratum, & ex adagio, Analphabetum hominem ad Clerum non suscipi. Dei enim Verbi, hoc est consubstantialis Patri Sapientiæ qui ministerio dignus est habitus, ut omnia verbo expediam, ignorantem esse, Dei Verbum per Canones vetat.* Nec mirum hæc, uno Margunio reclamante, doceri, & ab omnibus recipi, præsertimque per Canones ab Ecclesia. Nam hæc docta ab Apostolis Ecclesia quid doceat, nisi hæc? Paulus (14) Apostolus Episcopum non nisi διδακτικὸν *Doctorem* agnoscit, & alibi (15) jubet esse ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. Quæ quamvis rectà pertineant ad Episcopos, quos vult, *amplectentes eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potentes sint exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere;* vi tamen argumentationis æquissimæ ad cęteros minores Episcopo Sacrorum Ministros trahenda sunt, quippe qui aut ad consortium Episcopi destinantur, aut consortes Episcopo sunt hac præsertim in parte, quæ ad erudiendum Populum spectat.

VII. His adde Numinis ipsius tùm Synagogę præcipientis, tùm instituentis Ecclesiam effato necessariam Clericis Sapientiam. Nam, quod accuratè Synodus (1) Nicæna laudata notavit, Deus penes (2) Oseam sic loquitur. Ὅτι ἐπίγνωσιν ἀπώσω σὺ, ἀπώσομαί σε κἀγὼ τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι. *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Quibus verbis non

Ricopil. tit. 3. l. 31. n. 1.
(25) *De Benef. 1. p. c. 24. à n. 28. & 31.*
(26) *In Prax. Can. c. 18.*
(27) *Reg. 16. q. 15. n. 3.*
(28) *In temp. om. Jud. li. 2. ca. 1. §. 4. n. 1.*
(29) *De Examin. Ord. tit. de off. & exam. cor. qui ad pur. pag. 328.*
(30) *In Cãdelab. Eccl. tit. de Sacr. Ord. nu. 39.*
(31) *De Arbitr. Jud. Cas. 425.*
(32) *In 4. dist. 25. q. 1. ar. 4.*
(33) *2. 2. q. 62. art. 2. Concl. 3. Cõtr. 1.*
(34) *In c. si quando excep. 11. de rescr.*
(35) *C. cũ sit arſ. de æt. qual. &c. c. super specula. de Magistris.*
(36) *Loco sup. laudato.*
(37) *Epis. 1. & 2. ad Constant. A.*

(1) *Can. 2.*
(2) *Can. 57. alias 58.*
(3) *d. Can. 2.*
(4) *De Interpr. ad Can. Ap. 58.*
(5) *In reg. 34. penes Blastar. in explic. Can. c. 8.*
(6) *Ad*

alia repellendi à Sacerdotio causa proponitur, nisi Inscitia. Unde Infertur scientia in Sacerdote pernecessaria; id, quod manifestiùs deducitur ex illis (3) Christi. *Euntes in Mundum universum prædicate Euangelium.* Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει. & (4) rursus, πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη· καὶ τὰ ἑξῆς· διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· *Euntes docete omnes gentes, &c. docentes eos servare omnia, quæcunque mandavi vobis.* Quæ verba omnibus Ministris Sacrorum censentur dicta, quippe quibus subditæ Plebis ad saluberrima Veritatis pascua deducendæ institutio curiosè committitur. Quis porro dicat, aut sine scientiâ doceri posse, aut non requiri in eo Scientiam, cui docendi munus mandatur? Hinc vel ipsæ Ministrorum Vestes, quibus functuri Sacris amiciuntur, ad Significationem Scientiæ ipsis necessariæ censentur inventæ. Superſit ex multis unam considerare. *Orarium*, quod Stola Diaconi est, sive Etymologiam à Latinis exposcas, seu Græcam malis, utrobique Sapientiam præsefert. Alcuinus (5) inter Latinos *Orarium* dici putat, quòd Oratoribus, sive, ut ajunt, *Prædicatoribus* concedatur: cui consonat Toletanum (6) Concilium IV. At Simeon (7) Thessalonicensis *Orario* significari docet, Τὸ ἄϋλον, καὶ νοερὸν τῆς ἀγγελικῆς τάξεως· διόπερ τὰ χερουβὶμ ἐκμιμούμενος περιεσταλμένα τὰς ὄψεις, καὶ αὐτὸς περιστέλλεται ἐν τῷ μέλλειν κοινωνεῖν τοῦτο περιζωννύμενος· ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὠραρίῳ τὸ ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος γεγραμμένον ἔχει, ἃ δὴ διδάσκουσι τὴν λειτουργικὴν τῶν ἀγγέλων τάξιν. *Secretum à materia, & una intelligentiâ potentem Angelicum Ordinem. Quare & Cherubim facies suas obvelantia Diaconus imitaturus, & ipse, cùm percepturus est Sacramentum, stola ad corpus succingitur, sed & in ea Sanctus, Sanctus, Sanctus scriptum ostentat, quo designatus ad Ministerium Angelorum Ordo subindicatur.* Idem sensere Latini (8) ex Isidoro, Honorato (9) Solitario, aliisque, nec admodum discrepat (10) Balsamon. ὠράριον ἀπὸ τοῦ ὁρῶ, τὸ φυλάσσω, καὶ ἐπιτηρῶ. deducens. Utrolibet enim modo significatio hæc Græca Orarii proponatur, scientiam sonat, quando & Intelligentiarum à materia secretarum est scire, nec inscitia videnti, observanti, consideranti convenit: ut planè vel ipsæ Sacrorum Ordinum vestes Clerici Sapientiam indicent, à qua tantopere abhorret Margunius.

VIII. Ejus nos argumenta risu uno excipienda putamus, quippe, quam defendunt, Ignorantiæ plena. Verùm, cùm incredibile dictu sit, quantam Græciæ perniciem vel manifestissimæ ineptiæ Margunii moliantur, demus, & hoc dilectissimæ Genti, ut, quidquid ipsi minatur exitium, nostris laboribus fatuum, demens, ac stolidum ostendatur. Ergo, ut à primo teterrima corruptoris improbitas pateat; Viden', ut ad litteraturæ decus labefactandum, spreta Græca, Hebrææ, Latinæque Psalmorum interpretationi, quam (1) alibi furiosè damnaverat, se ipsum accommodat? Nam, cùm locus ille Regii Vatis sic à Græcis reddatur: Ὅτι οὐκ ἔγνων πραγματείας, *quoniam non cognovi negotiationes*, hic γραμματείας supposuit, ex Latina, & Hebræa Scriptoris Phrasi, quò nimirum ex illa litte-

Canon. 2. Syn. VII.
(7) *In Synop. ad Canon. 2. Syn. VII.*
(8) *In Collect. 2. ad Can. Syn. VII.*
(9) *In Collect. 2. Canon. c. 108.*
(10) *In explicat. Synodic. Tarasia.*
(11) *In Epis. Nomocan.*
(12) *In Can. relat. ad VII. Syn. c. 2.*
(13) *In reg. Eccl. regul. 10. apud Cãpanas.*
(14) *1. ad Timot. c. 3.*
(15) *Ad Titum. c. 1.*

(1) *d. Canone 2.*
(2) *Cap. 4. n. 6.*
(3) *Marc. c. ult. nu. 16.*
(4) *Mat. c. ult. nu. 19.*
(5) *De divin. off. c. 39.*
(6) *Can. 40. refertur in c. unũ orarium. 25. dist. ubi Glos.*
(7) *In explic. Liturg. citat. à Goar. in Miss. Jo. Chrysost. not. 9. in fin.*
(8) *Lib. 2. de off. Eccles.*
(9) *Lib. 4. c. 42.*
(10) *In Can. 22. Laod. citat. à Goar. ubi suprà.*

(1) *Nota 209.*

Digitized by Google

litteras à Deo reprobatas asserat, damnatasque. Quod sanè statim negatâ Margunii Thesi, prorsus inficior. Neque enim diligitur, aut ornatur Insipientia à Deo, *cujus Spiritus* (2) *implet homines Sapientia*, *qui homines* (3) *Sapientia erudivit*, *qui dat hominibus* (4) *Sapientiam*, qui tantopere laudat (5) Salomonem, quòd præ bonis omnibus Sapientiam maluerit. Si diligit Ignorantiam, cur non hanc, sed Sapientiam (6) parvulis præstat? Cur Sapientiam (7) viribus anteponit, fortique prudentem? Cur hortatur (8) ad Sapientiam? Cur eam (9) cunctis pretiosissimis meliorem appellat? Si potestatem suam ignaris addicit, ac rudibus, cur eos, *qui dereliquerunt fontem Sapientiæ, qui viam Sapientiæ nescierunt*, *qui non habuerunt Sapientiam*, minis, ac pœnis (10) prosequitur? Apage istas ineptias, quibus tamen abactis, videbis, quàm infirmum sit argumentum, quod ab initio statim ineptit. Nam quod Vates divinus asserit, ingressurum se potentias Domini, quoniam non nosset literaturam, nihil ad firmitatem thesis dejectæ contulerit. Etenim ibi literatura pro mercaturâ, aut negotiatione accipienda est, quemadmodum tùm Græcis, tùm Hebræis literæ numerorum habentur loco, queis Institores utuntur ad mercium rationes, ut eruditè explicat (11) Magrius. Scilicet hanc loci illius esse Sententiam non Græci modò testantur, quos inter (12) Chrysostomus, & Symmachus (13) Sacrarum Paginarum Intrepres ea verba sic reddens, *Ὅτι ἐκ οἶδα ἐξαριθμῆσαι*, *quoniam numerare non novi*: Verùm etiam Latini cum (14) Gelasio, & (15) Genebrardo, illo vertente, *quoniam non cognovi negotiationes*, hoc, *non cognovi numeros*. Quo fit, ut ibi Regius Psaltes affirmet, tranquillum, securumque Domini potentias ingressurum, non rudem, ac stupidum, similemque Margunio, qui si malis avibus tam dementer in prima argumentatione decipitur, non saniùs in secundâ philosophatur.

(2) *Exod.* c. 31. n. 3. (3) *Exod.* c. 35. n. 35. (4) *Prov.* c. 2. n. 6. (5) *Paralip.* c. 1. n. 11. (6) *Ps.* 18. n. 8. (7) *Prov.* c. 5. n. 1. c. 27. n. 11. (8) *Prov.* c. 8. n. 11. c. 16. n. 16. (9) *Sapiẽ.* c. 6. n. 1. (10) *Baruch.* c. 3. nu. 13. 23. 28. (11) *In Hierolex. verb. literatura.* (12) *relatus à Magrio ibid. & in ca. ejiciens 88. dist.* (13) *Relatus in Notis suppositis Ps. 70. Editionis Venetæ penes Glycy, & refert Magrius ib.* (14) *In c. consequẽs & §. quoniam 88. dist.* (15) *In Psal. 70. cit. à Magrio ibid.*

IX. Nam falsissimum est, ignorantiam maximè consentaneam esse Muneribus Sacris, maximèque decere Sacros Ministros. Id qui verum erit, cùm Paulus ad oppositam Ignorantiæ Sapientiam ministros Christi doceat accedere, (1) dicens. *Θέλω ὑμᾶς σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθόν*, *volo vos sapientes in bono*, cùm se, *σοφὸν ἀρχιτέκτονα Sapientem Architectum* (2) appellet, cùm rationem ineundæ Sapientiæ, quæ Christi Ministrum deceat, (3) tradat, cùm Ephesios (4) moneat, *ἀκριβῶς περιπατεῖν, μὴ ὡς ἄσοφοι, ἀλλ' ὡς σοφοὶ, cautè ambulare, non quasi insipientes, sed quasi Sapientes?* Cùm Colossensibus Sapientiam à Deo precibus (5) postulet, quos etiam (6) provocat ad docendum, & commonendum in omni Sapientia, quemadmodum mox & Timotheum præsentissimè (7) provocat? Neque obstat à Paulo sæpe, quemadmodum & in Hagiographis alibi, sapientiam damnari, ut manifestum est ex iis, quæ scribit (8) Romanis, (9) Corinthiisque. Nam duplicem Sapientiam, Scientiamque geminam esse unus Margunius ignoraverit, quarum altera profana est, qualis Ethnicorum, quæ dum Intelligentiæ mortalis confisa viribus Deum in his, quæ videntur, inquirit, non per ea, quæ facta sunt, supra ea, quæ facta sunt, omnium, quæ facta sunt, Authorem intellexit Deum; sed inter facta factorum causam stultè philosophata, ex iis, quæ facta sunt, aliqua dum falsò Divinitatis nomine consecrat, exocravit, translata nimirum ad insipientiam Sapientia, quam jactat. Altera Sacra est, quæ utcunque plurimis liberalium Artium ornamentis instructa, non tamen iisdem innixa, sed cælesti lumine afflata quæsivit in Omnibus, quod in Omnibus, supra Omnia, Numen assereret, ut non sit in his, quæ videntur, quod, quæ videntur, effecit; ut non adoretur in aliquo, quod in omnibus est, omnia circumplectens immensum, omnia agens non actum, omnia movens immotum, beatumque in se, omnia extra se beans, nec aliter intelligendum ab hominibus, quàm si se non penitùs intelligere, quod intelligunt, sapientissimè fateantur; translata itidem ad Sapientiam inscitia, qua maximè sapiunt. Ita profana Sapientia per Sapientiæ nomen ad Insipientiam it, Sacra vero per nobilis Ignorantiæ decus certissimè Sapientiæ conditionem, nomenque nanciscitur. Quò fit, ut profanam Sapientiam Paulus (10) stultitiam vocet, Sacram (11) ignorantiam, quæ maximè sapit, Sapientiam (12) appellet, quam nimirum Ministris Christi ubique ingerit, cùm Sapientiam profanam explodit, ratus & veram Sapientiam esse eam, quæ Deo, qui falli non potest, Sapientia est, & eam insipientiam esse, quæ stultitia est apud Deum. Hanc scilicet, quà liberalibus Artibus perornatam, quà immissis divinitus cognitionibus circumfusam commune Ecclesiæ utriusque Suffragium ab eo exposcendam edicit, qui ad Sacra provehitur, hanc vult ad Sacras Dignitates admitti, ne aut lux otietur sub modio, aut tenebræ evehantur ad Candelabrum, quæ si tantopere Margunio, placent, quid mirum, si nec obvia, atque perspicua Apostoli Verba miser intelligit?

(1) *Ad Rom. cap. ult. n. 19.* (2) *1. Ad Corinth. c. 3. n. 10.* (3) *Ibid. n. 18.* (4) *Ad Ephes. c. 5. n. 15.* (5) *Ad Coloss. ca. 1. nu. 9. & seq.* (6) *Ibid. c. 3. n. 16.* (7) *2. Ad Timoth. c. ult. n. 2. 3.* (8) *Ad Rom. c. 8. n. 7. c. 11. n. 25.* (9) *1. Ad Corinth. c. 1. n. 19. 20. 22. & ca. 3. n. 19.* (10) *1. Ad Corinth. c. 3. n. 19.* (11) *1. Ad Corinth. c. 1. n. 18. & seq.* (12) *Ibid. per tot.*

X. Nempe idoneos nos fecit Ministros novi Testamenti *οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος, non literæ, sed Spiritus*, quam vim verborum, ut Græcum decebat, si sensisset Margunius, non ibi de literis, ut ad scientias pertinent, agi dixisset, sed vel de negotiis hominum curæ subjectis, vel de rudi Legum scriptarum interpretatione, vel denique de observantia literali, ut ajunt, cæremonialium præceptorum, ut Patres (1) variè proponunt. Neque enim Ministros suos Christus adsumpsit ad profana negotia, vel Legis Mosaicæ rudi interpretatione propositæ, jussarumque Judæis Cæremoniarum addixit obsequio, imò docuit, earum multa negligere, plura explicare, quando litera occidit, hoc est verba Legis Synagogæ imperantis, ut sonant accepta, ad litteram intellecta, pinguique, ut mos erat Judæis, Minervâ proposita, nec Veritati plerunque congruunt, & Christianam religionem impugnant, quam scilicet operosè tuentur, & propalam augent, si Spiritus illa vivificet, hoc est ad genuinum sensum ex mente dicentis, verèque sapienti explicatione ad Veritatis normam expressa Populorum animis illabantur. Hæc germana, hæc certa, hæc unica verborum sententia, Marguni, quam ne solitus Sanctissimos Patres contemnere Supercilio Photiano despicias, à Photianorum Heroe desumpsimus. Palamas (2) enim hæc scribit. *Οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος*

(1) *Vide Cornel. à Lapide in 2. Epist. ad Corinth. et Magr. ubi supra.* (2) *Orat. 2. de lumine Thabor.*

ἐστὶ τὸ ἑρμηνεύειν τὰς θείας γραφάς. ἢ ταύτας εἰ διὰ γράμματος ἐξηγησόμεθα, πολλὰ φαῦλα, ἢ αἱρετικὰ τῆς ὀρθοδοξίας προθήσομεν. Διὸ ἡ Σάλπιγξ τῆς ὀρθοδοξίας ὁ Παῦλος, οὐ γράμματος, ἔφη, ἀλλὰ πνεύματος. τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ. τουτέστι, σοφίαν, ἢ ἀγχίνοιαν ὀφείλομεν ταῖς γραφαῖς, ἵνα οὐχ ὑλικὸν γράμμα ἀκούωμεν ἀσόφως, ἀλλὰ σοφῶς διὰ πνεύματος τὸ πνευματικὸν τῆς γραφῆς σημαινόμενον καταλάβωμεν. *Non littera, sed spiritus est explanare Sacras Scripturas: has si littera explanaverimus, multa inepta, & haeretica orthodoxiae proponemus. Quare Tuba rectae fidei Paulus, non littera, inquit, sed Spiritu; littera enim occidit, Spiritus autem vivificat, hoc est: Sapientiam, & acumen ingenii debemus Scripturis, ut non materialem litteram audiamus insipienter, sed sapienter per Spiritum Spiritalem Scripturae significationem percipiamus.* Audin' Marguni, teste Palama tuo, sapientiam, non ignorantiam iis Pauli verbis commendari? *Sapientiam* inquit. An hoc solùm? Imò & *acumen ingenii* Sacris debemus Paginis. Si Sapientiam debemus Sacri Ministri, non igitur nos decet Ignorantia: non igitur Sacris Ministris Ignorantia maximè consentanea. Si littera pinguem, ac stupidam Scripturarum notitiam, Spiritus verò, sapientem, argutam, ingeniosamque earundem cognitionem significant; qui nos fecit idoneos Ministros non littera, sed spiritu, is profectò nobis necessariam Scientiam fecit, nobisque penitùs alienam voluit Ignorantiam.

XI. At Apostolos rudes literaturae omnis corporatum Numen adsumpsit. Scilicet ut non ante initiaret, quàm penitùs & publicis, & privatis, arcanisque Sermonibus institueret. Apostolos ad Sacra provectos in ipsa postrema Christi Coena nemo est, qui non asserat, ut benè notat (1) Baronius. Quantis documentis per triennium integrum Christus egerit, ut ad dignam Sacro Ministerio scientiam pervenirent, constat passim ex Euangeliis. Quin & initiatos quàm longâ Oratione res miras, divinasque docuerit, narrat accuratè (2) Joannes. Eosdem licèt jam Sacris admotos abstinuisse se Ministeriis Sacris, donec (3) ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου, *repleti sunt omnes Spiritu Sancto*, qui est *Spiritus* (4) *Sapientiae, & Intellectus*, manifestum est ex iis, quae sequuntur, (5) verbis: ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου, ἢ ἤρξαντο λαλεῖν: *repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & coeperunt loqui*, quasi receptâ cum divino illo Spiritu Sapientiâ, tunc demum dignum Sacerdote munus aggrederentur. Quis, haec qui norit, exemplo Apostolorum Ignorantiam Sacris obtrudat? An tibi ignorasse videtur Petrus, cui (6) non caro, & Sanguis, sed Pater ipse caelestis arcanum indicaverat corporatae Divinitatis? An ii rudes, rerumque ignari dicantur, quos (7) Christus ante, quàm Sacris admoverentur ad Veritatem promulgandam Populis designavit? Queis (8) *datum est nosse Mysterium Regni Dei*, num aliquis Scientiae expertes, ac penitùs illiteratos affirmet? Piscatores audis lectos, ut discerent, non ut ministrarent; audi Discipulos ad Sacra provectos, ut, qui didicerant, sacrarentur. Ita lecti, ut arcanis admoverentur Sacrorum, non tamen ante sacra Dignitate donantur, quàm Sapientiâ imbuti tantae Dignitati censeatur idonei, ut his exemplis Orbis Christianus agnoscat; & ignorantiam ineptam Sacris Muneribus, & illiteratos ab Ordinibus homines esse rejiciendos.

(1) *Ad an. Chri.* 34. n. 45.
(2) *Joan.* 13. à n. 3. & 4. cap. *seqq.*
(3) *Act.* c. 2. n. 4.
(4) *Eccli.* c. 15. n. 5.
(5) *Act.* d. c. 2. n. 4.
(6) *Mat.* c. 16. nu. 17.
(7) *Mat.* c. 10. n. 5. *Luc.* c. 3. num. 14. *Marc.* c. 4. 9. n. 2.
(8) *Luc.* c. 4. n. 11.

XII. Qua ratione nihil Margunianae Ignorantiae proderunt petita ex Nicolao, & Spiridione, aliisque exempla notissima. Nam translativum est nec Latinis modò, sed Graecis, & in primis Photianis ipsis notissimum, quod rarò accidit, nec Legem esse, nec posse quidquam in Legem. Etenim, cùm rarum sit, non obtinet, ut Lex sit, cùmque ex raris consuetudo oriri non possit, consequens est, ut rara Legem nequeant abrogare. Hinc ipse Photius (1) in sua illa Pseudo-Synodo, quam loco Synodi Octavae Photiani religiosè venerantur; ἀλλὰ τὸ σπάνιον, inquit, ἐκκλησίας νόμον τῆς ἐκκλησίας τιθέμεθα, *Id tamen quod rarò evenit, legem Ecclesiae nequaquam statuimus*. & (2) Balsamon τὸ σπανίως γινόμενον, ait, νόμος τῆς ἐκκλησίας οὐκ ἔστι. ὥστε τούτῳ ἀκολουθεῖν ἡμᾶς καὶ ἐσαῦθις. *Quod rarò fit, non est lex Ecclesiae, ut nos id etiam deinceps sequi oporteat.* His consonant à Zonara (3) tradita. Τὸ σπανίως συμβὰν νόμον τῆς ἐκκλησίας τιθέμεθα, ὥστε τούτῳ ἀκολουθεῖν. *Quod haud ita saepe accidit, id nos pro lege, quam sequi deceat, accipi nequaquam jubemus*: iisdemque quod conficit (4) Aristenus: ὁ νόμος τῆς Ἐκκλησίας τὸ σπάνιον: *non est Lex Ecclesiae, quod rarò fit*. Quare Matthaeus (5) Blastarius de Baptismo per Athanasium adhuc puerum collato disserens, egregiè concludit: Εἰ δέ τις ἀνθυποφέρει τὸ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἔτι παιδὸς ὄντος γεγονός, ἐνθυμείσθω τὴν κανονίζουσα (Legendum cum (6) Allatio) διανοίζουσα πολιτικὸν νόμον, ὅτι τὸ παρὰ Κανόνας, οὐχ ἕλκεται εἰς παράδειγμα, καὶ ὁ νόμος ἐκκλησίας τὸ σπάνιον. *Quod si quis objecerit Magni Athanasii adhuc pueri factum, meminerit, politicam legem decernere: quod praeter Canones fit, non esse trahendum ad exemplum; neque enim Ecclesiae legem esse, quod rarò fit*. Neque hi soli vel Photiani, vel incertae fidei Authores, facta, quae rarò contingunt, ad exemplum trahenda non esse, decernunt. Graeci ipsi, iidemque toti Graeciae venerabiles idipsum confirmant. Ex innumeris unum atque alterum seligo Tarasium, & Damascenum. (7) Tarasius: εἰ δὲ, ait, ἢ σπάνιον γίγνεται, ὁ νόμος ἐκκλησίας τοῦτο. *Quod si rarò gestum est, non tamen confestim Legem in Ecclesia constituit*. Damascenus (8) verò, οὐ τὸ σπάνιον, inquit, νόμος τῆς ἐκκλησίας, ὡς μία χελιδὼν ἔαρ ποιεῖ, ὡς καὶ τῷ Θεολόγῳ Γρηγορίῳ, ἢ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ. οὐδὲ λόγος εἷς δυνα᾽ται ὅλης τῆς ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ γῆς περάτων μέχρι τῶν αὐτῆς περάτων ἀνατρέψαι παράδοσιν. *Quod rarò fit, Lex Ecclesiae non est, neque hirundo una ver facit, ut & Gregorio illi Theologo, & Veritati videtur; neque unius oratio tanti est, ut totius Ecclesiae ab Ortu ad occasum propagatae morem possit evertere.*

XIII. Quid, quòd non in Ecclesia dumtaxat hoc verum, sed & in ipsa civili Republica, quemadmodum Alexius (1) Comnenus Imperator fassus est: εἰ δ᾽ ἔστι, ait, ἢ τοιοῦτό τι ξυμβέβηκεν, ὦ γύναι, οὐ νόμον, ὦ γύναι, τὸ σπάνιον ἡγήμεθα. *At, ut aliquando tale quidpiam acciderit, quod rarò factum est, Legem nos, mulier, haudquaquam censebimus.* Quinimò hocce ipsum non in legibus modò, verùm etiam in aliis quibuscunque rebus negotiisque verissimum est, atque omnino constitutissimum; ut nimirum, quod ad plura utiliùs

(1) *Can.* 17.
(2) *In d. Can.* 17.
(3) *In eundem Can.*
(4) *In Nomoc.*
(5) *In Nomoc.*
(6) *l. libr. de Interstitiis.*
(7) *Epist. ad Jo. Anachoretam in fin. VII. Synod.*
(8) *Orat.* 1. *de Imagin.*
(1) *Penes Nicet. Choniaten. in Jo. Comneno n.* 2.

pro-

Digitized by Google

protenditur, eligamus. Nam, ut eleganter docet (2) Isocrates: Χρὴ τὸς εὖ φρονοῦντας, ἐπειδὴ τὸ μέλλειν ἀεὶ συνιέναι οὐ κατορθοῦμεν, τὸ πολλάκις ὠφελοῦν τοῦτο φαίνεσθαι προαιρουμένους. *Est hominum cordatorum, quoniam, quod profuturum sit, non semper prospicimus, quod frequentiùs prodest, id amplecti.* Quare optimè Artemidorus (3) Daldianus affirmatè asserit: Δεῖ, μὴ ἀπὸ τῶν σπανίων, ἀλλὰ τῶν ἐπὶ πολὺ, πάντων τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι. *Oportet non à raris, sed ab iis, quæ ut plurimum accidunt, omnium judicium facere.* Quod pressiùs dixit Jurisconsultissimus inter Nostros (4) Tipucitus. οὐ σκοπεῖται δὲ τὸ τίμημα ἀπὸ τοῦ παρεχέσματος, καὶ ἀδήλως συμβαινόντων. *Censendum non est ex improvisò, & rarò accidentibus.* Et elegantiùs de Amoris natura philosophatus (5) Eumathius: ἂν δὲ ὑπὲρ τὰ ἐσκεμμένα πλεῖ, τυραννὶς τὸ πρᾶγμα. ἂν ἐπιδύνας ἔσχε πολλάκις ἐκράτησε παρ' ἡμῖν, οὐ νόμος τὸ σπάνιον. *Nam, si ultra præscriptos terminos progreditur Amor, Tyrannis est: quòd si non sæpè nos subegerit, ex his, quæ rarò contingunt, Jura minimè constituuntur.* Hinc L. Cornelius (6) inter Latinos suo ævo Jurisprudentissimus anceps secum ipse considerabat: πῶς ἂν ἀληθῶς γένοιτό τι τῶν ὑπὸ τοῦ δήμου ψηφιζομένων κύριον, ἐὰν μὴ κατὰ νόμον γίνηται; *Quomodo aliquid eorum, quæ à Populo decernuntur, verè ratum sit, nisi sit ex Legis præscripto?* quasi facta contra Leges obesse non possent Legi: & Taurus (7) Philosophus fatentem crimen adolescentem, adorsumque crimen tueri ex more, exemplis, atque consuetudine, hac Demosthenis sententia non sine vehementi objurgatione compressit. Σὺ δὲ μὴ λέγε, ὡς γέγονεν οὕτω πολλάκις, ἀλλ' ὡς προσήκει γίνεσθαι. οὐ γὰρ, εἴ τι ποτὲ κατὰ τοὺς νόμους οὐκ ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἑάλω, σὺ ταῦτα οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως, ἂν σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος οὐ γράψει. *Non enim, si quid aliquando contra Legem actum est, tuque id imitatus es, propterea jure queas evadere. Quin imò eò magis idcirco in te statuendum est. Ut enim, si prius in aliquem foret animadversum, tu minimè hæc scriberes, ita, si ipse in præsentia punieris, nequaquam deinceps alius hæc scribet.*

XIV. Hæc tam plena, tam certa, tam repetita, quæ Latina non sunt, Græca sunt, magnâque ex parte Photiana, quid aliud agunt, nisi, ut Margunii stoliditas manifestiùs appareat, qui paucis exemplis Ecclesiæ Morem, Ecclesiæ Suffragium, Ecclesiæ Legem de repellendis ab Ordine illiteratis hominibus corrumpere, evertere, abrogare contendit? Quasi verò & exempla illa, tametsi pauca, idipsum, quod affirmamus, non confirment robustiùs. Quid? Ex illis ipsis exemplis sic licet arguere. Ea vel ex necessitate facta, vel ex Numinis ipsius jussu per Apocalypsim interposito, vel ex libidine eorum, qui Sacris initiabant. Si ex hac, quis non videt nulla esse? nam quæ contra Jus fiunt, debent utique pro infectis haberi semper, quod attinet ad exemplum, quandoque etiam, quod attinet ad effectum, ut egregiè (1) Jura constituunt. Si verò ex necessitate, vel Apocalypsi, qualia sunt pleraque à Margunio proposita, quamvis veneranda omnibus, omnibus admiranda, non imitanda tamen, nec ad instar exempli trahenda. Juris enim hæc regula (2) est, quæ decernit, *ea, quæ à Jure communi, exorbitant, nequaquam ad consequentiam esse trahenda.* Itidemque (3) illa: *in argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando concessa sunt.* Quod patet in privilegiis, quorum Natura Legi cùm privatis in causis deroget, ad exemplum trahi non potest. Patet in Alienatione rerum Sacrarum, quæ propter necessitatem concessa, Jure (4) interdicente, ad exemplum deduci non potest. Et ratio, ut ajunt, à priori deducta, est; quoniam exemplum argumentationem inducit à simili, ut licere videatur, quod in simili licuit: At à simili argumentatio invalida est, cùm utrinque non est similitudo numeris omnibus absoluta, id Glossa (5) & acutè, & planè evidenter confirmante. Non est autem similitudo ejusmodi, cùm altera ex parte necessitas, vel Apocalypsis, aliave causa Legis severitatem imminuens adest, quæ abest ab altera parte. Unde colligitur non posse ad exemplum deduci, quæ propter necessitatem concessa, vel ex Apocalypsi facta Legi derogasse videntur, cui nimirum adeò illa non obsunt, ut eam exceptione ipsâ peculiari confirment. Stet igitur nulla Photianorum labefactandum injuriâ ratum, certumque Græcorum, Latinorumque suffragium, repellens ab Ordinibus Ignorantiam, quæ nunquam Ecclesiæ profuit, quam Dei Sapientia divinis æternùm victuram documentis instituit, quamque nequicquam Ignorantia vafra Margunii concutit, quippe in ea petrâ fundatam, quæ lapis angularis est inconcussæ stabilitatis. Huic quid obfuerint insulsa Margunii Epiphonemata? Scilicet, ut ut Veritati ea obstrepant, ea Veritas deridet, ac despicit secura imprudentiæ, quam Historiæ fœderata Experientia communi calculo damnat. Quid enim Sapientia Majorum nostrorum toti Ecclesiæ contulerit, notum est: quid Ignorantia Photianorum Sacra tractantium damni, atque exitii Ecclesiæ intulerit nostræ, heu nimium infeliciter experimur. Cui sanè nemo usquam profuturas suppetias feret, ni barbaram olim, nunc, proh dedecus! Photianismo latè grassante, indigetem Græciæ Ignorantiam à Sacris expulerit. O Græciam felicem, si redux in te Tua illa Sapientia reverterit, cujus exilio, Te interim misera, felices sunt alii! Hanc igitur, ò dilecta, ò tui nondum oblita, ò mea Græcia, hanc, inquam, à conterminis Italis pete. Quid? hanc exigito. Tua est, quam petes. Utcunque à quocunque Sapientiam petes, non mendicabis propterea: Tua est, ubicunque est, Sapientia, hancque cùm petes, repetes tuum, quando, quidquid est usquam Sapientiæ, vel tuum est, vel certè sua Tibi accepta refert initia. Nec verendum, ne inficias eant. Negabunt hercle tibi pernecessariam, fortassis & debitam Charitatem, negabunt Beneficentiam, Patrocinium, Auxilium tibi afflictæ, ac penè semineci denegabunt: at Sapientiam negare non poterunt. Eam velis modò, ac præsertim in iis, qui Sacra administrant, quorum præcipua laus, quibus certissimum decus, ac præsens ex Sapientia utilitas.

(2) *Orat. Social. pro Pace.*
(3) *Onirocrit. li. 1. c. 47.*
(4) *Lib. 41. tit. 1. de falcidia.*
(5) *De Ismenia, & Ismenes amorib. l. 4.*
(6) *Penes Dionys. Halicarnas. Antiq. Rom. l. 11.*
(7) *Penes Gellium. noct. Attic. l. 10. c. 19.*
(1) *c. quæ cōtra de reg. Jur. in 6. c. imperiali 25. qu. 2. c. 2. de testib. c. nō solum de reg. in 6. l. non dubium Cod. de leg.*
(2) *C. quæ à jur. de reg. jur. in 6. L. quod cōtra rationē ff. eod.*
(3) *C. in argum. de reg. jur. in 6. l. quæ propt. ff. eod.*
(4) *L. sancimus ā. sep. Cod. de Sacros. Eccles. Gregor. Patrè, Harmenop. Hermopolit. & alii in novel. Leon. 12.*
(5) *In d. c. in arg. de regul. jur. in 6. sub init.*

Digitized by Google

SECTIO VIII.

De Neophytis:

SUMMARIUM.

I. *Neophytus rejicitur ab Ordinibus ex sententia Latinorum.*
II. *Ignorantia est mater Superbiæ: ubi explicatur locus Apostoli.*
III. *Quæ nam Scientia inflet ex mente Apostoli?*
IV. *Ecclesia repellit Neophytos ab Ordinibus. Referuntur ineptiæ Photianorum.*
V. *Respondetur Meletio P.*
VI. *Respondetur Margunio, & asseritur in Ecclesia potestas dispensandi.*
VII. *Defenditur à Calumnia Margunii Clemens VIII.*
VIII. *Neophyti rejiciuntur à Dignitatibus etjam laicis.*
IX. *Ad quem pertineat judicare de Neophytis.*

I. EO, unde me æstus amoris abstulerat, redeo. Ignorantiam abigendam à Sacris ostendi. Porro triplex est ignorantia, alia litterarum, Rei Christianæ altera, Tertia denique Rei Ecclesiasticæ. Illiteratos ab Ordinibus repellendos evictum est: rei etiam Christianæ perparum gnaros eodem interdicto teneri, manifestum erit ex eo, quod Neophyti ab Ordinibus repellantur. Et Clinicos hercle, eos nimirum, qui urgente vel morbi gravissimi, vel etiam Mortis necessitate decumbentes in lecto, lustralibus aquis intingebantur, ut ex (1) Cypriano, & ex epistola (2) Cornelii Pontificis ad Fabium Antiochenum explicat eruditè (3) Cabassutius, repulsos à Sacris olim, testis est (4) Eusebius. Imò eosdem ab Ordinibus rejicit (5) Trullana Synodus ex recensione (6) Harmenopuli dicens: Ὁ διὰ νόσον φωτισθεὶς πρεσβύτερος μὴ γινέσθω, *qui propter morbum illuminatus est*, intellige per Baptismum, *non fiat presbyter*. Quorum tamen repulsa nihil attinet ad id, quo de agimus, cum Clinici repulsi videantur in pœnam criminis, dilatæque Christianitatis. At hìc de ea repulsa sermo est, quæ datur vel innocenti. Quare videant Photiani, quid momenti afferat rei, quam tractamus, argumentum deductum à Clinicis, quo uno (7) Balsamon hanc Irregularitatem constituit. Nos Neophytos repellendos asserimus universim Juris utriusque Græci, ac Latini authoritate. Nam Latinis id in primis interdicit (8) Innocentius I. his verbis: *miserum est, cum fieri magistrum, qui necdum didicit esse discipulus*. Deinde (9) Gregorius Magnus, cujus effato idem Juris est & de Neophyto Monachismi; quare Fortunato Episcopo Neapolitano scribens apertè docet, *neminem ad religionem conversum ante biennium esse detondendum*. Itidem Arelatense (10) Concilium II. vetat, manus imponi Neophyto ad ministerium, aut Sacerdotium; quod confirmat (11) Siricius, fas esse negans, Neophytos ad Sacra provehere: cui subscripsere (12) Zosimus, & (13) Urbanus Pontifices, arbitrati non nisi callidos rei Christianæ admittendos ad Sacra. Unde promiscue Theologi, Jurisque periti idipsum constituunt ex (14) Jure, Jo. (15) Friburgo, (16) Azorius, (17) Turrecremata, (18) Ripa, (19) Decius, (20) Hojeda, (21) Lambertinus, (22) Covarruvias, (23) Marquardus, (24) Campanilis, (25) Majolus, atque (26) Ricciullus, quorum suffragium Ecclesia nostra non sequitur, sed prævertit, ubique constantissimè docens, abstinendos à Sacris Neophytos, Id scilicet illam primam omnium Ecclesiarum docuit Apostolus, & Græco, & Græci Ritus Antistiti (27) Timotheo scribens: μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου. *Non Neophytum, ne in superbiam elatus in judicium incidat, & laqueum Diaboli*. Quæ Apostoli ratio, si benè, acutèque illam rimabimur, Neophytum propter Ignorantiam rei Christianæ ab Ordinibus rejicit. Nam Ignorantia in unoquoque genere, in quo est, superbiam facit: quia ex se Ignorantia Superbiæ mater est. Quapropter nil mirum, si Neophyto Superbia timetur, in quo certa est rei Christianæ Ignorantia.

(1) Lib. 4. Ep. 7. & 76. ad Magnū.
(2) Apud Euseb. li. 6. hist. c. 35.
(3) In notit. Côc. in 12. Can. Neocæsariens. Côc.
(4) d. li. 6. c. 33.
(5) Can. 13.
(6) In Epit. Can. Sect. 2. tit. 1.
(7) Ad Can. 13. Trullan.
(8) Ep. 12. ad Aurelium.
(9) Lib. 7. Ep. 111. refertur in c. ult. 48. dist.
(10) Can. 1.
(11) Ep. ad Univers. Orthod. 3.
(12) Cap. 3. 59. dist. refert Rom. sing. 416.
(13) In c. si officia. 59. dist.
(14) In c. Neophytus 61. dist.
(15) In Sum. Cō. sess. li. 3. tit. 24.
(16) Inst. Moral. l. 4. c. 2. q. 2.
(17) In c. 21. 48. distinct.
(18) In c. eam te n. 31. vers. 3. respondet de rescript.
(19) In d. c. eam te n. 32.
(20) De Incompatib. p. 1. c. 24. n. 3.
(21) De Jurpatr. 1. p. 1. 2. q. 7. ar. 4.
(22) In d. Clem. si furiosus. p. 1. nu. 6. n. 7. §. 2. ver. 2. conclus.
(23) De Judæ. pa. 3. c. 5. n. 8.
(24) In rubr. Canon. rubr. 11. c. 7. n. 1.
(25) De Irregul. l. 1. c. 31.
(26) De Neoph. c. 3. n. 1.
(27) 1. ad Timoth. c. 3. n. 6.

II. Quòd autem Ignorantia ex se Superbiæ sit mater, quamvis paradoxum videri possit, certissimum erit consideranti naturam ipsam superbiæ, quæ, ut cum (1) Socrate philosophemur, ἐπιθυμία ἐστὶ δι' ἀκρασίας ἐπὶ τὸ πλέον τῆς τιμῆς ἀνάγουσα τὸν ἐλάττονα. *Affectio est animi, qua fit, ut se quis pluris habeat, quàm re ipsa sit*: quare non nisi ex ignorantiâ sui, rerumve oriri potest. Hinc (2) Sophar Naamathites: *vir vanus*, inquit, *in superbiam erigitur*, quam sententiam obscurè Græca sic interpretatio proponit: ἄνθρωπος δὲ ἄλλως νήχεται λόγοις. & (3) Parœmiastes: ἐκ στόματος ἀφρόνων βακτηρία ὕβρεως: *in ore stulti virga Superbiæ*: mox addit (4) θρασὺς, καὶ ἀλαζὼν, καὶ αὐθάδης λοιμὸς καλεῖται. *Superbus, & arrogans vocatur indoctus*. Et qui ἄφρονας *insensatos* (5) se dicunt, fatenturque, Ὅτι ἐπλανήθημεν ἀπὸ ὁδοῦ ἀληθείας, καὶ τὸ τῆς δικαιοσύνης φῶς οὐκ ἔλαμψεν ἡμῖν, καὶ ὁ ἥλιος οὐκ ἀνέτειλεν ἡμῖν, τὴν δὲ ὁδὸν κυρίου οὐκ ἔγνωμεν: *errasse à via Veritatis, nec sibi Justitiæ lumen illuxisse, aut solem Intelligentiæ fuisse ortum; viam denique Domini ignorasse*, ii præcipue de Superbia queruntur (6) sua. Nec injuria: Etenim neque potior, neque certior Ignorantiæ effectus Superbiâ, quæ nimirum Ignorantiâ stat, quemadmodum Ignorantiâ progignitur. Nam, si sapientis (7) effato, στόμα ταπεινῶν μελετᾷ σοφίαν, quæ Latinus Interpres reddidit; *ubi est humilitas, ibi est Sapientia*: consequens est, ut ibi superbia sit, ubi Ignorantia, quam eo in loco, & passim Sapiens ex effectu nominat ὕβριν *contumeliam*, quasi non Ignorantia simplex sit, verùm & turpis, & manifesta Ignorantia, tantæque turpitudinis, ut ad instar Contumeliæ superbum dedecoret. Quapropter Græcorum sapientissimus olim oraculo Phœbi habitus Socrates tunc hercle supremum Sapientiæ suæ documentum edidisse censetur, cùm (8) dixit: *hoc unum scio, quia nihil scio*: Τοῦτο μόνον οἶδα, ὅτι οὐδὲν ἐπίσταμαι: Et notissimi illi Sapientes, qui septeno in numero à Græcia nostra jactantur, non alio argumento magis sapientiam suam testati sunt, quàm cùm fassi à se plurima igno-

(1) Penes Planud. in Adag. cent. 1.
(2) Job. c. 11. n. 12.
(3) Prov. c. 14. n. 3.
(4) Prov. c. 21. n. 24.
(5) Sapie. c. 5. n. 4.
(6) Ibid. n. 8.
(7) Prov. c. 11. n. 2.
(8) Penes Plan. d. cet. 1. Adag.

rari, pari sumptu, unaque sententia Tripodem aureum Ignorantiæ sacravere. Quam deinceps modestiam quicunque inter Nos maximè sapuerunt, mirificè dilexere, ut notæ sint & lacrymæ Heracliti, & Democriti risus, hujus deridentis eos, qui doctum ipsum, ac summum Philosophum appellarent, illius, Ignorantiam suam luctu perpetuo deplorantis. Cui exemplo persimile quidpiam narratur de Anaxagora, qui, licèt acutissimi visus, vitreis orbiculis, quos vocant specilla optica, utebatur, facetè asserens, vix ita mentem suam ab Ignorantiâ tutam. Quæ omnia vide à Josepho (9) Maraviglia importunè congesta. Adeò verum est, ex sapientiâ modestiam esse, ex ignorantiâ superbiam. Id, quod experientia ipsa nos docet. Hoc nimirum perspicuum est, quos sapientissimos novimus, eosdem & nobilissima quodam Christiani animi demissione præclaros haberi, contra tumidos, pervicaces, & fœda superbiæ minimè tolerandæ labe deterrimos, quos scimus ignorantissimos. Quid de se ipsis, quàmque modestè Majores nostri Sanctissimi, doctissimi senserint, palam eorum Scripta testantur: quid sentiant de se ipsis insulsissimi Photiani, sæpè non sine risu, quandoque cum stomacho, sæpissimè cum commiseratione cognoscimus. Illi maxima minimo, seu potiùs nullo fastu Posteris tradidere, hi, mirum est, quot ineptias, quantasque, quotâ, quantàque proterviâ proferant, ausi omnes contemnere, sensa Paginarum Sacrarum, Patrumque se solos nosse fateri, cùm Medius fidius vix legere norint, aut scribere: ut hinc apertissimè pateat, quantò quis à Sapientiâ longiùs abest, eò magis tumidum; tantòque propiùs adhæsurum modestiæ, quantum se se abstinuerit Ignorantiâ.

(9) *Libell. de error. Sapient. vel de Error. literator. Error. 1. in ipso init.*

III. Neque officit ejusdem (1) Apostoli nota sententia dicentis: *ἡ γνῶσις φυσιοῖ*: *Scientia inflat*. Nam ibi Magister Gentium scientiæ nomen ad opinionem Scientiæ produxit: Addit (2) enim. *εἰ δέ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε, καθὼς δεῖ γνῶναι*. *Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognovit, quemadmodum oportet eum scire*: Quasi dixerit: qui se scire existimat aliquid, hoc ipso quid sciat, ignorat, inflaturque ridendo tumore, qui nihil aliud est, nisi rei tumentis extra locum sibi debitum extensio. Opinio enim ipsa sciendi ignorantiam sui facit, hæc autem Superbiam. Scilicet ignoratione Ignorantiæ suæ fit, ut se ipsos qui existimant doctos, superbiant; non equidem superbituri, si se ipsos agnoscerent. Potuit etiam scientiæ nomine prophana scientia Pauli verbis significari, qua nempe ea vestigamus omnia, quæ ad nos minimè pertinent, maximi facientes, quod nihil interest, cùm Superstitiosè dedignemur ad ea mentis aciem intendere, quæ si videremus, nosceremusque, profectò demissiùs de nobis ipsis, certè modestissimè sentiremus. Quid ipsi Paulo evenerit, novimus, cùm (3) subitò *περιήστραψεν αὐτὸν φῶς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν ἤκουσε φωνήν*: *circumfulsit eum lux de Cœlo, & cadens in terram audivit vocem Christi loquentis*, De se ipse (4) testatur, visum à se tunc Dominum: quasi Visio cœlestium, quæ vera, & summa scientia est, in eo esse non possit, qui non sit passus nobile ejusmodi præcipitium, quo nimirum nobis Christiana significatur humilitas, quæ cum vera Scientiâ stat, quando Apostolus tunc primùm scire, hoc est nosse cœlestia cœpit, cum primùm fortunatissimo lapsu Veritatis disciplinam exhausit.

(1) 1. *Ad Corinth. c. 8. n. 1.*
(2) *Ibid. n. 2.*
(3) *Act. c. 9. nu. 3. & 4.*
(4) *Ibid. n. 27.*

IV. Sensus igitur Pauli edicentis (1) Ecclesiæ *μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου*: *non Neophytum, ne in Superbiam elatus in judicium incidat Diaboli*, hic germanus est, ac genuinus. Non esse Sacris initiandum Neophytum, propterea quòd, & scire eum aliqua oporteat, & quæ pertinent ad rem Christianam, scire. Hujus Tyronem ex profanâ scientiâ, & Sacra ignorantiâ facilè in superbiam efferri, atque inde in judicium labi Diaboli, & laqueum, qui arrogantiâ, protervia, demensque procacitas est, quarum causâ tumidissima tenebricosi Luciferi mens è Cœlo ruit in Tartara judicium passa, & laqueum nunquam scilicet finiendum, ut bene (2) Gratianus edisserit. Post Paulum Neophytos à Sacris Ordinibus arcendos decrevit (3) Apostolorum concors, atque una Sententia, cui consentanea tradidere Synodus (4) Neocæsariensis & post hanc (5) Nicæna I. & Synodus (6) Laodicena, quarum authoritate idem censuit (7) Trullana ex recensione (8) Harmenopuli: & vide (9) Baronium, ac (10) Cabassutium. Scilicet Synodus Trullana ex Harmenopuli recensione laudata sic habet: *χειροτονία ἐπ' ἀκροωμένοις μὴ γινέσθω*. *Audientium Ordinatio locum non habeat*: Audientes autem non Cathecumeni tantùm ii, qui Christianam religionem in Ecclesia docebantur, erant, verùm etiam ipsi, qui recens Baptismum inierant, ac nondum absolutissimè Christiana Mysteria didicerant, appellabantur; quòd adhuc in Ecclesia rem Christianam per Catechistas propositam audirent, ut eruditissimè explicat (11) Diplovatacius noster. Adeo Juri nostro consentaneum est, repelli Neophytos ab Ordinibus. Qua ratione idipsum affirmant Theodorus (12) Prodromus, Hierotheus (13) Protecdicus, Nicephorus (14) Patriarcha, Joannes (15) Monachus, quibus adde Photianos, Theodorum (16) Balsamonem, Macarium (17) Hieromonachum, (18) Zonaram, Mattheum (19) Blastarium, Alexium (20) Aristenum, quorum testimonia, quæ tædio legentium consulentes omisimus, qui percupit, ei fas erit accuratè relata cognoscere penes (21) Diplovatacium. Non igitur audiendus Meletius (22) P. Alexandrinus *ὁ τῆς κακῆς μελέτης ἐπώνυμος*, qui licèt fateatur, more Ecclesiæ repelli à Sacris Neophytum, id tamen negat ita diligenter custodiendum, ut non liceat ex arbitrio Episcopi Neophytum ad Sacra provehere: quod more suo, contemptim probat exemplo Epiphanii, qui tametsi Hebræus ad Salaminiæ insulas Ecclesiæ, plaudente orbe Terrarum evectus est: Unde ante Meletium occasionem arripuit (23) Margunius obloquendi, castigandique Latinos, admodum ridens Pontificum Romanorum dispensationes, præsertimque eam, quam eo ipso, quo Margunius scribebat, anno Clemens VIII. concesserat, cum ex Hebræo Christianum factum renunciavit Episcopum.

(1) 1. *Ad Tim. c. 3.*
(2) *In Summ. 48. dist.*
(3) *Can. Apo. 80.*
(4) *Can. 13.*
(5) *Can. 2.*
(6) *Can. 3.*
(7) *Can. 5.*
(8) *In Epit. Can. Sect. 2. tit. 1.*
(9) *Ad ann. 395. I Appen.*
(10) *In not. Conc. ad Syno. Laod.*
(11) *In Synops. Canon. ad Laodic.*
(12) *De Interpr. ad Can. Apost.*
(13) *Ad Can. Nicæn. c. 3.*
(14) *In Reg. regul. 19.*
(15) *In Can. 13. Laodic.*
(16) *Ad Can. 80. Apost. et ad 2. Cã. Nicæn. Conc. I.*
(17) *In Collectio. Canon. c. 101.*
(18) *Ad Can. 80. Apostol. & ad 2. Can. Nicæn. I.*
(19) *In Nomoc. Elem. λ. c. 1.*
(20) *Ad Can. 80. Apost.*
(21) *Ubi supr. eod. loco.*
(22) *In Adnotat. ad Can. Apost.*
(23) *Not. penult.*

V. Utrique scilicet respondendum, hæc antea refutatis esse similia, inepta, insulsa, absurda.

surda. Nam in primis, quod asseritur à Meletio, ex arbitrio Mystagogi posse Neophyto manus imponi, mirum axioma est in Photiano, qui quas dicimus, dispensationes, non admittit contra prescripta Oecumenicarum Synodorum, nedum Apostoli, quale hoc interdictum est ex hactenus disputatis. Mirum est etiam, quo mirum Axioma probatur exemplum: Etenim Epiphanius, licèt antea Judæus, à conditione Neophyti multis, ut Græci dicimus, absfuit parasangis. Non enim ad hanc sufficit, natum extra Ecclesiam fuisse, diuque vixisse extra ipsam Ecclesiam: opus est, recens ad Christi fidem conversus sit, qui Neophytus dicitur; ut ea ipsa τοῦ νεοφύτου, καὶ νεοφωτίστου. *Recens plantati, recensque illuminati* (nam utroque ad idem utimur nomine) Etymologia Photianis ostentat, quos pudet ulteriùs monere, linguam, quâ utuntur, intelligant, alioquin merituros ex (1) adagio, Τὸ ψιττακίζειν ἐν ῥήμασι, *psittacum imitari loquendo*; præsertim cùm idipsum Latinis translativum sit, teste cum (2) Turrecremata (3) Ricciullo. Quòd si Neophytus idem sonat, ac recens plantatus, recensque ad Christi fidem adductus, non is erit Neophytus, qui aut Judæus, aut Ethnicus fuit, sed is, qui recens ablutus aqua lustrali, desiit inter Catechumenos esse. Hinc verò falsò Epiphanius Neophytus audiet, qui, licèt ex Gente Judæa, & ipse olim Judæus, longè ante Ordines non Christo modò dederat nomen, verùm etiam diu cœnobiticam in Phœnicia fuerat vitam professus, quemadmodum Synaxaria (4) Nostris usitata, monstrataque probant. Quæ si Doctores Photianorum vel intellexissent lecta, vel toties lectorum meminissent, non hæc sanè tam inepta, ac Sacræ Vetustati injuriosa in medium protulissent. Minus dementiæ referunt, quæ (5) alii ex Ambrosio, atque Nectario, non tamen sapientiùs objiciunt, quorum alter inter Latinos catechumenus adhuc Ecclesiæ Mediolanensi præfectus est, ut præter (6) Jura testatur (7) Ambrosius ipse, & (8) Paulinus; alter vix accepto Baptismo inter Byzantinos Antistites adlectus est, ex iis, quæ refert (9) Allatius. Verùm & his abundè respondet (10) Nicolaus I. celeberrimus Pontifex Photium illis exemplis se se tutantem cùm justissimè objurgavit; & Nicolao ipso tacente Ordinationum, Electionumve illarum ratio satis ostendit, nihil inde posse deduci, quo de repellendis Neophytis commune utriusque Ecclesiæ Suffragium labefactetur. Nam primùm ubi Visum divinum intervenit aliquod, aut Apocalypsis miraculo manifesta, ibi legem Ecclesiasticam cessare ritè posse, perspicuum est: Deo nimirum de Legis severitate ex placito adorandæ Voluntatis, & Sapientiæ remittente. Quod vel Photianus Macarius (11) Hieromonachus adnotavit his verbis. Ὁ π΄ Κανὼν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, τὸν ἐξ ἐθνικοῦ φησι βίου, ἢ καὶ ἐκ φαύλης ἀγωγῆς προσελθόντα τῇ πίστει οὐ θέμις ἀξίως ἐπίσκοπον προχειρίζεσθαι. Οὐ γὰρ εἶναι δίκαιον τὸν μηδέπω πεῖραν δεδωκότα, εἴγε περὶ τὴν πίστιν ἔχει ὑγιῶς, καὶ περὶ τὸν βίον τὸ ἀνεπίληπτον, ἑτέρων καθίστασθαι διδάσκαλον· εἰ μὴ ἄρα κατὰ θείαν ἀποκάλυψιν ἡ χάρις ἐμφανῶς τούτῳ τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρίσειεν· οἷα δὴ καὶ τῷ σοφῷ Ἀνανίᾳ περὶ τοῦ μεγάλου ἀποκάλυψις Παύλου, σκεῦος ἐκλογῆς τοῦτον τῷ αὐτῷ χρηματίσαντα. *Octogesimus Apostolorum Canon, eum, qui ex ethnicâ vitâ, aut turpi vitæ instituto ad fidem accesserit, non esse fas, ait, statim in Episcopum adsumi. Neque enim æquum est, eum, qui nullum sui experimentum dedit, an fide sit integer, & circa vitæ suæ institutum an sit irreprehensibilis, aliorum sedere magistrum, nisi revelatione divina Gratia illi manifestè Episcopatum exhibeat. Quemadmodum & Sapienti Ananiæ de magno revelatum est Paulo, vas electionis Deo futurum.* Quæ postrema verba Photiani hominis Photianis supererunt, ne putent ad exemplum arbitrariæ, uti ajunt, Dispensationis, quæ cuique Episcopo concedatur, trahendam Ordinationem Ambrosii. Idem dicendum de Ordinatione Nectarii, quem constat lectum urgente necessitate, ac suadente hominis virtute conterendis Hæresibus, quæ undique grassabantur, idoneâ, ut contra immitem semper in Græcos Baronii (12) animum testatur (13) Nicolaus I. Quo fit, ut cùm necessitas nulli subjaceat legi, quippe se ipsa libertatem facit, ut Jura (14) ipsa concedunt, factum sub necessitate proponi tanquam exemplum nequeat iis, qui sine ulla necessitate contra Leges aliquid moliuntur. Adde id factum ab Oecumenica Synodo (15) Constantinopolitana I. quæ potestatem Legis cùm habuerit, quemadmodum & cæteræ Synodi Generales, potuit ritè veniam Ecclesiasticæ disciplinæ non sine causa concedere. Unde potiùs colligitur exemplo Nectarii, ex arbitrio minorum Antistitum non posse Neophytum Sacris initiari.

VI. Hinc etiam redarguitur stultissimus Margunii risus, in quo implicata impietati, atque Dementiæ nequitia est. Impietas sanè mira est, si Jus Indulgendi, sive, ut dicimus, dispensandi in Legibus Sacris Ecclesiæ denegetur, quæ certè cùm Leges à se conditas abrogare queat, potest earundem quandoque relaxare severitatem. Quod & aliquando factum ab Ecclesia nemo poterit inficiari, præsertim id Græcis insinuante (1) Trullana Synodo, quæ repetitis Canonibus, ut sibi videbatur ex causa, rigidam Ecclesiæ disciplinam remittit. Quòd si dispensandi Ecclesię potestas est, ea Romano Pontifici minimè deerit, in quo summa Ecclesiæ Potestas, si sapis, semper, si cum quibusdam rixæ placuerint, saltem extra Oecumenicam Synodum, certissimè residet, ut ex Nostris accuratè confirmat Gennadius (2) Scholarius Græcorum Patriarcharum penè dixerim postremus. Id scio Photiani recentiores negabunt. Qui tamen! Dii immortales? quos toties, & stultos, & impios, & ignorantissimos demonstravimus; cùm contra id affirment etiamnum, usurparintque olim (3) Gelasius I. ac Gregorius (4) Dialogus, ut sapientissimos omittam (5) D. Thomam, Abbatem (6) Panormitanum, Jacobum (7) Almainum, Felinum (8) Sandæum, (9) Jacobatium, (10) Turrecremata, (11) Bellarminum, quorum sententiam confirmant (12) Tarasius, Theodorus (13) Studites, Nicephorus (14) Patriarcha Divorum honores emeriti: Quin imò idipsum asserant Photianorum non pauci ex recensione Campanas (15) Canonarchæ, Arsenius (16) Chartophylax, Joannes (17) Monachus, Matthæus (18) Caleca, Meletius (19) Musuropulus, Antonius (20) Chrysochiras, aliique, qui duce

(1) Planud. in adag. cent. 2.
(2) In Sum. n. 2. 43. dist.
(3) De Neophy. cap. 1. in princ.
(4) Menolog. 9. Maii.
(5) Photius Epist. ad Nicol. I. relata in Orat. de Pace à Vecco Blastar. Elem. λ'. c. 1. Balsam. in c. 3. Laodic.
(6) in c. statuimus §. his omnib. et c. Neophyt. 61. dist.
(7) Epist. 82. ad Vercellē. et Ep. 55. ad Basil.
(8) In vit. S. Ambr.
(9) de Interst. è p. 165.
(10) Epist. ad Photium, quæ est 6. extat fragment. in 3 Syn. & Epist. 5.
(11) In Collectio. Canon. c. 161.

(12) Ad ann. 381. n. 69. & seqq.
(13) d. Ep. 5. ad Photium.
(14) C. cū. filium de obser. jejun. glos. in verb. expedire in l. 5. ff. de off. procons. & pen. in l. item quæ. vis ff. commun. divid. & in l. 1. verb. pecun. ff. de excus. tut. & in fin. in l. 1. Cod. de oper. libert.
(15) Vid. Sozom. li. 7. c. 10. & Bar. ubi supr.

(1) Can. 3. Can. 21. Can. 30.
(2) In expos. pro Syn. Floren. ca. 5. sect. 2.
(3) Epi. 1.
(4) Lib. 12. ep. 13. ad Felic. Episc. Siciliæ.
(5) Quodlibet. 4. art. 13.
(6) In c. significasti de Elect.
(7) De potest. Eccl. c. 14.
(8) In c. 1. n. 23. de constit.
(9) De Cōcil. l. 5. ar. 15.
(10) De Eccl. li. 5. c. 52. & seqq.
(11) De Rom. Pōt. l. 2. ca. 19. post init.
(12) In Synodic. suæ Assumpt.

duce naturâ vel inter Photianas tenebras cùm vidissent, nullam Rempublicam stare posse, quin sit in ea, qui Leges, quarum creberrima exceptio est, explicare, contrahere, quandoque etiam, causâ ipsâ præsentiùs postulante, remittere queat, eam potestatem vel in Canones arbitrandi Patriarchis omnibus detulere, quos inter cùm vel Photianorum sententiâ, saltem quod attinet ad Dignitatem, Romanus Pontifex habeatur, ritè colligitur, posse eum Leges Ecclesiæ pro ejusdem utilitate, mitissimâ relaxatione quandoque remittere. Hæc ut ex ipsâ Photianorum doctrinâ Photianos refellam; cæterum apprimè novi, constanterque confiteor, atque in loco evidenter ostendam, Romanum Pontificem supra Patriarchas & Dignitate, & Potestate esse, unde consisio, ejus esse Legum Sacrarum rigorem lenire, ac justâ dispensatione pro re, locoque, privatoque, ac publico ex usu temperare.

VII. Rideat proinde Margunius, barbatosque rictus sctis Ecclesiæ totius objiciat: Stulti censura cachinni, ut ait (1) ille, facilis cujvis est æquo animo hæc nostra percurrenti, deprehendentique passim Photianas ineptias, quas Margunius solita auget nequitiâ, & suâ, Clementis VIII. Pontificis & Sapientissimi, & de Gente nostrâ optimè meriti carpens factum egregium, non Dispensationem. Non enim ille Neophytum ad Sacra provexit, sed probatæ, diuturnæque fidei virum renunciavit Episcopum. Narrat (2) Ricciullus oculatus testis, Alexandrum quendam de Franciscis eum fuisse, qui adeò abfuit à conditione, notaque Neophyti, quamvis à Judæorum superstitione ad Christi fidem commeasset, ut diu religiosum integerrimæ Institutum Vitæ professus in Sacra Prædicatorum familia virtutis, ac Sapientiæ laude claruerit, quam si vel à longe salutasset Margunius, non his jure ridendis ineptiis, apertâque vel Ignorantiâ, vel nequitiâ seque, famamque suam labefactasset. Nam si ignorabat rem ipsam ut gesta est, cur, quod ignorabat adeò, constanter asseruit? Quod si rem, ut erat, apprimè noverat, profectò eam notam meretur, quam regius (3) Psaltes hominibus Margunio similibus his verbis inussit: οὐκ ἠθέλησε συνιέναι τοῦ ἀγαθῦναι, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς: *noluit intelligere, ut bene ageret, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

VIII. Hæc ne illaudatum relinquamus Margunium. Cæterùm ut ad propositum redeamus, certum est adeò, eum, qui reverà Neophytus sit, ineptum Ordinibus censeri Sacris, ut vel ab ipsis dignitatibus laicis arceatur. Docent hoc cum (1) Glossographo (2) Archidiaconus, (3) Ananias, (4) Romanus, (5) Felinus, (6) Decius, (7) Ripa, quibus adstipulatur ex Recentioribus (8) Lambertinus, (9) Tiraquellus, (10) Mandosius, (11) Campeggius, & (12) Rovitius, quos novissimè sequuntur (13) Covarruvias (14) Hojeda, & (15) Castaldus. Neque obstant, qui contrarium sensisse videntur, (16) Jason, (17) Montalvus, (18) Avedagno. Nam hi pro eo Neophyto sententiam ferunt, qui Neophytus appellatur non propterea, quòd recens ad fidei obsequium accesserit, sed quod ex Gente sit Judæâ, vel Ethnica, quamvis olim Christianus. Neque

(13) *Ep. 4. ad Athanas. Episc. Seleucie, & 5. ad Jo. Monach.*
(14) *In regul. reg. 64.*
(15) *In exempl. concessionum. Operis tit. 1.2.5.8.*
(16) *In Epis. Can. ad Trull.*
(17) *In Canon. 3. Trullan.*
(18) *Orat. de Dignit. Patriarchali.*
(19) *In Notis ad Synopsim Nili.*
(20) *In Paralip. Alex. Aristeni ad 2. p. Nomocan.*

(1) *Juvenal. Saty. 10.*
(2) *De Neophy. c. 2. n. 7.*

(3) *Psal. 35. v. 4. Psal. 48. v. 13.*

(1) *In c. cõstituit. 7. q. 2.*
(2) *In d. c. constituit.*
(3) *In c. cum sit nu. 19. de Judæ.*
(4) *Sing. 679.*
(5) *In c. eam te n. 12. de rescript.*
(6) *In c. eam te n. 33.*
(7) *In d. c. eam te nu. 30. & seq.*
(8) *Ubi sup. l. 1. q.*

enim sapientissimi viri, quod Juri consonum est, labefactare conantur. Recens autem ab Impietate conversum à muneribus publicis esse rejiciendum, Juri consonum est ex pervulgato Juris (19) adagio decernente, non esse facilè Tyroni custodiam demandandam, idque rem periculi plenam fore. In iis etiam, quæ ad vitæ probationem spectant, recens actum perinde, ac si factum non esset, habetur. Quamobrem recèns Sacræ familiæ Institutum professus adhuc Novitius (20) appellatur; & inimicus recens reconciliatus eidem suspicioni censetur obnoxius, quâ nondum reconciliatus utique laborabat; ut docuit (21) Alexander IC. atque (22) Marsilius, facitque dictum (23) Ulpiani censentis, viam publico usui recens apertam viæ adhuc secretæ æquiparandam. Quin imò in re nostra pressiùs, Neophytus non integræ fidei censetur, quare & à testimonio repellitur; quod asserunt post (24) Glossam (25) Marsilius, (26) Vivius, aliique producti per (27) Farinaccium. Ex quibus infertur, non esse publicis muneribus honestandum Neophytum. Unde mox validiori argumentatione conficies, repellendum eundem à Sacris Dignitatibus, quæ, ut sæpe docuimus, iis etiam deneguntur persæpè, qui Muneribus laicis non censentur inepti; Id quod ante relatos authores (28) Diplovatacius noster acutissimè notavit his solemnibus verbis affatus Bessarionem Cardinalem. Τὸ δὲ τὸν Νεόφυτον ἀπείργεσθαι τῶν ἱερῶν, οὐ θαυμαστὸν τοῖς ἐνθυμουμένοις, ὅτι καὶ τῶν λαϊκῶν ἀπείργονται καθ' ὃ νενομισμένον ἐστίν. [illegible] *Quod à Sacris Neophytus repellatur, mirum haud continget reputantibus, repelli eos vel à profanis honoribus juxta leges. Unde à validiori fas consecutionem deducere.*

IX. Huic conclusioni nostræ scio quid obesse putet (1) Meletius. Nam hæc scribit: εἰ δὲ νεόφυτον [illegible] χειροτονεῖν, ἀλλὰ παλαιὸν [illegible] τίς ἡ διάκρισις; καὶ τίς ψηφιεῖται περὶ τούτων; *Si verò Neophytum nefas ad Sacra provehere, sed olim ad Christi religionem adductum, hujus judicii quæ decisio? & quis de hisce decernet?* Utrique tamen Quæstioni facilis responsio erit, si dicas, sufficientem hominis, aptamque, in iis, quæ ad notitiam rei Christianæ pertinent, Institutionem decisuram de illo, an Neophytus censendus sit, nec ne, is, de quo quæritur. Igitur tunc Neophytus esse desinet, qui Christo nomen dedit, cùm, quæ Religionis sunt Nostræ, apprimè callebit, Moribusque Christianis suæ probitatis dederit documenta. Quod Juris Canonici Interpretes communi calculo docent ex decretis in Synodo (2) Neocæsariensi, ex quibus (3) Romanus idem adnotavit cum (4) Turrecremata, (5) Decio, (6) Felino, & (7) Marquardo. Porro Institutionis ejusmodi ad notam Neophyti abolendam necessariæ, legitimæque comprobationis Judex, & author erit Episcopus, ad quem scilicet pertinebit, hac de re sententiam ferre, cui standum erit ex traditis eleganter à (8) Covarruvias. Quare idem Episcopus accuratè dispiciet, an Sacerdotum, ministrorumque necessitas adsit Ecclesiæ, agetque cum eo, ad quem pertinet, legem de Neophytis relaxare, quò potestas fiat legendi Ministros Sacrorum vel ex Neophytis. Nam & hos, urgente necessitate, Sacris initiari posse, patet ex dictis; estque constitutissimi

Juris,

7. ar. 3. n. 31.
(9) *In tr. cessante causa limit. 12. n. 11. et pen. remiss. Can. 91. n. 19.*
(10) *De sig. Grat. tit. dispõ. de Neo.*
(11) *In ca. Regni 109. de Jude. nu. 6.*
(12) *In rubr. de Jud. n. 4.*
(13) *Ubi supr. p. 1. §. 2. n. 8.*
(14) *De Incompatib. p. 1. c. 2. q. 15.*
(15) *De Imperat. q. 75.*
(16) *In rubr. ff. de just. et jur. n. 6.*
(17) *In l. 2. tit. de infor. l. 4.*
(18) *De exeq. Mãd. Reg. p. 1. c. 10. n. 20.*
(19) *L. fin. C. de cust. reor. l. properãdum. C. de postulan.*
(20) *Glos. in Clem. ne Iagro §. sanè vers. novitii, de stat. Monach. ubi Abb. n. 21*
(21) *Cons. 99. l. 1.*
(22) *Sing. 179. n. 6. & in l. 1. n. 5. ff. de quæstio.*
(23) *In l. 1. ver. cæterum. ff. de his, qui dejecer. vel effuder.*
(24) *Ubi supr.*
(25) *Ubi supr.*
(26) *In opinio. verb. testis esse non pos.*

Digitized by Google

Juris, & consonum Rationi, ut post (9) Romanum collegit (10) Turrecremata, videndus hercle, quò constantiùs extra Ordines Sacros rei Christianæ ignorantia eliminetur.

(27) Tract. de testib. q. 63. n. 208.
(28) In respon. de Turca rectè baptizato.

SECTIO IX.

De Interstitiis Ordinum.

SUMMARIUM.

I. *Margunii circa Interstitia Sententia, & Rabies in alumnos Collegii Græcorum in Urbe.*
II. *Ejus Collegii laus, ubi Vaticinium Margunii alio Vaticinio refellitur.*
III. *Ostenditur, servanda esse Interstitia exemplo Christi, & ratione Neophyti.*
IV. *E Laicis eos, qui ad Sacros Ordines sine Interstitiis evehuntur, vocari Neophytos etiam apud Græcos.*
V. *Ad Episcopatum assumi Laicum, Jure Græco vetitum esse.*
VI. *Respondetur quibusdam Exemplis objectis à Margunio.*
VII. *Quid de Photio senserit Græcia.*
VIII. *Arsenii P. CP. Ordinationem damnatam à Græcis.*
IX. *Interstitiorum Mos exemplis comprobatur.*
X. *Margunii error circa consuetudinem sententiâ Photii refellitur.*
XI. *Consuetudinem non scriptam, si sit contra Canones, nullam esse, ex Latinorum, Græcorum, & Photianorum sententiâ.*
XII. *Lex civilis contraria Canonicæ non valet, & explicatur locus Nazianzeni; dolusque Margunii detegitur.*
XIII. *Variæ circa tempus Interstitiorum Sententiæ, statuitur vera.*
XIV. *Concluditur hæc doctrina, & ratio redditur, cur Majora Græcis Interstitia decernantur, quàm Latinis.*

(1) Ubi sup. paulò post.
(2) In c. nemo 57. dist.
(3) Sing. 416.
(4) In c. 2. nu. 1. 48. dist.
(5) In d. c. eam te cal. 3. ubi tex. cum Felin. & Ripa. nu. 32.
(6) In c. cum sit de Judæ.
(7) Ubi sup. p. 3. c. 5. n. 8.
(8) In d. Clem. si furiosus, p. 1. §. 2. vers. 3. Conclusio n. 7.
(9) d. sing. 421.
(10) In c. si in egritudine 57. dist.

I. NEc verò hæc tantùm ignorantia Sacris abstinenda, sed & ea, quæ rem Ecclesiasticam respicit. Quod eò magis afferendum est nobis, quò magis recentiorum Photianorum corruptissimi Mores in perniciem Ecclesiæ nostræ aliter censent. Eorum insaniam, integro Libello, more suo, furtim omnia proponens castigavit (1) Allatius, unde nonnulla promemus objicienda Margunio, qui usitatam jampridem corruptelam Photianis non solùm probavit; verùm etiam usurpandam edixit. Fas erit statim ab initio ipsum audire, ne in fine Dissertationis hujusce, desit documentum ostentans verè Photianam Sapientiam Margunii. Igitur sic eleganter (2) Cythereus Apollo. Κἀκεῖνοι, σχεδὸν δὲ ὅλοι οἱ λατινόφρονες κατὰ τὴν διδασκαλίαν τῶν ἐν Ῥώμῃ ἀποστατῶν (ἐκεῖ γὰρ παιδεύονται τὴν ἀνομίαν, καὶ ἔστι φροντιστήριον πανούργων φροντίδων ἐκεῖ) καταφρονοῦσι τὰς χειροτονίας μας, ὅτι ἀξιοῦμεν ἐκ λαϊκοῦ χειροτονεῖν εἰς ὀλίγας ἡμέρας καὶ πρεσβύτερον, καὶ ἀρχιερέα ἐξεῖναι λέγομεν. Κακοὶ κακῶς κατὰ τὴν παροιμίαν, νέα δὲ λόγια εἰς πήδημα, καὶ ἑξῆς λατινικά, ἔχομεν παραδείγματα τῶν πεπραγμένων, καὶ τῶν ἐργομένων. Κρύπτουσιν αὐτά, ἢ καὶ ἀγνοοῦσιν οἱ ἀντιρρωμαῖοι Ῥωμαῖοι ῥωμαΐζοντες· ἡμεῖς δὲ τοῖς φιλοχρίστοις φανερούμεθα Κυπριανὸν Καρθαγένης, Ἐπιφάνιον Σαλαμῖνος, Ἐφραὶμ τὸν Σύρον, Θεόδωρον τὸν Συκεώτην, Ἀρσένιον, Γρηγόριον, Γεννάδιον τοὺς πατριάρχας μετὰ Ταρασίου, καὶ Νικηφόρου τῶν ἁγιωτάτων, οἳ τὰ τῶν λατίνων ληρήματα, καὶ δεισιδαιμονίας καταγελῶσι. *Quidam, imò omnes, qui Latinis consentiunt, juxta præcepta profectorum Romæ Apostatarum (ibi enim docentur iniquitatem, & est ibi Collegium malignarum curarum) derident Ordinationes nostras, quòd statim è Laica conditione, paucis diebus initiare Sacerdotem, atque Antistitem fas esse, dicimus. Mali malè, juxta adagium; nova autem hæc verba sunt, Saltus, & Interstitia. Habemus exempla gestorum, eorumque, quæ geruntur. Occultant ea, sive etiam ignorant hostes Græcorum Græci Romana sentientes. Nos verò amicis Christi ea patefacimus, Cyprianum Carthaginiensem, Epiphanium Salaminium, Ephrem Syrum, Theodorum Sycæoten, Arsenium, Gregorium, Gennadium PP. cum Tarasio, & Nicephoro Sanctissimis, qui Latinorum ineptias, & superstitiones despiciunt.* Hactenus Margunius quanta dicendi elegantiâ, & constantiâ, Lector per se ipse cognoscet: de Veritate dictorum ejus nobis quæstio est: & illud ante omnia Orbi terrarum animadvertendum proponimus, quod in tanta Collegii Græcorum in Urbe vituperatione manifestum est, nihil nimirum Photianis formidandum magis illo Græcæ, Orthodoxæque Fidei Armamentario, unde non solùm, ut ex equo Trojano fortitudo profligatura, vel saltem retusura malesanos Photianorum impetus prodit; sed ut ex Arcâ obrutæ tot infortuniis, præsertimque communi Ignorantiæ illuvie Græciæ nostræ Salus certissima proficiscitur. Hinc & in sequentibus Margunius, quid non congerit in ejus loci pios, doctosque Alumnos? Eos Græciæ Corruptores appellat, quòd Mores Græcia dignos suadeant. Antichristi Ministros, quòd Christi Vicarium toti Græciæ venerabilem velint. Sophistas, ac derisores, quòd vi Veritatis invictæ Photianorum ineptias ridendas planè constituant. Et quid furiosus homo in Viros de Gente nostra optimè meritos, Gentisque nostræ novissimos Heroas non torquat?

(1) De ætat. & Interstit. Græcor. à pag. 69.
(2) Nota ultima.

II. Planè, si ubique Margunius furorem exercet suum; cùm in Græcorum Collegium incidit, rabiem effundit. Novit enim, quid damni ceperit Photianismus, capiatque ex illo, in quo qui alti, educatique, quà Sapientissimis scriptis, quà domesticis colloquiis, privatisque concertationibus, quà Morum, Vitæque exemplo, meritarumque Dignitatum præsenti authoritate, & olim, & nunc delirantium Schismaticorum argutias elidunt, Orthodoxæ Græciæ facem præferunt certissimæ Veritatis, incensique Religionis amore eò magis miro, quò minus præmii sibi vel ab iis, quorum interest, sperant, tantâ ubique felicitate in Eoas hæreses debacchantur, ut eorum (1) aliquis vivo adhuc Margunio (quod nulli ex illis Pædotrophiis, quæ publicæ Tertiusdecimus Gregorius utilitati construxit, ostentare fas fuerit) ducentas Myriadas, vicies nimirum centena Schismaticorum millia in bonam frugem adduxerit, dictus proptereà ab (2) Urbano VIII. Græ-

(1) Velaminus Rudski Archiep. tot. Russiæ. extat ejus Icon. Romæ in Coll. Græcor. cum hoc Elogio.
(2) In Brevi ad Velaminum extatque in eod. Elog.

Græcorum & peritiſſimo, & amantiſſimo *Athanaſius Ruſſia*, *Atlas Unionis*. Nihil igitur eſt, quod aut iraſcamur Margunio, quoniam Collegio Græcorum iraſcitur, aut refutandis calumniis, quas, in idem effutit, momentum temporis impendamus. Laudat Perfidia, dum contemnit, omnique eſt major elogio frementis ex dolore hoſtis iniqua vituperatio, quam ſcilicet gratularemur Græcorum in Urbe Collegio, ni Margunius vituperationi Vaticinium addidiſſet, cùm, in Alumnos nobiles fracto genuino, laſſatâque dicacitate, futurum aſſeruit, ut eorum Romam aliquando tæderet. Ἡ Ῥώμη, ipſa ſunt verba (3) Margunii. Ἡ Ῥώμη φιλέλλην οὐδέποτε, ἀγκαλὰ καὶ συμφωνοῦντας ἔροι· οὐδέποτε, ἀλλ' ὁ πολὺν χρόνον. *Nam Roma nunquam amica Græcorum, quamvis ii ipſi conſentiant, & ſi quando amica, non diu.* Quæ verba Oraculi quidem loco ſunt hac Noſtra ætate Photianis, ſpectantibus florentis olim Collegii penè non internecinum excidium; nobis verò ſummæ ſunt ægritudinis cauſa, videntibus gratulabundos propterea Photianos, inſultanteſque Religioni, quam tamen haud quaquam concutient tam futili Vaticinio. Licet enim & nobis Oraculum dicere, ſi licuit Margunio, quo vaticinante Græcorum Collegio certam ruinam, nos eidem certam firmitatem vaticinabimur. Peribit, me Vate, Serenitas, qua jactamur, ſtabit Clementia, qua fovebimur Romæ. Illa, uti ſcelerata, & improba, mortalis eſt: imò, hæc dum cuduntur, interiit: Hæc & pia, & Sacra, & æterna erit. Reſpiciet Vaticanum Græciam hoſpitem ſuam, eamque augebit muneribus, Benevolentiâ fovebit, armabitque frequentiâ in Photianiſmum non niſi per Romanam Græciam extinguendum; eritque, vel ipſis Photianis, quam vaticinamur, Cataſtrophen adſpectantibus, ut pateat, prophetem fuiſſe Margunium, ſed Propheten ejus, qui eſt: (4) Πνεῦμα ψευδὲς ἐν στόματι πάντων τῶν προφητῶν: *Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum* tanto Prophetæ ſimilium.

(3) *Ubi ſuprà in fin.*

(4) 3. *Reg. c. 22. num. 22.*

III. Eſto tamen, Prophetes Margunius fuerit, contigeritque initio Sæculi hujuſce, mirari Græciæ, quod ante Græciam miratus eſt (1) Balaam, an propterea verax in cæteris? An unquam licuit rei Eccleſiaſticæ ignarum Ordinibus admovere? At Laicum rei Eccleſiaſticæ expertem res ipſa docet. Quî igitur eum admovere fas erit aut Sacris, ni Sacra in Minoribus noſſe didicerit, aut Sacrorum regimini, ni in Sacris præeſſe parendo compererit? Qua ratione conferendi ſint Ordines, ex Chriſti diſciplina cognovimus. Diſcipulos ille, quos Eccleſiæ Principatui deſtinarat, ſecrevit Populo, mox triennio inſtitutos admovit Sacris, nec tamen præfecit: addidit documenta, probavit experientiâ, gradatimque deducens, quos ad culmen agebat, manuduxit ad culmen; ne, quod Numini ipſi non placuit, homini placeat; quod non uſurpatum Magiſtro, Diſcipulus audeat; quod improbatum à Domino eſt, probet Servus. Adde, Neophytis, ut proximè comprobavimus, Sacris interdici: at Laici, quod attinet ad Sacerdotium, & Infulas, cenſentur Neophyti, quippe qui, ante legitimam per Eccleſiaſtica Intervalla probationem, rerum cenſentur ſacrarum imperitiſſimi. Quod ſi neges, neganti ſexcenta ex utraque Gente inclamabunt ut fatuo teſtimonia. Pauca ſeligo. Gregorius (2) Dialogus: *ſicut*, ait, *tunc Neophytus dicebatur, qui initio in S. Fidei erat converſatione plantatus, ſic modò Neophytus habendus eſt, qui repente in Religionis habitu plantatus ad ambiendos honores ſacros irrepſerit*. Refert hæc Gregorii verba (3) Nicolaus I. explicatque in Photium ipſum, qui ex vetuſta Neophyti ſignificatione ſe Neophytum pernegabat, cui Nicolaus. *Sed dicitis: Ita hoc S. Patres noſtri interpretabantur, videlicet, ut Neophytus noviter in fide plantatus intelligatur. At nos reſpondemus, quòd, poſtquam in compoſitione hujus nominis nihil de Fide ſonare ſcitur, non ſolum in Fide, verùm etiam in Clericali militia noviter inſertus Neophytus valeat appellari*. Eadem habes ex Synodo (4) Romana ſub Joanne XII. ubi Leo Protoſcriniarius eandem ob cauſam Neophytus dicitur. Et (5) Leo IX. de Photio agens, eum Neophytum nominat, imò Michaelem Cerularium Patriarcham ejuſdem notæ accerſit his verbis: *diceris Neophytus, & non gradatim proſiluiſſe ad Epiſcopale faſtigium*. Denique hanc ipſam ſignificationem certiſſimam autumat doctiſſimus (6) Anſelmus effatus: *nec nuper baptizatum, nec nuper à ſæcularibus negotiis, vel à militia ſeparatum fieri debere Epiſcopum, quia unuſquiſque talis eſt Neophytus*.

(1) *Num. c. 22. n. 28*

(2) *Lib. 9. Ep. 110. aliàs 111.*

(3) *Ep. 12. ad Caſarem Vardam.*

(4) *Actione 5.*

(5) *Ep. 1. c. 22. & 30. & Epiſt. 5.*

(6) *Citatur ab Allatio ubi ſuprà pag. 195. in medio.*

IV. Latina, ait, hæc, Margunius, & nova, Saltus, & Intervalla. Nova ſanè ea eſſe, quis dixerit, vel Gregorio Dialogo, anno ante hunc, quo ſcribimus, centeſimo ſupra milleſimum nota, atque, ut oſtendimus, ſequentibus ſæculis Eccleſiæ admodum uſitata? Latina certè ſunt, at non Latina dumtaxat, ſed Græca etiam. Num, quæ ſcribit Balſamon, num quæ tradit Zonaras, Latina tantùm? Balſamon. (1) νεόφυτος δὲ, inquit, παρὰ μὲν τῷ Ἀποστόλῳ ὁ νεοφώτιστος λέγεται, παρὰ δὲ τῷ Κανόνι ὁ ἀπὸ πλουσίου, ἢ σχολάζοντος, εἰς ἐπισκοπικὸν ἀξίωμα προβιβαζόμενος. *Neophytus autem apud Apoſtolum is, qui eſt recèns illuminatus, dicitur, apud Canonem verò, qui ex divite, vel ſcholaſtico* (hoc eſt Advocato, vel Curiali) *ad Epiſcopalem dignitatem provehitur*. At Zonaras (2) in eandem ſententiam. οὗτος, ait, γάρ φησιν εἰς ἐπισκοπῆς ἀξίαν προβαίνων νεόφυτος ὀνομάσθη τῷ Ἀποστόλῳ, κωλύσαντι ταχέως γίνεσθαι τὰς καταστάσεις· οἱ μὲν ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ πατέρες οὕτως ἐξελάβοντο τὸν νεόφυτον. ὁ δὲ κλεινὸς Ἀπόστολος Παῦλος νεόφυτον τὸν ἄρτι ἐξ ἀγριελαίου, τῆς ἀπιστίας, φημὶ, πρὸς καλλιέλαιον μετεγκεντρισθέντα, τὴν πίστιν δηλαδὴ τὴν ὀρθόδοξον, λέγει. *Quiſquis enim ad Epiſcopatus dignitatem hac ratione progreditur, Neophytus ab Apoſtolo præcipites ejuſmodi creationes improbante exiſtimatus eſt. Ac Neophyti quidem vocem ita hujus Synodi Patres interpretati ſunt: Apoſtolus verò inclytus Paulus eum, qui nuper ex Oleaſtro, infidelitate videlicet, reciſus, atque in ſpecioſam olivam, fidem ſcilicet orthodoxam, implantatus eſt, Neophyti appellatione ſignificavit*. Si igitur Latina hæc, etiam Græca, imò in primis Græca, quippe à Concilio in Græcia habito, ſumma Græcorum frequentiâ celebrato, à Sardicenſi (3) nimirum primùm, Neophyti tranſlata ſignificatio ad Laicum Sacros Ordines auſpicantem. Quid de Intervallis, & Saltu?

(1) *Ad Can. 10. Sardicen.*

(2) *Ad eundem Canon.*

(3) *Can. 10.*

R Au-

(4) *Synodico 3. apud Diplovat. & Capanas.*

Audiant Photiani (4) Tarasium Sanctissimum Patriarcham. Τὸ νενομισμένον, καὶ τὸ πάντοτε τηρητέον, εἰ μὴ ἐπείγουσα ἀνάγκη, ἢ θεῖον πρόσταγμα, τοῖς ἱεράρχαις παλιλλογοῦμεν, τὰ τῶν ἱερῶν βαθμῶν διαστήματα ἐν ταῖς χειροτονίαις τηρεῖν, καὶ μηδένα, μὴ δεδωκότα ἑαυτοῦ πεῖραν ἐν ἑκάστῳ, πρὸς τὰ ἄνωθεν προβιβάζειν. *Quod statutum, & semper custodiendum præter quàm, cùm adest necessitas, aut Deus jubet, hoc Antistitibus iterum dicimus: Sacrorum Ordinum Intervalla in Ordinationibus ut servent, neque ad altiora quenquam provehant, ni sui experimentum fecerit in singulis inferioribus.* Nova hæc? Latina ne, an Græca? Audiant eundem de saltu loquentem, cùm ad Infulas postulatus ab omnibus easdem ab omnibus deprecabatur.

(5) *In Apologetic. ad Populum ante Act. I. Synodi.*

Ἐγὼ μὲν, (5) ait, ὅπερ τοῖς εὐσεβέσιν ἡμῶν βασιλεῦσι, καὶ κατὰ πάντα ὀρθοδόξοις ἀπελογησάμην, καὶ ἐνώπιον ὑμῶν ἀπολογοῦμαι, ὅτι φόβῳ συνέχομαι καταδέξασθαι διὰ τὴν ψῆφον ταύτην, καὶ εὐλαβοῦμαι ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ προσδραμεῖν οὕτως ἀκρίτως, καὶ, ὡς ἔτυχεν, ἀπερισκέπτως. Καί. Πῶς ἐγὼ ὁ τῷ κόσμῳ ἀναστρεφόμενος, καὶ μετὰ λαϊκῶν ἠριθμημένος, καὶ στρατευόμενος ἐν ταῖς βασιλικαῖς ὑπηρεσίαις, οὕτω, χύδην ἀνεπιστήτως, καὶ ἀπερισκέψως, δυνάμαι ἐπιπηδῆσαι εἰς τὸ τῆς ἱερωσύνης μέγεθος. *Ego quidem, quidquid piis Imperatoribus nostris, & per omnia Orthodoxis respondi, id coram vobis etiam respondeo. Timore fit, ne consentiam huic electioni: Timeo enim à facie Dei facilè properare, & incircumspectè. Et infra. Qui ergo, qui in Mundo vixi, & inter laicos ministros in muneribus Palatinis militavi, sic absque discrimine, atque circumspectione possum Saltu conscendere ad Sacerdotii culmen?* Quid his clarius, ut palam fit, Græca esse, non Latina tantùm, notissima Græcis, vetustissima, translativa Nostris Intervalla, Saltumque, quæ sanè (6) Jure utriusque Gentis, authore (7) Leone IX. validissimè scelestissimum Photium impugnavere, & Tarasio auspice eundem expugnavere.

(6) *Tot. tit. de Cler. per Salt. promot. Diplovat. de Jure Græcor. titul. de Neophyt. c. 3.*
(7) *Epist. 1. c. 13.*

V. Porro custodienda in conferendis Ordinibus Intervalla Jus nostrum ubique constituit. Quid enim illi solemnius, quàm ut ubique vetentur Antistites manus imponere iis, qui ad Sacra impudenter festinant, nec morati in humilioribus, superiora, quin & suprema conscendunt? Ut Orthodoxos ex Nostris prætexeam laudatum (1) Tarasium, (2) Nicephorum Homologeten, Theodorum (3) Prodromum, Joannem (4) Monachum, (5) Veccum, ipsamque Synodum (6) VIII. quę ausum ex Laico Infulas Ignatii occupare Photium exauthoravit; Veritatis hujusce authores advoco Photianos, quorum sententiis, ni Margunius acquiescet, acquiescent, ut puto, Photiani cæteri, qui, contemptà, quam ubique vetustatem jactant, recentioribus hisce Doctoribus fidem unicè præstant. Ecce ille ipse Photius, qui è Laico nefariè ad Episcopatum evectus hanc ipsam ob causam, gradu, quem occuparat, dejectus est à legitima Synodo, in illa sua (7) Pseudosynodo, quam Octavam nuncupant Photiani, id, quod propter ipse damnatus est, probat apertè, palamque confirmat. Ἐν πᾶσι τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας φροντίζοντες, καὶ τοῦτο ὁρίσαι ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα, ὥστε τοῦ λοιποῦ μηδένα τῶν λαϊκῶν, ἢ μοναχῶν αἴφνιον εἰς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ὕψος ἀνάγεσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς βαθμοῖς ἐξεταζόμενον πρότερον, οὕτω τῆς ἐπισκοπῆς τὴν χειροτονίαν ἀποδέχεσθαι. εἰ γὰρ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀπὸ τῶν λαϊκῶν, ἢ μοναχῶν τινὲς, ἀπαιτούσης χρείας, παραυτίκα τιμῆς ἄξιοι γεγόνασιν ἐπισκοπικῆς, ἀρετῇ τε διαπρέψαντες, καὶ τὴν κατ' αὐτοὺς ἐκκλησίαν ὑψώσαντες, ἀλλὰ τὸ σπάνιον ἰδίᾳ μὲν νόμον τιθέμενοι, ὁρίζομεν τοῦ λοιποῦ μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι, εἰ μὴ κατὰ λόγον ὁ χειροτονούμενος τῶν ἱερατικῶν προέλθοι βαθμῶν ἐν ἑκάστῳ τάγματι τὸν νενομισμένον χρόνον ἀποπληρῶν. *In omnibus optimi Ordinis Ecclesiastici curam gerentes hoc quoque definiri necessarium duximus, ut deinceps nullus Laicus, vel Monachus repentè ad Episcopalem altitudinem evehatur, sed in Ecclesiasticis gradibus primùm examinatus, sic Episcopalis dignitatis Ordinationem accipiat. Etsi enim hucusque quidam ex Monachis, & Laicis, exigente necessitate, Episcopali dignitate statim digni sunt habiti, qui & Virtute excellenti fuere, & suam Ecclesiam in altum extulere, id tamen, quod rarò evenit, Ecclesiæ Legem nequaquam statuentes decernimus, ut id deinceps minimè fiat, nisi is, qui ritè ordinatur per gradus Sacerdotales processerit, in unoquoque tempus præstitutum à Legibus adimplens.* Eadem docet (8) Balsamon, & (9) Zonaras, & (10) Aristenus tanta concordia, ut non sit mirum, si cæteri omnes horum sententiæ subscripserint. Neque id uno tantùm in loco, passim hoc agunt, hoc ingerunt, hoc toti Ecclesiæ custodiendum edicunt, Scilicet ad hoc eos cogente Sardicensi Concilio, cui, quæ Photio post Quintum sæculum placuere, solemniùs proposita, omnium, tantorumque Patrum suffragio sancta, constituta, decreta sunt. Vide, si libet, quæ in eam Synodum, & in Canones Apostolicos Balsamon (11) adnotat. Vide, quæ proponit ibidem (12) Zonaras, & (13) Aristenus, (14) Macarius Hieromonachus, Hieremias (15) Patriarcha, itidemque Patriarcha CP. (16) Athanasius, quorum effata latè exponit (17) Allatius, apud quem etiam ex Latinorum Patrum scita reperies, ex quibus utrunque conficies, & neminem ad Sacros Ordines admittendum, quin statuta Ordinum intervalla servaverit, & mendacem Margunium appingentem Juri Græco religiosissimo corruptelam, qua quis ex laico ad Sacros Ordines, aut à Minoribus, nullo Interstitio servato, ad Sacerdotis, aut Antistitis munus abripitur.

(1) *Loco sup. laud.*
(2) *Regul. 64.*
(3) *De Interpr. ad Can. 10. Sard.*
(4) *Ad Canon. 8. I. & II. Synodi.*
(5) *In Capitib. contra Cyprium c. 12.*
(6) *Can. 5.*
(7) *Can. 17.*
(8) *In Can. 17. Syn. VIII.*
(9) *In eundem Can. 17.*
(10) *In Nomoc.*
(11) *Ind. ca. 17. & Can. 80. Apost.*
(12) *Ibid. et ubique, & in Can. 10. Sardic.*
(13) *In Nomoc.*
(14) *In Collectio. Canon. c. 161.*
(15) *In Doctrin. exhortat. ad Germ. c. 14.*
(16) *Ep. 5. ad Episc. revertentes.*
(17) *De Interstit. pag. 91. 92. & seqq. & pag. 73.*

VI. Neque obstant exempla, quæ Margunius ridenda sanè jactantiâ producit in latam ab universa simul Ecclesia sententiam, quam ipsi laudant, laudandamque, atque servandam constituunt cum Photio Photiani. Ea enim cùm decem omnino sint, bifariam deducta duas Ordinationum Classes constituunt, quarum altera Ordinationes complectitur præter Canones factus, quales Cypriani, Epiphanii, Ephræmii, Tarasii, Nicephori, ac Theodori, altera continet illas, quæ contra Canones perpetratæ sunt, quales dixeris Photii, Arsenii, Gregorii Cyprii, atque Gennadii. Ex neutrà porro concutitur, quod Ecclesiæ utriusque censet authoritas. Nam, quod præter Legem fit, Legi non derogat: cùm enim, quod præter Legem fit, exceptio sit Legis, ea scilicet ratione, qua, quod Legem prætergreditur, non impugnat Legem, sed præterit, firmat potius Legem, quàm labefactat. Quemadmodum, quod præter Naturam est, non est naturæ contrarium, sed fines Naturę prætergressum

sum supra, non contra Naturam est. Altera verò, cùm contra legem feratur, irrita esse censetur, quando, uti diximus, facta contra Jus infecta, quod ad vim, & authoritatem attinet, reputantur. Hinc ea Classis nihil agit in Legem, quam impugnat, quandoquidem quæ nulla sunt, ea nihil quiverint agere: Utraque vero Classis reverà legem affirmat, cùm neutra vel contra, vel præter Legem esset, si Lex non esset; ut à primo ad ultimum colligere fas sit, exempla prolata, quippe vel præter, vel contra Legem Ecclesiæ jubentis, gradatim cum Intervallis ad Majora Sacrorum ascendere, utrovis modo, nec Legem antiquare, & confirmare ipsam Legem. Jam verò exempla per Margunium prolata duplici illa Classe contineri, atque aliqua præter, aliqua contra legem esse, manifestum est. Nam Cyprianus, quodam Numinis instinctu, Neophytus adhuc ad Infulas penè coactus est fœderatis Cleri, & Populi studiis, exigente Ecclesiæ necessitate, Virtute Viri summâ, summâque Sapientia, & fide, non sine Dei præsentis authoritate Legem illam relaxante, ut testatur (1) Pontius, & (2) Nazianzenus. Idem usuvenit in Ordinatione Epiphanii, si vera sunt, quæ narrat (3) Polybius, cujus tamen fidem non admodum probavit Antiquitas, quemadmodum accuratè notat (4) Baronius, & ante Baronium ex Nostris (5) Planudes, ex Photianis ipse (6) Margunius. Quapropter non tanti facienda sunt, quæ de præcipiti Ordinatione Epiphanii narrantur, ut in communem Ecclesiæ sententiam quidquam videantur conferre, quamvis tanta fuerit Epiphanii Sanctimonia, tantorumque miraculorum, ut narrat (7) Sozomenus, non immeritò à Lege communi non in hoc tantùm, verùm etiam in aliis permultis ut quiverit excipi. Quod attinet ad Ephræmum, etsi is etiam mereri potuerit, ut quatuor dierum spatio ad Ministri, ac Sacerdotis munus ascenderet, Deo docente Basilium sanctimoniam ejus, cui virtutem Basilii patefecerat, quem maximum futurum prædixerat, atque ab ipsis unguiculis, ut refert (8) Nyssenus, Heroem Orientis decreverat; tamen, quòd à (9) Pseud-Amphilochio tàm inusitata Ecclesiæ Ordinatio narretur, non incertæ fidei, sed manifesti mendacii convincitur. Nam Ephræm nunquam ad Sacerdotium pervenit, dictus ubique Diaconus Edessenus, ut in omnibus, qui de illo scripsere aliquid, constat. Quapropter quod prorsus ineptè ex Ephræmo Syro in communem sententiam torquet, meliùs, ac magis arripuisset appositè Margunius ex Ephræmo Comite, qui Laicus Antiochenis Sacris præfectus est, (10) Evagrio teste. Verùm & is nihil obest. Nam eum ad Sacra provectum ex Apocalypsi Numinis illum ad eas Infulas destinantis, palam est ex traditis per (11) Sophronium, aut Jo. Moschum. Idem dicendum de Sicæota Theodoro, ut narrat (12) Gregorius Presbyter, & (13) Baronius. At Nicephorum, atque Tarasium provectos ex Laica conditione ob necessitatem Ecclesiæ superiùs ostendimus ex (14) Nicolao I. hàc eâdem responsione callidas excusationes Photii retundente. Ex quibus conficitur, primam Exemplorum Classem eos tantùm complecti, qui ad Sacra præter Legem provecti sunt, nimirum Legem ab Ecclesiâ latam, decretamque, ac receptam Consuetudinem moribus, aut Deo, aut necessitate relaxante.

VII. Venio ad alteram Classem, atque eam contra Leges fuisse statim ostendo. Verùm quid ego rei manifestæ curiosiùs enucleandæ immoror? Soli Photiani inter omnes Scriptores Photium, atque Arsenium tuebuntur, quippe & illum suæ Sectæ Patrem, & hunc ejusdem propagatorem. Cæterùm quis nescit, quid (1) Latini contra Photium scripserint adhuc viventem, quibus ille ne respondere quidem ausus est? Scripsit sanè (2) Nicolao, & eloquentissimè suam causam exemplis nuper in primâ classe relatis tutatus est: quæ tamen scripsit, à (3) Nicolao rejecta ita tumidum Nebulonem debellavere, ut, in cæteris contra Latinos loquacissimum, hac in re silentium amare deinceps coegerint. Desint hæc omnia. Quis non legit quid (4) OEcumenica Synodus in Photium statuerit? cujus Decreto, quod per nefas invaserat, Solio exturbatus, infamis, & exul fuit, donec Fatum Græciæ semper acerbum stupratorem Sponsæ Christi Eunuchum, semivirum latronem Infulis lege Synodi vetitis restituit. Non ego hominum omnium, quotquot ea ætate virtute, ac Sapientiâ floruere, maledicta in Photium commemorabo. Nimius essem, si Ephesini Antistitis (5) Metrophanis, si Chalcedonensis Electi, sive, uti dicimus, Hypopsephii (6) Niconis, si (7) Anastasii Atheniensis, & (8) Nicolai Mitylenæi querelas exponam, & penè non jurgia cum Joanne VIII. Pontifice, qui belluam illam Græcos laceraturam passus est interdictum Solium insilire. Audiant, si libet, Photiani, quid scribat Nicetas (9) Paphlago, qui & David Dabirorum in Paphlagonia (10) Episcopus, Synchronos Photio, & Græcorum sua tempestate, & eloquentissimus, & Sapientissimus, ut ex Commentariis ad Opera Nazianzeni, ex Responsione pro Chalcedonensi Concilio contra Armenos, sexcentisque monumentis, quæ extant, palam est. Hunc audiant Photiani oculatum testem, & ex illo cognoscant, utrum contra Canones celebrata fuerit profana Laici, ac Neophyti Photii, cui tamen (proh dedecus!) in (11) Triodio, *αἰωνία ἡ μνήμη* accinitur, Ordinatio. *τὸν λύκον*, inquit, *μόνον, ἢ τὸν ἐγχαρδή, ἢ ἀναιδῶς μᾶλλον κατεσκευάζετο, καὶ ὡς ἰδίας τῆς ἀλλοτρίας ἀντεποιεῖτο, καὶ ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτοῦ ἐγκαυχώμενος ἐδοξάζετο, καὶ ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτοῦ ηὐλογεῖτο, καὶ ἐν ἓξ ταῖς ὅλαις ἡμέραις χερσὶν ἀνθρώπων τελειούμενος τῆς ἐπιθυμουμένης ἐπελαμβάνετο καθέδρας καὶ ἦν ἀληθῶς ἐκεῖνον ὁρᾶν αὐτοσχέδιον ἅγιον πλαττόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν. Πρώτῃ γὰρ ἡμέρᾳ μοναχὸν ἐκ λαϊκοῦ, τῇ δευτέρᾳ δὲ ἀναγνώστην, καὶ ὑποδιάκονον τῇ ἑξῆς, εἶτα διάκονον, εἶτα πρεσβύτερον, ἔπειτα τῇ ἕκτῃ (Χριστοῦ δὲ ἦν τὰ γενέθλια) καὶ αὐτὸς τῷ ἱερατικῷ προσβὰς θρόνῳ τὴν εἰρήνην τῷ λαῷ προσεφώνει, μηδὲν τῆς ἀληθινῆς εἰρήνης ἄξιον φρονούμενος.* *Sed contra potiùs exultabundus avidè, impudenterque in illius complexum ruit* (Photius nimirum) *alienamque tanquam propriam palam arrogavit, suâque infamia, & dedecore gloriabatur: laudabatur in iniquitate sua: sex non amplius dies manibus hominum initiatus concupitam Ecclesiæ Cathedram invasit: eratque verè cernere, ut fertur adagio, Extemporalem, fictitiumque, seu personatum Sanctum. Nam primo die Monachus ex laico, altero Lector, tertio*

(1) *In Vita Cypriani Martyris.*
(2) *Orat. de laud. Cypriani.*
(3) *In Vita S. Epiphanii.*
(4) *ad annū 373. n. 110.*
(5) *In additis ad Biblioth. Photii.*
(6) *In not. ad Metaphrasten. 28. Januar.*
(7) *lib. 6. hist. c. 32.*
(8) *Orat. de S. Ephræm.*
(9) *In Vita S. Basilii.*
(10) *hist. lib. 4. c. 5.*
(11) *In Prat. spirit. c. 37.*
(12) *In Vita S. Theodor. Sicæotæ.*
(13) *Anno 590. n. 39.*
(14) *Ep. 6. ad Photium extat ejus fragm. in Syn. VIII.*

(1) *Nicolaus I. Epist. ad Patriarchas, & Metropol. Adrian. II. Ep. ad Ignatium ext. in VIII. Syn. act. 10. frag. Leon. IX. ad Michael. Cerular.*
(2) *Ep. ad Nicol. Papā, extat penes Allat. de Interst. pag. 165.*
(3) *Ep. ad Photiū 6.*
(4) *Actio. 1. & alib.*
(5) *Aliàs Smyrnæi. Epist. ad Veritatis amatores*
(6) *In Orat. cōtra Santabarennam hypocritam.*
(7) *In Ep. ad Occidentales Injustitiæ fautores.*
(8) *In Ep. ad Chartophylac. exil. multatū extans hi omnes apud Collectanea in Photium Caryophylli.*
(9) *In Vit. Ignatii P. CP.*
(10) *De hoc vide Allat. in Græc. Orthodox. tom. 1. in fin. in appendice.*
(11) *In Synodico pag. 154. circ. med.*

hypodiaconus, tum Diaconus, tum Presbyter, sexto denique, qui fuit Christi Natalium, & ipsum sacrum conscendit solium, & pacem populo nihil vera pace dignum cogitans nunciavit. Quòd si omnes tum Latini, tum Græci sanæ mentis homines, ingentis famæ, notæque sapientiæ viri hæc de Photii Ordinatione censuerunt, quis erit tàm excors, tàm fatuus, qui aut illam probet, aut ad exemplum proponat?

VIII. Quod de Ordinatione Photii dictum est, id de initiis dicendum Arsenii Patriarchæ ex Monacho Cœnobii ad lacum Apolloniadem siti, uno die Diaconi, Sacerdotis, ac Patriarchæ Ordines nacti, ut narrat Georgius (1) Logotheta, qui eum hominem, quem nobis Margunius inter exempla proponit, Heroem veluti aliquem, ad cujus instar liceat Ordinationes revocare, stupidum, & ignorantem Monachum appellat, lectum in locum Sapientissimi Blemydæ, qui dedignatus Photianis præesse, exemplo reverà memorando, & Græciâ digno oblatas Infulas constantissimè recusavit, ut idem (2) Logotheta & Græcus, & Photianus author narrat, ac laudat. Idem, inquam, de Arsenii dicendum initiis, ac de Photianis. Quod non ego, aut Græcus aliquis ex Orthodoxis asserimus. Asserit inter asseclas Photii vir, ut inquit (3) Pachymeres, pietate, ac virtute celebris, & à Musis minimè alienus, zeli abunde habens ita, ut pro Ecclesiâ, ipsiusque legibus neglectis exardesceret, Nicephorus Ephesinus Metropolites Arsenii ipsius successor, & Patriarcha CP. Is, cùm in Synodo Constantinopolitana de Moribus, Vitâque Arsenii decessoris sui quæstio mota esset, affirmavit propalam, Arsenii Ordinationem contra Canones fuisse, teste eodem (4) Pachymere. Denique, quæ nobis Margunius exempla profert ex Georgio Cyprio, atque Gennadio, quid probant, nisi corruptelam morum jampridem in Ecclesiam nostram per Photianos invectam? Utrunque hunc ritu Photiano Sacris initiatum, manifestissimum est; idque etsi Cyprius, vir sanè detestabilis, ut patet (5) ex Vecco, minimè fateatur, fatetur sanè vir sapientissimus, & penè dixerim ultimus Græcorum Patriarcharum (6) Gennadius, affirmans se non ritè ad Sacra provectum, atque ad Infulas raptum contra Canonem Sardicensis Concilii, quomodo & Photius, à quo tamen longè diversum se profitetur, cùm hæc addit solemnia, facunda, modestiæque verba plenissima. Ἐγὼ δ᾽, ὦ θεῖε, καίπερ τὸν κατὰ τὸν πολύτροπον Φώτιον χειροτονηθεὶς, ὡς ἔφησθα, ἀλλ᾽ οὐ παντελῶς. καὶ γὰρ, μετὰ τῆς μεταβολῆς μου τῆς τιμῶν, τῆς θείας ἐψαυσάμην, ἀλλ᾽ οὐ τῆς περὶ τοὺς Κανόνας, τὸ τῆς ἐν Σαρδικῇ ἁγίας Συνόδου ἠγνόουν, οὐδὲ τὸν ἀλλότριον ἐπεθύμησα θρόνον, οὐδὲ διὰ τὴν ἄνομον χειροτονίαν τιμωρηθεὶς ἔριν, καὶ στάσιν ἠγάπησα. Ἐκὼν τῆς ἀγνοίας μου συγχώρησιν αἰτήσας ἔλαβον, καὶ σὺ γέγονάς μοι ἐγγυητὴς τῆς κατορθωθείσης χειροτονίας, ἵνα ἐκ τοῦ σκότους ἐξάψοι τὸ φῶς. καὶ τὰ λοιπά. *Ego verò, ò Divine, quamvis ad instar astuti Photii Sacris initiatus, ut dixisti, non tamen omnino. Nam passus honorum mutationem Sacram scientiam delibavi, non tamen Canones. Quare Sardicense decretum ignorabam, neque alienam Cathedram concupivi, neque ob non legitimam Ordinationem multatus dissidium, ac partes amavi: Sponte ignorantiæ meæ veniam precatus accepi; tuque sponsor fuisti restitutæ Ordinationis, ut è tenebris lux oriretur, &c.* Quibus verbis palam ostenditur, initia Gennadii contra legem Ecclesiæ fuisse, Quod si talia Gennadii, quis dubitet, idipsum de Cyprii Ordinatione fateri? de quo Georgius (7) Metochites: τὸν αὐτὸν τρόπον, ὡς ὁ Φώτιος, ἀνόμως χειροτονηθεὶς ἱερᾶται. καὶ στάσιν εἰσενεγκεῖν ἐπενόει τῇ ἐκκλησίᾳ. *Eo, quo Photius, modo ad Sacra provectus dissidium, ac seditionem meditabatur Ecclesiæ.* Constat proinde, & Cyprium, & Gennadium ritu Photiano ad Infulam contendisse. Eum ritum contra Ecclesiæ Leges, ac Mores Latinæ, Græcæ, Photianæ esse, prorsus ostendimus. Quæ dementia hoc ipsum, de quo queritur, ad exemplum adducere? Stat igitur, secundæ classis homines Sacris initiatos, ἀνόμως, atque adeò exemplis Margunii nihil confici aliud, quàm ipsius palmarem ignorantiam, quæ iis exemplis inimicam communi omnium sententiæ sententiam probat, queis Lex ipsa probatur, vetans ad Sacra quenquam provehi aut saltu præcipiti præcocem, aut minimè Minoribus Ordinibus immoratum.

IX. Eam hercle si ulteriùs liberet exemplis usquequaque fulcire, proferrem Basilium, authore (1) Nazianzeno, gradatim ad Sacra provectum, proferrem Eutychium cunctabundum in singulis Ordinum gradibus, ex iis, quæ tradit (2) Eustratius acriter præcipites, ac festinas Ordinationes damnans. Proferrem Ignatium Martyrem in minoribus Ministeriis diligenter, diuque probatum priùs, quàm ad Sacerdotium, & Antiochenas Infulas ab ipsis Apostolis adsumeretur, ex congestis per (3) Metaphrasten. Quid? acervatim proponerem Martianum (4) Presbyterum, Anthimum (5) Nicomediensem Antistitem, Quiriacum (6) Anachoriten, Sampsonem (7) Xenodochum, Cyprianum (8) Martyrem Palæstinum, Autonomum (9) itidem Martyrem, CP. Patriarcham (10) Ignatium, sexcentosque alios, quorum nomen vel ipsis est venerabile Photianis, quosque, novimus, noverat ipse Margunius peritissimus in Metaphraste, perdiu singulis in Ordinum gradibus sui specimen, vitæque experimentum dedisse, priusquàm suprema conscenderent, An hæc exempla, quæ penè dixerim infinita, ab omnibus laudata, & ex omni ætate, & qualibet Ecclesia depromi possunt, atque extant penes Divorum Biographos, in Ecclesiastica historia, in Temporum omnium certissimis monumentis; an, inquam, hæc opposita Margunianis illis decem, quà falsis, quà exceptis, quà damnatis, potiori jure ineptias, & impietatem Margunii non Latinas ineptias, sed Latinam, Græcamque Veritatem, Ritus Ecclesiæ, Canonum præscripta deridentis minimè derideant? An denique non id agant, ut omnibus pateat, exterminandum hoc festinatarum Ordinationum præcipitium ab Ecclesiâ? Quæ sanè nihil magis in Ordinibus, quàm Ordinem amat, qui nullus erit, si à profana conditione, illibatis interjacentibus, ad sacerrima ire fas erit; & inutilis erit Ecclesiæ, si delibatis raptim interjacentibus, à profana conditione ad supremos Ordines licebit ascendere. Quò magis detestari oportebit Margunii Sententiam Ecclesiæ universæ sensa labefactantem, & Photianorum corruptissimum

morem

(1) *In Chronic. ad ann. 1255.*
(2) *Eodem loco.*
(3) *Histor. li. 2. c. 13.*
(4) *Ibid.*
(5) *In Ep. ad Macarium de suis contra Cyprii Responsi.*
(6) *Epist. ad Bessarionem de sua Ordinat.*
(7) *Orat. 2 pro Vecco.*

(1) *Orat. funebr. S. Basilii Magni.*
(2) *In Vit. S. Eutychii.*
(3) *In Vit. S. Ignatii Marty.*
(4) *Metaph. in Vit. S. Martiani.*
(5) *Idem in Vita S. Anthimi.*
(6) *Idem in Vita S. Quiriaci.*
(7) *Idem.*
(8) *Idem in Vit. SS. Cypriani, & Justinæ.*
(9) *Idem in Vita S. Autonomi.*
(10) *Nicetas in Vita S. Ignatii P.*

Digitized by Google

morem apertiùs licebit damnare, quo species Ordinum subvertitur, pessimumque datur utilitas. Erit porrò tenendum, usurpandumque, atque ubique docendum, nec licere, nec licuisse unquam Jure communi, à laica conditione ad Sacerdotium, aut dignitatem Antistitis, quin immoratum sit minoribus, properare. Quippe Laicus rei Ecclesiasticæ ignarus ab iis Ordinibus arcendus est, in quibus rei Ecclesiasticæ scientia non discitur, sed docetur. At, cum Margunio inquiunt Photiani crassiores, Jus istud commune abrogatum est apud Nos ipsa consuetudine. Eam confirmat Jus Civile, à quo petenda erit agendi regula, quando Jus Canonicum abrogatum est. Jus verò Civile perparum moræ singulis Ordinibus necessarium docet, cui suffragatur & (11) Nazianzenus his verbis: τελεῖται δὲ ἑπτὰ ἡμερῶν τὸν ἱερέα, *septem diebus perfici Sacerdotem*.

(11) Orat. in Pentecost.

X. Hæc non verbis tantùm, sed factis Photiani recipiunt, quæ Margunius (1) accepta ex Balsamone vernaculo Sermone omnibus retinenda proposuit. Ea tamen plena sunt ineptiarum, quas breviter dissipabimus. Nam cùm consuetudinem afferant, & consuetudini etiam legibus Sacris contrariæ præ legibus Sacris obediendum dicant, & plus æquo Juri Civili in rebus Ecclesiasticis deferant, nec dicta Nazianzeni prorsus intelligant, non abs re erit, obiter omnia perpendere admodum collatura ad Photianorum insaniam castigandam. Et primò, unde hanc consuetudinem afferant, prorsus ignores: nam, ut ostendimus, vel ipsis Photianis consentibus, properata Ordinatio, nec debitis morulis intercepta damnatur, à laica conditione ad Sacerdotium, aut infulas saltus proscribitur, ubique exauthoratio sic provehenti, provectoque (2) proponitur, ut summæ audaciæ sit, si raris exemplis consuetudinē statuas. Quòd si consuetudo idem est Photianis, ac corruptela, non inficiamur hanc eorum Moribus, at negamus, corruptelam consuetudinem esse. Consuetudinem jactatis? Ubi scriptam? Non scriptam dicitis; Ergo Canonibus consonam; saltem præscriptam legitimè judicialibus nimirum sententiis, aut patientiâ manifestâ Supremæ in Ecclesia potestatis. Nihil horum: consuetudinem neque scriptam, neque præscriptam, & Juri Canonum repugnantem, hanc probant. At hæc nulla est, spuria, invalida, & corruptela est. Testatur hoc Jurisprudentia omnis, cujus se magistrum in Græcia jactavit (3) Photius ille vester, ad quem consuetudinis hujusce refertis initia, quippe hæc scribit: καὶ ἐν τῷ πολιτικῷ νόμῳ τὸ ἔθος, ὡς ἄγραφος νόμος ἰσχύει, ὅτι ἐν δικαστηρίῳ ἡ συνήθεια βεβαιωθῇ, καὶ ὅτε μὴ ἐγγράφῳ νόμῳ ἐναντιῶται. *In Jure etiam civili consuetudo, tanquam Lex non scripta, vim obtinet, quando in Judicio confirmata fuerit, & quando Legi scriptæ non adversatur.*

(1) d. Nomocan. ult.

(2) Can. 2. Conc. Nicæn. I. Canon. 5. Cōc. VIII. Balsam. in Can. 2. Nicæn. & in Canon. 80. Apostol. & utrobique Zonaras.

(3) In Nomoc. tit. 1. c. 3.

XI. Cui sententiæ adeò defert inconstantia, & notata vel Photianis (1) Balsamonis imprudentia, ut, qui in Ordinationibus consuetudinem non scriptam, & Canonum Juri contrariam Margunio persuasit, is pedibus eat in sententiam Stephani Jurisconsulti, quem allegat (2) dicentem. ἡ χρονία συνήθεια τότε ὡς νόμος κρατεῖ, ὅτε μὴ ἐγγράφῳ διαμάχηται νόμῳ, καὶ μὴ νόμιζε, τοῦτο ἐναντίον εἶναι τῷ τέλει τοῦ προλαβόντος διατάγματος, ἐκεῖ μὲν γὰρ περὶ ἀσυνηθείας λέγων φησὶν, ὅτι δύναται αὕτη νόμον ἀναιρεῖν, ἐνταῦθα δὲ περὶ συνηθείας φησὶ, καὶ λέγει, ὅτι καινὸν οὐκ εἰσάγει νόμιμον ἡ συνήθεια, εἰ παλαιῷ νόμῳ μάχηται. δυνατὸν γὰρ ἐκ τῆς ἀσυνηθείας μὴ κεχρῆσθαι νομίμῳ, οὐ μὴν καὶ ἐναντίῳ κεχρῆσθαι. *Diuturna consuetudo tunc, ut lex, servatur, quando Legi scriptæ non adversatur. Nec existimes hoc esse contrarium fini Legis præcedentis Digestorum: Illic enim de dissuetudine loquens dicit, quòd potest legem tollere, hic autem de consuetudine loquitur, ac dicit, quòd consuetudo novam legem non inducit, si alicui veteri legi adversetur. Fieri enim potest, ut ex dessuetudine quidem non utamur lege, non tamen contraria utamur.* Quin idipsum in quæstione (3) celeberrima Protecdicum inter, & Chartularium, (dignitatum Sacrarum in Constantinopolitana Ecclesia nomina sunt primæ Classis, de quibus consule Magrium) circa locum, ac sessionem in publicis conventibus tutatus: ἐγὼ, (4) inquit, τοῦ βασιλικοῦ διορισμοῦ, κατὰ τὸ νενομισμένον, ἀκολουθῶν τῇ κατασκευαζούσῃ γνώμῃ τὴν προεδρείαν τοῦ χαρτοφύλακος διὰ τὴν μόνην τὴν ἄγραφον μακροτάτην συνήθειαν, τὴν ἀντὶ νόμου παραλαμβανομένην, ὡς γέγραπται, οὐ προστίθεμαι· οἶδα γὰρ, τότε τὴν μακρὰν συνήθειαν ἀντὶ νόμου κρατεῖν δοκιμασθεῖσαν πάντως συνοδικῶς, ὅτε οἱ νόμοι, καὶ Κανόνες διὰ ταύτην οὐ παραλύονται. *Ego verò sicuti Imperatoriæ Sanctioni, prout legibus receptum est, assentior, ita sententiam Chartulario primam sessionem adstruentem propter solam non scriptam longissimi temporis consuetudinem, quam legis, ut antea diximus, loco ducimus, minimè probo. Quippe tunc scio diuturnam consuetudinem pro Lege valere, omnino tamen in judicio prorsus examinatam, cùm Leges, & Canones per eam non debilitantur.* Eadem idem (5) Balsamon tradit alibi, cui consonant decreta Lucæ (6) Chrysobergæ, & Michaelis (7) Anchiali Patriarcharum, eaque omnia, quæ ad id congerit (8) Allatius ex Emmanuele (9) Caleca, & Theodoro (10) Studite. Unde licet colligere, consuetudinem & præscriptam esse debere, eamque, quæ Canonibus contraria non sit. Verùm hæc Photianorum consuetudo quo in Judicio unquam obtinuit? imò quo in Judicio legitimo non fuit damnata? Ausus est illam jactare in VIII. Synodo (11) Zacharias Chalcedonensis Episcopus tutaturus mystagogum suum Photium, sed eam statim Sacratissima Synodus (12) irritavit, contrivit, nullam constituit, nec semel, sed iterum, iterumque, ut patebit non desipientibus, si Acta (13) Sanctissimæ, ac Sapientissimæ Synodi curiosè perlegerint. Eandem damnavit (14) Adrianus II. in Synodo Romana, & (15) Joannes VIII. licèt propitius Photio, cujus repetitum decretum, quamvis pleraque corrupisset Photius, hac in parte intactum voluit. Eadem cæteri deinceps Pontifices cum (16) Leone IX. cæteri deinceps Patriarchæ cum (17) Germano II. & (18) Hieremia asserentibus, in Ecclesia nostra Ordinationes non ex consuetudine, sed ex præscripto Canonum, celebrari. Quæ cùm ita sint, quis non dementiæ postulabit Margunium jactantem consuetudines in id, quod Canones affirmatè sanxere?

(1) Notat Joannes Citrius in Respons. ad Constantinū Cabasilā respōs. ad 14. interrogatio. in Jure Græco-Rom. li. 1. responsorum.

(2) In Nomocan. ti. 1. c. 3.

(3) In Medit. de offic. Protecd. & Chartul. in Jure Græco-Rom. tom. 1. l. 7. pag. 453.

(4) Ibi longè post med. ex l. 34. ff. de ll. & l. 3. C. quæ sit longa cōsuet.

(5) In Can. 16. 1. & 2. Syn. de renuntiationib.

(6) In jur. Græco-Rom. l. 3. to. 1. sens. Syn. 1. tit. de Cler. se immiscē. negot. secularib. pag. 220.

(7) Ibid. tit. de cōsuet. pag. 230.

(8) De Interstit. pag. 134.

(9) Lib. 1. in proœm.

(10) Lib. 1. Epi. 50.

(11) In Syn. VIII. actio. 6.

(12) Ead. Syn. ibid.

(13) Can. 5. & Epi. Encycl.

(14) Epist. ad Basil. Constan. & Alex. A. A. A. et Epist. ad Episc. etc.

(15) In Epist. ad Photium.

(16) Epist. 6. & Epist. ad Michael. Cerul. ca. 3. & Ep. ad Petrū Antioch.

(17) In sigillo de translationiis Patri. Ma-

XII. Illud absurdius, quod ad patrocinium Civilium legum se confert, quasi Laicis jus ullum esset de Sacris quidquam decernendi, aut non translativum sit, quod ex Adagio Sacro

Græci

Digitized by Google

hypodiaconus, tum Diaconus, tum Presbyter, sexto denique, qui fuit Christi Natalium, & ipsum sacrum conscendit solium, & pacem populo nihil vera pace dignum cogitans nunciavit. Quòd si omnes tum Latini, tum Græci sanæ mentis homines, ingentis famæ, notæque sapientiæ viri hæc de Photii Ordinatione censuerunt, quis erit tàm excors, tàm fatuus, qui aut illam probet, aut ad exemplum proponat?

VIII. Quod de Ordinatione Photii dictum est, id de initiis dicendum Arsenii Patriarchæ ex Monacho Cœnobii ad lacum Apolloniadem siti, uno die Diaconi, Sacerdotis, ac Patriarchæ Ordines nacti, ut narrat Georgius (1) Logotheta, qui eum hominem, quem nobis Margunius inter exempla proponit, Heroem veluti aliquem, ad cujus instar liceat Ordinationes revocare, stupidum, & ignorantem Monachum appellat, lectum in locum Sapientissimi Blemydæ, qui dedignatus Photianis præesse, exemplo reverà memorando, & Græcià digno oblatas Infulas constantissimè recusavit, ut idem (2) Logotheta & Græcus, & Photianus author narrat, ac laudat. Idem, inquam, de Arsenii dicendum initiis, ac de Photianis. Quod non ego, aut Græcus aliquis ex Orthodoxis asserimus. Asserit inter asseclas Photii vir, ut inquit (3) Pachymeres, pietate, ac virtute celebris, & à Musis minimè alienus, zeli abunde habens ita, ut pro Ecclesiâ, ipsiusque legibus neglectis exardesceret, Nicephorus Ephesinus Metropolites Arsenii ipsius successor, & Patriarcha CP. Is, cùm in Synodo Constantinopolitana de Moribus, Vitâque Arsenii decessoris sui quæstio mota esset, affirmavit propalam, Arsenii Ordinationem contra Canones fuisse, teste eodem (4) Pachymere. Denique, quæ nobis Margunius exempla profert ex Georgio Cyprio, atque Gennadio, quid probant, nisi corruptelam morum jampridem in Ecclesiam nostram per Photianos invectam? Utrunque hunc ritu Photiano Sacris initiatum, manifestissimum est; idque etsi Cyprius, vir sanè detestabilis, ut patet (5) ex Vecco, minimè fateatur, fatetur sanè vir sapientissimus, & penè dixerim ultimus Græcorum Patriarcharum (6) Gennadius, affirmans se non ritè ad Sacra provectum, atque ad Infulas raptum contra Canonem Sardicensis Concilii, quomodo & Photius, à quo tamen longè diversum se profitetur, cùm hæc addit solemnia, facunda, modestiæque verba plenissima. Ἐγὼ δ', ὦ θεῖε, καίπερ τὸν κατὰ τὸν πολύτροπον Φώτιον χειροτονηθεὶς, ὡς ἔφησθα, ἀλλ' οὐ παντελῶς, καὶ γὰρ, μετὰ τὴν μεταβολὴν ἔμαθον τῶν τιμῶν, τῶν θείων ἀψάμενος, ἀλλ' οὐ τῶν περὶ τοὺς Κανόνας, τὰ τῆς ἐν Σαρδικῇ ἁγίας Συνόδου ἠγνόουν, οὔτε τὸν ἀλλότριον ἐπεθύμησα θρόνον, οὐδὲ διὰ τὴν ἄνομον χειροτονίαν τιμωρηθεὶς ἔσχισα, καὶ στάσιν ἠγάπησα. Ἑκὼν τῆς ἀγνοίας μοι συγχώρησιν δεησάμενος ἔλαβον, καὶ σὺ γέγονάς μοι ἐγγυητὴς τῆς κατορθωθείσης χειροτονίας, ἵνα ἐκ τοῦ σκότους ἐξάψαι τὸ φῶς. καὶ τὰ λοιπά. *Ego verò, ò Divine, quamvis ad instar astuti Photii Sacris initiatus, ut dixisti, non tamen omnino. Nam passus bonorum mutationem Sacram scientiam delibavi, non tamen Canones. Quare Sardicense decretum ignorabam, neque alienam Cathedram concupivi, neque ob non legitimam Ordinationem multatus dissidium, ac partes amavi: Sponte ignorantiæ meæ veniam precatus accepi; tuque sponsor fuisti restitutæ Ordinationis, ut è tenebris lux oriretur, &c.* Quibus verbis palam ostenditur, initia Gennadii contra legem Ecclesiæ fuisse, Quod si talia Gennadii, quis dubitet, idipsum de Cyprii Ordinatione fateri? de quo Georgius (7) Metochites: τὸν αὐτὸν τρόπον, ὡς ὁ Φώτιος, ἀνόμως χειροτονηθεὶς ἱερεὺς, καὶ στάσιν εἰσενεγκεῖν ἐπενόει τῇ ἐκκλησίᾳ. *Eo, quo Photius, modo ad Sacra provectus dissidium, ac seditionem meditabatur Ecclesiæ.* Constat proinde, & Cyprium, & Gennadium ritu Photiano ad Infulam contendisse. Eum ritum contra Ecclesiæ Leges, ac Mores Latinæ, Græcæ, Photianæ esse, prorsus ostendimus. Quæ dementia hoc ipsum, de quo quæritur, ad exemplum adducere? Stat igitur, secundæ classis homines Sacris initiatos, ἀνόμως, atque adeò exemplis Margunii nihil confici aliud, quàm ipsius palmarem ignorantiam, quæ iis exemplis inimicam communi omnium sententiæ sententiam probat, queis Lex ipsa probatur, vetans ad Sacra quenquam provehi aut saltu præcipiti præcocem, aut minimè Minoribus Ordinibus immoratum.

IX. Eam hercle si ulteriùs liberet exemplis usquequaque fulcire, proferrem Basilium, authore (1) Nazianzeno, gradatim ad Sacra provectum, proferrem Eutychium cunctabundum in singulis Ordinum gradibus, ex iis, quæ tradit (2) Eustratius acriter præcipites, ac festinas Ordinationes damnans. Proferrem Ignatium Martyrem in minoribus Ministeriis diligenter, diuque probatum priùs, quàm ad Sacerdotium, & Antiochenas Infulas ab ipsis Apostolis adsumeretur, ex congestis per (3) Metaphrasten. Quid? acervatim proponerem Martianum (4) Presbyterum, Anthimum (5) Nicomediensem Antistitem, Quiriacum (6) Anachoriten, Sampsonem (7) Xenodochum, Cyprianum (8) Martyrem Palestinum, Autonomum (9) itidem Martyrem, CP. Patriarcham (10) Ignatium, sexcentosque alios, quorum nomen vel ipsis est venerabile Photianis, quosque, novimus, noverat ipse Margunius peritissimus in Metaphraste, perdiu singulis in Ordinum gradibus sui specimen, vitæque experimentum dedisse, priusquàm suprema conscenderent. An hæc exempla, quæ penè dixerim infinita, ab omnibus laudata, & ex omni ætate, & qualibet Ecclesia depromi possunt, atque extant penes Divorum Biographos, in Ecclesiastica historia, in Temporum omnium certissimis monumentis; an, inquam, hæc opposita Margunianis illis decem, quà falsis, quà exceptis, quà damnatis, potiori jure ineptias, & impietatem Margunii non Latinas ineptias, sed Latinam, Græcamque Veritatem, Ritus Ecclesiæ, Canonum præscripta deridentis minimè derideant? An denique non id agant, ut omnibus pateat, exterminandum hoc festinatarum Ordinationum præcipitium ab Ecclesiâ? Quæ sanè nihil magis in Ordinibus, quàm Ordinem amat, qui nullus erit, si à profana conditione, illibatis interjacentibus, ad sacerrima ire fas erit; & inutilis erit Ecclesiæ, si delibatis raptim interjacentibus, à profana conditione ad supremos Ordines licebit ascendere. Quò magis detestari oportebit Margunii Sententiam Ecclesiæ universæ sensa labefactantem, & Photianorum corruptissimum morem

(1) *In Chronic. ad ann. 1255.*

(2) *Eodem loco.*

(3) *Histor. li. 2, c. 13.*

(4) *Ibid.*

(5) *In Ep. ad Macarium de suis contra Cyprii Respons.*

(6) *Epist. ad Bessarionem de sua Ordinat.*

(7) *Orat. 2 pro Vecco.*

(1) *Orat. funebr. S. Basilii Magni.*

(2) *In Vit. S. Eutychii.*

(3) *In Vit. S. Ignatii Marty.*

(4) *Metaph. in Vit. S. Martiani.*

(5) *Idem in Vita S. Anthimi.*

(6) *Idem in Vita S. Quiriaci.*

(7) *Idem.*

(8) *Idem in Vit. SS. Cypriani, & Justinæ.*

(9) *Idem in Vita S. Autonomi.*

(10) *Nicetas in Vita S. Ignatii P.*

Digitized by Google

morem apertiùs licebit damnare, quo species Ordinum subvertitur, pessumque datur utilitas. Erit porrò tenendum, usurpandumque, atque ubique docendum, nec licere, nec licuisse unquam Jure communi, à laica conditione ad Sacerdotium, aut dignitatem Antistitis, quin immoratum sit minoribus, properare. Quippe Laicus rei Ecclesiasticæ ignarus ab iis Ordinibus arcendus est, in quibus rei Ecclesiasticæ scientia non discitur, sed docetur. At, cum Margunio inquiunt Photiani crassiores, Jus istud commune abrogatum est apud Nos ipsâ consuetudine. Eam confirmat Jus Civile, à quo petenda erit agendi regula, quando Jus Canonicum abrogatum est. Jus verò Civile perparum moræ singulis Ordinibus necessarium docet, cui suffragatur & (11) Nazianzenus his verbis: τελειοῦσι δὲ ἑπτὰ ἡμερῶν τὸν ἱερέα, *septem diebus perfici Sacerdotem*.

X. Hæc non verbis tantùm, sed factis Photiani recipiunt, quæ Margunius (1) accepta ex Balsamone vernaculo Sermone omnibus retinenda proposuit. Ea tamen plena sunt ineptiarum, quas breviter dissipabimus. Nam cùm consuetudinem asserant, & consuetudini etiam legibus Sacris contrariæ præ legibus Sacris obediendum dicant, & plus æquo Juri Civili in rebus Ecclesiasticis deferant, nec dicta Nazianzeni prorsus intelligant, non abs re erit, obiter omnia perpendere admodum collatura ad Photianorum insaniam castigandam. Et primò, unde hanc consuetudinem asserant, prorsus ignores: nam, ut ostendimus, vel ipsis Photianis consentibus, properata Ordinatio, nec debitis morulis intercepta damnatur, à laica conditione ad Sacerdotium, aut infulas saltus proscribitur, ubique exauthoratio sic provehenti, provectoque (2) proponitur, ut summæ audaciæ sit, si raris exemplis consuetudinē statuas. Quòd si consuetudo idem est Photianis, ac corruptela, non inficiamur hanc eorum Moribus, at negamus, corruptelam consuetudinem esse. Consuetudinem jactatis? Ubi scriptam? Non scriptam dicitis; Ergo Canonibus consonam; saltem præscriptam legitimè judicialibus nimirum sententiis, aut patientia manifestâ Supremæ in Ecclesia potestatis. Nihil horum: consuetudinem neque scriptam, neque præscriptam, & Juri Canonum repugnantem, hanc probant. At hæc nulla est, spuria, invalida, & corruptela est. Testatur hoc Jurisprudentia omnis, cujus se magistrum in Græcia jactavit (3) Photius ille vester, ad quem consuetudinis hujusce refertis initia, quippe hæc scribit: καὶ διὰ τοῦ πολιτικοῦ νόμου τὸ ἔθος, ὡς ἄγραφος νόμος ἰσχύει, ὅτε ἐν δικαστηρίῳ ἡ συνήθεια βεβαιωθῇ, καὶ ὅτε μὴ ἐγγράφῳ νόμῳ ἐναντιοῦται). *In Jure etiam civili consuetudo, tanquam Lex non scripta, vim obtinet, quando in Judicio confirmata fuerit, & quando Legi scriptæ non adversatur.*

XI. Cui sententiæ adeò defert inconstantia, & notata vel Photianis (1) Balsamonis imprudentia, ut, qui in Ordinationibus consuetudinem non scriptam, & Canonum Juri contrariam Margunio persuasit, is pedibus eat in sententiam Stephani Jurisconsulti, quem allegat (2) dicentem. ἡ χρονία συνήθεια τότε ὡς νόμος κρατεῖ, ὅτε μὴ ἐγγράφῳ διαμάχηται νόμῳ, ἢ μὴ νομίζε, τοῦτο ἐναντίον εἶναι τῷ τέλει τοῦ προλαβόντος διατάγματος, ἐκεῖ μὲν γὰρ περὶ ἀσυνηθείας λέγων φησὶν, ὅτι δύναται) αὐτὴ νόμον ἐκλείπειν, ἐνταῦθα δὲ περὶ συνηθείας φησὶ, ὅ λέγει, ὅτι καινὸν οὐκ εἰσάγει νόμιμον ἡ συνήθεια, εἰ παλαιῷ νόμῳ μάχηται). δυνατὸν γὰρ ἐκ τῆς ἀσυνηθείας μὴ κεχρῆσθαι νομίμῳ, οὐ μὴν τὸ ἐναντίῳ κεχρῆσθαι. *Diuturna consuetudo tunc, ut lex, servatur, quando Legi scriptæ non adversatur. Nec existimes hoc esse contrarium fini Legis præcedentis Digestorum: Illic enim de dissuetudine loquens dicit, quòd potest legem tollere, hic autem de consuetudine loquitur, ac dicit, quòd consuetudo novam legem non inducit, si alicui veteri legi adversetur. Fieri enim potest, ut ex dessuetudine quidem non utamur lege, non tamen contraria utamur.* Quin idipsum in quæstione (3) celeberrima Protecdicum inter, & Chartularium, (dignitatum Sacrarum in Constantinopolitana Ecclesia nomina sunt primæ Classis, de quibus consule Magrium) circa locum, ac sessionem in publicis conventibus tutatus: ἐγὼ, (4) inquit, τῷ βασιλικῷ θεσπίσματι, κατὰ τὸ νενομισμένον, ἀκολουθῶν τῇ κατασκευαζούσῃ γνώμῃ τὴν προεδρείαν τοῦ χαρτοφύλακος διὰ τὴν μόνην τὴν ἄγραφον μακροτάτην συνήθειαν, τὴν ἀντὶ νόμου παραλαμβανομένην, ὡς γεγράπται, οὐ προστίθεμαι· οἶδα γὰρ, τότε τὴν μακρὰν συνήθειαν ἀντὶ νόμου κρατεῖν δοκιμασθεῖσαν πάντως συνοδικῶς, ὅτε οἱ νόμοι, καὶ Κανόνες διὰ ταύτης οὐ παραλύονται). *Ego verò sicuti Imperatoriæ Sanctioni, prout legibus receptum est, assentior, ita sententiam Chartulario primam sessionem adstruentem propter solam non scriptam longissimi temporis consuetudinem, quam legis, ut antea diximus, loco ducimus, minimè probo. Quippe tunc scio diuturnam consuetudinem pro Lege valere, omnino tamen in judicio prorsus examinatam, cùm Leges, & Canones per eam non debilitantur.* Eadem idem (5) Balsamon tradit alibi, cui consonant decreta Lucæ (6) Chrysobergæ, & Michaelis (7) Anchiali Patriarcharum, eaque omnia, quæ ad id congerit (8) Allatius ex Emmanuele (9) Caleca, & Theodoro (10) Studite. Unde licet colligere, consuetudinem & præscriptam esse debere, eamque, quæ Canonibus contraria non sit. Verùm hæc Photianorum consuetudo quo in Judicio unquam obtinuit? imò quo in Judicio legitimo non fuit damnata? Ausus est illam jactare in VIII. Synodo (11) Zacharias Chalcedonensis Episcopus tutaturus mystagogum suum Photium, sed eam statim Sacratissima Synodus (12) irritavit, contrivit, nullam constituit, nec semel, sed iterum, iterumque, ut patebit non desipientibus, si Acta (13) Sanctissimæ, ac Sapientissimæ Synodi curiosè perlegerint. Eandem damnavit (14) Adrianus II. in Synodo Romana, & (15) Joannes VIII. licèt propitius Photio, cujus repetitum decretum, quamvis pleraque corrupisset Photius, hac in parte intactum voluit. Eadem cæteri deinceps Pontifices cum (16) Leone IX. cæteri deinceps Patriarchæ cum (17) Germano II. & (18) Hieremia asserentibus, in Ecclesia nostra Ordinationes non ex consuetudine, sed ex præscripto Canonum, celebrari. Quæ cùm ita sint, quis non dementiæ postulabit Margunium jactantem consuetudines in id, quod Canones affirmatè sanxere?

XII. Illud absurdius, quod ad patrocinium Civilium legum se confert, quasi Laicis jus ullum esset de Sacris quidquam decernendi, aut non translativum sit, quod ex Adagio Sacro

Græci

(11) Orat. in Pentecost.

(1) Id. Nosa ult.

(2) Can. 2. Conc. Nicæn. I. Canon. 5. Cōc. VIII. Balsam. in Can. 2. Nicæn. & in Canon. 80. Apostol. & utrobique Zonaras.

(3) In Nomoc. tit. 1. c. 3.

(1) Notat Joannes Citrius in Respons. ad Constantinū Cabasilā respōs. ad 14 interrogatio. in Jure Græco-Rom. li. 1. responsorum.

(2) In Nomocan. ti. 1. c. 3.

(3) In Medit. de offic. Protecd. & Chartul. in Jure Græco-Rom. tom. 1. l. 7. pag. 453.

(4) Ibi Κεφ. post med. ex l. 34. ff. de ll. & l. 3. C. quæ sit longa cōsuet.

(5) In Can. 16. 1 & 2. Syn. de renuntiationib.

(6) In jur. Græco-Rom. l. 3. to. 1. sens. Syn. 1. tit. de Cler. se immiscē. negot. secularib. pag. 220.

(7) Ibid. tit. de cōsuet. pag. 230.

(8) De Interstit. pag. 134.

(9) Lib. 1. in proœm.

(10) Lib. 1. Epi. 50.

(11) In Syn. VIII. actio. 6.

(12) Ead. Syn. ibid.

(13) Can. 5. & Epi. Encycl.

(14) Epist. ad Basil. Constan. & Alex. AAA. et Epist. ad Episc. etc.

(15) In Epist. ad Photium.

(16) Epist. 6. & Epist. ad Michael. Cerul. ca. 3. & Ep. ad Petrū Antioch.

(17) In fragm. de cartular. Patri.

Digitized by Google

Græci, *Sancta Sanctis*. Certè Leges Civiles Sacris ubique deferunt tanto semper obsequio, ut pii Cæsares septem Synodorum decreta tanquam Numinis ipsius effata Sacris exarata Paginis custodienda constituant, Canonibus Leges affirment obsequi, atque pragmaticas Sanctiones, si Canonibus adversentur, invalidas, infirmasque decernant. Quod non Latini asserunt, sed Græci, nec Græci solùm, sed Photiani, neque hi etiam dumtaxat, ipse sed Photius (1) affirmat, munitque multiplici authoritate Juris (2) Civilis. Photium sequitur (3) Balsamon repetitis assertionibus, quibus adeò favet Ecclesiasticis Legibus, ut vim abrogandarum Civilium Legum, si quando contrariæ Canonibus sint, non circumscribat terminis Oecumenicarum Synodorum, sed palam protendat ad ipsas Provinciales, atque uti dicimus, Topicas Synodos, quin etiam ad quascunque Sanctiones, Regulasque Patrum. Quod etiam ante Balsamonem asseruit (4) Callistus Monachus (5) ab Allatio sine nomine laudatus. Jam si Canones supra Leges sunt, quid nobis Laicarum (6) authoritatem obtrudit Margunius, censentium, brevi tempore posse Ordines omnes conferri? atque clamante (7) Sardicensi Concilio: ἐν ἐπ' ἐλαχίστῳ χρόνῳ, hoc est, μακίσῳ: *non minimo tempore, hoc est, longissimo*, ex legum Civilium documentis ad morulas, & momenta, dieculasque revocat? Non, inquit, Leges ad authoritatem plenissimam provoco, sed ex Nazianzeno probatum, ex Legibus confirmo. Imò, si quid legere novi, deductum ex Legibus, effato Nazianzeni confirmas. Quàm malè tamen, quàm Photianè, hoc est vel insipienter, vel subdolè, patet ex lectione Nazianzeni, qui cùm eo loci de laudibus Septenarii numeri agat, prærogativas ipsius undequaque decerptas enumerat, inter quas, & illam ex Lege (8) veteri Synagogæ, qua præcipitur ἑπτὰ ἡμέραις τελειώσεις τὰς χεῖρας αὐτῶν, ut septem diebus consecrentur manus Aaron, & filiorum ejus. Ex quo quæ consecutio sit adrem nostram, non video, cùm nusquam inter Nos is Mos consecrandi Sacerdotis vigeat, qui fuit in Synagoga, ut adnotant ex Latinis, quotquot scripsere in Exodum, & inter Græcos (9) Theophanes Nicænus. Hanc autem esse mentem Nazianzeni, patet ex (10) Niceta in Billiana locupletissima editione. Vide Allatium (11) hac super re disputantem, convincentemque ignorantiæ Balsamonem, cujus æquiori jure nos Margunium damnamus, qui tàm confidenter ad brevissimum tempus omnium auspicia Ordinum ex Balsamone redegit; mox etiam intervalla omnia recepta semper ab omnibus pernegavit. Verùm Margunius quidlibet arbitretur, nobis superfit probasse, nec à laico posse quenquam ad Sacerdotium, aut Infulas properanter ire, & intervalla omnino quolibet in Ordine servanda: quod adeò Græcis nostris receptum est, ut, quoto tempore cuilibet Ordini sit immorandum, perquirant.

XIII. Disputat de hoc latè (1) Allatius: Nobis in re manifesta immorari non placet. Primò igitur damnamus (2) Jurisconsulti Sententiam docentis, in quolibet Ordine per quindecim Annorum spatium immorandum, quippe severam nimis, ac perparum utilem; Eandem (3) Balsamon futiliorem ob causam rejicit. Secundò rejiciendam censemus (4) Justiniani Cæsaris decisionem, qui ausus rebus Ecclesiasticis legem ferre, decrevit superfuturam Intervallis Ordinum trium mensium intercapedinem, cui solita erga Principes adulatione consentit (5) Balsamon, adstipulaturque simia Balsamonis (6) Macarius Hieromonachus. Tertiò non admodum tutam existimamus opinionem Alexii (7) Aristeni arbitrati, suffecturum annum integrum moræ unicuique Ordini: Quamvis enim, quæ docet Alexius ante Balsamonem, consonent Latinis decretis, præsertimque Concilio (8) Tridentino, ac proinde videantur æquissima, tamen ubi Jus Græcum est, & quidem Ecclesiæ nostræ latum ab Oecumenicâ Synodo in Græciâ, & pro Græciâ hanc præcipuè ob causam, celebratâ, ei standum est. Porro Sacrosanctum Concilium CP. ultimum, quod inter Oecumenica VIII. est, sic (9) statuit. Κλυὼν ὅξιν ὁ λέγων, μὴ δεῖν ἐπίσκοπον προχειρίζεσθαί τινα νεόφυτον κατὰ τὴν πίστιν, ἢ κατὰ τὸν ἱερατικὸν κλῆρον ὑπάρχοντα, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ, καὶ παγίδα Διαβόλου, καθὰ φησιν ὁ Παῦλος. Συμφώνως τοίνυν τούτῳ λέγομεν, μηδένα τῶν ἀπὸ συγκλητικῆς ἀξίας, καὶ κοσμικῆς ἀγωγῆς προσφάτως καρέντα, ἢ κατὰ σκοπὸν, καὶ προσδοκίαν ἀρχιερατικῆς τιμῆς γεγονότα κληρικὸν, ἢ μοναχὸν εἰς τὸν τοιοῦτον ἀναβιβάζειν βαθμὸν, κἂν ἐν ἑκάστῳ τάγματι τῆς θείας ἱερωσύνης πλείονα χρόνον ποιήσῃ δοκιμαζόμενος· οὐ γὰρ δι' εὐλάβειαν, ἀλλὰ διὰ φιλαρχίαν κέκαρται. Ἔτι δὲ πλέον τοῦτο ἀπειργόμεθα, εἰ παρὰ βασιλικῆς ἐξουσίας εἰς τοῦτο συνωθεῖται. Εἰ δέ τις κατ' ἐρημίαν ὑποψίαν τῆς εἰρημένης ἐπιθυμίας, καὶ προσδοκίας ἐκάρη, ἀλλὰ διὰ τὸ καλὸν τῆς κατὰ Χριστὸν πολιτείας γέγονε κληρικὸς, ἢ μοναχὸς, καὶ πάντα βαθμὸν ἐκκλησιαστικὸν μετελθὼν, κατὰ τοὺς ὡρισμένους χρόνους, ἀνεπίληπτος εὑρέθη, προβιβασθήτω εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην, ὥστε ἐν τῷ βαθμῷ τοῦ ἀναγνώστου ἐνιαυτὸν πληρῶσαι, ἐν δὲ τῷ τοῦ ὑποδιακόνου, δύο, καὶ ἐν τῷ τοῦ διακόνου τρεῖς, καὶ τέσσαρας ἐν τῷ τοῦ πρεσβυτέρου. Ἐπὶ δὲ τῶν χρονισάντων εὐλαβῶς τῷ τάγματι τῶν Κληρικῶν, καὶ τῶν μοναχῶν ὁ προειρημένος χρόνος συσταλήσεται παρὰ τῶν κατὰ καιρὸς ἐπισκόπων. εἰ δὲ παρὰ τοῦτον τὸν ὅρον προαχθείη τις εἰς τὴν εἰρημένην ὑπερτάτην τιμὴν, ἀποδοκιμασθήτω παντελῶς. *Canon est, qui dicit, non oportere quenquam ex Neophyto, sive sit Neophytus in fide Christiana, sive in Ordine Clericorum, Episcopum renunciari, ne, ut Apostolus dicit, inflatus incidat in judicium, & laqueum Diaboli. Huic ergo convenienter dicimus: neminem ex Ordine Senatorio, & laico Gradu recens eo dumtaxat animo, & consilio in Clericum, vel Monachum attonsum, ut Episcopi, vel Patriarchæ dignitatem assequatur, honoris gradum oportere conscendere, etiamsi in unoquoque gradu divini Sacerdotii longiori tempore versatus probetur. Neque enim pietatis causa, sed ambitionis attonsus est. Quod si quis nulla suspicione ambitionis, vel honoris spe tactus, sed recta, honestaque Christi disciplina inductus in Clericum, vel Monachum attonsus est, perque omnes gradus Ecclesiasticos definitis temporibus vitam agendo inculpatam transisse reperiatur, ad Episcopatus honorem evehatur ita, ut in Lectoris munere annum, in Subdiaconi duos, in Diaconi tres, in Sacerdotis quatuor annos expleat. Piè verò, diuque in Clerico-*

nast. in jur. Græco-Rom. lib. 3. pag. 235. to. 1.
(18) *Ad Germanos paræn. c. 15.*
(1) *In Nomocan. tit. 1. c. 2.*
(2) *Const. 3. tit. 2. Novell. & Cōstit. 2. tit. 1. Cōstit. 12. tit. 1. eod. & l. 45. lib. 1. tit. 3. Cod.*
(3) *In Nomocan. ad d. c. 2. & in c. 3. & Canon. 2. Trull.*
(4) *de Syn. ad Sardicen.*
(5) *De Interst. pag. 114.*
(6) *Nov. 122. vel 123. ex Macar. Hieromonac. collect. Can. c. 161.*
(7) *Can. 10.*
(8) *Exod. ca. 29. nu. 29.*
(9) *Epist. ad Sacer. & reliquos Clericos.*
(10) *In Commēt. ad Orat. in Pentecosten Nazian.*
(11) *De Interst. a pag. 109.*
(1) *Ibid. a pag. 103.*
(2) *Lib. 3. Basilicon tit. 1. c. 7.*
(3) *In c. 17. Synod. Constant.*
(4) *Nov. 122.*
(5) *In Nomocan. ad eam Novell.*
(6) *In Collect. 1. Canon. c. 161.*
(7) *In Nomoc. ad 5. Can. Nicæn. I.*
(8) *Sess. 23. de Refor. c. 12.*
(9) *Can. 5.*

Digitized by Google

ricorum, vel Monachorum Ordine versatis tempus ab Episcopis, qui per tempora fuerint, contrahi potest. Si quis præter hanc Sanctionem ad Supremum Episcopatus honorem provectus fuerit, rejicitur.

XIV. Igitur hac in re duo statuenda sunt, alterum, ut ex regulâ Juris agenti Episcopo plerunque non liceat stata per Oecumenicam Synodum intervalla corripere: alterum, ut aliquando eidem liceat pro re, pro conditione hominum, pro causa, severitatis Canonicæ aliquid indulgere, sive potiùs remittere, ita tamen, ut semper præ oculis habeat hanc Regulam, quæ jubet, sive meliùs, permittit indulgentiam erga *τὸς ἀλαβὰς χρονίσαντας diu præ versatos*, ne nimia clementiâ, causæ, ob quam Lex ejusmodi lata est, non sine damno Ecclesiæ, obsit. Est autem ea causa, quam ab initio proposuimus, ut rei Ecclesiasticæ ignarus ad Sacra non admittatur, quâ causâ cessante, fas erit, ei manus ad Sacerdotium, aut Infulas imponere, qui contractiore temporis spatio minores gradus usurpavit: Scilicet ejus potestatem faciente Sacratissima Synodo, quæ jure diutiora Nostris Intervalla constituit, quàm Tridentina Latinis. Etenim res Ecclesiasticæ Latinæ, quamvis ubique Sanctimoniam, Moresque ab Apostolis traditos referant, simplicitatem tamen sacram amant; quare Latinam Ecclesiam (1) Jacheli fortissimæ fœminæ comparabimus, quæ cultus, ornatusque secura simplici clavo Sisaram conficit: At Græcorum Ecclesiastica res & ipsa maximè pia, atque religiosa, traditarumque vel ab Apostolis, vel à Patribus cæremoniarum tenacissima ornatum, & elegantiam maluit, tantâ ubique cultus diligentiâ, ut ritè comparanda sit formosæ (2) Juditha pari fortitudinis, ac pulchritudinis laude de Olopherne triumphanti. Quo fit, ut, cùm Latina Sacra faciliùs addiscantur, Græca difficiliùs; & in illis numerus ipse, ac ratio, minoris ad notitiam spatii tempus petat: Nobis infinita rerum congeries, minuta, prolixa, modusque peragendarum Sacrarum precum plerumque memoriter, plus temporis impendendum edicit. Quod sanè, nisi quid contra ratio suadeat, accuratè retinendum censemus, retentumque laudamus, quidquid contra oggannìat Marguntius, cujus ineptiis cùm abunde hoc in Responso responderimus, fore speramus, ut Græcia nostra, ea impedimenta Ordinum meditata, quę sine culpa homines à Sacris rejiciunt, toti potiùs Ecclesiæ fidem adhibeat, quàm corruptelæ Morum nostrorum propalam reo, & Veritatis hosti Photiano.

(1) *Judic. c.4.n.21.*

(2) *Judith. c.7.nu. 8.*

Finis Responsi Secundi.

DE

DE CULPIS, QUÆ IN EXAMINE ORDINIBUS

Præmittendo Dispiciendæ sunt,

Responsum III.

Ad eundem Illustrissimum, ac Reverendissimum

MELETIUM TIPALDUM ARCHIEPISCOPUM, ET METROPOLITEN PHILADELPHIÆ.

SECTIO I.

Mores aliquot Græcorum defenduntur.

SUMMARIUM.

I. *Iniqui Vituperatores Græcorum castigantur.*

II. *Catumsyriti in Græcos iniquitas. Colyba quid sint.*

III. *Ea piè usurpari, & ab Agaparum more descendere.*

IV. *Agapis vetitis, morem Colyborum mansisse, qui & comprobatur.*

V. *Non censeri à Græcis irregularem eum, qui Colyba non comederit. Unius Photiani dictum stultè proponi, ut sententiam Græcorum.*

VI. *Explicatur locus Margunii, & defenditur à calumniis Catumsyriti.*

VII. *Defenditur Græcorum mos abhorrendi à liquoribus per immunda animantia contaminatis.*

VIII. *Mos itidem liquores ejusmodi expiandi probatur.*

IX. *Quadragenarium Sitularum numerum in expiratione hujusmodi non esse superstitiosum.*

X. *Non censeri criminosum eum, qui nondum expiatos liquores tetigerit, aut degustarit.*

XI. *Non esse irregularem Græcis eum, qui sanguinem, aut Suffocatum comederit.*

XII. *Harmenopuli laus.*

XIII. *Etiamsi Græci rejicerent à Sacris eos, qui Suffocatum comedunt, non propterea damnari posse.*

I. DUo præcipuè sunt, Sacratissime Præsul, quorum à (1) Triobolaribus quibusdam Scriptoribus Græci passim arguimur, Incuria Canonum, & Superstitio morum. Tanta est Maledicentiæ libido, ut contraria dicere, & ex oppositis damnare, quos odit, minimè vereatur. Nam quî fieri potest, ut Superstitioni sit deditus, qui Patrum regulas, atque Religionis Sanctissimas negligit Leges? aut quî Legum sacrarum incuriosus, qui, quid Majores optimè sanxerint, scire, resque Deo dicatas, dicandasve ad eorum instar aptare spernit, superstitiosus vocabitur? Incuria secura est, Superstitio curiosa: Illa, ne eorum quidem quidquam pensi habet, quæ cujusque intersunt; hæc, vel illa pensitat, quæ ex sese inutilia, diligentiâ ipsâ noxia fiunt. Illa vel manifesta præterit, hæc & incerta scrutatur; Illa denique licere sibi quidlibet autumat, hæc de concessis dubitat ipsis: cùmque illa criminosa sit, quòd nusquam reputat crimen, hæc maximè peccat, quòd ubique cavet, ne peccet. Ita longè diversissima sunt Incuria, & Superstitio, quemadmodum & negligentia, & nimia diligentia; nec quia in utraque peccatum est, utranque ritè similem dixeris, quando, quæ pariter criminosa sunt, Avaritia, & Prodigentia, maximè distant; desituræ alterutrum, esse, ubi invicem coaluerint. Hinc obtrectatorum Græciæ ineptissima scommata refelluntur, adstruiturque illud solemne, ac manifestum, quod eos propalam damnat mendacii tantò turpioris, quantò dementiùs ad labefactandam Græciæ dignitatem contraria coacervat in unum, eosdemque Superstitionis accusat, quos Incuriæ reos ad publicum

(1) Catumsyr in Palinodia c. 3. Ligur. in l. 2. de hæres.

Digitized by Google

eam vituperationem deduxerat. Et huic sanè Græciam minimè obnoxiam, superiori Responso palam ostendimus, prolatis nimirum tùm authoritatibus, tùm exemplis, quibus apertissimè comprobatur, omni ævo circa res sacras in Græcia latos à Patribus Canones, severè propositos, constanter jussos, religiosè servatos. Reliquum est, ut in præsentiarum à Gente nostra notam alteram avertamus, evincamusque, eam, quæ paritura Canonibus plurimum severitati concessit, nihil unquam Superstitioni concessisse, quippe quæ, circa culpas à Sacris Ordinibus abigentes, nihil unquam decreverit, quod aut recentibus Romanæ Ecclesiæ Moribus, aut priscis illis Christianorum abionum sit; ut, ni hostes nostri Superstitionis aurea illa Religionis nostræ sæcula, ac recentia Latinorum damnare velint, Mores nostros improbare non possint, nedum per summam temeritatem, ac nefas reprehendere. Id nos hercle præstabimus non equidem præliarem in modum, collatâ ad id scilicet operâ, sed prosecuti institutæ dissertationis aleam, sensim, & obiter demonstrando commune Ecclesiæ utriusque Suffragium circa eas culpas, ac crimina, quæ à Sacris criminosos rejiciunt, quæque, si pari tùm Antiquitatis, tùm Ecclesiæ universæ sententiâ irregularem faciunt, alterutrum dicendum erit, aut Ecclesiam Universam superstitiosam fuisse semper, aut Græciam nunquam Superstitioni fuisse obnoxiam.

II. Neque enim quæ Græciæ affingit scelestissimus Catumsyritus Calaber à Sede Apostolica olim damnatus, atque palinodiam canere coactus, Veritati consentanea censebit Morum nostrorum peritus leviter quispiam, nec irregularem penes nos haberi (quod ille mentitus est) credet eum, qui nunquam Colyba comederit, aut Suffocatum, sanguinemque tetigerit, aut aquam, vinumve, aut oleum, in quæ impurum animal inciderit, fortuitò degustarit. Commendat Colyba Ecclesia nostra, à Suffocato, & sanguine abhorret, inquinata sordidis animantibus edulia, nisi ea sacræ preces expient, aversatur, non tamen inde Irregularitatis hujusce arripit argumenta. Quod ut manifestè pateat, pudeatque recentiorem quendam, cujus nomini parcimus, eadem in Græcos ex Catumsyrito, non sine & impudentia, & ignorantia jactantem, operæ pretium erit exponere Græcorum Scita circa hæc pauca: fiet enim, ut inde religiosi æquis animis videamur, qui à loquacissimo, damnatoque Calabro superstitiosi dicti, à Centuriatore Theologastro eodem nomine recentiùs accusamur. Excoquimus quandoque Græci frumentum leviter, penè ut vix intumescat, mollescatque, lancibusque acervatim impositum frugibus variis respergimus, pisis nimirum itidem coctis, tusis avellanis, cortice nudatis amygdalis, malogranatorum rubentibus gemmis, uvæ seu Liparæ, seu Corinthiacæ, Zacynthiæve passis globulis, aliisque ejusmodi bellariis; idque edulium, pultim illam dicas, sive farratum, Colyba nuncupamus, quæ quidem vel Divorum honori, cùm annalia eorum remeant festa, vel Defunctorum vitâ hominum memoriæ, cùm instante Magnæ Quadragesimæ jejunio pro piis parentum Manibus inferias agimus, precesque solemnes concipimus, aut pro Fanis egenorum distributa turbæ, aut sepulcris imposita in Sacerdotum, ministrorumque usus postmodum cessura, passim offerimus.

III. Hæc Colyba, & piè instituta fuisse, & religiosè usurpari, nec tamen ad ea præstanda adigi quenquam ita, ut piaculum sit, ni quisque ad id muneris exhibendum se se compellat, nemo est tam rudis prisci moris, tam imperitus rerum Nostrarum, qui nesciat. Nam Mos hic utrunque complectitur, & Agaparum consuetudinem olim laudatam, & facti memoriam, quo nihil fortius Christiana Respublica vidit adulta. Etenim Agapas nihil aliud fuisse, nisi pias commessationes diebus seu festis, seu funebribus penes Ecclesiam celebratas, testatur Antiquitas, unde & Natalitiæ dictæ, & funebres, ut refert eruditissimè (1) Magrius. Easdem ab ipsis Ecclesiæ nascentis initiis, & usitatas, & commendatas ille negaverit, qui nihil norit. Quid enim notius his Sacris Conviviis, quidve Christianis solemnius? Ea adeò priscis illis sæculis placuere, ut promiscuè à Clericis etiam, Laicisque non sine amicorum, ac pauperum turbâ celebrarentur, ut refert (2) Origenes: & Gangrense (3) Concilium contemptores Agaparum anathemate districtissimo palam perculerit. Adde, quæ congerit emphaticè Tertullianus sic Ethnicos (4) allocutus: *Cœna nostra de nomine rationem sui ostendit. Vocatur Agape, quod dilectio penes Græcos est. Quibuscunque sumptibus constet, lucrum est Pietatis nomine facere sumptum: siquidem inopes quoque refrigerio isto juvamus: nihil vilitatis, nihil immodestiæ.* Quibus congruunt, quæ Aletio (5) Paulinus scribit, celebratas ab eo in Rufinæ uxoris funere Agapas facundè commendans: *Patronos*, inquit, *animarum nostrarum pauperes, qui tota Roma stipem meritant, multitudinem in aulam Apostoli congregasti. Pulchro equidem tanti Operis tui spectaculo pascor. Videre enim videor tota illa religiosæ miseranda plebis examina, illos pietatis divinæ alumnos influere penitùs agminibus, ut pro januis Atrii, pro gradibus campi spatia coarctentur.* Nec desunt (6) Gregorii loca idipsum confirmantia, sive Agapæ celebrandæ in Templorum essent Dedicationibus, sive festis diebus sub Dio, vel privatis in Penatibus pauperum solatio essent adhibendæ. Quin imò vel ab ipsis Apostolorum temporibus solemnia fuere Christianis hæc nempe convivia, quorum honestæ, modestæque celebritati præcepta contulit (7) Clemens his verbis. *Ἐν δὲ ταῖς μνείαις αὐτῶν καλούμενοι μετ' εὐταξίας ἐσθίετε, καὶ φόβῳ Θεοῦ, ὡς δυνάμενοι πρεσβεύειν καὶ ὑπὲρ τῶν μεταστάντων. ad convivium verò funebre invitati, Ordine, & timore Dei epulamini, ut possitis & preces pro defunctis exhibere.* & (8) superiùs exhibendarum hujusmodi epularum rationem, dividendarumque dapum pro dignitate convivarum Ordinem curiosiùs exposuerat.

(1) *In Hierolex. dictio. Agape, sub init.*
(2) *In Joo. l. 10.*
(3) *Can. 11. habetur ca. 1. 44. dist.*
(4) *Apologet. cap. 34.*
(5) *Ep. 31*
(6) *Ep. 14. l. 1. & Ep. 71. l. 9.*
(7) *Const. Apost. li. 8. c. 44.*
(8) *Ibid. l. 2. c. 28.*

IV. Non inficior, has Agapas, epulasque Sacras sensim descivisse à Christiana pietate, malumque mox ad luxum, atque inhonestam crapulam abiisse, cujus corruptelæ nobis initia indigitat ille idem, qui Agapas laudaverat, (1) Tertullianus: *apud te*, ajens, *Agape in Cacabis fervet, fides in Culinis calet, spes in ferculis jacet.* Quare

(1) *De Jejunio. adversus Psychic. c. 17.*

Digitized by Google

re tùm in nostra Ecclesia (2) primùm Clericorum Avaritia coercita, sibi meliora quæque in Agapis seponentium, mox Agapæ ab Ecclesia procul celebrari (3) jussæ; tùm in Ecclesia Latina ex (4) Carthaginiensi Concilio III. primùm damnatæ, mox ab Ambrosio vetitæ, ejusque exemplo ab (5) Augustino prudenter neglectę tandem obsolevere. Non tamen unquam vetitum, ne edulia pauperibus distribuenda ad Ecclesiam deferantur, ut acceptâ ibidem per preces Sacerdotum notâ quadam Sanctitatis, mox ad egenos, aut Clericos transeant; quæ sanè Colyborum nostrorum est forma. Neque enim ea aut convivia sunt, aut in Ecclesia comeduntur. Precibus (6) aptantur ad obsequium Numinis, precibus honori Divorum, adjumentoque defunctorum vita dicantur, suntque veluti quædam solemnis erogatio benignæ largitatis, & sacratæ per preces stipis religiosa largitio, quæ nusquam vetatur, imò apprimè commendatur ab Athanasio, quem Balsamon (7) refert his verbis: ὅπως δὲ τὰ ἐπὶ ταῖς μνήμαις τῶν ἁγίων, καὶ τῶν κατοιχομένων προσφερόμενα, καὶ κοινὰ ὡς λεγόμενα, διὰ πολυειδῶν ὀπωρῶν κοσμούμενα τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρονται, μαθήσῃ ἀπὸ τοῦ εἰς τοὺς κεκοιμημένους λόγου τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου. *Quomodo autem, quæ in memoriis Sanctorum offeruntur, & quasi communia dicta, omni genere fructuum ornata ad Aram offeruntur, disces ex Oratione Magni Athanasii de iis, qui dormierunt.* Quæ verba etsi nobis Authoritatem Athanasii proferunt, quæ nusquam, quod viderim, est, quòd ea Oratio, quæ laudatur, perierit, certè Colyborum usum, substitutumque Agapæ hunc Morem edicunt, quando, quæ in Agape solemniùs, luxuriosiùs, & in ipsis Templis strato toro, celebrabantur, modestiùs, frugaliùs in Colybis fiunt, quæ sacrantur quidem in Ecclesia, distribuunturque tùm pauperibus, tùm ministris, non tamen, nisi in locis profanis extra Templi ambitum, comeduntur. Neque, quòd cum Catumsyrito recentior hic hostis Græciæ autumat, Colybis obstat, quasi placandis Manibus, Ethnicorum more, adhibeantur. Hanc calumniam vel tempestate Augustini Christianæ pietati à Manichæis impactam eo planè modo, quo (8) Augustinus, Græcia refellit, fassa tùm penes (9) Balsamonem, atque (10) Blastarium, tùm penes (11) Diplovatacium, & (12) Lascarim in eum finem instituta Colyba, ut pauperes, & Ministri Ecclesiæ illis recreati ad preces pro Mortuis fundendas moveantur: quod ne Græcæ tantùm fidei committamus, assertum habes & à (13) Busquequio, & à (14) Goario Latinis authoribus eruditissimis, adnotavitque Combefisius in notis ad Athanasium MS. quas in Allatii Biblica hæreditate legimus, excriptasque tamquam reconditæ eruditionis cimelia pretiosissima diligentissimè asservamus. Accedit, Colyborum usum Origine antiquissimum, necessitate sanctum, ac divina quoque Apocalypsi fuisse propositum. Nam, ut narrat Nectarius Synaxarii author, eoque junior Nicephorus Callistus, Colyba speciatim eo, quo utimur, modo celebrari cœpere, cùm Julianus Fidei Christianæ desertor jussit, nullos panes, nulla edulia, nullos fructus venales in Oriente exponi, quin priùs, vel Sacrificiorum sanguine veititorum, vel cultu profano lustrarentur, ut à Christianis coempti, atque ad usum, cibumque deducti eos ad

(2) *Conc. Laodic. Can. 27.*
(3) *Idem Conc. Can. 28. & Trullan. ca. 74. ubi Zonar.*
(4) *Can. 30.*
(5) *Ep. 64.*
(6) *Vide Euchology. & in illud Notas Goar, in Orat. Colybor. pag. 658.*
(7) *In Canon. 4. Apost.*
(8) *In lib. contra Faustum.*
(9) *Ubi suprà.*
(10) *In Nomoc. Ver. τετραποδ...*
(11) *De Jur. Græcor. lib. 3. tit. 2. c. 4.*
(12) *In Synopsi Can. Nili c. 18.*
(13) *In Goar. citatus.*
(14) *In Colybor. Oratione nota unica col. 2. Pag. 661.*

qualemcumque Superstitionis Ethnicæ cultum cogere viderentur. Ajunt enim, tunc à Theodoro Martyre, cui Cognomen Tyro, per visum Euzoium Euchaitarum Episcopum monitum, ut Populum à nefandis dapibus sibi comparandis arceret, juberetque, panis, aliorumque eduliorum vice, frumentum, atque legumina in cibum excoqui, quo Populi necessitati, famique consuleretur. Porrò frumentum illud incoctum leguminibus penes Euchaitas Colyba appellatum, ut conjicio, quasi Coliphia, quæ rudes, incoctosque Cineri panes fuisse autumat (15) Magrius ex (16) Plauto, (17) Juvenale, & (18) Martiale, unde scilicet Colyborum usus à Martyre divinitùs insinuatus, à Christianis necessitatis causa susceptus, ubi ea necessitas desiit, non illaudandà Pietate religiosiùs in defunctorum memoriam, atque subsidium cessit. τοῦτο δ᾽ ἐκέλευσε Θεόδωρος κατὰ τὴν μεγάλην νηστείας ἡμέραν, ὃ δὴ καὶ ἐξ ἐκείνου ἡ ἐκκλησία τὴν μνήμην ἀνανεουμένη τοῦ πεπραγμένου εἰς δεῦρο πράττει πανηγυρίζουσα. *Hoc quidem jussit Theodorus juxta magnam jejunii diem, quod, ex eo tempore ad hanc usque diem ejus facti memoriam refricans, & conventum agens, Ecclesia jugiter observavit.* Hęc (19) Nicephorus; at (20) Nectarius: τελεῖται, ait de Theodoro Tyrone Martyre, ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ σαββάτῳ τῆς πρώτης τῶν νηστειῶν ἑβδομάδος, ὅτε καὶ τὸ θαῦμα γέγονεν παρ᾽ αὐτοῦ τῶν Κολύβων, ῥυσάμενον τὸν ὀρθόδοξον λαὸν ἐκ τῆς μεμιασμένης βρώσεως τῶν εἰδωλοθύτων. *Ejus memoria recolitur Sabbato primæ Jejuniorum hebdomadis, quando ab eo Colyborum miraculum editum est, & fidelem Populum à contaminato Idolothytorum cibo liberavit.* His adde, quæ de Colybis eruditè narrat (21) Baronius, & (22) Triodion apud Nos, atque novissimè Gabriel (23) Severus cautè legendus, quippe qui videtur negare, resurrecturos nos è cineribus nostris in eadem, quâ vivi constamus, carne, quod, uti dicunt, erroneum est, & hæreticum.

V. Constat, Colyba nihil Superstitionis præseferre, referre plurimum prisci, piiq; Moris, antiquę, ac sanctæ liberalitatis: esse instituta divinitùs interventu noti miraculi, memoriamque fortis, atque Christianæ prorsus abstinentiæ posteris Majorum piè facta mirantibus palam ingerere, ut, si quis ea propter nos Superstitionis damnat; is manifestè perparum sese callidum Historiæ, Antiquitatis ignarum; ni id notæ malit; calumniatorem planè nefarium fateatur. Quid quod calumniæ addit mendacium, professus irregularem à Græcis haberi eum, qui Colyba non comederit? Neque enim id unquam Gręcia somniavit, quinimò passim Juris Interpretes nostri pietatis liberrimæ opus Colyba, non necessitatis affirmant. (1) Prodromus. ἡ δὲ τῶν Κολύβων ἐν τῷ τῆς α΄. ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν ἑορτῇ ἀνάγκην τῆς κολυβοφαγίας οὐκ ἐπάγει· μᾶλλον δὲ ἐπαινεῖται ὁ τῶν Κολύβων κατασκευαστὴς αὐτῶν οὐ γευόμενος, ἵνα τοῖς πένησι διὰ τοὺς πένητας τὰ προτεθέμενα διασκορπίσῃ. *Colyborum verò Sabbato primæ Jejuniorum hebdomadis Solemnitas necessitatem Colyba comedendi non inducit, imò & laudatur, qui præparat Colyba, si ea minimè gustet, ut pauperibus, quæ propter pauperes oblata sunt, religiosè dispertiat.* (2) Blastarius: ἐζητήθη, εἰ ἀνάγκη ἐσθίειν τὰ Κόλυβα δηλ, καὶ ἁγίους ἱερω-

(15) *In dictio. Agape ante fin. ubi suprà.*
(16) *In Trinummo.*
(17) *Satyra 2.*
(18) *Libr. 7. Epigr. 66.*
(19) *Lib. 10. hist. c. 12.*
(20) *In Synaxar. 17. Febr.*
(21) *Ad ann. 362. nu. 42. & 43.*
(22) *Sabb. 1. hebdom. Quadrages. mane pag. 135.*
(23) *Libello de Colybis.*
(1) *De Interpret. Canon. ad Canon. 11. Trull.*
(2) *In Nomocan ad Trullan.*

Digitized by Google

ἱερωθέντα διὰ τῆς ἀρχῆς; φαίνεται δὲ κατὰ τὰς ἀποκρίσεις τοῦ ὁμολογητοῦ Νικηφόρου οὐδὲν ἀναγκαῖον· τὸ γὰρ Ἀντίδωρον πρακτικωτέρως μετέχειν εὐλογίας, οὐκ ἐπ' ἀνάγκῃ λαμβάνομεν. Quæsitum, an necesse sit Colyba comedere Deo, & Sanctis dicata per preces? Videtur autem juxta Responsa Homologetæ Nicephori nulla esse necessitas. Nam Antidorum (id nominis est reliquiis ejus panis, cujus pars ad Eucharistiam translata est) *licet efficacioribus sacratum precibus non ex necessitate recipimus.* Et (3) Hieremias Patriarcha CP. penes (4) Campanas, quæ necessariò quotannis facienda sunt, accuratè percurrens, quæque ad libitum, hæc postrema inter Colyborum usum enumerat, hac solemni sententia. *τῶν δὲ οὐκ ἀναγκαίων, καλὸν δὲ, τὸ μὲν πρῶτον τὰ Κόλυβά ἐστιν, ἃ καλὸν τοῖς πλουσίοις προσφέρειν, ἵνα ἱλάσκονται οἱ τῶν ἁγίων χοροὶ, καὶ πένητες εὐφρανθῶσιν· ὁ δὲ τούτων ἀπέχεσθαι εἰωθὼς, ἢ ναυτιῶν ἐπὶ τῷ βρώματι, μηδὲν λοιδορῶν τὰ ἔθη τῆς ἐκκλησίας οὐχ ἁμαρτάνει. Eorum verò, quæ necessaria non sunt, bona sunt tamen, primum Colyba, quę utiliter à Divitibus offeruntur, ut sibi propitios Divorum Choros efficiant, & hilaritatem excitent pauperum. At si cui mos est his abstinere sese, vel forte stomachetur edulium, ni contemnat mores Ecclesiæ, non peccat.* Hæc sanè Græca sunt, hæc à summis Græcorum Doctoribus tradita, ante quos & (5) Aristenus, & (6) Macarius, & (7) Dositheus, & quicunque de Ritibus nostris scripsere etiam in Italia (8) Diplovatatius, (9) Lascares, (10) Melissenus, (11) Arcudius, omnes confirmant, quæque aut nota nescire, ignorantia est, aut cognita dissimulare, nequitia, ut nimirum utrinque Gens illa ab ineptissimis Nebulonibus exagitetur, quæ antiquitatis ubique tenacissima sanctimoniam, gravitatem, atque religionem castigatissimis Moribus refert. Verùm vanissimus Ligur uni Cythæreo Præsuli à se fidem præstari autumat, à quo id asserit affirmari: rejiciendum scilicet à Sacris eum, qui Colyba nostra non comedat. Esto id Margunius affirmarit: An propterea ex ore unius Margunii Græcia judicabitur? Quanta, quamque absona receptæ in Ecclesia veritati Durandus Mimatensis Episcopus scripserit, ille unus ignoret, cui sit barbarum Scholasticæ, ut ajunt, Theologiæ nomen: quàm sæpè magnum illud post Aquinatem Aquinatis interpres ingenium Cajetanus (12) erraverit, docent jussa Pii V. Pontificis, qui tantum scriptorem penè in omnibus admirandum, in aliquibus corrigendum edixit. Quid? Penè omnes Ecclesiæ Doctores, quod humana fert imbecillitas, in quibusdam decepti, à veritatis quandoque tramite non sponte discessere, ut vix, quod (13) Hieronymus asserit, Hilarii libri inoffenso pede decurri queant, quando vel in iis nonnulla non admodum consentanea veritati acutè notat (14) Claudianus Mamertus Viennensis Episcopus, & ex Mamerto Sixtus (15) Senensis. Non tamen ex his Latinos quispiam erroris arguerit, aut aliquorum culpam, notamve in totam Gentem effuderit: quæ iniquitas, ne dicam stultitia, unius Margunii sententiam tot Græcorum assertionibus reprobatam Græcis affingere? Esto ex ungue leonem metiri liceat, at nemo ex cive urbem, ex homine Gentem censebit. Quid quod Margunius non Græcus, Photianus est, Photianorumque uti recentissimus, ita & pessimus. Hostis proinde Græciæ, non Græcus, corruptor Morum nostrorum non testis, Legum sacrarum, quæ in Græcia obtinent, calumniator manifestarius, non Interpres, cujus ea, in re nostrâ, authoritas est, quæ in re Latinâ Luthero, atque Calvino: æqui ne quisquam justivè consulet, ex hostis suffragio de Græcia judicare? corruptorem ad testimonium admittere? Calumniatoris nequitiam ad Legum interpretationem conferre, atque ex effato damnati hominis laudatæ tot Pontificum Diplomatibus Gentis Mores sanctissimos æstimare?

(3) *In Ephesi præcepto. Eccles. p. 2. c. 1.*
(4) *De vi Canonum Schol. 42.*
(5) *In Synop. Syntagmatis c. 80.*
(6) *In 2. Collect. Can. c. 18.*
(7) *In explicat. Synaxariorum. ad 17. Febr.*
(8) *In l. 3. de Jure Græcor. c. 9. tit. 7.*
(9) *In explicat. Regul. Nicephori ad reg. 38.*
(10) *De Moribus Eccles. Græc. ca. 12.*
(11) *In respōs. ad lib. de Sacram. Severi Philadelph. circ. fin.*
(12) *Notat sæpè Bellarm.*
(13) *Ep. 7. ad Letam.*
(14) *De statu Animæ ad Sidon. Apollin. l. 2.*
(15) *Biblioth. l. 1. c. 68.*

VI. Atque hæc, si demus, ea, quæ Margunio tribuit Ligur, à Margunio dicta fuisse: quid si idipsum falsissimum est? Est autem falsissimum à Margunio asseri, rejiciendum esse ab Ordinibus eum, qui Colyba non comederit. Nam locus (1) ille, qui producitur ab hostibus nostris, hæc habet. *πόσον πρέπει τὰ κρατοῦμεν σεβασμιωτάτην τὴν ἑορτὴν, καὶ βρῶσιν τῶν Κολύβων ἐκ τούτου μάθε, ὅτι ἦν χρόνος, ὅταν ἀπείργοντο τῆς χειροτονίας οἱ μὴ φαγόντες τὰ Κόλυβα. Quàm venerabilem deceat censere celebritatem, usumque Colyborum, hinc disce, quòd fuerit tempus, cùm ab Ordinibus sacris repellebantur, qui Colyba non comedissent.* Mox palam, & statim, *ἀλλὰ τῶρα, ἀγκαλὰ καὶ ἑορτάζει αὐτὰ, καὶ ἐπαινεῖ ἡ ἐκκλησία, δὲν εἶναι ἀναγκαῖα οὐδὲ τοῖς κληρικοῖς, καθὼς ὁ Θεόδωρος ἐκ τοῦ ἁγίου Νικηφόρου διαμαρτυρεῖ. Sed nunc, licèt ea celebret, laudetque Ecclesia, non sunt necessaria, ne Clericis quidem. uti Theodorus ex D. Nicephoro tradit.* Vides, Margunium Morem Græcis appictum manifestissimè inficiari, cùm Colyba non necessariò Clericis comedenda palam affirmet, quæ certè, si Irregularitatem inferret eorum abstinentia, essent à Clericis necessariò comedenda. Quod autem primo loco dicit, fuisse tempestatem, qua qui Colyba minimè comedisset, arcebatur à Sacris, eruditè explicat, alio (2) loco narratam à nobis superiùs ex Callisto, & Nectario historiam elegantissimè describens: nam, ubi commemoravit indictam à ciborum usu contaminatorum abstinentiam, propositumque Colyborum edulium, sic narrationem absolvit. *Τότε δὲ γέγονεν τὸ ἀπωθεῖσθαι χειροτονίας τοὺς μὴ Κολύβων μεταλαβόντας· ἡ γὰρ τῶν Κολύβων ἀποχὴ τότε σημεῖον μιαροφαγίας τῶν εἰδωλοθύτων, καὶ τοῦτο ἀσεβείας ἐμφορτωμένη ἀπεῖργεν τοῦ Κλήρου. Fuit autem tunc, ut repellerentur à Sacris Ordinibus, qui Colyba non degustassent. Siquidem à Colybis abstinentia argumentum erat contaminati per Idolothyta esus: hoc autem crimen à Cleri dignitate rejiciens.* En doctam, veramque Margunii sententiam, quem uti refellere licuit, licebitque, ubi Photiano furore percitus plerumque insanit, ita fas est à Nebulonum calumniâ tueri, ut utrinque Veritas, æquitasque Judicii nostri pateat, quo adeò Veritati faveamus, ut non pigeat vel inimico, cui bellum nostris hisce Responsis indiximus, opem ferre, si quando Veritatem amplectitur. Manifestum porro ex his est, Colyborum usum Græciæ vitio verti non posse, planèque desipere hostes nostros, qui Superstitionis nos arguunt,

(1) *Nota 39.*
(2) *In Notis ad Metaphr. 17. Febr.*

S 2 quòd

Digitized by Google

quòd aut usurpamus Colyba, aut abstinentes se Colybis ab Ordinibus sacris arcemus, quorum alterum *pium* est, falsum est alterum.

VII. Nec aut æquius, aut verius est, quod ex haustu contaminatæ impuris animantibus liquidæ in Nos cum recentiori Simiolo torquet ineptissimus Catumsyritus. Nam quòd à liquoribus hujuscemodi abhorremus, non imputandum religioni, sed nauseæ, ad quam nos adigit ipsa seu Natura, seu Vitæ urbaniùs institutæ ratio, ex qua quædam exoritur vis phantasiæ repugnantis, qua fit, ut urbanissimæ Gentes, quæque ritu barbarorum non vivunt, plurima & usurpare, & contingere passim horreant. ἔστι γὰρ, inquit (1) Chrysostomus, πολλὰ τῶν πραγμάτων, ἃ φύσει μὲν οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτα, διὰ δὲ τὴν ἀσθένειαν τοῦ συνειδότος ἀκάθαρτα γίνεται· Καθάπερ ἐπὶ τῶν παιδίων τὰ προσωπεῖα, καὶ τὰ λοιπὰ μορμολύκεια φύσει μὲν οὐκ ἔστι φοβερὰ, φοβερὰ δ' ἔστι τοῖς παιδίοις, διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν· οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων, οἷον τὸ νεκρὸν ἅψασθαι σωμάτων· φύσει δὲ οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτον, ὅταν δὲ ἀσθενοῦς ἐπιλάβηται συνειδότος, ἀκάθαρτον ποιεῖ τὸν ἁψάμενον. *Nam multæ res sunt, quæ natura quidem non sunt immundæ, sed imbecillitate conscientiæ efficiuntur immundæ. Ut enim in pueris accidit, ut personæ, cæteraque larvarum genera naturâ quidem metum minimè incutiant, pueris tamen sint formidabiles propter imbecillitatem intuentium. Ad eum modum in his: puta si corpus mortuum contingatur, id suapte natura immundum non est; verùm, si pusillamini occurrant conscientiæ, jam reddit immundum eum, qui tetigerit.* At, inquiunt, Christiano nihil immundum, Judaicum est in rebus mundum sectari; quæ Deus purificavit, juxta (2) monstrata Petro, quis dicat immunda? Aut quî Synagogæ mores, Legesque non referat, si (3) fictilium ea, in quæ spurcorum animantium aliqua inciderit, alia confringantur, defricentur alia, alia denique curiosiùs expientur? Hæc Catumsyritus, ex quo Ligus: Quibus respondendum, nihil à Nobis naturâ suâ immundum censeri. Scimus, à Deo quæ facta sunt, omnia & bona esse, & valde bona: Elementa, Vasa, cibosque ex animalium quorundam illapsu, attactuve non ita fœdari dicimus, ut ad Legis instar vitanda sint. Hæc tamen omnia stomacho consulentes, imbecillitatique hominum aut respuimus, aut sacris precibus expiamus, ut Deo auspice horror ille phantasiæ, cùm fieri potest, sanctiùs superetur. Novimus enim *Sanctificari creaturam Dei per verbum Dei, & orationem*, Doctore (4) Paulo: nimirum, ut docet Chrysostomus, purificari per signum Crucis, ejusque virtutem, & Ecclesiæ invocationes. Propterea, quamvis nihil pollutum, immundumve in rebus à Deo conditis fateamur, tamen, cùm quemadmodum & cultiores aliæ Gentes suspiciosæ simus phantasiæ, ut horridis animantibus attacta, polluta, infectaque reputemus, maximè si excrementum, reliquias sui, tetrumve afflatum post se reliquerint, ne propter cogitandi, judicandive infirmitatem τῷ ἀτελεῖ τῆς διανοίας, καὶ τῇ ἀσθενείᾳ τῶν λογισμῶν, ut Græci dicimus, neu propter insidias Cacodæmonis κατὰ μεθοδείαν τοῦ διαβόλου, polluta, impura, & execranda semper reputemus, purgationibus, puta aquæ exhaustu, vasorum ablutione, demum expiationibus sacris, ritibusque lustralibus ea, quæ ante horruimus, quodammodo consecramus, tantâ fide, tantoque obsequio erga preces Ecclesiæ, ut quæ ante stomachari usuvenit, post verba, opusque Sacerdotis ad usum recipiamus, quasi religione superante Naturam, cujus, opere ipso Ecclesiæ, superatur phantasia, ut pollutum deinceps non reputet, quod naturâ suâ bonum, purum, mundumque docet Ecclesia.

(1) *In Catechesi ad Illuminandos.*

(2) *Actor. c. 10. nu. 10.*

(3) *Levit. ca. 11. & c. 15.*

(4) *1. Ad Timoth. c. 4. n. 5.*

VIII. Ex his patet obtrectatorum insania, quorum Sophismata ex Sacris Paginis, Ritibusque Synagogæ deducta in hypothesi prorsus ineptiunt. Non enim quòd abhorremus à pollutâ per animantes aquâ, immunda dicimus, quæ aversamur, suâpte esse conditione. Quod si quis dixerit, ejusdem criminis accuset necesse est universam Ecclesiam, in qua nemo non aversabitur temperatum lotio poculum, conditas pediculis, vel muribus pultes, aut insectis spurcissimis onustas lances, quæ omnia suâpte naturâ impura non sunt, quæque immunda nulli stomacho Christianorum habenda erunt, quando nemini licet impurum dicere, quod Deus purificavit. His adde non omnia, quæ in Ritibus Christianorum Judæorum Moribus conveniunt, esse damnanda: nam, ut sapientissimè docuit Leo (1) Magnus, *Apostoli Testamenti Veteris ita decreta distinxerunt, ut quædam ex eis, sicut erant condita Euangelicæ eruditioni profutura decerperent, &, quæ dudum fuerant consuetudinis Judaicæ, fierent observantiæ Christianæ.* Hæc inter Morem hunc si, quis referat, ut polluta fœdis animantibus expientur, quid usquam obnoxium superstitioni autumabit, præsertim cùm hæc nostra Consuetudo deflectat admodum à Judaica? Utrobique purgatio pollutorum, non tamen utrobique eadem ratio purgationis. Ibi ex Lege, hic ex More, necessaria ibi, penes Nostros concessa, permissa dumtaxat: illa judicio, cui Lex horrorem rei pollutæ imperabat, solemni cæremonia medebatur, hæc Phantasiæ, quam imbecillitas, & urbanitas rapit ad nauseam, privatis precibus opem fert, ut illibata censeat, & tanquam illibatis utatur, quæ Numen ad hominum condidit usum. Quæ omnia ex prece ipsâ, quam adhibemus, manifestissima sunt, quamque si Catumsyritus Italo græcus sine odio suæ Gentis, quam anteà usque ad ineptias dilexerat, legisset, aut Ligur linguæ Nostræ imperitissimus legere potuisset, profectò ex probatissimo More Nos impietatis minimè damnavissent; quasi cum Manichæis, quæ à Deo condita sunt, mala, aut cum Judæis à Deo condita polluta esse censeamus. Eam precem integram huc transferre non placuit, ne prolixitate tædium Lectoris benevoli provocaremus: illam videat, qui percupit, in Euchologio. Pauca hæc ex illa supersint ad refringendam Rabularum audaciam. Habet (2) ergo sic: ἅγιε κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῇ σῇ ἀνεκλαλήτῳ ἐπιδημίᾳ πᾶσαν ἀκαθαρσίαν τοῦ ἐχθροῦ καταργήσας, ὁ διαστειλάμενος, μὴ τὰ εἰσπορευόμενα κοινοῦν τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ πάντα καθαρὰ εἶναι τοῖς καθαροῖς, ὁ διὰ τοῦ σκεύους τῆς ἐκλογῆς τοῦ σοῦ Ἀποστόλου διδάξας ἡμᾶς, πάντα τὰ ἀπὸ σοῦ κτισθέντα καλὰ εἶναι πιστεύειν, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι ἀπόβλητον διὰ θείου λόγου, καὶ τῆς πρὸς σὲ

(1) *Serm. 2. de Jejun. 7. Mens.*

(2) *Tit. ordo solitus si contigerit aliquid execrandum &c.*

Digitized by Google

σὲ ὀνταξίως ἁγιαζόμενα, αὐτὸς εὐλόγησον τὸ οἶνον τοῦτον, ἢ ἔλαιον τῇ σῇ χάριτι διὰ τῆς ἐπιχύσεως τοῦ ἁγίου ὕδατος, καὶ πάντα μολυσμὸν, ἢ δισταγμὸν ἐκ τοῦ ἐν αὐτῷ ἐμπεσόντος ἑρπετοῦ, κατὰ μεθοδείαν τοῦ πονηροῦ, ἀπέλασον ἐκ τῆς διανοίας τῶν δούλων σου. *Domine Sancte Deus noster, qui clementissimo adventu tuo omnem immundam illuviem sustulisti, qui cibos hominis os subintrantes communes, ac coinquinatos non existimari, sed omnia mundis esse, munda dixisti: qui per Apostolum tuæ vas Electionis cuncta à te condita bona esse docuisti, nihilque, quod divino tuo verbo, vel præsentia sanctificatum foret, pollutum esse censendum; ipse gratia tua vino huic, vel oleo per aquæ Sanctæ infusionem benedic, omnemque impuritatem, vel ejus suspicionem, & opinionem propter reptile, quod Diaboli nequitia in illud incidit, ortam à servorum tuorum mente repelle, &c.* Et clariùs (3) paulò ante. Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ πάντα καλὰ λίαν ποιήσας, ὁ καθαρίζων ἐν ὀνόματί σου πάντα μολυσμὸν, καὶ ἀκαθαρσίαν, καὶ μεταστοιχειῶν ἁγιάζων τὰ πάντα, αὐτὸς καὶ νῦν, Δέσποτα, ἐπίφανον ἐπὶ τῆς παρούσης ὥρας διὰ τοῦ τύπου τοῦ σταυροῦ σου, καὶ καθάρισον τὸ φρέαρ τοῦτο ἐκ τῆς ἀφρεθείσης ἐν αὐτῷ ἀκαθαρσίας, καὶ ἐκ τοῦ ἐμπεπτωκότος ἐν αὐτῷ μυσαροῦ, ἢ κνωδάλου, συγκαταβαίνων τῷ ἀτελεῖ τῆς διανοίας ἡμῶν, καὶ τῇ ἀσθενείᾳ τῶν λογισμῶν· καὶ μὴ κατακρίνῃς ἡμᾶς τὰ καλὰ λίαν μὴ χωροῦντας. *Domine Deus virtutum, qui cuncta valde bona condidisti, qui in nomine tuo omnem fœditatem immundam, & illuviem omnem expurgas, & immutas cuncta sanctificans. Ipse nunc, Domine, in præsenti hora per signum Crucis tuæ adsis, & puteum ex contracta ab eo immunditia ob abominandum quidpiam, vel insectum, quod in eum incidit, nostræ mentis imperfectioni, & cogitationum infirmitati acquiescens purifica, nec nos, quæ valde bona sunt, non capientes, condemnes, &c.* Eadem preces nostræ repetunt alibi eodem (4) in Euchologio tum communi, atque typis edito, tum M.S. vetustissimo (5) Barberino: ut apprimè constet, nihil in More hoc nostro laudatissimo posse deprehendi, cujus Græciam pudeat, cui nimirum consentanea olim sanctissimè præcepit Latina Ecclesia, solita sacro ritu expiare vasa profana, vel quoquo modo polluta, ut patet ex (6) Grimoaldo; decernenique, teste (7) Gregorio, hæc circa pollutos cibos: *si in farina, aut aliquo sicco cibo, aut in melle, aut in oleo, aut in lacte coagulato mus, aut mustella mortua inveniantur, quod circa corpora est, projiciatur, reliqua aqua conspersa, sana sumatur mente.*

(3) Tit. ordo solitus observari si cõtigeris aliquid execrandum in aquæ puteum incidere.

(4) Tit. ordo super frumẽto, farina, aut alia quavis specie coinquinata.

(5) Nota 10. n. 88.

(6) In Libro Sacramental. tit. Orat. super vasa &c.

(7) Lib. 3. ca. 40. relatus à Goar. in Euchol. ad Orat. sup. frumẽto. nota 1. pag. 604.

IX. His tria objicit (1) Catumsyritus, & ex hoc recentior (2) Græcomastix: quorum alterum ex Euchologio proferunt, duo reliqua mentiuntur. Ajunt, superstitionem olere, quod in putei expiatione jubetur his verbis: χρὴ πρῶτον ἐξαντλῆσαι ἐκ τοῦ φρέατος κάδους μ΄. *Oportet primùm è puteo Situlas quadraginta hauriri.* Nam cur quadragenario potius numero situlæ hauriantur? Novi, inquit, (3) Catumsyritus, Pythagoream hominum superstitionem, adhuc Græcum aliquid in Græcia est, omni scilicet detestatione improbandum. Adde, piaculum haberi, criminosumque existimari, qui pollutis his rebus utatur. Denique quid, nisi Synagogam, præsefert, quòd usus his cibis à Clero Clericus repellitur, ad Clerum Laicus non admittitur? Hæc viri emendandæ Antiquitati nati, quibus displicet id, quod Græcia nondum Photianismo pessumdata sub Sanctissimis Antistitibus usurpavit. Nam hos Ritus, hunc, quem improbant, numerum hauriendarum è polluto puteo sitularum ostentat C. P. Euchologium triplex, quorum alterum sub Germano I. Pontifice scriptum est, alterum sub Ignatio, imperante Basilio Macedone, tertium ex duobus hisce exscriptum, & multis in locis auctum est à Philotheo, quæ omnia narrat Goario (4) Coressius, atque authoritate signata publica transmittit Parisios mox scilicet restituenda. Num Germano I. num Ignatio, quos Aris, Templisque universæ Ecclesiæ pium obsequium dignatum est, Pythagorea placuit superstitio? num hisce viris religiosissimis optimum visum in Græcia Græcum aliquid (Ethnicum scilicet: nam ad hanc significationem Græcum adsumitur) pati? Si detestabile videtur, certum numerum in Sacris sequi, quî tot Divorum praxi probatum, tot Sapientum patientia permissum? Si piaculum est, numeros religiosos habere, cur septena (5) Elisæo lotio placuit ad lepræ medelam, cur infusio trina in Baptismo (6) ab Ecclesia statuta, cur quadragenarius numerus à Christianis Moribus (7) jejuniis constitutus? At cur, inquit, situlas quadraginta, non plures, paucioresve? Docebo vos, quod penes Nostros notissimum ignoratis. Disputavit de hocce numero peritissimus, rerum Nostrarum, utinam non Photianus, Coressius, statumque eum numerũ tradidit (8) ea ipsa tempestate, cùm is ritus purificandarum per preces aquarum ab Ecclesia nostra institutus est. Nam, cùm, Rege Cosroa, Persæ victores totam penè per Asiam impunè grassarentur, expugnato Iconio Licaoniæ Urbe, ut barbarum in morem (de quo similia refert (9) Ctesias, & (10) Berosus, ex quibus (11) Apulius, & (12) Andronicus) fortissimos cives plecterent, fonteisque, & puteos infectorum copia, fœdissimisque excrementis, addito, infusoque super veneno penitùs infecere; quo factum est, ut horrentes potum Cives penè ad necem siti conficerentur. Periissentque plurimi, hercle, ni Martyrum Quadraginta, quorum patrocinio præsentiùs ea Civitas utebatur, suppetiæ adfuissent. His nempe per Visum monentibus ejus Urbis Episcopum, ut quolibet è fonte, puteove situlas quadraginta monumentum præsentis à quadraginta Martyribus auxilii haurirent, additis precibus, atque aqua Epiphaniorum lustrali lymphas infectas purgarent, prodigii loco fuit, pollutas aquas salubres adeo evasisse, ut, cùm nihil obessent bibentibus, salutem etiam ægris impertirentur. Quare statutum, ut mos idem in totâ Græciâ, eademque numeri Sacra significatio servaretur, adeò nihil superstitiosi, vel Ethnici præseferens, ut Virtute Christi, Martyrumque patrocinio collatum beneficium, conferendumque piè eâ cæremoniâ usuris promittat. Hæc ratio quadragenarii numeri, quam ne quis uni Coressianæ fidei innixam putet, norit eandem esse cum traditâ per Leonem (13) Monachum Scriptorem Orthodoxum sub Leone Isauro, per Joannem (14) Amastridis Episcopum

(1) In Palinodia c. 3.

(2) Lib. 2. de hæres.

(3) d. c. 3. in fin.

(4) Ep. 9. ad Goar. in Sylloge Suar penes eundẽ Goar.

(5) 4. Reg. c. 5. n. 11.

(6) C. si quis cum srib. seqq. de consecrat. dist. 4.

(7) c. quadragesima. de cõsecr. dist. 5. ca. statuimus 4. dist. Conc. Agath. c. 8.

(8) Ep. 14. ad Corydaleum.

(9) In fragmentis frag. 8.

(10) Apud Jodoc. Kell. l. 2. de excell. artis med.

(11) Refertur à Planud. in Adagiis cent. 3.

(12) Penes eundem ibid.

(13) Orat. de Martyrib.

(14) De cultu Sacrar. Imagin. Orat. 2.

(15) In explicat. Hymnorũ c. 4. & 6.

(16) In Echtesi Canonũ sive Uaarum Ecclesiæ.

Digitized by Google

(17) *d. Epist. 14.*
(18) *In Metaphr. ad Vit. 40. Martyr.*

pum amicissimum Theodori Studitæ, per Lazarum (15) Lemnium S. Niconis discipulum, per Antonium (16) Patarensem fortissimum Catholicæ fidei athletam, quorum dicta Photiani omnes recipiunt, ut Coressius (17) affirmat, recensetque (18) Margunius.

X. Existimo satis, superque quadragenarium sitularum numerum ab omni Superstitionis suspicione alienum his testibus, hoc prodigio, hac sacræ Vetustatis authoritate probatum esse; quæ duo reliqua sunt objiciunturque expiationibus Nostris, ea in primis manifestè sunt falsa. Nam quod dicunt, criminosum censeri penes Nos eum, qui ex potu, ciboque polluto aliquid hauserit, comederit, tetigeritve, purum, putumque mendacium est. Infremit propterea (1) Coressius, nec fert patienter id Græciæ tribui, quod nunquam Græcia somniavit. Imò nos addimus, quod ubique Græcia inficiatur. Nicephorus (2) Patriarcha τὸ θίγειν, ἢ γεύσασθαι ἀκαθάρτου, ἢτε στοιχείου, ἢτε ζώου, ἀναμάρτητον. χρὴ δ᾽ ὅμως, εἴπως κληρικὸς τούτων μεθέξῃ ἔμπροσθεν ἀσθενῶν ἀνθρώπων, τὸ σκανδάλου τάχα ποιήσας μετάνοιαν, τρισὶν ἡμέραις τὸ γόνυ κάμπτοντα ἐν τῷ ναῷ. *Tangere, vel gustare impurum vel elementum, vel animal procul ab omni crimine est. Oportet nihilominus Clericum, si quando his usus est coram imbecillis hominibus, ob scandalum fortassis, agere pænitentiam tribus diebus genu flectentem in Templo.* Hanc Nicephori Sententiam refert Prodromus, (3) & sapienter enarrat his verbis. Γνῶθι, ὅτι οὐκ ἀντιλογεῖται ἑαυτῷ ὁ Μακαρίτης Πατριάρχης, διδάσκων οὐχ ἁμαρτάνειν τὸν ἀκαθάρτου γευσάμενον, καὶ μετανοίας κανόνα προστιθεὶς ὅμως. ὁ γὰρ κανὼν οὐ τὸ βρῶμα τιμωρεῖ, ἀλλὰ τὸ σκάνδαλον, ὃ καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς κακὸν ἀπαγορεύεται, λέγοντος τοῦ Παύλου, εἰ τὸ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα. *Sciendum, non sibi contraria dicere beatæ memoriæ Patriarcham, docentem non peccare eum, qui pollutum quid gustat, & tamen proponentem pænitentiæ præceptum. Nam Canon non esum castigat, sed scandalum, quod & in bonis malum est, ac vetatur: dicente (4) Paulo: si esca scandalizet fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.* His adde, quæ (5) Philotheus ipse, Euchologii emendator dicam, an corruptor? certè explanator in Scholiis ad opus suum: ἴδε, ait, καθαρὰ τὰ πάντα λέγουσαν τὴν εὐχὴν, ἀνόμιον γὰρ τὸ νομίζειν πλημμελῆμα, εἴ τις γεύσαιτο ἀκαθάρτου, ἢτε ὕδατος, ἢτε οἴνου, καὶ ἐλαίου, ἢ μέλιτος, ἢ τινος ἄλλου μιανθέντος. τοῦθ᾽ ἕνεκα φύλαττε, μὴ καταδικάσῃς τὸν πλησίον σου τούτων τινὸς γευόμενον· ἀλλὰ καὶ σὺ ὁ γευόμενος τῶν μιαρῶν, ἀπέχου πρὶν τῆς εὐλογίας, καὶ καθάρσεως μεθέξεως διὰ τῆς εὐχῆς, καὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ τοῦ ἁγιάσματος. καὶ γὰρ σκάνδαλον καὶ ἐν τῷ καλῷ γίνεται, ἐκ δὲ τούτου φοβερὸν κρῖμα. *Nota, munda omnia dicentem precem, quare impium est censere, crimen ab eo perpetrari, qui gustet immundam, vel aquam, vel vinum, vel oleum, aut mel, aut coinquinatum aliud quidpiam. Hinc cave, ne proximum tuum condemnes horum aliquid gustantem. Sed & tu, qui gustas fœda, abstineto te hisce ante benedictionem, & purificationem per preces, & Crucem, & lustralem aquam: nam scandalum ex his quoque, bonis licet, oritur, ex eo verò timendum judicium.* Eadem docent Balsamon, Macarius Hieromonachus, aliique, quorum nomina accuratè re-

(1) *d. Ep. 14.*
(2) *Reg. 45.*
(3) *De Interpret. Canon. ad Can. Apost. 53.*
(4) *1. Ad Corinth. c. 8. v. 13.*
(5) *Schol. in Ord. purificandi contaminata.*

censet (6) Coressius, & post Coressium (7) Canonarcha. At his quid clarius, quid apertius, ut agnoscas, nullius criminis reum haberi à Nobis illum, qui polluta tetigerit, degustarit? Quod sanè Veritati uni faventes dicimus, asserimusque, si per Nos istiusmodi homines punirentur, ingenuè fassuri, quod nostra Ecclesia decrevisset, ostensurique, rite idipsum à Nobis præstari, quod Latina Antiquitas omnibus venerabilis sanctissimè præstitit. Testis Gregorius (8) Pontifex à Goario (9) ad hoc ipsum productus, cujus decreto pœna statuitur ei, qui pollutum quidpiam comederit, biberitve. Ejus hæc verba sunt. *Qui comederit, vel biberit sordidatum à Cane, vel mure* (scilicet antequam aquâ lustretur) *quinquaginta psalmos cantet: sæcularis tres dies pœniteat: qui postea noverit, quòd talem potum biberit, psalterium cantet; sæcularis tres dies pæniteat.* Adeò non prorsus innoxii visi Vetustati Romanæ, qui per immundas animantes polluta gustassent, ut pœnæ subjecerit, Pœnitentiæ obligarit, quos nostra nusquam punit Ecclesia. Hinc porro & illud sequitur, non rejici penes Nos polluta cibaria usurpantes à Sacris Ordinibus, neque Irregularitatem ullam incurri cuiquam ex istiusmodi esu. Nam quî ex delicto irregularis censebitur apud Nos is, qui omnium Nostrorum Suffragio innocens reputatur? Propterea Dositheus (10) Chartophylax. τὸν ἐν ἱερωμένοις, ait, ἀκαθάρτῳ τύχῃ μιανθέντα οὐ δεῖ ἀφορίζεσθαι τοῦ κλήρου δεῖ, ἢτε ἀπόβλητον τῆς ἱερωσύνης νομίζειν. *Ex polluto esu fortassis, aut casu aliquo inquinatum neque decet à Clero segregare, neque rejiciendum à Sacris censere.* Et Joannes (11) Episcopus Citri Jurisconsultissimus Nostrorum interrogatus, an liceret ad matrimonium recipere eo modo pollutum hominem? οὐδένα, respondit, κατὰ τοιαύτην μιανθέντα δεῖ ἀπείργειν τινὸς τῶν μυστηρίων, ἀθῷον γὰρ, καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν τοῦτον, ὅτι οὐκ ἔστι βρῶμα, καὶ πόμα ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. *Neminem in ejusmodi quopiam pollutum arcendum à Sacramentis: nam animo innocuum esse hujusmodi hominem, quando non est regnum Dei esca, & potus.* Quin & (12) Margunius, quamvis, nullo Græco authore, Sacerdotem pollutis hisce cibis utentem cessare debere doceat, attamen Clericum hujus accersitum fœditatis, si dignus sit, initiandum affirmat authoritate Nicephori (13) Patriarchæ, dicentis: ὁ γευσάμενος ἄνευ εὐλογίας μεμολυσμένου ὕδατος, ἢ βρώματος διὰ τὸ πλησίον σκάνδαλον, μετάνοιαν τοῦ σκανδαλισθέντος δοὺς, εἰ ἄξιος, χειροτονεῖται: *qui sine benedictione gustavit pollutam aquam, vel cibum cum proximorum scandalo, pœnitentia ob scandalum factum peracta, si dignus, initiator.*

XI. Quid plura? ex iis, quæ mox ad rem proponemus, apprimè patebit, ne ex omni quidem crimine per Nos quenquam ab Ordinibus rejici: quî per Nos rejici dicas ex eo, quod nobis crimen non est? Qui ad sacras dignitates recipimus, quos in cibo peccasse docemus, quo pacto irregulares censebimus, quos immunes à culpa, minimèque pollutos ex usu pollutæ dapis asserimus? Mentitur enim uterque, cùm in Gentem nostram deblaterat, autumatque, repelli per nos à Sacro Ministerio, quos constat sanguinem, aut Suffocatum comedere. Nempe nemo ex Nostris hoc docuit, quod pe-

(6) *d. Epist. 14.*
(7) *De vi Can. c. 73.*
(8) *Lib. 3. c. 40.*
(9) *In Euchol. ad Orat. super frumēto not. 1. in fin.*
(10) *In Synopsi Canon. ad Can. Apostol. 53.*
(11) *In responsis diversis responsis 8. apud Diploυat.*
(12) *d. nota 39.*
(13) *Reg. 18.*

nè

Digitized by Google

nè omnes conceptissimis verbis inficiantur. Incipio ab antiquissimo Canonum nostrorum Interprete. Leo (1) Monachus Sebastenus: ἐπὶ πνικτῷ, ἢ αἵματι μολυνθεὶς μὴ λειτουργείτω ἱερεὺς, ἢ διάκονος τρεῖς ἡμέρας, ἃς διελθεῖν διὰ νηστείας ὀφείλει λειτουργείτω· οὐ γὰρ ἀπείργει τῶν ἱερῶν αὕτη γαστριμαργία, ὁ δὲ λαϊκὸς μετανοείτω ἔχει, ὡς ἐφ' ἑτέροις πλημμελήμασι. *Qui in suffocato, & sanguine pollutus est, ne celebret Sacerdos, aut Diaconus tres dies, quibus per jejunium elapsis, ministret; non enim repellit à Sacris hæc Gula: Laicum verò pœniteat hujus criminis, ut & aliorum.* Consonant tradita per Nicephorum (2) Patriarcham. ὁ γευσάμενος αἵματος, καὶ πνικτοῦ γαστριμαργίας μόνης ἔνοχος ἐστιν· εἰ οὖν ἄξιος, χειροτονείσθω. *Qui gustavit sanguinem, vel suffocatum, Gulæ solius reus est; Si ergo dignus, initiator.* (3) Prodromus efficacius· τὸ δὲ ἐν πνικτῷ, ἢ αἵματι σκανδαλισθῆναι πρὶν πάλαι μὲν ψυχικὸν ἁμάρτημα, καὶ ἀνάξιον ἱερωσύνης ποιεῖ· τὸ γὰρ ἔννομον ἐφυλάττετο· νῦν δὲ ἱερᾶται· ἁμάρτημα γὰρ, ἀλλ' οὐ ψυχικόν. *Pati scandalum in suffocato, & sanguine olim sanè Animale peccatum, hoc est Capitale, & à Sacris arcendum Ordinibus. Vigebat enim obsequium in Legem, nunc Ordines admittit, quia peccatum quidem est, non tamen Animale.* His adde responsionem Nicetæ (4) Jurisconsultissimi, qui, an liceret sacro sepulcro dignari, seu Cœmeterio, eum, qui sanguinem, & Suffocatum edisset, interrogatus respondit. δίκαιον, ἐνταφιάζεσθαι ἐκκλησιαστικῶς τὸν ἐλεγχθέντα ἐπὶ βρωμάτων ἀπαγορευθέντων. τὸν γὰρ αἰσχρῶν λογισμῶν ἔνοχον τῆς ἐκκλησίας οὐκ ἐξωθοῦμεν νεκρόν· καὶ καθὼς ἀμφοτέρας ἱερέων ἄξιος, καὶ χειροτονίας, οὕτω καὶ τάφου καθαροῦ. *Justum est, sacrum Sepulcrum concedere reo ciborum interdictorum. Nam turpibus cogitationibus pollutum non abstinemus ab Ecclesia post mortem: & quemadmodùm uterque dignus sacrorum, atque Ordinationis, ita & intaminati Sepulcri.* Hinc (5) Harmenopulus ea crimina recensens, ob quæ quis ab Ordinibus passim repellitur, nullam de hoc mentionem facit, imò & (6) alibi vir acutissimi ingenii, summeque inter Nostros Sapientiæ regulam quandam accuratè constituens, ex qua deprehendi posset Irregularitas ex delicto, qua de hic agimus, his solemnibus verbis rem totam enucleat. Χρὴ τοῦτο καθιστᾶν ὥσπερ θεμέλιον τοὺς περὶ τῆς χειροτονίας πραγματείας, ὅτι οἱ μὲν οὐ καθ' ἁμάρτημα, ἀλλὰ διά τι ἐλλεῖπον ἀπείργονται, οἱ δὲ διὰ ἔγκλημα· κἀκείνοις μὲν ἡ μετάνοια, καὶ ἄχρηστος, καὶ οὐδὲν συμφέρει· τούτοις δὲ ὠφέλιμος ποτε· οὐ γὰρ πᾶν ἁμάρτημα ἐξωθεῖ· ἐκεῖνο δὲ, ὃ πᾶσιν ἁμαρτία ἐστὶν ἔργῳ ἐλεγχθὲν, ἅπερ δύο πρὸς τοῦτο ἀναγκαῖα· διὸ ὁ διὰ λογισμῶν ἁμαρτήσας οὐκ ἀπείργεται, οὐδὲ ὁ μιαροφαγῶν ἐπὶ πνικτῷ, ἢ αἵματι· ἐκεῖνο γὰρ οὐκ ἔργῳ, ἀλλὰ διανοίᾳ τελεῖται, τοῦτο δὲ οὐδὲ πᾶσιν, οὐδὲ πάντοτε ἁμαρτία φαίνεται. *Oportet hoc quasi fundamentum constituere acturis de Ordinatione: alios non ob crimen, sed propter vitium rejici, alios propter crimen. Et illis sanè pœnitere est inutile, nihilque confert, his vero utile aliquando. Non enim omne peccatum arcet, sed illud, quod ab omnibus peccatum habetur, & opere manifestum est: quæ duo ad id necessaria. Quare, qui sola cogitatione peccat, non rejicitur, neque qui polluta comedit Suffocatum, & sanguinem. Nam illud non opere, sed mente perficitur, hoc autem neque omnibus, neque semper peccatum videtur.*

(1) *Schol. in Canon. 67. Trull.*

(2) *Reg. 42.*

(3) *De Interpr. ad Can. 67. Synod. Trullan.*

(4) *In responsionibus variis apud Diplovat. & alios respons. 9.*

(5) *In Epitom. Sect. 1. tit. 1.*

(6) *In Prochiro Canon. ex Trull.*

XII. Hæc Harmenopulus aperta, & manifesta, quæ suffragium Ecclesiæ nostræ, ejusque ipsius certissimam sententiam Orbi Terrarum universo proponunt. Quibus tamen contraria (ridendum ne magis dicas, an deplorandum?) qui se rerum nostrarum peritissimum autumabat Catumsyritus, quique Græcæ Superstitionis sese judicem æquissimum jactat ineptissimus Ligur, ex Harmenopulo probant, nullo ejus loco prolato, nullis verbis adductis. Superesse putant, quod dicunt, Harmenopulum horum testem, in quem statim belluino prorsus furore desæviant. Illum plebejum rabulam, illum nebulonem è trivio, illum procacem Legulejum appellantes. Quo fit, ut nobis veritati scribentibus optimum factu videatur, aliquid de Harmenopulo ex alibi descriptis dicere, eòque ad rem nostram apposité magis, quò sæpiùs in præcedentibus, sæpissimè in secuturis tanti viri authoritatem producemus ad testimonium. Constantinus (1) Harmenopulus Patre Curopalata, Matre Muzalona Jo. Cantacuzeni Imperatoris, sive potiùs Tyranni consobrina Constantinopoli natus est: ad XVI. annum ætatis liberalibus Græcorum disciplinis à Philastrio Monacho Studite institutus, post auditum Leonem Monachum, quem mox Archiepiscopum Mitylenæum fuisse cùm constet, conjicio eundem esse cum Magentino, ad annum usque vigesimum Latinis literis navavit Operam sub Aspasio Monacho Calabro, quem ad id pater Constantini magna mercede ex Italia conduxerat. Hinc ad Jurisprudentiam se contulit, Doctore Simeone Attaliata pronepote Michaelis illius, cui Juris Compendium Græci debemus. Eo magistro velocissimi ingenii juvenis ad eam Sapientiæ famam pervenit, ut duodetrigesimo ætatis anno Antecessoris nomen meruerit, quod non nisi senibus Principes nostri, & Legum stipendia emeritis plurima concedebant. Trigesimo ætatis anno Judex Dromi, quod Civilium Dicastarum supremum Tribunal fuit, renunciatus, & inter Consiliarios adscitus Principis, quos inter primum locum obtinuit minimus omnium ætate, tanta cum integritatis, & sapientiæ gloria id muneris executus est, ut Cantacuzeno è Solio, quod occupaverat, deturbato, nullam fortunæ, aut dignitatis mutationem sit passus, quin imò, patre defuncto, auctus honoribus Sebastus, & Curopalata ad Cæsarem propiùs accedere jussus sit. Opibus, dignitatibus, opulentoque Brienniæ conjugis matrimonio felix ad Legum interpretationem se contulit, tantâ ubique & gravitate, & eruditione, quantam nobis ubique ingerunt ejus in Digestum (2) ac Codicem luculentissimi Commentarii, explanationes Novellarum, Prochiron Juris utriusque, aliaque, quæ passim Latinis IC. ad authoritatem præsentissimam evocantur, quæque tanti Græcis habita sunt, quanti olim priscis Latinis effata Scævolæ, Pauli, Caii, Ulpiani, aliorumque hujusmodi, quorum in Jure summa potestas. Sapientissimum appellatum à Michaele (3) Balsamone, Peritissimum legum à Nicolao (4) Cabasila, Os Juris-

(1) *Confess. Paralipom. Biblioth. Photii, & Planude. in Harmenopul.*

(2) *Vid. de his Græcis Sapiẽtis Testimon. in Harmenopulo.*

(3) *In Anaphora 3.6.5.*

(4) *In quæst. de Matrim. ap Cantarcham.*

risprudentiæ antonomasticè, & Jurisconsultum κατ' ἐξοχὴν à Nilo (5) Rhodio, & ab ipso Philotheo (6) Patriarcha CP. Thesaurum Nomicum, dites ex pluribus Virorum hujuscemodi monumentis. Circa quadragesimum ætatis annum Canones attigit, cùm Præfectus Thessalonicæ summo cum Nomophylacis imperio per otium amavit Sacra tractare, eâ diligentiâ, & fide, ut inter Canonistas nostros Principem locum obtineat, quidquid contra conetur (7) Margunius, prælato ubique omnibus Balsamone. Nam cum hic sæpe, & in multis erraverit, ut ipsi Photiani fatentur, nosque sæpe docuimus, docebimusque, Harmenopulum Photiani ipsi cum Nilo (8) relato νομοδιδάσκαλον, & Κανόνων ἑρμηνείας ἀντιλήπτην vocant cum (9) Coressio, & (10) Canonarcha, cujus utriusque suffragio Philotheus ausus Harmenopulum emendare, & Balsamoni postponere, ridendum prorsus in modum desipuit. Hæc nobilitas, hæc dignitas, hæc sapientia Harmenopuli, cui addimus Laudem ex fide Orthodoxa. Licet enim inter Photianos natus, à Photianis institutus, cognatumque Imperatorem nactus non Photianum dumtaxat, sed & Palamitam, Palamam, cui Cantacuzenus faverat usque ad ineptias, in ea Urbe, cui ipse præerat, Aris, ac Templis cultum publicè insectatus est pluribus, præsertimque Tomo illo, quem Anonymo tribuit (11) Allatius, ut constat ex traditis per Dionysium (12) Acindynum nepotem Gregorii, cujus hæc verba sunt. Τῶν καταδικασάντων τὸν Παλαμᾶν πολλῷ ὑπερέχει τοὺς ἄλλους ὁ σεβαστὸς φιλόσοφος, καὶ νομοδιδάσκαλος Ἁρμενόπουλος, οὗ ἐστιν ὁ τόμος, ὁ τὰς τοῦ Παλαμᾶ αἱρέσεις συντρίβων, καὶ οὕτως ἀρχόμενος· ὁ μὲν παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἁγίων. *Eorum qui damnavere Palamam multùm superat alios venerabilis Philosophus, & IC. Harmenopulus, cujus est Tomus hæreses Palamæ conterens, quique sic incipit: Quæ à Christo Domino nostro, & Sanctis*: Photianorum verò adeò non consensit ineptiis, ut cùm supremam Pontificis Romani potestatem fateatur (13), testatus è Sardicensi, Appellationum Jus ad ipsum pertinere, Latinorum dogmata inter hæretica, quorum Syllabum accuratè instituit, minimè recensuerit, ut fecere, quicunque Photianorum, hæreses enumerarunt: Quin imò Spiritus Sancti à Patre, & Filio Processionem palam professus est (quidquid ex conjecturis futilibus censeat (14) Allatius,) in explicatione notissima (15) Fidei, quam ad extremum usque Vitæ habitum constantissimè retinuit. Fertur enim Ecthesim illam bis recitasse memoriter eo ipso die, quo Constantinopoli obiit sub Manuele Palæologo Kalendis nimirum Martii, anno ætatis LXIII. Christi MCCCLXXX. vel LXXXIII. ut accuratiùs supputat (16) Coressius, ex quo pleraque horum desumpsimus, atque contulimus ad Græcæ Sapientiæ testimonium.

XIII. Hactenus de Harmenopulo, ut Catumsyriti, ac Liguris supina vel ignorantia, vel nequitia pateat, simulque illud manifestum sit, nunquam à Græcia rejectos ab Ordinibus sacris eos, qui Suffocatum, sanguinemve comederint, quando tantæ authoritatis vir tantus, & Legum, & Canonum nostrorum interpres, non solùm, ut mentiuntur hostes nostri, id minimè asserit, verùm palam id pernegat. Et hæc sanè ad retundendam rabularum hujusmodi iniquissimam audaciam dicta sunt. Cæterùm adeò ipsa Calumnia Græciæ nihil obest, ut, tametsi eam hostibus nostris daremus, fassique, à Nostris rejici suffocatis utentes carnibus, & sanguinem comedentes vera esse profiteamur, quæ falsissimè Nobis objicit Catumsyritus, adhuc ea omnia nullum Genti nostræ dedecus irrogent, nullam Ecclesiæ nostræ notam inurant. Nam, cùm penes Nos ex antiquissima (1) Consuetudine Lege firmata, Jure (2) Civili, & (3) Canonico comprobata interdictus sit ciborum hujusmodi usus, sequitur, criminosum fore eum, qui dapibus illis utatur: Porro quid oberit, quin Ecclesia nostra crimini hanc pœnam adjiciat, ut ejus reus à Sacris Ordinibus repellatur? Sanè posse Ecclesiam adnectere cuicunque crimini, si grave sit, ac lethale, Irregularitatem, certissimum est, atque illi uni mirabile, qui aut potestatem Ecclesiæ, aut naturam Irregularitatis ex delicto non novit. Hæc Juris omnino positivi, ut ajunt, est, quemadmodum multis (4) Covarruvias probat ex (5) Jure, cæterique (6) DD. contra Marianum (7) Socinum; nec aliunde probatur, quàm ex aperta Ecclesiæ delictum punientis constitutione: Quapropter tota pendet, ut ex occasione quidem, à Crimine, uti ex causa verò, ab ipsa Ecclesiæ potestate, quæ occasione illa positâ, sine dubio exeri poterit, atque hoc crimen hâc pœna puniendum edicere. Da ergo Suffocato, aut sanguine vesci peccatum esse, & quidem grave, stolidus eris, si neges, posse id criminis ab Ecclesia Irregularitate notari. Tota ergo ratio controversiæ hujusce ex eo pendet, quod ingentibus hinc inde clamoribus non sine communi scandalo Latinos inter, ac Græcos quosdam litigiosos, ac querulos disputatur: an Græcis crimen sit, atque an Jure crimen sit Suffocatarum carnium, ac Sanguinis esus? Duas longè inter se dissidentes sententias reperio, Græcorum alteram existimantium, neque licere, neque licuisse unquam, his dapibus uti, atque inde insurgentium in Latinos, eosque Impietatis, & ἀνομίας accusantium, alteram Latinorum asserentium, & licere, & licuisse semper Suffocatum, ac sanguinem ad usum mensæ deducere, atque solitos his se se abstinere Græcos Superstitionis, ac Judaismi postulantium. Græcos argumentorum strue tuetur (8) Margunius, & ex Latinis non pauci: favet Latinis passim (9) Baronius usque ad contumelias, ut solet, in Græcos ferox, & post hunc (10) Catumsyritus, novissimèque nostrâ ætate cum fratre Dominicus (11) Magrius vir sanè barbaræ eruditionis, & de antiquitate optimè meritus, cùm aliena promit, sed adeò ridiculus, cùm sua Noemata producit in medium, ut prorsus ineptiat, cui addendus est ex Nostris (12) Coressius hac in re morum Græcorum acerrimus castigator.

(5) *In Sylloge Can. ad Canon. Conc. CP. sub Cantacuzeno.*
(6) *Orat. 2. de Pace Christi.*
(7) *In Proœm. Notar. & passim in eo Opere.*
(8) *Ubi suprà.*
(9) *Ubi suprà.*
(10) *De vi Canon. Schol. ult.*
(11) *In Append. ad Tom. I. Græciæ Orthod. pag. 780.*
(12) *In historia victoriarū Patrui sui de Palama circ. med.*
(13) *In Epit. Sect. 1. tit. 1. in fin.*
(14) *De consensione lib. 2. c. 2. num. 8. pag. 493.*
(15) *Extat in jure Græco-Rom. lib. ult. tom. I. pag. 552.*
(16) *Ubi suprà.*
(1) *Vide Infrà multa.*

(2) *Leo Imper. ad Stilianū Novell. Const. 58.*
(3) *Concil. Trull. ca. 67.*
(4) *In Clem. si furiosus p. 1. §. 1. à nu. 1.*
(5) *In c. is, qui de sent. excom. in 6.*
(6) *In c. nisi cum pridem. ubi Innoc. col. 3. Anton. n. 19. de renunciat. & in ca. ad audientiam de homicid. Sylvester verb. irregularitas in fin. Villadiego de Irregul. in princ. Paludan. in 4. dist. 25. qu. 3. ad fin. Florent. 3. pa. tit. 28. §. 6. Imola. & Doct. I d. Clem. si furiosus.*
(7) *In d. c. ad audientiam q. 3. principali.*
(8) *Nota 104. ad 67. Canon. Trullan.*
(9) *Ad ann. 51. à nu. 13. & seqq.*
(10) *Ubi supr. Palin. c. 4.*
(11) *In Hierolex. dict. suffocatum.*
(12) *In notis ad Nili Synopsim ad Trull. ca. 67.*

SE-

SECTIO II.

Disceptatio de Suffocato, & Sanguine.

SUMMARIUM.

I. *Legem abstinendi se à Suffocato, & Sanguine diu viguisse in Græcia, & quandiu.*
II. *Eam postremis hisce Sæculis obsolevisse.*
III. *Extra Græciam eandem diu Legem viguisse, & quandiu.*
IV. *Refellitur Magrius multa mentitus in Græcos: ab his Manichæam hæresim damnari, conficitur.*
V. *Ostenditur, ex Ambrosio non probari Actorum Textum à Græcis corruptum, ut vetitum Suffocatum probarent.*
VI. *Proponuntur Sensus Patrum varii circa Legem, quæ Suffocatum vetat.*
VII. *Respondetur difficultati petitæ ex Verbis Apostoli; ostenditurque ea neutri parti contendentium favere; & qui intelligenda sit.*
VIII. *Exploditur enarratio Suffocati Grammatica, quam Magrius somniavit.*
IX. *Defenduntur à Censura Magrii Origenes, Tertullianus, & Eusebius.*
X. *Idem patrocinium præstatur Minucio, & expenditur Fides Breviarii Liciensis.*
XI. *Responsiones Magrii petitæ ex conjecturis refelluntur. Ejusque ignorantia demonstratur.*
XII. *Ejusdem responsio ad authoritatem Zachariæ Pont. Max. perpenditur, & refutatur.*

I. IN quæstione & celeberrima, & perdifficili, visum est pedetentim ire, ut non universim, sed per partes lis notissima decidatur. Et Primò illud certissimum autumo, Legem abstinendi sese à Suffocato, & Sanguine in Græcia ad Annum usque Christi millesimum trecentesimum viguisse, obsolevisse deinceps ita, ut ii, qui hactenus in Græcia pauci sanè, iique *idiotæ*, uti dicimus, homines, his abstinent se, potius ex quadam patrum traditione, populari consuetudine, stomachoque his abstineant se, quàm religione aliqua, aut obsequio erga Legem. Altera hujus Assertionis pars manifesta est ex dicendis, quibus apertissimè demonstrabimus in Græcia, ad usque Trullanam Synodum nefas fuisse Suffocato uti, aut Sanguine. Trullana
(1) *Baron. Panvin. Planud. et alii ad eum ann.* verò Synodus (1) incidit in annum Christi
(2) *Can. 67.* DCCVII. cujus (2) authoritate penes Nostros, etiam Orthodoxos maximâ, constitutum, ut nemo in posterum, quod alicubi per negligentiam inoleverat, sibi fas duceret, suffocato cibo, aut Sanguine vesci. Quapropter Octavo sæculo hoc
(3) *Constit. Nov. 58.* Jure palam usa est Græcia. Seculo verò IX. Leo
(4) *In Synodico initio.* VI. qui & Philosophus, Constitutione (3) integra eidem Interdicto vim addidit etiam civilem: At sæculo X. vetuit idipsum Polyeuctus
(5) *Collect. Can. ad Trull. c. 67.* (4) Patriarcha acta ad id Synodo, ut refert Dositheus (5) Monachus, cui Synodico robur adjunxit è solio Constantinus VIII. (6) Porphyrogenneta, cujus χρυσόβουλλον, seu Constitutio
(6) *Tit. de eduliis prohib.* citatur à (7) Canonarcha. At Sæculo XI. Ale-
(7) *De vi* xius (8) Patriarcha in Comitiis ipsis, à quibus Byzantinæ Ecclesiæ præfectus est, solemni edicto Trullanos Canones observandos proponens, *Can. ad c. 67. Trull.*
eumque præsertim, in quo de Suffocato, & *(8) Synodico 1.*
Sanguine, negligi questus, interpositâ Anathematis pœnâ omnibus custodiendum asseruit, cujus edictum Michael (9) Paphlago confirmat, *(9) De Cib. Prohib. Novell. 2.*
ut videre est penes (10) Margunium. Duodecimo sæculo etiam indictam ejusdem Legis observantiam Græcis, per Leonem Stipioten (11) Pa- *(10) Ad. nota 39.*
triarcham Suffragio itidem Calo-Joannis (12) Comneni Imperatoris, testis est (13) Veccus, cujus & *(11) Synodico 2. apud Canonarcham.*
Metochites Georgius, utriusq; authoritate certissimum est, eandem legem viguisse sęculo XIII. Nam *(12) Novell. 2. de Venalib.*
Veccus hæc scribit: τὸ ἀπέχεσθαι τῶν πνικτῶν, καὶ τοῦ αἵματος συνήθεια ἡμῖν, καὶ νόμος διέταξεν· καὶ ταῦτα πολλάκις, καθὼς προειρήκαμεν, ἐπιθέμενοι νεωστὶ τῶν πρὸ ἡμῶν ἀρχιερέων συνοδικοῖς τόμοις τεθεμελίωται. τοῦτο γὰρ ἀπεφήνατο κατὰ τοὺς ἡμᾶς χρόνους ὁ πρὸ ἡμῶν πατριαρχεύσας ἀοίδιμος, καὶ ἄλλοι. *(13) Synodico 3. ap. Căpanăs.*
Abstinere Suffocato, & Sanguine consuetudo nos, & lex jubet, quod pluries, ut ante diximus, constitutum nuper eorum, qui ante nos fuere, Antistitum synodicis decretis confirmatum est. Hoc enim nostris hisce temporibus censuit, qui ante nos Patriarchatum inclytus gessit. Ad idem confert authoritas Georgii Metochitæ, quâ constituit eandem consuetudinem, legemque
XIII. Sæculo in Græcia viguisse. Ejus (14) *(14) Orat. contra susurrones 1. circ. fin.*
verba, quòd difficultatem totam enodant, simul id, quod probamus, confirmant, proponimus. Καλὸν, ait, κατ' ἔθος, καὶ γεύσασθαι, καὶ ἀπέχεσθαι πνικτοῦ, καὶ αἵματος. τὸ γὰρ ἔθος, καὶ νόμον κατισχύει ἀρρωστοῦντα, καὶ ὑγιαίνοντα ποτὲ ἐξασθενίζει· ἑκὰν μεμπτέον, εἰ Λατῖνοι μὲν οὐκ ἀπέχονται τούτων, εἴτε καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Φοίνικες· κατεστρατήγηθη γὰρ νόμος παρ' αὐτοῖς τῷ ἔθει. μεμπτέον τάχα τι ἡμῖν, εἰ οὐκ ἀπεχόμεθα τῶν τοιούτων, ἀπηγορευμένων, καὶ παλαιοῖς Λέοντος, καὶ νεαραῖς διατάξεσι τῶν ἁγίων πατριαρχῶν. *Bonum juxta consuetudinem & gustare, & abstinere se à Suffocato, & Sanguine. Nam consuetudo, & Legem roborat ægram, & vigentem debilitat. Non igitur reprehendendum, si Latini quidem non abstinent se his, sive etiam Ægyptii, & Phœnices. Superavit enim penes ipsos consuetudo legem: reprehendendum fortassis in nobis, ni abstineamus nos hisce, quæ vetita nobis sunt tùm antiquis Leonis, tùm novis constitutionibus Sanctorum Patriarcharum.*

II. Constat ex his, ad annum usque trecentesimum supra millesimum hanc consuetudinem, Legemque viguisse, obtinuisse in Græcia: sed non minus constat, deinceps utranque in Græcia obsolevisse, nam qui ejusdem sæculi postremâ parte floruit Gerasimus (1) Mona- *(1) Ad Can. 67. Trull.*
chus explanator acutissimus Balsamonis, Trullanos Canones explicans his verbis legem de Suffocato, & Sanguine castigat. Τούτου τοῦ Κανόνος τὴν ἰσχὺν σύμπασαν τὸ συνῆθες ἠφάνισεν, καὶ τὰ τοῦ Λέοντος θεσπίσματα τοῦ φιλοσόφου τὸ ἔθος κατήργησεν· καὶ γὰρ καὶ πνικτὸν βρῶμα ἐσθίουσιν ἔνιοι, καὶ πηγνύμενον αἷμα καθ' ἡδυπάθειαν ἔχουσιν οἱ πολλοὶ καὶ ὁρῶμεν ἐν τοῖς βασιλείοις, ὅθεν ὁ Λέων ἀπηγόρευσε τὰ πνικτὰ, τοὺς μαγείρους πνίγειν τὰς περιστερὰς, ἵνα λευκοτέρας ἐν τοῖς παροψίσι φανῶσι, καὶ ὁ λαὸς ἐν αἵματι χοίρων, καὶ αὐτῶν ἐντέροις ἀρωματίζει τὰ βρώματα. *Hujus Canonis vis omnis excussa est per consuetudinem; decretaque Leonis Philosophi mos interfecit. Nam & Suffocatum cibum plerique comedunt, & gelantes sanguinem in deliciis habent ple-*

DE CULPIS, QUÆ IN EXAMINE ORDINIBUS

Præmittendo Dispiciendæ sunt,

Responsum III.

Ad eundem Illustrissimum, ac Reverendissimum

MELETIUM TIPALDUM ARCHIEPISCOPUM, ET METROPOLITEN PHILADELPHIÆ.

SECTIO I.

Mores aliquot Græcorum defenduntur.

SUMMARIUM.

I. *Iniqui Vituperatores Græcorum castigantur.*
II. *Catumsyriti in Græcos iniquitas. Colyba quid sint.*
III. *Ea piè usurpari, & ab Agaparum more descendere.*
IV. *Agapis vetitis, morem Colyborum mansisse, qui & comprobatur.*
V. *Non censeri à Græcis irregularem eum, qui Colyba non comederit. Unius Photiani dictum stultè proponi, ut sententiam Græcorum.*
VI. *Explicatur locus Margunii, & defenditur à calumniis Catumsyriti.*
VII. *Defenditur Græcorum mos abhorrendi à liquoribus per immunda animantia contaminatis.*
VIII. *Mos itidem liquores ejusmodi expiandi probatur.*
IX. *Quadragenarium Sitularum numerum in expiratione hujusmodi non esse superstitiosum.*
X. *Non censeri criminosum eum, qui nondum expiatos liquores tetigerit, aut degustarit.*
XI. *Non esse irregularem Græcis eum, qui sanguinem, aut Suffocatum comederit.*
XII. *Harmenopuli laus.*
XIII. *Etiamsi Græci rejicerent à Sacris eos, qui Suffocatum comedunt, non propterea damnari posse.*

I. DUo præcipuè sunt, Sacratissime Præsul, quorum à (1) Triobolaribus quibusdam Scriptoribus Græci passim arguimur, Incuria Canonum, & Superstitio morum. Tanta est Maledicentiæ libido, ut contraria dicere, & ex oppositis damnare, quos odit, minimè vereatur. Nam quî fieri potest, ut Superstitioni sit deditus, qui Patrum regulas, atque Religionis Sanctissimas negligit Leges? aut quî Legum sacrarum incuriosus, qui, quid Majores optimè sanxerint, scire, resque Deo dicatas, dicandasve ad eorum instar aptare spernit, superstitiosus vocabitur? Incuria secura est, Superstitio curiosa: Illa, ne eorum quidem quidquam pensi habet, quæ cujusque intersunt; hæc, vel illa pensitat, quæ ex sese inutilia, diligentiâ ipsâ noxia fiunt. Illa vel manifesta præterit, hæc & incerta scrutatur; Illa denique licere sibi quidlibet autumat, hæc de concessis dubitat ipsis: cùmque illa criminosa sit, quòd nusquam reputat crimen, hæc maximè peccat, quòd ubique cavet, ne peccet. Ita longè diversissima sunt Incuria, & Superstitio, quemadmodum & negligentia, & nimia diligentia; nec quia in utraque peccatum est, utranque ritè similem dixeris, quando, quæ pariter criminosa sunt, Avaritia, & Prodigentia, maximè distant; desituræ alterutrum, esse, ubi invicem coaluerint. Hinc obtrectatorum Græciæ ineptissima scommata refelluntur, adstruiturque illud solemne, ac manifestum, quod eos propalam damnat mendacii tantò turpioris, quantò dementiùs ad labefactandam Græciæ dignitatem contraria coacervat in unum, eosdemque Superstitionis accusat, quos Incuriæ reos ad publicum

(1) *Catlisir in Palinodia c. 3. Ligur. in l. 2. de hæres.*

Digitized by Google

cam vituperationem deduxerat. Et huic sanè Græciam minimè obnoxiam, superiori Responso palam ostendimus, prolatis nimirum tùm authoritatibus, tùm exemplis, quibus apertissimè comprobatur, omni ævo circa res sacras in Græcia latos à Patribus Canones, severè propositos, constanter jussos, religiosè servatos. Reliquum est, ut in præsentiarum à Gente nostra notam alteram avertamus, evincamusque, eam, quæ paritura Canonibus plurimum severitati concessit, nihil unquam Superstitioni concessisse, quippe quæ, circa culpas à Sacris Ordinibus abigentes, nihil unquam decreverit, quod aut recentibus Romanæ Ecclesiæ Moribus, aut priscis illis Christianorum absonum sit; ut, ni hostes nostri Superstitionis aurea illa Religionis nostræ sæcula, ac recentia Latinorum damnare velint, Mores nostros improbare non possint, nedum per summam temeritatem, ac nefas reprehendere. Id nos hercle præstabimus non equidem præliarem in modum, collatâ ad id scilicet operâ, sed prosecuti institutæ dissertationis aleam, sensim, & obiter demonstrando commune Ecclesiæ utriusque Suffragium circa eas culpas, ac crimina, quæ à Sacris criminosos rejiciunt, quæque, si pari tùm Antiquitatis, tùm Ecclesiæ universæ sententiâ irregularem faciunt, alterutrum dicendum erit, aut Ecclesiam Universam superstitiosam fuisse semper, aut Græciam nunquam Superstitioni fuisse obnoxiam.

II. Neque enim quæ Græciæ affingit scelestissimus Catumsyritus Calaber à Sede Apostolica olim damnatus, atque palinodiam canere coactus, Veritati consentanea censebit Morum nostrorum peritus leviter quispiam, nec irregularem penes nos haberi (quod ille mentitus est) credet eum, qui nunquam Colyba comederit, aut Suffocatum, sanguinemque tetigerit, aut aquam, vinumve, aut oleum, in quæ impurum animal inciderit, fortuitò degustarit. Commendat Colyba Ecclesia nostra, à Suffocato, & sanguine abhorret, inquinata sordidis animantibus edulia, nisi ea sacræ preces expient, aversatur, non tamen inde Irregularitatis hujusce arripit argumenta. Quod ut manifestè pateat, pudeatque recentiorem quendam, cujus nomini parcimus, eadem in Græcos ex Catumsyrito, non sine & impudentia, & ignorantia jactantem, operæ pretium erit exponere Græcorum Scita circa hæc pauca: fiet enim, ut inde religiosi æquis animis videamur, qui à loquacissimo, damnatoque Calabro superstitiosi dicti, à Centuriatore Theologastro eodem nomine recentiùs accusamur. Excoquimus quandoque Græci frumentum leviter, penè ut vix intumescat, mollescatque, lancibusque acervatim impositum frugibus variis respergimus, pisis nimirum itidem coctis, tusis avellanis, cortice nudatis amygdalis, malogranatorum rubentibus gemmis, uvæ seu Liparææ, seu Corinthiacæ, Zacynthiæve passis globulis, aliisque ejusmodi bellariis: idque edulium, pultim illam dicas, sive farratum, Colyba nuncupamus, quæ quidem vel Divorum honori, cùm annalia eorum remeant festa, vel Defunctorum vitâ hominum memoriæ, cùm instante Magnæ Quadragesimæ jejunio pro piis parentum Manibus inferias agimus, precesque solemnes concipimus, aut pro Fanis egenorum distributa turbæ, aut sepulcris imposita in Sacerdotum, ministrorumque usus postmodum cessura, passim offerimus.

III. Hæc Colyba, & piè instituta fuisse, & religiosè usurpari, nec tamen ad ea præstanda adigi quenquam ita, ut piaculum sit, ni quisque ad id muneris exhibendum se se compellat, nemo est tam rudis prisci moris, tam imperitus rerum Nostrarum, qui nesciat. Nam Mos hic utrunque complectitur, & Agaparum consuetudinem olim laudatam, & facti memoriam, quo nihil fortius Christiana Respublica vidit adulta. Etenim Agapas nihil aliud fuisse, nisi pias commessationes diebus seu festis, seu funebribus penes Ecclesiam celebratas, testatur Antiquitas, unde & Natalitiæ dictæ, & funebres, ut refert eruditissimè (1) Magrius. Easdem ab ipsis Ecclesiæ nascentis initiis, & usitatas, & commendatas ille negaverit, qui nihil norit. Quid enim notius his Sacris Conviviis, quidve Christianis solemnius? Ea adeò priscis illis sæculis placuere, ut promiscuè à Clericis etiam, Laicisque non sine amicorum, ac pauperum turbâ celebrarentur, ut refert (2) Origenes: & Gangrense (3) Concilium contemptores Agaparum anathemate districtissimo palam perculerit. Adde, quæ congerit emphaticè Tertullianus sic Ethnicos (4) allocutus: *Cœna nostra de nomine rationem sui ostendit. Vocatur Agape, quod dilectio penes Græcos est. Quibuscunque sumptibus constet, lucrum est Pietatis nomine facere sumptum: siquidem inopes quoque refrigerio isto juvamus: nihil vilitatis, nihil immodestiæ.* Quibus congruunt, quæ Aletio (5) Paulinus scribit, celebratas ab eo in Rufinæ uxoris funere Agapas facundè commendans: *Patronos*, inquit, *animarum nostrarum pauperes, qui tota Roma stipem meritant, multitudinem in aulam Apostoli congregasti. Pulchro equidem tanti Operis tui spectaculo pascor. Videre enim videor tota illa religiosæ miseranda plebis examina, illos pietatis divinæ alumnos influere penitùs agminibus, ut pro januis Atrii, pro gradibus campi spatia coarctentur.* Nec desunt (6) Gregorii loca idipsum confirmantia, sive Agapæ celebrandæ in Templorum essent Dedicationibus, sive festis diebus sub Dio, vel privatis in Penatibus pauperum solatio essent adhibendæ. Quin imò vel ab ipsis Apostolorum temporibus solemnia fuere Christianis hæc nempe convivia, quorum honestæ, modestæque celebritati præcepta contulit (7) Clemens his verbis. Ἐν δὲ ταῖς μνείαις αὐτῶν καλούμενοι μετ' εὐταξίας ἑστιᾶσθε, καὶ φόβῳ Θεοῦ, ὡς δυνάμενοι πρεσβεύειν καὶ ὑπὲρ τῶν μεταστάντων. *ad convivium verò funebre invitati, Ordine, & timore Dei epulamini, ut possitis & preces pro defunctis exhibere.* & (8) superiùs exhibendarum hujusmodi epularum rationem, dividendarumque dapum pro dignitate convivarum Ordinem curiosiùs exposuerat.

IV. Non inficior, has Agapas, epulasque Sacras sensim descivisse à Christiana pietate, malumque mox ad luxum, atque inhonestam crapulam abiisse, cujus corruptelæ nobis initia indigitat ille idem, qui Agapas laudaverat, (1) Tertullianus: apud te, ajens, *Agape in Cacabis fervet, fides in Culinis calet, spes in ferculis jacet.* Quare

(1) In Hierolex. dictio. Agape, sub init.

(2) In Jood. 10.

(3) Can. 11. habetur ca. 1. 44. dist.

(4) Apologe. cap. 34.

(5) Ep. 81

(6) Ep. 14. l. 1. & Ep. 71. l. 9.

(7) Const. Apost. li. 8. c. 44.

(8) Ibid. l. 2. c. 28.

(1) De Jejunio. adversus Psychic. c. 17.

Digitized by Google

re tùm in nostra Ecclesia (2) primùm Clericorum Avaritia coercita, sibi meliora quæque in Agapis seponentium, mox Agapæ ab Ecclesia procul celebrari (3) jussæ; tùm in Ecclesia Latina ex (4) Carthaginiensi Concilio III. primùm damnatæ, mox ab Ambrosio vetitæ, ejusque exemplo ab (5) Augustino prudenter neglectę tandem obsolevere. Non tamen unquam vetitum, ne edulia pauperibus distribuenda ad Ecclesiam deferantur, ut acceptâ ibidem per preces Sacerdotum notâ quadam Sanctitatis, mox ad egenos, aut Clericos transeant; quæ sanè Colyborum nostrorum est forma. Neque enim ea aut convivia sunt, aut in Ecclesia comeduntur. Precibus (6) aptantur ad obsequium Numinis, precibus honori Divorum, adjumentoque defunctorum vita dicantur, suntque veluti quædam solemnis erogatio benignæ largitatis, & sacratæ per preces stipis religiosa largitio, quæ nusquam vetatur, imò apprimè commendatur ab Athanasio, quem Balsamon (7) refert his verbis: ὅπως δὲ τὰ ἐπὶ ταῖς μνήμαις τῶν ἁγίων, καὶ τῶν κατοιχομένων προσφερόμενα, καὶ κοινίσκια λεγόμενα, διὰ πολυειδῶν ὀπωρῶν κοσμούμενα τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρονται, μαθήσῃ ἀπὸ τοῦ εἰς τοὺς κεκοιμημένους λόγου τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου. *Quomodo autem, quæ in memoriis Sanctorum offeruntur, & quasi communia dicta, omni genere fructuum ornata ad Aram offeruntur, disces ex Oratione Magni Athanasii de iis, qui dormierunt.* Quæ verba etsi nobis Authoritatem Athanasii proferunt, quæ nusquam, quod viderim, est, quòd ea Oratio, quæ laudatur, perierit, certè Colyborum usum, substitutumque Agapæ hunc Morem edicunt, quando, quæ in Agape solemniùs, luxuriosiùs, & in ipsis Templis strato toro, celebrabantur, modestiùs, frugaliùs in Colybis fiunt, quæ sacrantur quidem in Ecclesia, distribuunturque tùm pauperibus, tùm ministris, non tamen, nisi in locis profanis extra Templi ambitum, comeduntur. Neque, quòd cum Catumsyrito recentior hic hostis Græciæ autumat, Colybis obstat, quasi placandis Manibus, Ethnicorum more, adhibeantur. Hanc calumniam vel tempestate Augustini Christianæ pietati à Manichæis impactam eo planè modo, quo (8) Augustinus, Græcia refellit, fassa tùm penes (9) Balsamonem, atque (10) Blastarium, tùm penes (11) Diplovatacium, & (12) Lascarim in eum finem instituta Colyba, ut pauperes, & Ministri Ecclesiæ illis recreati ad preces pro Mortuis fundendas moveantur: quod ne Græcæ tantùm fidei committamus, assertum habes & à (13) Busquequio, & à (14) Goario Latinis authoribus eruditissimis, adnotavitque Combefisius in notis ad Athanasium MS. quas in Allatii Biblica hæreditate legimus, excriptasque tamquam reconditæ eruditionis cimelia pretiosissima diligentissimè asservamus. Accedit, Colyborum usum Origine antiquissimum, necessitate sanctum, ac divina quoque Apocalypsi fuisse propositum. Nam, ut narrat Nectarius Synaxarii author, eoque junior Nicephorus Callistus, Colyba speciatim eo, quo utimur, modo celebrari cœpere, cùm Julianus Fidei Christianæ desertor jussit, nullos panes, nulla edulia, nullos fructus venales in Oriente exponi, quin priùs, vel Sacrificiorum sanguine vetitorum, vel cultu profano lustrarentur, ut à Christianis coempti, atque ad usum, cibumque deducti eos ad

(2) *Conc. Laodic. Can. 27.*
(3) *Idem Conc. Can. 28. & Trullan. ca. 74. ubi Zonar.*
(4) *Can. 30.*
(5) *Ep. 64.*
(6) *Vide Euchology. & in illud Notas Goar. in Orat. Colybor. pag. 658.*
(7) *In Canon. 4. Apost.*
(8) *In lib. contra Faustum.*
(9) *Ubi suprà.*
(10) *In Nomoc. Ver. τιτ. ς. ϛοιχ. ϛ'.*
(11) *De Jur. Græcor. lib. 3. tit. 2. c. 4.*
(12) *In Synopsin Can. Nili c. 18.*
(13) *In Goar. citatus.*
(14) *In Colybor. Orationē nota unica col. 2. Pag. 661.*

qualemcunque Superstitionis Ethnicæ cultum cogere viderentur. Ajunt enim, tunc à Theodoro Martyre, cui Cognomen Tyro, per visum Euzoium Euchaitarum Episcopum monitum, ut Populum à nefandis dapibus sibi comparandis arceret, juberetque, panis, aliorumque eduliorum vice, frumentum, atque legumina in cibum excoqui, quo Populi necessitati, famique consuleretur. Porrò frumentum illud incoctum leguminibus penes Euchaitas Colyba appellatum, ut conjicio, quasi Coliphia, quæ rudes, incoctosque Cineri panes fuisse autumat (15) Magrius ex (16) Plauto, (17) Juvenale, & (18) Martiale, unde scilicet Colyborum usus à Martyre divinitùs insinuatus, à Christianis necessitatis causa susceptus, ubi ea necessitas desiit, non illaudandâ Pietate religiosiùs in defunctorum memoriam, atque subsidium cessit. τοῦτο δ' ἐκέλευσε Θεόδωρος κατὰ τὴν μεγάλην νηστείας ἡμέραν, ὃ δὴ καὶ ἐξ ἐκείνου ἡ ἐκκλησία τὴν μνήμην ἀνανεουμένη τοῦ πεπραγμένου εἰς δεῦρο φυλάττει πανηγυρίζουσα. *Hoc quidem jussit Theodorus juxta magnam jejunii diem, quod, ex eo tempore ad hanc usque diem ejus facti memoriam refricans, & conventum agens, Ecclesia jugiter observavit.* Hęc (19) Nicephorus; at (20) Nectarius: τελεῖται, ait de Theodoro Tyrone Martyre, ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ σαββάτῳ τῆς πρώτης τῶν νηστειῶν ἑβδομάδος, ὅτι καὶ τὸ θαῦμα γέγονεν παρ' αὐτοῦ τῶν Κολύβων, ῥυσάμενον τὸν ὀρθόδοξον λαὸν ἐκ τῆς μεμιασμένης βρώσεως τῶν εἰδωλοθύτων. *Ejus memoria recolitur Sabbato primæ Jejuniorum hebdomadis, quando ab eo Colyborum miraculum editum est, & fidelem Populum à contaminato Idolothytorum cibo liberavit.* His adde, quæ de Colybis eruditè narrat (21) Baronius, & (22) Triodion apud Nos, atque novissimè Gabriel (23) Severus cautè legendus, quippe qui videtur negare, resurrecturos nos è cineribus nostris in eadem, quâ vivi constamus, carne, quod, uti dicunt, erroneum est, & hæreticum.

V. Constat, Colyba nihil Superstitionis præseferre, referre plurimum prisci, piiq; Moris, antiquę, ac sanctæ liberalitatis: esse instituta divinitùs interventu noti miraculi, memoriamque fortis, atque Christianæ prorsus abstinentiæ posteris Majorum piè facta mirantibus palam ingerere, ut, si quis ea propter nos Superstitionis damnat, is manifestè perparum sese callidum Historiæ, Antiquitatis ignarum; ni id notæ malit; calumniatorem planè nefarium fateatur. Quid quod calumniæ addit mendacium, professus irregularem à Græcis haberi eum, qui Colyba non comederit? Neque enim id unquam Gręcia somniavit, quinimò passim Juris Interpretes nostri pietatis liberrimæ opus Colyba, non necessitatis affirmant. (1) Prodromus. ἡ δὲ τῶν Κολύβων ἐν τῷ τῆς α΄. ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν ἑορτὴ ἀνάγκην τῆς κολυβοφαγίας οὐκ ἐπάγει· μᾶλλον δὲ ἐπαινεῖται ὁ τῶν Κολύβων κατασκευαστὴς αὐτῶν οὐ γευόμενος, ἵνα τοῖς πένησι διὰ τοὺς πένητας τὰ προστιθέμενα διασκορπίσῃ. *Colyborum verò Sabbato primæ Jejuniorum hebdomadis Solemnitas necessitatem Colyba comedendi non inducit, imò & laudatur, qui præparat Colyba, si ea minimè gustet, ut pauperibus, quæ propter pauperes oblata sunt, religiosè dispertiat.* (2) Blastarius: ἐζητήθη, εἰ ἀνάγκη ἐσθίειν τὰ Κόλυβα δεῖ, καὶ ἁγίως ἱερω-

(15) *In dictio. Agape ante fin. ubi suprà.*
(16) *In Trinummo.*
(17) *Satyra 2.*
(18) *Libr. 7. Epigr. 66.*
(19) *Lib. 10. hist. c. 12.*
(20) *In Synaxar. 17. Febr.*
(21) *Ad ann. 362. nu. 42. & 43.*
(22) *Sabb. 1. hebdom. Quadrages. mane pag. 135.*
(23) *Libello de Colybis.*
(1) *De Interpret. Canon. ad Canon. 11. Trull.*
(2) *In Nomocan. ad Trullan.*

ιερω-

Digitized by Google

ἱερωθέντα διὰ τῆς εὐχῆς; φαίνεται δὲ κατὰ τὰς ἀποκρίσεις τοῦ ὁμολογητοῦ Νικηφόρου οὐδὲν ἀναγκαῖον· τὸ γὰρ Ἀντίδωρον πρακτικωτέρας μετέχον εὐλογίας οὐκ ἐξ ἀνάγκης λαμβάνομεν. *Quæsitum, an necesse sit Colyba comedere Deo, & Sanctis dicata per preces? Videtur autem juxta Responsa Homologetæ Nicephori nulla esse necessitas. Nam Antidorum* (id nominis est reliquiis ejus panis, cujus pars ad Eucharistiam translata est) *licet efficacioribus sacratum precibus non ex necessitate recipimus*. Et (3) Hieremias Patriarcha CP. penes (4) Campanas, quæ necessariò quotannis facienda sunt, accuratè percurrens, quæque ad libitum, hæc postrema inter Colyborum usum enumerat, hac solemni sententia. τῶν δὲ οὐκ ἀναγκαίων, καλῶν δὲ, τὸ μὲν πρῶτον τὰ Κόλυβά ἐστιν, ἃ καλὸν τοῖς πλουσίοις προτιθέναι, ἵνα ἱλάσκωνται οἱ τῶν ἁγίων χοροὶ, καὶ πένητες εὐφραίνωνται· ὁ δὲ τούτων ἀπέχεσθαι εἰωθὼς, ἢ ναυτιῶν ἐπὶ τῷ βρώσει, μηδὲν λοιδορῶν τι ἔθη τῆς ἐκκλησίας οὐχ ἁμαρτάνει. *Eorum verò, quæ necessaria non sunt, bona sunt tamen, primum Colyba, quę utiliter à Divitibus offeruntur, ut sibi propitios Divorum Choros efficiant, & hilaritatem excitent pauperum. At si cui mos est his abstinere sese, vel forte stomachetur edulium, ni contemnat mores Ecclesiæ, non peccat*. Hæc sanè Græca sunt, hæc à summis Græcorum Doctoribus tradita, ante quos & (5) Aristenus, & (6) Macarius, & (7) Dositheus, & quicunque de Ritibus nostris scripsere etiam in Italia (8) Diplovatatius, (9) Lascares, (10) Melissenus, (11) Arcudius, omnes confirmant, quæque aut nota nescire, ignorantia est, aut cognita dissimulare, nequitia, ut nimirum utrinque Gens illa ab ineptissimis Nebulonibus exagitetur, quæ antiquitatis ubique tenacissima sanctimoniam, gravitatem, atque religionem castigatissimis Moribus refert. Verùm vanissimus Ligur uni Cythæreo Præsuli à se fidem præstari autumat, à quo id asserit affirmari: rejiciendum scilicet à Sacris eum, qui Colyba nostra non comedat. Esto id Margunius affirmarit: An propterea ex ore unius Margunii Græcia judicabitur? Quanta, quamque absona receptæ in Ecclesia veritati Durandus Mimatensis Episcopus scripserit, ille unus ignoret, cui sit barbarum Scholasticæ, ut ajunt, Theologiæ nomen: quàm sæpè magnum illud post Aquinatem Aquinatis interpres ingenium Cajetanus (12) erraverit, docent jussa Pii V. Pontificis, qui tantum scriptorem penè in omnibus admirandum, in aliquibus corrigendum edixit. Quid? Penè omnes Ecclesiæ Doctores, quod humana fert imbecillitas, in quibusdam decepti, à veritatis quandoque tramite non sponte discessere, ut vix, quod (13) Hieronymus asserit, Hilarii libri inoffenso pede decurri queant, quando vel in iis nonnulla non admodum consentanea veritati acutè notat (14) Claudianus Mamertus Viennensis Episcopus, & ex Mamerto Sixtus (15) Senensis. Non tamen ex his Latinos quispiam erroris arguerit, aut aliquorum culpam, notamve in totam Gentem effuderit: quæ iniquitas, ne dicam stultitia, unius Margunii sententiam tot Græcorum assertionibus reprobatam Græcis affingere? Esto ex ungue leonem metiri liceat, at nemo ex cive urbem, ex homine Gentem censebit. Quid quod Margunius non Græcus, Photianus est, Photianorumque uti recentissimus, ita & pessimus. Hostis proinde Græciæ, non Græcus, corruptor Morum nostrorum non testis, Legum sacrarum, quæ in Græcia obtinent, calumniator manifestarius, non Interpres, cujus ea, in re nostrâ, authoritas est, quæ in re Latinâ Luthero, atque Calvino: æqui ne quisquam justivè consulet, ex hostis suffragio de Græcia judicare? corruptorem ad testimonium admittere? Calumniatoris nequitiam ad Legum interpretationem conferre, atque ex effato damnati hominis laudatæ tot Pontificum Diplomatibus Gentis Mores sanctissimos æstimare?

(3) *In Ebthesi præcept. Eccles. p.* 2. c. 1.
(4) *De vi Canonum Schol.* 42.
(5) *In Synop. Syntagmatis c.* 80.
(6) *In* 2. *Collect. Can. c.* 18.
(7) *In explicat. Synaxariorum. ad* 17. *Febr.*
(8) *In l.* 3. *de Jure Græcor. c.* 9. *tit.* 7.
(9) *In explicat. Regul. Nicephori ad reg.* 38.
(10) *De Moribus Eccles. Græc. ca.* 12.
(11) *In respōs. ad lib. de Sacram. Severi Philadelph. circ. fin.*
(12) *Notat sæpè Bellarm.*
(13) *Ep.* 7. *ad Letam.*
(14) *De statu Animæ ad Sidon. Apollin. l.* 2.
(15) *Biblioth. l.* 1. *c.* 68.

VI. Atque hæc, si demus, ea, quæ Margunio tribuit Ligur, à Margunio dicta fuisse: quid si idipsum falsissimum est? Est autem falsissimum à Margunio asseri, rejiciendum esse ab Ordinibus eum, qui Colyba non comederit. Nam locus (1) ille, qui producitur ab hostibus nostris, hæc habet. πόσον πρέπει τὰ χριστιανῶν σέβειν μυστήρια τὴν ἑορτὴν, καὶ βρῶσιν τῶν Κολύβων ἐκ τούτου μάθε, ὅτι ἦν χρόνος, ὅταν ἀπείργοντο τῆς χειροτονίας οἱ μὴ φαγόντες τὰ Κόλυβα. *Quàm venerabilem deceat censere celebritatem, usumque Colyborum, hinc disce, quòd fuerit tempus, cùm ab Ordinibus sacris repellebantur, qui Colyba non comedissent*. Mox palam, & statim, ἀλλὰ τὰ νῦν, εἰ καὶ ἑορτάζει αὐτὰ, καὶ ἐπαινεῖ ἡ ἐκκλησία, οὐκ εἶναι ἀναγκαῖα οὐδὲ τοῖς κληρικοῖς, καθὼς ὁ Θεόδωρος ἐκ τοῦ ἁγίου Νικηφόρου διαμαρτυρεῖ. *Sed nunc, licèt ea celebret, laudetque Ecclesia, non sunt necessaria, ne Clericis quidem. uti Theodorus ex D. Nicephoro tradit*. Vides, Margunium Morem Græcis appictum manifestissimè inficiari, cùm Colyba non necessariò Clericis comedenda palam affirmet, quæ certè, si Irregularitatem inferret eorum abstinentia, essent à Clericis necessariò comedenda. Quod autem primo loco dicit, fuisse tempestatem, qua qui Colyba minimè comedisset, arcebatur à Sacris, eruditè explicat, alio (2) loco narratam à nobis superiùs ex Callisto, & Nectario historiam elegantissimè describens: nam, ubi commemoravit indictam à ciborum usu contaminatorum abstinentiam, propositumque Colyborum edulium, sic narrationem absolvit. Τότε δὲ γέγονεν τὸ ἀπωθεῖσθαι χειροτονίας τοὺς μὴ Κολύβων μεταλαβόντας· ἡ γὰρ τῶν Κολύβων ἀποχὴ τότε σημεῖον μιαροφαγίας τῶν εἰδωλοθύτων, καὶ τοῦτο ἀσεβείας ἁμάρτημα ἀπεῖργεν τοῦ Κλήρου. *Fuit autem tunc, ut repellerentur à Sacris Ordinibus, qui Colyba non degustassent. Siquidem à Colybis abstinentia argumentum erat contaminati per Idolothyta esus: hoc autem crimen à Cleri dignitate rejiciens*. En doctam, veramque Margunii sententiam, quem uti refellere licuit, licebitque, ubi Photiano furore percitus plerumque insanit, ita fas est à Nebulonum calumniâ tueri, ut utrinque Veritas, æquitasque Judicii nostri pateat, quo adeò Veritati favemus, ut non pigeat vel inimico, cui bellum nostris hisce Responsis indiximus, opem ferre, si quando Veritatem amplectitur. Manifestum porro ex his est, Colyborum usum Græciæ vitio verti non posse, planèque desipere hostes nostros, qui Superstitionis nos arguunt,

(1) *Nota* 39.
(2) *In Notis ad Metaphr.* 17. *Febr.*

quòd aut usurpamus Colyba, aut abstinentes se Colybis ab Ordinibus sacris arcemus, quorum alterum pium est, falsum est alterum.

VII. Nec aut æquius, aut verius est, quod ex haustu contaminatæ impuris animantibus liquidæ in Nos cum recentiori Simiolo torquet ineptissimus Catumsyritus. Nam quòd à liquoribus hujuscemodi abhorremus, non imputandum religioni, sed nauseæ, ad quam nos adigit ipsa seu Natura, seu Vitæ urbaniùs institutæ ratio, ex qua quædam exoritur vis phantasiæ repugnantis, qua fit, ut urbanissimæ Gentes, quæque ritu barbarorum non vivunt, plurima & usurpare, & contingere passim horreant. Εἰσὶ γάρ, inquit (1) Chrysostomus, πολλὰ τῶν πραγμάτων, ἃ φύσει μὲν οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτα, ἀπὸ δὲ τῆς ἀσθενείας τοῦ συνειδότος ἀκάθαρτα γίνεται· Καθάπερ ἐπὶ τῶν παιδίων τὰ προσωπεῖα, καὶ τὰ λοιπὰ μορμολύκεια φύσει μὲν οὐκ ἔστι φοβερά, φοβερὰ δ' ἐστὶ τοῖς παιδίοις, διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν· οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων, οἷον τὸ νεκρὸν ἅψασθαι σώματος· φύσει δὲ οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτον, ὅταν δὲ ἀσθενὲς ἐπιλάβηται συνειδότος, ἀκάθαρτον ποιεῖ τὸν ἁψάμενον. *Nam multæ res sunt, quæ natura quidem non sunt immundæ, sed imbecillitate conscientiæ efficiuntur immundæ. Ut enim in pueris accidit, ut personæ, cæteraque larvarum genera naturâ quidem metum minimè incutiant, pueris tamen sint formidabiles propter imbecillitatem intuentium. Ad eum modum in his: puta si corpus mortuum contingatur, id suapte natura immundum non est; verùm, si pusillamini occurrant conscientiæ, jam reddit immundum eum, qui tetigerit.* At, inquiunt, Christiano nihil immundum. Judaicum est in rebus mundum sectari; quæ Deus purificavit, juxta (2) monstrata Petro, quis dicat immunda? Aut quî Synagogæ mores, Legesque non referat, si (3) fictilium ea, in quæ spurcorum animantium aliqua inciderit, alia confringantur, defricentur alia, alia denique curiosiùs expientur? Hæc Catumsyritus, ex quo Ligus: Quibus respondendum, nihil à Nobis naturâ suâ immundum censeri. Scimus, à Deo quæ facta sunt, omnia & bona esse, & valde bona: Elementa, Vasa, ciboſque ex animalium quorundam illapsu, attactuve non ita fœdari dicimus, ut ad Legis instar vitanda sint. Hæc tamen omnia stomacho consulentes, imbecillitatique hominum aut respuimus, aut sacris precibus expiamus, ut Deo auspice horror ille phantasiæ, cùm fieri potest, sanctiùs superetur. Novimus enim *Sanctificari creaturam Dei per verbum Dei, & orationem*, Doctore (4) Paulo: nimirum, ut docet Chrysostomus, purificari per signum Crucis, ejusque virtutem, & Ecclesiæ invocationes. Propterea, quamvis nihil pollutum, immundumve in rebus à Deo conditis fateamur, tamen, cùm quemadmodum & cultiores aliæ Gentes suspiciosæ simus phantasiæ, ut horridis animantibus attacta, polluta, infectaque reputemus, maximè si excrementum, reliquias sui, tetrumve afflatum post se reliquerint, ne propter cogitandi, judicandive infirmitatem τῷ ἀσθενεῖ τῆς διανοίας, καὶ τῇ ἀσθενείᾳ τῶν λογισμῶν, ut Græci dicimus, neu propter insidias Cacodæmonis κατὰ μεθοδείαν τοῦ διαβόλου, polluta, impura, & execranda semper reputemus, purgationibus, puta aquæ exhaustu, vasorum ablutione, demum expiationibus sacris, ritibusque lustralibus ea, quæ ante horruimus, quodammodo consecramus, tantâ fide, tantoque obsequio erga preces Ecclesiæ, ut quæ ante stomachari usuvenit, post verba, opusque Sacerdotis ad usum recipiamus, quasi religione superante Naturam, cujus, opere ipso Ecclesiæ, superatur phantasia, ut pollutum deinceps non reputet, quod naturâ suâ bonum, purum, mundumque docet Ecclesia.

(1) *In Cateches. ad Illuminandos.*

(2) *Actor. c. 10. nn. 10.*

(3) *Levit. ca. 11. & c. 15.*

(4) *1. Ad Timoth. c. 4. n. 5.*

VIII. Ex his patet obtrectatorum insania, quorum Sophismata ex Sacris Paginis, Ritibusque Synagogæ deducta in hypothesi prorsus ineptiunt. Non enim quòd abhorremus à pollutâ per animantes aquâ, immunda dicimus, quæ aversamur, suâpte esse conditione. Quod si quis dixerit, ejusdem criminis accuset necesse est universam Ecclesiam, in qua nemo non aversabitur temperatum lotio poculum, conditas pediculis, vel muribus pultes, aut insectis spurcissimis onustas lances, quæ omnia suâpte naturâ impura non sunt, quæque immunda nulli stomacho Christianorum habenda erunt, quando nemini licet impurum dicere, quod Deus purificavit. His adde non omnia, quæ in Ritibus Christianorum Judeorum Moribus conveniunt, esse damnanda: nam, ut sapientissimè docuit Leo (1) Magnus, *Apostoli Testamenti Veteris ita decreta distinxerunt, ut quædam ex eis, sicut erant condita Euangelicæ eruditioni profutura decerperent, &, quæ dudum fuerant consuetudinis Judaicæ, fierent observantiæ Christianæ.* Hæc inter Morem hunc si, quis referat, ut polluta fœdis animantibus expientur, quid usquam obnoxium superstitioni autumabit, præsertim cùm hæc nostra Consuetudo deflectat admodum à Judaica? Utrobique purgatio pollutorum, non tamen utrobique eadem ratio purgationis. Ibi ex Lege, hic ex More, necessaria ibi, penes Nostros concessa, permissa dumtaxat: illa judicio, cui Lex horrorem rei pollutæ imperabat, solemni cæremonia medebatur, hæc Phantasiæ, quam imbecillitas, & urbanitas rapit ad nauseam, privatis precibus opem fert, ut illibata censeat, & tanquam illibatis utatur, quæ Numen ad hominum condidit usum. Quę omnia ex prece ipsâ, quam adhibemus, manifestissima sunt, quamque si Catumsyritus Italo gręcus sine odio suæ Gentis, quam anteà usque ad ineptias dilexerat, legisset, aut Ligur linguæ Nostræ imperitissimus legere potuisset, profectò ex probatissimo More Nos impietatis minimè damnavissent; quasi cum Manichæis, quæ à Deo condita sunt, mala, aut cum Judæis à Deo condita polluta esse censeamus. Eam precem integram huc transferre non placuit, ne prolixitate tædium Lectoris benevoli provocaremus: illam videat, qui percupit, in Euchologio. Pauca hæc ex illa supersint ad refringendam Rabularum audaciam. Habet (2) ergo sic: Ἅγιε Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τῇ σῇ εὐσπλάγχνῳ ἐπιδημίᾳ πᾶσαν ἀκαθαρσίαν τοῦ ἐχθροῦ καταργήσας, ὁ διαστειλάμενος, μὴ τὰ εἰσπορευόμενα κοινοῦν τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ πάντα καθαρὰ εἶναι τοῖς καθαροῖς, ὁ διὰ τοῦ σκεύους τῆς ἐκλογῆς τοῦ σοῦ Ἀποστόλου διδάξας ἡμᾶς, πάντα τὰ ὑπὸ σοῦ κτισθέντα καλὰ εἶναι πιστεύειν, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι ἀπόβλητον διὰ θείου λόγου, καὶ τῆς πρὸς σὲ

(1) *Serm. 2. de Jejun. 7. Mens.*

(2) *Tit. ordo solitus si cõtingeris aliquid execrandum &c.*

Digitized by Google

σὺ ὃν τὰ ἐξ ἡμῶν ἁγιαζόμενα, αὐτὸς εὐλόγησον τὸν οἶνον τοῦτον, ἢ ἔλαιον τῇ σῇ χάριτι διὰ τῆς ἐπιχύσεως τοῦ ἁγίου ὕδατος, καὶ πάντα μολυσμὸν, ἢ δισταγμὸν ἐκ τοῦ ἐν αὐτῷ ἐμπεσόντος ἑρπετοῦ, κατὰ μεθοδείαν τοῦ πονηροῦ, ἀπέλασον ἐκ τῆς διανοίας τῶν δούλων σου. *Domine Sancte Deus noster, qui clementissimo adventu tuo omnem immundam illuviem sustulisti, qui cibos hominis os subintrantes communes, ac coinquinatos non existimari, sed omnia mundis esse, munda dixisti: qui per Apostolum tuæ vas Electionis cuncta à te condita bona esse docuisti, nihilque, quod divino tuo verbo, vel præsentia sanctificatum foret, pollutum esse censendum; ipse gratia tua vino huic, vel oleo per aquæ Sanctæ infusionem benedic, omnemque impuritatem, vel ejus suspicionem, & opinionem propter reptile, quod Diaboli nequitia in illud incidit, ortam à servorum tuorum mente repelle, &c.* Et clariùs (3) paulò ante. Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ πάντα καλὰ λίαν ποιήσας, ὁ καθαρίζων ἐν ὀνόματί σου πάντα μολυσμὸν, καὶ ἀκαθαρσίαν, καὶ μετασκευάζων ἁγιάζων τὰ πάντα, αὐτὸς καὶ νῦν, Δέσποτα, ἐπίβλεψον ἐπὶ τῆς παρούσης ὥρας διὰ τοῦ τύπου τοῦ σταυροῦ, καὶ καθάρισον τὸ φρέαρ τοῦτο ἐκ τῆς ἀφεθείσης ἐν αὐτῷ ἀκαθαρσίας, καὶ ἐκ τοῦ ἐμπεσόντος ἐν αὐτῷ μιαροῦ, ἢ κνωδάλου, συγκαταβαίνων τῷ ἀτελεῖ τῆς διανοίας ἡμῶν, καὶ τῇ ἀσθενείᾳ τῶν λογισμῶν· καὶ μὴ κατακρίνῃς ἡμᾶς τὰ καλὰ λίαν μὴ χωροῦντας. *Domine Deus virtutum, qui cuncta valde bona condidisti, qui in nomine tuo omnem fœditatem immundam, & illuviem omnem expurgas, & immutas cuncta sanctificans. Ipse nunc, Domine, in præsenti hora per signum Crucis tuæ adsis, & puteum ex contracta ab eo immunditia ob abominandum quidpiam, vel insectum, quod in eum incidit, nostræ mentis imperfectioni, & cogitationum infirmitati acquiescens purifica, nec nos, quæ valde bona sunt, non capientes, condemnes, &c.* Eadem preces nostræ repetunt alibi eodem (4) in Euchologio tum communi, atque typis edito, tum M.S. vetustissimo (5) Barberino: ut apprimè constet, nihil in More hoc nostro laudatissimo posse deprehendi, cujus Græciam pudeat, cui nimirum consentanea olim sanctissimè præcepit Latina Ecclesia, solita sacro ritu expiare vasa profana, vel quoquo modo polluta, ut patet ex (6) Grimoaldo; decernensque, teste (7) Gregorio, hæc circa pollutos cibos: *si in farina, aut aliquo sicco cibo, aut in melle, aut in oleo, aut in lacte coagulato mus, aut mustella mortua inveniantur, quod circa corpora est, projiciatur, reliqua aqua conspersa, sana sumatur mente.*

(3) Tit. ordo solitus observari si cõtigerit aliquid execrandum in aquæ puteum incidere.

(4) Tit. ordo super frumento, farina, aut alia quavis specie coinquinata.

(5) Notato. n. 88.

(6) In Libro Sacramental. tit: Oratio super vasa &c.

(7) Lib. 3. ca. 40. relatus à Goar. in Euchol. ad Orat. sup. frumento. nota 1. pag. 604.

IX. His tria objicit (1) Catumsyritus, & ex hoc recentior (2) Græcomastix: quorum alterum ex Euchologio proferunt, duo reliqua mentiuntur. Ajunt, superstitionem olere, quod in putei expiatione jubetur his verbis: χρὴ πρῶτον ἐξαντλῆσαι ἐκ τοῦ φρέατος κάδους μ'. *Oportet primùm è puteo Situlas quadraginta hauriri.* Nam cur quadragenario potius numero situlæ hauriantur? Novi, inquit, (3) Catumsyritus, Pythagoream hominum superstitionem, adhuc Græcum aliquid in Græcia est, omni scilicet detestatione improbandum. Adde, piaculum haberi, criminosumque existimari, qui pollutis his rebus utatur. Denique quid, nisi Synagogam, præsefert, quòd usus his cibis à Clero Clericus repellitur, ad Clerum Laicus non admittitur? Hæc viri emendandæ Antiquitati nati, quibus displicet id, quod Græcia nondum Photianismo pessumdata sub Sanctissimis Antistitibus usurpavit. Nam hos Ritus, hunc, quem improbant, numerum hauriendarum è polluto puteo sitularum ostentat C.P. Euchologium triplex, quorum alterum sub Germano I. Pontifice scriptum est, alterum sub Ignatio, imperante Basilio Macedone, tertium ex duobus hisce exscriptum, & multis in locis auctum est à Philotheo, quæ omnia narrat Goario (4) Coressius, atque authoritate signata publica transmittit Parisios mox scilicet restituenda. Num Germano I. num Ignatio, quos Aris, Templisque universæ Ecclesiæ pium obsequium dignatum est, Pythagorea placuit superstitio? num hisce viris religiosissimis optimum visum in Græcia Græcum aliquid (Ethnicum scilicet: nam ad hanc significationem Græcum adsumitur) pati? Si detestabile videtur, certum numerum in Sacris sequi, quî tot Divorum praxi probatum, tot Sapientum patientia permissum? Si piaculum est, numeros religiosos habere, cur septena (5) Elisæo lotio placuit ad lepræ medelam, cur infusio trina in Baptismo (6) ab Ecclesia statuta, cur quadragenarius numerus à Christianis Moribus (7) jejuniis constitutus? At cur, inquit, situlas quadraginta, non plures, paucioresve? Docebo vos, quod penes Nostros notissimum ignoratis. Disputavit de hocce numero peritissimus, rerum Nostrarum, utinam non Photianus, Coressius, statumque cum numerũ tradidit (8) ea ipsa tempestate, cùm is ritus purificandarum per preces aquarum ab Ecclesia nostra institutus est. Nam, cùm, Rege Cosroa, Persæ victores totam penè per Asiam impunè grassarentur, expugnato Iconio Licaoniæ Urbe, ut barbarum in morem (de quo similia refert (9) Ctesias, & (10) Berosus, ex quibus (11) Apulius, & (12) Andronicus) fortissimos cives plecterent, fontesque, & puteos infectorum copia, fœdissimisque excrementis, addito, infusoque super veneno penitùs infecere; quo factum est, ut horrentes potum Cives penè ad necem siti conficerentur. Periissentque plurimi, hercle, ni Martyrum Quadraginta, quorum patrocinio præsentiùs ea Civitas utebatur, suppetiæ adfuissent. His nempe per Visum monentibus ejus Urbis Episcopum, ut quolibet è fonte, puteove situlas quadraginta monumentum præsentis à quadraginta Martyribus auxilii haurirent, additis precibus, atque aqua Epiphaniorum lustrali lymphas infectas purgarent, prodigii loco fuit, pollutas aquas salubres adeo evasisse, ut, cùm nihil obessent bibentibus, salutem etiam ægris impertirentur. Quare statutum, ut mos idem in totâ Græciâ, eademque numeri Sacra significatio servaretur, adeò nihil superstitiosi, vel Ethnici præseferens, ut Virtute Christi, Martyrumque patrocinio collatum beneficium, conferendumque piè eâ cæremonia usuris promittat. Hæc ratio quadragenarii numeri, quam ne quis uni Coressianæ fidei innixam putet, norit eandem esse cum traditâ per Leonem (13) Monachum Scriptorem Orthodoxum sub Leone Isauro, per Joannem (14) Amastridis Episcopum

(1) In Palinodia c. 3.

(2) Lib. 2. de hæres.

(3) d. c. 3. in fin.

(4) Ep. 9. ad Goar. in Sylloge Suar. penes eundẽ Goar.

(5) 4. Reg. c. 5. n. 11.

(6) C. si quis cum trib. seqq. de consecrat. dist. 4.

(7) c. quadragesima. de cõsecr. dist. 5. ca. statuimus 4. dist. Conc. Agath. c. 8.

(8) Ep. 14. ad Corydaleum.

(9) In fragmentis frag. 8.

(10) Apud Jodoc. Kell. l. 2. de excell. artis med.

(11) Refertur à Planud. in Adagiis cent. 3.

(12) Penes eundem ibid.

(13) Orat. de Martyrib.

(14) De cultu Sacrar. Imagin. Orat. 2.

(15) In explicat. Hymnorũ c. 4. & 6.

(16) In Echtesi Canonũ sive Ouarum Ecclesiæ.

Digitized by Google

pum amicissimum Theodori Studitæ, per Lazarum (15) Lemnium S. Niconis discipulum, per Antonium (16) Patarensem fortissimum Catholicæ fidei athletam, quorum dicta Photiani omnes recipiunt, ut Coressius (17) affirmat, recensetque (18) Margunius.

(17) d. Epist. 14. (18) In Metaphr. ad Vit. 40. Martyr.

X. Existimo satis, superque quadragenarium sitularum numerum ab omni Superstitionis suspicione alienum his testibus, hoc prodigio, hac sacræ Vetustatis authoritate probatum esse; quæ duo reliqua sunt objiciunturque expiationibus Nostris, ea in primis manifestè sunt falsa. Nam quod dicunt, criminosum censeri penes Nos eum, qui ex potu, ciboque polluto aliquid hauserit, comederit, tetigeritve, purum, putumque mendacium est. Infremit propterea (1) Coressius, nec fert patienter id Græciæ tribui, quod nunquam Græcia somniavit. Imò nos addimus, quod ubique Græcia inficiatur. Nicephorus (2) Patriarcha τὸ θίγειν, ἢ γεύσασθαι ἀκαθάρτου, ἤτε στοιχείου, ἤτε ζώου, ἀναμάρτητον. χρὴ δ' ὅμως, εἴ τις κληρικὸς τούτων μεθέξῃ ἔμπροσθεν ἀσθενῶν ἀνθρώπων, τὸ σκάνδαλον τάχα φυγεῖν μετανοίᾳ, τρισὶν ἡμέραις τὸ γόνυ κάμπτοντα ἐν τῷ ναῷ. *Tangere, vel gustare impurum vel elementum, vel animal procul ab omni crimine est. Oportet nihilominus Clericum, si quando his usus est coram imbecillis hominibus, ob scandalum fortassis, agere pœnitentiam tribus diebus genu flectentem in Templo.* Hanc Nicephori Sententiam refert Prodromus, (3) & sapienter enarrat his verbis. Ἰστέον, ὅτι οὐκ ἀντιλογεῖται ἑαυτῷ ὁ Μακαρίτης Πατριάρχης, διδάσκων οὐχ ἁμαρτάνειν τὸν ἀκαθάρτου γευσάμενον, καὶ μετανοίας κανόνα προστιθεὶς ὅμως. οὐ γὰρ κανὼν οὐ τὸ βρῶμα τιμωρεῖ, ἀλλὰ τὸ σκάνδαλον, ὃ καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς κακὸν καὶ ἀπαγορεύεται, λέγοντος τοῦ Παύλου, εἰ τὸ βρῶμα σκανδαλίζῃ τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα. *Sciendum, non sibi contraria dicere beatæ memoriæ Patriarcham, docentem non peccare eum, qui pollutum quid gustat, & tamen proponentem pœnitentiæ præceptum. Nam Canon non esum castigat, sed scandalum, quod & in bonis malum est, ac vetatur: dicente (4) Paulo: si esca scandalizet fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.* His adde, quæ (5) Philotheus ipse, Euchologii emendator dicam, an corruptor? certè explanator in Scholiis ad opus suum: ἰδοὺ, ait, καθαρὰ τὰ πάντα λέγουσαν τὴν εὐχήν, ἄνομον γὰρ τὸ νομίζειν πλημμέλημα, εἴτις γεύσοιτο ἀκαθάρτου, ἤτε ὕδατος, ἤτε οἴνου, ἢ ἐλαίου, ἢ μέλιτος, ἢ πως ἄλλως μιανθέντος. τοῦδ' ἕνεκα φύλαττε, μὴ καταδικάσῃς τὸν πλησίον σου τούτων τινὸς γευσάμενον. ἀλλὰ καὶ σὺ ὁ γευόμενος τῶν μιαρῶν, ἀπέχου πρὶν ἢ εὐλογίας, καὶ καθάρσεως μεθέξῃς διὰ τῆς εὐχῆς, καὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ τοῦ ἁγιάσματος. καὶ γὰρ σκάνδαλον καὶ ἐκ τῶν καλῶν γίνεται, ἐκ δὲ τούτου φοβερὸν κρῖμα. *Nota, munda omnia dicentem precem, quare impium est censere, crimen ab eo perpetrari, qui gustet immundam, vel aquam, vel vinum, vel oleum, aut mel, aut coinquinatum aliud quidpiam. Hinc cave, ne proximum tuum condemnes horum aliquid gustantem. Sed & tu, qui gustas fœda, abstineto te hisce ante benedictionem, & purificationem per preces, & Crucem, & lustralem aquam: nam scandalum ex his quoque, bonis licet, oritur, ex eo verò timendum judicium.* Eadem docent Balsamon, Macarius Hieromonachus, aliique, quorum nomina accuratè recenset (6) Coressius, & post Coressium (7) Canonarcha. At his quid clarius, quid apertius, ut agnoscas, nullius criminis reum haberi à Nobis illum, qui polluta tetigerit, degustarit? Quod sanè Veritati uni faventes dicimus, asserimusque, si per Nos istiusmodi homines punirentur, ingenuè fassuri, quod nostra Ecclesia decrevisset, ostensurique, rite idipsum à Nobis præstari, quod Latina Antiquitas omnibus venerabilis sanctissimè præstitit. Testis Gregorius (8) Pontifex à Goario (9) ad hoc ipsum productus, cujus decreto pœna statuitur ei, qui pollutum quidpiam comederit, biberitve. Ejus hæc verba sunt. *Qui comederit, vel biberit sordidatum à Cane, vel mure* (scilicet antequam aquâ lustretur) *quinquaginta psalmos cantet: sæcularis tres dies pœniteat: qui postea noverit, quòd talem potum biberit, psalterium cantet; sæcularis tres dies pœniteat.* Adeò non prorsus innoxii visi Vetustati Romanæ, qui per immundas animantes polluta gustassent, ut pœnæ subjecerit, Pœnitentiæ obligarit, quos nostra nusquam punit Ecclesia. Hinc porro & illud sequitur, non rejici penes Nos polluta cibaria usurpantes à Sacris Ordinibus, neque Irregularitatem ullam incuti cuiquam ex istiusmodi esu. Nam quî ex delicto irregularis censebitur apud Nos is, qui omnium Nostrorum Suffragio innocens reputatur? Propterea Dositheus (10) Chartophylax. τὸν ἐν ἰδιώτῃ, ait, ἀκαθάρτῳ τυχὸν μιανθέντα οὐδ' ἀφορίζεσθαι τοῦ κλήρου δεῖ, οὔτε ἀπόβλητον τῆς ἱερωσύνης νομίζειν. *Ex polluto esu fortassis, aut casu aliquo inquinatum neque decet à Clero segregare, neque rejiciendum à Sacris censere.* Et Joannes (11) Episcopus Citri Jurisconsultissimus Nostrorum interrogatus, an liceret ad matrimonium recipere eo modo pollutum hominem? ἰδίᾳ, respondit, κατὰ τοῦτον δ' ὅτι μιανθέντα δεῖ ἀπείργειν τινὰς τῆς μυστηρίων, ἀθῶον γὰρ, καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν τοῦτον, ὅτι οὐκ ἔστι βρῶμα, καὶ πόμα ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. *Neminem in ejusmodi quopiam pollutum arcendum à Sacramentis: nam animo innocuum esse hujusmodi hominem, quando non est regnum Dei esca, & potus.* Quin & (12) Margunius, quamvis, nullo Græco authore, Sacerdotem pollutis hisce cibis utentem cessare debere doceat, attamen Clericum hujus accersitum fœditatis, si dignus sit, initiandum affirmat authoritate Nicephori (13) Patriarchæ, dicentis: ὁ γευσάμενος ἄνευ εὐλογίας μεμολυσμένου ὕδατος, ἢ βρώματος διὰ τὸ πλησίον σκάνδαλον, μετανοήσας τῆς σκανδαλοδοσίας δὶς, εἰ ἄξιος, χειροτονείσθω: *qui sine benedictione gustavit pollutam aquam, vel cibum cum proximorum scandalo, pœnitentia ob scandalum factum peracta, si dignus, initiator.*

XI. Quid plura? ex iis, quæ mox ad rem proponemus, apprimè patebit, ne ex omni quidem crimine per Nos quenquam ab Ordinibus rejici: quî per Nos rejici dicas ex eo, quod nobis crimen non est? Qui ad sacras dignitates recipimus, quos in cibo peccasse docemus, quo pacto irregulares censebimus, quos immunes à culpa, minimèque pollutos ex usu pollutæ dapis asserimus? Mentitur enim uterque, cùm in Gentem nostram deblaterat, autumatque, repelli per nos à Sacro Ministerio, quos constat sanguinem, aut Suffocatum comedere. Nempe nemo ex Nostris hoc docuit, quod pe-

(1) d. Ep. 14. (2) Reg. 45. (3) De Interpret. Canon. ad Can. Apost. 53. (4) 1. Ad Corinth. c. 8. n. 13. (5) Schol. in Ord. purificandi contaminata. (6) d. Epist. 14. (7) De vi Can. c. 73. (8) Lib. 3. c. 40. (9) In Euchol. ad Orat. super frumento not. 1. in fin. (10) In Synopsi Canon. ad Can. Apostol. 53. (11) In respons. diversis respons. 8. apud Diplovat. (12) d. nota 39. (13) Reg. 18.

ne omnes conceptissimis verbis inficiantur. Incipio ab antiquissimo Canonum nostrorum Interprete. Leo (1) Monachus Sebastenus: Ὁ ἐν πνικτῷ, ἢ αἵματι μολυνθεὶς μὴ λειτουργείτω ἱερεὺς, ἢ διάκονος τρεῖς ἡμέρας, ἃς ἀπελθόντων διὰ νηστείας δηλονότι λειτουργείτω· οὐ γὰρ ἀπείργει τῶν ἱερῶν αὐτὸν γαστριμαργία, ὁ δὲ λαϊκὸς μετανοείτω ἔχει, ὡς ἐφ' ἑτέροις πλημμελήμασι. *Qui in suffocato, & sanguine pollutus est, ne celebret Sacerdos, aut Diaconus tres dies, quibus per jejunium elapsis, ministret; non enim repellit à Sacris hæc Gula: Laicum verò pœniteat hujus criminis, ut & aliorum.* Consonant tradita per Nicephorum (2) Patriarcham. ὁ γευσάμενος αἵματος, ἢ πνικτοῦ γαστριμαργίας μόνης ἔνοχος ἐστιν· εἰ οὖν ἄξιος, χειροτονείσθω. *Qui gustavit sanguinem, vel suffocatum, Gulæ solius reus est; Si ergo dignus, initiator.* (3) Prodromus efficaciùs τὸ δὲ ἐν πνικτῷ, ἢ αἵματι σκανδαλισθῆναι ποτὲ πάλαι μὲν ψυχικὸν ἁμάρτημα, καὶ ἀνάξιον ἱερωσύνης ποιοῦν· τὸ γὰρ ἔννομον ἐκράτει· νῦν δὲ ἱερᾶται· ἁμάρτημα γὰρ, ἀλλ' οὐ ψυχικόν. *Pati scandalum in suffocato, & sanguine olim sanè Animale peccatum, hoc est Capitale, & à Sacris arcendum Ordinibus. Vigebat enim obsequium in Legem, nunc Ordines admittit, quia peccatum quidem est, non tamen Animale.* His adde responsionem Nicetæ (4) Jurisconsultissimi, qui, an liceret sacro sepulcro dignari, seu Cœmeterio, eum, qui sanguinem, & Suffocatum edisset, interrogatus respondit. Δίκαιον, ἐνταφιάσαι ἐκκλησιαστικῶς τὸν ἐλεγχθέντα ἐπὶ βρωμάτων ἀπαγορευθέντων. τὸν γὰρ αἰσχρῶν λογισμῶν ἔνοχον τῆς ἐκκλησίας οὐκ ἐξωθοῦμεν νεκρόν· καὶ καθὼς ἀμφότεροι ἱερῶν ἄξιοι, καὶ χειροτονίας, οὕτω καὶ τάφου καθαροῦ. *Justum est, sacrum Sepulcrum concedere reo ciborum interdictorum. Nam turpibus cogitationibus pollutum non abstinemus ab Ecclesia post mortem: & quemadmodùm uterque dignus sacrorum, atque Ordinationis, ita & intaminati Sepulcri.* Hinc (5) Harmenopulus ea crimina recensens, ob quæ quis ab Ordinibus passim repellitur, nullam de hoc mentionem facit, imò & (6) alibi vir acutissimi ingenii, summeque inter Nostros Sapientiæ regulam quandam accuratè constituens, ex qua deprehendi posset Irregularitas ex delicto, qua de hìc agimus, his solemnibus verbis rem totam enucleat. Χρὴ τοῦτο καθιστάναι οἷα θεμέλιον τοῖς περὶ τῆς χειροτονίας πραγματείας, ὅτι οἱ μὲν οὐ κατ' ἁμάρτημα, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐλλεῖπον ἀπείργονται, οἱ δὲ διὰ ἔγκλημα. κἀκείνοις μὲν ἡ μετάνοια, καὶ ἄχρηστος, καὶ οὐδὲν συμβάλλει· τούτοις δὲ ὠφέλιμός ποτε· οὐ γὰρ πᾶν ἁμάρτημα ἐξωθεῖ· ἐκεῖνο δὲ, ὃ πᾶσιν ἁμαρτία ἐστὶν ἔργῳ ἐλεγχθέν, ἅπερ δύο πρὸς τοῦτο ἀναγκαῖα. διὸ ὁ διὰ λογισμῶν ἁμαρτήσας οὐκ ἀπείργεται, οὐδὲ ὁ μιαροφαγῶν ἐπὶ πνικτῷ, ἢ αἵματι· ἐκεῖνο γὰρ οὐκ ἔργῳ, ἀλλὰ διανοίᾳ τελεῖται, τοῦτο δὲ οὐδὲ πᾶσιν, οὐδὲ πάντοτε ἁμαρτία φαίνεται. *Oportet hoc quasi fundamentum constituere acturis de Ordinatione: alios non ob crimen, sed propter vitium rejici, alios propter crimen. Et illis sanè pœnitere est inutile, nihilque confert, his verò utile aliquando. Non enim omne peccatum arcet, sed illud, quod ab omnibus peccatum habetur, & opere manifestum est: quæ duo ad id necessaria. Quare, qui sola cogitatione peccat, non rejicitur, neque qui polluta comedit Suffocatum, & sanguinem. Nam illud non opere, sed mente perficitur, hoc autem neque omnibus, neque semper peccatum videtur.*

XII. Hæc Harmenopulus aperta, & manifesta, quæ suffragium Ecclesiæ nostræ, ejusque ipsius certissimam sententiam Orbi Terrarum universo proponunt. Quibus tamen contraria (ridendum ne magis dicas, an deplorandum?) qui se rerum nostrarum peritissimum autumabat Catumsyritus, quique Græcæ Superstitionis sese judicem æquissimum jactat ineptissimus Ligur, ex Harmenopulo probant, nullo ejus loco prolato, nullis verbis adductis. Superesse putant, quod dicunt, Harmenopulum horum testem, in quem statim belluino prorsus furore desæviant. Illum plebejum rabulam, illum nebulonem è trivio, illum procacem Legulejum appellantes. Quo fit, ut nobis veritati scribentibus optimum factu videatur, aliquid de Harmenopulo ex alibi descriptis dicere, eòque ad rem nostram appositè magis, quò sæpiùs in præcedentibus, sæpissimè in secuturis tanti viri authoritatem producemus ad testimonium. Constantinus (1) Harmenopulus Patre Curopalata, Matre Muzalona Jo. Cantacuzeni Imperatoris, sive potiùs Tyranni consobrina Constantinopoli natus est: ad XVI. annum ætatis liberalibus Græcorum disciplinis à Philastrio Monacho Studite institutus, post auditum Leonem Monachum, quem mox Archiepiscopum Mitylenæum fuisse cùm constet, conjicio eundem esse cum Magentino, ad annum usque vigesimum Latinis literis navavit Operam sub Alpasio Monacho Calabro, quem ad id pater Constantini magna mercede ex Italia conduxerat. Hinc ad Jurisprudentiam se contulit, Doctore Simeone Attaliata pronepote Michaelis illius, cui Juris Compendium Græci debemus. Eo magistro velocissimi ingenii juvenis ad eam Sapientiæ famam pervenit, ut duodetrigesimo ætatis anno Antecessoris nomen meruerit, quod non nisi senibus Principes nostri, & Legum stipendiis emeritis plurima concedebant. Trigesimo ætatis anno Judex Dromi, quod Civilium Dicastarum supremum Tribunal fuit, renunciatus, & inter Consiliarios adscitus Principis, quos inter primum locum obtinuit minimus omnium ætate, tanta cum integritatis, & sapientiæ gloria id muneris executus est, ut Cantacuzeno è Solio, quod occupaverat, deturbato, nullam fortunæ, aut dignitatis mutationem sit passus, quin imò, patre defuncto, auctus honoribus Sebastus, & Curopalata ad Cæsarem propiùs accedere jussus sit. Opibus, dignitatibus, opulentoque Brienniæ conjugis matrimonio felix ad Legum interpretationem se contulit, tantâ ubique & gravitate, & eruditione, quantam nobis ubique ingerunt ejus in Digestum (2) ac Codicem luculentissimi Commentarii, explanationes Novellarum, Prochiron Juris utriusque, aliaque, quæ passim Latinis IC. ad authoritatem præsentissimam evocantur, quæque tanti Græcis habita sunt, quanti olim priscis Latinis effata Scævolæ, Pauli, Caii, Ulpiani, aliorumque hujusmodi, quorum in Jure summa potestas. Sapientissimum appellatum à Michaele (3) Balsamone, Peritissimum legum à Nicolao (4) Cabasila, Os Juris-

(1) Schol. in Canon. 67. Trull.

(2) Reg. 42.

(3) De Interpr. ad Can. 67. Synod. Trullan.

(4) In responsis variis apud Diplovat. & alios respons. 9.

(5) In Epitom. Sect. 1. tit. 1.

(6) In Prochiro Canon. ex Trull.

(1) Confessus: Paralipom. Biblioth. Photii, & Planudis. in Harmenopul.

(2) Vid. de his Græcis Sapientiæ Testimon. in Harmenopulo.

(3) In Anagnora 3. c. 5.

(4) In quæst. de Matrim. ap Canonarcham.

risprudentiæ antonomasticè, & Jurisconsultum κατ' ἐξοχὴν à Nilo (5) Rhodio, & ab ipso Philotheo (6) Patriarcha CP. Thesaurum Nomicum, disces ex pluribus Virorum hujusce modi monumentis. Circa quadragesimum ætatis annum Canones attigit, cùm Præfectus Thessalonicæ summo cum Nomophylacis imperio per otium amavit Sacra tractare, eâ diligentiâ, & fide, ut inter Canonistas nostros Principem locum obtineat, quidquid contra conetur (7) Margunius, prælato ubique omnibus Balsamone. Nam cum hic sæpe, & in multis erraverit, ut ipsi Photiani fatentur, nosque sæpe docuimus, docebimusque, Harmenopulum Photiani ipsi cum Nilo (8) relato νομοδιδάσκαλον, & Κανόνων ἑρμηνείας ἀντιλήπτορα vocant cum (9) Coressio, & (10) Canonarcha, cujus utriusque suffragio Philotheus ausus Harmenopulum emendare, & Balsamoni postponere, ridendum prorsus in modum desipuit. Hæc nobilitas, hæc dignitas, hæc sapientia Harmenopuli, cui addimus Laudem ex fide Orthodoxa. Licet enim inter Photianos natus, à Photianis institutus, cognatumque Imperatorem nactus non Photianum dumtaxat, sed & Palamitam, Palamam, cui Cantacuzenus faverat usque ad ineptias, in ea Urbe, cui ipse præerat, Aris, ac Templis cultum publicè insectatus est pluribus, præsertimque Tomo illo, quem Anonymo tribuit (11) Allatius, ut constat ex traditis per Dionysium (12) Acindynum nepotem Gregorii, cujus hæc verba sunt. Τῶν καταδικασάντων τὸν Παλαμᾶν πολλὰ ὑπερέχει τοὺς ἄλλους ὁ σεβαστὸς φιλόσοφος, καὶ νομοδιδάσκαλος Ἀρμενόπουλος, οὗ ἐστιν ὁ τόμος, ὁ τὰς τοῦ Παλαμᾶ αἱρέσεις συντρίβων, καὶ οὕτως ἀρχόμενος· ὁ μὲν παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἁγίων. *Eorum qui damnavere Palamam multùm superat alios venerabilis Philosophus, & IC. Harmenopulus, cujus est Tomus hæreses Palamæ conterens, quique sic incipit: Quæ à Christo Domino nostro, & Sanctis:* Photianorum verò adeò non consensit ineptiis, ut cùm supremam Pontificis Romani potestatem fateatur (13), testatus à Sardicensi, Appellationum Jus ad ipsum pertinere, Latinorum dogmata inter hæretica, quorum Syllabum accuratè instituit, minimè recensuerit, ut fecere, quicunque Photianorum, hæreses enumerarunt: Quin imò Spiritus Sancti à Patre, & Filio Processionem palam professus est (quidquid ex conjecturis futilibus censeat (14) Allatius,) in explicatione notissima (15) Fidei, quam ad extremum usque Vitæ habitum constantissimè retinuit. Fertur enim Ecthesim illam bis recitasse memoriter eo ipso die, quo Constantinopoli obiit sub Manuele Palæologo Kalendis nimirum Martii, anno ætatis LXIII. Christi MCCCLXXX. vel LXXXIII. ut accuratiùs supputat (16) Coressius, ex quo pleraque horum desumpsimus, atque contulimus ad Græcæ Sapientiæ testimonium.

(5) *In Sylloge Can. ad Canon. Conc. CP. sub Cantacuzeno.*
(6) *Orat. 2. de Pace Christi.*
(7) *In Proœm. Notar. & passim in eo Opere.*
(8) *Ubi suprà.*
(9) *Ubi suprà.*
(10) *De vi Canon. Schol. ult.*
(11) *In Append. ad Tom. I. Græciæ Orthod. pag. 780.*
(12) *In historia victoriarũ Patrui sui de Palama circ. med.*
(13) *In Epit. Sect. 1. tit. 1. in fin.*
(14) *De consensione lib. 2. c. 2. num. 8. pag. 493.*
(15) *Extat in jure Græco-Rom. lib. ult. tom. 1. pag. 552.*
(16) *Ubi suprà.*

XIII. Hactenus de Harmenopulo, ut Catumsyriti, ac Liguris supina vel ignorantia, vel nequitia pateat, simulque illud manifestum sit, nunquam à Græcia rejectos ab Ordinibus sacris eos, qui Suffocatum, sanguinemve comederint, quando tantæ authoritatis vir tantus, & Legum, & Canonum nostrorum interpres, non solùm, ut mentiuntur hostes nostri, id minimè asserit, verùm palam id pernegat. Et hæc sanè ad retundendam rabularum hujusmodi iniquissimam audaciam dicta sunt. Cæterùm adeò ipsa Calumnia Græciæ nihil obest, ut, tametsi eam hostibus nostris daremus, fassique, à Nostris rejici suffocatis utentes carnibus, & sanguinem comedentes vera esse profiteamur, quæ falsissimè Nobis objicit Catumsyritus, adhuc ea omnia nullum Genti nostræ dedecus irrogent, nullam Ecclesiæ nostræ notam inurant. Nam, cùm penes Nos ex antiquissima (1) Consuetudine Lege firmata, Jure (2) Civili, & (3) Canonico comprobata interdictus sit ciborum hujusmodi usus, sequitur, criminosum fore eum, qui dapibus illis utatur: Porro quid oberit, quin Ecclesia nostra crimini hanc pœnam adjiciat, ut ejus reus à Sacris Ordinibus repellatur? Sanè posse Ecclesiam adnectere cuicunque crimini, si grave sit, ac lethale, Irregularitatem, certissimum est, atque illi uni mirabile, qui aut potestatem Ecclesiæ, aut naturam Irregularitatis ex delicto non novit. Hæc Juris omnino positivi, ut ajunt, est, quemadmodum multis (4) Covarruvias probat ex (5) Jure, cæterique (6) DD. contra Marianum (7) Socinum; nec aliunde probatur, quàm ex aperta Ecclesiæ delictum punientis constitutione: Quapropter tota pendet, ut ex occasione quidem, à Crimine, uti ex causa verò, ab ipsa Ecclesiæ potestate, quæ occasione illa positâ, sine dubio exeri poterit, atque hoc crimen hâc pœna puniendum edicere. Da ergo Suffocato, aut sanguine vesci peccatum esse, & quidem grave, stolidus eris, si neges, posse id criminis ab Ecclesia Irregularitate notari. Tota ergo ratio controversiæ hujusce ex eo pendet, quod ingentibus hinc inde clamoribus non sine communi scandalo Latinos inter, ac Græcos quosdam litigiosos, ac querulos disputatur: an Græcis crimen sit, atque an Jure crimen sit Suffocatarum carnium, ac Sanguinis esus? Duas longè inter se diffidentes sententias reperio, Græcorum alteram existimantium, neque licere, neque licuisse unquam, his dapibus uti, atque inde insurgentium in Latinos, eosque Impietatis, & ἀσεβείας accusantium, alteram Latinorum asserentium, & licere, & licuisse semper Suffocatum, ac sanguinem ad usum mensæ deducere, atque solitos his se se abstinere Græcos Superstitionis, ac Judaismi postulantium. Græcos argumentorum strue tuetur (8) Margunius, & ex Latinis non pauci: favet Latinis passim (9) Baronius usque ad contumelias, ut solet, in Græcos ferox, & post hunc (10) Catumsyritus, novissimèque nostrâ ætate cum fratre Dominicus (11) Magrius vir sanè barbaræ eruditionis, & de antiquitate optimè meritus, cùm aliena promit, sed adeò ridiculus, cùm sua Noemata producit in medium, ut prorsus ineptiat, cui addendus est ex Nostris (12) Coressius hac in re morum Græcorum acerrimus castigator.

(1) *Vide infra multa.*
(2) *Leo Imper. ad Stilianũ Novell. Const. 58.*
(3) *Concil. Trull. ca. 67.*
(4) *In Clem. si furiosus p. 1. §. 1. à nu. 1.*
(5) *In c. is, qui de sent. excom. in 6.*
(6) *In c. nisi cum pridem. ubi Innoc. col. 3. Anton. n. 19. de renunciat. & in ca. ad audientiam de homicid. Sylvester verb. irregularitas in fin. Villadiego de Irregul. in princ. Paludan. in 4. dist. 25. qu. 3. ad fin. Florent. 3. par. tit. 28. §. 6. Imola. & Doct. i d. Clem. si furiosus.*
(7) *In d. c. ad audientiam q. 3. principali.*
(8) *Nota 104. ad 67. Canon. Trullan.*
(9) *Ad ann. 51. à nu. 13. & seqq.*
(10) *Ubi supr. Palin. c. 4.*
(11) *In Hierolex. dict. suffocatum.*
(12) *In notis ad Nili Synopsim ad Trull. ca. 67.*

SE-

Digitized by Google

SECTIO II.

Disceptatio de Suffocato, & Sanguine.

SUMMARIUM.

I. *Legem abstinendi se à Suffocato, & Sanguine diu viguisse in Græcia, & quandiu.*
II. *Eam postremis hisce Sæculis obsolevisse.*
III. *Extra Græciam eandem diu Legem viguisse, & quandiu.*
IV. *Refellitur Magrius multa mentitus in Græcos: ab his Manichæam hæresim damnari, conficitur.*
V. *Ostenditur, ex Ambrosio non probari Actorum Textum à Græcis corruptum, ut vetitum Suffocatum probarent.*
VI. *Proponuntur Sensus Patrum varii circa Legem, quæ Suffocatum vetat.*
VII. *Respondetur difficultati petitæ ex Verbis Apostoli; ostenditurque ea neutri parti contendentium favere; & quî intelligenda sit.*
VIII. *Exploditur enarratio Suffocati Grammatica, quam Magrius somniavit.*
IX. *Defenduntur à Censura Magrii Origenes, Tertullianus, & Eusebius.*
X. *Idem patrocinium præstatur Minucio, & expenditur Fides Breviarii Liciensis.*
XI. *Responsiones Magrii petitæ ex conjecturis refelluntur. Ejusque ignorantia demonstratur.*
XII. *Ejusdem responsio ad authoritatem Zachariæ Pont. Max. perpenditur, & refutatur.*

I. IN quæstione & celeberrima, & perdifficili, visum est pedetentim ire, ut non universim, sed per partes lis notissima decidatur. Et Primò illud certissimum autumo, Legem abstinendi sese à Suffocato, & Sanguine in Græcia ad Annum usque Christi millesimum trecentesimum viguisse, obsolevisse deinceps ita, ut ii, qui hactenus in Græcia pauci sanè, iique *idiotæ*, uti dicimus, homines, his abstinent se, potius ex quadam patrum traditione, populari consuetudine, stomachoque his abstineant se, quàm religione aliqua, aut obsequio erga Legem. Altera hujus Assertionis pars manifesta est ex dicendis, quibus apertissimè demonstrabimus in Græcia, ad usque Trullanam Synodum nefas fuisse Suffocato uti, aut Sanguine. Trullana verò Synodus (1) incidit in annum Christi DCCVII. cujus (2) authoritate penes Nostros, etiam Orthodoxos maximâ, constitutum, ut nemo in posterum, quod alicubi per negligentiam inoleverat, sibi fas duceret, suffocato cibo, aut Sanguine vesci. Quapropter Octavo sæculo hoc Jure palam usa est Græcia. Sæculo verò IX. Leo VI. qui & Philosophus, Constitutione (3) integra eidem Interdicto vim addidit etiam civilem: At sæculo X. vetuit idipsum Polyeuctus (4) Patriarcha acta ad id Synodo, ut refert Dositheus (5) Monachus, cui Synodico robur adjunxit è solio Constantinus VIII. (6) Porphyrogenneta, cujus χρυσόβουλλον, seu Constitutio citatur à (7) Canonarcha. At Sæculo XI. Alexius (8) Patriarcha in Comitiis ipsis, à quibus Byzantinæ Ecclesiæ præfectus est, solemni edicto Trullanos Canones observandos proponens, eumque præsertim, in quo de Suffocato, & Sanguine, negligi questus, interpositâ Anathematis pœnâ omnibus custodiendum asseruit, cujus edictum Michael (9) Paphlago confirmat, ut videre est penes (10) Margunium. Duodecimo sæculo etiam indictam ejusdem Legis observantiam Græcis, per Leonem Stipioten (11) Patriarcham Suffragio itidem Calo-Joannis (12) Comneni Imperatoris, testis est (13) Veccus, cujus & Metochites Georgius, utriusq; authoritate certissimum est, eandem legem viguisse sæculo XIII. Nam Veccus hæc scribit: τὸ ἀπέχεσθαι τοῦ πνικτοῦ, καὶ τοῦ αἵματος συνήθεια ἡμῖν, καὶ νόμος διέταξεν· καὶ ταῦτα πολλάκις, καθὼς προειρήκαμεν, ἀπεδείμην νυνὶ τῶν πρὸ ἡμῶν ἀρχιεραρχῶν συνοδικοῖς τόμοις τεθεμελίωται. τοῦτο γὰρ ἀπεφήνατο κατὰ τοὺς ἐμοὺς χρόνους ὁ πρὸ ἡμῶν πατριαρχεύσας ἀοίδιμος, καὶ ἄλλοι. *Abstinere Suffocato, & Sanguine consuetudo nos, & lex jubet, quod pluries, ut ante diximus, constitutum nuper eorum, qui ante nos fuere, Antistitum synodicis decretis confirmatum est. Hoc enim nostris hisce temporibus censuit, qui ante nos Patriarchatum inclytus gessit.* Ad idem confert authoritas Georgii Metochitæ, quâ constituit eandem consuetudinem, legemque XIII. Sæculo in Græcia viguisse. Ejus (14) verba, quòd difficultatem totam enodant, simul id, quod probamus, confirmant, proponimus. Καλὸν, ait, κατ᾽ ἔθος, καὶ γεύσασθαι, καὶ ἀπέχεσθαι πνικτοῦ, καὶ αἵματος. τὸ γὰρ ἔθος, καὶ νόμον κατισχύει ἀρρωστοῦντα, καὶ ὑγιαίνοντα πολὺ ἐξασθενίζει· οὐκ ἂν μεμπτέον, εἰ Λατῖνοι μὲν οὐκ ἀπέχονται τούτων, εἴτε καὶ αἰγύπτιοι, καὶ φοίνικες· κατισχύθη γὰρ νόμος παρ᾽ αὐτοῖς τῷ ἔθει. μεμπτέον τάχα τι ἡμῖν, εἰ οὐκ ἀπεχόμεθα τῶν τοιούτων, ἀπηγορευμένων, καὶ παλαιαῖς Λέοντος, καὶ νεαραῖς διατάξεσι τῶν ἁγίων πατριαρχῶν. *Bonum juxta consuetudinem & gustare, & abstinere se à Suffocato, & Sanguine. Nam consuetudo, & Legem roborat ægram, & vigentem debilitat. Non igitur reprehendendum, si Latini quidem non abstinent se his, sive etiam Ægyptii, & Phœnices. Superavit enim penes ipsos consuetudo legem: reprehendendum fortassis in nobis, ni abstineamus nos hisce, quæ vetita nobis sunt tùm antiquis Leonis, tùm novis constitutionibus Sanctorum Patriarcharum.*

II. Constat ex his, ad annum usque trecentesimum supra millesimum hanc consuetudinem, Legemque viguisse, obtinuisse in Græcia: sed non minus constat, deinceps utramque in Græcia obsolevisse, nam qui ejusdem sæculi postremâ parte floruit Gerasimus (1) Monachus explanator acutissimus Balsamonis, Trullanos Canones explicans his verbis legem de Suffocato, & Sanguine castigat. Τούτου τοῦ Κανόνος τὴν ἰσχὺν σύμπασαν τὸ συνήθεις ἠφάνισεν, καὶ τὰ τοῦ Λέοντος θεσπίσματα τοῦ φιλοσόφου τὸ ἔθος κατήργησεν· καὶ γὰρ καὶ πνικτὰ βρώματα ἐσθίουσιν ἔνιοι, καὶ πηγνύμενα αἵματα καθ᾽ ἡδυπάθειαν ἔχουσιν οἱ πολλοὶ καὶ ὁρῶμεν ἐν τοῖς βασιλείοις, ὅθεν ὁ Λέων ἀπηγόρευσε τὰ πνικτὰ, τοὺς μαγείρους πνίγειν τὰς περιστέρας, ἵνα λευκότεραι ἐν τῇ παροψίδι φανῶσι, καὶ ὁ λαὸς ἐν αἵματι χοίρων, καὶ αὐτῶν ἐντέροις ἀρωματίζει τὰ βρώματα. *Hujus Canonis vis omnis excussa est per consuetudinem; decretaque Leonis Philosophi mos interfecit. Nam & Suffocatum cibum plerique comedunt, & gelantes sanguinem in deliciis habent plerique.*

(1) Baron. Panvin. Planud. et alii ad eum ann. (2) Can. 67. (3) Constit. Nov. 58. (4) In Synodico initio. (5) Collect. Can. ad Trull. c. 67. (6) Tit. de eduliis prohib. (7) De vi Can. ad c. 67. Trull. (8) Synodico 1. (9) De Cib. Prohib. Novell. 2. (10) d. nota 39. (11) Synodico 2. apud Canonarcham. (12) Novell. 2. de Venalib. (13) Synodico 3. ap. Câpanas. (14) Orat. contra susurrones 1. circ. fin.

(1) Ad Can. 67. Trull.

rique. Et videmus in Regiâ, unde Leo Suffocatum prohibebat, & Sanguinem, coquos columbas strangulantes, ut candidiores in patinis appareant; & populus in Porcorum sanguine, corumque intestinis condit cibos. Quæ scribit hic Author, eadem pluribus exequintur Nilus (2) Rhodius, in cujus explanatione plura (3) Coressius, qui alibi plurima. Antonius etiam Patriarcha videndus penes (4) Canonarcham, penes quem est & Callisti II. Patriarchæ Synodicum XIV. sæculo latum, itidemque responsum Gennadii Scholarii post captivitatem nostram sæculo XV. His adde tradita per (5) Diplovatacium, & Joannem (6) Lascarem, penes quem Sophronius Monachus, Simeon, & Maximus Philosophi idipsum constituunt. Imo & (7) Margunius ipse, quamvis in hunc Morem jamdudum receptum in Græcia declamet, fatetur tamen ingenuè, cum & receptum in Græcia, & passim usurpatum; tanti Populi circa Legem olim sanctissimam incuriâ, ut in domesticis animantibus caveat à Suffocato, cum avidis faucibus agrestia, utcunque occisa, habeat in deliciis.

III. Porrò hæc Lex, hæc Consuetudo, quæ diu viguit in Græcia, nuperque obsolevit, non in Græcia tantum viguit, sed extra Græciam diu obtinuit. Negat hoc (1) Catumsyritus, quidquid contra ex penu historiæ depromitur, ineptissimis interpretationibus corrumpens, quas ex impia ejus Palinodia, aliisque manu scriptis autographis, quæ vidimus olim, & adnotavimus perhumanè concessa ab Eminentissimo Cardinali Brancacio Seniore, viro & eruditissimo, & eruditorum hominum patrono, Magrius (2) avidè corrasit, seque alienis contexit pennis malè ominatis Solœcismis suis crocitaturus in Græcos. Ea tamen licet despicere, despecta scilicet non à nobis tantùm, verùm etiam ab omnibus Eruditissimis viris, quorum recentissimus, qui post Magrium scripsit, Cabassutius (3) hanc assertionem nostram amplectitur, asseritque, diu præceptum Apostolorum de Sanguine, & Suffocato, tàm in Occidente, quàm in Oriente invaluisse. Sanè, quemadmodum dementis esset asserere, ubique, & semper abstinuisse se Christianos à Sanguine, & Suffocato; ita dementissimi est inficiari etiam extra Græciam custoditum hoc Apostolorum præceptum. De Græcis (4) Origenes testis est, affirmatque in hunc sensum ab illis recepta fuisse ea verba Apostolorum, ut sibi interdictum reipsa fuerit Sanguine, & Suffocato: & ante Origenem idipsum de Occidente testatur Tertullianus (5) his verbis calumniam diluens Ethnicorum dicentium, Christianos humanis Sacrificiis gaudere. *Erubescat vester error: qui ne animalium quidem sanguinem in esculentis habemus, qui propterea quoque Suffocati morticinis abstinemus, ne quo sanguine maculemur, vel intra viscera sepulto. Denique inter tentamenta quoque Christianorum botulos cruore distentos admovetis: certissimi scilicet illicitum penes illos, quod exorbitare eos vultis.* Adde testimonium Blandinæ Martyris in Galliа, quæ, uti tradit (6) Eusebius, eidem calumniæ respondens: *multùm, inquit, erratis, ò viri, quod putetis, infantium carnibus eos vesci, qui ne mortuorum quidem animalium sanguine utuntur.* Quin & Minucius (7) Felix: *nobis*, ait, *homicidium nec videre fas, nec audire, tantumque ab humano sanguine cavemus, ut nec edulium pecorum sanguinem in cibum noverimus.* Qui viri, Deus bone! quæ testimonia, quibus sanè palam ostenditur, ab initio Ecclesiæ abstinentiam à Sanguine, & Suffocato in usu fuisse. Nam primo sanè sæculo præceptum (8) Apostolorum habemus jubentium: Ἀπέχεσθαι τῶν εἰδωλοθύτων, καὶ πνικτοῦ, καὶ αἵματος, καὶ πορνείας: *abstinere se ab immolatis simulacrorum, & suffocato, & sanguine, & fornicatione.* Secundo verò Blandinæ, quæ triumphasse (9) dicitur Lugduni circa annum Christi CLXXIX. & Tertulliani, qui floruit circa annum XCVII. secundi sæculi, teste (10) Baronio, & (11) Pamelio. At Tertio sæculo Minucii, qui scripsit Romæ circa annum Christi CCXI. juxta supputationem (12) Hieronymi; & Origenis, qui ejusdem sæculi anno LVI. ex recensione (13) Eusebii, atque (14) Baronii fato concessit. Accedit, & sequentibus sæculis non minora à nobis veritatis hujusce testimonia proferri posse, nam Concilium Gangrense actum sub Constantino Magno, cui authoritate Romanæ Sedis videtur præfuisse Osius Cordubensis: cujus Canones (15) Symmachus Pontifex Romanæ Sedis docet potestate decretos. Hoc nempe Concilium, IV. sæculo sic (16) decernit: εἴ τις ἐσθίοντα κρέα (χωρὶς αἵματος, καὶ εἰδωλοθύτου, καὶ πνικτοῦ) μετ' εὐλαβείας, καὶ πίστεως, κατακρίνει, ὡς ἂν διὰ τὸ μεταλαμβάνειν, ἐλπίδα μὴ ἔχοντα, ἀνάθεμα ἔστω: *si quis enim, qui carnem edit (præter sanguinem, & idolis immolatum, & suffocatum) cum religione, & fide condemnat, veluti spem propter ejusmodi perceptionem non habentem, anathema esto*, ad cujus Canonis sensum nostræ Assertioni maximè congruum vide, quæ addit Franciscus (17) Silvius. At in fine sæculi V. & initio VI. Anno nimirum Æræ Christianæ DXXXVI. Aurelianense (18) Concilium eadem obtinuisse docet in Galliа, dicens: arcendos à cœtibus Ecclesiæ, eos, qui bestiarum morsibus extincta, vel quolibet morbo, aut casu suffocata vescuntur, quod etiam viguisse in fine VII. sæculi, & initio VIII. manifestum est ex decreto Gregorii III. qui Romanis præesse Sacris orsus est anno Christi DCCXXXI. ut recenset (19) Baronius, & alii, vir Græcus, & Sanctus, morumque Ecclesiasticorum peritissimus. Is porro ita (20) constituit: *Suffocatum dicimus, quod sine Sanguinis effusione perimitur, vel quod in laqueo necatur, vel quod à lupo, vel fune, vel laqueo suffocatum invenitur: & nullatenus manducetur, nec sanguinem alicujus bestiæ quisquam manducare, aut bibere præsumat. Quod si quis fecerit, quadraginta dies pæniteat.* Quæ ne quis singularia putet, similia tradit Zacharias Pontifex successor Gregorii III. & ipse Græcus, & Sanctus. Is enim respondens interrogatis à Bonifacio Germanorum Apostolo, & Martyre, scilicet de iis, quæ illi Legati Bonifacii in Pitacio, seorsim ab Epistola Bonifacii, obtulerant, multò de his minutiori decernit, quæ refert (21) Baronius, & habentur in stue vulgari (22) Conciliorum. Quid quod idipsum habes sæculo IX. ex Concilio (23) Uvormatiensi ce-

(2) *Ad Can. 67. Trull.*
(3) *Ad Synopsi Nili eo loco.*
(4) *De vi Canon. Schol. 67. in Trull. Can.*
(5) *De jure Græcor. l. 2. c. 34.*
(6) *In Synopsi Legum, & Canon. c. 25. ex Trull.*
(7) *Nota 14 in can. Trul.*
(1) *In Palinod. c. 4.*
(2) *In Hierolex. aict. Suffocatum.*
(3) *Ad Conc. Aposi. circ. fin. vers. nihilominus, & ad Can. 2. Côc. Gangrensis.*
(4) *Contra Celsum.*
(5) *In Apologet. c. 9.*
(6) *Hist. l. 5. c. 1.*
(7) *In Octavio.*
(8) *Actor. c. 15.*
(9) *Euseb. l. 5. c. 1. Baron. ad an. 179 n. 9. & seq.*
(10) *Ad ann. 197. n. 3.*
(11) *In Vit. Tertulliani.*
(12) *De Script. Ecc. in Minucio.*
(13) *Hist. l. 7. c. 1.*
(14) *Ad ann. 258. n. 38.*
(15) *Apud Cabassut. ad Conc. Gangrense Can. 2.*
(16) *Can. 2.*
(17) *In additio. ad Sum. Carran. ad Can. 2. Gangren.*
(18) *Can. 20.*
(19) *Ad ann. 73. Plat. & Ciaccon. in Vita Gregorii III.*
(20) *In Excerpto Edicto de divers. Criminibus, & remed. illorum. in Biblioth. SS. PP. to. 6. col. 611. ca. 29. litt. C.*
(21) *Ad ann. 51.*
(22) *In to. 3. Concil. pag. 434. col. 1. Edit. Venetæ 1585.*
(23) *Can. 65.*
(24) *Ad ann. 51. n. 16.*
(25) *Ad an. 1067. nu. 1. & seq.*
(26) *De Script. Eccl. in Huberto Cardin.*
(27) *In Dissert. Hist. de Script. Eccl. to. 2. pag. 484.*
(28) *Re-*

Digitized by Google

si celebrato anno Christi DCCCLXVIII. propositum, desumptumque ex Synodo Carthaginiensi authore (24) Baronio. Quòd si ulterius liberet progredi, liceret ostendere, eundem Morem obtinuisse penes Latinos post Annum Christi Millesimum, quando id constat ex Humberto Cardinali Episcopo Sylvæ Candidæ Romanæ sedis Legato Constantinopoli sub Leone IX. viro doctissimo, ac Romæ fato functo circa annum Christi MLXVII. ex traditis à (25) Baronio, relatisque à (26) Bellarmino, & (27) Labbæo. Etenim sic in (28) Dialogo suo celeberrimo scribit: *Nec hoc dicentes Suffocatum, & Sanguinem nobis contra Vos defendimus. Antiquam enim consuetudinem, seu traditionem Majorum nostrorum diligenter retinentes nos quoque hæc abominamur adeò, ut Sanguine, vel quocunque morticino, aut aquis, seu quacunque negligentia humana apud nos aliquando vescentibus, absque extremo periculo vitæ hujus, pœnitentia gravis imponatur, pro eo maximè, quia antiquas consuetudines, & traditiones Majorum, quæ non sunt contra Fidem, Leges Apostolicas arbitramur. Nam de cæteris, quæ aucupio, aut carnibus, aut laqueo venantium moriuntur, Apostoli præceptum sequimur: omne, quod in macellum venit, manducate, nihil interrogantes.* Sic Humbertus, cujus tandem sententiâ videtur manifestissimè evinci, non in solâ Græciâ morem hunc abstinendi à Sanguine, & Suffocato, verùm etiam in Ægypto, in Africa, in Gallia, in Italia, ipsa in Urbe perdiu viguisse. Quæ omnia magis, magisque confirmantur ex iis, quæ tradit (29) Hugo Menardus, ex Pœnitentiali (30) Halitgarii, item ex iis, quæ ingerit Beda, & inculcat Burchardus (31) Uvormatiensis Episcopus, cui consonat Jvo (32) Carnotensis: Denique ex iis, quæ narrat (33) Genebrardus, asserens, à Sanguine, & Suffocato abstinuisse se vulgò Occidentales ad Annum usque centesimum quartum supra Millesimum.

fert Turrian. in Can. Apostol. habeturque ap. Henric. Canis. & Biblioth. & in Morelliana to. 4. in Coloniensi to. 11. Baron. in Appẽdic. to. 11. Annal. pag. 754. litt. c. edit. Vat. 1605

(29) *In not. ad Sacramental. Gregoril. c. 10. tit. de dissensib. Sacrif. pag. mihi 243*

(30) *Tom. 8. in fin. lib. de remed. peccat. c. de ira.*

(31) *De loc. Commun. Decret. l. 19. c. 106.*

(32) *In Decret. p. 15. de Pœnit. c. 118.*

(33) *Ad an. 1114.*

IV. His refragari, hæc negare, quantæ dementiæ sit, nemo non videt: ea tamen Magrius fusiùs proposita, & barbarè concinnata miris, ut variis responsionibus excepit; & primò universim hæc omnia per Græcos corrupta, suâ ipse, & Catumsyriti authoritate constituit. Itaque ipsi Tertullianum, ipsi Minucium, ipsi Canonem Aurelianensem, ipsi decretum Gregorii, Epistolam Zachariæ, Dialogum Humberti, Bedam, Menardum, Halitgarium, Jvonem, Burchardum, & Genebrardum ipsi appendicibus subdolis pessum dedere. Scilicet ipsis supererant horum libri, his notissima Latina lingua, his omnia horum exemplaria Scriptorum in promptu, ut ea tantâ felicitate corrumperent, quâ nemo unquam ex corruptoribus usus est, quippe quæ omnia ita perculit Autographa, & Syngrapha, ut nullum integrum relictum sit, quod tanto sceleri reclamaret. Quid quod hoc vitium illatum dicitur libris Latinorum à Græcis post Synodum Quinisextam, cùm adeò Latini stolidi fuisse videntur, ut, corrumpentibus Latina Græcis, nemo hac de re quidquam dixerit, tanto ubique silentio Latinorum, in aliis licet sæpe corruptos à Græcis libros jactantium, ut qui Græcis unius libri vitium acerrimè exprobraverunt, in tantâ tot librorum corruptelâ ne verbum quidem affati sint, fortassis vaticinati, fore olim Calabrum, & Melitensem gregarios homines, qui eorum negligentiam corriperent, Græcorumque dolos ulciscerentur. Horum scilicet acumini, ac præsertim Magrii plaudimus, qui post omnes hostes Græcorum scribens Lynce, & Pardali oculatior, quod minimè alii viderunt, vidit, notavit. Nam corruptos à Græcis hac in re libros hosce, neque Baronius, neque Bellarminus, quorum una Cantilena, Græcos librorum corruptores appellare, usquam ausi sunt affirmare, quin imò ingenuè fatentur, diu eum morem abstinendi à carnibus suffocatis, & Sanguine in pluribus Ecclesiis extra Græciam viguisse. Ita (1) Baronius, ex quo penè omnia, quæ ad confirmandam sententiam nostram proposuimus, accuratè decerpsimus. At (2) Bellarminus ad retundendos conatus Calvini ex iisdem pleraque affirmatè producit, adeò ab omni suspicione Græcæ corruptelæ alienus, ut his & potestatem Ecclesiæ in ferendis Legibus, & obsequium Christianorum erga Leges latas ab Ecclesiâ, putet apprimè constitui. Quid ergo? Magrio ne potius præstanda fides, an Bellarmino? vulgari Centuriatori, an summo Theologo? Certè si authoritas alicujus momenti facienda est, nemo erit, qui Magrium præferat Bellarmino, nisi fortè supra omnes est Magrius, quòd Libanum Montem adierit, egeritque cum Maronitis: nam de hoc mirè superbit, atque hoc jactat ubique, quasi cum Persis egisset, vel cum Messagetis, non cum perhumili Gente literaturæ omnis experte, penè ignota Orbi Terrarum, & nunquam Priscis auditâ, nidulosque Libani frequentante, nec Syriæ angulum unquam egressâ. Verùm authoritatem hominis seponamus, atque illud potiùs consideremus, An ulla ratio hanc à Græcis noxam perpetratam in libros relatos persuadeat? Eam Magrius nullam proponit, cui satis est asseruisse, non probasse, quod asserit. Videtur tamen Manichææ labis Græcos accusare; quasi hic ipse Mos abstinendi se se à suffocato, & Sanguine indicet, Græcos putasse, immunda esse, quæ prohibent. Verùm miserrima conjectura idem sapit, ac ipsa calumnia, quâ Nos corruptores librorum appellat. Manifestum est enim, Græciam vel in Photianis ipsis, queis uti domesticis hostibus laceratur, omnia, quæcunque procreavit Deus, & bona, & munda semper reputasse. Rituales (3) libros nostros testor, quibus non Græci solùm utimur, sed utuntur & Photiani. In illis hæc Orthodoxa sententia palam iterumque, iterumque constituitur. Idem asserit Græcia in Apostolorum (4) Canonibus, qui vel conficti sunt, & Græciæ tribuuntur; vel censentur apocryphi, & à Græcis unà, & Photianis Canonici reputantur. Idem recipit Græcia decretum in Ancyrano (5) Concilio, & (6) Gangrensi. Quid communia Græcis, & Photianis enumero? Quid senserit Photius, (7) in promptu est penes ejus Commentarios in librum Perihermenias, ubi, πᾶν τὸ ποιητὸν, inquit, ὅτι σάρξ, καὶ ὀστέα, αἴσθησιν ἔχοντά τε, καὶ λαμβάνοντα, ὅτι συμβεβηκὸς ἐν ἐστὶ, ὁρατὸν δὲ, ἢ ἀόρατον, σαρκικὸν, ὅτι πνευματικὸν, ἔχον ἀρετὴν, ἢ κακίαν [illegible], καὶ καθ' ἑαυτὸ ἐξ ἐλευθέρου ἤθους, καλὸν μὲν ἐκ Θεοῦ τοῦ πεποιηκότος, καὶ κτίσαντος. οὕτως διδασκόντος ἡμᾶς συμ-

(1) *Ad ann. 51.*

(2) *Tom. 1. l. 4. de Rom. Põtif. ca. 16. ad resp. Calvini, vers. sed hæc facile.*

(3) *Vide Euchologii citatum hujus resp. Sect. 1. n. 8.*

(4) *Can. 51. & 53.*

(5) *Can. 14.*

(6) *Can. 2.*

(7) *In Libr. Periherm. c. 2. Schol. 8. per tot.*

συμφέρει ψάμαι καὶ χειρώσῃ τοῦτο πίστεως, ἐ τῆς φιλοσοφίας. *Quidquid creatum est, sive Caro, & natura sensus particeps, aut subjecta sensibus, sive accidens in natura quod videri, aut videri non possit: carneum sanè, vel spiritale, habens virtutem, aut maliciam, quæ ad aliud sit, aut in ipso ex liberis moribus, bonum est ex Deo, qui illud creavit, & condidit. Ita docente nos consono suffragio, atque sententia Fide, & Philosophia.* Eadem Michael (8) Cerularius, quo pejor inter asseclas Photii nemo, alterque à Photio Photianorum pater, eadem Leo (9) Acridanus, & (10) Balsamon, & (11) Cyprius ille Georgius, quo nemo Veritatis acrior hostis, ita, inquam, sæpe asserunt, asserta ingerunt, ingesta, damnatis ubique Manichæis, probatisque iis omnibus, quæ à Deo condita sunt, Græciæ etiam Photianæ credenda proponunt. Quis nisi mentis inops, quòd Sanguine, & Suffocato se abstinent, Græcos, quasi hæc immunda putent, hæretici Dogmatis arguat, nempe Græcos, qui eam abstinentiam constantissimè jubentes, omnia munda, omnia bona esse contendunt? Si abstinentia heresis argumentum est, quam ut vites, manducanda sunt omnia, nec abstinendum ab ullo, quid nobis carnium esum sæpe prohibet Ecclesia? quid Lex quædam, & instinctus Naturæ à Carnibus hominum comedendis nos abstinet? Qui lege naturæ à cadaveribus hominum devorandis abhorremus, ea mala, & immunda esse censebimus? qui consuetudine à muribus, canibusque comedendis arcemur, ea, licet condita à Deo, mala putamus? aut si qua Lex his manducandis interdicat, impia erit, & Manichæa? Quid? Deus non ne hæc eadem, & alia plurima intacta voluit Judæis? Si Lex ab esu ejusmodi revocans, sive consuetudo, ejus opinionis judicium est, quâ vetita immunda esse censeantur: à Deo vetita, Deo authore, mala esse censenda sunt. Pressiùs; Lex Apostolica in Jerosolymitano illo (12) Concilio I. lata, ut abstinerent Christiani se à Sanguine, & Suffocato, apertissimè imperavit: an non stupidus eris, si colligas inde, aut Apostolis legislatoribus immunda fuisse, quæ vetuerunt, aut à primis illis Christianis mala habita, quæ vetita non attingebant? Quòd si neque ex interdicto ciborum, neque ex eorundem religiosâ abstinentia ea Opinio immundos reputans cibos infertur, quid Melitensis homuncio Manichæismum in Græcis conjicit, quem non conjicit in primis illis Christianis, quorum præsens erga Apostolicam Legem obsequium.

V. Respondet, ipsa verba Legis Apostolicæ à Græcis corrupta; Etenim ibi Suffocatum non fuisse prohibitum, conceptamque fuisse Legem his tantùm verbis: *Ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & fornicatione.* Adducit & verba (1) Ambrosii criminis hujus reos constituentis Græcos, cùm ait: *Hæc tria mandata Sophistæ Græcorum non intelligentes, scientes tamen à Sanguine abstinendum, adulterarunt Scripturam, quartum mandatum addentes, quod puto nunc, Dei nutu, intellecturi sunt.* Addit Magrius, eam legem à SS. PP. plerumque non in eam produci sententiam, ut cibos prohibeat, sed ut vetet crimina iis cibis metaphorâ quâdam significata. Denique, ut etiam detur nihil à Græcis additum, eaque verba omnia non ad translatam significationem detorquenda, sed in nativâ illâ suâ σημασίας esse intelligenda, tamen illis minimè prohiberi esum Sanguinis, & Suffocati, sed quidpiam à se excogitatum, à se uno inventum, in quo sibi multò plaudit magis, quàm olim (2) Archimedes, cum à Balneo prosiliens, more dementis celeberrimis illis εὕρηκα, εὕρηκα Syracusas implevit. Id autem quid sit, & quale, sic fusè tradit. Duplicem esse Suffocati significationem, alteram, quæ à *sub*, & *fauce* deducitur, alteram; quæ trahitur à *sub*, & *foco*; illâ strangulatum proponi, hâc immolatum; quasi Suffocatum sit *positum sub foco*: atque in hoc sensu Suffocatum hîc accipi: Quare Legem Apostolicam sic legendam autumat: *ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine suffocato, nempe immolato, & fornicatione.* Hinc corrigit omnia, hinc Græcos errasse probat, hinc & Augustinum, & Ambrosium non admodum accuratos affirmat, quòd ineptias ejus minimè prævideri nt. Sunt enim, ut mox patebit, hæc omnia, ineptissima, puerilia, inconstantia, nec præter temeritatem barbari Authoris, quidquam præterea referentia. Ut à primo Ordinem refutationis auspicer, fateor, non defuisse ex Antiquis, qui dubitaverint, an in Lege Apostolica vox *Suffocatum* à Legislatoribus posita, an ab aliis fuisset supposita: quo factum est, ut non à Latinis aliquibus tantùm, sed & à Græcis etiam quibusdam fuerit omissa. Ex Græcis eam omittit (3) Irenæus antiquissimus Pater in fine Secundi Sæculi, & initio tertii, Cyrillus (4) Jerosolymitanus, novissimus (5) OEcumenius, ex Latinis verò ante omnes (6) Tertullianus, (7) Cyprianus, & (8) Pacianus Episcopus Barchinonensis, quibus videtur adstipulari cum (9) Ambrosio (10) Augustinus. Contra tamen, eandem vocem recipiunt ex Patribus Græcis, atque Latinis cæteri omnes, quorum Syllabum hic percensere otiosum, & longum. Supererit ex nostris Chrysostomum (11) vidisse, ex Latinis (12) Apponium, ex quibus illud conficitur, olim fuisse dubium hac de re. Sed abstulit Controversiam Apostolica Sedes cum Tridentino Concilio, quæ Græcorum Textum probavit, ut jacet, perpetuòque legendum (13) censuit: *ab immolatis simulacrorum, & Sanguine, & Suffocato, & fornicatione*, post quam & Romanæ Sedis, & OEcumenicæ Synodi comprobationem, mirum est, si quis Catholicorum ausit confictum à Græcis asserere, quod tanta recipit Authoritas, edicitque recipiendum. Neque obest Ambrosii effatum; illud enim nihil probri Græciæ intulit, at multum confert utilitatis causæ, cui patrocinamur. Etenim cùm censuisset, additam fuisse vocem *Suffocato*, id retulit non ad Græcos, sed ad Sophistas Græcorum. Sophistæ autem in bonam, malamque partem adsumi cùm olim potuerint, tandem ad eos significandos deducti sunt, qui ex professione humanioris literaturæ ad inutiles cavillos profecti ii erant in Græcia, qui apud Latinos Commentariorum, notularum, lectionum in priscos Authores curiosi aruspices, inspectoresque, quosque vulgò Pædagogos, Archididasca-

(8) Synodico 6. apud Canonarch. titul. de form. Synodicorũ.
(9) Lib. 1. de Azymo c. 9.
(10) Respons. ad Marcum Epist. 5.
(11) Lib. 2. Capitul. contra Veccum.
(12) Act. Apost. c. 15.
(1) In Epist. ad Galat. c. 2.
(2) Vide Planud. in Adagiis cent. 3.
(3) Lib. 3. c. 12.
(4) Catechef. 18.
(5) In ca. 15. Act.
(8) De Pudicit. c. 12.
(7) Ad Quirinũ l. 3 in fin.
(8) In Parenesi Biblioth. Patrũ to. 3.
(9) Ubi supra.
(10) Contra Faustum lib. 32. c. 13.
(11) Hom. 33. in Act. c. 15.
(12) In Cantic. l. 3. Biblioth. SS. Patr. to. 1. col. 799 litt. B.
(13) Act. c. 15. in Vulgata probata à Trident. sess. 4.

Digitized by Google

scalos, Grammaticos vocant, genus hominum procacissimum, ausurumque ad curtæ mentis suæ periodum sensa doctissimorum virorum mutatis dictionibus circumscribere. His Ambrosius; quos, ut in quâlibet Gente, ita & in Nostrâ, fuisse plurimos certum est; his, inquam, additionem, quam putat ineptam, attribuit. Ex quo quid probri manet in Græciam, non video, cùm postremis hisce sæculis Sophistarum hujusmodi plenis, & integris Myriadibus abundaverit Occidens, quos inter, sed omine reipsa pessimo, malàque avi Magrius ipse est, sæpe in suo Hierolexico tàm manifestè fatuus, ut in illo, notarum minima ex barbarie, & solœcismis sit. Jam patrocinari Ambrosium causæ, quam tuemur, manifestum est, cùm enim asseramus, vetitum fuisse ab Apostolis Suffocatum, nusquam id inficiatur Ambrosius; imò eo in loco ipso id affirmat. Propterea enim reprehendit Græcorum Sophistas, quòd putaverint, quatuor præcepta fuisse ab Apostolis, cùm tria tantum præceperint, abstinentiam nimirum ab Idolothytis, à sanguine, & fornicatione. At Sophistæ quartum addebant, scilicet abstinentiam à Suffocato. *Quod puto*, inquit, *nunc, Dei nutu, intellecturi sunt*. Quid intellecturi sunt? Non esse addendum hoc quartum. Cur autem non addendum? Audiat Magrius, audiat si quis tam ineptus, ut Magrio consentiat, in Græcos injurius, atque in decretum Apostolorum perparum obsequiosus. *Quia*, inquit, *jam supra dictum erat, quod addiderunt*. Hæc sunt verba Ambrosii, quæ, ni fallor, hoc sapiunt: non esse addendum Suffocatum, quasi quartum mandatum, quia, qui prohibet esum sanguinis, eodem interdicto, & Suffocatum complectitur. Acutè, ingeniosè, & fortassis verè. (Quis enim Antiquorum circa aditionem hanc lites certò componat?) Nam si Sanguinem edere non liceat, Suffocatum edere non licebit, cùm in Suffocato sanguis ille sit, qui comedi prohibetur. Quid enim est Suffocatum, nisi quod sine sanguinis effusione perimitur, præfocatis faucibus, ac spiritu penitùs intercluso? Remanet ergo intra venas, & viscera strangulatæ rei sanguis illius. Quapropter, qui vetatur sanguinem edere, strangulatum edere simul vetatur, in quo sanguis est, qui comedi prohibetur. Vides, Ambrosium non repugnare sententiæ nostræ, imò potiùs subscribere, cùm addendum Suffocatum negans, ideò addendum negat, quòd antea dictum esset, vetitumque in ipso sanguine. Quòd autem in ipso sanguine olim suffocatum ipsum à Patribus censeretur vetitum fuisse, testis est (14) Gaudentius Brixiensis Episcopus, qui verba Legis illius exponens sic reddit, *ut abstineatis vos ab immolatis, à fornicatione, & sanguine, idest à Suffocato*.

(14) De Panit. & remiss. in Biblioth. PP.

VI. Abundè ad primam difficultatem, quam ipse Ambrosius, unde profecta est malè, bene discussit. Ad secundam ultrò fatemur, SS. Patrum tùm Latinorum, tùm Græcorum plurimos *μεταφορικῶς* Legem ab Apostolis latam enucleasse: nam (1) Irenæus loco Suffocati sensit vetitum ab Apostolis quidquid iniquè proximum lædit. At Augustinus (2) nomine & Sanguinis, & Suffocati homicidium intelligit; cui consentire videtur (3) Chrysostomus, cùm explicans verbum illud *Suffocatum*: subdit: *hic cædem cohibet*. Eandem homicidii metaphoram secutus videtur Cyrillus (4) Alexandrinus ad eandem sententiam trahens verba (5) Levitici: *πᾶσα ψυχὴ ἐξ ὑμῶν οὐ φάγεται αἷμα*: *omnis anima ex vobis non comedet Sanguinem*: atque id probaverat ante hos (6) Cyprianus legens: *abstinete vos ab Idolothytis à Sanguinis effusione, & fornicatione*. Contra (7) Gregorius Magnus in Sanguine, & Suffocato peccatum intellexit: Beda (8) carnis propaginem, Radulfus (9) Flaviacensis quemlibet appetitum. Hinc tamen quid sequatur, non video? An enim, quòd S.S. Patres verba illa ad sensum alium transtulere & piè, sapienter, propterea nativa eorum, & ingenua sententia, &, ut ajunt, litteralis eadem censenda erit. Id si dicas, profectò cum (10) Calvino senties asserente, ea Lege nihil novi Apostolos præcepisse, sed id solùm, quod jure Divino fuerat olim præceptum. Id autem si Calvino consentiens asseras, profectò desipies. Est enim omnino certum, illâ Apostolorum Epistola legem ferri, & novam legem ferri: atque adeò id non jure Divino, sed jure Apostolico prohiberi, quod ibi prohibetur: quod utrunque Bellarminus probat, & verè, & doctè, primò, quia (11) ibi dicitur: *μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος, πλὴν*: *nihil ultra imponere vobis Oneris, nisi*: quæ particula exceptionis arguit, non solùm fuisse onera ea, à quibus Christiani liberabantur, verùm etiam ea pauca, quibus subjiciebantur. Si onera verò, ergo Lex, ejusdemque prorsùs naturæ, cujus illa erat, à qua multa jubente liberabantur, ea autem Lex erat, & Lex Synagogæ, atque adeò Lege Ecclesiæ novâ, jubenteque pauca liberabantur à dura Lege Synagogæ infinita præcipiente. Secundò: abstinere se à sanguine, & suffocato *τῶν ἐπάναγκες necessaria* (12) dicuntur. Si necessaria, necessariò observanda: unde sequitur, præcepta fuisse, atque adeò Leges. Hinc (13) Lucas palam ea præcepta appellat: ait enim de Paulo; *pertransiens præcipiebat eis custodire præcepta Apostolorum, & Seniorum*: hæc autem non alia erant, quàm quę sub hac inscriptione traduntur: *Apostoli*, (14) *& Seniores fratres*, quod clariùs idem (15) Lucas insinuat, asserens, assumpto Timotheo Paulum pertransisse Civitates Asianas *tradentem eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis, & Senioribus, qui erant Jerosolymis*. Cui sententiæ Chrysostomus (16) adhærens, *vide*, inquit, *brevem Epistolam, neque Epicheremata, neque Syllogismos habentem, sed imperium*, *ἀλλ' ἐπιταγὴν*, quæ vox Nostris rectà Legem significat. Hanc porro Legem ibidem Chrysostomus novam appellat, asseritque ex Cæremoniis à Moyse præceptis decerptam: id, quod ante Chrysostomum adnotavit (17) Origenes adeò huic literali, ut ajunt, explicationi insistens, ut putet, si aliter ea verba producantur, superflua videri. Nam qui Metaphora verbis illis attribuit, ea & Lege divinâ & lege humanâ vetantur: supervacaneum igitur prohibere jam vetitum, & omnino vana ea verba, si eum explicentur in modum. Quapropter non solùm, ut sonant, accipiuntur à S.S. Patribus, qui ea aliter etiam per metaphoras explanarunt cum (18) Augustino, & Cyrillo (19) Jerosolymitano, sed & recentiores

viri

(1) Lib. 3. c. 12.
(2) Lib. 32. cõtra Faust. ca. 13.
(3) Hom. 33. In Actor. c. 15.
(4) Lib. 12. de Tabernaculo.
(5) Cap. 17. n. 12.
(6) Ad Quirinũ. lib. 3.
(7) Lib. 13. c. 6. in c. 16. Job. & in reg. gest. Ep. 125.
(8) In c. 17. Act. Apostol.
(9) In Levit. lib. 5. c. 3.
(10) Lib. 4. Instit. c. 10. §. 21. & 22.
(11) Actor. c. 15. nu. 28.
(12) Ibid. eod. loco.
(13) Ibid.
(14) Ibid.
(15) Actor. c. 16. n. 4.
(16) d. hom. 33. in Actor. c. 15.
(17) Contra Celsum. l. 8. & in Ep. ad Rom. c. 13. l. 9.
(18) Epist. ad Publicol. 154.
(19) Catechesi 4.
(20) Ad Canon. 2. Conc. Gagren.
(21) To. 1. de Rom. Pont. l. 4. c. 17. ant.

Digitized by Google

med. versic. quod autem. viri doctissimi, quotquot in Acta Apostolorum scripserunt, idem asseverant cum (20) Cabassutio, & (21) Bellarmino.

VII. Dices, si vera hæc, falsa, quæ præcipit Apostolus (1) illis: πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς: *omnia munda mundis*: & (2) alibi: πᾶν, τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον, ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. *Omne, quod in macello venit, manducate nihil interrogantes propter conscientiam*. Nam, si polluta sunt Suffocatum, & Sanguis, si omnino abstinendum ab illis, quî mundis munda sunt omnia, quive licebit omne, quod in macello venit, comedere, nullâ ciborum adhibitâ diligentiâ, nullâ interrogatione propositâ? Hæc Magrius ex Calvino, cui respondet (3) Hieremias Patriarcha, quæ scribit Apostolus, præcepta Corinthiis ante, quàm Lex illa Jerosolymis ederetur. Sed inepta responsio; constat enim contrarium ex Actis; ubi (4) priùs Lex illa proponitur, deinde prima ad Corinthios Pauli expeditio (5) describitur: manifestum est autem, Epistolam Pauli primam Corinthiis scriptam post, quàm Paulus Corinthum profectus, ei populo Christi fidem indixit. Ait enim (6) in ipsa: Κἀγὼ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου, ἢ σοφίας. *Ego, cùm venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate, &c.* Absurda ergo Hieremiæ responsio est, cui similem tradit (7) Coressius, arbitratus, quæ scripsit Apostolus, tunc scripta, cùm in locis quibusdam ea Lex cœperat abrogari. Nam planè incredibile est, Legem illam tàm citò abrogari potuisse, præsertim cùm adhuc ratio Legis vigeret, ut optimè (8) Bellarminus notavit. Igitur multis responsionibus satisfit vulgari, ac notæ difficultati, quæ in Gentem nostram à Sciolis ubique jactatur, quasi contra Legem Apostoli diu abstinuerint ab iis, quæ veneunt in macello, abstineantque se etiamnum aliquæ Nostris cæremoniis addictissimæ Gentes. Et primò ex his, quæ hactenus diximus, rimati Legis ejusmodi naturam. Docuimus enim, eam, licet usu, & consuetudine, ac Jure Canonico recepta fuerit à tota penè Ecclesia, non fuisse latam toti Ecclesiæ, sed solis fratribus, qui erant Antiochiæ in Syria, & in Cilicia. Facilis ergo conjectura est tunc, cùm scripsit Apostolus Corinthiis, nondum consuetudine eam Legem receptam fuisse; quapropter monet, ut nihil pollutum ex Lege ulla putent, omnibusque utantur communiter, eadem non scripturus Corinthiis, postquam, cum tota Græcia, eam Legem peculiariter Asianis quibusdam Gentibus latam more, usuque receperunt. Secundò, ex ipsa causa Legis, quæ certè non alia fuit, nisi ne scandalum fieret in Ecclesia: id, quod omnes testantur cum Augustino superiùs laudato, & (9) Bellarmino. Hæc autem causa neque continua est, neque universalis, quare neque ubique obligavit omnes, neque ubicunque, nisi præsente periculo scandali. Quapropter verba Apostoli explicanda sunt ita, ut doceant, omnia, quæ veneunt in macello, in cibum posse cedere, nisi adsit scandalum, aut occasio Idololatriæ. Hunc autem esse Apostoli sensum, manifestissimum est ex iis, quæ proximè dixerat. Dixerat (10) enim: Τινὲς τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου ἕως ἄρτι, ὡς εἰδωλόθυτον ἐσθίουσι, καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν, ἀσθενὴς οὖσα, μολύνεται: *Quidam cum conscientia usque nunc Idoli, quasi Idolothytum manducant, & conscientia ipsorum, cùm sit infirma, polluitur*. Mox (11) addit: Βλέπετε δὲ μήπως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν· ἐὰν γάρ τις ἴδῃ σε τὸν ἔχοντα γνῶσιν ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν; καὶ ἀπολεῖται ὁ ἀσθενῶν ἀδελφὸς ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει, δι' ὃν Χριστὸς ἀπέθανεν. *Videte, ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam in Idolio recumbentem, non ne conscentia ejus, cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum Idolothyta? & peribit infirmus in tuâ conscientiâ, frater, propter quem Christus mortuus est*. Hæc ubi præmisit, & quasi edidit sententiæ secuturæ certam exceptionem, mox latiùs constituit, omnia, quæ in macello veneunt, manducanda à nihil interrogantibus, intellige, nisi sciant damno sibi, vel aliis futura, exemploque in perniciem Christianorum minus prudentium cessuro. Nihil igitur obstant Apostoli verba, quin asseramus, latam ab Apostolis Legem vetantem usum tùm immolatorum simulacris, tùm Suffocati, & Sanguinis. Quæ Lex, uti diximus, licet Asianis Ecclesiis lata, non solùm usu recepta est à cæteris in Oriente, verùm etiam à plerisque in Occidente, ac fermè omnibus, tandemque abrogata usu ipso tùm in omnibus Occidentis Ecclesiis, tùm in multis ipsius Orientis: ab his quidem tanquam minimè necessaria, ab illis verò, tanquam noxia, postquam ex ea Lege nacti Occasionem hæretici, Res aliquas naturâ immundas, nec in se bonas ausi sunt affirmare. Tria proinde prudens animus, sepositis Magrii deliriis, sibi constituat: Legem eam reapse de Sanguine, & Suffocato processisse, quando id hactenus evicimus: eandem solis Asianis latam, uti dicunt, *directè*, omnibus *indirectè*, ea tenus, quâ scandalum oriri poterat, & occasio criminis: eandem non sine laude & retentam à Græcis, & à Latinis abrogatam, quando illis religio persuasit obsequium; his negligentiam, contemptumque periculum nefandæ hæresis jussit.

VIII. Sed operæ pretium est in ipsas peculiares Magrii ineptias accuratiùs inquirere, quibus cùm Suffocatum à propria significatione tot Patribus probata, toti Antiquitati receptâ recentiorum omnium Theologorum, atque Interpretum suffragiis constitutâ detorquere conatur, penè non ridiculè desipit. Ait, Suffocatum à foco, non à fauce, deduci, advocatâque in subsidium Prosodiâ, imò potiùs vir barbarus invitâ ad authoritatem productâ, docet, non produci alteram à prima in Suffocato syllabam, sed corripi: Denique idem esse Suffocatum, ac illud, quod super foco positum Numinibus immolatur. Id Grammaticis quibusdam notulis, Lexicis, dictionariisque munit, nullam tamen Authoris ullius fidem addit, quâ res planè nova, & inaudita, imò ne somniata quidem, videatur stare, aut stare posse. Verùm huic interpretationi tota Antiquitas refragatur, ut supra ostendimus tot Scriptorum nominibus prolatis, quibus ridenda illa responsio, quâ corruptores Græci vocantur, non placet. Refragatur etiam, ipso Magrio teste, Versio Chaldæa

(1) Ad Tit. ca. 1. n. 27.
(2) 1. Ad Corinth. c. 10. n. 25.
(3) Ad Interrogata varia. resp. 14.
(4) Actor. c. 15.
(5) Actor. c. 18.
(6) 1. Ad Corinth. c. 2. n. 1.
(7) Lib. 5. de Sacr. c. 9.
(8) Loco citato.
(9) Ibid. in med. vers. 2. respideo.
(10) 1. Ad Corinth. c. 8. n. 7.
(11) Id. ca. 8. n. 8. 9.

Digitized by Google

dea, in qua pro *Suffocato* ponitur *strangulatum*. Neque effugium ineptissimum Magrii facit ad rem: Nam quid attinet, teste (1) Bellarmino, Chaldæam interpretationem factam ex Græco Textu asserere, cùm certum sit Acta Apostolica Græcè fuisse conscripta? Quare sequitur omnem interpretationem ex Græco factam. Ex Græco ergo facta interpretatio Suffocatum strangulatum vertit, cùmque ex mente Magrii τὸ πνικτὸν duplicem sensum habeat & *strangulati*, & *immolati*, Interpres Chaldæus hunc maluit. Adeò eo tempore, quod Apostolis proximum fuisse certissimum est, Lex illa in eum sensum accepta est, quem defendimus: adeò is sensus vocis illius Antiquitati prorsus ignotus, quæ Suffocatum constantissimè idem esse cum strangulato putavit. Sed ut omnia hæc se ponantur, ipsum Somnium Magrii ex fundamento suo palam labefactatur. Nam cùm vocem πνικτὸ ad immolatum deducat, quòd πνίγειν ex Authoritate Jacobi (2) Cellarii, & Nicolai (3) Nonigeri sæpè φλέγειν, quod est torrefieri, significat; hæc argutia corruit, si quis vim verbi Græci cognoscat. Hæc enim & torrere, & torrefieri significat, diverso tamen modo de animatis, & exanimis: nam cùm de animatis dicitur, æstum illum significat, qui non comburit, sed suffocat, qua ratione (4) Galenus ait: ἐν ἀέρι πνιγώδει, ἢ βαλανείῳ χρονίζειν: *diutiùs agere in aere æstuoso, & balneo*, eo nimirum in Aere, qui ex æstu quodammodo suffocat, ac strangulat. Sic etiam (5) Aristophanes ἐπνιγόμην, inquit, τὰ σπλάγχνα: *æstuabant mihi præcordia*: Et Plato (6) de Legibus πνίγει ὄντ☉, *æstivo die*, sive *in æstu*, quæ omnia callidis linguæ nostræ id, quod diximus, significare videbuntur omnino, quando ubique πνίγειν καὶ πνῖγ☉ ad eum æstum significandum ex metaphora transferuntur, qui ita angit, ut præfocet, quem æstuantem torquet. Quòd si ad res inanimas adhibetur, cùm torrefiunt, significandas, πνίγειν non est quomodocunque torrere, sed vel in fornacula, clibano, furnulove, vel in vase circumcluso, subjecto igne sensim concoquere: nam πνιγεὺς nobis est furnus, caminus, & clibanus, ut facilè patebit ex (7) Aristotele, & (8) Suida. Unde & Latinis Propnigeon, hoc est præfurnium, quo utitur & (9) Vitruvius, & Plinius Secundus. Hinc nobis notum illud edulium carneum, quod in ollula accuratè tectum, vi carbonum, sensim incoquitur, πνικτὰ κρέαδια dicitur, teste Athenæo, quem ad id refert (10) Budæus: estque id Græcarum dictionum peritis adeò certum, ut nusquam πνίγειν invenias translatum ad significationem torrendi, quin unà modus ipse torrendi τῷ πνίγειν significatus omnino ab eo diversus sit, quo utebantur olim, qui Numinibus immolabant. Ea propter solius ignorantiæ crimen erit, & ausus, Τὸ πνίγειν, ἢ πνικτὸν si ad immolare, & immolatum transferatur, quod nusquam à Nostris πνικτὸν dictum agnoscet, quisquis Linguæ nostræ perlevem habeat notitiam. Ex Etymologia igitur somnium Magrii nusquam probatur, ruitque unicum inauditæ explicationis fulcrum: quod tamen si dederis, velitique stare, quid proderit sententiæ, quæ ex imprudentia, qua constat, undecunque labefactatur? Id breviter sic enucleo. Si Suffocatum ibi pro immolato ponitur, supervacaneè, inutiliter, ineptè id verbum ibi Apostoli collocassent. At id & impium dictu, & cogitatu ridiculum: non igitur ibi Suffocatum ad immolati significationem proponitur. Thesis veritatem demonstro. Nam, si Suffocatum pro immolato ibi profertur, verba Legis illius Apostolicæ hoc sonarent: ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum à Sanguine immolato, & fornicatione, quæ sententia vana ex pleonasmo, atque adeò inutilis, & inepta esset. Idem enim bis diceret. Etenim, qui vetat immolata simulacrorum, profectò & Sanguinem immolatum vetat: quando primum interdictum indefinitum est, atque adeò quæcunque Idolis immolata sunt, vetat: Siquidem, quod indefinitè dicitur, universim dictum esse censetur, ita testante Philosophia, & ex Philosophia omni (11) Jurisprudentiâ. Per illa igitur verba, ab immolatis simulacrorum, abstinentur Christiani ab omnibus immolatis: igitur & à Sanguine immolato. Ut quid ergo, quod per verba priora vetitum erat, vetatur iterum? An aliud est crimen, aut peculiarius Sanguine immolato vesci ab eo, quod patratur in esu alterius Idolothyti? aut Sanguis immolatus simulacris aliud est ab immolatis simulacrorum? Ineptè igitur hoc additur in secundo, quod primo loco vetitum fuisse cognoscitur. Prætereà teste Ambrosio tria Apostoli Lege illa vetuerunt, quod etiam cæteri omnes Sanctissimi Patres confirmant: at si vera, quæ dicit Magrius, duo tantùm vetantur, immolata scilicet, & fornicatio. Non igitur vera, quæ dicit Magrius, imò falsa penitus, absurda, unoque risu digna; addo & publicâ emendatione, quando Legibus Apostolorum sacerrimis, & afflatu Numinis prudentissimè latis ea addit Commenta, quæ Majestatem Legislatorum prorsùs dedeceant.

IX. Verùm de his viderint ii, ad quos id muneris pertinet, nobis supersit, Græcorum Cynicos aptè refutasse, atque in primis hunc ipsum Magrium, quem (1) alibi etiam oblocutum in Nos severiùs castigavimus, præsertim in iis, quæ allata à nobis Superiùs ex Antiquitatis penu ad confirmandam sententiæ nostræ veritatem peculiaribus responsionibus excipit. Ea hic, ne actum alibi agamus, obiter, ac properanter percurrimus. Et primò, quòd corruptum à Græcis Origenem peculiari ratione affirmare non potuit, eum consensisse Manichæis affirmat. At hoc gratis, & per summam calumniam. Nam sexcentis in locis Origenes Manichæos damnat, ut constat ex iis, quæ ad id produxit (2) Margunius ex Nostris, & Rabanus (3) Maurus ex Latinis: ubique autem affirmat, à Deo quæ condita sunt, omnia bona esse, ac munda, ut Joannes (4) de Engelfredis eruditè prosequitur. Neque inter ejus Dogmata, quæ plurima, & damnata ritè sunt, quæque refert passim (5) Bellarminus ex (6) Epiphanio, (7) Hieronymo, (8) Augustino, & (9) Gregorio, unum aliquod reperire est, quod Manichæam referat pestem, aut cibos tanquam naturâ pollutos suâ damnet. Adeò Magrius apertè decipitur, ut ruenti sententiæ suæ opem inutilem ferat, ratus neminem de his quæsiturum, quæ audacter adeò in Auctorem aliunde damnatum calumniatur. Sed id liceat intactis Græcis cuicunque,

(1) Tom. 1. li. 2. de Verb. Dei c. 3.
(2) In Dictionar. Græco-Lat. correct. dictione πνίγω.
(3) Ibid. & hæc.
(4) Lib. 2. ad Glauciam.
(5) In Nebulis act. 1.
(6) Penes Budæum in Lexic. dictio. πνῖγ☉.
(7) Lib. 2. de part. Animal. interprete Gaza.
(8) In diction. πνιγεύς.
(9) Uterq; apud Budæum in Lex. dict. πνιγεύς.
(10) In dictio. πνικτὰ in Lexic.
(11) L. si Servitus 22. ff. de Servit. urb. præd. l. si quis ita 16. & §. 1. ff. de test. tut. l. si plures 93. ff. de leg. 3. l. 2. §. in ff. de PO. l. si pluribus ff. de leg. 2. glos. in verf. Dominus in additio. Marg. in in l. si communis 37. ff. de simpl. Servor.
(1) In responso de Process. Spirit. S. sect. 4. nu. 9.
(2) In Metaphr. 1. Jannar. not. 2.
(3) In Libr de hæres.
(4) In Parallelo Tertull. & Orig. c. 3.
(5) Tom. 1. de Verb. Dei l. 3. c. 3. circa med. & lib. 1. de Christo c. 6. ant. fin. & ca. 10. ant. med. & libr. 4 de Anim. Christi c. 8. ante

Digitized by Google

que, an iisdem lacessitis idipsum licebit impunè? Nec qui id reputat, decipitur dapsilè. Ii enim sumus, qui hostes nostros, sive ii Photiani sint, sive oblocutores Latini, possimus, si quid improbè mentiantur, apertissimè castigare. Sic adeò in Origene Magrius fallitur, fallitur etiam in Tertulliano, quem docet, quæ pro nostra sententia scribit, jam labe Montani imbutum scripsisse. Id falsum apprimè, quando ea, quæ retulimus, in Apologetico sunt, quem librum Orthodoxus omnino scripsit, teste (10) Pammelio. Sub Zephyrino enim Montani insanias amplexus est, qui sub Victore Pontifice Apologeticum ediderat, cùm bellum Christianis Principum superstitiosus furor indiceret. Adde, tametsi demus à Tertulliano jam hæretico scriptum Apologeticon, nihil obfuturum sententiæ nostræ, cùm Montanistæ nusquam ciborum delectum jusserint, qui tamen frequentissimis jejuniis utebantur, nec inter impia ipsorum dogmata, quæ (11) Baronius enumerat, imò nec in erroribus Thrascodugitarum Perticonasatorum, Quinctilianorum, Pepuzianorum, quorum Sectæ, authore (12) Epiphanio, ex hæresi Cataphrygum profectæ sunt, ullum reperies, qui ad Judaicam circa cibos superstitionem pertineat. Credendum ergo Tertulliano, qui abstinentiam à Sanguine, & Suffocato penes Ecclesiam more receptam affirmans aut Orthodoxus asseruit, nec hæreticus commentus est: Quod ulteriùs evincitur ex eo, quòd inter errata Tertulliani, quæ plurima (13) Pammelius enumerat, de hoc nulla mentio: neque enim de suis ibi Tertullianus loquitur, aut pro suis: pro Christianis omnibus dicens, illatumque Christianis omnibus crimen diluens morem Christianis solemnem proponit, non propositurus hercle Christianorum hostibus, si falsum, & unius tantùm Sectæ à Christianis damnatæ consuetudine ratum, quem proinde Ethnici omnes, uti mendacium condemnassent. Eandem stoliditatis notam meretur responsio, quam dat Authoritati Eusebii Blandinæ Martyris verba referentis: scilicet ratus nullam fidem Eusebio præstandam, quòd teste (14) Hieronymo, & (15) Bellarmino, Arianæ hæresis fuerit propugnator. Id si verum, itàque censendum, profectò Ecclesiastica historia nulla erit, quæ magna ex parte Eusebio debetur, ut (16) Baronius passim fatetur ingenuè. Sed nemo id dixerit, præter unum Magrium, solitum ignorare, quid asserat. Ergo prudenter ita calculum feras de tanto Authore, ac Historico, quem (17) certissimum est & vixisse, & obiisse Arianum; eum in iis, quæ pertinent ad Arii pestem, cautè legendum ita, ut non plena ei præstetur fides, nisi adsint, & alii testes: at in cæteris, quæ ad Arianos non pertinent, summæ authoritatis virum in historia sacra Eusebium habendum. Ita censet (18) Baronius, fassus se in Annalibus ab initio ad annum usque undevigesimum Diocletiani, fidem Eusebii sine formidine secutum, secuturum eandem cautè deinceps, ne faventis Ario, suaque, suorumque scelera obtegentis, dissimulantisque authoritatem amplexus fucum faciat historicæ Veritati. Hæc vir prudens, & veritatem professus, quæ tamen responsionem Magrii prorsus elidunt. Constat enim verba Blandinæ nihil hæresi Arianæ conferre; eaque referri in historiæ Eusebianæ parte, cui tutò credi, quippe sincerè scripta, per Baronium posse asseritur. Quid quod verba Blandinæ non Eusebii unius authoritate certa sunt, sed ex Actis ipsis, & ex Epistola Lugdunensis Cleri oculati testis, auritique eorum, quæ referuntur, quæque, si inficias eas Eusebio credere, cogeris aliunde manifestissimè comprobata fateri.

med. to. 2. de not. Eccles. lib. 4. ca. 9. circ. med. & l. 1. de Purgat. ca. 2. post med. & l. 2. c. 1. vers. 2. error. & c. 5. ante med. & c. 9. in prin. & alibi sæpius.
(6) Ep. ad Jo. Jerosolym. & hær. 64.
(7) Ep. ad Pămach. de error. Jo. Jerosolym. & Epist. ad Avitum, & in c. 3. Jonæ.
(8) De Civit. Dei l. 21. c. 17.
(9) Moral. l. 9. c. 45. & seqq. & l. 34. c. 12. et seq.
(10) In Vit. Tertullian.
(11) Ad ann. 173. à n. 24.
(12) Hæresi 48.
(13) De Paradoxis Tertulliani.
(14) Ad Oceanum Ep. 65.
(15) De scriptor. Eccles. in Eusebio.
(16) Vid. ann. 340. n. 41.
(17) Ex Athan. passim Epiphan. hær. 73. Hieron. ad Ctesiphōt. et advers. Ruffin.
(18) Ad ann. 302. nu. 11. & seqq.

X. Jam censura in effatum Minucii quàm stupida! Verba sunt Magrii, quàm elegantia, (1) ὢ ζεῦ, ὦ θεοὶ, quàm efficacia! *Qualis*, inquit, *consequentia*. *Si homicidium abominabile, ergo & pecorum Sanguis incomestibilis erit: deberet in bona illatione concludere: Si homicidium abominabile, ergo & pecoricidium*. Eleganter, Superi, eloquenter, ingeniosè! O hominem omnis literaturæ expertem, planèque barbarum, & stolidum, & effrontem! Tune ut Minucium argumentari doceas? Tune non legitimæ consecutionis authorem Operis planè miri coarguas? Lege, miser, Minucium, atque aliquo magistro adhibito disce, quàm acutè, ac fortiter ratiocinetur, quem tanquam stultum, ineptum reprehendis, quasi discipulum perdoces. Amolitur ibi calumniam Minucius ab Ethnicis in Christianos adstructam, quam (2) Tertullianus his verbis emphaticis explicat. *Dicimur scelestissimi de Sacramento infanticidii, & pabulo inde, & post convivium incesto, Quod eversores luminum canes, lenones scilicet tenebrarum, & libidinum impiarum inverecundè procurent*. Eam calumniam ut conterat, ostendatque, infantium carnibus Christianos non vesci, sic acutè, & fortiter argumentatur. *Nobis homicidium nec videre fas, nec audire; tantumque ab humano Sanguine cavemus, ut nec edulium pecorum Sanguinem in cibum noverimus*. Quæ verba hanc continent argumentationem: quibus fuso pecorum Sanguine vesci non licet, licebit ne hominum Sanguinem fundere? qui à Sanguine pecorum abstinemus nos, carnibus infantium epulabimur? interdicitur nobis, quod omnibus licet, permittetur, quod omnibus nefas est? consuetudo nobis negat vel iis, quæ bona ex se sunt, uti, an Lex nostra concedet, quod inhumanum, & belluinum? Ferarum Sanguini parcimus, ne quid feritatis vel innocuis in dapibus referamus, carnes hominum devorabimus, ut ferarum ritu vivamus? Vides argumentum fortissimum non à majori interdicto ad minus, quod inutile sanè, sed à minori ad majus, quod certè validissimum est. Optimè ergo Minucius, quem uti nusquam Magrii stupiditas labefactat, ita neque authoritas Breviarii Liciensis, quæ quasi hagiographa producitur ad hoc, ut ex Decreto Eleutherii, qui vixisse dicitur Commodo Principe, adeòque Minucio proximus, quem sub Alexandro Severo ponunt, damnatam scias à cibis hujusmodi abstinentiam. Si Eleutherius abstinere se Christianos à Sanguine, & Suffocato noluit, erit ne Veritati consentaneum, ut author synchronos Eleutherio abstinentiam ejusmodi jactet? Corruptus ergo is Minucii locus nil confert ad nostræ sententiæ confirmationem. In primis falsum est Minucium vixisse sub Alexandro, qui nempe sub Severo vixit, & floruit; statim-

que

(1) Arist. Soph. in Pluto initio.
(2) In Apologet. c. 7.

Digitized by Google

que crassa Magrii, & supina ignorantia deprehenditur, non distinguentis Severum Cæsarem ab Alexandro Severo, Afrum à Syro, avum consobrini à consobrino nepotis. Nam Alexander post Helagabalum imperavit, qui nepos fuit Severi Principis consobrinus autem Alexandri Severi ex Mammæa Soemidos, exqua natus Helagabalus, sorore nati: Deinde Breviarii unius ignobilis, peculiaris, vix auditi ab historia authoritatem si opponas, corruet ne Minucii fides viri in Christiana republica celeberrimi, notissimi, receptissimi? Author, in quo curiosa Criticorum diligentia nullum hactenus erratum invenit, cedet narratis à Breviario Liciensi multa commento? Nam Eleutherium annos XXI. menses VI. dies V. sedisse asserit, cùm constet non ultra XV. annos, dies vel XXIII. vel XIII. Eleutherium sedisse, id testatis (20) Baronio, & (21) Panvino. Præterea dicitur Eleutherius passus Patriano, & Bardua Consulibus, cùm nusquam hi Consules in Actis Consularibus reperiantur, sed loco horum (22) Apronianus, & Bardua, quibus tamen Consulibus non obiit, sed vel Commodo VII. & Pertinace II. ut (23) Baronius autumat, vel, ut mavult Onuphrius, Triario Materno, & M. Attilio Metilio Bardua. Demus tamen tam suspecto, tam mendoso Breviario fidem: An ideò quidquam derogat hæc fidei Minucianæ? Quî id dicas, cùm nihil dicatur decrevisse Eleutherius, quod cum effato pugnet Minucii? *Hic iterum* (verba sunt (24) Breviarii Liciensis, quæ Magrius notanda monet) *firmavit, ut nulla esca usualis à Christianis maximè fidelibus repudietur, quam Deus creavit, & humana est.* At hæc verba ubi morem abstinendi à Sanguine, & Suffocato impugnant? *Firmavit, ut nulla esca repudietur*; An qui abstinebant se à Sanguine, & Suffocato, utraque repudiabant? Si vim verbi, Magrius maximus indagator, scrutatorque verborum rimetur, repudiare est rejicere tanquam pudendum. Hæc enim vis Etymologiæ est, uti docent (25) Lexica. Bene igitur vetuit Eleutherius, ne quis escas rejiceret tanquam pudendas, obscænas, immundas: Munda enim, & bona sunt, quæ Deus Optimus optimè condidit, & condita sapientissimè laudavit. Quis dicat, eum, qui vetuit, nequis escas tanquam immundas rejiceret, vetuisse simul, nequis à cibis hujusmodi causa obsequii, causa scandali, causa religionis, aut virtutis alterius abstineret? Id Eleutherius non vetuit, neque potuit vetare sapientissimus Pontifex, fortissimus Martyr, optimus Græcus. Quod si id non vetuit; si, tametsi firmavit, ne ulla esca, quę usui præsto est, repudietur, integram, sanctamque reliquit jejuniorum Consuetudinem, intactum voluit Morem abstinentiæ à cibis certis, aut semper, aut aliquando Lege vetitis vel More; quid ea Constitutio obest Minucio asserenti, abstinuisse sua tempestate Christianos se à Sanguine, & Suffocato?

XI. Abstinere se à carnibus tanquam immundis unum est, aliud est abstinere se se ab iisdem More, vel causâ Pietatis, ubi omnia munda mundis fatemur. Primum detestata est Ecclesia universa, & princeps Ecclesiarum omnium Romana in primis. Huc pertinent, quæ Theodoretus (1) narrat, & pro Somniis suis Magrius producit. Huc, quæ ante illa, quæ supra protulimus, Humbertus (2) Cardinalis in superstitionem ciborum declamat. Huc Ditmari Marspurgensis Episcopi Axiomata in ipso Magrio legenda. Huc denique Evanti (3) Abbatis querelæ in eos, qui sanguinem animantium immundum esse constituunt, & carnem esse mundam dicunt. Scilicet verissimum est, Sanguinem, & quæcunque alia usui hominum Deus produxit, bona esse, munda esse, nec quidquam naturâ suâ præseferre polluti. Hinc tamen quæ consecutio est ad alterum, quod amplexam olim magna ex parte Ecclesiam fuisse docemus? An putans carnem mundam esse ab ea se se abstinere non poterit? aut si quisque sibi imperare potest ab iis, quę munda reputat, fateturque, abstinentiam, eandem illi Ecclesia certam ob causam Lege imperare non poterit? Hoc nos asserimus, quod nimirum tot testibus approbatum frustra conatur evertere Magrius insolentissima illa responsione, corruptum est, additum ab hæreticis, ab hostibus confictum. Hæc responsio, non sine testibus danda, tunc tantùm obtinet, cùm quod corruptum, additum, confictumque dicitur, eum, cui additum dicitur, dedecet, aut à Fide catholica alienum apparet. Hic autem in re sumus planè Orthodoxâ: quæ dementia sine teste, quod nihil Fidei obest, ex obloqendi libidine confictum dicere, additum, corruptumque, quòd tuis ineptiis confirmandis ineptum est? At, quæ in Theodori Pęnitentiali libro leguntur, non leges in libris itidem Pœnitentialibus Antonii Augustini Tarraconensis Antistitis: Theodori nomen Græcum est: Bedæ multa à corruptoribus addita, Scriptores docent: quæ respondet Bonifacio Zacharias Pontifex, ultra interrogata sunt ab ipso Bonifacio. Esto hæc omnia vera sint, quæ gratis damus, negaturi, si placeret, deesse in Canonibus Pœnitentialibus Augustini quæ in suis prætulit Theodorus. Licèt enim Ant. Augustini exemplaria præsto nobis minimè sint caritate maximâ librorum laborantibus, tamen vel in Canonibus Augustini pœnam imponi iis, qui Sanguinem, aut Suffocatum comedissent, testatur (4) Goarius. Prętereà, ut ut Critici Theodorum illum, qui pœnitentialem librum edidit, Græcum asserant, & Cantuariensem Episcopum, quibus post (5) Oudinum (6) subscripsimus, tamen non desunt, qui ex maximis conjecturis cum (7) Turriano, & (8) Combefisio Latinum velint, eumque, qui Episcopus Massiliensis Genteramni Regis odia, ac obsequium Childeberti æquo animo, eodemque passus, narratur à Baronio (9) Matisconensi Synodo interfuisse. Denique Bonifacius in epistola sua universim de iis agit, quæ necessariò docenda erant, ut videatur etiam non palam interrogatis Zacharias potuisse respondere, & quidem appositè, præsertim cùm facilè possit conjici, Zacharias à legatis monitum Legem illam Apostolicam, quæ tunc vigebat in Germania, negligi, & de hac aliquid dicere, voluisse, ut Bonifacii animum ad Legis Sanctissimæ obsequium revocaret. Unde statim infertur responsiones Magrii se ipsis nullas esse. Sed esto veræ sint, atque omnino recipiendæ, Quid inde? feret ne puer Dialecticam ingressus, vix à limine salutata Philosophia, consecutiones Magrii? Quod reperitur in Pœnitentiali Theodori, non est in

(20) *Ad ann. 192. n. 1.*
(21) *In Chronolog. anno Christi. 171.*
(22) *Vide Baron. ad ann. 193. initio. in Margine, & Pavinum. ann. 192.*
(23) *Ad ann. 194. in Marg. init.*
(24) *In Lectio. S. Eleutherii Mens. Maji.*
(25) *Calepin. in verb. repudio.*
(1) *In Ep. 1. ad Corinth. ca. 10. in ea verba: omne, quod in Macello, &c.*
(2) *Suprà Sect. 2. n. 3. ant. fin.*
(3) *Apud Henric. Canisium Antiq. lection. Tom. 5.*
(4) *In Encholog. ad Orat. in eos, qui vetitos, et execrandos cibos &c. not. 1. cir. med. pag. 671. col. 2.*
(5) *In supplem. de Script. Eccl. pag. 184. ad ann. 680.*
(6) *In Testim. Grçciæ Sapientis in Theodoro.*
(7) *In not. ad Pœniten. Theodori.*
(8) *In Opinione MS. de Scriptis Turriani extat inter MS. Allatian. & exemplar apud me.*
(9) *Ad ann. 58. n. 11. & seqq.*

Cano-

risprudentiæ antonomasticè, & Jurisconsultum κατ' ἐξοχὴν à Nilo (5) Rhodio, & ab ipso Philotheo (6) Patriarcha CP. Thesaurum Nomicum, disces ex pluribus Virorum hujuscemodi monumentis. Circa quadragesimum ætatis annum Canones attigit, cùm Præfectus Thessalonicæ summo cum Nomophylacis imperio per otium amavit Sacra tractare, eâ diligentiâ, & fide, ut inter Canonistas nostros Principem locum obtineat, quidquid contra conetur (7) Margunius, prælato ubique omnibus Balsamone. Nam cum hic sæpe, & in multis erraverit, ut ipsi Photiani fatentur, nosque sæpe docuimus, docebimusque, Harmenopulum Photiani ipsi cum Nilo (8) relato νομοδιδάσκαλον, & Κανόνων ἑρμηνείᾳ ἀστίλλοντα vocant cum (9) Coressio, & (10) Canonarcha, cujus utriusque suffragio Philotheus ausus Harmenopulum emendare, & Balsamoni postponere, ridendum prorsus in modum desipuit. Hæc nobilitas, hæc dignitas, hæc sapientia Harmenopuli, cui addimus Laudem ex fide Orthodoxa. Licet enim inter Photianos natus, à Photianis institutus, cognatumque Imperatorem nactus non Photianum dumtaxat, sed & Palamitam, Palamam, cui Cantacuzenus faverat usque ad ineptias, in ea Urbe, cui ipse præerat, Aris, ac Templis cultum publicè insectatus est pluribus, præsertimque Tomo illo, quem Anonymo tribuit (11) Allatius, ut constat ex traditis per Dionysium (12) Acindynum nepotem Gregorii, cujus hæc verba sunt. Τῶν καταδικασάντων τὸν Παλαμᾶν πολλὰ ὑπερέχει τοὺς ἄλλους ὁ σεβαστὸς φιλόσοφος, καὶ νομοδιδάσκαλος Ἁρμενόπουλος, οὗ ἐστιν ὁ τόμος, ὁ τὰς τοῦ Παλαμᾶ αἱρέσεις συντρίβων, καὶ οὗτος ἀρχόμενος· ὁ μὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἁγίων. *Eorum qui damnavere Palamam multùm superat alios venerabilis Philosophus, & IC. Harmenopulus, cujus est Tomus hæreses Palamæ conterens, quique sic incipit: Quæ à Christo Domino nostro, & Sanctis*: Photianorum verò adeò non consensit ineptiis, ut cùm supremam Pontificis Romani potestatem fateatur (13), testatus è Sardicensi, Appellationum Jus ad ipsum pertinere, Latinorum dogmata inter hæretica, quorum Syllabum accuratè instituit, minimè recensuerit, ut fecere, quicunque Photianorum, hæreses enumerarunt: Quin imò Spiritus Sancti à Patre, & Filio Processionem palam professus est (quidquid ex conjecturis futilibus censeat (14) Allatius,) in explicatione notissima (15) Fidei, quam ad extremum usque Vitæ habitum constantissimè retinuit. Fertur enim Ecthesim illam bis recitasse memoriter eo ipso die, quo Constantinopoli obiit sub Manuele Palæologo Kalendis nimirum Martii, anno ætatis LXIII. Christi MCCCLXXX. vel LXXXIII. ut accuratiùs supputat (16) Coressius, ex quo pleraque horum desumpsimus, atque contulimus ad Græcæ Sapientiæ testimonium.

XIII. Hactenus de Harmenopulo, ut Catumsyriti, ac Liguris supina vel ignorantia, vel nequitia pateat, simulque illud manifestum sit, nunquam à Græcia rejectos ab Ordinibus sacris eos, qui Suffocatum, sanguinemve comederint, quando tantæ authoritatis vir tantus, & Legum, & Canonum nostrorum interpres, non solùm, ut mentiuntur hostes nostri, id minimè asserit, verùm palam id pernegat. Et hæc sanè ad retundendam rabularum hujusmodi iniquissimam audaciam dicta sunt. Cæterùm adeò ipsa Calumnia Græciæ nihil obest, ut, tametsi eam hostibus nostris daremus, fassique, à Nostris rejici suffocatis utentes carnibus, & sanguinem comedentes vera esse profiteamur, quæ falsissimè Nobis objicit Catumsyritus, adhuc ea omnia nullum Genti nostræ dedecus irrogent, nullam Ecclesiæ nostræ notam inurant. Nam, cùm penes Nos ex antiquissima (1) Consuetudine Lege firmata, Jure (2) Civili, & (3) Canonico comprobata interdictus sit ciborum hujusmodi usus, sequitur, criminosum fore eum, qui dapibus illis utatur: Porro quid oberit, quin Ecclesia nostra crimini hanc pœnam adjiciat, ut ejus reus à Sacris Ordinibus repellatur? Sanè posse Ecclesiam adnectere cuicunque crimini, si grave sit, ac lethale, Irregularitatem, certissimum est, atque illi uni mirabile, qui aut potestatem Ecclesiæ, aut naturam Irregularitatis ex delicto non novit. Hæc Juris omnino positivi, ut ajunt, est, quemadmodum multis (4) Covarruvias probat ex (5) Jure, cæterique (6) DD. contra Marianum (7) Socinum; nec aliunde probatur, quàm ex aperta Ecclesiæ delictum punientis constitutione: Quapropter tota pendet, ut ex occasione quidem, à Crimine, uti ex causa verò, ab ipsa Ecclesiæ potestate, quæ occasione illa positâ, sine dubio exeri poterit, atque hoc crimen hâc pœna puniendum edicere. Da ergo Suffocato, aut sanguine vesci peccatum esse, & quidem grave, stolidus eris, si neges, posse id criminis ab Ecclesia Irregularitate notari. Tota ergo ratio controversiæ hujusce ex eo pendet, quod ingentibus hinc inde clamoribus non sine communi scandalo Latinos inter, ac Græcos quosdam litigiosos, ac querulos disputatur: an Græcis crimen sit, atque an Jure crimen sit Suffocatarum carnium, ac Sanguinis esus? Duas longè inter se dissidentes sententias reperio, Græcorum alteram existimantium, neque licere, neque licuisse unquam, his dapibus uti, atque inde insurgentium in Latinos, eosque Impietatis, & ἀνομίας accusantium, alteram Latinorum asserentium, & licere, & licuisse semper Suffocatum, ac sanguinem ad usum mensæ deducere, atque solitos his se se abstinere Græcos Superstitionis, ac Judaismi postulantium. Græcos argumentorum strue tuetur (8) Margunius, & ex Latinis non pauci: favet Latinis passim (9) Baronius usque ad contumelias, ut solet, in Græcos ferox, & post hunc (10) Catumsyritus, novissiméque nostrâ ætate cum fratre Dominicus (11) Magrius vir sanè barbaræ eruditionis, & de antiquitate optimè meritus, cùm aliena promit, sed adeò ridiculus, cùm sua Noemata producit in medium, ut prorsus ineptiat, cui addendus est ex Nostris (12) Coressius hac in re morum Græcorum acerrimus castigator.

(5) In Sylloge Can. ad Canon. Conc. CP. sub Cantacuzeno.
(6) Orat. 2. de Pace Christi.
(7) In Proœm. Notar. & passim in eo Opere.
(8) Ubi suprà.
(9) Ubi suprà.
(10) De vi Canon. Schol. ult.
(11) In Append. ad Tom. I. Græciæ Orthod. pag. 780.
(12) In historia victoriarũ Patrui sui de Palama circ. med.
(13) In Epit. Sect. 1. tit. 1. in fin.
(14) De consensione lib. 2. c. 2. num. 8. pag. 493.
(15) Extat in jure Græco-Rom. lib. ult. tom. I. pag. 552.
(16) Ubi suprà.
(1) Vide infra multa.

(2) Leo Imper. ad Stilianũ Novell. Const. 58.
(3) Concil. Trull. ca. 67.
(4) In Clem. si furiosus p. 1. §. 1. à nu. 1.
(5) In c. is, qui de sent. excom. in 6.
(6) In c. nisi cum pridem. ubi Innoc. col. 3. Anton. n. 19. de renunciat. & in ca. ad audientiam de homicid. Sylvester verb. irregularitas in fin. Villadiego de Irregul. in princ. Paludan. in 4. dist. 25. qu. 3. ad fin. Florent. 3. par. tit. 28. §. 6. Imola. & Doct. ĩ d. Clem. si furiosus.
(7) In d. c. ad audientiam q. 3. principali.
(8) Nota 104. ad 67. Canon. Trullan.
(9) Ad ann. 51. à nu. 13. & seqq.
(10) Ubi supr. Palin. c. 4.
(11) In Hierolex. dict. suffocatum.
(12) In notis ad Nili Synopsim ad Trull. ca. 67.

Digitized by Google

SECTIO II.

Disceptatio de Suffocato, & Sanguine.

SUMMARIUM.

I. *Legem abstinendi se à Suffocato, & Sanguine diu viguisse in Græcia, & quandiu.*
II. *Eam postremis hisce Sæculis obsolevisse.*
III. *Extra Græciam eandem diu Legem viguisse, & quandiu.*
IV. *Refellitur Magrius multa mentitus in Græcos: ab his Manichæam hæresim damnari, conficitur.*
V. *Ostenditur, ex Ambrosio non probari Actorum Textum à Græcis corruptum, ut vetitum Suffocatum probarent.*
VI. *Proponuntur Sensus Patrum varii circa Legem, quæ Suffocatum vetat.*
VII. *Respondetur difficultati petitæ ex Verbis Apostoli; ostenditurque ea neutri parti contendentium favere; & quî intelligenda sit.*
VIII. *Exploditur enarratio Suffocati Grammatica, quam Magrius somniavit.*
IX. *Defenduntur à Censura Magrii Origenes, Tertullianus, & Eusebius.*
X. *Idem patrocinium præstatur Minucio, & expenditur Fides Breviarii Liciensis.*
XI. *Responsiones Magrii petitæ ex conjecturis refelluntur. Ejusque ignorantia demonstratur.*
XII. *Ejusdem responsio ad authoritatem Zachariæ Pont. Max. perpenditur, & refutatur.*

I. IN quæstione & celeberrima, & perdifficili, visum est pedetentim ire, ut non universim, sed per partes lis notissima decidatur. Et Primò illud certissimum autumo, Legem abstinendi sese à Suffocato, & Sanguine in Græcia ad Annum usque Christi millesimum trecentesimum viguisse, obsolevisse deinceps ita, ut ii, qui hactenus in Græcia pauci sanè, iique *idiotæ*, uti dicimus, homines, his abstinent se, potius ex quadam patrum traditione, populari consuetudine, stomachoque his abstineant se, quàm religione aliqua, aut obsequio erga Legem. Altera hujus Assertionis pars manifesta est ex dicendis, quibus apertissimè demonstrabimus in Græcia, ad usque Trullanam Synodum nefas fuisse Suffocato uti, aut Sanguine. Trullana verò Synodus (1) incidit in annum Christi DCCVII. cujus (2) authoritate penes Nostros, etiam Orthodoxos maximâ, constitutum, ut nemo in posterum, quod alicubi per negligentiam inoleverat, sibi fas duceret, suffocato cibo, aut Sanguine vesci. Quapropter Octavo sæculo hoc Jure palam usa est Græcia. Sęculo verò IX. Leo VI. qui & Philosophus, Constitutione (3) integra eidem Interdicto vim addidit etiam civilem: At sæculo X. vetuit idipsum Polyeuctus (4) Patriarcha acta ad id Synodo, ut refert Dositheus (5) Monachus, cui Synodico robur adjunxit è solio Constantinus VIII. (6) Porphyrogenneta, cujus χρυσόβουλον, seu Constitutio citatur à (7) Canonarcha. At Sæculo XI. Alexius (8) Patriarcha in Comitiis ipsis, à quibus Byzantinæ Ecclesiæ præfectus est, solemni edicto Trullanos Canones observandos proponens, eumque præsertim, in quo de Suffocato, & Sanguine, negligi questus, interpositâ Anathematis pœnâ omnibus custodiendum asseruit, cujus edictum Michael (9) Paphlago confirmat, ut videre est penes (10) Margunium. Duodecimo sæculo etiam indictam ejusdem Legis observantiam Græcis, per Leonem Stipioten (11) Patriarcham Suffragio itidem Calo-Joannis (12) Comneni Imperatoris, testis est (13) Veccus, cujus & Metochites Georgius, utriusq; authoritate certissimum est, eandem legem viguisse sęculo XIII. Nam Veccus hæc scribit: τὸ ἀπέχεσθαι τοῦ πνικτοῦ, καὶ τοῦ αἵματος συνήθεια ἡμῖν, ἢ νόμος διέταξεν· ἢ ταῦτα πολλάκις, καθὼς προειρήκαμεν, ἐπιτεθείμεθα νεωστὶ τῶν πρὸ ἡμῶν ἀρχιερέων συνοδικοῖς τόμοις τεθεμελίωτο. τοῦτο γὰρ ἀπεφήνατο κατὰ τοὺς ἐμοὺς χρόνους ὁ πρὸ ἡμῶν πατριαρχεύσας ἀοίδιμος, καὶ ἄλλοι. *Abstinere Suffocato, & Sanguine consuetudo nos, & lex jubet, quod pluries, ut ante diximus, constitutum nuper eorum, qui ante nos fuere, Antistitum synodicis decretis confirmatum est. Hoc enim nostris hisce temporibus censuit, qui ante nos Patriarchatum inclytus gessit.* Ad idem confert authoritas Georgii Metochitæ, quâ constituit eandem consuetudinem, legemque XIII. Sæculo in Græcia viguisse. Ejus (14) verba, quòd difficultatem totam enodant, simul id, quod probamus, confirmant, proponimus. Καλὸν, ait, κατ' ἔθος, ἢ γεύεσθαι, καὶ ἀπέχεσθαι πνικτοῦ, ἢ αἵματος. τὸ γὰρ ἔθος, καὶ νόμον κατισχύει ἀρρωστοῦντα, καὶ ὑγιαίνοντα ποτὲ ἐξασθενίζει· ὅθεν μεμπτέον, εἰ Λατῖνοι μὲν οὐκ ἀπέχονται τούτων, εἴτε καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Φοίνικες· κατισχύθη γὰρ νόμος παρ' αὐτοῖς τῷ ἔθει. μεμπτέον τάχατε ἡμῖν, εἰ οὐκ ἀπεχόμεθα τῶν τοιούτων, ἀπειργόμενοι, ἢ παλαιαῖς Λέοντος, καὶ νεαραῖς διατάξεσι τῶν ἁγίων πατριαρχῶν. *Bonum juxta consuetudinem & gustare, & abstinere se à Suffocato, & Sanguine. Nam consuetudo, & Legem roborat ægram, & vigentem debilitat. Non igitur reprehendendum, si Latini quidem non abstinent se his, sive etiam Ægyptii, & Phœnices. Superavit enim penes ipsos consuetudo legem: reprehendendum fortassis in nobis, ni abstineamus nos hisce, quæ vetita nobis sunt tùm antiquis Leonis, tùm novis constitutionibus Sanctorum Patriarcharum.*

II. Constat ex his, ad annum usque trecentesimum supra millesimum hanc consuetudinem, Legemque viguisse, obtinuisse in Græcia: sed non minus constat, deinceps utranque in Græcia obsolevisse, nam qui ejusdem sæculi postremâ parte floruit Gerasimus (1) Monachus explanator acutissimus Balsamonis, Trullanos Canones explicans his verbis legem de Suffocato, & Sanguine castigat. Τοῦτο τὸν κανόνα ἡ ἰσχὺς σύμπασαν τὸ συνῆθες ἠφάνισεν, ἢ τὰ τοῦ Λέοντος θεσπίσματα τοῦ φιλοσόφου τὸ ἔθος κατήργησεν· ἢ γὰρ καὶ πνικτὰ βρώματα ἐσθίουσιν ἔνιοι, καὶ πηγνύμενον αἷμα καθ' ἡδυπάθειαν ἔχουσιν οἱ πολλοί· καὶ ὁρῶμεν ἐν τοῖς βασιλείοις, ὅθεν ὁ Λέων ἀπηγόρευσε τὰ πνικτὰ, τοὺς μαγείρους πνίγειν τὰς περιστερὰς, ἵνα λιπαρωτέρας ἐν τῇ παροψίδι φανῶσι, ἢ ὁ λαὸς ἐν αἵματι χοίρων, καὶ αὐτῶν ἐντέροις ἀρωματίζει τὰ βρώματα. *Hujus Canonis vis omnis excussa est per consuetudinem; decretaque Leonis Philosophi mos interfecit. Nam & Suffocatum cibum plerique comedunt, & gelantes sanguinem in deliciis habent plerique.*

(1) *Baron. Panvin. Planud. et alii ad eum ann.*
(2) *Can. 67.*
(3) *Constit. Nov. 58.*
(4) *In Synodico initio.*
(5) *Collect. Can. ad Trull. c. 67.*
(6) *Tit. de eduliis prohib.*
(7) *De vi Can. ad c. 67. Trull.*
(8) *Synodico 1.*
(9) *De Cib. Prohib. Novell. 2.*
(10) *d. nota 39.*
(11) *Synodico 2. apud Canonarcham.*
(12) *Novell. 2. de Venalib.*
(13) *Synodico 3. ap. Căpanas.*
(14) *Orat. contra susurrones 1. circ. fin.*

(1) *Ad Can. 67. Trull.*

rique. *Et videmus in Regiâ, unde Leo Suffocatum prohibebat, & Sanguinem, coquos columbas strangulantes, ut candidiores in patinis appareant; & populus in Porcorum sanguine, eorumque intestinis condit cibos.* Quæ scribit hic Author, eadem pluribus exequitur Nilus (2) Rhodius, in cujus explanatione plura (3) Coressius, qui alibi plurima. Antonius etiam Patriarcha videndus penes (4) Canonarcham, penes quem est & Callisti II. Patriarchæ Synodicum XIV. sæculo latum, itidemque responsum Gennadii Scholarii post captivitatem nostram sæculo XV. His adde tradita per (5) Diplovatacium, & Joannem (6) Lascarem, penes quem Sophronius Monachus, Simeon, & Maximus Philosophi idipsum constituunt. Imo & (7) Marguniusipse, quamvis in hunc Morem jamdudum receptum in Græcia declamet, fatetur tamen ingenuè, eum & receptum in Græcia, & passim usurpatum; tanta Populi circa Legem olim sanctissimam incuria, ut in domesticis animantibus caveat à Suffocato, cum avidis faucibus agrestia, utcunque occisa, habeat in deliciis.

III. Porrò hæc Lex, hæc Consuetudo, quæ diu viguit in Græcia, nuperque obsolevit, non in Græcia tantum viguit, sed extra Græciam diu obtinuit. Negat hoc (1) Catumsyritus, quidquid contra ex penu historiæ depromitur, ineptissimis interpretationibus corrumpens, quas ex impia ejus Palinodia, aliisque manu scriptis autographis, quæ vidimus olim, & adnotavimus perhumane concessa ab Eminentissimo Cardinali Brancacio Seniore, viro & eruditissimo, & eruditorum hominum patrono, Magrius (2) avidè corrasit, seque alienis contexit pennis malè ominatis Solœcismis suis crocitaturus in Græcos. Ea tamen licet despicere, despecta scilicet non à nobis tantùm, verùm etiam ab omnibus Eruditissimis viris, quorum recentissimus, qui post Magrium scripsit, Cabassutius (3) hanc assertionem nostram amplectitur, asseritque, diu præceptum Apostolorum de Sanguine, & Suffocato, tàm in Occidente, quàm in Oriente invaluisse. Sanè, quemadmodum dementis esset asserere, ubique, & semper abstinuisse se Christianos à Sanguine, & Suffocato; ita dementissimi est inficiari etiam extra Græciam custoditum hoc Apostolorum præceptum. De Græcis (4) Origenes testis est, affirmatque in hunc sensum ab illis recepta fuisse ea verba Apostolorum, ut sibi interdictum reipsa fuerit Sanguine, & Suffocato: & ante Origenem idipsum de Occidente testatur Tertullianus (5) his verbis calumniam diluens Ethnicorum dicentium, Christianos humanis Sacrificiis gaudere. *Erubescat vester error: qui ne animalium quidem sanguinem in esculentis habemus, qui proptereà quoque Suffocati morticinis abstinemus, nequo sanguine maculemur, vel intra viscera sepulto. Denique inter tentamenta quoque Christianorum botulos cruore distentos admovetis: certissimi scilicet illicitum penes illos, quod exorbitare eos vultis.* Adde testimonium Blandinæ Martyris in Gallia, quæ, uti tradit (6) Eusebius, eadem calumniæ respondens: *multùm*, inquit, *erratis, ò viri, quòd putetis, infantium carnibus eos vesci, qui ne mortuorum quidem animalium sanguine utuntur.*

(2) Ad Can. 67. Trull.
(3) Ad Synopsi Nili eo loco.
(4) De vi Canon. Schol. 67. in Trull. Can.
(5) De jure Græcor. l. 2. c. 34.
(6) In Synopsi Legum, & Canon. c. 25. ex Trull.
(7) Nota 14. in Can. Trul.
(1) In Palinod. c. 4.
(2) In Hierolex. nici. Suffocatum.
(3) Ad Conc. Apost. circ. fin. vers. nihilomi. nus, & ad Can. 2. Côc. Gangrensis.
(4) Contra Celsum.
(5) In Apologet. c. 9.
(6) Hist. l. 5. c. 1.
(7) In Octavio.
(8) Actor. c. 15.
(9) Euseb. d. c. 1. Baron. ad an. 179. n. 9. & seq.
(10) Ad

Quin & Minucius (7) Felix: *nobis*, ait, *homicidium nec videre fas, nec audire, tantumque ab humano sanguine cavemus, ut nec edulium pecorum sanguinem in cibum noverimus.* Qui viri, Deus bone! quæ testimonia, quibus sanè palam ostenditur, ab initio Ecclesiæ abstinentiam à Sanguine, & Suffocato in usu fuisse. Nam primo sanè sæculo præceptum (8) Apostolorum habemus jubentium: ἀπέχεσθαι τῶν εἰδωλοθύτων, καὶ πνικτοῦ, καὶ αἵματος, καὶ πορνείας: *abstinere se ab immolatis simulacrorum, & suffocato, & sanguine, & fornicatione.* Secundo verò Blandinæ, quæ triumphasse (9) dicitur Lugduni circa annum Christi CLXXIX. & Tertulliani, qui floruit circa annum XCVII. secundi sæculi, teste (10) Baronio, & (11) Pamelio. At Tertio sæculo Minucii, qui scripsit Romæ circa annum Christi CCXI. juxta supputationem (12) Hieronymi; & Origenis, qui ejusdem sæculi anno LVI. ex recensione (13) Eusebii, atque (14) Baronii fato concessit. Accedit, & sequentibus sæculis non minora à nobis veritatis hujusce testimonia proferri posse, nam Concilium Gangrense actum sub Constantino Magno, cui authoritate Romanæ Sedis videtur præfuisse Osius Cordubensis: cujus Canones (15) Symmachus Pontifex Romanæ Sedis docet potestate decretos. Hoc nempe Concilium, IV. sæculo sic (16) decernit: εἴ τις ἐσθίοντα κρέα (χωρὶς αἵματος, καὶ εἰδωλοθύτου, καὶ πνικτοῦ) μετ' εὐλαβείας, καὶ πίστεως, κατακρίνοι, ὡς ἂν διὰ τὸ μεταλαμβάνειν, ἐλπίδα μὴ ἔχοντα, ἀνάθεμα ἔστω: *si quis enim, qui carnem edit (præter sanguinem, & idolis immolatum, & suffocatum) cum religione, & fide condemnat, veluti spem propter ejusmodi perceptionem non habentem, anathema esto*, ad cujus Canonis sensum nostræ Assertioni maximè congruum vide, quæ addit Franciscus (17) Silvius. At in fine sæculi V. & initio VI. Anno nimirum Æræ Christianæ DXXXVI. Aurelianense (18) Concilium eadem obtinuisse docet in Gallia, dicens: arcendos à cœtibus Ecclesiæ, eos, qui bestiarum morsibus extincto, vel quolibet morbo, aut casu suffocato vescuntur, quod etiam viguisse in fine VII. sæculi, & initio VIII. manifestum est ex decreto Gregorii III. qui Romanis præesse Sacris orsus est anno Christi DCCXXXI. ut recenset (19) Baronius, & alii, vir Græcus, & Sanctus, morumque Ecclesiasticorum peritissimus. Is porro ita (20) constituit: *Suffocatum dicimus, quod sine Sanguinis effusione perimitur, vel quod in laqueo necatur, vel quod à lupo, vel fune, vel laqueo suffocatum invenitur: & nullatenus manducetur, nec sanguinem alicujus bestiæ quisquam manducare, aut bibere præsumat. Quod si quis fecerit, quadraginta dies pæniteat.* Quæ ne quis singularia putet, similia tradit Zacharias Pontifex successor Gregorii III. & ipse Græcus, & Sanctus. Is enim respondens interrogatis à Bonifacio Germanorum Apostolo, & Martyre, scilicet de iis, quæ illi Legati Bonifacii in Pitacio, seorsim ab Epistola Bonifacii, obtulerant, multò de his minutiora decernit, quæ refert (21) Baronius, & habentur in strue vulgari (22) Conciliorum. Quid quod idipsum habes sæculo IX. ex Concilio (23) Uvormatiensi ce-

ann. 197. n. 3.
(11) In Vit. Tertulliani.
(12) De Script. Ecc. in Minucio.
(13) Hist. l. 7. c. 1.
(14) Ad ann. 258. n. 38.
(15) Apud Cabassut. ad Conc. Gangrense Can. 2.
(16) Can. 2.
(17) In additio. ad Sum. Carran. ad Can. 2. Gangren.
(18) Can. 20.
(19) Ad ann. 73. Plat. & Ciaccon. in Vita Gregorii III.
(20) In Excerpto Edicto de divers. Criminibus, & remed. illorum. in Biblioth. SS. PP. to. 6. col. 611. ca. 29 litt. C.
(21) Ad ann. 51.
(22) In to. 3. Concil. pag. 434. col. 1. Edit. Venetæ 1585.
(23) Can. 65.
(24) Ad ann. 51. n. 16.
(25) Ad an. 1067. nn. 1. & seq.
(26) De Script. Eccl. in Hüberto Cardin.
(27) In Dissert. Hist. de Script. Eccl. to. 1. pag. 484.
(28) Re-

Digitized by Google

si celebrato anno Christi DCCCLXVIII. propositum, desumptumque ex Synodo Carthaginiensi authore (24) Baronio. Quòd si ulteriùs liberet progredi, liceret ostendere, eundem Morem obtinuisse penes Latinos post Annum Christi Millesimum, quando id constat ex Humberto Cardinali Episcopo Sylvæ Candidæ Romanæ sedis Legato Constantinopoli sub Leone IX. viro doctissimo, ac Romæ fato functo circa annum Christi MLXVII. ex traditis à (25) Baronio, relatisque à (26) Bellarmino, & (27) Labbæo. Etenim sic in (28) Dialogo suo celeberrimo scribit: *Nec hoc dicentes Suffocatum, & Sanguinem nobis contra Vos defendimus. Antiquam enim consuetudinem, seu traditionem Majorum nostrorum diligenter retinentes nos quoque hæc abominamur adeò, ut Sanguine, vel quocunque morticino, aut aquis, seu quacunque negligentia humana apud nos aliquando vescentibus, absque extremo periculo vitæ hujus, pœnitentia gravis imponatur, pro eo maximè, quia antiquas consuetudines, & traditiones Majorum, quæ non sunt contra Fidem, Leges Apostolicas arbitramur. Nam de cæteris, quæ aucupio, aut carnibus, aut laqueo venantium moriuntur, Apostoli præceptum sequimur: omne, quod in macellum venit, manducate, nihil interrogantes.* Sic Humbertus, cujus tandem sententiâ videtur manifestissimè evinci, non in solâ Græciâ morem hunc abstinendi à Sanguine, & Suffocato, verùm etiam in Ægypto, in Africa, in Gallia, in Italia, ipsa in Urbe perdiu viguisse. Quæ omnia magis, magisque confirmantur ex iis, quæ tradit (29) Hugo Menardus, ex Pœnitentiali (30) Halitgarii, item ex iis, quæ ingerit Beda, & inculcat Burchardus (31) Uvormatiensis Episcopus, cui consonat Ivo (32) Carnotensis: Denique ex iis, quæ narrat (33) Genebrardus, asserens, à Sanguine, & Suffocato abstinuisse se vulgo Occidentales ad Annum usque centesimum quartum supra Millesimum.

fert Turrian. in Can. Apostol. habeturque ap. Henric. Canis. I Biblioth. & in Morelliana to. 4. in Coloniensi to. 11. Baron. in Appēdic. to. 11. Annal. pag. 754. litt. c. edit. Vat. 1605

(29) *In not. ad Sacramental. Gregoril. c. 10. tit. de dissensib. Sacrif. pag. mihi 243*

(30) *Tom. 8. in fin. lib. de remed. peccat. c. de ira.*

(31) *De eccl. Commun. Decret. l. 19. c. 106.*

(32) *In Decret. p. 15. de Pœnit. c. 118.*

(33) *Ad an. 1114.*

IV. His refragari, hæc negare, quantæ dementiæ sit, nemo non videt: ea tamen Magrius fusiùs proposita, & barbarè concinnata miris, ut variis responsionibus excepit; & primò universim hæc omnia per Græcos corrupta, suâ ipse, & Catumsyriti authoritate constituit. Itaque ipsi Tertullianum, ipsi Minucium, ipsi Canonem Aurelianensem, ipsi decretum Gregorii, Epistolam Zachariæ, Dialogum Humberti, Bedam, Menardum, Halitgarium, Ivonem, Burchardum, & Genebrardum ipsi appendicibus subdolis pessum dedere. Scilicet ipsis supererant horum libri, his notissima Latina lingua, his omnia horum exemplaria Scriptorum in promptu, ut ea tanta felicitate corrumperent, quâ nemo unquam ex corruptoribus usus est, quippe quæ omnia ita percelluit Autographa, & Syngrapha, ut nullum integrum relictum sit, quod tanto sceleri reclamaret. Quid quod hoc vitium illatum dicitur libris Latinorum à Græcis post Synodum Quinisextam, cùm adeò Latini stolidi fuisse videntur, ut, corrumpentibus Latina Græcis, nemo hac de re quidquam dixerit, tanto ubique silentio Latinorum, in aliis licet sæpe corruptos à Græcis libros jactantium, ut qui Græcis unius libri vitium acerrimè exprobraverunt, in tantâ tot librorum corruptelâ ne verbum quidem affati sint, fortassis vaticinati, fore olim Calabrum, & Melitensem gregarios homines, qui eorum negligentiam corriperent, Græcorumque dolos ulciscerentur. Horum scilicet acumini, ac præsertim Magrii plaudimus, qui post omnes hostes Græcorum scribens Lynce, & Pardali oculatior, quod minimè alii viderunt, vidit, notavit. Nam corruptos à Græcis hac in re libros hosce, neque Baronius, neque Bellarminus, quorum una Cantilena, Græcos librorum corruptores appellare, usquam ausi sunt affirmare, quin imò ingenuè fatentur, diu eum morem abstinendi à carnibus suffocatis, & Sanguine in pluribus Ecclesiis extra Græciam viguisse. Ita (1) Baronius, ex quo penè omnia, quæ ad confirmandam sententiam nostram proposuimus, accuratè decerpsimus. At (2) Bellarminus ad retundendos conatus Calvini ex iisdem pleraque affirmatè producit, adeò ab omni suspicione Græcæ corruptelæ alienus, ut his & potestatem Ecclesiæ in ferendis Legibus, & obsequium Christianorum erga Leges latas ab Ecclesiâ, putet apprimè constitui. Quid ergo? Magrio ne potius præstanda fides, an Bellarmino? vulgari Centuriatori, an summo Theologo? Certè si authoritas alicujus momenti facienda est, nemo erit, qui Magrium præferat Bellarmino, nisi fortè supra omnes est Magrius, quòd Libanum Montem adierit, egeritque cum Maronitis: nam de hoc mirè superbit, atque hoc jactat ubique, quasi cum Persis egisset, vel cum Messagetis, non cum perhumili Gente literaturæ omnis experte, penè ignota Orbi Terrarum, & nunquam Priscis auditâ, nidulosque Libani frequentante, nec Syriæ angulum unquam egressâ. Verùm authoritatem hominis seponamus, atque illud potiùs consideremus, An ulla ratio hanc à Græcis noxam perpetratam in libros relatos persuadeat? Eam Magrius nullam proponit, cui satis est asseruisse, non probasse, quod asserit. Videtur tamen Manichææ labis Græcos accusare; quasi hic ipse Mos abstinendi se se à suffocato, & Sanguine indicet, Græcos putasse, immunda esse, quæ prohibent. Verùm miserrima conjectura idem sapit, ac ipsa calumnia, quâ Nos corruptores librorum appellat. Manifestum est enim, Græciam vel in Photianis ipsis, queis uti domesticis hostibus laceratur, omnia, quæcunque procreavit Deus, & bona, & munda semper reputasse. Rituales (3) libros nostros testor, quibus non Græci solùm utimur, sed utuntur & Photiani. In illis hæc Orthodoxa sententia palam iterumque, iterumque constituitur. Idem asserit Græcia in Apostolorum (4) Canonibus, qui vel conficti sunt, & Græciæ tribuuntur; vel censentur apocryphi, & à Græcis unà, & Photianis Canonici reputantur. Idem recipit Græcia decretum in Ancyrano (5) Concilio, & (6) Gangrensi. Quid communia Græcis, & Photianis enumero? Quid senserit Photius, (7) in promptu est penes ejus Commentarios in librum Perihermenias, ubi, πᾶν τὸ ποιητὸν, inquit, ἤτι σὰρξ, καὶ ὀστέα, αἴσθησιν ἔχοντα, καὶ λαμβάνουσα, ἤτι συμβεβηκὸς ἐν οὐσίᾳ, ὁρατὸν δὴ, ἢ ἀόρατον, σωματικὸν, ἤτε πνευματικὸν, ἔχον ἀρετὴν, ἢ κακίαν ἐχόμενον, καὶ καθ' ἑαυτὸ ἐξ ἐλευθέρου ἐλθὸν, καλὸν μὲν ὂν ἐκ τοῦ πεποιηκότος, καὶ κτίσαντος. οὗτος διδασκέτω ἡμᾶς συμ-

(1) *Ad ann. 51.*

(2) *Tom. 1. l. 4. de Rom. Pōtif. ca. 16. ad resp. Calvini, vers. sed hæc facile.*

(3) *Vide Euchologiū citatum hujus resp. Sect. 1. n. 8.*

(4) *Can. 51. & 53.*

(5) *Can. 14.*

(6) *Can. 2.*

(7) *In Libr. Periherm. c. 2. Schol. 8. per tot.*

συμφόνῳ ψήφῳ τε καὶ ἀποφάσει τῆτο πίςεως, ἐ τῆς φιλοσοφίας. *Quidquid creatum est, sive Caro, & natura sensus particeps, aut subjecta sensibus, sive accidens in natura quod videri, aut videri non possit: carneum sanè, vel spiritale, habens virtutem, aut malitiam, quæ ad aliud sit, aut in ipso ex liberis moribus, bonum est ex Deo, qui illud creavit, & condidit. Ita docente nos consono suffragio, atque sententia Fide, & Philosophia.* Eadem Michael (8) Cerularius, quo pejor inter asseclas Photii nemo, alterque à Photio Photianorum pater, eadem Leo (9) Acridanus, & (10) Balsamon, & (11) Cyprius ille Georgius, quo nemo Veritatis acrior hostis, ita, inquam, sæpe asserunt, asserta ingerunt, ingesta, damnatis ubique Manichæis, probatisque iis omnibus, quæ à Deo condita sunt, Græciæ etiam Photianæ credenda proponunt. Quis nisi mentis inops, quòd Sanguine, & Suffocato se abstinent, Græcos, quasi hæc immunda putent, hæretici Dogmatis arguat, nempe Græcos, qui eam abstinentiam constantissimè jubentes, omnia munda, omnia bona esse contendunt? Si abstinentia heresis argumentum est, quam ut vites, manducanda sunt omnia, nec abstinendum ab ullo, quid nobis carnium esum sæpe prohibet Ecclesia? quid Lex quædam, & instinctus Naturæ à Carnibus hominum comedendis nos abstinet? Qui lege naturæ à cadaveribus hominum devorandis abhorremus, ea mala, & immunda esse censebimus: qui consuetudine à muribus, canibusque comedendis arcemur, ea, licet condita à Deo, mala putamus? aut si qua Lex his manducandis interdicat, impia erit, & Manichæa? Quid? Deus non ne hæc eadem, & alia plurima intacta voluit Judæis? Si Lex ab esu ejusmodi revocans, sive consuetudo, ejus opinionis judicium est, quà vetita immunda esse censeantur: à Deo vetita, Deo authore, mala esse censenda sunt. Pressiùs; Lex Apostolica in Jerosolymitano illo (12) Concilio I. lata, ut abstinerent Christiani se à Sanguine, & Suffocato, apertissimè imperavit: an non stupidus eris, si colligas inde, aut Apostolis legislatoribus immunda fuisse, quæ vetuerunt, aut à primis illis Christianis mala habita, quæ vetita non attingebant? Quòd si neque ex interdicto ciborum, neque ex eorundem religiosà abstinentia ea Opinio immundos reputans cibos infertur, quid Melitensis homuncio Manichæismum in Græcis conjicit, quem non conjicit in primis illis Christianis, quorum præsens erga Apostolicam Legem obsequium.

(8) *Synodico Gr. apud Canonarch. stitut. de form. Synodicorũ.*
(9) *Lib. 1. de Azymo c. 9.*
(10) *Respons. ad Marcum Epist. 5.*
(11) *Lib. 2. Capitul. contra Veccum.*
(12) *Actor. c. 15.*

V. Respondet, ipsa verba Legis Apostolicæ à Græcis corrupta; Etenim ibi Suffocatum non fuisse prohibitum, conceptamque fuisse Legem his tantùm verbis: *Ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & fornicatione.* Adducit & verba (1) Ambrosii criminis hujus reos constituentis Græcos, cùm ait: *Hæc tria mandata Sophistæ Græcorum non intelligentes, scientes tamen à Sanguine abstinendum, adulterarunt Scripturam, quartum mandatum addentes, quod puto nunc, Dei nutu, intellecturi sunt*, Addit Magrius, eam legem à SS. PP. plerumque non in eam produci sententiam, ut cibos prohibeat, sed ut vetet crimina iis cibis metaphorà quâdam significata. Denique, ut etiam detur nihil à Græcis additum, eaque verba omnia non ad translatam significationem detorquenda, sed in nativâ illâ suâ σημασίᾳ esse intelligenda, tamen illis minimè prohiberi esum Sanguinis, & Suffocati, sed quidpiam à se excogitatum, à se uno inventum, in quo sibi multò plaudit magis, quàm olim (2) Archimedes, cum à Balneo prosiliens, more dementis celeberrimis illis εὕρηκα, εὕρηκα Syracusas implevit. Id autem quid sit, & quale, sic fusè tradit. Duplicem esse Suffocati significationem, alteram, quæ à *sub*, & *fauce* deducitur, alteram; quæ trahitur à *sub*, & *foco*; illâ strangulatum proponi, hâc immolatum; quasi Suffocatum sit *positum sub foco*: atque in hoc sensu Suffocatum hîc accipi: Quare Legem Apostolicam sic legendam autumat: *ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine suffocato, nempe immolato, & fornicatione.* Hinc corrigit omnia, hinc Græcos errasse probat, hinc & Augustinum, & Ambrosium non admodum accuratos affirmat, quòd ineptias ejus minimè præviderint. Sunt enim, ut mox patebit, hæc omnia, ineptissima, puerilia, inconstantia, nec præter temeritatem barbari Authoris, quidquam prætereà referentia. Ut à primo Ordinem refutationis auspicer, fateor, non defuisse ex Antiquis, qui dubitaverint, an in Lege Apostolica vox *Suffocatum* à Legislatoribus posita, an ab aliis fuisset supposita: quo factum est, ut non à Latinis aliquibus tantùm, sed & à Græcis etiam quibusdam fuerit omissa. Ex Græcis eam omittit (3) Irenæus antiquissimus Pater in fine Secundi Sæculi, & initio tertii, Cyrillus (4) Jerosolymitanus, novissimus (5) OEcumenius, ex Latinis verò ante omnes (6) Tertullianus, (7) Cyprianus, & (8) Pacianus Episcopus Barchinonensis, quibus videtur adstipulari cum (9) Ambrosio (10) Augustinus. Contra tamen, eandem vocem recipiunt ex Patribus Græcis, atque Latinis cæteri omnes, quorum Syllabum hic percensere otiosum, & longum. Supererit ex nostris Chrysostomum (11) vidisse, ex Latinis (12) Apponium, ex quibus illud conficitur, olim fuisse dubium hac de re. Sed abstulit Controversiam Apostolica Sedes cum Tridentino Concilio, quæ Græcorum Textum probavit, ut jacet, perpetuòque legendum (13) censuit: *ab immolatis simulacrorum, & Sanguine, & Suffocato, & fornicatione*, post quam & Romanæ Sedis, & OEcumenicæ Synodi comprobationem, mirum est, si quis Catholicorum ausit confictum à Græcis asserere, quod tanta recipit Authoritas, edicitque recipiendum. Neque obest Ambrosii effatum; illud enim nihil probri Græciæ intulit, at multum confert utilitatis causæ, cui patrocinamur. Etenim cùm censuisset, additam fuisse vocem *Suffocato*, id retulit non ad Græcos, sed ad Sophistas Græcorum. Sophistæ autem in bonam, malamque partem adsumi cùm olim potuerint, tandem ad eos significandos deducti sunt, qui ex professione humanioris literaturæ ad inutiles cavillos profecti ii erant in Græcia, qui apud Latinos Commentariorum, notularum, lectionum in priscos Authores curiosi aruspices, inspectoresque, quosque vulgò Pædagogos, Archididasca-

(1) *In Epist. ad Galat. c. 2.*
(2) *Vide Planud. in Adagiis cent. 3.*
(3) *Lib. 3. c. 12.*
(4) *Catechef. 18.*
(5) *In ca. 15. Actor.*
(8) *De Pudicit. c. 12.*
(7) *Ad Quirinũ l. 3 in fin.*
(8) *In Parenesi Bibliot. Patrũ to. 3.*
(9) *Ubi supra.*
(10) *Contra Faustum lib. 32. c. 13.*
(11) *Hom. 33. in Actor. c 15.*
(12) *In Cantic. l. 3. Biblioth. SS. Patr. to. 1. col. 799 litt. B.*
(13) *Actor. c. 15. in Vulgata, probata à Trident. sess. 4.*

Digitized by Google

scalos, Grammaticos vocant, genus hominum procacissimum, ausurumque ad curtæ mentis suæ periodum sensa doctissimorum virorum mutatis dictionibus circumscribere. His Ambrosiùs; quos, ut in quâlibet Gente, ita & in Nostrâ, fuisse plurimos certum est; his, inquam, additionem, quam putat ineptam, attribuit. Ex quo quid probri manet in Græciam, non video, cùm postremis hisce sæculis Sophistarum hujusmodi plenis, & integris Myriadibus abundaverit Occidens, quos inter, sed omine reipsa pessimo, malâque avi Magrius ipse est, sæpe in suo Hierolexico tàm manifestè fatuus, ut in illo, notarum minima ex barbarie, & solœcismis sit. Jam patrocinari Ambrosium causæ, quam tuemur, manifestum est, cùm enim asseramus, vetitum fuisse ab Apostolis Suffocatum, nusquam id inficiatur Ambrosius; imò eo in loco ipso id affirmat. Propterea enim reprehendit Græcorum Sophistas, quòd putaverint, quatuor præcepta fuisse ab Apostolis, cùm tria tantum præceperint, abstinentiam nimirum ab Idolothytis, à sanguine, & fornicatione. At Sophistæ quartum addebant, scilicet abstinentiam à Suffocato. *Quod puto*, inquit, *nunc, Dei nutu, intellecturi sunt*. Quid intellecturi sunt? Non esse addendum hoc quartum. Cur autem non addendum? Audiat Magrius, audiat si quis tam ineptus, ut Magrio consentiat, in Græcos injurius, atque in decretum Apostolorum perparum obsequiosus. *Quia*, inquit, *tam supra dictum erat, quod addiderunt*. Hæc sunt verba Ambrosii, quæ, ni fallor, hoc sapiunt: non esse addendum Suffocatum, quasi quartum mandatum, quia, qui prohibet esum sanguinis, eodem interdicto, & Suffocatum complectitur. Acutè, ingeniosè, & fortassis verè. (Quis enim Antiquorum circa aditionem hanc lites certò componat?) Nam si Sanguinem edere non liceat, Suffocatum edere non licebit, cùm in Suffocato sanguis ille sit, qui comedi prohibetur. Quid enim est Suffocatum, nisi quod sine sanguinis effusione perimitur, præfocatis faucibus, ac spiritu penitùs intercluso? Remanet ergo intra venas, & viscera strangulatæ rei sanguis illius. Quapropter, qui vetatur sanguinem edere, strangulatum edere simul vetatur, in quo sanguis est, qui comedi prohibetur. Vides, Ambrosium non repugnare sententiæ nostræ, imò potiùs subscribere, cùm addendum Suffocatum negans, ideò addendum negat, quòd antea dictum esset, vetitumque in ipso sanguine. Quòd autem in ipso sanguine olim Suffocatum ipsum à Patribus censeretur vetitum fuisse, testis est (14) Gaudentius Brixiensis Episcopus, qui verba Legis illius exponens sic reddit, *ut abstineatis vos ab immolatis, à fornicatione, & sanguine, idest à Suffocato*.

VI. Abundè ad primam difficultatem, quam ipse Ambrosius, unde profecta est malè, bene discussit. Ad secundam ultrò fatemur, SS. Patrum tùm Latinorum, tùm Græcorum plurimos μεταφορικῶς Legem ab Apostolis latam enucleasse: nam (1) Irenæus loco Suffocati sensit vetitum ab Apostolis quidquid iniquè proximum lædit. At Augustinus (2) nomine & Sanguinis, & Suffocati homicidium intelligit, cui consentire videtur (3) Chrysostomus, cùm explicans verbum illud *Suffocatum*: subdit: *hic cædem cohibet*. Eandem homicidii metaphoram secutus videtur Cyrillus (4) Alexandrinus ad eandem sententiam trahens verba (5) Levitici: πᾶσα ψυχὴ ἐξ ὑμῶν οὐ φάγεται αἷμα: *omnis anima ex vobis non comedet Sanguinem:* atque id probaverat ante hos (6) Cyprianus legens: *abstinete vos ab Idolothytis à Sanguinis effusione, & fornicatione*. Contra (7) Gregorius Magnus in Sanguine, & Suffocato peccatum intellexit: Beda (8) carnis propaginem, Radulfus (9) Flaviacensis quemlibet appetitum. Hinc tamen quid sequatur, non video? An enim, quòd S.S. Patres verba illa ad sensum alium transtulere & piè, sapienter, propterea nativa eorum, & ingenua sententia, &, ut ajunt, litteralis eadem censenda erit. Id si dicas, profectò cum (10) Calvino senties asserente, ea Lege nihil novi Apostolos præcepisse, sed id solùm, quod jure Divino fuerat olim præceptum. Id autem si Calvino consentiens asseras, profectò desipies. Est enim omnino certum, illâ Apostolorum Epistola legem ferri, & novam legem ferri: atque adeò id non jure Divino, sed jure Apostolico prohiberi, quod ibi prohibetur: quod utrunque Bellarminus probat, & verè, & doctè, primò, quia (11) ibi dicitur: μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος, πλὴν: *nihil ultra imponere vobis Oneris, nisi*: quæ particula exceptionis arguit, non solùm fuisse onera ea, à quibus Christiani liberabantur, verùm etiam ea pauca, quibus subjiciebantur. Si onera verò, ergo Lex, ejusdemque prorsùs naturæ, cujus illa erat, à qua multa jubente liberabantur, ea autem Lex erat, & Lex Synagogæ, atque adeò Lege Ecclesiæ novâ, jubenteque pauca liberabantur à dura Lege Synagogæ infinita præcipiente. Secundò: abstinere se à sanguine, & suffocato τῶν ἐπάναγκες *necessaria* (12) dicuntur. Si necessaria, necessariò observanda: unde sequitur, præcepta fuisse, atque adeò Leges. Hinc (13) Lucas palam ea præcepta appellat: ait enim de Paulo: *pertransiens præcipiebat eis custodire præcepta Apostolorum, & Seniorum*: hæc autem non alia erant, quàm quæ sub hac inscriptione traduntur: *Apostoli*, (14) *& Seniores fratres*, quod clariùs idem (15) Lucas insinuat, asserens, assumpto Timotheo Paulum pertransisse Civitates Asianas *tradentem eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis, & Senioribus, qui erant Jerosolymis*. Cui sententiæ Chrysostomus (16) adhærens, *vide*, inquit, *brevem Epistolam, neque Epicheremata, neque Syllogismos habentem, sed imperium*, διὰ ἐντολῶν; quæ vox Nostris rectà Legem significat. Hanc porro Legem ibidem Chrysostomus novam appellat, asseritque ex Cæremoniis à Moyse præceptis decerptam: id, quod ante Chrysostomum adnotavit (17) Origenes adeò huic literali, ut ajunt, explicationi insistens, ut putet, si aliter ea verba producantur, superflua videri. Nam quæ Metaphora verbis illis attribuit, ea & Lege divinâ & lege humanâ vetantur: supervacaneum igitur prohibere jam vetitum, & omnino vana ea verba, si eum explicentur in modum. Quapropter non solùm, ut sonant, accipiuntur à S.S. Patribus, qui ea aliter etiam per metaphoras explanarunt cum (18) Augustino, & Cyrillo (19) Jerosolymitano, sed & recentiores

viri

(14) De Pœnit. & remiss. in Biblioth. PP.

(1) Lib. 3. c. 12.

(2) Lib. 32. cõtra Faust. ca. 13.

(3) Hom. 33. in Actor. c. 15.

(4) Lib. 12. de Tabernacul.

(5) Cap. 17. n. 12.

(6) Ad Quirin. lib. 3.

(7) Lib. 13. c. 6. in c. 16. Job. & in reg. Ep. 125.

(8) In c. 15. Act. Apostol.

(9) In Levit. lib. 5. c. 3.

(10) Lib. 4. Instit. c. 10. §. 21. & 22.

(11) Actor. c. 15. nu. 28.

(12) Ibid. eod. loco.

(13) Ibid.

(14) Ibid.

(15) Actor. c. 16. n. 4.

(16) d. hom. 33. in Actor. c. 15.

(17) Contra Celsum. l. 8. & in Ep. ad Rom. c. 13 l. 9.

(18) Epist. ad Bonifacium. 154.

(19) Catechesi 4.

(20) Ad Canon. 2. Conc. Gangren.

(21) To. 1. de Rom. Pont. l. 4. c. 17. aut.

med. verſic. quod autem.

viri doctiſſimi, quotquot in Acta Apoſtolorum ſcripſerunt, idem aſſeverant cum (20) Caballutio, & (21) Bellarmino.

(1) Ad Tit. ca. 1. n. 27.
(2) 1. Ad Corinth. c. 10. n. 25.

VII. Dices, ſi vera hæc, falſa, quæ præcipit Apoſtolus (1) illis: πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς; *omnia munda mundis*: & (2) alibi: πᾶν, τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον, ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. *Omne, quod in macello venit, manducate nihil interrogantes propter conſcientiam*. Nam, ſi polluta ſunt Suffocatum, & Sanguis, ſi omnino abſtinendum ab illis, quî mundis munda ſunt omnia, quîve licebit omne, quod in macello venit, comedere, nulla ciborum adhibitâ diligentiâ, nullâ interrogatione propoſitâ? Hæc Magrius ex Calvino, cui reſpondet (3) Hieremias Patriarcha, quæ ſcribit Apoſtolus, præcepta Corinthiis ante, quàm Lex illa Jeroſolymis ederetur. Sed inepta reſponſio; conſtat enim contrarium ex Actis; ubi (4) priùs Lex illa proponitur, deinde prima ad Corinthios Pauli expeditio (5) deſcribitur: manifeſtum eſt autem, Epiſtolam Pauli primam Corinthiis ſcriptam poſt, quàm Paulus Corinthum profectus, ei populo Chriſti fidem indixit. Ait enim (6) in ipſa: Κἀγὼ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου, ἢ σοφίας. *Ego, cùm veniſſem ad vos, fratres, veni non in ſublimitate, &c.* Abſurda ergo Hieremiæ reſponſio eſt, cui ſimilem tradit (7) Coreſſius, arbitratus, quæ ſcripſit Apoſtolus, tunc ſcripta, cùm in locis quibuſdam ea Lex cœperat abrogari. Nam planè incredibile eſt, Legem illam tàm citò abrogari potuiſſe, præſertim cùm adhuc ratio Legis vigeret, ut optimè (8) Bellarminus notavit. Igitur multis reſponſionibus ſatisfit vulgari, ac notæ difficultati, quæ in Gentem noſtram à Sciolis ubique jactatur, quaſi contra Legem Apoſtoli diu abſtinuerint ab iis, quæ veneunt in macello, abſtineantque ſe etiamnum aliquæ Noſtris cæremoniis addictiſſimæ Gentes. Et primò ex his, quæ hactenus diximus, rimati Legis ejuſmodi naturam. Docuimus enim, eam, licet uſu, & conſuetudine, ac Jure Canonico recepta fuerit à tota penè Eccleſia, non fuiſſe latam toti Eccleſiæ, ſed ſolis fratribus, qui erant Antiochiæ in Syria, & in Cilicia. Facilis ergo conjectura eſt tunc, cùm ſcripſit Apoſtolus Corinthiis, nondum conſuetudine eam Legem receptam fuiſſe: quapropter monet, ut nihil pollutum ex Lege ulla putent, omnibuſque utantur communiter, eadem non ſcripturus Corinthiis, poſtquam, cum tota Græcia, eam Legem peculiariter Aſianis quibuſdam Gentibus latam more, uſuque receperunt. Secundò, ex ipſa cauſa Legis, quæ certè non alia fuit, niſi ne ſcandalum fieret in Eccleſia: id, quod omnes teſtantur cum Auguſtino ſuperiùs laudato, & (9) Bellarmino. Hæc autem cauſa neque continua eſt, neque univerſalis, quare neque ubique obligavit omnes, neque ubicunque, niſi præſente periculo ſcandali. Quapropter verba Apoſtoli explicanda ſunt ita, ut doceant, omnia, quæ veneunt in macello, in cibum poſſe cedere, niſi adſit ſcandalum, aut occaſio Idololatriæ. Hunc autem eſſe Apoſtoli ſenſum, manifeſtiſſimum eſt ex iis, quæ proximè dixerat. Dixerat (10) enim: Τινὲς τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου ἕως ἄρτι, ὡς εἰδωλόθυτον ἐσθίουσι, καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν, ἀσθενὴς οὖσα, μολύνεται: *Quidam cum conſcientia uſque nunc Idoli, quaſi Idolothytum manducant, & conſcientia ipſorum, cùm ſit infirma, polluitur*. Mox (11) addit: Βλέπετε δὲ μήπως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν· ἐὰν γάρ τις ἴδῃ σε τὸν ἔχοντα γνῶσιν ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν; καὶ ἀπολεῖται ὁ ἀσθενῶν ἀδελφὸς ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει, δι' ὃν Χριστὸς ἀπέθανεν. *Videte, ne forte hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum, qui habet ſcientiam in Idolio recumbentem, non ne conſcentia ejus, cum ſit infirma, ædificabitur ad manducandum Idolothyta? & peribit infirmus in tuâ conſcientiâ, frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt*. Hæc ubi præmiſit, & quaſi edidit ſententiæ ſecuturæ certam exceptionem, mox latiùs conſtituit, omnia, quæ in macello veneunt, manducanda à nihil interrogantibus, intellige, niſi ſciant damno ſibi, vel aliis futura, exemploque in perniciem Chriſtianorum minus prudentium ceſſuro. Nihil igitur obſtant Apoſtoli verba, quin aſſeramus, latam ab Apoſtolis Legem vetantem uſum tùm immolatorum ſimulacris, tùm Suffocati, & Sanguinis. Quæ Lex, uti diximus, licet Aſianis Eccleſiis lata, non ſolùm uſu recepta eſt à cæteris in Oriente, verùm etiam à pleriſque in Occidente, ac fermè omnibus, tandemque abrogata uſu ipſo tùm in omnibus Occidentis Eccleſiis, tùm in multis ipſius Orientis: ab his quidem tanquam minimè neceſſaria, ab illis verò, tanquam noxia, poſtquam ex ea Lege nacti Occaſionem hæretici, Res aliquas naturâ immundas, nec in ſe bonas auſi ſunt affirmare. Tria proinde prudens animus, ſepoſitis Magrii deliriis, ſibi conſtituat: Legem eam reapſe de Sanguine, & Suffocato proceſſiſſe, quando id hactenus evicimus: eandem ſolis Aſianis latam, uti dicunt, *directè*, omnibus *indirectè*, ea tenus, quà ſcandalum oriri poterat, & occaſio criminis: eandem non ſine laude & retentam à Græcis, & à Latinis abrogatam, quando illis religio perſuaſit obſequium; his negligentiam, contemptumque periculum nefandæ hæreſis juſſit.

(3) Ad Interrogata varia. reſp. 14.
(4) Actor. c. 15.
(5) Actor. c. 18.
(6) 1. Ad Corinth. c. 2. n. 1.
(7) Lib. 5. de Sacr. c. 9.
(8) Loco citato.
(9) Ibid. in med. verſ. 2. reſpdre.
(10) 1. Ad Corinth. d. c. 8. nu. 7.
(11) d. ca. 8. n. 8. 9.

VIII. Sed operæ pretium eſt in ipſas peculiares Magrii ineptias accuratiùs inquirere, quibus cùm Suffocatum à propria ſignificatione tot Patribus probata, toti Antiquitati receptâ recentiorum omnium Theologorum, atque Interpretum ſuffragiis conſtitutâ detorquere conatur, penè non ridiculè deſipit. Ait, Suffocatum à foco, non à fauce, deduci, advocatâque in ſubſidium Proſodiâ, imò potiùs vir barbarus invitâ ad authoritatem productâ, docet, non produci alteram à prima in Suffocato ſyllabam, ſed corripi: Denique idem eſſe Suffocatum, ac illud, quod ſuper foco poſitum Numinibus immolatur. Id Grammaticis quibuſdam notulis, Lexicis, dictionariiſque munit, nullam tamen Authoris ullius fidem addit, quâ res planè nova, & inandita, imò ne ſomniata quidem, videatur ſtare, aut ſtare poſſe. Verùm huic interpretationi tota Antiquitas refragatur, ut ſupra oſtendimus tot Scriptorum nominibus prolatis, quibus ridenda illa reſponſio, qua corruptores Græci vocantur, non placet. Refragatur etiam, ipſo Magrio teſte, Verſio Chal-

dæa, in qua pro *Suffocato* ponitur *strangulatum*. Neque effugium ineptissimum Magrii facit ad rem: Nam quid attinet, teste (1) Bellarmino, Chaldæam interpretationem factam ex Græco Textu asserere, cùm certum sit Acta Apostolica Græcè fuisse conscripta? Quare sequitur omnem interpretationem ex Græco factam. Ex Græco ergo facta interpretatio Suffocatum strangulatum vertit, cùmque ex mente Magrii τὸ πνικτὸν duplicem sensum habeat & *strangulati*, & *immolati*, Interpres Chaldæus hunc maluit. Adeò eo tempore, quod Apostolis proximum fuisse certissimum est, Lex illa in eum sensum accepta est, quem defendimus: adeò is sensus vocis illius Antiquitati prorsus ignotus, quæ Suffocatum constantissimè idem esse cum strangulato putavit. Sed ut omnia hæc se ponantur, ipsum Somnium Magrii ex fundamento suo palam labefactatur. Nam cùm vocem πνικτῷ ad immolatum deducat, quod πνίγειν ex Authoritate Jacobi (2) Cellarii, & Nicolai (3) Nonigeri sæpè φλίγεσθαι, quod est torrefieri, significat; hæc argutia corruit, si quis vim verbi Græci cognoscat. Hæc enim & torrere, & torrefieri significat, diverso tamen modo de animatis, & exanimis: nam cùm de animatis dicitur, æstum illum significat, qui non comburit, sed suffocat, qua ratione (4) Galenus ait: ἐν ἀέρι πνιγώδει, ἢ βαλανείῳ χρονίζειν: *diutiùs agere in aere æstuoso, & balneo*, eo nimirum in Aere, qui ex æstu quodammodo suffocat, ac strangulat. Sic etiam (5) Aristophanes ἐπνιγόμην, inquit, τὰ σπλάγχνα: *æstuabant mihi præcordia*: Et Plato (6) de Legibus πνίγει ὄντος, *æstivo die*, sive *in æstu*, quæ omnia callidis linguæ nostræ id, quod diximus, significare videbuntur omnino, quando ubique πνίγειν & πνῖγος ad eum æstum significandum ex metaphora transferuntur, qui ita angit, ut præfocet, quem æstuantem torquet. Quòd si ad res inanimas adhibetur, cùm torrefiunt, significandas, πνίγειν non est quomodocunque torrere, sed vel in fornacula, clibano, furnulove, vel in vase circumcluso, subjecto igne sensim concoquere: nam πνιγεὺς nobis est furnus, caminus, & clibanus, ut facilè patebit ex (7) Aristotele, & (8) Suida. Unde & Latinis Propnigeon, hoc est præfurnium, quo utitur & (9) Vitruvius, & Plinius Secundus. Hinc nobis notum illud edulium carneum, quod in ollula accuratè tectum, vi carbonum, sensim incoquitur, πνικτὰ κρεάδια dicitur, teste Athenæo, quem ad id refert (10) Budæus: estque id Græcarum dictionum peritis adeò certum, ut nusquam πνίγειν invenias translatum ad significationem torrendi, quin unà modus ipse torrendi τοῦ πνίγειν significatus omnino ab eo diversus sit, quo utebantur olim, qui Numinibus immolabant. Ea propter solius ignorantiæ crimen erit, & ausus, Τὸ πνίγειν, ἢ πνικτὸν si ad immolare, & immolatum transferatur, quod nusquam à Nostris πνικτὸν dictum agnoscet, quisquis Linguæ nostræ perlevem habeat notitiam. Ex Etymologia igitur somnium Magrii nusquam probatur, ruitque unicum inauditæ explicationis fulcrum: quod tamen si dederis, velisque stare, quid proderit sententiæ, quæ ex imprudentia, qua constat, undecunque labefactatur? Id breviter sic enucleo. Si Suffocatum ibi pro immolato ponitur, supervacaneè, inutiliter, ineptè id verbum ibi Apostoli collocassent. At id & impium dictu, & cogitatu ridiculum: non igitur ibi Suffocatum ad immolati significationem proponitur. Thesis veritatem demonstro. Nam, si Suffocatum pro immolato ibi profertur, verba Legis illius Apostolicæ hoc sonarent: ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum à Sanguine immolato, & fornicatione, quæ sententia vana ex pleonasmo, atque adeo inutilis, & inepta esset. Idem enim bis diceret. Etenim, qui vetat immolata simulacrorum, profectò & Sanguinem immolatum vetat: quando primum interdictum indefinitum est, atque adeò quæcunque Idolis immolata sunt, vetat: Siquidem, quod indefinitè dicitur, universim dictum esse censetur, ita testante Philosophia, & ex Philosophia omni (11) Jurisprudentia. Per illa igitur verba, ab immolatis simulacrorum, abstinentur Christiani ab omnibus immolatis: igitur & à Sanguine immolato. Ut quid ergo, quod per verba priora vetitum erat, vetatur iterum? An aliud est crimen, aut peculiarius Sanguine immolato vesci ab eo, quod patratur in esu alterius Idolothyti? aut Sanguis immolatus simulacris aliud est ab immolatis simulacrorum? Ineptè igitur hoc additur in secundo, quod primo loco vetitum fuisse cognoscitur. Præterea teste Ambrosio tria Apostoli Lege illa vetuerunt, quod etiam cæteri omnes Sanctissimi Patres confirmant: at si vera, quæ dicit Magrius, duo tantùm vetantur, immolata scilicet, & fornicatio. Non igitur vera, quæ dicit Magrius, imò falsa penitùs, absurda, unoque risu digna; addo & publicâ emendatione, quando Legibus Apostolorum sacerrimis, & afflatu Numinis prudentissimè latis ea addit Commenta, quæ Majestatem Legislatorum prorsùs dedeceant.

IX. Verùm de his viderint ii, ad quos id muneris pertinet, nobis superfit, Græcorum Cynicos aptè refutasse, atque in primis hunc ipsum Magrium, quem (1) alibi etiam oblocutum in Nos severiùs castigavimus, præsertim in iis, quæ allata à nobis Superiùs ex Antiquitatis penu ad confirmandam sententiæ nostræ veritatem peculiaribus responsionibus excipit. Ea hic, ne actum alibi agamus, obiter, ac properanter percurrimus. Et primò, quod corruptum à Græcis Origenem peculiari ratione affirmare non potuit, eum consensisse Manichæis affirmat. At hoc gratis, & per summam calumniam. Nam sexcentis in locis Origenes Manichæos damnat, ut constat ex iis, quæ ad id produxit (2) Margunius ex Nostris, & Rabanus (3) Maurus ex Latinis: ubique autem affirmat, à Deo quæ condita sunt, omnia bona esse, ac munda, ut Joannes (4) de Engelfredis eruditè prosequitur. Neque inter ejus Dogmata, quæ plurima, & damnata ritè sunt, quæque refert passim (5) Bellarminus ex (6) Epiphanio, (7) Hieronymo, (8) Augustino, & (9) Gregorio, unum aliquod reperire est, quod Manichæam referat pestem, aut cibos tanquam naturâ pollutos suâ damnet. Adeò Magrius apertè decipitur, ut ruenti sententiæ suæ opem inutilem ferat, ratus neminem de his quæsiturum, quæ audacter adeò in Auctorem aliunde damnatum calumniatur. Sed id liceat intactis Græcis cuicunque,

(1) *Tom. 1. li. 2. de Verb. Dei c. 3.*

(2) *In Dictionar. Græco-Lat. correct. dictione πνίγω.*

(3) *Ibid. & hæc.*

(4) *Lib. 2. ad Glanciam.*

(5) *In Nebulis act. 1.*

(6) *Penes Budæum in Lexic. dictio. πνῖγος.*

(7) *Lib. 2. de part. Animal. interprete Gaza.*

(8) *In diction. πνιγεύς.*

(9) *Uterq; apud Budæum in Lex. dict. πνιγεύς.*

(10) *In dictio. πνικτὰ in Lexic.*

(11) *L. si Servitus 22. ff. de Servit. urb. præd. l. si quis ita 16. & §. 1. ff. de test. tut. l. si plures 43. ff. de leg. 3. l. 2. §. in ff. de VO. l. si pignoris ff. de leg. 2. glos. in verb. Dominus in additio. Marg. in in l. si cōmunis 27. ff. de stip. Servor.*

(1) *In responso de Process. Spirit. S. sect. 4. nu. 9.*

(2) *In Measpor. 1. Jannar. not. 2.*

(3) *In Libr. de hæres.*

(4) *In Parallelo Tertull. & Orig. c. 3.*

(5) *Tom. 1. de Verb. Dei l. 3. c. 3 circa med. & lib. 1. de Christo c. 6 ãte fin. & ca. 10. ant. med. & libr. 4. de Anim. Christi c. 8. ante*

que,

que, an iisdem lacessitis idipsum licebit impunè? Nec qui id reputat, decipitur dapsilè. Ii enim sumus, qui hostes nostros, sive ii Photiani sint, sive oblocutores Latini, possimus, si quid improbè mentiantur, apertissimè castigare. Sic adeò in Origene Magrius fallitur, fallitur etiam in Tertulliano, quem docet, quæ pro nostra sententia scribit, jam labe Montani imbutum scripsisse. Id falsum apprimè, quando ea, quæ retulimus, in Apologetico sunt, quem librum Orthodoxus omnino scripsit, teste (10) Pammelio. Sub Zephyrino enim Montani insanias amplexus est, qui sub Victore Pontifice Apologeticum ediderat, cùm bellum Christianis Principum superstitiosus furor indiceret. Adde, tametsi demus à Tertulliano jam hæretico scriptum Apologeticon, nihil obfuturum sententiæ nostræ, cùm Montanistæ nusquam ciborum delectum jusserint, qui tamen frequentissimis jejuniis utebantur, nec inter impia ipsorum dogmata, quæ (11) Baronius enumerat, imò nec in erroribus Thrascodugitarum Perticonasatorum, Quinctilianorum, Pepuzianorum, quorum Sectæ, authore (12) Epiphanio, ex hæresi Cataphrygum profectæ sunt, ullum reperies, qui ad Judaicam circa cibos superstitionem pertineat. Credendum ergo Tertulliano, qui abstinentiam à Sanguine, & Suffocato penes Ecclesiam more receptam affirmans aut Orthodoxus asseruit, nec hæreticus commentus est: Quod ulteriùs evincitur ex eo, quòd inter errata Tertulliani, quæ plurima (13) Pammelius enumerat, de hoc nulla mentio: neque enim de suis ibi Tertullianus loquitur, aut pro suis: pro Christianis omnibus dicens, illatumque Christianis omnibus crimen diluens morem Christianis solemnem proponit, non propositurus hercle Christianorum hostibus, si falsum, & unius tantùm Sectæ à Christianis damnatæ consuetudine ratum, quem proinde Ethnici omnes, uti mendacium condemnassent. Eandem stoliditatis notam meretur responsio, quam dat Authoritati Eusebii Blandinæ Martyris verba referentis: scilicet ratus nullam fidem Eusebio præstandam, quòd teste (14) Hieronymo, & (15) Bellarmino, Arianæ hæresis fuerit propugnator. Id si verum, itàque censendum, profectò Ecclesiastica historia nulla erit, quæ magna ex parte Eusebio debetur, ut (16) Baronius passim fatetur ingenuè. Sed nemo id dixerit, præter unum Magrium, solitum ignorare, quid afferat. Ergo prudenter ita calculum feras de tanto Authore, ac Historico, quem (17) certissimum est & vixisse, & obiisse Arianum; eum in iis, quæ pertinent ad Arii pestem, cautè legendum ita, ut non plena ei præstetur fides, nisi adsint, & alii testes: at in cæteris, quæ ad Arianos non pertinent, summæ authoritatis virum in historià sacrà Eusebium habendum. Ita censet (18) Baronius, fassus se in Annalibus ab initio ad annum usque undevigesimum Diocletiani, fidem Eusebii sine formidine secutum, secuturum eandem cautè deinceps, ne faventis Ario, suaque, suorumque scelera obtegentis, dissimulantisque authoritatem amplexus fucum faciat historicæ Veritati. Hæc vir prudens, & veritatem professus, quæ tamen responsionem Magrii prorsus elidunt. Constat enim verba Blandinæ nihil hæresi Arianæ conferre, eaque referri in historiæ Eusebianæ parte, cui tutò credi, quippe sincerè scripta, per Baronium posse asseritur. Quid quod verba Blandinæ non Eusebii unius authoritate certa sunt, sed ex Actis ipsis, & ex Epistola Lugdunensis Cleri oculati testis, auritique eorum, quæ referuntur, quæque, si inficias eas Eusebio credere, cogeris aliunde manifestissimè comprobata fateri.

X. Jam censura in effatum Minucii quàm stupida! Verba sunt Magrii, quàm elegantia, (1) ὦ Ζεῦ, ὦ θεοί, quàm efficacia! *Qualis*, inquit, *consequentia. Si homicidium abominabile, ergo & pecorum Sanguis incomestibilis erit: deberet in bona illatione concludere: Si homicidium abominabile, ergo & pecoricidium.* Eleganter, Superi, eloquenter, ingeniosè! O hominem omnis literaturæ expertem, planèque barbarum, & stolidum, & effrontem! Tune ut Minucium argumentari doceas? Tune non legitimæ consecutionis authorem Operis planè miri coarguas? Lege, miser, Minucium, atque aliquo magistro adhibito disce, quàm acutè, ac fortiter ratiocinetur, quem tanquam stultum, ineptum reprehendis, quasi discipulum perdoces. Amolitur ibi calumniam Minucius ab Ethnicis in Christianos adstructam, quam (2) Tertullianus his verbis emphaticis explicat. *Dicimur sceleſtissimi de Sacramento infanticidii, & pabulo inde, & post convivium incesto, Quod eversores luminum canes, lenones scilicet tenebrarum, & libidinum impiarum inverecundè procurent.* Eam calumniam ut conterat, ostendatque, infantium carnibus Christianos non vesci, sic acutè, & fortiter argumentatur. *Nobis homicidium nec videre fas, nec audire; tantumque ab humano Sanguine cavemus, ut nec edulium pecorum Sanguinem in cibum noverimus.* Quæ verba hanc continent argumentationem: quibus fuso pecorum Sanguine vesci non licet, licebit ne hominum Sanguinem fundere? qui à Sanguine pecorum abstinemus nos, carnibus infantium epulabimur? interdicitur nobis, quod omnibus licet, permittetur, quod omnibus nefas est? consuetudo nobis negat vel iis, quæ bona ex se sunt, uti, an Lex nostra concedet, quod inhumanum, & belluinum? Ferarum Sanguini parcimus, ne quid feritatis vel innocuis in dapibus referamus, carnes hominum devorabimus, ut ferarum ritu vivamus? Vides argumentum fortissimum non à majori interdicto ad minus, quod inutile sanè, sed à minori ad majus, quod certè validissimum est. Optimè ergo Minucius, quem uti nusquam Magrii stupiditas labefactat, ita neque authoritas Breviarii Liciensis, quæ quasi hagiographa producitur ad hoc, ut ex Decreto Eleutherii, qui vixisse dicitur Commodo Principe, adeòque Minucio proximus, quem sub Alexandro Severo ponunt; damnatam scias à cibis hujusmodi abstinentiam. Si Eleutherius abstinere se Christianos à Sanguine, & Suffocato noluit, erit ne Veritati consentaneum, ut author synchronos Eleutherio abstinentiam ejusmodi jactet? Corruptus ergo is Minucii locus nil confert ad nostræ sententiæ confirmationem. In primis falsum est Minucium vixisse sub Alexandro, qui nempe sub Severo vixit, & floruit; statimque

med. to. 2. de not. Ecclef. lib. 4. ca. 9. circ. med. & l. 1. de Purgat. ca. 2. post med. & l. 2. c. 1. verf. 2. error. & c. 5. ante med. & c. 9. in prin. & alibi sæpiùs.

(6) *Ep. ad Jo. Jerosolym. & hær. 64.*

(7) *Ep. ad Pamach. de error. Jo. Jerosolym. & Epist. ad Avitum, & in c. 3. Jonæ.*

(8) *De Civit. Dei l. 21. c. 17.*

(9) *Moral. l. 9. c. 45. & seqq. & l. 34. c. 12. et seq.*

(10) *In Vit. Tertullian.*

(11) *Ad ann. 173. à n. 24.*

(12) *Heresi 48.*

(13) *De Paradoxis Tertulliani.*

(14) *Ad Oceanum Ep. 65.*

(15) *De scriptor. Eccles. in Eusebio.*

(16) *Vid. ann. 340. n. 41.*

(17) *Ex Athan. passim. Epiphan. hær. 73. Hieron. ad Ctesiphōt. et advers. Ruffin.*

(18) *Ad ann. 302. nu. 11. & seqq.*

(1) *Arist. in Pluto initio.*

(2) *In Apologet. c. 7.*

que crassa Magrii, & supina ignorantia deprehenditur, non distinguentis Severum Cæsarem ab Alexandro Severo, Afrum à Syro, avum consobrini à consobrino nepotis. Nam Alexander post Helagabalum imperavit, qui nepos fuit Severi Principis consobrinus autem Alexandri Severi ex Mammæa Soemidos, exqua natus Helagabalus, sorore nati: Deinde Breviarii unius ignobilis, peculiaris, vix auditi ab historia authoritatem si opponas, corruet ne Minucii fides viri in Christiana republica celeberrimi, notissimi, receptissimi? Author, in quo curiosa Criticorum diligentia nullum hactenus erratum invenit, cedet narratis à Breviario Liciensi multa commento? Nam Eleutherium annos XXI. menses VI. dies V. sedisse asserit, cùm constet non ultra XV. annos, dies vel XXIII. vel XIII. Eleutherium sedisse, id testatis (20) Baronio, & (21) Panvino. Præterea dicitur Eleutherius passus Patriano, & Bardua Consulibus, cùm nusquam hi Consules in Actis Consularibus reperiantur, sed loco horum (22) Aproninus, & Bardua, quibus tamen Consulibus non obiit, sed vel Commodo VII. & Pertinace II. ut (23) Baronius autumat, vel, ut mavult Onuphrius, Triario Materno, & M. Attilio Metilio Bardua. Demus tamen tam suspecto, tam mendoso Breviario fidem: An ideò quidquam derogat hæc fidei Minucianæ? Quî id dicas, cùm nihil dicatur decrevisse Eleutherius, quod cum effato pugnet Minucii? *Hic iterum* (verba sunt (24) Breviarii Liciensis, quæ Magrius notanda monet) *firmavit, ut nulla esca usualis à Christianis maximè fidelibus repudietur, quam Deus creavit, & humana est.* At hæc verba ubi morem abstinendi à Sanguine, & Suffocato impugnant? *Firmavit, ut nulla esca repudietur*, An qui abstinebant se à Sanguine, & Suffocato, utraque repudiabant? Si vim verbi, Magrius maximus indagator, scrutatorque verborum rimetur, repudiare est rejicere tanquam pudendum. Hæc enim vis Etymologiæ est, uti docent (25) Lexica. Bene igitur vetuit Eleutherius, ne quis escas rejiceret tanquam pudendas, obscænas, immundas: Munda enim, & bona sunt, quæ Deus Optimus optimè condidit, & condita sapientissimè laudavit. Quis dicat, eum, qui vetuit, nequis escas tanquam immundas rejiceret, vetuisse simul, nequis à cibis hujusmodi causa obsequii, causa scandali, causa religionis, aut virtutis alterius abstineret? Id Eleutherius non vetuit, neque potuit vetare sapientissimus Pontifex, fortissimus Martyr, optimus Græcus. Quod si id non vetuit; si, tametsi firmavit, ne ulla esca, quę usui præsto est, repudietur, integram, sanctamque reliquit jejuniorum Consuetudinem, intactum voluit Morem abstinentiæ à cibis certis, aut semper, aut aliquando Lege vetitis vel More; quid ea Constitutio obest Minucio asserenti, abstinuisse sua tempestate Christianos se à Sanguine, & Suffocato?

XI. Abstinere se à carnibus tanquam immundis unum est, aliud est abstinere se se ab iisdem More, vel causâ Pietatis, ubi omnia munda mundis fatemur. Primum detestata est Ecclesia universa, & princeps Ecclesiarum omnium Romana in primis. Huc pertinent, quæ Theodoretus (1) narrat, & pro Somniis suis Magrius producit. Huc, quæ ante illa, quæ supra protulimus, Humbertus (2) Cardinalis in superstitionem ciborum declamat. Huc Ditmari Marspurgensis Episcopi Axiomata in ipso Magrio legenda. Huc denique Evanti (3) Abbatis querelæ in eos, qui sanguinem animantium immundum esse constituunt, & carnem esse mundam dicunt. Scilicet verissimum est, Sanguinem, & quæcunque alia usui hominum Deus produxit, bona esse, munda esse, nec quidquam naturâ suâ præseferre polluti. Hinc tamen quæ consecutio est ad alterum, quod amplexam olim magna ex parte Ecclesiam fuisse docemus? An putans carnem mundam esse ab ea se se abstinere non poterit? aut si quisque sibi imperare potest ab iis, quę munda reputat, fateturque, abstinentiam, eandem illi Ecclesia certam ob causam Lege imperare non poterit? Hoc nos asserimus, quod nimirum tot testibus approbatum frustra conatur evertere Magrius insolentissima illa responsione, corruptum est, additum ab hæreticis, ab hostibus confictum. Hæc responsio, non sine testibus danda, tunc tantùm obtinet, cùm quod corruptum, additum, confictumque dicitur, eum, cui additum dicitur, dedecet, aut à Fide catholica alienum apparet. Hic autem in re sumus planè Orthodoxâ: quæ dementia sine teste, quod nihil Fidei obest, ex obloqendi libidine confictum dicere, additum, corruptumque, quòd tuis ineptiis confirmandis ineptum est? At, quæ in Theodori Pęnitentiali libro leguntur, non leges in libris itidem Pœnitentialibus Antonii Augustini Tarraconensis Antistitis: Theodori nomen Græcum est: Bedæ multa à corruptoribus addita, Scriptores docent: quæ respondet Bonifacio Zacharias Pontifex, ultra interrogata sunt ab ipso Bonifacio. Esto hæc omnia vera sint, quæ gratis damus, negaturi, si placeret, deesse in Canonibus Pœnitentialibus Augustini quæ in suis prætulit Theodorus. Licèt enim Ant. Augustini exemplaria præsto nobis minimè sint caritate maximâ librorum laborantibus, tamen vel in Canonibus Augustini pœnam imponi iis, qui Sanguinem, aut Suffocatum comedissent, testatur (4) Goarius. Prętereà, ut ut Critici Theodorum illum, qui pœnitentialem librum edidit, Græcum asserant, & Cantuariensem Episcopum, quibus post (5) Oudinum (6) subscripsimus, tamen non desunt, qui ex maximis conjecturis cum (7) Turriano, & (8) Combefisio Latinum velint, eumque, qui Episcopus Massiliensis Genteramni Regis odia, ac obsequium Childeberti æquo animo, eodemque passus, narratur à Baronio (9) Matisconensi Synodo interfuisse. Denique Bonifacius in epistola sua universim de iis agit, quæ necessariò docenda erant, ut videatur etiam non palam interrogatis Zacharias potuisse respondere, & quidem appositè, præsertim cùm facilè possit conjici Zacharias à legatis monitum Legem illam Apostolicam, quæ tunc vigebat in Germania, negligi, & de hac aliquid dicere, voluisse, ut Bonifacii animum ad Legis Sanctissimæ obsequium revocaret. Unde statim infertur responsiones Magrii se ipsis nullas esse. Sed esto veræ sint, atque omnino recipiendæ, Quid inde? feret ne puer Dialecticam ingressus, vix à limine salutata Philosophia, consecutiones Magrii? Quod reperitur in Pœnitentiali Theodori, non est in

(20) *Ad ann. 192. n. 1.*

(21) *In Chronolog. anno Christi. 171.*

(22) *Vide Baron. ad ann. 193. initio. in Margine, & Pavinum ann. 192.*

(23) *Ad ann. 194. in Marg. init.*

(24) *In Lectio. S. Eleutherii Mens. Maji.*

(25) *Calepin. in verb. repudio.*

(1) *In Ep. 1. ad Corinth. ca. 10. in ea verba: omne, quod in Macello, &c.*

(2) *Suprà Sect. 2. n. 3. ant. fin.*

(3) *Apud Henric. Canisium Antiq. lection. Tom. 5.*

(4) *In Euchol. ad Orat. in eos, qui vetitos, et execrandos cibos &c. not. 1. cir. med. pag. 671. col. 2.*

(5) *In supplem. de Script. Eccl. pag. 184. ad ann. 680.*

(6) *In Testim. Grę. cia Sapientis in Theodoro.*

(7) *In not. ad Pœniten. Theodori.*

(8) *In Opinione MS. de Scriptis Turriani extat inter MS. Allatian. & exemplar apud me.*

(9) *Ad ann. 58. n. 11. & seqq.*

Digitized by Google

Canonibus Pœnitentialibus Antonii Augustini Tarraconensis: ergo Pœnitentiali Theodori addita illa sunt. Et cur potius non liceat inferre: ergo à Pœnitentiali Theodori, cujus exemplar exhibet Augustinus, detracta sunt? Eclipsis illa certè, atque varietas utroque fieri modo potuit, vel addendo libris Theodori, vel detrahendo Canonibus Augustini; utrumque igitur inferri poterat æquo jure, cur alterum elegit Magrius? aut qua fronte legitimam consecutionem suam, evincentemque, quod probat, existimat, quæ non necessariò sequitur ex præjactis, unde altera, diversaque prorsus à tota consequi potest? Similem ignorantiam ostendo in eo, quod infert ex Græco nomine. Nomen est Græcum in Theodoro, ergo Græcus est Author; Si ex nomine liceat ad Gentē hominis eo nomine nuncupati inferre, quot Heroas sibi Græcia jure assereret, quot amitteret? Quod etiam Latinis ipsi accideret, penes quos Græca nomina maximè usitata, ut ex Syllabo Pontificum patet. Verùm hoc nunquam licuit, quod mirum uni Magrio videbitur, præter dictiones aliquas barbaras, nihil omnino scienti. Adde, si demus, uti reapse damus, Theodorum Græcum fuisse, nihil inde causæ, cui patrocinatur Magrius, utile posse conferri. Nam si Græcus est author, an propterea mendax? Ita, inquit, mendax, si Græcus: nota scilicet, & translativa Satyrici verba sunt; *Et quidquid Græcia mendax audet in Historia*: Valebit ergo, si Græcus scripsit, falsum igitur, Sed improbæ dicacitati non locus hîc respondendi: justa Tractatione positiones hujusmodi ulciscemur. Interim in re nostra. Aut omnem Græcum mendacem dicitis, aut aliquos inter omnes. Ex iis enim, quæ sibi invicem contradicunt alterutrum verum esse oportet, falsum, alterutrum. Jam omnem Græcum quî mendacem dicas, cùm dicentis impietatem, stoliditatemque arguant tot illustrium Virorum nomina, quos Ecclesia Mater Filios adorat? Aliquem ergo ex Græcis mendacem dicitis, aliquosve, ac multos: At à singularibus nulla consecutio est, eritque omnino ridendus, qui Theodorum falsitatis accuset non alio ex capite, nisi quia Græcus est, & plerique Græcorum mendaces. Quid? Non ne Numinis effato. *omnis homo mendax?* Ergo inferre licebit ad unum aliquem, eumque mendacitatis damnare? Negabis: At effatum universim homines complectitur, nec tamen ex eo ad singulos licet: Quî ex effato peculiari licebit ad certum? Effatum Numinis, inquies, ita explicatur: omnis homo fallitur: ut mendacium ibi ad illam falsitatem detorqueatur, quæ dicentem decepit prorsus incallidum, non ad illam, quæ callida cæteros decepit. Si mendacem ita licet interpretari, cùm loquitur Numen, licebit ergo idem ita traducere, cùm homines dicunt. Deceptum ergo Theodorum dices, quia Græcum. Esto. At deceptum in hac certa re, qua de agimus, unde conficis? Quod omnes fallantur homines, certum est, quòd in hoc, vel illo fallantur, incertum; nec valebit inferre; omnis homo fallitur: Ergo hic; Ergo in hac re. Negabit hoc postremum, qui sapit, ubi secundum concesserit. Nam secundum ex primo sequitur certum ex certo; tertium ex secundo non sequitur, quippe incertissimum.

XII. Vides, quàm ineptè Magrius argumentetur, quàm arguté se se decipiat; dicerem mendacem ex illis, *omnis homo mendax*, Si hominem liceret asserere, qui nusquam ratiocinatur. Age ergo consideremus & postremum illud, quo nititur ductam ex Epistola Zachariæ authoritatem concutere. Miror non dictum, & hunc esse Græcum. Sed fortassis obstitit nomen, eumque Judæum fuisse putavit, quòd nomen Judæum Zacharias est. Non interrogavit, inquit, Bonifacius de cibis: ergo responsio pro cibis lata, addita, conficta est. Mira hominis stoliditas, mira rerum imperititia, quæ tamen deesse homini poterat, qui ad Maronitas missus, præter Epistolam exhibendam Maronitarum Patriarchæ, ut certum autumo, pitacium aliquod habuit, quo de multis in Epistola omissis admonebatur. Nam quid solemnius omni ævo, quàm committere privatim Legatis agenda multa, multa tentanda, interroganda, noscenda. Quid? Non ne in ipsa Epistola Zachariæ hoc asseritur? *Continebant*, inquit, *capitula in Pitacio ab eis porrecto, quæ inferiùs adnexa sunt, de quibus flagitasti à nobis, quæ recipienda, quæ respuenda sunt*. Dederat ergo Pitacium Bonifacius cum quæstionibus viva, ut dicunt, voce Pontifici proponendis. Non enim decere visum, si publicæ Epistolæ minutiora traderentur. Pitacium autem libellus est ad provocandam ejus, cui offertur, memoriam institutus, quem vulgò à memoria *memorialem* appellant. Quare (1) Lampridius de Alexandro Cæsare, *perlegebat*, inquit, *cuncta Pitacia*. Hæc quid habent minus idoneum habendæ veritati, minus congruum eidem, aut dissentaneum? Si solitum, si usitatum omni ævo, cur id mirabimur à Bonifacio usurpatum? Aut quî licebit inferre. Non erat in Epistola publica Bonifacii de cibis interrogatio: Igitur conficta, atque addita in responsione Zachariæ de cibis responsio. Sed illa *responsio*, ait Magrius, *minuta, nota, vixque danda à vili Veternario*. Ita videtur fortassis Magrio solito magna concipere, de summis agere, & assueto Principum aulis Viterbii, ubi flamen erat, degentium, olimque despicienti vilia, post quàm dapsilem cultum Maronitarum agnovit: At non ita Zachariæ Pontifici ad disciplinam barbararum tunc Gentium visum vilia tractare. Noverat ille Apostolicum esse, omnia omnibus fieri, per infamiam, & bonam famam ire ad salutem animarum. Sciebat non humile Vicario ad sordes descendere, quas Christus in pedibus Discipulorum tractavit: nec ignorabat, citra Majestatis dispendium posse in re Christiana summis ima misceri. Scilicet communium causarum est, Numinique, ac Naturæ similium, maximas esse vel in minimis, utque omnibus adsint, nulli deesse, Solem istum, qui fulgenti radiorum aspergine cuncta perlustrat, ne vilibus quidem luminis beneficium sui negare, sed Cœli globis affusum eodem tempore vel lutum radiis contingere tam efficacibus, ut inde vapores attrahat ascensuros in aerem, ibique aut volaturos cum nubibus, aut arsuros in fulgure. Hæc noverat Zacharias Romanus Pontifex, quæ quàm deceant Caput Ecclesiæ universæ, communem Chri-

(1) *In Alex. Severo c. 12.*

Digitized by Google

Christianorum Magistrum, Doctoremque redemptarum à Christo animarum, ille unus ignorabit, qui Romanorum Pontificum aut officium non intelligit, aut Charitatem minimè contemplatur.

SECTIO III.

De Eunuchis repellendis.

SUMMARIUM.

I. *Eunuchus, cui non spontè casa virilitas, ab Ordinibus non repellitur.*

II. *Refelluntur Latini Græcis objectantes Eunuchos Patriarchas. Hi quot fuerint.*

III. *Quid Latinorum in Græcos maledicentia prosit. Coressius mendax, & injurius in Latinos refellitur.*

IV. *Cardinalium aliquot, & Episcoporum viventium laus.*

V. *Eunuchus, cui volenti, & agenti secta virilitas, irregularis est: Probatur Juris Græci, & Latini authoritate.*

VI. *Idem probatur ratione: ostenditurque, nunquam licuisse, sibi ipsi vim inferre, aut membrum sibi aliquod amputare.*

VII. *Eunuchum reipsa ex castitate laudari non posse, Verba Christi ad sensum metaphoricum detorquenda.*

VIII. *Eunuchi apud Ethnicos turpes habiti.*

IX. *S. Methodium Patriarcham non fuisse Eunuchum.*

I. ARbitror, à me satis, superque retusam tùm audaciam Magrii, tùm calumnias & Liguris Græcorum hostis, & Catumsyriti petulantissimi Calabri, atque illud in summa ostensum, nec à Græcis rejici quenquam ob eas causas, quas fæx istjusmodi hominum commenta est, nec, si Græci ob Suffocatum, & Sanguinem ab Ordinibus ciborum ejusmodi epulones rejicerent, quidquam ineptum, aut superstitiosum facturos, quando Sanguis, & Suffocatum tùm Lege Apostolica Asianis vetita sunt, tùm more, atque consuetudine diu à Christianis rejecta: pœnis etiam Ecclesiasticis olim excipiebantur, quæ nimirum tùm apud Nostros, tùm apud Latinos desiere; id temporum circumstantiis exigentibus, aut desuetudine idipsum agente, ut liceant nunc, quæ olim fuerant interdicta. Reliquum est igitur, ut, quando obtrectatores nostros rejecimus, commune Ecclesiæ utriusque Suffragium circa repellendos ob culpam à Sacris Ordinibus proponamus. Et primò. Occurrunt Eunuchi, quorum triplex est genus; alii enim naturâ debiles, vitio virilitatis, sive etiam defectu generare non possunt, alii morbi causâ exfecti, vel inviti mutilati sunt, vi nimirum oppugnante spontaneam voluntatem, vel ipsam libertatem tollente. Denique alii Eunuchi sunt, qui se ipsos mutilarunt sponte, vel mutilationi suæ ultrò consensere. Hi omnes Eunuchi sunt, aliunde, quàm ex vitio suo nacti nomen. Non enim Eunuchus sectum, sed concubinum significat, nomine explicante causam illati, receptive Vitii, non verò vitium ipsum. Porrò primi, atque secundi à Sacris Ordinibus minimè repelluntur, præsertim si ex consuetudine, vel circumstantiis minimè videantur turpes, talesque, quorum Ministerium Ecclesiam ipsam dedeceat; & cæteroqui ejus & Virtutis, & Sanctimoniæ sint, quâ naturæ, vel fortunæ vitium possint honestare. Id nobis ex Apostolorum (1) Canonibus constitutissimum est, quibus vim, authoritatemque suam ultrò suppeditat Nicæna (2) Synodus Magna dicens: εἴ τις ἐν νόσῳ ὑπὸ ἰατρῶν ἐχειρουργήθη, ἢ ὑπὸ βαρβάρων ἐξετμήθη, μενέτω οὗτος ἐν τῷ κλήρῳ. *Si quis in ægritudine, vel à medicis sectus est, vel à barbaris castratus, placuit, ut iste permaneat in Clero*; & (3) infra εἴ τινες ὑπὸ βαρβάρων, ἢ δεσποτῶν εὐνουχίσθησαν, εὑρίσκοιντο δ' ἄλλως ἄξιοι, τοὺς τοιούτους εἰς κλῆρον προσίεται ὁ κανών. *Si qui, vel à barbaris, vel à Dominis suis Eunuchi facti sunt, & inveniantur cæteroqui digni, hos suscipit Ecclesiastica regula in Clerum.* Nec Latinis idipsum receptum est minus, quando Canonicum (4) Jus recipiendos in Clerum affirmat ubique eos, qui vi, vel naturâ virilitatem amisere.

(1) *Can. 21. refertur in c. si Eunuch. 55. dist.*
(2) *Can. 1.*
(3) *In fin. d. Can. 1.*
(4) *C. ex parte 1. & c. ex parte 2. c. significavit de corpor. viciat. c. si quis in ægritudine cap. later 55. dist.*

II. Atque hic jure liceret in quosdam tùm Latinos, tùm Græcos declamare, quorum convicia ferre patienter haud possum sibi invicem objectantium, quod nusquam vetatur, imò quod ubique conceditur. Nam quis adeò inter Nostros constans, tam dominus bilis suæ, ut sine indignatione legat, quæ sæpe Baronius, & post Baronium alii Ecclesiæ Constantinopolitanæ objiciunt, scommataque, quibus insurgunt in Græcos, quòd Eunuchos Patriarchas habuerint? Scilicet id ritè factum est, quod nefas haud est, quod magna Synodus I. palam probavit, quod Jura vestra licere contendunt, quod nemo unquam turpe esse constituit: Ut quid ergo id Nobis ad instar probri objicitur, uti piaculum turpissimum exprobratur? Tres Eunuchi CP. Ecclesiæ præfuere: tres inquam, nam ex duobus illis, quos addit (1) Panvinus, Nicetas, qui præesse cœpit anno Christi sexagesimo sexto supra septingentesimum, vi Copronymi invectus, Patriarchæ nomen minimè meretur, alter verò Eustratius, qui præfuit octogesimo primo supra Millesimum, nusquam nisi in Panvino Eunuchus asseritur: id, quod patet tum ex Catalogo (2) Patriarcharum, tùm in (3) Baronio, & confirmatur ex eo, quod ejus apud (4) Canonarcham extat decretum actum in Synodo in eos, qui Latinos imitati barbam tondere cœperant, licèt Clerici. εἴ τις, (5) inquit, κείρει τὸν πώγωνα, καθὼς οἱ Λατῖνοι, ἀφοριζέσθω τοῦ Κλήρου, ὡς καταισχύνων τὸ ἔθος τῆς ἡμετέρας Ἐκκλησίας, καὶ τὸ σέβασιν τῆς ἱερᾶς ὄψεως πρὸς τὸ ἡδυπαθὲς τῶν γυναικῶν, καὶ ἀνήκον ὄνειδος μεταλλάττων. *Si quis tondet mentum, sicut solent Latini, segregetur à Clero, tanquam deturpans morem Ecclesiæ nostræ, & venerabilem Sacri speciem adspectus in voluptarium mulierum, & Eunuchorum opprobrium commutans.* Quæ verba quis credat ab Eunucho profecta conditionem suam veluti turpem damnante? Tres ergo dumtaxat Eunuchos Ecclesia CP. præsules habuit Ignatium, Photium, & Theophylactum, quos certissimum est eviratos sine culpa fuisse. Nam Ignatius vir Sanctissimus castratus narratur unà cum fratre Theo-

(1) *In Chron. ad ann. 766. & 1081.*
(2) *In Jure Græco-Rom. to. 1. l. 4. in fin. pag. 296.*
(3) *Ad an. 1086. n. 18. et ad an. 1089. n. 19.*
(4) *In Exemp. decret. Synodaliû.*
(5) *Synodico de vit. et honest. Cleric.*
(6) *In Chron. ad ann. 847.*
(7) *In Compend. histor. in Leon. Armeno.*
(8) *In Vita S. Ignatii.*
(9) *Ad ann. 813. n. 11.*

Digitized by Google

phylacto per Leonem Armenum, cùm imperium dolosè abstulit Michaeli Curopalatæ, seu Rangabo, cujus nimirum filius fuit Ignatius, non verò Michaelis Trauli, ut scripsit (6) Panvinus, falsus turpiter in re manifesta, de quâ palam eadem, unà cum exilio Michaelis, & filiorum ad Insulam Proten, narrant ex Nostris (7) Cedrenus, & (8) Nicetas, atque ex Latinis (9) Baronius. Theophylactum sine culpâ fuisse castratum, vel potiùs à natura Eunuchum, certissima conjectura ex eo est, quòd patre ejus Romano Lecapeno imperante Solium adSacrum ascendit admodum puer: nec videtur simile vero, filium à Patre castratum, cùm Eunuchi conditio nunquam honos, decusve, aut honesta conditio habita fuerit penes Nos. Id, quod si quis cum (10) Catumsyrito, & (11) Ligure ausit asserere, mentitur, calumniæ reus (12) Ctesiæ, (13) Aristophani, (14) Menandro, (15) Plutarcho, (16) Athenæo, Æneæ (17) Platonico, (18) Aetio, (19) Agathiæ Smyrnæo, Alexandro (20) Tralliano, (21) Apollonio, Dionysio (22) Perihegetæ, ut antiquiores omittam, mox & authoritati Græcorum omnium, quotquot à Christo nato Christiani de republica, & dignitatibus aliquid conscripsere, quos, ante omnes ad id retulit nobilis IC. Thomas (23) Magister, & ex illo Thomas (24) Diplovatacius, unde & Joannes (25) Lascares sæculo Superiore Græciam tutatus est eruditè, eruditissimo Principi Aragonio Cardinali hac super re scribens. Quod attinet ad Photium, eum non aliter Eunuchum factum, quàm ex morbo, constat ex iis, quæ accuratè tradidimus in Testimonio (26) Græciæ Sapientis: id, quod confirmari ex eo potest, quòd illi id vitii, quasi ei suâ ex culpâ obvenisset, objectum fuerit nec ab iis, qui contra eum scripsere Pontificibus Maximis, neque à Patribus Synodi VIII. Ibi enim cùm omnia ejus scelera enumerentur accuratissimè, omnesque notæ, queis ab Infula scelestissimè occupata penitùs arcebatur, producantur in medium sæpe, imò quolibet in Consessu; hæc planè tacetur, non tacenda sanè, si objici potuisset viro nefario. Ex quibus illud evinco, Latinorum quosdam, dum ex ira, & odio passim Græcis maledicunt, se ipsos partim ignorantiæ, partim malignitatis damnare; illudque plerunque agere, ut eos Græci non minori odio palam excipiant, quos certè Latini, sibique, & Ecclesiæ non difficilè conciliarent, si his futilibus, falsisque prorsus ineptiis abstinerent, se, aut à supremis Ecclesiæ Principibus consultò abstinerentur.

III. Verùm de Nobis, quippe jamdudum minimis ob longævam, duramque captivitatem, Prætor non curat. Quapropter passim per fas, nefasque despicimur, damnamur, laceramurque, tantâ ubique licentiâ, ut ex multis, qui nostra ætate scripsit in Græcos multa, falsa, inepta, plena dolique, & mendacii, ac detorta in Græciæ dedecus, qualia mox in Ecclesiam Principem posteritati consignare ausus est, laudem meruerit, nec desit, qui præmia sperat vix votis expetenda, quòd Italicè scribens in Græcos furiosissimè declamavit. Fit adeò, ut Photiani his, & iniquis, & palam mendacibus contumeliis lacessiti, non minori furore respondeant, utque ineptiis ineptias ulciscantur, ea temerè, dementerque reponant, queis refellendis non sine ingenti labore perpetuò insudamus. Ejusmodi est, quod Coressius objicientibus CP. Ecclesiæ Eunuchos his insolenter verbis (1) improperat. Ἀντιτάττουσι δὲ πρὸς ἡμᾶς οἱ Λατῖνοι πολλοὺς τῆς μεγάλης πόλεως ἀρχιερεῖς, κατονειδίζοντες, ὅτι εὐνοῦχοι ἀρχιερεῖς τετυχήκασι γεγονότες· εἴπερ ἂν ἔνι διακρίνεσθαι τὸ ῥηθέν. ἐπ' ἀγαθῷ λιθοβολεῖτέ με· τὸ γὰρ ὑπὲρ ἁγνείας ἐν καλῇ συνειδήσει τέμνειν ἑαυτὸν λατρείας ἕνεκα πρὸς Θεὸν, ἀκαταδίκαστον, τοῦτο Χριστοῦ λέγοντος, καὶ πράξαντος Ὠριγένους, μετὰ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Μεθοδίου, καὶ δὴ κρεῖττον, πορνείας ἄρθρα περιτέμνειν, ἢ κωμάζειν, ὥσπερ οἱ τῶν ἡμετέρων ἐπηρεασταὶ, ἐπὶ γυναῖκας. *Opponunt Nobis Latini multos magnæ Ecclesiæ Pontifices, exprobrantque, quòd Eunuchos Pontifices habuerimus. Quibus sanè respondere licet, quod dictum est: pro bono lapidatis me: nam castitatis gratiâ, in bona conscientia se se mutilare in obsequium Dei, res est, quæ damnari non potest. Hoc Christo docente, hoc perpetrante Origine, cum D. Methodio. Profectò satius est, membra libidinis abscindere, quàm lascivire, ut obtrectatores rerum Nostrarum, erga mulieres.* Hæc Coressius, quibus vir pervulgaris eruditionis, sed summæ temeritatis, dum hostes Gentis nostræ ultum it, seipsum apprimè condemnat, ea docens, quæ falsissima sunt. Neque enim, quod Latinis Antistitibus libidinis crimen affingit, usquam probari potest. Si de Priscis quibusdam loquitur: fuere Temporum vitia, quæ certè non minora in Nostris posset Græca ipsa historia proferre: & cæteroqui non pudet Ecclesiam criminum, quæ damnantur, cùm fiunt, sæpe etiam castigantur. Quòd si de recentioribus Episcopis sermo sit, postque Synodum Tridentinam, qua sacrarum dignitas Rerum regulę suæ restituta est, Deum illum testor, quo coram de me judicabitur, me his duodetriginta, quibus Italiam pervagor, annis, quamvis, ut exteris mos est, omnia milvinis oculis circumspexerim, mecumque ipse cum animo meo Latinarum rerum censuram egerim, nihil deprehendisse in Latinis Episcopis, quod libidinis speciem præseferret. Ut, ut probare, ac laudare omnia nequiverim: παραπτώματα γὰρ τίς συνήσει; *delicta (2) enim quis intelliget?* καὶ ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν, καὶ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν, *& si (3) dixerimus, peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Ipsę enim, & quidem ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης πᾶσα ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν, καὶ ἐξερρύημεν ὡς φύλλα, διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. οὕτως ἄνεμος οἴσει ἡμᾶς. *universæ (4) justitiæ nostræ, quasi pannus menstruatæ, & cecidimus quasi folium universi, & iniquitates nostræ abstulerunt nos:* tamen, quod pertinet ad castitatem, tanta in sacerrimis Infulis ubique conspicitur, ut ne suspicio quidem latentis lasciviæ bene morato animo suboriri queat. Quid? Ea vitæ intaminatæ ratio Latinos Episcopos nostro hoc ævo coram, palamque condecorat, ut nobis nempe videntibus multi Aras, ac Templa, solemnemque Virtutis dudum beatæ dedicationem meruerint. Ut Transmontanos omittam, nec verbo Italos illos attingam, qui tamen hoc ipso sæculo, præsertimque tunc floruere, cùm Coressius nugas, ac phaleras Græciæ venditabat, Franciscum Salesium

Gene-

(10) *In Palinod. c. 7.*
(11) *De Hæresibus lib. 2.*
(12) *In fragm. apud Jodoc. Keller de Excell. Art. Med. l. 2.*
(13) *Apud antiq. Scholiast. Homer. Iliad. 1.*
(14) *Penes Philopon. in somm. de Causis.*
(15) *Apud Sambuc. in not. ad Eutropiũ Claudiani.*
(16) *In libell. de nomin. Composit.*
(17) *In dial. Eunuchus.*
(18) *In eadem dictione.*
(19) *De Passion. Nomin. de Circũflexis.*
(20) *Carmine cõtra Tyrãnos.*
(21) *De Moribus Persarũ.*
(22) *De Dignit. Var. Gẽt.*
(23) *De dignitat. Roman.*
(24) *In jure Græco ad Novell. 131.*
(25) *De honoribus Græcorũ.*
(26) *In Photio.*

(1) *Resp. cõtr. Clypeum Fidei, 39.*
(2) *Psal. 18. v. 13.*
(3) *In Ep. Joann. 1. c. 1. n. 8.*
(4) *Isaiæ. c. 64. n. 6.*

Genevensem Episcopum, Robertum Bellarminum Cardinalem Archiepiscopum Capuanum, Cardinalem itidem Carolum Borromæum Mediolanensem Antistitem, aliosque plurimos robustæ Virginitatis Heroas, qui divino candore Sacras Infulas honestarunt; his novissimis annis quid sanctimoniæ, quid innocentiæ contulerit Salviatus Aretinus Episcopus notum est, quemadmodum notissimum, quanta virtute, quantisque castissimæ vitæ documentis Ecclesiam ornet Strozzius Pistoriensis Episcopus: quos, aliosque sexcentos in Italia integerrimæ Præsules Vitæ quando Græcia nostra longiùs dissita ad evincendam mendacitatem Coressii per se ipsa sibi nequit proponere, licebit hoc ipsum, quod dicimus, productis ex hac felicissima Venetorum Ditione Præsulum exemplis Latinorum, affatim comprobare, quò convictum mendacitatis manifestissimæ Coressium pudeat insaniæ suæ.

IV. Purpuratos Principes quatuor ex Veneta Gente contemplentur Nostri. Bonis omnibus cedo, quæ pauca sunt, necessaria tamen non aliunde victuro, famamque, ac Veritatis existimationem ingenuæ, quam hactenus tot laboribus meis penes Nostros nactus sum, nullam mihi volo, si quid non pium, non castum, non illibatum in Summatibus viris adspicient. Nam quid Delphino Principe, eodemq; Aquilejensi Patriarcha castius? Is est, qui inter paucos Italorum Musas Helicone deductas non sivit amoribus delirare, sed ad grandes cothurnos coactas, aut Heroum addixit laudibus, aut Sacris elegantissimè decantandis aptavit. Eadem Gregorio Barbadico Cardinali amplissimo Episcopo Patavino ex innocentiâ laus, eaque sanctimoniæ fama, ut Carolo Borromæo comparari olim meruerit, meritura mox etiam cum Sanctissimis Pontificibus comparationem, ni fatum Græciæ aliò Tiaram transtulerit. Jam Colloredus unâ Pietatis, virtutisque Sacerrimæ ope ad Purpuram nisus, quantis exemplis castitatem purissimam inter Aulæ blandientis illecebras auget? Nobilissima Carnos inter familia natus prædivitissimo patrimonio paupertatem amavit, adscitusque inter Nerianos Presbyteros tanta Romæ cum luce refulsit, ut è privata conditione, non propter Nobilitatem, non propter Sapientiam, queis quidlibet merebatur, unam tantùm conspicuæ Virtutis ob causam ad Purpuram raptus sit, quam scilicet iis moribus ornat, ea Virtutis existimatione palam honestat, ut non ille Purpuræ, illi Purpura debeat, quod toti Terrarum Orbi venerabilis sit: Teque, ò Græcia, felicem, si is aliquando per se ipse possit, quod nempe Tibi desiderat, votisque, ac patrocinio tibi pius, ut potest, adproperat. Sed hos omnes conspicuos omnibus Præsules, ut ignorent Græci, an ignorabunt ex Barbadicis Purpuratis alterum? Præfuit ille Corcyræis Sacris, Græciaq; in ipsa Sanctimoniæ suæ documenta publica dedit. Ut, ut Photiani malignè omnia Latinorum gesta, ut mos Impietatis, interpretentur, in hoc uno nihil habuere damnandum. Quanta in viro Principe generosæ mentis, quàmque Christiana demissio! Quanta in recens infulato, quàmque constans religio! Quanta in censu mediocri, & quàm larga benignitas! Quanta denique in viro deliciis assueto Castitas morum, vitæ Innocentia! Scilicet hi sunt Latinorum Antistites, è quibus licèt perpaucis (quis enim omnes singillatim percurrat?) Fas erit ad cæteros argumentum deducere. Non enim his, quos hactenus nominavimus, minores appelles eos, qui Venetæ Reipublicæ, quà latè frequentissimis Urbibus porrigitur, Sacra procurant. Quis enim ex Nostris Regiam Adriæ hospes ingressus, post adoratam publicæ Majestatem Felicitatis, regalemque in Principum Plebe modestiam, ubi animum ad Sacra convertit, non statim castissimam vitæ, ac morum integritatem in Baduario Patriarcha, in Brixianorum Antistite Gradonico, in Tarvisinæ Præsule Urbis Sanuto, in utroque Justiniano Bergomi Altero, Altero Altini Episcopo; in cæteris omnibus, qui Patricium Sanguinem vittis ornant & Infulis, admirabitur? Nec minores, qui nobili licèt, non tamen Patriciâ gente creati religiosam, & ab omni labe remotam mundiciem colunt Episcopi. Hi nimirum subjectorum Sacris Populorum præpositi Latinæ castitatem Ecclesiæ Histrisque, & Illyriis, Dalmatisque latè demonstrant, tantâ ubique Virtutis intemeratæ constantiâ, ut eam profugi Parentium Cretenses in ejus Urbis Antistite Adelasio comitate ingenuâ, & nobili benignitate spectabilem magis venerabundi testentur, eandemque reduces triumphalibus Venetorum armis à pristina servitute Macedones, ac Triballi in Cosmo Archiepiscopo Spalatensi junctam Sapientiæ, atque immensæ eruditioni barbaris superciliis admirentur, amentque. Nimirum hæc Latinorum Episcoporum castitas est, quam Nostri vident, Nostri laudant, Nostri probant, communique Suffragio Coressii calumniam detestantur, tantò iniquiorem, quantò manifestiùs id culpæ Latinis Episcopis affingit, à qua longissimè peregrinantur, non quidem ad normam absolutissimæ Sanctitatis (nefas id enim inter homines, atque in hac senectute sæculorum) universim compositi, verùm planè castissimi, iique, qui majore gloriâ se se moribus, omnique continentiâ Eunuchos probant, quàm, quos jactat ineptè Coressius.

V. Neque enim unquam licuit se ipsum castrare, aut castrandum permittere: quin imò siquis, quâcunque ex causâ, se ipsum mutilavit, quive suâ culpâ per alios abscissus, consectusve est, Sacris omnibus abstinetur, quod imprimis ex Apostolorum (1) Canonibus certum est, quorum decreta confirmat Nicæna (2) Synodus I. consentiente palam Jure (3) Latino, cui præit (4) Augustinus, quem nempe pleno sequuntur agmine Latinorum præcipui Jo. (5) Andreas, (6) Hostiensis, (7) Villadiego, Jo. (8) Bernardus Calagurriensis Episcopus, aliique, quorum Suffragium Græcis commune est duce Athanasio, quem ad id refert Lazarus (9) Monachus Sinaites his verbis: ἐξ ὧν φανερόν ἐστιν, ὅτι ὁποιονοῦν τμῆμα τοῦ σώματος ἐθελοντὶ γεγονὸς μέγα τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ δοκεῖ πλημμέλημα, καὶ τοὺς μὲν ἱερεῖς τῆς λειτουργίας παύσασθαι προστάττει, καὶ τῆς χειροτονίας τοὺς κλῆρον ἐπιθυμοῦντας βιαίως ἀπείργει. *Ex quibus constat, quancunque mutilationem corporis sponte factam magnum ab Ecclesia Dei crimen haberi, quod & sacerdotes à ministerio cessare jubet, & ab Ordinatione eos, qui in Clerum cooptari cupiunt, violenter repellit.* Ad-

dit

(1) *Can. 22.*
(2) *Can. 1.*
(3) *C. Panisentes. .. si quis abscinderis c. qui partē 55. dist. c. ex parte. ca. significasti de corpore vitiat.*
(4) *Lib. de dogmat. Eccles. c. 72. refert. in c. maritum 33. dist.*
(5) *In d. c. ex parte.*
(6) *In d. c. ex parte.*
(7) *De Irregul. ca. de corp.*

Digitized by Google

dit post Harmenopulum Joannes (10) Abbas S. Anastasiæ, non nisi à Synodo posse cognosci causam mutilationis, ut nimirum qui exectus est, non nisi coram Synodo, se exectum vi, invitumve probet, sive causa morbi, sive barbarorum injuriâ. Τὰς δὲ ἐκτομίας, καὶ χλαδίας, καὶ ἁπλῶς τοὺς λεγομένους εὐνούχους ἐν τοῖς περὶ τὴν χειροτονίαν, εἰ ἐκ τῆς τομῆς ἀπείργονται, ἢ οὐχί, ἡ σύνοδος κρίνει, νομοθετήσαντος τοῦτο τοῦ Ξιφιλίνου τοῦ πρὸ ἡμῶν πατριαρχήσαντος, κατεπεδωμένον ταῦτα τῶν ἔπειτα, καὶ καθ' ἡμᾶς, ἁγίων συνόδων. *Mutilati, evirati que, & qui vulgò eunuchi vocantur, an ex abscissione ab Ordinibus arceantur, nec ne, Synodus judicat; Lege hac super re constituta per Xiphilinum ante nos Patriarcham, & confirmata deinceps nostra tempestate à Sanctis Synodis*. Decretum porro Xiphilini Georgii, qui prope ultimus ante captam à Latinis Constantinopolim sub Isaacio Angelo sacris Græcorum præfectus est, extat penes (11) Canonarcham his brevissimis verbis expositum. τὸν εὐνοῦχον, εἰ τῆς τομῆς ἕνεκεν ἀνάξιος, ἡ σύνοδος μόνη κρινέτω, κατὰ τὸν κβ'. κανόνα τῶν ἱερῶν Ἀποστόλων, καὶ τὸν α'. τῆς πρώτης συνόδου. *Eunuchum, si ex mutilatione indignus Sacerdotio sit, Synodus judicet una, juxta XXII. Canonem Apostolorum, & primum primæ Synodi*. Neque id antiquiores tantum Græci, ac Photiani, sed & recentiorum caterva indubitatum constituit. Arethas (12) Naxius in Sylloge Canonum, quam accuratiùs contexuit jussu Antonii IV. Patriarchæ καὶ τούτων μὲν, inquit οἱ θεοφόροι πατέρες διαιροῦσι περὶ τῶν εὐνούχων νομοθετοῦντες, καὶ τοὺς μὲν βίᾳ βαρβάρων τμηθέντας, ἢ διὰ νόσον, ἤ τι γ' ἄλλο ἀνεπίληπτον, ἀξίους τοῖς ἱεροῖς φασι. τοὐναντίον δὲ τοὺς ἐκτομίας γενομένους ἑκουσίως ὁπωσοῦν ἕνεκεν· ὃ βεβαίως ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία τηροῦσα διετέλεσε, καὶ διατελεῖ. *Et hæc sanè divini Patres distingunt circa Eunuchos decernentes, & illos quidem, qui vi barbarorum, vel morbi causa, sine culpa secti sunt, idoneos dicunt Sacris recipiendis, contrà castratos sponte quacunque ex causa. Quod sanctè Orientalis Ecclesia custodivit hactenus, atque custodit*. At Callistus (13) Sguropulus in Meditatione pereruditа, quam scripsit, dicavitque Euthymio II. Patriarchæ, eleganter insectatus Palamæ dogmata, ubi, quę ad Theoresim Theologicam pertinebant, robustissimis argumentis penitùs profligavit, aggressus, quæ circa mores, primùm illud Palamitarum dogma uti pestilens, Ecclesiæque moribus absonum damnat, quo scilicet histriones castimoniæ severioris minimè verebantur asserere, absolutissimam vitæ rationem inituros eos, qui se se propter Regnum Cælorum castrassent. Καὶ τοῦτο δὲ ἐν τῶν κατεδικασθέντων ἐν τῷ πάλαι Ὠριγένει τὸ κεφάλαιόν ἐστι δόγμα, ὅτι αὐτὸς ἀπέκοψε τὰ γεννητικά, νομίσας εὐσέβειαν τὴν ἀνομίαν, καὶ Θεοῦ λατρείαν ἡγησάμενος τὸ ἀπεῖργον τῆς λατρείας Θεοῦ. βομβεῖ γὰρ ἡ ἐκκλησία, καταμαρτυροῦσι κανόνες, καὶ σύνοδοι καταψηφίζονται τῶν ἐθελοντὶ ἐκτομιῶν, ὥστε ἐξωθεῖσθαι γοῦν αὐτοὺς πάσης χειροτονίας, ἵνα ἄθικτοι ταῖς ἱεραῖς χερσὶν ἐκεῖνοι ὦσιν, οἱ τὰς ἀνόμους ἑαυτοῖς χεῖρας ἐπιθεῖναι ἢ δοκιμάσαντες, ἢ τολμήσαντες. *Et hoc sanè capitale est ea inter dogmata, quæ damnata sunt in antiquo Origene, cùm sibi genitalia execuit, ratus pietatem esse id, quod erat impietas, & obsequium Dei arbitratus, quod ab obsequio Dei palam repellit*. Reboat enim Ecclesia, *Canones testimonium ferunt, sententiam Synodi dicunt in eos, qui sponte se castrant, ut à quacunque impositione manuum repellantur, & intacti sint Sacris manibus, qui manus impias vel sibi inferri passi, vel inferre ausi sunt*.

viriat: tol.2.

(8) In prax. crimin. c.79.

(9) In tract. de legib. c.9.

(10) Ad Canon. I. Nicæn.

(11) De vi Canonum Schol. 1. ad Canon. Nicæn.

(12) In Can. Nicæn. init. ap. Canonarcham, ubi supr.

(13) Refert Canonarcha ubi supr.

VI. Hæc, quæ Græca sunt, sed planè Latinis consona, Coressii stupidam ignorantiam damnant, ausi nobis ad exemplum damnati prorsus facinoris Origenem objicere, cujus etiam ad id meminit (1) Glossa, qua duce falsius Coressius Eusebii (2) Cæsariensis in Origenem laudes SS. Patrum gravissimis sententiis prætulit; nec veritus est id fas asserere, quod Lex omnis nefas esse constituit, quemadmodum constat ex traditis ab (3) Epiphanio, à Justino (4) Martyre, ab (5) Athanasio, & (6) Socrate, & (7) Sozomeno, quorum authoritate certissimum est, nullâ ex causâ etiam castitatis licuisse unquam, aut licere, aut fore unquam, ut liceat, etiam religionis gratiâ, sibi ipsi manus violentas inferre, sive ad cædem, sive ad diminutionem membrorum. Cujus ea ratio potissima est, quòd vitæ, membrorumque suorum nemo dominus est, neque in ea liberum habet arbitrium, ut vel vitam pretio vendat, vel membrorum jacturam pecuniâ commutet, ut acutè cùm IC. (8) probat Alexander (9) III. Pontifex Maximus. Quare nec se spontè occidere, aut mutilare ex ullâ causâ poterit, ut palam conficitur ex traditis accuratissimè per (10) Augustinum, cujus effata referuntur (11) in Jure, unde eadem planè philosophatur eruditissimè, (12) D. Thomas, quo nimirum authore manifestissimum est, eum, qui se se occidit, aut mutilat, contra Justitiam facere, injuriumque palam esse Reipublicæ, cujus est ipse homo. Extant validissima hac de re verba Josephi cujusdam penes (13) Hegesippum, faciuntque, quæ scribit (14) Covarruvias latè, & latissimè (15) Tiraquellus. Hinc (16) Aristoteles robustissimè comprobat, mortem sibi consciscere ad fugiendam paupertatem, vel mœrorem, aliudve hujus generis, non fortis esse hominis, sed potiùs timidi, planèque mollis, quod post Aristotelem (frustra reclamantibus cum (17) Martiale Poetis, & cum Lipsio (18) Stoicis, ac nequicquam idipsum inficiantibus viris quibusdam, quorum ingens apud stupidos posteros fama ex illatâ sibi per vim morte, qualem sibi intulere post Pomponium (19) Atticum, Uticensem (20) Catonem, & (21) M. Brutum, (22) Otho, & (23) Adrianus) apertè probavere (24) Jurisconsulti, ante quos idem summatim confirmavere sapientissimi quique. Nam Plotius, penes (25) Tacitum, majore censuit animo tolerari adversa, quàm relinqui: Fortes, & strenuos etiam contra fortunam insistere Spei, timidos, & ignavos ad desperationem formidine properare: Et (26) Florus, *magnæ*, ait, *indolis est sperare semper*: cui haud absimilia Cæsar (27) reddidit, cùm ita constituit: *animi est ista mollicies, non virtus, inopiam paulisper ferre non posse: qui se morti ultro offerant, faciliùs reperiuntur, quàm qui dolorem patienter ferant*, & Nabarzanes penes (28) Curtium: *Fortium*, inquit, *virorum est, magis mortem contemnere, quàm odisse vitam: sæpe tædio laboris ad vilitatem sui compelluntur ignavi*: Quare & Pom-

(1) In d. c. significasti.

(2) In Chron. & hist. l.6. c.7. et in Apolog. pro Origen.

(3) Hæres. 58. & 64.

(4) Orat. ad Anton. Piũ.

(5) Ep. ad Solitar. ubi de Leõtio.

(6) Hist. l.2. c.21.

(7) Hist. l.2. c.24.

(8) In L. liber homo ff. ad l. Aquil.

(9) C. contingit. 1. de sent. excom.

(10) Lib. 1. de Civit. Dei c. 2.

(11) In c. si non licet. 23. q.5.

(12) 2. 2. qu. 64. ar. 5.

(13) Lib. 3. de Excid. Jerosolym. ca. 17.

(14) l. 1. Variar. c. 2. n. 8. & l.2. c.1. n. 13. & in Clem. si furiosus init. p. 1. sub nu. 6. de homic.

(15) De Nobilit. c. 31. nu. 475. & 520.

(16) Lib. 3. Ethic. c. 7.

(17) Lib. 6. Epigr. 22.

(18) In Notis ad Tacitum hist. lib. 2. ad pag. 477.

(19) Cornel. Nepos in vita Attici.

Digitized by Google

Pompeius penes (29) Lucanum.

——————————*Fortissimus ille est,*
Qui promptus metuenda pati, si cominus instent,
Et differre potest,

Et virgo Antigone ad OEdipodem patrem penes (30) Tragœdum

Non est, ut putas, virtus, pater,
Timere vitam: sed malis ingentibus
Obstare, nec se vertere, ac retro dare.

Exquibus facilè ad rem nostram detortis colliges, non esse casti animi illum, qui, ne à libidine superetur, sibi virilitatem detruncat. Unde mox universim conficitur, nefas esse, sibi quenquam violentas manus injicere, neque id fieri posse sine noxà plerunque lethali, licèt religionis prætextu fiat; cùm scilicet gravis, & supina ignorantia sit, si quis existimet, se iis actibus obsequium præstare Deo, queis Leges ipsius, ac præcepta transgreditur. Jam si universim certissimum est, non licere, nec licuisse unquam, vim sibi ipsi inferre, sequitur idipsum certissimum esse in re hac, qua de agimus, ut nimirum nullo pacto liceat, sibi virilitatem abscindere, aut abscindendam sponte permittere. Scilicet id omni jure gravissimum habetur ex eo, quòd vel Leges (31) Civiles, quæ multa crimina patiuntur, quibusdam etiam authoritatem impendunt, ut alibi ostendimus, homicidii pœna censeant puniendum eum, qui se ipsum castraverit. Eadem pœna (32) plectitur, qui se castrandum præbuerit, aut consensum præstiterit castrationi suæ. Quo fit, ut actus adeò reprobatus, passimque vel à Jure civili damnatus, licere nequeat causâ castitatis, religionisve. Quod etiam ex Jure nostro confirmatur decretis (33) Apostolorum palam affirmantibus, sui ipsius homicidam esse, qui se ipsum absciderit, eà scilicet ratione, quà maximum mortis periculum imminet ex eo vulnere. Id quod & Justinianus (34) asseruit, cujus verba serio considerans Daniel Archiepiscopus (35) Nicænus ὁ ἀγαπῶν, inquit, Τὸν κίνδυνον, ἐν αὐτῷ ἀπολεῖται κατὰ τὸν σοφόν. Διὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τιμωρεῖται ὁ ἑαυτὸν εἰς κίνδυνον ἐμβαλών, καθάπερ καὶ ὁ τοῦ κινδύνου αἴτιος. Οὐδὲν οὖν θαυμαστόν, εἰ ὁ βασιλεὺς θανάτῳ καταδικάζει, καὶ δίκην ἀνδροφόνων τιμωρεῖ τοὺς ἑαυτούς, ἢ ἑτέρους ἐκτέμνοντας, τῆς ζωῆς γὰρ κινδυνεύουσι παντελῶς οἱ ἐκτεμνόμενοι, καθὰ καὶ ἡ νεαρὰ αὕτη μαρτυρεῖ. *Qui amat periculum, peribit in eo juxta Sapientem. Quare eâdem afficitur pœnâ, qui sponte periculum subit, ac qui periculi causa est. Nil igitur mirum, si Imperator morti adjudicat, & ut homicidas punit eos, qui se, vel alium execuere: nam verè periculum maximum eunuchis imminet, ut & Novella hæc palam testatur.*

VII. Addo, eviratum ejusmodi ad veram, & propriam castitatem minimè pertinere. Quin etiam & si ejus causâ id fiat, improbandum est authoritate Arelatensis (1) Concilii II. quod sub Silvestro I. actum (2) dicitur, vel sub (3) Siricio, meliùs sub Leone I. ut Cabassutius (4) notat accuratissimè: ibi enim ut ignavi, nescientesque libidinis impetum compescere reprehenduntur, qui se ipsos abscindunt. Imo & ipsa Divina Veritas, cujus ex (5) Euangelio verba illa solemnia, queis Eunuchos probare videtur, qui se ipsos castraverunt propter regnum Cœlorum, contulit ad

(29) Plutar. i Caton. Utic. in fin.
(21) Idem i M. Bruto in fin.
(22) Suet. in Othon. & Tacit. hist. lib. 2. pag. mihi 398.
(23) Dio. & Spartianus in Adriano.
(24) In l. rei §. sic autē distinguendum ff. de bon. eor. qui sibi mort. consciv. l. si quis filio §. ejus ff. de inoff.
(25) Lib. 2. hist. in med. pag. mihi 396.
(26) Lib. 4. c. 8.
(27) Lib. 7.
(28) Lib. 5. de gest. Alex. Mag. post med.
(29) Pharsal. lib. 7. sub init.
(30) In Thebaid. act. 1. post med.
(31) L. 3. §. qui hominem, & l. 4. §. idē divus ff. de Sicar. l. 1. & 2. Cod. de Eunuch.
(32) d. l. 4. ad fin.
(33) d. Canon. 22.
(34) Novell. cōst. 141. alias 142.
(35) In Comm. ad Novel. d. Novel. 142. in fin.

(1) Can. 7. refertur in ca. hi, qui se 55. dist.
(2) A Carran.

stoliditatis suæ tutelam Coressius, in eum sensum accipienda est, ut eviratio, de qua sapientissimè loquitur, metaphoricè sonet, non propriè: illisque damnentur, qui reipsa se castrant, ut criminosi, quando laudantur, qui integra virilitate, omni se se usu libidinis abstinent etiam concessæ. Est enim ille locus de iis intelligendus, qui pio proposito ab uxore ducenda se continent. Quare, quos Veritas laudat, Eunuchi, non hi sunt, qui natura molles, aut reipsa spadones, exectique ab hominibus, nec ii, qui amputatis virilibus se sponte castrarunt. Scilicet hi eo plerunque proposito sunt, ut, si possent, conjuges haberent: Sed hi, qui seipsos castraverunt propter Regnum Cœlorum, concepto nimirum Castitatis amore, ut eleganter, & ingeniosè explicarunt maximi Doctores Ecclesiæ (6) Augustinus Latinæ, Nostræ Magnus (7) Basilius, cujus sensa si legisset, aut lecta percepisset vir doctus Coressius, qui aliena Commentaria uti sua publicè nundinatus in Græcia, apud ignorantissimam Photianorum plebeculam laudem, nomenque Philosophi, atque Theologi meruit, profectò non adeò inficetè dicta Latinorum quorundam in Gentem nostram planè dementia ultus esset. Ea ut stoliditatem Coressii evincant, latinè sic reddo, Græcis nostris in proprio, quo scripta sunt idiomate, legenda, loco laudato. *Sunt enim*, inquit, *Eunuchi, qui ex utero matris sic nati sunt, quia naturæ prærogativâ, eo, quod ad coitum irritat, execti, nuptias contemnunt. Et sunt eunuchi, qui Eunuchi facti sunt ab hominibus per doctrinam, & observantiam virginitatem exercere persuasi. Quemadmodum sanè & Virgo, quæ à Patre servatur, de quo dictum est: qui verò decrevit in corde suo, ut servet Virginem suam: bene facit. Et sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter Regnum Cœlorum, qui etiam præstantiores aliis existunt, propterea, quòd nec in Natura viaticum, & occasionem ad temperantiam habentes, in totum verò de Regno cum gladiatorio sudore pendentes. Nam qui ex utero Matris Eunuchus est, natura castus existens, nullū proprium opus in Virginitatis pulchritudine ostendere potest. Naturæ, veluti dixi, prærogativâ, non affectu Virginitatis nuptias aversatus, quemadmodum sanè & qui ab hominibus Eunuchus factus est, observatione virginitatem exercere coactus, non proprium rectè factum ipsam Virginitatis integritatem ostendit, sed eorum, qui ipsum custodiunt, ac servant. Qui verò se ipsum castravit, præcipuum opus per continentiam, & ad omnia exercitationem Virginitatis pulchritudinem faciens, propriis, non alienis virtutibus ob regnum se jactat.* Hæc Basilius, qui mox Euangelicam castrationem mysticam esse asseverans: *Qui verò*, ait, *non intellexerunt hoc, ut sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter Regnum Cœlorum, absurdè se ipsos mutilarunt, ipso facto petulantiam suam eminus accusantes: qui enim carnalis amoris instrumentum, ut ne, dum præsens est, operetur, abjecerunt, manifestos se ipsos faciunt, quòd gliscunt quidem ad coitum, verùm, cùm se ipsos exarmarunt, non quòd non velint, sed quòd non possint, Virginitatem agunt. At Divina lex non actionem, sed cogitationem judicat.*

VIII. Hæc

in Sum. Concil. ad Arelat. II.
(3) A Binio in Collect. Concil. ad Arelat. II.
(4) In Not. Concil. et Canonum. ad Cōcil. Arelat. II.
(5) Mat. c. 19. n. 12.
(6) Lib. unic. de S. Virginit. c. 23. & 24.
(7) Lib. unic. de Virginit.

Digitized by

VIII. Hæc tanti Magistri verba ostendunt apprimè, nec Lege naturali, nec divina unquam licuisse, etiam castitatis causâ se se mutilare: Quare justissimè Jure utriusque Ecclesiæ, qui se se eo pacto mutilant, & in corpus suum violenti sæviunt, ab Ordinibus repelluntur. Et alioqui jactura virilitatis vel apud Ethnicos turpis est habita. Tradit enim Valerius (1) Maximus, à Mamerco Æmilio Consule Genutium quendam hæreditatis possessionem ex testamento petentem rejectum, negatamque ei mox & possessionem bonorum secundum tabulas, quod ipse Genutius, ut Gallus esset Matris Magnæ, amputatis sui ipsius sponte genitalibus corporis partibus, neque virorum, neque mulierum numero haberi deberet. Tacitus (2) etiam, Eunuchos solis barbaris non despectos affirmat: cùm contra penes bene moratos populos, ac præsertim penes Romanos viles, infamesque fuisse, abundè, plerisque omissis, neglectisque innuant versus (3) Petronii.

Persarum ritu, male pubescentibus annis
Eripuere viros, exectaque viscera ferro
In Venerem fregere.

Quod ante Petronium palam inhonestum asseruit (4) Horatius probrosis epithetis Cleopatræ contubernales Eunuchos aggressus: ut hinc pateat, quàm alienum sit à decore, ac dignitate Ecclesiæ, si Sacris Ordinibus hi homines decorentur. Certè olim (5) Moyses jussit, Eunuchum, & eum, cui execta sunt virilia, non ingredi Ecclesiam: οὐκ εἰσελεύσεται θλαδίας, καὶ ἀποκεκομμένος εἰς ἐκκλησίαν κυρίου: quasi hic, ut interpretatur Clemens (6) Alexandrinus moribus impius censeretur, divina quippe virtute, ac genitali privatus. Adde, & quæ ad id scribit (7) Philo, quibus consonat & Mos Ecclesiæ, narrante (8) Socrate, & ex hoc (9) Cassiodoro, Ammonium monachum in Episcopum lectum, ut id muneris recusaret, à corporis deformitate sibi suppetias quæsivisse, abscissâ nimirum sibi auriculâ dexterâ, quod efficacius in re nostra confirmat publica in Nicæna I. Synodo Leontii damnatio, de qua (10) Athanasius, (11) Socrates, (12) Theodoretus, & ex his (13) Baronius.

(1) *Lib. 7. c. 7.*
(2) *Annal. lib. 6.*
(3) *In Satyricis.*
(4) *Ode 37. lib. 1. Carm.*
(5) *Deuteron. ca. 23. n. 1.*
(6) *In adhortatorio ad Gentes.*
(7) *Lib. de Migrat. Abrahã.*
(8) *Lib. 4. hist. c. 23.*
(9) *In Tripart. lib. 4. c. 1.*
(10) *In Apolog. de fuga sua.*
(11) *Lib. 2. hist. c. 21.*
(12) *Lib. 2. c. 24.*
(13) *Ad ann. 325. n. 146. & seqq.*

IX. Hæc supersint ad refellenda deliramenta Coressii, quæ ad ultionem eorum, qui Nostra vituperant, pessimus adducit Græciæ defensor, cujus nimirum gloria unâ Veritate stat, nec ad sui patrocinium unquam adscivit ineptias, atque mendacia: Quale profectò jure, ac meritò dixeris illud, quo Coressius famam Methodii Sanctissimi Patriarchæ iniquissimè lædit, ausus illum Eunuchis succenturiare, cùm omnis historia eum promississimæ barbæ senem describat, idque testetur ejus antiquissima Icon in Menologio Basilii, quemadmodum refert post (1) Margunium (2) Canonarcha, apud quem (3) Theophanes Homologetes, prodigii loco habitum fuisse, narrat, quòd, cùm jussu scelestissimi Theophili Cæsaris Methodii facies contusa fuisset, plurimisque cicatricibus deformata, nusquam tamen læsa barba Majestatem sacerrimi oris minuisset. Non igitur Eunuchus Methodius tanta, pro Religione Orthodoxâ, spectante, atque admirante Græciâ, passus. Illud verissimum est, quod Coressio locum aperuit, in quo contra Methodium mentiretur: Nimirum, Methodium fassum coram judicibus debilitatæ, impotisque virilitatis se esse: id, quod multis narrant Historici (4) nostri, & ex illis (5) Baronius. Nam cùm Joannes Pseudo-Patriarcha Iconoclasta cujus deturbati in locum ritè suffectus fuerat Methodius, unà cum Arsabero Patricio fratre, pecuniâ mulierculam ad calumniam pellexissent, illaque sacrilegi concubitus secum initi Methodium accusasset, accersitus vir innocens, & pudicus, ne quid ex calumniâ damni fides caperet Orthodoxa, Veritati postposuit verecundiam, diductisque coram Judice vestibus, virilitatem arefactam, prodigioque divinitus enervem ostendit: Asseruit enim, assertisque præstita fides, se, cùm Legatus Nicephori Patriarchæ Romæ libidine vehementiùs quateretur, precibus ab Apostolorum Principe obtinuisse, ne diutiùs fœdi criminis illecebris tentaretur, cui dormienti visum Petrum Apostolum tacta genitalia protinus adussisse, tantâ non vani somnii Veritate, ut experrectus, non sine dolore, mox ea membra inepta penitùs Veneri semper habuerit. Adeò falsum est, Eunuchum fuisse Methodium, adeòque verum, nullam Coressio præstandam fidem, si, quando sibi, dictisque suis patrocinium ab Historia petit, quæ scilicet, uti ante docuimus, communi Ecclesiæ utriusque Suffragio favens rejectos docet semper à Sacris eos, quorum sponte secta virilitas.

(1) *Ad Metaphrastem in Methodio.*
(2) *In Catologo Sãctorum in Methodio.*
(3) *Ex Epist. ad Theodori fratrum.*
(4) *Curopalates, Glycas & alii.*
(5) *Ad ann. 843. n. 1. & seqq.*

SECTIO IV.

DE APELLIS

Qua occasione proponitur, & resolvitur Quæstio de Azymis.

SUMMARIUM.

I. *Margunii sententia contra Apellas quò collimet. Enumerantur Photiani, qui contra Azyma scripsere.*
II. *Constituitur, Christum in Azymo consecrasse, esse probabilissimum.*
III. *Christum consecrasse XIV. die Lunæ ex Patrum nostrorum Sententia.*
A Christo Legem impletam eorundem authoritate probatur.
IV. *Proponitur Coressii responsio circa XIV. diem Lunæ.*
V. *Ea refellitur latè.*
VI. *Ex illa responsione colligi, à Christo legem non fuisse impletam.*
VII. *Pascha non potuisse in Azymis celebrari à Christo XIII. die Lunæ. Proponitur difficultas Coressii.*
VIII. *Respondetur difficultati, eaq; perpenditur.*
IX. *Responsio nostra confirmatur authoritate Chrysostomi, cujus loca explicantur.*
X. *Si Christus celebravit XIV. in Azymo celebravit, & concluditur pro Azymis.*
XI. *Proponuntur ineptiæ aliquot Severi Philadelphiensis Metropolitæ.*
XII. *Respondetur primæ, explicaturque Figura Christi à Melchisedech petita.*
XIII. *Ante Moysen Azyma in usu fuisse.*
XIV. *Respondetur difficultati petitæ à panibus Propositionis.*

XV. *Osten-*

Digitized by Google

XV. *Ostenditur, panis simpliciter nomine etiam Azyma contineri.*

XVI. *Concluditur contra Severum, colligiturque, à Græco negari non posse, Eucharistiam confici ritè in Azymo.*

I. IIs, qui mutilati sunt, & Eunuchis, quos ab Ordinibus eo, quo dictum est, modo, rejecimus, addunt ex Nostris aliqui Circumcisos, & Apellas, in quos, qui Eunuchos à Re sacra non abigit, Margunius (1) adeò severus est, ut eos, tametsi inviti probrum hoc fuerint passi, prorsus ineptos Ordinibus autumet: περὶ δὲ τῶν πεπονθότων περιτομήν τινα οἱ θεῖοι κανόνες νομοθετοῦσι, μὴ χειροτονεῖν αὐτοὺς, ἀγκαλὰ καὶ τὸ ἀπάθωσι ταύτην τὴν αἰσχύνην ἑκόντες. *De iis autem, qui circumcisionem passi sunt, Divini Canones statuunt, ne illis manus imponantur, quamvis hoc probrum passi sint inviti*. Mirabere fortassis in homine indignis etiam sæpe clementissimo tantam severitatem, sed, si additam severæ sententiæ rationem consideres, agnosces, non gratis virum mitissimum esse repentè crudelem. Τότε δὲ, (2) ait, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἡ νύμφη τοῦ Χριστοῦ ἡ ἄμωμος σφραγῖδι ἑβραϊκῇ κατεσφραγισμένον ὑπηρέτην, καὶ ὅλως διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἡ ἐκκλησία ἰουδαϊκόν τινα ἔμφασιν, καθὼς οἱ ἰουδαΐζοντες ἀζυμῖται οἱ καινὰ τὰ πάντα ποιοῦντες, καὶ Χριστὸν ἐν παλαιοῖς ἀζύμοις λατρεύοντες, οὐ Χριστολάτραι κατὰ τὸν σοφὸν Στηθάτον, ἀλλ᾽ ἀζυμολάτραι γενόμενοι. *Atque hoc, ne immaculata Sponsa Christi habeat signo hebræo turpem Ministrum, & universim, ne quid Ecclesia Judaicum præseferat: ut Azymitæ, qui Judæos imitantur, quique omnia nova faciunt, & Christum in Azymis colunt, non Christi cultores, juxta doctum Stethatum, sed Azymorum facti*. Vides quicunque hæc legis, quò Margunius collimaverit: id, quod ex iis, quæ prolixiùs addit manifestius est, nam statim ex professo controversiam de Azymis instituit, & quà licet, aut fas, nefasve est, eandem Græciæ cognoscendam proponit. Quo fit, ut nobis omnino incumbat necessitas consulendi Genti nostræ, respondendique calumniis, & ineptiis Photianorum, quibus mos est, in hac Controversia magis, quàm in reliquis insanire. Patet hoc ex numero Photianorum, qui ex industria eò calamum contulere, ut ostenderent, reipsa in Azymo non confici Eucharistiæ Sacramentum. Nam de hoc post (3) Pectoratum, ut antiquiores omittam, scripsere (4) Euthymius, (5) Balsamon, Nicephorus (6) Callistus Xantopulus, Hieremias (7) Patriarcha, Christophorus (8) Angelus, Meletius (9) Patriarcha Alexandrinus, Georgius (10) Coressius, Maximus (11) Margunius, Nectarius (12) Patriarcha Jerosolymitanus, Metrophanes (13) Critopulus, Gabriel (14) Severus, aliique quàmplurimi, quorum hic ineptissima dicta refellenda sunt, ubi Veritatem Orthodoxam constituerimus.

(1) Nota 95. ad Trullan.
(2) Ibid. nota 96.
(3) Lib. cõtra Azymitas.
(4) In Comm. c. 26. Mat.
(5) In Canon 70. Apostol.
(6) In Synaxar. Triodii, & lib. 1. histor. c. 28.
(7) In Cõfess. 1. ad Germanos. c. 10.
(8) De statu hodierno Græcor. mihi cap. 22.
(9) In Epist. ad Chios. pa. 21. lin. 20.
(10) Lib. 8. de Eucharistia.
(11) Locis suprà citatis, & nota 11. ad Can. Apost.
(12) In Antirrhetico Thesi 4. cit. 1. pag. 5. lin. 35.
(13) Confess. suæ c. 9. mihi pag. 90.
(14) In tertia differentia.

II. Constituitur autem hæc facillimè, ne, quæ fusè (1) Bessarion, (2) Gennadius, & ex his (3) Bellarminus, producamus in medium, hac unicâ Conclusione: Probabilissimum est, Eucharistiam fuisse à Christo in Azymo institutam. Dico, probabilissimum esse, non tamen certum: nam non solùm ex Photianis omnes, sed ex Orthodoxis quamplurimi dubitant, An dies, quo Christus Eucharistiam instituit, XIV. dies fuerit Lunæ mensis primi, quo Azyma comedere necesse erat, an potiùs dies XIII. Et quamvis, qui hoc postremum affirmant, futilibus meo judicio nitantur rationibus, attamen nituntur, neque eos facilè convinces, ut, quod Mores Latinos more Græco docet esse potiores, ingenuè fateantur. Accedit non deesse Latinos, qui vel (4) Rupertum, vel Paulum (5) Burgensem secuti eum in modum Paschales Azymorum ritus exponunt, ut confirment potiùs opinionem Græcorum: quemadmodum (6) Bellarminus notavit, manifestumque est ex recentioribus Photianis, quos retulimus proximè, quique Latinorum ejusmodi sententiis freti, ne latum quidem unguem ab opinione, quam concepere, deflectent. Hinc nobis, quibus hoc in Opere nostro, placuit ea Græciæ proponere, quæ negari nullo modo possint à Græcis, conclusio illa non uti certa proponitur, sed ut probabilis tantùm, & probabilissima, quæ nimirum conducat ad id, quod maximè intendimus, id scilicet, quod certum est, atque ex hac probabilissimâ opinione manifestissimè deducitur.

(1) Epist. Encyclica de Azymo.
(2) In Demonstr. 2. Cap. Decreti Florentini.
(3) Tom. 3. Cõtrov. de Sacr. Euchar. lib. 4. c. 7. 8. 9.
(4) In Levit. c. 23. & in Matth. c. 27.
(5) Ad Lyranum in Comm. ad 26. c. Matthæi.
(6) Ubi supra c. 7. vers. secunda sententia, &c.

III. Porro probabilissimum esse, à Christo in Azymo fuisse institutam Eucharistiam, constat ex eo primò, quòd Majores nostri, quotquot hac de re scripsere ante Photianum Schisma, si unum excipias Epiphanium, apertissime docent, Christum decimaquarta Luna celebrasse Pascha: ita Theophylactus (1) ex Chrysostomo, & (2) Damascenus, ita (3) Theodoretus, ita (4) Theophilus Alexandrinus Antistes, ita (5) Chrysostomus, ita & (6) Origenes ipse, fassus Christum à Judæis captum XIV. Luna primi mensis, quibus adde Latinos, quos, Photiani, recipitis, (7) Tertullianum, (8) Cyprianum, (9) Ambrosium, (10) Hieronymum, (11) Augustinum. Quæ Patrum assertio sequitur ex eorundem aliâ non minus certâ sententiâ, quæ palam affirmat, quod Christus de se ipso affirmavit his (12) verbis: οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι: *non veni solvere legem, sed adimplere*, (13) & Rursus: εὐκοπώτερόν ἐστι τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν παρελθεῖν, ἢ ἰῶτα ἓν, καὶ μίαν κεραίαν παρελθεῖν ἀπὸ τοῦ νόμου: *Facilius est Cælum, ac Terram præterire, quàm Jota unum, aut unum apicem cadere de lege*. Quæ divinæ assertiones, imò potiùs effata, sententiam Patrum confirmant docentium, Christum, ad extremum usque spiritum, legem, quam abrogaturus erat, servasse. Hinc (14) Chrysostomus. Τίνος, ait, ἕνεκεν τὸ Πάσχα ἐπετέλει; διὰ πάντων δεικνὺς μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμέρας, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐναντίος τῷ νόμῳ· ἵνα δὲ μὴ ἐναντίος γένηται τῷ νόμῳ, τὸ πάσχα ἐπετέλει: *Qua de causa Pascha peragebat? In omnibus usque ad extremum ostendens legi se non esse contrarium: ne autem legi contrarius esset, Pascha peragebat*. Et (15) Damascenus: ἐν τῷ ὑπερῴῳ τοίνυν τῆς ἁγίας, καὶ ἐνδόξου Σιὼν φαγὼν τὸ παλαιὸν πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ πληρώσας τὴν παλαιὰν πᾶσαν διαθήκην, νίπτει τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν. *In cœnaculo Sanctæ, & gloriosæ Sion, antiquum Pascha cùm comedisset, & vetus testamentum omne complesset, lavat pedes discipulorum*. Ex quibus, aliisque, quæ à Majoribus nostris ingesta, asserta, planèque con-

(1) In c. 26. Mat.
(2) In c. 24. Theologic. apud Gennad. ubi supra.
(3) Quæst. 24. in Exod.
(4) Apud Bed. de ratio. Tempor. c. 57. & 59.
(5) Homil. 85. I Mat.
(6) Tract. 35. I Mat.
(7) Lib. contra Judæos.
(8) Serm. de Cæn. Domini.
(9) Epist. 83.
(10) In c. 26. Mat.
(11) Epist. 86. ad Casulanum.
(12) Mat. c. 5. n. 17.
(13) Luc. c. 16. n. 17.
(14) d. Hom. 85. in Mat.
(15) d. c. 24. Theologicorũ

Digitized by Google

constituta ad ejusdem veritatis confirmationem, si vacaret, afferri possent, palam est, Christum Legis apices omnes custodisse tanta diligentiâ, ut impium sit cogitare, nedum asserere, minimum quid Legis fuisse prævaricatum. At ex hoc sequitur manifestè Latinorum Patrum, Nostrorumque sententia. Nam, si non quartadecimâ Lunâ Pascha Christus celebrasset, profectò patrasset aliquid contra legem, quæ palam Judæis (16) edixit: Ὁ μὴν οὗτος ὑμῖν ἀρχὴ μηνῶν, πρῶτος ἔσται ὑμῖν ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ. Λάλησον πρὸς πᾶσαν συναγωγὴν υἱῶν ἰσραὴλ λέγων, τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς τούτου, λαβέτωσαν ἕκαστος πρόβατον κατ' οἰκίαν: καὶ αὖ· καὶ ἔσται ὑμῖν διατετηρημένον ἕως τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ μηνὸς τούτου, καὶ σφάξουσιν αὐτὸ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν υἱῶν ἰσραὴλ πρὸς ἑσπέραν. *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Loquere ad universum cœtum filiorum Israel dicens: Decimâ die mensis tollat unus quisque agnum per familias. Et* infrà: *Et servabitis eum usque ad quartumdecimum diem mensis hujus, immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam.* Eadem edicit (17) Numen Judæis & alibi, sancitque iteratò, Pascha peragendum his cæremoniis, quarta decimâ die mensis primi ad vesperam. Quare, si dicas à Christo Pascha peractum tertiadecimâ mensis primi, consequens erit, ut asseras, legis Christum Judaicæ desertorem fuisse.

(16) Exodi ca. 12. n. 2.

(17) Exodi c. 12. à n. 5. Levitic. 23. n. 5. Numer. ca. 28. n. 16.

IV. Mirum est, quàm miserè hoc argumentum Photianos torqueat, atque ad quot ineptias constanter effutiendas eosdem cogat. Lege, si libet, (1) Margunium Cloacam, ut sæpe dixi, dicamque sæpius, maximam omnium ineptiarum: Ridebis ædepol, ac petulanti splene cachinnum sonorum Juppiter, & necessarium edes, cùm audies; Sacras Paginas à Latinis fuisse corruptas: Rabbinos contra testari: fas Latinis haud esse Græcos Patres producere, quos neque intelligunt, nec proferunt integros: aliter sensisse Basilium, Nazianzenum, Sinaitam Anastasium, Isidorum Pelusioten, quorum tamen nobis non indigitat loca, nempe ut credamus Margunio novo Photianorum Pythagoræ, cui fides omnino adhibenda sit, quia ipse dixit. Ubi usque ad delicias deliravit, sententiam (2) Euthymii, atque (3) Xanthopuli producit in medium, affirmatque, licuisse quartam decimam lunam prævertere Genti omni Judaicæ, atque adeò & Christo. Sed neque hæc sententia Photianorum usquam probatur, & more recentissimo Judæorum reprobatur palam, eamque primùm (4) D. Thomas, deinde (5) Veccus, mox (6) Bessarion, deinceps (7) Gennadius, denique ex his omnibus (8) Bellarminus ita reprobavere, ut ne recentiores quidem Photiani minus inepti Margunio, inepti licèt & ipsi, eâ satis se tutos existiment. Quare (9) Coressius, & (10) Severus longè mirabiliorem ineunt viam, qua possint vim rationis eludere. Eorum verba non referam prolixa satis, erudita importunè, planèque ridicula. Summa verborum hæc est. Ajunt Quartadecimâ die Pascha celebratum à Christo, quòd vespere Tertiæ decimæ lunæ, comederit Pascha: Nam vesperam Tertiæ decimæ lunæ ad quartamdecimam pertinere, producto ad id eruditè (11) Levitico, ubi à Vesperâ dies incipit Hebræorum Numinis ipsius decreto. Sic igitur Paschate celebrato Tertiadecima die mensis ad Vesperam, legem Christus implevit, quòd Pascha celebraverit ipsa Quartadecimâ die, quæ à Vespera Tertiædecimæ lunæ capiebat initium. Si dicas, lege divina Judæos non qualibet Quartæ decimæ diei horâ potuisse Agnum comedere, sed Vesperè Quartædecimæ tantùm: Respondent, à Christo servatam legem, quod attinet ad Diem; non quod spectat ad horam. At hoc, inquies, prævaricatorem Legis Christum constituit. Respondent, non aliter fieri potuisse, imò nec debuisse aliter fieri. Nam, cùm necesse fuerit, mori Christum Quartadecima die mensis, ut eâ die significatus Agnus, ὁ αἴρων (12) τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, *qui tollit peccatum Mundi* in Ara Crucis immolaretur, quâ Typus ipse, sive Agnus Paschalis immolabatur; oportuit quidem ad obsequium Legis, ut eâdem die Pascha Christus perageret, non tamen eadem hora. Hæc Coressius (13) hellenicè, atque hæc Severus (14) vernaculâ linguâ nostrâ, quæ cùm avidissimè perlegant Photiani, exultant, nec sine tripudio; his, his, inquiunt, Latini respondeant: His opponant sophistas suos. Quid Bessarion, quid Gennadius, quid Latinophrones omnes? his comparati desipiunt. Nam quid clarius, quid acutius, quid solidius? Mori Christum oportuit eo, quo Agnus Typicus immolabatur, Die, igitur horam, qua Agnus ille à Judæis immolabatur, servare non potuit, non debuit. An enim faceret contra jussum Patris, ne contra Judæorum Legem patraret aliquid? Fecit, quod licuit pariturо paternis jussis, vi quorum, qui jubebatur eo mori die, quo Agnus ille Paschalis immolabatur, à præscripta esuris Agnum illum horâ absolvebatur. Quod verò cum jussis Patris minimè pugnabat, hoc præstitit, ut diem servaret, celebratâ Paschali cœnâ Vespere Tertiædecimæ, quæ pars erat Quartædecimæ præstitutæ, decretæque juxta Paschales ritus cœnaturis. Quid his respondebimus? licebit ne hiscere, sedatisque aliquando Photianorum plausibus, experiri, quid nobis Ratio concedat?

(1) Ubi supra num. 95.

(2) In c. 26. Mat.

(3) d. lib. 1. hist. c. 28.

(4) In 4. dist. 11. q. 2. art. 2. quæstiuncula 3.

(5) Apud Jo. Lascar. de Sacram. Euchar. c. 3.

(6) In d. Epist. Encyclica.

(7) d. demonstr. 2. Capitis floren. Decreti.

(8) Ubi suprà à c. 8.

(9) d. lib. 8. de Euchar.

(10) d. differen. 5. c. 2. per tot.

(11) Cap. 23. n. 32.

(12) Joan. c. 1. n. 29.

(13) d. lib. 8. de Euchar.

(14) d. differ. 5. pa. 37. à lin. 36.

V. Dico, hanc responsionem Severi, atque Coressii esse insulsam, ineptam, falsam, atque ridiculam, imperitiæ plenam, atque proterviæ. Id ut palam ostendam, sciendum est, falsum esse, quod Severus constituit, appositoque ad marginem signo notandum docet, nempe, dies penes Judæos initium duxisse universim à Vespere. Nam illis id tantùm fas erat in festis, quorum solemnitas à Vespere capiebat initium; cùm contra in profestis dies non à Vespere præcedente diem ordirentur Judæi, sed ab Ortu Solis, ut ad sequentem ortum Solis integer dies pertingeret. Id, quod non solùm Judæi omnes fatentur, sed noster (1) Basilius cum (2) Ambrosio latè, ac sapienter enucleat ex illis καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ πρωῒ ἡμέρα πρώτη: *factum est vespere, & mane dies primus*. Nec suffragatur Severo, sed potiùs eum debellat, atque ignorantiæ convincit locus ipse (3) Levitici ab eo productus, ubi Deus sic præcipit. ταπεινώσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἀπὸ ἐννάτης τοῦ μηνὸς, ἀπὸ ἑσπέρας ἕως δεκάτης τοῦ μηνὸς ἑσπέρας σαββατιεῖτε τὰ σάββατα ὑμῶν. *Affligetis animas vestras die nono mensis. à vespera usque ad vesperas celebrâbitis Sabbata vestra.* Etenim

(1) In hexamer. in illa verba.

(2) In hexam. ibid.

(3) C. 23. n. 32.

nim quid aliud hæc verba præscribunt, nisi dierum festorum à Vespera esse initia ducenda, atque adeò artificiosam hanc diem non nisi ad festa pertinere? Sciendum etiam decimam quartam diem, à cujus vespera Paschalem solemnitatem Judæi ordiebantur, non fuisse Judæis, neque esse potuisse solemnem, aut festam, nisi incidisset in Sabbatum: ac proinde, si aliam incidisset in diem, ut incidit, cùm hæc, de quibus agimus, acta sunt, futuram fuisse profestam. Constat hoc ex Sacris Paginis manifestè, quibus apprimè docemur, solemnitatem Paschatis celebrandam fuisse Quintadecima die Mensis: *mense primo*, (4) inquit, *quartadecima die mensis ad vesperum, Phase Domini est, & quintadecima die solemnitas*. Hinc Quartadecima non à præcedenti Vespere tertiædecimæ desumenda est, sed ab ortu Solis, ut ad sequentem desinat ortum Solis: Etenim, quippe profesta, ut naturaliter fit, non ut sumitur artificiosè, consideratur. Denique sciendum, Agnum Paschalem primò, ac principaliter institutum, ut Christi corpus in Eucharistia significaret. Docet hoc ex Nostris (5) Chrysostomus, & (6) Hesychius, è Latinis verò (7) Tertullianus, (8) Cyprianus, (9) Hieronymus, (10) Augustinus, (11) Leo, (12) Gregorius; & meritò: nam ritus Agni Paschalis potiùs versabatur circa modum manducandi, quàm circa immolandi cæremoniam, ut constat ex locò (13) Exodi superiùs laudato; ubi Legislator totus est in describenda cæremonia cœnæ. Quapropter, licèt Paschalis Agnus vel ipsum crucis Sacrificium cruentum significet, attamen Eucharistiam primò, rectà, & principaliter: ea nimirum ratione, ob quam à Sacris Paginis licèt jubeatur occidi, curiosiùs tamen edicitur, quomodo sit manducandus, quæ pars ritus potissima non pertinet ad mortem physicam Christi, sed ad Mysticam, in qua recolitur memoria *passionis*, & reipsa verus Agnus Dei, qui tollit peccata Mundi, comeditur.

(4) *d. c. 23. n. 3. et 32. & Numer. c. 28. nu. 16. 17.*
(5) *Hom. de Proditio. Judæ.*
(6) *In c. 23. Levitici.*
(7) *Lib. 4. in Marcionem.*
(8) *Lib. de unitat. Eccl.*
(9) *In c. 26. Matth.*
(10) *Lib. 2. Contra litteras Petiliani c. 37.*
(11) *Serm. 7. de paß. Dom.*
(12) *Hom. 22. in Evang.*
(13) *C. 12. n. 2. & seqq.*

VI. Hinc Severi Ignorantia, & ineptiæ refelluntur. Nam primò, si Agnus ille principaliter Eucharistiam significat, ut Patres proximè docuere, ac Typus ipse, ipsaque Typi ratio palam ostendit, Christus, quod illo Agno significabatur, non præstitit tunc, cùm perficiendum præscribebatur à Patre. Nam præscribebatur faciundum Vespere Quartædecimæ ipsius: Christus autem id præstitit Vespere Tertiædecimæ: jubebatur illud peragere in fine Quartædecimæ, is autem id peregit vel in fine Tertiædecimæ, vel, ut ineptit Severus, initio Quartædecimæ. Quapropter adeò Christo non incumbebat necessitas prævertendi horam, quò posset mandatum Patris implere, ut potiùs prævertens horam à mandato Patris abscesserit. Etenim si vera sunt, quæ delirat Severus, Christus neque horam principaliter jussi servavit, neque non principaliter ritu illo mandati. Non horam principaliter jussi, ut constat ex dictis. Non horam mandati illo Typo non principaliter; nam Christi mors significata per Agnum Vespere peragenda jubebatur, cùm tamen peracta sit horâ nonâ, quâ nondum sunt Vesperæ. Sive igitur illo Agno significabatur Sacrificium Christi mysticum, sive cruentum, si Agnus à Christo immolatus est Vespere tertiædecimæ, necessariò à Christo servatum non fuit jussum in signo tempus rei signatæ perficiendæ: ex quo sequitur, eum prævaricatorem fuisse, non autem, ut loquitur Severus, atque Coressius, Deo Patri paruisse. Vides, quàm ineptè arguti sunt, qui Veritatem odere: dum Charybdim vitant, in Scyllam incidunt; Christumque ut ostendant obsequiosum Patri, paternæ Legis prævaricatorem efficiant, quin ullo modo difficultatem evadant. Neque enim ulla ratione probare possunt, quod autumant, Christum, & si præverterit statutam Cœnæ horam, servasse quartamdecimam Diem. Nam si Pascha celebravit Vespere Tertiædecimæ, non initio Quartædecimæ, sed in fine Tertiædecimæ celebravit. Id quod ex dictis manifestum est. Etenim Quartadecima nec festa est Judæis, nec unquam fuit ex se festa: igitur non incipit à Vespere Tertiædecimæ, atque adeò Vespera Tertiædecimæ nulla pars est Quartædecimæ; unde statim elicitur, Christum non servasse Diem à lege celebrando statutam Paschati. Id quod hoc syllogismo palam evinco. Tunc, ni desipias, Photiane, fatebere Christum prævaricatum legem non servasse decretam Paschati diem, cùm ostendero ex insulsissimis Doctorum tuorum effatis, Christum nulla parte Quartædecimæ diei comedisse Pascha: sed hoc probo manifestissimè, vel potiùs probavi: fatere igitur, Christum legem prævaricatum, fatere diem Paschatis celebrandi à Christo minimè fuisse servatum. Propositio quondam à Photianis, quos alii profligavere, rejecta palam nunc admittitur à recentioribus, quos contra nunc scribo. Adsumptio syllogismi constat ex dictis: nam Vesperæ præcedentes tunc solùm ad sequentem pertinent lucem, cùm sequens lux festa est. Decimaquarta verò lux profesta, non festa est Judæis, ut constat; igitur Vesperę Tertiædecimę non pertinent ad quartamdecimam diem; atque adeò nulla sunt pars Quartædecimæ. Porro vestra sententiâ Christus Agnum comedit Vespere Tertiædecimæ. Igitur eo Vespere comedit, qui non pertinebat ad Quartamdecimam, eratque nulla pars Quartædecimæ; atque adeò nullâ Quartædecimæ parte Agnum comedit. Vides, Photiane, quid sequitur: nempe quod in argumento, cujus vim tentas eludere, conficiebatur, quòdque horrebas admittere, ne Chrysostomo, Damasceno, cæterisque Patribus asserentibus, à Christo totam fuisse Legem impletam, contrarius viderere. Addo, si pertinaciùs pergas asserere, Vesperam, quâ Christus functus est Paschate, pertinuisse ad lucem pone sequentem, inde me validissimè collecturum, Vesperam illam, qua Christus functus est Paschate, Quartædecimæ non initium, sed finem fuisse, ac Vesperam, eamque ipsam, quam doctè Latini constituunt. Nam si ea Vespera pertinuit ad secutam diem, ea dies festa fuisse dicetur: si festa, jam non Quartadecima, sed Quintadecima fuit, quam ex Lege divina festam necessariò, solemnemque cognovimus. Ita tua ipsa responsio, Severe, te jugulat, si quid mentis habuisses, non admoturum stolidam manum iis rebus, quæ supra mediocritatem ingenioli tui sunt. Quid? ut tam futili, sibique ipsi inimica responsione validissimum argumentum, & Photianis omnibus quot

Digitized by Google

sunt, quotque unquam fuerunt, eruntque prorsus ineluctabile homo bardus exceperis? Cur potiùs non subscripsisti Euthymio, non es adstipulatus Xanthopulo? Ut saltem doctorum Photianorum famà humilitas tua tegeretur, debellatusque cum illis solatia vana calamitatis haberes à Sociis. Ergo hanc habe multam audaciæ tuæ, ut cùm
(1) De Erroirib. Latinorũ & dissidio Orat. 2. sententiæ, quam suffuratus à Nilo (1) Damyla, mam fecisti, Nilus Damylas author vix nominetur, quòd ejus libri, anecdoti sint, tu maximè à Sapientibus vapules, &, uti demens, ita & ignorantissimus habearis, ausus ea dicere, ea scribere, ea somniari, quibus & Sacrarum te literarum imperitissimum probas, & argumentum, cui refellendo integro tui Opusculi Capite insudas, validissimè comprobas.

VII. Reverà enim is Vesper sacerrimus, quo Salutis nostræ Clementissimus Author lege mandatum Pascha peregit ad lucem secutam pertinuit: Etenim lux, quæ secuta est, festa fuit,
(1) Catechesi 13. ut Patres nostri nos docuerunt, (1) Cyrillus Jerosolymitanus, (2) Chrysostomus, (3) Theophylus Alexandrinus, (4) Victor Antiochenus, (5) Origenes, Clemens (6) Romanus, (7) Epiphanius, & (8) Socrates, quibus adde Latinos (9) Tertullianum, (10) Augustinum, (11) Leonem, & alios, quos non recipiunt Photiani. Ex quo tamen colligitur, eam, quæ præcesserat, diem fuisse non Tertiamdecimam, sed Quartamdecimam diem. Nam quintamdecimam, & ultimam Azymorum diem Judæi solemnem in ea hebdomade tantum habent, non Quartamdecimam, aliamve. Quare, si lux celebratum à Christo Pascha secuta, festa fuit, atque solemnis, quintadecima, non quartadecima fuit. Hinc (12) Matthæus narrat, *Prima die Azymorum accessisse discipulos ad Jesum, & dixisse, ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* Τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ λέγοντες αὐτῷ, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; Et (13) Marcus: *prima*, inquit, *die Azymorum, quando Pascha immolabant*: Καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον. Et (14) Lucas: *venit dies Azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha.* Ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα; ut ex tribus testibus, in quorum ore stat omne verbum, refellantur Photianorum ineptiæ. Nam quo unquam in loco, prima dies Azymorum, sive dies Azymorum à Sacris Paginis Tertiusdecimus dies appellatur? Cedo, si ullum habetis, Photiani, producite: aut si nullum habetis, crepundia vestra, phalerasque proponite, ut rideamus. Etenim si conticescitis, vicere Latini, Græci etiam, quos Latinophronas appellatis, hac argumentatione validissimà vim omnem debellaturę perfidiam vestram rationis complexi. Trium divini verbi Præconum invicto testimonio certum est, prima die Azymorum, quo Pascha Legis immolabatur, institutam à Christo Eucharistiam: Igitur vel Quartadecimâ, vel quintadecimâ luna: non quintadecimâ: igitur quartadecima. Prior propositio constat ex Euangeliis, consecutio manifesta ex eo est, quòd prima dies Azymorum in Sacris Paginis Quartadecima tantùm, vel Quintadecima dicitur; & illa quidem à vespere, hæc autem tota usque ad vesperum, ut
(15) Exod. d. c. 12. & 13. Levit. dict. c. 23. Numer. d. c. 28. patet ex iis, quæ (15) retulimus, palamque scies, si quemlibet Judæum interrogaveris. Propositio verò, quæ post positionem adsumitur, sic probatur. Quintadecima dies festa est, fuitque semper Judæis, ejus festæ diei posteriore vespere jam Christus obierat: quippe obiit (16) circa horam nonam diei solemnis, & festi, ut Patres autumant nostri: igitur eo Vespere Cœnam celebrare non potuit. Celebravit ergo priore Vespere primæ Azymorum. Hæc omnia, inquit Coressius (nam Severus jamdudum obmutuit) hæc omnia sana essent, nec contemnenda, ni repugnarent Joanni, cujus utpote θεολογωτάτου Sententiam cæteris Euangeliorum Scriptoribus præferendam putat, quasi non omnes Euangelistæ eodem afflati Numine, quæ narrant, conscripserint. Sed hoc ipsum demus Coressio: Quidni enim magnus Photianorum è latrinis repente Theologus inter Euangelistas Theologo præ cæteris faveat? Quamvis, qui non minor Medicus, quàm Theologus fuit, non nihil potioris obsequii debuerit & Lucæ, quique Trapezitæ diu munere functus est, non ineptè Matthæum Publicanum cæteris prætulisset. Verùm amoto ludo quæramus seria, præstemusque patientem aurem Coressio probanti repugnare tres reliquos Euangelistas Joanni. Ait, clarissima esse hujus verba (17) dicentis: ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη: *erat autem Parasceve Paschæ, hora quasi sexta* tunc, cùm Servator addictus est morti: igitur Quartadecima, quippe quæ Paschati præibat. Hinc eodem Joanne (18) teste, Principes Sacerdotum non sunt ingressi Pilati Prætorium, *ut non contaminarentur, sed manducarent Pascha.* Si Principes sacerdotum non manducaverunt Pascha eà vespera, qua Christus, sed manducaturi erant post mortem Christi, hoc est die ipsà Parasceves, quà Christus est mortuus, Dies ipsa Parasceves Quartadecima erat. Quare ab eodem (19) Joanne dicitur Eucharistia instituta, *ante Diem festum Paschæ*; πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα. Quòd si fuisset instituta vespere quartædecimæ, non jam ante diem festum Paschæ, sed ipso die festo Paschæ instituta fuisset. Igitur triplici effato Joannis ternum testimonium reliquorum Euangelistarum non refelli, sed explicari. Ταῦτ' ἔοικεν, (20) ait, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν τοῦτο διδάσκουσι, καὶ ὁ Χρυσορρήμων ποταμὸς τῆς θεολογίας φησὶ, Χριστὸν πασχάσαι τῇ προτεραίᾳ τοῦ ἀρχιερατικοῦ πάσχατος τῶν ἰουδαίων καὶ προλαβεῖν ἡμέραν ἐν τῷ φαγεῖν τὸ δεῖπνον, ἵνα διατηρήσοιτο τῷ αὐτοῦ θανάτῳ τὴν παρασκευὴν, ἐν ᾗ πάλαι εἴωθε γίνεσθαι τὸ πάσχα· καὶ ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ὁ ἰουδαῖος πρῶτον, εἶτα Χριστιανὸς, ἔδει, ἔφη, τὸν Χριστὸν ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ θύεσθαι κατὰ τὸν νόμον. *Hanc ob causam & Patres nostri hoc docent, & aureus fluvius (21) Theologiæ dicit, à Christo celebratum Pascha pridie Pontificii Paschatis Judæorum, & prævertisse diem in comedenda Cœna, ut sibi seponeret morituro Parasceven, qua olim mos erat Pascha celebrari. Et Magnus (22) Epiphanius, qui Judæus primùm, deinde Christianus fuit, oportebat*, inquit, *Christum Quartadecima immolari juxta legem.*

VIII. Hunc in modum Coressius, cui tamen respondere locupletissimè, (1) Veccus, (2) Bessarion, (3) Gennadius, & ex Latinis (4) Bellarminus, ut nobis perparum laborandum sit

(2) Hom. 85. in Matth.
(3) Apud Bed. in c. 18. Joan.
(4) In c. 14. Marci.
(5) Hom. 23. in Numer.
(6) Lib. 5. Cõstit. Apost. mihi ca. 14. alias 16.
(7) Heresi 70.
(8) Lib. 5. Hist. ca. 21.
(9) Lib. cõtra Judæos.
(10) Tract. 10 in Joann.
(11) Serm. 7. de Paschate.
(12) C. 26. n. 17.
(13) C. 14. n. 12.
(14) C. 22. n. 7.
(16) Mat. c. 27. à n. 46. Marc. c. 15. nu. 34. Luc. c. 23. n. 44. & seqq.
(17) C. 19. n. 14.
(18) C. 18. n. 28.
(19) C. 13. n. 1.
(20) d. lib. 8. de Euchar.
(21) Hom. 82. in Joann.
(22) Heresi 50.
(1) Orat. 4. de Unione.
(2) d. Epist. En-

Digitized by Google

cyclica.
(3) In d. Demõstr. 2. Cap. Florentini.
(4) d. lib. 4. de Euchar. c. 9.

sit in procaci hâc Theologiâ Photiani Theologi refellendâ. Dicimus enim, Joannem ex effatis trium Euangelistarum reliquorum explicandum, non è contra, explicandos tres reliquos Euangelistas ex dictis Joannis. Et ratio est; quia nullo modo fieri potest, ut tres illi verum dixerint, si ad sententiam, quam in Joanne somniantur Photiani, tres illi revocentur. Cùm contra, si Joannes tribus illis concilietur, Veritas in omnibus constet. Nam quæro, quî verum erit, *prima die Azymorum: quando Pascha Immolatur: quando necesse erat occidi Pascha*, Christum cœnasse, si cœnavit ante diem festum, hoc est tertia decima, si cœnavit ante eam diem, qua Pontificibus Sacerdotum cœnandum erat, si cœnavit Parasceve, hoc est die ad Pascha non pertinente, quo nimirum necessaria Paschati præparabantur? Primâ, inquiunt, die Azymorum, ea die, qua immolabant Pascha. Qui? Judæi scilicet; cùm necesse erat occidi Pascha: *cùm*? Eo nimirum die, *occidi*, hoc est ab omnibus, *necesse* erat, legis scilicet præscripto: Hæc revoca ad jactatam ex Joanne sententiam, ut vera sint, ut germana sint, ut non sint inepta, stolida, absurda: erisque mihi non magnus tantùm Theologus, sed magnus Apollo, imò major Apolline, atque ipso Æsculapio tuo, cujus siquidem arte contentus intactas tibi sacras Paginas, sacrasque Controversias voluisses, utiliùs sciremus à te, quâ die, quâve hora ægrotis cœnandum sit, quàm qua die, quâve hora Christus cœnaverit. Igitur Joannes ex tribus reliquis Euangelistis erit explicandus. Explicatur autem commodissimè, quòd idem sit dies ante Festum Paschæ, & prima dies Azymorum. Nam prima dies Azymorum dicitur à Matthæo, & Marco ille ipse Vesper, quo Azyma incipiebant. Primus dies, quòd initium artificiosi diei esset, quo Solemnitas Azymorum à Judæis omnibus inibatur: Primus dies: quia pertinebat ad primum diem, nimirum ad quintumdecimum; & Primus dies, quia pars prima diei festæ, quæ Quintadecima fuit. Erat attamen ante Festum Paschæ, quia naturaliter consideratum quintumdecimum diem Vesper quartidecimi præcedebat, atque eâ ratione Quartusdecimus dies ante diem quintumdecimum ritè, & optimè dicitur, dies nimirum ante naturalem quintumdecimum diem: Dies ante diem festum Paschæ naturaliter consideratum, ut, juxta varias acceptiones, idem Vesper Quartidecimi diei dies prima sit Azymorum, quòd Azymorum initium, parsque prima Quintidecimi, qui primus dies est Azymorum; idemque præluceat Quintædecimæ diei festæ, ut naturalis est dies, atque ita dies sit ante Diem festum Paschæ. Nec mirum Euangelistas variè considerasse diem eundem: nam Matthæus (5) Judæis scribebat, quare juxta morem Judęorum diem festum descripsit, primamque Azymorum; id, quod & (6) Marcus præstitit, qui videtur Epitomen Matthæi peregisse, cùm contra (7) Lucas Judæis æquè, atque Ethnicis Euangelium edens ab hac prudenter descriptione calamum abstinuerit; ut constat ex ejus verbis. Joannes (8) verò, qui scripsit in Asia, mores Græcorum secutus diem ex rei natura, non ex more Judęorum consideravit. Sic in hac parte conciliato

(5) Vide Chrysost. hom. 11. in Matth. et Baron. ad ann. 41. n. 17.
(6) Vide August. de consens. Euangelist. c. 2.
(7) Vide Baron. ad ann. 58. n. 31.
(8) Vide Hieron. de Scrip. Eccles. in Joanne, & Bar. an. 75. n. 9.

Joanne cum cæteris Euangelistis ruit argumentum vietum prorsus, ac rancidum Theologastri Coressii, quem non adjuvant illa verba Joannis, *erat autem Parasceve Paschæ*. Illa enim, ut acutè notavit (9) Metochites ex Vecco, & ex his cæteri, non asserunt, eam diem fuisse præparando Paschati destinatam, sed incœpto Paschate diem præparando Sabbato destinatam, ut fuerit Parasceve Paschæ, non quod fuerit Parasceve ad celebrandum Pascha, sed quod fuerit Parasceve in Paschate, quod nempe celebrabatur. At, inquit, eâ die, qua Servator occubuit, nondum Principes Sacerdotum Pascha peregerant: nam *non introierunt, ne contaminarentur, sed manducarent Pascha*. Respondet (10) Veccus, vocabulo Paschatis ibi non Agnum Paschalem, qui Phase dicitur, significari, sed Victimas Paschales, quæ quotidie tota Paschalium dierum periodo immolabantur, ut ex Sacris (11) Paginis certum est, & narrat (12) Josephus; cavebant ergo Judaica superstitione impurissimi Sacerdotes, ne quid labis contraherent comesturi illas Victimas, quas non nisi lustratis, purgatisque licuisse comedere narrat liber (13) Leviticus.

(9) Orat. de Sacris Mysteriis.
(10) d. Orat. 4. de Union.
(11) Deuter. c. 16. 2. Paralip. c. 35. Numer. c. 28.
(12) Lib. 3. Antiq. Judaicæ 13.
(13) C. 22. nn. 3. & seqq.

IX. Non placet, ait Coressius, argutia Vecci, Latinitatem sapit, nescio quid præsefert ex Anselmo, quo nemo Græcorum capitalior hostis. Sanè Anselmus Photianorum acerrimus hostis est, non Græcorum, quorum si nomine Photianos dignatur, imputandum id infelicitati Græciæ, quam Vos, Photiani, infamastis, cujus gloriâ nisi, homines ineptissimi, audetis Latinos invadere, quibus proinde opus fuit, vos etiam ut Græcos refellere, ne quid damni Veritas caperet ex authoritate Græciæ, quam scelestè, & imprudenter jactatis. Cæterùm cùm Anselmus ubique fidem Orthodoxam tueatur, eorum acerrimus hostis Græcorum est, qui patrii Moris obliti, suas ineptias adorant. Hi porro Græci qui sunt, nisi vos, Photiani? Photianorum igitur, non Græcorum Anselmus est hostis, & quidem acerrimus, quia doctissimus. Nihil enim hostile magis ignorantiæ, quàm quod doctum. Quòd si vobis non placet, nil mirum: Nec vobis irascimur: Facitis, quod vos decet, ac quidquid hoc est, quod Sapientiam præsefert, non injuriâ rejicitis. An enim ignorantię vestrę placeat Sapientia? Ut tamen vobis nullum effugium pateat, si datam explanationem respuitis, quòd non placeat: dabo non placituram, quam tamen non possitis repudiare: Quid dico dabo? Dat ipse Chrysostomus, cujus hæc verba sunt quęrentis, cur ad Caipham Christum Judæi deduxerint? ἵνα, (1) inquit, μετὰ γνώμης πάντα ποιήσωσι τῆς ἀρχιερέως· ἐκεῖνος γὰρ ἦν τότε ἀρχιερεύς, καὶ πάντες ἦσαν αὐτὸν ἀναμένοντες· ἔτι διανυκτερεύοντες, καὶ ἐγρήγορσαν ἐπὶ τούτῳ· οὐ γὰρ ἔφαγον τὸ πάσχα, φησίν, ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠγρύπνουν, εἰπὼν γάρ, ὅτι πρωΐα ἦν ὁ Ἰωάννης, ἐπήγαγεν, οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ᾽ ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα. τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; ὅτι ἐν ἑτέρᾳ ἔφαγον. καὶ τὸν νόμον ἔλυσαν διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν περὶ τὴν σφαγὴν ταύτην. οὐ γὰρ ἂν ὁ Χριστὸς παρέβη τὸν καιρὸν τοῦ πάσχα, φαγὼν αὐτὸ πρὸ ἑσπέρας, ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι οἱ πάντα τολμῶντες, καὶ μυρίους καταπατοῦντες νόμους. ἐπειδὴ γὰρ σφόδρα ἔζεον τῷ θυμῷ, καὶ πολλάκις ἐπιχειρήσαντες ἀνελεῖν οὐκ ἴσχυσαν, τότε λαβόντες αὐτὸν ἀπροσδοκή-

(1) Hom. 84. in Joan.

τως

ται, προείλοντο καὶ τὸ πάσχα ἀφεῖναι ὑπὲρ τοῦ τὴν φονικὴν αὐτῶν ἐμπλῆσαι ἐπιθυμίαν. *Ut ex Pontificum sententia cuncta peragerent; nam is tunc erat Pontifex, & omnes eum expectabant. Ita ob hoc pernoctabant, & vigilabant, qui tunc Pascha non comederant, inquit, sed propterea vigilabant. Dicens enim, quòd mane erat, Joannes subjunxit: non sunt ingressi Prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha. Quid igitur dicemus? Quod altera die comederunt, & legem violaverunt, ut cupiditati, qua ardebant, inservirent, cædem hanc perpetrandi. Nam tempus Paschatis Christus non est transgressus, cùm vesperi id comedisset. Sed ii cuncta audebant, & leges omnes conculcabant: Etenim quia vehementer ira æstuabant, nec eum interficere poterant, quamvis id sæpe aggressi essent, tunc, cùm ipsum inopinatò comprehendissent, maluerunt Pascha omittere, ut cupiditatem eum jugulandi explerent.* Placent ne tibi hæc verba Coressi? Puto non admodum: Numne rejicies? Quî poteris, cùm Chrysostomi sint, non Anselmi? Cùm ea sint, circa quæ frigidum illud, & Photianum effugium *corrupere Latini* locum non habeat, quippe quæ Nicolaus (2) Methonensis, Germanus (3) II. (4) Philotheus, (5) Briennius, Nilus (6) Damyla, Damascenus (7) Thessalonicensis, cæteri Photiani aliam sanè ob causam, sed tamen integra, uti jacent, recitanturque, producant, teque adhuc vivo, fortassis etiam audiente, eadem palam retulerit Cyrillus (8) Lucaris CP. Non refello, inquit Coressius, neque rejicio, contendo tamen Chrysostomum mutasse Sententiam: nam alibi docet, pridie, quàm Judæi Pascha comederent, Christum cœnasse: imò disertis verbis affirmat, Christum celebraturum Pascha prævertisse diem unum, ut mortem suam reservaret Parascevæ, quando etiam olim fuit Pascha. Sed in primis, si sententiam mutavit Chrysostomus, potiùs illam mutasse dicendus est in iis, quæ retulimus, quàm in his, quæ refert Coressius. Nam, quæ retulimus, his, quæ refert Coressius, posteriora sunt. Etenim nostra reperies octogesima quarta Homilia in Joannem, relata per Coressium Octogesima secunda homilia in Joannem, quod sanè animadvertendum erat Coressio, ante quàm responderet, ne sic retusus ex responsione tàm fatua nil præter notam, aut ignorantiæ, aut negligentiæ referret. Deinde hic locus Chrysostomi centies à Græcis, atque Latinis explicationem superfuturam accepit, & alioqui palam est, Chrysostomum consentanea dixisse iis, quæ postea proposuit. Primò enim, cùm ait à Christo Pascha celebratum pridie, quàm illud Judæi comederent, loquitur de Principibus Sacerdotum, quos docet legem prævaricatos, ne, quam captabant, occidendi Christi occasio elaberetur, dum Phase celebrant: cùm verò dicit, Christum prævertisse diem unum, ut reservaret suam mortem Parascevæ, qua olim Pascha erat, significat Christum in esu Paschalis Agni Pascha totum implesse, atque adeò totam illam solemnitatem Paschalem perfecisse in ipso Agni esu, ut deinceps Pascha illud, quod Quintadecima ante Christum die celebrabatur, exinde profanum esset, quando eam diem Christus suæ morti sacraverat. Hæc locorum illorum explanatio præter multas alias, quas laudati Doctores sapientissimè protulere. Superest, ut Coressius agnoscat, nulla responsione vim argumenti propositi elidi posse. Nam quod producitur ex Epiphanio, argumentum confirmat. *Oportebat*, inquit, *Christum decimaquarta Die immolari secundum legem*. Ita mehercule oportebat, quòdque oportebat, decimaquarta die Christus immolatus est non in se, sed in Typo, ut apertè ibi docet Epiphanius contra Quartadecimanos, non aliter intelligendus, vel si legatur à Photianis. Quòd si decimaquarta die immolandus erat Christus in Typo: ergo Agnus Paschalis, qui Typus erat, non ante quartamdecimam erat immolandus, unde colligitur manifesta consecutio argumentationis propositæ. Dici etiam posset (si fas esset citra mentem Epiphanii, locique ipsius, sententiæ verba explanare) Dici etiam posset, loqui ibi Epiphanium de Christo immolando in Eucharistia. Nam reipsa eo Vespere Quartædecimæ oportuit Christum immolari sacrificio incruento Sacramenti mirabilis, quo Typus ipsius in Paschali Agno juxta legis præscriptum immolabatur. At Quartædecimæ Vespere hic erat immolandus, igitur & Christus eodem Vespere debuit immolari: roboraturque argumentum propositum hactenus, ex quo validissimè constituitur, probabilissimum esse, Vesperi Quartædecimæ Sacram Eucharistiam à Christo fuisse Servatore institutam.

(2) *In Orat. cōtra trāsgressores legis divinæ.*
(3) *In Orat. de Crucifix. Christi.*
(4) *Orat. 2. de Cruce.*
(5) *Orat. 11. quæ est cōtra Judæos.*
(6) *Epist. 4. ad Aristanesū.*
(7) *Orat. in diem Parasceves Magnæ.*
(8) *Serm. in Domin.* τοῦ ἀσώτου.

X. Porro hinc sequitur nostra Conclusio; nam ne Photianum quidem pecus inficias ibit, Vesperi Quartædecimæ in tota Judæa defuisse fermentum, atque adeò non nisi Azyma totâ, quà latè patet, Judæâ inveniri potuisse, id quod constat ex (1) verbis Dei: ἑπτὰ ἡμέρας ἔδεσθε ἄζυμα. ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης ἡμέρας ἀφανιεῖτε ζύμην ἐκ τῶν οἰκιῶν ὑμῶν. Πᾶς, ὃς ἂν φάγῃ ζύμην, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐξ Ἰσραήλ. ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς πρώτης ἕως τῆς ἡμέρας τῆς ἑβδόμης. καὶ ἡ ἡμέρα ἡ πρώτη κληθήσεται ἁγία, καὶ ἡ ἡμέρα ἡ ἑβδόμη κλητὴ ἁγία ἔσται ὑμῖν. *Septem diebus Azyma comedetis. In primo die non erit fermentum in domibus vestris: quicunque comederit fermentum, peribit anima illa de Israel: A primo die usque ad diem septimum. Dies prima erit Sancta, atque solemnis, & dies septima eadem solemnitate venerabilis &c.* Vides à primâ die Fermentum defuisse Judæis. Prima autem dies capiebat initium à Vespere Quartædecimæ; nam statim; καὶ ποιήσετε, ait, τὴν ἡμέραν ταύτην εἰς γενεὰς ὑμῶν νόμιμον αἰώνιον, ἐναρχομένου τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου, ἀφ' ἑσπέρας ἔδεσθε ἄζυμα ἕως ἡμέρας μιᾶς καὶ εἰκάδος τοῦ μηνὸς ἕως ἑσπέρας. *Et custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo. Primo mense Quartadecima die mensis ad vesperam* (meliùs ex Græco, à Vespera) *comedetis Azyma usque ad vigesimam primam diem ejusdem mensis ad vesperam.* Quæ omnia etiam ex (2) aliis locis manifesta sunt, pariterque manifestum est, si eo Vespere Christus Eucharistiam instituit, in Azymo eam instituisse. Neque enim audiendus est (3) Margunius ausus dicere, post esum Agni Paschalis delatum in catino fermentatum panem, & quidem floribus coopertum, ne videre-

(1) *Exod. c. 12.*
(2) *Exodi c. 13. Levit. c. 23. Numer. c. 28.*
(3) *d. Not. 95. ad Trull.*

Digitized by Google

deretur à Juda, atque alia hujusmodi levia, fabulosa, ridicula, quæ refutatione non indigent, quippe nullo sacrarum Paginarum testimonio, nulla Patrum authoritate firmata, imò & repugnantia SS. Patribus, asserentibus, à Christo ad apicem, atque unguem servatam Legem Veteris Testamenti; & Christo ipsi injuriosa, quem prævaricatorem Legis constituunt: imò & opposita verbo (4) divino, ex quo certum est, à Christo manibus panem acceptum, *benedictum*, fractum coram omnibus discipulis, datumque ita illis, ut non solùm illum cognoscerent, sed & manducarent. Quem Christi Actum, & opus, factumque mirabile elegantissimè Ecclesia (5) nostra describit in Liturgiis, iisque verbis describit, quibus ineptiæ Margunii planè damnantur. Ergo, si Christus Vespere Quartædecimæ mirabile Sacramentum instituit, in Azymo prorsus instituit. Redeo nunc ad Thesim meam, ac subdo: at probabilissimum est, à Christo institutam Eucharistiam fuisse Vespere Quartædecimæ: Igitur probabilissimum est, à Christo Eucharistiam institutam in Azymo. Non video, qui consecutionem hanc, atque adeò præstitutam Conclusionem Photiana stoliditas queat inficiari; Quare hac adsumptà sic evidenter concio. Igitur ritè Christi corpus consecramus in Azymo. Hæc consecutio ex probabilissima adsumptione non jam probabilis, aut probabilissima, certissima, evidentissima, Epidictica est. Nam, si adsumptio probabilissima est, hæc propositio: *Christus in fermentato Pane Eucharistiam instituit*, minus probabilis est, quàm adsumptio nostra; neque enim oppositæ propositiones, atque sententiæ æquè probabilissimæ esse possunt: cùm summum in quolibet genere unum dumtaxat esse possit; alioquin fortissimum argumentum, quo Deum probamus unicum, ruet. Quapropter, si hæc propositio; *Christus Eucharistiam instituit in Azymo, non in fermentato pane*: probabilissima est omnium: hæc: *Christus instituit Eucharistiam in Fermentato, non in Azymo*, non erit adeò probabilis, eritque minus probabilis. Minus probabilis ædepol, quippe quæ probari non potest, quin durè, ineptè, penè dixerim impiè sacras Paginas interpretere, quin Euangelistas pugnare invicem asseras, quin Patres errasse asseveres, clamque affirmes, à Christo non totam Legem fuisse servatam. Quæ, si vera volumus, si seriò satagimus Veritatis, adeò detrahunt probabilitati, ut potiùs vestram, Photiani, sententiam falsam edicant, dum probant oppositum; sitque vobis loco muneris maximi reputandum, si vestra sententia, quæ falsa est, minus illa, quam constituimus, dicatur esse probabilis. At ex probabili minus opinione, qui Christi Corpus in Fermentato sacratis, piè facitis, rectè facitis, ritè facitis, neque ullus hactenus inventus est Sapiens, qui damnaret, quod facitis. Igitur qui ex probabilissima opinione, Christi corpus sacramus in Azymo, potiori jure rectè facimus, sanctè facimus, ritè facimus, nec possumus, nisi à vobis, Bipedum stolidissimi, condemnari.

(4) *Mat. c. 26. n. 26.*

(5) *Post hymnum Victoriæ.*

XI. Nam, rogo, quam ob causam, Photiani, Christi corpus in Azymo confici posse negatis? Quæ vos intemperiæ agitant, ut Ritum toto Occidente receptum, propugnatumque à doctissimis vel vestra confessione Viris damnetis? Quæ ratio ad has ineptias vos rapit? Jam potissimam profligavimus, ostendimusque, probabilissimum esse, à Christo non in fermentato pane, sed in Azymo institutam Eucharistiam fuisse. Quare hac ex parte quæcunque dicitis, aut unquam dicetis, insulsa sunt, inepta sunt, eruntque; adeòque non premunt, quos impugnatis, Latinos, ut vos præsentissimè jugulent. Sunt, inquit Severus, & alia, ob quæ à Sacris repellenda sunt Azyma: ob quæ adeò Eucharistiam dedecent Azyma, ut illis eam confici, planè negandum sit. Ea (1) Severus septem Capitibus integris explicatè complectitur, tantâ confidentiâ, ut ea Photiani cùm legunt, tertium è Cælo Catonem Latinomastiga descendisse sanctissimè putent, quem propterea cudendum iterum penes Transilvanos Dacos nuperrimè curant. Et cur hæc non agant, hæc non existiment de Severo, qui ea omnia contra Latinorum Eucharistiam produxit, quæ Photianorum Proceres hac super re usquam dixere: ut si nobis contigerit, hunc omnino refellere, omnes in illo Photianos retudisse videamur. Neque difficilis Opera; ita omnia plena sunt ignorantiæ, mendaciorum, ineptiarum. Ex his, quæ maximi à Recentioribus fit, illa est, quam nobis Melchisedec objicit. ὁ Μελχισεδὲκ (2) ait, προεικόνιζε τὸν Χριστὸν, καθὼς καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. οὗτος ὁ Μελχισεδὲκ ἦτον ἱερεὺς τοῦ ὑψίστου, καθὼς φαίνεται εἰς τὴν γένεσιν. οὗτος ἐλειτούργει, καὶ ἐθυσίαζε μὲ ἄρτον ἔνζυμον, καὶ μὲ οἶνον, καὶ ὄχι ἄζυμον, ἐπειδὴ καὶ τὰ ἄζυμα ἐστάθη μεταγενέστερα εἰς τὸν καιρὸν τοῦ Μωυσέως, καὶ τὰ ἑξῆς. *Melchisedec præfiguravit Christum, quemadmodum & David dicit: Tu es (3) Sacerdos in æternum secundum Ordinem Melchisedec. Hic Melchisedec erat Sacerdos Altissimi, ut patet ex (4) Genesi: Sacrificabat autem pane fermentato, & Vino, non verò Azymo, nam Azyma posteriora erant tempore Moysis, &c.* Ex his hoc argumentum validissimum, ut ipsi videtur, instituit: Melchisedec Christi figura fuit, quæque ille obtulit, offerenda per Christum in Eucharistia significabant: At Fermentatum, non Azymum obtulit: igitur & Christus Fermentatum, non Azymum. Major confirmari potest ex effatis (5) SS. Patrum, præsertimque (5) Damasceni, ἄρτῳ inquit, καὶ οἴνῳ ἐπεδέξατο Μελχισεδὲκ τὸν Ἀβραὰμ ἐκ τῆς τῶν ἀλλοφύλων κοπῆς ἀναστρέφοντα ὁ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου. Ἐκείνη ἡ τράπεζα ταύτην τὴν μυστικὴν προεικόνιζε τράπεζαν, ὃν τρόπον ἐκεῖνος ὁ ἱερεὺς τοῦ ἀληθινοῦ Ἀρχιερέως Χριστοῦ τύπος ἦν, καὶ εἰκόνισμα. *Pane, & vino Melchisedec excepit Abraham revertentem ab internecione Gentium exterarum Sacerdos Dei Altissimi. Illa mensa hanc mysticam mensam præfiguravit, quemadmodum ille Sacerdos Typus erat, & imago Christi.* Minor vero probatur à Severo ex eo, quòd ætate Melchisedec nondum erant Azyma, quippe quæ Moysi primùm imperata sunt à Deo: igitur ætate Melchisedec non nisi pane fermentato homines utebantur, proinde panis, quem Melchisedech obtulit, non Azymus fuit, sed fermentatus. His addit Severus panes Propositionis, à quibus Eucharistiam significatam docent Cyrillus (7) Jerosolymi-

(1) *In 3. differen. Græcor. à Latinis à pag. 35. ad 46.*

(2) *d. 3. differen. §. 1. lin. 1.*

(3) *Psalm. 109. n. 4.*

(4) *Genes. c. 14. n. 18.*

(5) *Chrysost. hom. 35. in Genes. Clem. Alex. lib. 4. strom. Euseb. lib. 5. demonstr. Euang. c. 3. Cyprian. l. 2. Epist. 3. Ambros. lib. 4. de Sacramen. c. 3. Hieron in c. 26. Mat.*

(6) *Lib. 4. c. 14. & 90.*

(7) *Catechef. 4. Mystag.*

mi-

mitanus, (8) Damascenus, (9) Hieronymus: At hos autumat fermentatos fuisse, non Azymos his verbis (10) Levitici: λήψεσθε σεμίδαλιν, καὶ ποιήσετε αὐτὴν δώδεκα ἄρτους, καὶ ἐπιθήσετε αὐτοὺς ἐπὶ τὴν τράπεζαν τὴν καθαρὰν ἔναντι κυρίου: *accipietis similam, & facietis eam duodecim panes, & ponetis eos super mensam purissimam coram Domino*. Quibus apertissimè probari putat, eos panes Azymos non fuisse: nam, *panis*, inquit, *in Sacris Paginis Fermentatum dumtaxat significat, cùm simpliciter & sine addito dicitur*. Id vir bonus tamen non alio modo probat, quàm quòd manifestum sit: Manifestum nimirum ipsi, qui dicit, atque adeò manifestum, ut ne communi quidem probatione tantum effatum dignetur, quâ nempe contenditur à Photianis, voce panis solum Fermentatum significari, quòd ἄρτος ab αἴρω dicitur, hoc est ab *elevo, attollo, extollo*, quasi fermento intumescat, atque attollatur. Hac igitur sibi Veritate propositâ, panem, hoc est, Fermentatum, materiem Eucharistiæ unicam esse demonstrat (11) eruditissimè ex (12) Joanne, (13) Marco, (14) Luca, (15) Paulo, (16) Jacobo Apostolis, neque eruditè minus ex (17) Dionysio, (18) Maximo, (19) Chrysostomo, (20) Nysseno, Cyrillo (21) Jerosolymitano, (22) Damasceno, Isidoro (23) Pelusiota, (24) Germano I. quibus succenturiat (25) Cabasilam, penes quos omnes (miror, cur non & Latinos addiderit Patres; cùm possit) constitutissimum est, panem esse materiem unicam Eucharistiæ: Porro Azymum panem non esse, sed Azymum; igitur Azymum materiem Eucharistiæ non esse. Hæc est, post profligatam superiùs, unica ratio Photianorum; hac se victores Latinorum putant, hac omnes Latinas argutias contrivisse. Panem, inquiunt, *Christus accepit, benedixit, ac fregit*: Panis naturam asserunt Patres in Christi corpus mutari, non Azymi: Pane significatur Eucharistia creberrimis Sacrarum Paginarum effatis, non Azymo. Quid igitur nobis obtrudunt Latini Azyma, queis Christus non benedixit, ignorarunt Patres? Nam nequis à Patribus nomine Panis & Azyma commendata malè cautus existimet, profert (26) Severus Chrysostomum his antithetis perorantem: ἐκεῖ τὸ γράμμα, ὧδε τὸ πνεῦμα, ἐκεῖ ὁ ἀμνὸς, ὧδε ὁ Χριστὸς, ἐκεῖ τὰ ἄζυμα, ὧδε ὁ ἄρτος: *ibi littera, hic Spiritus, ibi Agnus, hic Christus, ibi Azyma, hic panis*. Vides, ait, ut panis stat contra Azyma, qui igitur Azyma nomine panis censebuntur? Quare & (27) Pelusiotes, καὶ ἐπὶ τῆς τραπέζης, ait, τῆς μυστικῆς τὸν ἄρτον τὸν κοινὸν, σῶμα ἴδιον τῆς αὐτοῦ σαρκώσεως ἀποφαίνει τὸ πανάγιον πνεῦμα. *Et in mensa mystica communem panem efficiens Sanctissimus Spiritus corpus proprium ejus Incarnationis*. Cur panem communem dicit, nisi quòd panem fermento turgidum intelligit? Hic enim Panis communis est, fuitque omnibus semper, cùm Azyma neque Judæis communia fuerint, nec nobis usitata. Quò respexit (28) Damascenus, cùm dixit: ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ἄρτον ἐσθίειν, ὕδωρ τε, καὶ οἶνον πίνειν, συνέζευξεν αὐτοῖς τὴν θεότητα, καὶ πεποίηκεν αὐτὰ σῶμα, καὶ αἷμα αὐτοῦ. *Quoniam mos hominibus panem edendi, & aquam, atque vinum bibendi, his adjunxit Divinitatem, eaque fecit corpus, & Sanguinem suum*. Ἀκούετε, exclamat (29) Severus. Τί ὁ ἅγιος οὗτος λέγει; ὅτι ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ἄρτον ἐσθίειν. Πότε, καὶ ποῦ ἔχουσι συνήθειαν κατατρώγειν οἱ ἄνθρωποι καθ' ἑκάστην ἄζυμον; *auditis, quid vir Sanctissimus dicat, quòd mos sit hominibus panem edendi? Quando, aut ubi solent homines singulis diebus Azyma devorare?* Quapropter tandem (30) concludit. Ἐκ τῶν προειρημένων λοιπὸν μαρτυριῶν ἐφανερώθη, ὅτι ὁ ἡμέτερος σωτὴρ, καὶ δεσπότης τὸ δεῖπνον ἐκεῖνο τὸ μυστικὸν ἐξετέλεσε διὰ τοῦ ἐνζύμου ἄρτου, καὶ οὐχὶ διὰ τῶν ἀζύμων, ἐπειδὴ καὶ οὐδεὶς τῶν προειρημένων ἁγίων εἶπεν, ὅτι ὁ Χριστὸς ἡμῶν, καὶ Θεὸς ἐποίησε τὸ δεῖπνον διὰ τῶν ἀζύμων. *Ex propositis igitur testimoniis palam est, Servatorem nostrum, ac Dominum confecisse cænam illam mysticam in fermentato pane, non in Azymis; quando nemo productorum Patrum asseruit, Christum nostrum, ac Deum cœnasse in Azymis*.

(8) d. lib. 4. c. 14.
(9) In c. 1. Epist. ad Tit.
(10) Cap. 24. n. 5.
(11) d. differ. 3. c. 3. per tot.
(12) Cap. 6. à n. 31.
(13) Cap. 14. n. 22.
(14) Cap. 22. n. 19.
(15) Cap. 11. 1. ad Corinth. n. 23.
(16) In Liturgia.
(17) De Eccles. Hierar. c. 3.
(18) In expos. d. c. 3. Eccl. Hierarch.
(19) In Liturgia, & in ca. 15. 1. ad Corinth.
(20) Apud Severum ubi suprà pag. 40. lin. 13.
(21) Catechef. Mystag. 4.
(22) Apud Sever. ibid. lin. 26.
(23) Lib. 1. Epist. 109.
(24) In Theoria Missæ.
(25) In exposit. Missæ apud Sever.
(26) Apud eundem pag. 40. lin. 11.
(27) d. Epist. 109.
(28) Apud Sever. d. pag. 40. lin. 26.
(29) Ibid. lin. 28.
(30) Ibid. à linea 40.

XII. O Græcum ingenium, quò devolveris, cùm falsa sectaris! quas ineptias non amas, cùm Veritatem odisti! cui te non ignorantiæ fateris obnoxium, cùm Sapientiam niteris impugnare! Quis hæc non putet à mente capto prorsus dicta, proposita, jactata? Quid in his non fatuum prorsus, & improbum? Quid hæc undecunque ingerunt aliud, quàm ignorationem, ut Philosophi dicunt, Elenchi, sive potiùs, meram, putam, ac putidam ignorantiam? Primùm Melchisedec ille, quem primùm objicitis, si Christi figura fuit, ut reapse fuit, profectò umbra fuit, non vera imago, ut Paulus (1) testatur, & acutè docet (2) Hieronymus. Quòd si Melchisedec umbra fuit Christi, non vera imago, quid, inepti, tantam in utroque similitudinem somniatis, ut, si ille obtulit fermentatum panem, hic panem azymum offerre nequiverit? An quia Rex fuit Melchisedec, & ille, quem præfigurabat, Christus, qui ne Rex fieret, plebi gratulabundæ valedixit? An quia ille panem, & vinum obtulit armatis, atque victoribus, & hic armatis discipulis post triumphum panem suum offerre debuit, non inermibus, & victuris quidem hostem, nondum tamen victoribus? An quòd ille non pani oblato benedixit, sed Abrahæ, propterea & Christus discipulis benedixit, non pani, quem (3) *benedixit, fregit, deditque discipulis*? Quid seriò luditis viri boni? ne similitudo quidem perfecta dissimilitudinem omnem excludit, quid umbra? Nescio, quid refert ex eo, cujus est umbra, non totum: atque adeò inter se atque id, cujus est umbra, dissimilitudinem ingerit, ut umbra, quæ corpus refert, necessariò ab eo, quod refert, corpore sit diversa. Quid igitur, Carissimi, deliratis? Panem uterque obtulit: hæc umbræ similitudo cum Corpore. Si ultra pergitis, dissimilitudinem, quam vel ipsi fateamini, statim invenietis. Nam peto, Doctores optimi, panis, quem Melchisedec obtulit, figura fuit panis à Christo oblati, postquam abiit in Corpus Christi, an antea? Si Patres, quos sæpe producitis, quosque solos potestis producere, contra morem, sequimini, dicetis, Panem Melchisedec figuram Eucharistiæ fuisse: id enim, quotquot supra produximus, Patres affirmant. Adeste modò, ac similitudinem illam perfectam, & numeris absolutam omnibus assignate Christi panem inter, & panem Melchisedec.

(1) Ad Colosf. c. 2 & ad hebr. c. 10. n.
(2) In c. 1. Epist. ad Tit.
(3) Mat. c. 26. nu. 26.

Digitized by Google

Hic verus panis, at ille Corpus Christi verum: ibi cum naturâ panis, quæ accidunt pani; hìc quæ accidunt pani dumtaxat mirum in modum sunt præter panis naturam. Ibi panis est inanimis, & omni vivente deterior, hìc homo est, hìc Deus est, Deus homo, rerum optimus, omnium viventium vita, causa, beatitas. Ergo, Sapientissimi hominum, quid hic similitudinem comminiscimini omnimodam, quam si ulteriùs exposcere tenditis, probabo, vos non esse Christianos? Nam si quid probat argumentum vestrum, hoc probat: in Pane Christi Corpus Christi non esse, quod in Pane Melchisedec non fuit Melchisedec: in Pane Christi panis esse naturam, quòd in pane Melchisedech fuerit panis natura. Pani Christi nullum inesse prodigium, quòd panis Melchisedec nullum prodigium contineret. Hoc est, hoc, inquam, est, Photiani, quod ex argumento vestro colligitur, quod si sapitis è libris vestris delete, ne quis ex Arctoa Hæresi literatulus, sit ille Claudius, vel alius ejusdem phreneseos homo, putet vos eadem cum Calvino sentire de venerabili Sacramento. Adde, hac vestra argumentatione vos premi, probarique, in Azymo confectam Eucharistiam eadem, quâ vos contra idipsum utimini, argutiâ. Nam Judæorum Azyma figuræ fuisse dicuntur Eucharistiæ: id, quod probo ex verbis Chrysostomi à Severo relatis: ἐκεῖ, ait, τὸ γράμμα, ὧδε τὸ πνεῦμα, ἐκεῖ ὁ ἀμνὸς, ὧδε ὁ χριστὸς, ἐκεῖ τὰ ἄζυμα, ὧδε ὁ ἄρτος: *ibi littera, hìc Spiritus: ibi Agnus, hìc Christus: ibi Azyma, hìc panis.* Quę verba hunc sensum reddunt: Rebus cessere figuræ, corporibus umbrę, quare ibi figura Spiritus littera, hìc Spiritus: ibi figura Christi Agnus, hìc Christus: ibi figura Panis Eucharistici Azyma, hìc Panis ipse Eucharisticus. Quæro, utrum hunc sensum recipiatis? Quidni? cùm ad eum sensum Magnus Severus ea verba produxerit? Igitur Azyma figura Panis sunt Eucharistici. Jam arripio propositionem vestram: sed qualis figura, tale prorsus sit oportet & id, quod figurâ significatur: ergo si Panis Eucharistici figura in Azymo est, panis ipse significatus in Azymo.

XIII. Demus tamen & hoc, quod hactenus ridendum, ineptum, absurdum, vobisque ipsis formidandum ostendimus, afferamusque, quod vultis, Christi panem perfectè similem pani Melchisedech: unde, eruditissima capita, confirmatis, panem Melchisedec Azymum non fuisse? Palam est, inquiunt, quòd primus Moyses Azyma invenerit producto Exodi (1) loco. Si vobis placiturus hæc scriberem, profectò calamum ad aniles fabulas vobis unicè placituras converterem, quæreremque, utrum ne Azymum antiquius Fermentato sit, an è contra? utrum fermentum spectet ad artem posteriorem naturâ, an potius natura statim panem fermentatum ediderit? an Panis, quem primum Adam comedit in sudore vultus sui, statim ac farinæ addita aqua est, ex se ipso intumuerit, an acore aliquo provectus sit ad tumorem? Sed quoniam seria tractamus, agite, quid ò boni dicetis, si palam ostendero, ante Moysen, imò ipsa ætate Melchisedec Azyma non solùm usu recepta, verùm etiam habita in deliciis? Profectò, si quid mentis, cordisve vobis est reliquum, dicetis delirasse Severum, cùm panem Melchisedec fermentatum dixit, quòd ignota Judæis ante Moysen Azyma fuerint. Dicetis, non constare ad summum, num panis Melchisedec fermentatus fuerit, num Azymus: Dicetis, ni cum Severo deliratis, si quid in re incertâ probabile constitui potest, probabilitati magis consentaneum videri, panem Melchisedec Azymum fuisse, non fermentatum. Nam cùm revertenti à cæde hostium Abrahæ victori, triumphatori, panem illum obtulerit, in re incerta, probabile magis est, oblatum panem fuisse, qui pluris haberetur, qui jucundior, qui magis aptus videretur convivio. Alioqui cur & hordeaceum panem eum fuisse, non dicimus? Siquidem ergo docuero, ipsa Abrahæ ætate, atque Melchisedec Azymum panem, non usitatum dumtaxat, sed fuisse in deliciis, hunc potiùs dicetis oblatum, quàm fermentatum. At Azymum panem ea ætate usitatum, habitumque in deliciis revera, palam est ex iis, quæ de Lotho narrantur in Genesi. ἦλθον δὲ, (2) inquit, οἱ δύο ἄγγελοι εἰς Σόδομα ἑσπέρας· Λὼτ δὲ ἐκάθητο παρὰ τὴν πύλην Σοδόμων, ἰδὼν δὲ Λὼτ ἐξανέστη εἰς συνάντησιν αὐτοῖς, καὶ προσεκύνησε τῷ προσώπῳ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ κύριοι ἐκκλίνατε εἰς τὸν οἶκον τοῦ παιδὸς ὑμῶν, καὶ καταλύσατε, καὶ νίψατε τοὺς πόδας ὑμῶν, καὶ ὀρθρίσαντες ἀπελεύσεσθε εἰς τὴν ὁδὸν ὑμῶν· καὶ εἶπαν, οὐχὶ, ἀλλὰ ἐν τῇ πλατείᾳ καταλύσομεν· καὶ κατεβιάζετο αὐτοὺς, καὶ ἐξέκλιναν πρὸς αὐτόν. καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν αὐτοῖς πότον, καὶ ἄζυμα ἔπεψεν αὐτοῖς. *Venerunt duo Angeli Sodomam Vespere, sedente Lot in foribus Civitatis: Qui cùm vidisset eos, surrexit obviam eis, adoravitque pronus in terram, & dixit: obsecro, Domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi, lavate pedes vestros, & proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt, minimè, sed in platea manebimus. Compulit illos oppidò, ut diverterent ad eum; ingressisque domum illius fecit convivium, & coxit Azyma.* Ecce Azyma ætate Melchisedec. Non igitur primus Moyses invenit, sed primus ad ritum, ac cæremoniam deduxit, cùm antiquissima essent, cùm nota, cùm usitata, cùm habita in deliciis, quippe parantur convivio grande futura voluptatis additamentum. *Fecit*, inquit, *convivium, & coxit Azyma.* Cur Azyma coxit? ut convivio apponeret Azyma. Porro cur convivio apposuerit Azyma, nisi quòd vel Azyma tantùm ea tempestate pro pane ad communem usum essent, vel haberentur loco delitiarum? Ex utroque autem, & alterutro infertur, probabilissimum esse, in re incertâ, oblatum à Melchisedec Abrahæ panem non fermentatum fuisse, sed Azymum.

XIV. Eâdem respondetur methodo difficultati è panibus Propositionis objectæ, nam & si demus panes illos non Azymos fuisse, sed fermentatos, quid hoc obfuerit, quin Eucharistia institui quiverit in Azymo, cùm corpus non oporteat suæ similem omnino esse umbræ, aut à re imaginem suam plenè referri? Quare (1) Hieronymus, *tantum*, inquit, *interest inter panes Propositionis, & corpus Christi, quantum inter umbram, & corpora; inter imaginem, & veritatem; inter exemplaria futurorum.*

(1) C. 12. nu. 1. & seqq.

(2) C. 19. nu. 1. & seqq.

(1) In C. 1. Epist. ad Tit.

Y rum.

rum, & ipsa, quæ per exemplaria figurabantur. Quæ verba coram vos docent, modestiùs desipere, ne plenissimam similitudinem inter dissimilia, atque aliqua tantùm ex parte similia, requiratis. Etenim, si quidquid figura fuit Eucharistici panis, ejusdem planè conditionis cum Eucharistico Pane fuisse dicatur, nec Agnus ille Paschalis, quem panis hujusce figuram dicunt (2) Augustinus, (3) Leo, (4) Gregorius, nec Manna, quo significatam Eucharistiam certissimum est ex (5) Chrysostomo, (6) Theophylacto, (7) Augustino, (8) Ambrosio. Quare, ne hæc planè ridicula, palamque Majoribus nostris contraria dicamus, dicendum erit, figuram non omninò ejusdem rationis esse debere cum figurato. Quod si ante omnia constituas, amabo, quid ex panibus fermentatis, quæ imponebantur mensæ purissimę coram Deo, tuo colliges proposito utile? Addo, non facilè probari posse, panes illos fermentatos fuisse. Unde enim hoc infert Severus? An quia dicuntur debere confici ex similâ? At ex similâ confici, & Azymum posse, nemo sanæ mentis inficias ibit. Nam (9) simila farinæ triticeæ medulla est, ea scilicet pars, quæ media est inter secundarium, & pollinem. Jam huic, si fermentum addas, fermentatum ex similâ panem efficies, itidemque Azymum ex similagine, si fermentum defuerit. Quapropter simila ἀδιάφορος est ad utrunque. Quî ergo ex illa alterutrum inferas? Adagii instar Jureconsultis est notissimum illud: *non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse*, & à plura æquè complexis consecutionem ad alterutrum, unumve certum ex illis, Philosophi vetant, inclamaturi uti fatuo ei, qui id aut auferit, aut faxit: quâ Ratione & nos uti fatuo Severo inclamamus, auso fermentatos panes illos asserere, quòd ex similâ eos confici Numen jusserit, sibique proponi. Ecce enim ex similagine Azyma confici solita, & Numini proponi, offerrique, constat ex his notissimis (10) Exodi verbis. Λήψῃ ἄρτον ἕνα ἐξ ἐλαίου, καὶ λάγανον ἓν ἀπὸ τοῦ κανοῦ τῶν ἀζύμων τῶν προτεθειμένων ἐναντίον κυρίου. *Accipiet panem unum conspersum oleo, & laganum unum de canistro Azymorum, quæ proposita sunt ante dominum.* Unde utrunque manifestissimè colliges. Nam panis oleo conspersus Azymus erat, ut patet ex iis, quæ ante hæc verba Numen edixerat: Laganum etiam placenta est Azyma, ut Lexica (11) Latina, & Græca nos docent. Ea porro depromi jubentur canistro Azymorum, ut scias omnia fuisse Azyma. Quid enim ex conceptaculo Azymorum depromes, nisi Azymum? Ea denique proposita, oblataque Numini affirmantur: igitur & propositi Deo panes Azymi, & Azymi panes Deo proponebantur, ut potiori jure dicendum sit, panes propositionis Azymos, non fermentatos fuisse.

XV. At inquies, Azymus, panis in Sacris Paginis nunquam simpliciter panis dicitur. Non ne pudet, hæc inter Sapientes effutire? Ferendum est, Severe, quòd hæc ineptæ, ignoranti, planèque barbaræ Photianorum plebeculæ dixeris, si eadem Græcis exsibilanda propones, non ne τὴν παλάμην, palmam ex (1) adagio, merebere? Ut desint alia, locus Exodi proximè productus non ne mendacitatem, aut certè ignorantiam tuam, Xanthopuli, cæterorumque Photianorum refellit? Λήψῃ, (2) ait, μοσχάριον ἐκ βοῶν ἕν, καὶ κριοὺς ἀμώμους δύο, καὶ ἄρτους ἀζύμους πεφυραμένους ἐν ἐλαίῳ, καὶ λάγανα ἄζυμα κεχρισμένα ἐν ἐλαίῳ, σεμίδαλιν ἐκ πυρῶν ποιήσεις αὐτά, ἐπιθήσεις αὐτὰ ἐπὶ κανοῦν ἕν, καὶ προσοίσεις αὐτὰ ἐπὶ τῷ κανῷ. *Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos, panesque Azymos, & crustulam absque fermento, quæ conspersa sit oleo, lagana quoque Azyma oleo lita: de simila triticea omnia facies, & posita in canistro offeres.* Ecce in Canistro nil non azymum ponitur, panes azymi, azyma crustula, lagana azyma. Videamus nunc, quid è canistro oblato Moyses depromat. καὶ ἄρτον, (3) inquit, supple Λήψῃ ἄρτον ἐξ ἐλαίου ἕνα, καὶ λάγανον ἓν ἀπὸ τοῦ κανοῦ τῶν ἀζύμων. *Tolles panem unum oleo cospersum, & laganum unum è canistro Azymorum.* Panem azymum ingessit canistro Azymorum, nunc Azymorum canistro depromit panem simpliciter. An panis in canistro fermentum invenit, ut Azymus ingressus fermentatus exiret? Sequere porro, & lege (4) inferiùs: καὶ ἔδονται Ἀαρὼν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τὰ κρέα τοῦ κριοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τοὺς ἐν τῷ κανῷ παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. *Panes quoque, qui sunt in Canistro, Aaron, & filii ejus in vestibulo Tabernaculi Testimonii comedent*; & (5) infrà: ἐὰν δὲ καταλειφθῇ ἀπὸ τῶν κρεῶν τῆς θυσίας τῆς τελειώσεως, καὶ τῶν ἄρτων ἕως πρωΐ, κατακαύσεις τὰ λοιπὰ πυρί. *Quod si remanserit de carnibus consecratis, sive de panibus usque mane, comburet reliquias igni.* Vides hic panes azymos panes simpliciter appellari, dic, sodes, dic aliquem, Photiane, colorem. Fortassis, inquies, id usuvenit in Veteri Testamento; in Novo Panis Fermentatum significat. Quanta in hominibus pertinacia! quàm libenter ineptiunt, ne mutent sententiam, quam undique profligatam agnoscunt! Quid si evincam, etiam in Lege nostra Azymum panem simpliciter nuncupari. *Ibant*, Luca (6) historico, *ex discipulis Duo* εἰς κώμην ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλήμ, ᾗ ὄνομα Ἐμμαούς, *in Castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Jerusalem, nomine Emmaus.* Iter facientibus addit se comitem Christus, miscent amicè colloquia, tandemque ubi Emmaus pervenerunt, (7) παρεβιάσαντο αὐτὸν λέγοντες, μεῖνον μεθ' ἡμῶν, ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ, καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα. ἐπινεύσας ἐν τῇ αἰτήσει αὐτῶν, λαβὼν τὸν ἄρτον, καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς. *Coegerunt illum dicentes: mane nobiscum, quoniam advesperascit, & inclinata est dies: & intravit cum illis: & factum est, dum discumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat eis.* (8) Et infra καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, *& quomodo cognoverunt eum in fractione panis*. Hic bis panem nominari simpliciter audis: inferes Fermentatum esse? Inferto licèt, ut ignorantiam tuam prodas apertiùs: nam hęc, quæ à Luca narrantur, tertio Azymorum die facta fuisse, palam est ex ipsa Sacra (9) Historia. ἀλλάγε, inquiunt discipuli illi, σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο, *& nunc super hæc omnia tertia dies est hodie, quòd hæc facta sunt.* Ergo ipsa Azymorum hebdomade, tertia die, Christus panem accepit, benedixit, ac fregit: Quî igitur panis ille

(2) Lib. 2. contr. litt. Petilian. c. 37.
(3) Serm. 7 de Paß. Dom.
(4) Hom. 22. in Evang.
(5) In c. 6. Joann.
(6) In d. c. 6. Jo.
(7) In d. c. 6. Jo.
(8) Lib. 5. de Sacr. c. 1. & lib. de his qui init. Myster. c. 8. & 9.
(9) Vide Lexica.
(10) Cap. 29. n. 23.
(11) In dictio. Laganum, et placenta.
(1) Apud Planud. in Adag. cent. 3.
(2) Exod. c. 29. n. 2. 3.
(3) d. c. 29. n. 23.
(4) d. c. 29. n. 32.
(5) d. c. 29. n. 34.
(6) C. 24. n. 13.
(7) Ibid. n. 29.
(8) Ibid. n. 35.
(9) Ibid. n. 21.

Digitized by Google

ille fermento turgidus esse potuit, cùm ea hebdomade totâ, ex toties repetitis Exodi, Levitici, Numerorum locis, verbisque, nusquam in totâ Judæâ panis non azymus poterat reperiri? An discipuli Fermentatum Jerosolymis detulissent? An ipso in oppido Emmaus, quò diverterant, fermentatum, quem emerent, invenissent? An adhuc Judaicis imbuti Moribus Azymorum hebdomade panem non Azymum tetigissent? Igitur fatere, si sapis, panem illum fuisse azymum, quem tamen audis panem simpliciter appellari: atque adeò fatere, non in Veteri fortassis Testamento, sed in illo certè, in Novo certissimè, azymum panem panem simpliciter appellari. Cur autem non? an Azymus panis aliquid habet, quo *Specie*, uti dicunt, à fermentato pane, quo utimur, differat? Dicite porro quid illud est: Num non uterque farina constat, & aqua? Num non uterque in clibano coquitur? Num non uterque vim habet nutriendi, ac vegetandi? Fermentum, inquiunt, habet alter, quo caret Azymus. Quid verò fermentum? an aliud, quàm panis ad acorem deductus, & turgidus, vimque habens tumefaciendi? At hæc non intra panis naturam sunt: *accidentia* dicimus, quippe pertinentia ad Saporem, vel ad eam, quam *quantitatem* appellant Philosophi. Sic dicetis differre austerum vinum à dulci, à Lesbio Creticum; sic non alterum, sed alium dicetis hominem siccum à pingui, à Galba Vitellium. Nec ab Etymologia vobis ullum subsidium est. Benè enim dicitis ἄρτον ab αἴρω vocari, non autem, ab ἀέρος. Nam ἄρτος dicitur *Panis* non solum à vi, ut ita dicam, *passiva*, qua elevatur, ac turget, non enim hæc pani peculiaris, communis est cum rebus quàmplurimis: sed præcipuè ab *activa*, qua præ cibis cæteris elevat, edentemque corroborat: Quare & in (10) Lexicis vestris ἄρτος dicitis ἀπὸ τοῦ αἴρω, τὸ χαρίζω τὴν δύναμιν: *panis dicitur ab attollo, quod est, elevo vires, & augeo*. Porro hæc omnia æque Fermentato, ac Azymo convenire quis neget? & quidem simpliciter: ergo & hic ἄρτος simpliciter dicitur, fitque adeò, ut æquè propriè Panis Fermentatum, atque Azymum panem significet.

(10) *Vide Lexic. editũ per Corn. Gesnerum, et Jo. An. Hartongũ. dictio. ἄρτος.*

XVI. Quòd si hæc ita sunt, ades, furiose Severe, Te enim quacùmque in Pagina loqueris, Te, inquam, coram universâ Gente nostrâ, cui moliris exitium, provoco. Retexe, quod ingeris, argumentum. Patres nostri palam affirmant, à Christo, in Pane, institutam Eucharistiam, panem esse materiem unicam Corporis Christi in Sacramento venerabili conficiendi. Accipimus propositionem, veneramur Græcam sententiam, Majorum nostrorum effatis adstipulamur. At azymus panis non est: negamus inficetam, post hactenus prolixè proposita, Photianæ stoliditatis adsumptionem. Photiana hæc, non Græca est, ingenium nostrum non olet, longè peregrinatur à sensis Sapientissimæ Græciæ. Nemo Patrum hoc dixit: hoc Sacræ Paginæ damnant, eum, qui hoc dixerit, Græcum palam inficiatur non Latinus aliquis, non aliquis ex iis, quos λατινόφρονας appellatis, sed Græcus, ante Schisma qui vixit, doctissimus (1) Theodoretus. Etenim, cùm is asserat, Sapientem esse non posse, eum, qui panem azymum panem vocari posse negaverit: cùmque idem sit esse Græcum, ac Sapientem, juxta tritum illud Anacharsis (2) adagium: ὁ δ᾽ Ἕλλην σοφίας ζῶον: *Græcus animal Sapientiæ*; sequitur, Theodoreti sententiâ eum Græcum non esse, qui panem azymum panem vocari posse negaverit. Sic rejectâ jure, ac meritò adsumptione Severi, hanc substituimus: at Panis ex tritico panis est, quicunque ille sit, sive azymus, seu fementatus: igitur Christus in pane triticeo, quicunque ille fuerit, sive azymus, seu fermentatus, Eucharistiam instituit. Igitur Panis triticeus, quicunque ille sit, sive azymus, seu fermentatus, vera, certa, certissima materies est Eucharistiæ conficiendæ. Hæc est Græciæ sententia, cui frustra, Photiani, ineptias vestras affingitis, quando nunquam penes sensatos, cordatosque viros, quod stolidum est, Græcum esse videbitur. Et sanè quid stolidius, quid ineptius, quid dementius, quàm pervicaciter inficiari, posse in Azymo Eucharistiam religiosissimè confici? Quæ nam aliquando ratio id unquam constituit? Quæ usquam hoc innuit Pagina Sacra? Quis ex Patribus nostris id unquam asseruit? Audio ad patrocinium Impietatis hujusce produci Chrysostomum: nam (3) dixit, ἐκεῖ τὰ ἄζυμα, ὧδε ὁ ἄρτος: *ibi Azyma, hic panis*. Non ne pudet, homines, tàm ineptè decipi, ut ineptiùs decipiatis? Quæro, quem panem opponat Chrysostomus Azymis? Si non planè desipitis, panem, dicetis, non ampliùs panem, sed Christum speciebus panis mirè contectum. Ergo hic sensus Chrysostomi: cessere corporibus umbræ, olim panis inanimis, qualis esse videtur azymus Panis, cum discriminatur à Fermentato, nunc panis vivus: olim panis erat, & videbatur, nunc videtur panis, nec tamen est. Cessere igitur Azyma pani, quia panis azymus hunc panem significabat, qui panis dicitur, sed Christus est, qui panis dicitur, nec tamen est aut azymus, aut fermentatus. Porro hæc sententia Chrysostomi quid attinet ad rem nostram. An negat Azymum esse Panem? Sanè non ita. Negat Azymum esse hunc panem, qui Christus, non panis est? Vade igitur, Severe, aliunde tibi validius patrocinium para: nam Chrysostomus Græcus est, non Photianus, nec vobiscum desipit, sed sapit nobiscum. Manifestior iniquitas tua in Isidorum Pelusioten, quem phalerarum tuarum Patronum autumas, quia dixit Eucharistiam, ἄρτον κοινὸν, *panem Communem*. Edormi ignorantiam isthanc tuam, Severe, ac puncto temporis mentem docti hominis accipe. His verbis Isidorus elegantissimè docuit, Eucharistiam panem esse communem, non quòd eo solo pane conficitur, quo solent homines communiter uti, sed quòd reapse hic panis omnibus communis est. Nam panis ille, quem edimus communis non est, singulorum est, nec meus panis est tuus, aut is, quem vivens edebas, is est, quem nunc edo. Contra Eucharisticus Panis idem ipse omnium est, idem ipse omnibus datur, nec alium sub hujus initium sæculi Sacris operatus edisti, ac ego quotidie in Ara perparum dignè, imò potiùs indignè faciens deglutio. Vere igitur communis est panis, qui de Cœlo descendit, panis ille Angelorum, quem manducat homo, non hic & ille diversum, sed omnis homo prorsus eundem, quippe non consumitur

(1) *In c. 12. Daniel.*

(2) *Apud Planud. in Adag. cent. 1.*

(3) *Apud Sever. 3. differens. pag. 40. lin. 11.*

mittur sumptus, non dividitur distributus, divisus nequaquam minuitur, Communis proinde, ac verè communis, sive, sub involucris Azymi lateat, sive sub Fermentati tumore; quem adeò non ingerunt Isidori verba, ut planè extra aleam disputationis hujusce sint, quemadmodum & verba doctissima Damasceni. Rationem is reddit, ob quam Eucharistiam in Pane, ac Vino diluto Servator instituisset. Ait autem, *quòd mos hominibus sit bis uti, his addidit divinitatem*. Insurgit Severus: *& quis*, ait, *unquam affirmet, homines quotidie Azymis uti, atque Azyma καθ᾽ ἑκάστην* comedere? Sed illud καθ᾽ ἑκάστην non Damasceni est, sed Severi. Nam in verbis Damasceni καθ᾽ ἑκάστην illud nusquam reperias, Expunge illud, Severe, noscesque, nil à Damasceno dictum, quod absonet Veritati. Scilicet & nobis mos est Azymis uti, Azyma ipsa comedere, Azymis delectari: Quoties placentas amamus? Quoties offulis delectamur? Quoties crustulatam libentiùs, quàm panem comedimus? At hæc plerumque sunt Azyma. Igitur non est alienum ab hominum more, Azyma ipsa comedere. Igitur mos etiam hominibus Azyma comedendi, His igitur etiam, quemadmodum & Fermentato Divinitatem suam addit Servator: atque adeò ex Damasceni sententiâ, & Azymus conficiendæ Eucharistiæ erit aptissimus, Nempe & hic panis est sine addito, quemadmodum ex dictis ostendimus, ergo iis, quibus mos est, panem comedere, mos est & Azyma manducare, isque, qui Pani addidit Divinitatem suam, Azymo Divinitatem suam addit, & addidit.

SECTIO V.

Enodantur reliqua difficultates Severi.

SUMMARIUM.

I. *Proponuntur Argumenta Severi.*
II. *Græcos initio solitos in Azymis operari.*
III. *Nihil probari contra Azyma, quamvis Græci ab initio usi sint Fermentato.*
IV. *Fidem Christianam priùs à Latinis receptam, quàm à Græcis, priùs delatam Romam, quàm in Græciam.*
V. *Ratio, ob quam mos in Fermentato faciendi inoleverit in Græcia.*
VI. *An ante Alexandrum I. Pont. Latini Azymis uterentur. Expenditur authoritas, & locus Platinæ.*
VII. *An Azymis melius sit Fermentatum; & cur Alexander illa suo decreto firmaverit.*
VIII. *Notanda aliqua circa Ebionem, & Explicatur locus Epiphanii.*
IX. *Etiamsi primus Alexander Azyma jusserit, id nihil obstare Veritati Orthodoxæ.*
X. *Latinorum D. D. sententia affirmans diu Fermentato usam Ecclesiam Romanam expenditur, & quid Fermentum Priscis fuerit, explicatur.*
XI. *Refellitur Severi calumniatrix mendacitas.*
XII. *Respondetur argumento petito ex Can. Apostolico, & Laodiceno.*
Quatenus liceat Christianis moribus sequi Judæorum mores.
XIII. *Azyma Latinorum nihil habere cum Azymis Judæorum commune.*
Anachronismus Severi circa ætatem Balsamonis.
Hujus quanta sit authoritass, & perfidia.
XIV. *Eum, qui comederit Judæorum Azyma, licèt peccet, non esse irregularem.*

I. EVicimus revera manifestè prorsus, & palam, argumento Severi adeò nihil probari contra Veritatem, quam Græci recipimus, ut reipsâ probetur oppositum, confirmeturque Orthodoxum dogma, constituens, in Azymo ritè confici divinam Eucharistiam; reliquum est, ut cætera, quæ molitur in Veritatem ex penu Photianismi Severus idem, raptim, atque obiter refellamus. Raptim, inquam, atque obiter; Neque enim justâ responsione digni sunt Paralogismi manifesti, imprudentes Anachronismi, pudenda mendacitas. Hæc, ubi recitaveris, rejecisti, se ipsis se se conficiunt; ac more Terrigenarum fratrum, quos vel à Cadmo, vel ab Jasone satos Græcia nostra ingeniosè commenta est, se ipsa, ubi in scenam producta sunt, statim interimunt. Nempe audi, quid (1) Severus, post rejecta, repentè constituat, Orientalis, inquit, Ecclesia, non nisi in Fermentato Eucharistiam facit, more antiquissimo, more universim recepto, quà latè Ritus noster dispergitur per Asiam, Africam, & Europam; Igitur non nisi in Fermentato Servator fecit: Igitur non nisi in Fermentato Eucharistia confici poterit. Hanc consecutionem confirmat ex eo, quòd ab Oriente Fides ad Occidentem navigaverit, priùsque Græcam Ecclesiam Apostoli facienda docuerint, quàm Latinam. Igitur si illam docuerunt in Fermentato operari, & hanc; si illam operari in Azymo vetuerunt, & hanc; si illam coegere Azyma detestari, hanc etiam eodem Azymorum odio imbuere. Hinc eruditè (2) decernit ab initio Latinam Ecclesiam non nisi in Fermentato fecisse, primùmque Azyma ab Alexandro Pontifice hujus nominis primo jussa Romanis: cùm neque Euaristus, neque Prædecessores ea unquam recepissent, deterriti monitis Petri, qui Eucharistiam in Fermentato à Christo viderat institutam. Hoc verbis Platinæ comprobat, quasi Euangelistæ alicujus, quem mox excipit injuriosè, quod Azyma laudaverit: quare doctè, & laboriosè virtutes Fermentati passim enunciat, Azymi vitia producit, ea ostendens cacochyma, & inficeta, quorum alterum naturam, vimque Azymi damnat, alterum significationem, quando Sal prudentiam, virtutemque à corruptelâ abstinentem corpora mysticè signat.

(1) d. differen. 3. c. 2. pag. 41. à lin. 5.

(2) d. differen. 3. c. 5. per tot.

II. Hæc Severus, in quibus alii, queis tempus suppetit, ignorantiam notent; nos enim brevissimè, ut argumentum hoc valetudinarium refellamus, antecedentem propositionem omittimus, Omittimus, inquam, non etiam concedimus. Non enim constat, Ecclesiam nostram ab initio semper Fermentatis panibus usam in Sacro, quo de agimus, Opere. Imò, si quid gravissimis Authoribus credimus non Latinis, sed Græcis, ante Ebionem in Ecclesia nostra, cùm Sacra peragerentur, promiscuè, fermentatus panis, & Azymus fuit in usu. Docet hoc in primis Prodromus ille Theodorus, quem sæpe laudat

laudat (1) Margunius, quem ὑπέρμαχον ἱερομνήμονα τῆς κανονικῆς παραδόσεως appellat (2) Coressius, quem (3) Xanthopulus, à quo omnia Severus corrasit, ἀκριβῆ τῶν Κανόνων διδάσκαλον, καὶ πολυμαθέστατον ἱερέα, *pium Canonum Magistrum, & eruditissimum nuncupat Sacerdotem*. Ejus (4) hæc verba sunt. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι Ἐβίων πρῶτος ἐδίδαξε, μόνοις ἀζύμοις ἱερουργεῖν, καὶ τοῦτο πρῶτον παρ' ἡμῖν· ὅπερ ἀποστραφέντες οἱ τότε πατέρες οἱ τοῖς ἐν χερσὶν ἄρτοις ἱερουργοῦντες εἴτ' ἀζύμοις, εἴτ' ἐνζύμοις, διέταξαν ἐν μόνῳ ἐνζύμῳ ἡμᾶς εὐχαριστεῖν, καὶ ἱεροτελεῖν, ἵνα τῷ αὐτῷ ἔργῳ κατεδικάσωσι τὴν ἄτοπον γνώμην, δεικνύντες, καὶ ἐν ἐνζύμῳ τελεῖσθαι τὴν ἱερουργίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ θυσίαν. *Oportet autem nosse, Ebionem primum docuisse, solis Azymis sacrificare oportere, atque hoc primùm penes nos. Id, quod detestati, qui tunc erant Patres, qui promiscuè panibus, quoscunque habebant, sive Azymis, sive Fermentatis sacrificabant, constituerunt, ut nos, in solo fermento Eucharistiam, & sacrificium perageremus: ut facto ipso damnarent impiam sententiam, ostendentes & in fermentato confici sanctissimum Servatoris nostri Dei sacrificium*. Idem docet author Anonymus libri, qui inscribitur ἱερὰ ὁπλοθήκη, *Sacrum Armamentarium*, Notus Nicephoro (5) Blemydæ, (6) Andronico Camatero, Marco (7) Ephesio, laudatusque (8) Coressio, & (9) Margunio, ac receptus omnibus Photianis. Nam sic (10) scribit: Πάλαι ἐν ἀζύμῳ ἡ ἐκκλησία σύμπασα ἔτι ἰουδαΐζουσα ἱεούργει· ἐπεὶ δὲ συνῆλθον αἱρετικοὶ λέγοντες, ἀναγκαῖον ἐν ἀζύμῳ τελεῖσθαι τὰ ἱερὰ, προετιμήθη τὸ ἔνζυμον, ὡς ἐναντίον τῷ κακῷ δόγματι. *Olim in Azymo Ecclesia omnis adhuc judaicos mores secuta sacrificabat: Ubi verò advenerunt haeretici dicentes, necessarium esse in Azymo sacrificare sancta, prælatus est Fermentatus, ut contrarius pessimo dogmati*. Similia reperies in Georgio (11) Metochita ex Nicephoro Patriarcha, nec absimilia mussitat ipse (12) Coressius his verbis. εἰ δὲ καὶ ἀντιλέξετε τὸ παλαιὸν ἄζυμον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἱερὸν, καὶ εὐχαριστικὸν ὑπὸ τῶν συγγραφέων διαμαρτυρούμενον, φαμὲν, ἄλλο προσῆκαι τῇ ἰουδαϊζούσῃ ἐκκλησίᾳ, ἄλλο τῇ καταδικαζούσῃ τὰ παλαιὰ νόμιμα, καὶ τὴν ἐν Χριστῷ νεότητα ἀσπασαμένῃ. *Quòd si contra diceris, antiquum Azymum in Ecclesia & sacrum, & Eucharisticum, de quo testimonium dicunt Scriptores, dicemus, aliud convenisse Ecclesiæ, cùm adhuc judaizabat, aliud, ubi damnavit Legis Azyma, & amplexa est novitatem in Christo*. Vides duum Græcorum, uniusque Photiani testimonio, ab initio vel in Ecclesiâ nostrâ morem Sacrandi Corporis Christi & in Azymo; ut non injuria, Severe, prima illa positio tua non concedatur à Nobis, sed omittatur, ac detur, ne de re minimùm rei nostræ profuturâ litigemus.

(1) *Nota 3. ad Can. Apostol. Not. 31. ad Can. Neocæs. not. 5. ad Can. Nicæn. & alibi.*
(2) *Ad Synops. Nili ad Canon. 3. Apostol.*
(3) *In Exposit. Synaxariorum.*
(4) *In Can. 70. Apostolorum.*
(5) *Orat. 1. de Mysteriis.*
(6) *In pric. Antirrheticorum.*
(7) *In libro citra Encyclicam Bessarionis.*
(8) *Ad d. c. 3. Apost. in Synops.*
(9) *d. nota 5. ad Can. Nicæn.*
(10) *C. de Sacris Mysteriis in fine. citat Coressius infra laudandus.*
(11) *Lib. de Sacra Synaxi. c. 4.*
(12) *In Antirrh. 1. contra Bellarm.*

III. Ea tibi positione data, consecutionem inficiamur plane stolidam, quæ si valeret, damnandi essent omnes, quotquot à nostro diversi in Ecclesia probantur Ritus, ac mores; imò damnanda esset & Hierarchia Byzantina, quòd eâ diu Græcia nostra caruerit, quòd illam prisci illi minimè instituerint, nec Constantinopolitanus Thronus Apostolicus esset dicendus, quòd is ætate Apostolorum, atque ætatibus proximis simplex fuerit, ac privata Parœcia. Quid? tàm excors, ut damnare non dubites Latinos, quòd Latinè mysteria peragant, quòd Sabbato jejunent, quòd barbam radant, aliaque id genus faciant nostris Moribus antiquissimis planè contraria? At hoc agis bello isthoc argumento tuo. Nam his Mores contrarios Ecclesia nostra semper retinuit. Ergo ab Apostolis illos accepit: at Ecclesia ex Græcia in Italiam navigavit; Igitur Latini à moribus Apostolicis descivere: damnandi igitur propter hæc. Esto ut vultis, damnate etiam Moschos, quos ineptis dogmatibus corrupistis: hi enim in rubro vino tantùm Christi Sanguinem consecrant; nec fas sibi putant id in albo temeto facere, si dignum est credere Neugebaurio penes eruditum Lutheranum (1) Gudlingium, cùm contra mos is semper in Græcia obtinuerit, teste (2) Coressio, ut promiscuè in albo, rubrove, sæpius in albo, Sanguinis sacrosancti mysterium faceremus. Cur igitur & ipsi, ad quos à Græcia Fides peregrinata est, Mores nostros non retinent? Unde illis hæc consuetudo invecta? Damnentur igitur, nec inter eos recenseantur à Severo, qui Photianismum admittunt. Aut, si hoc nefas est, cur licuerit Moschis rubro vino Sacra peragere contra Mores Græciæ, non liceat Latinis in Azymo facere præter nostros Mores? Nihil interest, inquitis, album, an rubrum sit temetum: quare potuere Moschi hunc morem adsciscere contra consuetudinem nostram, ex qua illis Fides attributa: At Azymus sit, an fermentatus panis, nihil interest, quod attinet ad Eucharistiam: Potuere igitur Latini sibi illum adsciscere, licèt à vobis Fidem accepererint. Desinite proinde, Photiani, nugari; Seriò, quod agitis, agite; atque, siquid ad rem dictum à vobis vultis, hoc primùm probate, hoc interesse Azymum inter, ac Fermentatum, quòd hic panis sit, non ille. Hoc probato, inepta cæteroqui argumenta hæc addite, habitura vim qualemcunque. Nam cùm Apostoli Græciam docuerint, panem ex tritico ad Eucharistiam necessarium esse, hanc doctrinam Fides à Græcia in Italiam navigans illò detulisse dicenda est. Proinde, si non in pane triticeo Latini faciunt, damnandi erunt hac vestrâ tunc valitura argumentatione. Quòd si Latini facientes in Azymis, in pane vero ex tritico faciunt, igitur non aliud agunt, quàm illud, quod Græciam Apostoli docuerunt, quodque navigans è Græcia Fides detulit in Italiam.

(1) *In Not. ad Brev. Delineat. relig. Græcor. dat. ab Enstrat. Jeannide. pag 91. in fin. & in seq.*
(2) *Ep. 3. ad Goar.*

IV. Quanquam, quid hoc est, quod dicitis, è Græcia Fidem in Italiam navigasse, Fidem à Græcia cœpisse? Si dicitis, vos priùs, quàm Latini receperint, recepisse Christianam fidem, si asseritis à Græcis delatam Christi religionem ad Occidentem, mentimini: non enim Græcus aliquis Romam deduxit primus Christianam fidem; ipse ille, qui primus erat Apostolorum, ipse, cui (1) dictum est: *Tu es petra, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*. Ipse, primus è sinu Synagogæ fidem Christianam eductam transtulit in Italiam. Id, quod si nescitis, quid mirum? qui nihil scitis. Aut dicite, quis is fuerit Græcus, qui religionem Christianam intulit Romam? Si ergo Italiam fecere Christianam, qui Græciam Christo devovere, iisdemque authoribus Græci, & Latini debemus, quòd, Ethnicâ superstitione depositâ, damnataque Idololatriæ mendacitate, veram

(1) *Mat. c.16.n.18.*

Digitized by Google

ram religionem, Veritatemque ipsam recepimus. Prætereà fidem Christianam priùs Itali recepere, quàm Græci. Negatis? Faxo, ut agnoscatis, quàm miserum sit sine sapientia cum Sapientibus disputare. Primùm certissimum est, eum, qui primus ex Gentibus Christo nomen dedit, Italum fuisse. Cornelius Centurio fuit is, de quo Lucas (2) in Actis. Eum Italum fuisse certo certiùs constituo tùm ex nomine, quod Italum est, tùm ex Cohorte, cui præerat, quæ Italica dicebatur. Nec opponi potest (3) Vegetius, ex quo didicimus, non omnes milites, ducesve Legionum Italicarum Italos fuisse: nam hoc verum in Legionibus Italicis, quarum honorarium, ut ita dixerim, nomen fuit, non verò Cohortis Italicæ, quæ extra Legiones, quasi militaris Colonia quædam, præsidiis Provinciarum addicebatur. Etenim Cohors ejusmodi Italica dicitur, non quòd pars esset Legionis Italicæ, sed quòd ex Gente Itala milites essent, queis constabat. Id, quod palam est ex eo, quòd hæc Cohors Italica dicta fuerit ante, quàm ulla Italica Legio haberetur. Tres namque Legiones Italicas, Primam, Secundam, & Tertiam ex historia Romana novimus, quarum primam legit Nero, posteriores duas M. Aurelius Antoninus, teste (4) Dione. Porro Italica hæc Cohors, cui Cornelius præfuit, etiam sub Cajo Principe Cesareæ habebatur, cujus anno tertio Cornelius Centurio ad Christi fidem conversus est, ex iis, quæ tradit accuratè (5) Baronius. Constat igitur Cornelium Italum fuisse, eundemque primum, qui ex Ethnicis Christianam Religionem receperit: Unde sequitur, priùs Italos, quàm Græcos Christi fidem amplexos. Nec singuli tantùm Itali ante Nos fuere Christiani, Roma ipsa priùs, quàm ulla ex Græciæ Urbibus, Christi nomen audivit; Romæque priùs Apostoli Legem Christi dixere, quàm ulli ex Urbibus nostris. Hoc ostendo. Nam, qui primus Christi nomen annunciavit Nostris, Paulus Apostolus fuit, post quem Joannes Euangelista diu moratus in Asiâ, denique Andreas Patris Cruci adfixus. Constat porro Paulum non ante annum Christi XLIV. inisse Apostoli munus, ut Legem nostram Gentibus prædicaret. Nam in exitu anni XLIV. quo maxima Caritas annonæ fuit Jerosolymis ex (6) Luca, Prædicationi fuit initiatus, ut patet ex (7) Actis, quare non ante potuit Seleuciam proficisci cum Barnaba, quàm anno sequente, post quem, nempe anno XLVI. à Christo nato, Cyprum percurrit, ac Sergium Paulum ad Christi fidem convertit: ut palam sit non ante XLVI. lumen jucundissimum Fidei Græciæ nostræ illuxisse. At illud jampridem illuxerat Romæ, nempe anno XLIV. quo Petrus Romam profectus est, quemadmodum docent ex Græcis (8) Papias, (9) Cajus, (10) Dionysius, (11) Petrus Alexandrinus, (12) Irenæus, (13) Eusebius, (14) Chrysostomus, (15) Cyrillus Alexandrinus, (16) Theodoretus, (17) Sozomenus, ex Latinis verò, (18) Tertullianus, (19) Cyprianus, (20) Arnobius, (21) Lactantius, (22) Optatus, (23) Hieronymus, (24) Ambrosius, (25) Augustinus, & alii,

V. Igitur ante quàm Græcia Christum audiret docente Paulo, Petro magistro Roma Christum agnoverat: ut planè manifestum sit, non à Græcia Fidem in Italiam navigasse, neque Latinos Christi fidem doctos à Græcis, sed Latinos ab Apostolis Christi fidem doctos fuisse, antequam eandem fidem ab Apostolis Græcia doceretur. Adeò falsa sunt, quæ adsumitis, Photiani. Etenim vobis haud favet quod in (1) Actis dicitur, Antiochiæ primùm vocatos fuisse Christianos: nam qui vocati sunt primùm Antiochiæ Christiani, non Græci illi, sed planè Judæi fuere: quibus & præfuit Petrus adeò moribus tunc Judaicis addictus, ut reprehensionem Pauli meruerit. Quo fit, ut probabilissimum sit, non aliter operatum, cùm Antiochenam sedem teneret, quàm Azymis, quæ mox intulit Romanæ, quam erexit, Ecclesiæ, coeuntibus unà ad eum morem authoritate Petri constituendum, & exemplo Christi, qui Eucharistiam in Azymis instituerat, & ipso Petri ingenio patriis moribus, quantum per Christianam Religionem licuit, addictissimo. Quòd autem in Græcia mos inoleverit faciendi in Fermentato, ut omittam, quæ ex Græcis proximè protuli, illud in causa fuisse dixerim, quòd, cùm fidem Græcia magna ex parte à Paulo receperit, cujus ingenium Christianam libertatem amavit, cavitque plurimùm, ne qua superstitio Judaica in mores Gentium subreperet, eo authore Græci, relictis Azymis, panem Fermentatum prætulerint: non ut Azyma inficiarentur apta operi Sacro, sed, ut in æquè aptâ rei sacræ materiâ facientes, unà à vicinis Judæis, quorum superstitio è vicino nocentior, quàm longè recederent. Ita sanctissimè factum utrinque maximorum Christianæ Reipublicæ Procerum authoritate, ut unam Ecclesiam duplex Ritus amicè divideret, Latinis in Azymo facientibus, Sacrificantibus Græcis in Fermentato: quo pateret utrobique aptam tanto Mysterio materiem esse, & neque Pauli discipuli Petri discipulos accusarent, neque Pauli discipulos Petri discipuli spernerent.

VI. Ex his palam est, mentiri Severum, cùm (1) asserit ad Euaristum à Petro Eucharistiam in Fermentato confici solitam. Nemo id unquam dixit: nemo id unquam narravit: nemo hoc unquam ausus est somniari. Vel si quis est iste, qui hoc dicit, qui hoc narrat, qui hoc asserit, hunc profer, Severe. Ni Calvinum, à quo effrontem hanc dicendi quidlibet, mentiendique proterviam didicisti, producas in medium, neminem sanè commemorabis. Imò aliquem, inquit, & quidem Latinum historicum, Pontificumque Biographum Platinam. Quid porro Platinas? Asserit, inquit, (2) Severus, primum Alexandrum Pontificem ausum Azymorum usum in Romanam Ecclesiam invehere. At Platinam præ manibus habemus: eum ejus librum habemus, qui, Platina vivo, Romæ editus est sub Sixto IV. Pontifice, quique ab ipso Platina emendatus, probatus est. Porro in eo nil tale. Hæc sunt Platinæ (3) verba. *Constituit itidem, ut oblatio hostiæ Sacræ in pane Azymo, non autem in fermentato fieret, quemadmodum antea fiebat, ut hoc modo melior, & purior esset, simulque, ut occasionem obtrectandi Hæreticis Ebionitis tolleret.* Hæc sunt verba Platinæ, quæ author ex libro quodam Romanorum Ponti-

tifi-

(2) *Cap. 10. n. 1. & seqq.*
(3) *De Art. milit. lib. 2.*
(4) *Lib. hist. 55.*
(5) *Ad ann. Chri. 41. n. 2.*
(6) *Actor. c. 11. n. 28.*
(7) *Ibid. c. 13. n. 3. & seqq.*
(8) *Apud Euseb. li. 2. hist. ca. 13.*
(9) *Apud Eund. d. li. 2. c. 14.*
(10) *Apud eundem ibidem.*
(11) *Canone 3.*
(12) *Lib. 3. c. 1.*
(13) *Lib. 2. hist. d. c. 13. & d. c. 14.*
(14) *Hom. de Petro, & Paulo.*
(15) *In Epist. ad Cælestinum.*
(16) *Lib. 1. hæret. fab. in Simone, & Epist. ad Leon.*
(17) *Lib. 4. hist. c. 14.*
(18) *Lib. de Præscriptio.*
(19) *De Unit. Eccl. & alibi.*
(20) *Advers. Gēt. & Psal. 106.*
(21) *Lib. 4. c. 22.*
(22) *Contra Parmenian. lib. 2.*
(23) *De Script. Eccl. in Petro.*
(24) *Ser. in Natal. Apost. & alibi.*
(25) *Ser. 7. in Natal. Apostol. & alibi.*

(1) *Actor. c. 11. n. 26.*
(1) *d. differen. 3. c. 6. sub init.*
(2) *Ibid. pag. 42. lin. 26.*
(3) *Vide Plat. in Alex. I. circ. med.*

Digitized by Google

tificum desumpsit, ex cujus authoritate an ea verba recipienda sint, mox videbimus. Nunc tantùm Lectorem precamur, ut fidem Severi cognoscat, secumque meditatò constituat, An his verbis Platinas asserat, Alexandrum I. eum fuisse, qui *primus* Azyma in Ecclesiam Romanam invexit? ***Constituit***, inquit, ergo ***primus constituit***. Primùm, ò bone vir, tuum est, non Platinę τὸ *primus*, quod addis verbo *constituit*. Nã in Platinę verbis hæc vox *primus* nusquam est. Deinde, ubi nam Gentium hæc consecutio recipitur? constituit; ergo primus constituit. Recipiatur tamen; At non in Platina, penès quem sæpissimè occurret dictum de Successore constituit, quod Prædecessor constituerat. Ut loca plurima omittam, de (4) Zephyrino, *hic*, ait, ***constituit***, ***ut celebranti Episcopo interessent Presbyteri cæteri***, quod tamen (5) Euaristus ante Zephyrinum decreverat: & de (6) Aniceto: ***hic decrevit***, ***ut Clerici comam tonderent***, cùm tamen idipsum ante Anicetum decrevisset (7) Anacletus. Adeò, si Platinam spectes, ab his: ***hic constituit***, ***hic decrevit***, non erit consecutio tolerabilis: igitur hic primus constituit, hic primus decrevit. Addo, si stemus cum Platina, tametsi alicubi dictum reperias, hic primus constituit, haud ritè te eliciturum, igitur ante hunc, nemo idipsum constituit, decrevitque. Nam de (8) Anthero dicit. ***Antherus primus constituit***, ***ut res Martyrum diligenter describerentur***, & tamen idem ipse Platina narrat, hoc idem à (9) Clemente I. Pontifice constitutum. Constat igitur, ex eo, quòd quispiam dicatur constituisse aliquid, non continuò sequi, ad eum primum authorem rei id, quod dicitur constitutum, referendum esse; atque adeò, licèt à Platina dicatur (id quod non dicitur) Alexander primus constituisse, ut in Azymo Eucharistia conficeretur, non proinde sequi, primum id Alexandrum constituisse. Quòd si hoc non sequitur, quid profuit, amabo, Severe, Platinam produxisse? Demus tamen & hoc à Platina dictum, primum omnium Alexandrum decrevisse, ut in Azymo Sacra latina fierent, sequetur ne ante Alexandrum in Fermentato Sacrificatum? Hanc consecutionem Severus agrestibus Photianis suis insinuet, recepturis quidlibet, dummodo Latinos impugnet; nobis ridicula est. Scimus enim Pontificum constitutiones plerunque non novum quidpiam, atque inusitatum populis proposuisse, sed prisca, insolita, translativa confirmasse, ut, quæ Traditione rata censenbantur, ac Lege non scriptâ, Lege scripta validiùs obtinerent. Sic (10) Pelagius I. dicitur commemorationem piè defunctorum hominum primus decrevisse, cùm tamen ea vetustissima sit in Ecclesia, quemadmodum, præter ea, quæ (11) primo Responso produximus, docet Jacobus (12) Apostolus, & Synchroni Apostolorum (13) Dionysius, (14) & Clemens. Sic Nicęnum (15) Concilium I. dicitur primùm decrevisse, ne quis ad Insulas lectus initiaretur ab uno dumtaxat Episcopo, cùm tamen idipsum constituisset, (16) & Anicetus, & (17) Anacletus, imò, cùm ex Apostolorum (18) Canonibus idem censeatur fuisse decretum: atque ut insistamus Alexandro I. is à Platina (19) dicitur primus constituisse lustralem aquam, cùm aliunde (20) certissimum sit, non licuisse Christianis nisi lotis, lustratisque Ecclesiam oratum ingredi; extetque in Constitutionibus (21) Clementis ritus ipse cum precibus, quibus aqua lustralis conficitur. Adeò verum est, ex nova constitutione Pontificum non inferri novum aliquid constitutum; quando novis constitutionibus sæpe & prisci mores Ecclesiæ confirmantur. Quæ cùm ita manifestissimè sint, quanti sit allata Platinæ assertio, nemo non videt, quantumque prosit Severo ex ea probanti ante Alexandrum in Fermentato penes Latinos Eucharistiam fuisse confectam. Sed, inquit, ea Platinæ verba, ***ut antea fiebat***, quid aliud innuunt, nisi ante Alexandrum in Ecclesia Latinâ usum Fermentati fuisse? Respondeo, illis verbis oppositum probari: Nam ea non erunt referenda ad proximum Fermentatum, sed ad Azyma, ut sensus sit: decrevisse Alexandrum, ut in Azymis, quemadmodum antea, Eucharistia conficeretur, non in Fermentato. Atque hunc esse Platinæ sensum, constat primò ex eo, quòd cùm Platina novum aliquid, & inusitatum constitutum à Pontificibus asserit id palam affirmat: sic cùm docet (22) decretum, ut in Ara tantùm, non alibi Sacra fierent, non dicit, ***ut antea observabatur***, sed ***ut antea non observabatur***. Secundò, manifestissimè ex ipso Platina, ubi Romanos Ritus (23) enucleat. Ait enim, Alexandrum I. decrevisse Pontificiâ potestate, ut in Azymis Sacra conficerentur, quòd aliqui à prisco Azymorum more cœpissent deflectere: ***id***, ***quod***, inquit, ***in Alexandro accuratè narravimus***. Hæc est, interprete Platina ipso, sententia, hæc narratio Platinæ, quæ, quemadmodum invidiâ eximit Alexandrum Sanctissimum, & Pontificem, & Martyrem, cujus quotannis triumphum solemni celebritate recolimus, ita & mendacitatis, & imperitiæ damnat mangonem ineptiarum Severum.

VII. Hanc imperitiam suam hoc in loco dupliciter fatetur, seu geminatâ confessione (1) Severus. Primò, cùm in Platinam, asserentem Azyma Fermentatis meliora, & puriora censeri, Philosophicè insurgit: deinde, cùm illa verba: ***ut occasionem obtrectandi Ebionitis eriperet***, se non intelligere confitetur. Nam, quod attinet ad primum, quorsum prolixâ dissertatione contendere, Azymum panem Fermentato meliorem non esse, quòd uterque ejusdem materiæ sit, idemque Corpus Christi contineat, quòd quæ circa Fermentatum accidunt meliora, pulchriora, aptiora nutriendo homini sint, cùm contra Azymus Cacochymus sit, nec facilè concoquatur? An ibi Panis Azymus Fermentato dicitur melior, quod attinet ad naturam? Imò melior, purior dicitur Fermentato, quod spectat ad significationem, Nam Fermentum in Sacris (2) Paginis malitiam, nequitiam, doctrinam impiam significat, contra Azymum veritatem, puritatem, sanamque doctrinam: Quare (3) Paulus Corinthiis scripsit: οὐκ οἴδατε, ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ; ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθώς ἐστε ἄζυμοι, καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ἐθύθη ὁ Χριστός. ὥστε ἑορτάζωμεν, μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας, καὶ ἀληθείας. *Nescitis, quia modicum fermentum totam massam*

(4) *In Zephirino. in medio.*
(5) *In Evaristo idem.*
(6) *Idem in Aniceto.*
(7) *In Anacleto.*
(8) *In Anthero in med.*
(9) *In Clemente circ. fin.*
(10) *Vide eundem in Sixto I. post medium.*
(11) *Sect. 5. per tot.*
(12) *In Liturgia.*
(13) *De Eccl. Hierarch. c. 7.*
(14) *In Liturgia.*
(15) *Vide Platin. in Aniceto*
ant. med.
(16) *Vide ibid. supernus.*
(17) *Vide in Anacleto ant. med.*
(18) *Canone I.*
(19) *In Alexan. I. in med.*
(20) *Clem. constit. lib. 8. c. 38. Tertull. de Orat. c. 11. Chrysost. hom. 72. in Jo. in fin. & in Matth. hom. 52. & hom. 36. ad Popul. Antioch.*
(21) *d. lib. 8. Constit. c. 35.*
(22) *In Sixto II. in fin.*
(23) *De ritib. Eccl. Rom. c. 11. ant. med.*
(1) *d. diss. 3. pag. 43. lin. 19. usque ad finem.*
(2) *Mat. c. 16. nn. 6. & 11. Marci c. 8. nu. 15. Luc. c. 12. n. 1.*
(3) *1. Ad Corinth. c. 5. n. 6. & seqq.*

Digitized by Google

sam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi: Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus: Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, sed in Azymis sinceritis, & Veritatis. Huc Alexander respexit, cùm usitatos ex Traditione, & Lege non scripta Latinis Azymos panes Lege lata confirmavit; atque huc respexit Platina ipse, cùm Azyma meliora Fermentatis asseruit. Quare Severus opportuniorem ad locum seponat enarrationes suas ab otiosioribus etiam ex re Physicâ refellendas, repulsasque obiter à (4) Ciampino ex (5) Hippocrate, (6) Archigene, & (7) Celso, quorum authoritate Azymus Panis, qui maximè nutrit, non est cacochymus, ut Severus ineptit, sed difficiliùs concoquitur, quòd robustior sit; atque adeò stomacho non est noxius, ut, authore (8) Celso, inter ea, quæ stomacho sunt idonea, numeretur, rejecto fermentato ad res illas, quæ noxiæ sunt stomacho, quæque maximè, ac facilè in stomacho corrumpuntur. Hæc, inquam, alium in locum deridenda seponat Severus, nos enim interim eum docebimus causam, ob quam, si vera sunt, quæ Platina narrat, Alexander Sapientissimus Pontifex Azymorum usum constitutione prudentissimâ sanxit, cavens Ebionitarum calumnias: neque enim hic nodus est Gordius, quem somniatur Severus. Est sanè difficultas aliqua, vero quidem tanta, ut ab eo solvi non possit, at nobis solutu facilis, & ex certissimâ conjecturâ solvenda.

(4) Lib. de perpet. Azym. usu c. 2. per tot.
(5) Class. 3. lib. 2. de Diæta.
(6) Apud Galenum Class. 5. lib. 8. c. 4. de compos. medicam.
(7) Lib. 2. c. 18. & c. 24. & c. 25. & 28.
(8) d. c. 24. et 25.

VIII. Id ut apprimè præstemus, prænotamus aliqua, & primum, Ebionem scelestissimum hæreticum, qui teste Epiphanio (1) penè omnes à Simone ad Carpocraten hæreses suâ unâ complexus est, vixisse ante tempora Pontificis Alexandri, quo Pontifice adeò Romæ non fuit, ut id non aliqui, ut mentitur impudenter (2) Severus nullo teste producto, sed nemo unquam inter Scriptores asseveraverit, aut potuerit asseverare. Etenim Ebion Synchronos fuit Paulo Apostolo, quem summo odio prosecutus est, florebatque jam adultâ impietate sub Vespasiano post Jerosolyma (3) deleta, cui refellendo Euangelium suum scripsit (4) Joannes: dictus Ebion, quòd jactaret se pauperem, projectis rebus suis ad pedes Apostolorum, contra quem scripsere præter Apostolos coævi Apostolorum, eorundemque discipuli, atque auditores (5) Ignatius, & (6) Clemens, ut referunt (7) Epiphanius, & (8) Augustinus post (9) Irenæum, (10) Tertullianum, & (11) Eusebium. Quî ergo synchronos Apostolorum, contra quem Apostoli scripsere, qui sub Vespasiano jam in Cathedra pestilentiæ sederat, quem tot Pontifices, imò tam insignes Apostoli profligarunt, pertinere potuit ad Alexandri ætatem, qui sedit sub Adriano anno vigesimo à morte Joannis Apostoli? Non igitur vixit ætate Alexandri, sed longè priùs, & si unquam fuit Romæ, fuit vel sub Cleto, vel sub Clemente, non autem sub Alexandro Pontifice. Secundum, quod prænotamus, est, Ebionem ob multas, easque perniciosissimas hæreses fuisse damnatum, non tamen propterea, quòd sacrificaret in Azymo. Constat hoc ex iis, quos superiùs retulimus, omnibus, qui relatis omnibus Ebionitarum moribus, cùm cæteros damnent, ne verbum quidem de Azymo. Solent contra hoc effatum nostrum Photiani Epiphanium producere, quemadmodùm non defuere scrupulosi quidam ex Latinis, qui contra Græcos eandem Epiphanii authoritatem produxere. Male utrique, quando ex verbis Epiphanii neque probatur male actum ab Ebione, cùm sacrificabat in Azymo, nec possit constitui, morem Ecclesiæ eâ tempestate universim fuisse, christiani ut in Azymis facerent. Scilicet hæc sunt (12) Epiphanii verba: μυστήρια δὲ δῆθεν τελοῦσι κατὰ μίμησιν τῶν ἁγίων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπὸ ἐνιαυτοῦ εἰς ἐνιαυτὸν διὰ ἀζύμων, καὶ τὸ ἄλλο μέρος τοῦ μυστηρίου δι᾽ ὕδατος μόνου. *Mysteria sanè conficiunt ad imitationem Sanctorum in Ecclesia ab anno ad annum in Azymis, alteram verò partem mysterii in sola aqua.* Porrò hæc verba, ut constat, morem sacrificandi per Azyma non vituperant; id, quod ex sequentibus confirmatur, in quibus cùm Sapientissimus Doctor Ebionitas reprehendat ob usum aquæ solius in Sacrificio, de Azymis nihil dicit, non omissurus hercle reprehensionem moris ejusmodi, si suâ tempestate nefas Christiano fuisset in Azymo facere. Pariter ea verba non probant obtinuisse tempestate Epiphanii consuetudinem in Ecclesiâ sacrificandi per Azyma, cùm anceps sit, planèque dubium, an Ebionitas imitatos dicat Christianam pietatem, quòd in Azymo operarentur, an quòd operarentur in Ecclesia, ut asserta imitatio respiciat Sacrificii materiem, an potiùs locum. Ex verbis igitur Epiphanii nil utile perfidiæ suæ Photiani decerpserint contra Latinos, nil etiam profuturum sinisteritati suæ contra Nos inde collegerint, qui nostra immeritò detestantur; eritque, ut apertissimum interim sit, nullâ authoritate ostendi posse, Ebionem errasse, quòd sacrificabat in Azymis.

(1) Hæres. 30.
(2) d. differ. 3. pag. 43. lin. 40.
(3) Epiph. dicta hæres. 30.
(4) Hieron. de Scrip. Eccl. in Joanne.
(5) Epist. ad Philadelph.
(6) In Encyclicis.
(7) Ubi suprà.
(8) De hæres. ad Quod vult Deum.
(9) Lib. 1. c. 26.
(10) De Præscrip. c. 48.
(11) Lib. 2. hist. c. 31.
(12) Hæres. 30.

IX. Hinc Severum docebimus, quæ ignorat, ut tandem intelligat, quid Platina sibi velit, cùm dicit, ob id ab Alexandro jussum Sacrificium in Azymo, ut locum obtrectationibus Ebionitarum omnem eriperet. Postquam scelestissimum Ebionem Romæ Clemens damnavit; quemadmodum Græci, penes quos impius ille ferè semper versatus est, rejectis Azymis, Fermentatum ad Sacra universim deduxere, sic & plerique Latinorum Azyma cœpere negligere. Neque inauditum auribus Photianis dicam, si cum Coressio (1) dixerim, primos, Anacletum, & Euaristum Græcos homines in Fermentato sæpè sacrificasse, veritos, ne viderentur damnato per Antecessorem Ebioni consentire. Hinc Ebionitarum calumniæ reprehendentium Orthodoxos, quòd ab Apostolorum moribus defecivissent, nec in ea materie Sacra peragerent, in qua Christus ipse se ipsum sacrificavit. Nec deerant turbæ in Ecclesia, aliis nimirum amantibus prisca, aliis recentiora probantibus, unde rixæ, & ex rixis aditus hæresi. Igitur Alexander priscum morem Lege editâ revocavit, quo simul, & orthodoxi cognoscerent, non esse abrogandos mores Majorum, quòd eos furor hæreticus impiet, & hæreticis potestas eriperetur nocendi Ecclesiæ per calumnias, queis, utpote ob proximas Majorum consuetudines, similibus Vero, sensim in animos imperitorum illabebantur. Hic sensus Platinæ, atque hæc interpretatio verborum illo-

(1) Lib. 2. de Euchar.

Digitized by Google

illorum, quæ proinde, Severe, mirari desine, ac disce nihil, neque ex constitutione Alexandri, neque ex ratione, quam propter edita dicitur, deduci posse, quo Azyma Latinæ Ecclesiæ per Apostolos tradita labefactentur. Addo, etiamsi demus Severo, ante Alexandrum Pontifices omnes in fermentato pane operatos, primumque Alexandrum Azymorum sacrandorum morem in Ecclesiam Romanam invexisse, nil nos daturos, quod obsit, possitve obesse sententiæ, quam tuemur, recepturos potiùs manifestissimum argumentum liquidò constituens, quam defendimus, veritatem. Nam, cùm hìc non de eo quæramus, utrùm licitè, sed utrum ritè, & *validè*, ut ajunt, in Azymo fas sit Eucharistiam conficere, qui dicis primùm Alexandro Pontifice Azyma in Ecclesiam Latinam invecta, hoc dicis, ab anno Christi CXXI. in Azymo Latinos sacrificasse. Hoc autem qui dicis, quid aliud asseris, nisi sacrificatum in Azymo à Stephano, à Silvestro, à Julio, ab Innocentio, à Cęlestino, à Leone, à Gregorio, à Martino, quos aut inter Cęlites Græci colimus, aut scimus à Majoribus nostris Athanasio, Basilio, Chrysostomo, Cyrillo, Flaviano, Maximo, vel Sanctissimos appellatos, vel ut Orthodoxos receptos? Itane hi Sapientissimi viri, Gentis nostræ fulgidissima lumina, Orbis Terrarum Magistri, errorum omnium hostes acerrimi cùm scirent Latinam Ecclesiam in præcipuo Sacramentorum errare, tacuerint? Tam imperiti, ut nescirent, quid Occidens ageret? Tam incuriosi, ut miserè deceptum Occidentem ad Veritatis semitam revocare neglexerint? Tam timidi, ut contra manifestissimam, si vera dicitis, corruptelam, perniciosissimam, detestabilem prorsus stare non auserint? Aut Ecclesiam nostram damna, Patresque nostros, ignorantissimos, negligentissimos dicito, passos per integram annorum mille periodum Sacrificium in Azymo, aut ritè, & *validè* sacrificatum in Azymo dicito, qui ab Alexandro I. hanc Ecclesiæ Latinæ corruptelam factam affirmas. At, (2) inquit, quæ in Alexandro protervia, materiem Sacramenti mutare cæteris inconsultis? Synodus Oecumenica celebranda fuerat, si quid tale erat innovandum. Primò, id, de quo quereris, ad illud spectat, an Alexandro licuerit id, quod somniaris, efficere. Nos autem hìc quærimus, an in Azymo ritè, & *validè* Eucharistia conficiatur. Hanc in Azymo non ritè, non *validè* confici, minimè probas, tametsi probes Alexandrum Christi Martyrem, cùm id patravit, de quo quereris, peccasse. Deindè, unde habes, Romano Pontifici necessariam Synodum Oecumenicam, cùm de ritibus, moribusque constituit aliquid recens? Hoc proba, Severe, nugis relictis, hoc argumento decerne aliquo, ut iterum vapulet ignorantia tua; ut iteratò patescat centies castigata mendacitas tua. Demus & hoc, cùm de ritu aliquo agitur, qui toti Ecclesię usurpandus jubeatur; cùm de ritibus Ecclesiæ statuendum suæ est aliquid, mutandum, renovandumque, quæ Romano Pontifici Oecumenicæ Synodi tam certa necessitas? An vobis licuerit, inconsultis Latinis, nulla Synodo Oecumenicâ coactâ, decernere, quartas nuptias non esse legitimas, nullas esse; atque adeò materiem Sacramenti maritalis, quæ in mutuo consensu contrahentium sita est, ex parte mutare; idque non ex Juris divini authoritate, sed ex malè intellecto Basilii (3) Canone, vetante Polygamiam, quæ revera plurium simul uxorum contubernium est: non licuerit Latinis, inconsultis vobis, sine Synodo, præsertim sævissimis temporibus, cùm vix vivere unà, duosque, ac tres congregari licebat; non licuerit, inquam, novum quidpiam profuturum, sive etiam necessarium Ecclesiæ constituere?

X. Constat ex his Alexandro Pontifici Sanctissimo Martyri, licuisse, etiam citra Synodum Generalem, ritum consecrandi in Fermentato mutare, si primus omnium id Alexander constituit. Constat prætereà, tametsi primus Azymorum consuetudinem ad Romanos mores contulit, ritè, ac *validè* in Azymis Eucharistiam celebrari. Constat denique, eum non primum fuisse Azymorum Authorem Ecclesiæ Romanæ, quæ adeò religiosissimum, Christianissimum Ritum ab Apostolis ipsis accepit, ut Photianis edicit Sapientissimus Pontifex Leo IX. quo authore, Petrus in eo pane Romanam Ecclesiam docuit Mysteriorum Mysterium celebrare, in quo Magistrum viderat, se ipsum Discipulis porrexisse. Quare fas erit conficere, argumentis ipsis Photianorum probari, ritè, ac validè à Latinis in Azymo Sanctam Eucharistiam consecrari: servarique eos mores, quos ipsi Apostoli Latinæ Ecclesiæ à principio tradidere, ipsique Pontifices Lege mox lata confirmavere. Non ita, inquit (1) Severus, nam Latini ipsi nos docent, Ecclesiam Latinam ab initio, diuque fecisse in Fermentato. Probat hoc Severus ex Henrico (2) Henriquesio, ex (3) Suario, ex D. (4) Thoma, Joanne (5) Olma, & Nicolao (6) à Cusa Cardinali, cui addit & (7) Bulgarus authoritatem (8) recentioris cujusdam, cujus nomini parco, quòd mox, ut Gentis nostræ hostis, ex merito vapulabit. Hunc si excipias ausum longa dissertatione (adeo malè doctorum hominum auribus excepta, ut lethalem authori ægritudinem fecerit, ex qua dicitur obiisse) probare, per mille annos Latinam Ecclesiam in Fermentato operatam, contra id, quod asserit (9) Leo IX. cæteri omnes relati superiùs affirmant sanè, aliquando etiam penes Latinos usum Fermentati obtinuisse, non tamen aut perdiu, aut communiter, id, quod non ausim reprehendere, licèt id nullus Antiquorum asseveraverit, nulloque Antiquitatis argumento constitui possit. Nam quæ duo solent afferri ad probationem hujus sententiæ, nempe aliquando Fermentum appellari ipsam Eucharistiam, & bucellæ fermentatæ, quæ mitti solebant, aut dari Christianis catholicæ signum communionis, in cujus utriusque explanatione diu eruditè se torquet, & planè utiliter aliorum relatis opinionibus (10) Ciampinus: Ea, inquam, duo nihil utile, aut efficax huic sententiæ suppeditant, probaturumve, quod petitur. Primò enim, si quando Eucharistia dicta est fermentum à Priscis (quod tamen an verum sit, ambigo, licèt inficiari non audeat vel doctissimus Sirmundus apud (11) Duquesnium, atque hic, & alii penes (12) Ciampinum) si quando, dico, Eucharistia dicta est Fermentum, id verbi, vocisve

(2) *d. diss. 3. c. 6. pa. 42. lin. 36.*

(3) *Can. 80. Vide Matthęū Monach. in q. Matrimonial. in Jur. Græco-Rom. Tom. 1. li. 8. pag. 498. initio.*

(1) *d. differ. 3. c. 6. pag. 42. à lin. 15.*

(2) *Lib. 8. Sum. Theol. de Euchar.*

(3) *Tom. 3 p. 3. contro. 1. Sect. 3.*

(4) *In 4. Sent. dist. 11. art. 2. q. 3.*

(5) *Penes Severum ubi supr.*

(6) *Penes eundem ibidem.*

(7) *In Catech. Sacra pag. 40. post initium.*

(8) *Liturgicor. lib. 1. & seq.*

(9) *In Epist. ad Michael. Cerul.*

(10) *De Azymo, & Fermentato à c. 4. ad c. 7.*

(11) *Glossarii tit. 2. pag. 382.*

(12) *Ubi supra à c. 4. ad 7.*

Digitized by Google

non pertinet ad materiem, sed ad effectum, quòd Eucharistia licèt in Azymo peracta fermenti vicem præstet, unitatisque vinculum sit, sicut fermentum massæ. Respexere etiam, si qui Latini hac phrasi sunt usi, ad verba (13) Christi Regnum Dei fermento comparantis, quod injectum farinæ satis tribus totum fermentavit, quo scilicet innuerent, vel minimâ particulâ Sacrati Panis totum hominem, imò omnes homines (qui Triade illa satorum censentur, quâ Universitas significatur) elevari ad statum amplioris Gratiæ, quemadmodum fermento minimo acervus farinæ aquâ coactæ elevatur totus, & ad ampliorem, nobilioremque qualitatem naturæ producitur. Sic penes nos sæpissimè Eucharistia σινάπι, σινάπιον, dicitur, ut palam est (14) ex Prodromo, & (15) Tarasio, aliisque penes (16) Lascarem, non quòd materies Eucharistię Sinapi constet, aut unquam penes Nos is mos obtinuerit, ut in Sinapi Eucharistiam conficeremus, quemadmodum is (17) Latinus, quem laudatis, Photiani, commentus est; sed propterea, quòd Sinapi à Christo (18) Servatore productum est ad vim vegetandi πολυμερῶς, quam habet Eucharistia, significandam. Sic etiam particulas Eucharistiæ dicimus μαργαρίτας, ut palam est ex Liturgiis (19) nostris, & eruditè docent (20) Goarius, & (21) Magrius, quæ vox non ad materiam, quâ constant Sacræ particulæ, ostentandam assumitur, sed ad ingerendam tantæ rei dignitatem, ejusdemque pretium significandum. Quo fit, ut nihil utile deduci possit probandæ rei, quam & Latinus ille, & Photiani probare contendunt ex dictione Fermenti, quæ multò inutilior erit, si è Decretis (22) Melchiadis, (23) Siricii, & (24) Innocentii ad probationem aliquam faciendam accipiatur. Scilicet ut ut Latinus ille nitatur ostendere inficetè prorsus, & stolidâ procacitate, iis decretis constitui, ut Eucharistia, quæ in Fermentato confecta esset, per Ecclesias distribueretur; manifestissimum est ex iis, quæ doctissimè proponit (25) Baronius, aliique penes (26) Ciampinum, præsertimque (27) Cabassutius de notitia Canonum recentiores inter optimè meritus (cui comparatus Latinus ille nobis Anonymus vix nomen meretur discipuli) manifestissimum, inquam, est, non aliud decretis illis imperari, nisi quod à priscis temporibus usitatum fuerat utrique Genti, ut particulæ Panis non sanè Eucharisticum in morem sacrati, sed solemni tantùm *benedictione*, uti dicimus, consecratæ, in signum unitatis Catholicæ per Ecclesias Orthodoxas distribuerentur: Dictæ propterea Fermentum tùm ex materia: tùm ut differrent ab Azymo, in quo Christi Corpus conficiebatur: tum denique, ut unitatem illam significarent, qua in unum panem, seu corpus fidelis Christo Populus coalescit. Hinc consecratæ dicuntur non verbis Christi, sed verbis Sacerdotis, & benedictione solemni. Dicuntur etiam sacramentum, hoc est signum, rei latentis, quòd unitatem illam significarent. Denique sæpe etiam Eulogiæ appellantur ob ritum, ac ceremoniam, de quibus, qui plura optat, videat Laodicenum (28) Concilium, & (29) Cabassutium ibidem, novissimè (30) Ciampinum cæterorum effata complexum, uti feliciter, ita laboriosè: quibus adde (31) Baronium hæc omnia confirmantem non ex ineptâ scripturiendi libidine, sed ex (32) Nazianzeno, (33) Paulino, (34) Augustino, & aliis uberrimè, quorum omnium testimonio cùm certum sit, in utraque Gente morem constitutissimum fuisse mittendi fermentatos panes in signum unitatis Ecclesiasticæ, & quidem ab Eucharistia longè diversos, non video, quî ex hujusmodi Fermento probari possit, Eucharistiam à Latinis in Fermentato fuisse per mille integros annos confectam; præsertim cùm (35) Leo IX. affirmet, Eucharisticis Latinorum Azymis Martyres fuisse saginatos, cui & Sanctissimo viro, & Sapientissimo Pontifici nos potiùs credulos affirmamus, quàm homini pervulgari, quancunque ille postmodum dignitatem adeptus sit, minimi planè nominis, dum vixit, nullius post obitum. Quo magis mihi mirari contingit, Nicolaum (36) Bulgarum doctum, & accuratum virum, qui eum hominem summis laudibus effert, quasi Baronium aliquem, Sirmundum, aut Salianum, imò potiùs quasi peritiorem Ecclesiasticæ rei, quàm Eusebius noster fuerit, Prodromus, aut Zonaras, cùm reipsa, quid dixerit, ipse idem nesicerit, ut constat ex tot imposturis, quas iis ipsis, qui laudantur in libris, moribus nostris affinxit, ausus Gentem nostram Judæorum Gente deteriorem asserere, productisque in medium argumentis miserrimis confirmare, quæ nos in loco refellemus apprimè, rati perutile interim, Nostros monere, ut in Latinis præsertim neotericis perlegendis, non id attendant, quod Photianorum erroribus favet, sed quod videtur aut Sanctissimis Moribus nostris non absonum, aut Veritati maximè consentaneum.

XI. Hactenus rejecimus argumenta omnia, quæ ab aliis Photianis collecta Christianum in Dogma Severus contorsit, reliquum est, ut in fine, quod ipse unus adinvenit; primusque è Photianis Azymis objicit, refellamus. Est autem Severo Monembasiota dignissimum, hoc est ineptum, insulsum, inconstans, &, quod Severi Patris maximè speciem refert, ignorantissimum. ἐν τούτῳ, (1) inquit, τῷ ζ΄. καὶ τελευταίῳ κεφαλαίῳ δῆλον ἡμῖν γενήσεται, ὅτι τὰ ἄζυμα τὰ ἀποδιωχθέντα εἰσὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας ὡς ἀχρεῖα. *In hoc capite septimo, & ultimo agnoscemus, Azyma fuisse à Sanctis ab Ecclesia proscripta, quippe inutilia.* Id, quod statim probat gemino Canone, (2) Apostolico, & (3) Laodiceno, quibus addit (4) Balsamonis authoritatem, ex qua validissimum elicit argumentum. Nam Balsamon, inquit, floruit anno Christi MCCCCXXX. fuitque Antiochenus Patriarcha, qua in Urbe Petrus primùm sedit, eosque ei Ecclesiæ Mores tradidit, quos hactenus habet. Unde colligit, si in Azymo sacrificasset Petrus, cæteros quoque Antiochenos Antistites sacrificaturos fuisse in Azymo: At nunquam ad tempora Balsamonis in Azymo sacrificarunt, operati semper in Fermentato, ut constat ex verbis Balsamonis ejus Urbis Episcopi: dicendum ergo, nec Petrum in Azymo sacrificasse, sacrificasse in Fermentato. Quare tandem totam Tractationem suam Anacephalæosi quadam rhetorica retexens constituit, Christum in Fermentato Eucharistiam instituisse, in Fermentato sacrificasse Romanos Pontifi-

(13) Mat. c. 13. n. 33. Luc. c. 13. n. 21.
(14) De Interpret. ad Can. Trull.
(15) Epist. 4. ad solitarios.
(16) De Sacram. Græcor. ad Card. Aragonium. c. 5.
(17) De Errorib. Oriental. lib. 1. c. 6.
(18) Mat. 13. n. 31.
(19) In Liturg. Chrysost. post benedictionem datam à Sacerdote populo in Rubrica.
(20) In eam Liturgiam. pag. 153. nota 179.
(21) In Hierol. in dict. Margarita.
(22) Lib. Rom. Pontif. S. Melchiade.
(23) Idem liber in Siricio.
(24) Epistol. 1. c. 5.
(25) Ad ann. 311. n. 48. & seqq.
(26) Ubi suprà relatis capitibus.
(27) In Not. Conc. ex Can. ad Laodic. c. 14. tota Diatriba.
(28) d. Can. 14.
(29) d. Diatriba tota.
(30) à d. c. 4. ad c. 7.
(31) Ad ann. 311. à nn. 48. ad 56.
(32) Orat. in fun. Patris.
(33) Epist. ad Sever. in fin.
(34) Epist. 31. 34. & 35.
(35) Epist. ad Michael. Cerulari.
(36) In Catechesi Sacra. post initium.
(1) d. differ. 3. c. 7. in princ.
(2) Can. 70. aliàs 69.
(3) Can. 38.
(4) In Can. Apost. 70.

tifices priscos, atque adeò Fermentatum solam esse materiem Eucharistiæ conficiendæ idoneam, non verò Azyma Latinorum, contra quos acer insurgit, ac queritur, à Latinis Fermentatum nostrum vituperari: quasi verò fuerit unquam Latinus aliquis nominis alicujus, qui ritè in Fermentato rem Sacram fieri fuerit inficiatus, cùm contra Latini omnes doceant, æquè bene in Fermentato, ac in Azymo confici divinam Eucharistiam. Ne ignotos Severo enumerem, ii ipsi, quos contra Latinos, & Azymum producit, non ne Latini (5) sunt, ac censentur, Enriquesius, Suarius, Osmas, Cusanus, Thomas, non ἀγχῖνυς, sed Aquinas? non ne iisdem in locis affirmant sapientissimè, probant, ac planè comprobant, materiem idoneam Eucharistiæ panem esse Triticeum, sive Azymus sit, sive Fermentatus? Quid ergo de Latinis Severus queritur, inter quos celeberrimos Doctores non legit modò, sed & coegit ad testimonium Fermentato nostro propitium? Fortassis, inquies, aliquem legerat ex odio in Gentem nostram insanientem. Sed nemo unquam inter Latinos inventus est, qui Nos hac ex parte damnaverit. Fuere sanè olim (6) Latini, qui ulturi Photianos ausos contemptim Azymitas appellare Latinos, eos *Fermentarios* appellabant: hoc tamen nomine non Ritum nostrum Sanctissimum, sed Photianum errorem vituperarunt, quo licuit, licebitque egregiè *Fermentarios* appellare, non quòd in Fermentato sacrificent, sed quòd putent, ac doceant, in solo Fermentato posse ritè Sacrificari. Hoc nempe meritò damnant Latini. Quid? Græci damnant Sapientissimi, atque omnes damnant: De hoc Latini queruntur, nec de Nobis, de Vobis, Photiani, queruntur, vosque palam vituperant. Nam Ritus nostros adeò approbant, adeò venerantur, atque hunc etiam singillatim, quo Fermentatis utimur Sacrificantes, ut præsto sit integrum Diploma (7) Leonis X. retusurum mendacitatem vestram. Ibi nobilissimus Pontifex è Serenissima Mediceorum Familia, quæ Græciæ Barbarorum elapsæ Tyrannidem, clementissimum semper & hospitium præstitit, & Asylum, adeò Mores nostros, atque hunc singillatim patrocinio Sedis Apostolicæ munit, ut iis, qui contra niti; res Nostras turbare, immutare, molestiis afficere ullo modo tentaverint, si majore aliqua dignitate Sacra conspicui sint, divinis interdicat, si minoris sint Ordinis, munerum irroget multam, si denique Laici censeantur, inferat timendum anathema. Id, quod non unus Leo X. sanxit, sanxere & alii, ante, & post Leonem, videndi penes (8) Allatium, quem si quis legerit, agnoscet spurcam, subdolam, nefariam mendacitatem Severi, Latinos quasi obtrectatores Morum nostrorum accusantis eo ipso tempore, quo maximè Latinorum authoritate publicâ, atque privatâ, ipsâque rei evidentiâ probabantur. Nam cùm hæc scribebat Severus, Romano Beneficio Græcorum Romæ jam alebatur generosa pubes, quemadmodum etiam nunc, parciùs licèt, atque infrequentiùs, alitur tamen; ut in ipsa Romana luce Ritus nostri, atque is in primis, de quo agimus, palam usurparentur, quemadmodum etiamnum usurpantur. Eodem tempore cudebatur Romæ Pauli V. (9) Diploma, quo Ritus nostri, *juxta Sanctorum Patrum Græcorum instituta in Divinis officiis, & Sacrosancta Missæ Sacrificio, cæterorumque Sacramentorum administratione* confirmabantur. Eodemque tempore Alfonsus (10) Bovosus Canonicus Regul. S. Salvatoris, disputatione habita Bononiæ, hanc ipsam Sacrificandi in Fermentato Pane consuetudinem nostram publicitùs propugnabat, his Verbis. *Non condemnamus Ecclesias Orientales, quas omnes constat ante plurimos annos consecrasse in Fermentato, cogente ad id quorundā Judaizantium hæresi, qui judaica Azyma superinducere conabantur; id confirmantes Christi, & Apostolorum exemplo, qui in Azymis consecraverunt: quibus ut ipso facto resisterent, cæperunt omnes celebrare in Fermentato.*

(5) Locis citatis proximè.

(6) Vide S. Algerium in Tract. de Sacram. l. 2. c. 10. in Biblio. SS. PP. Edit. Paris. ann. 1585. to. 6. col. 520.

(7) Dat. Rom. 18. Maji 1521 apud Allat. infrà.

(8) De Interst. à pag. 3. ad 28.

(9) Dat. 10. Decemb. 1615. apud Allat. ibid. pag. 22. & seqq.

(10) Di. p. 2. Cathol. de Ritu Rom. Eccl. cõsecr. in Azymo p. 57. edita anno 1609. Vid. Gudlingium in Not. ad Delin. pag. 91. initio.

XII. Parcendum tamen Severo, si tam manifestè mentitur. Poetæ effatum est: *Omne in præcipiti vitium stetit*; neque aliter, quàm per manifestum, spurcumque mendacium, finem disputationi suæ Severus imponere poterat, in qua ab initio mentitur. An in fine mendaci sibi esset absimilis, qui sibi per catenatas ineptias nugaci vel in fine voluit esse simillimus? Nam quid aliud postremum hoc argumentum refert præter ineptias, & nugas. Eas pudet me sanè refellere, quas vel illa loca, unde imprudentissimè desumuntur, manifestè refellunt. Canon ille (1) Apostolicus, quem objicit, sic habet: εἴτις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν νηστεύῃ μετὰ ἰουδαίων, ἢ ἑορτάζῃ μετ' αὐτῶν, ἢ δέχοιτο παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷον ἄζυμα, ἤ τι τοιοῦτο, καθαιρείσθω, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. *Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omnino quicunque ex Clericorum Catalogo cum Judæis jejunaverit, aut communem festum diem cum ipsis egerit, vel Xenia festi, ut Azyma, aut aliud hujus generis ab eis receperit, deponitor, si Laicus, à communione segregator.* At Canon (2) Laodicenus sic statuit. ὅτι, οὐ δεῖ παρὰ τῶν ἰουδαίων ἄζυμα λαμβάνειν, ἢ κοινωνεῖν ταῖς ἀσεβείαις αὐτῶν. *Quoniam non oportet à Judæis Azyma accipere, aut communicare impietatibus eorum.* Jam appello vos omnes, quotquot, Photiani, estis compotes rationis, illudque præsens efflagito, an ex his Canonibus sano homini liceat inferre, quod infert Severus? Nempe: Igitur in Azymis non licet sacrificare: Si quinquennis puer ratam hanc consecutionem affirmet, atque legitimam, esto Doctor Severus Monembasiota. Quòd si consecutionem illam non ferent ne ii quidem pàrvuli, qui (3) nondum ære lavantur, si eâ auditâ meritò

(4) *Romani tollent Equites, peditesq; cachinnum.*

Quis, ut sæpè jussi, Severo non inclamet, ut fatuo? Dic mihi, Photianorum Antistes πλωτιμώτατε, utriusque Canonis verba vetant ne Azyma simpliciter, an Azyma Judæorum? Imperant, ne utamur Azymis, an Azymis, quæ nobis offeruntur à Judæis? Si primùm: non ergo licebit per istos Canones Christiano placentam sibi parare; offulis diem frangere, jentare crustulis? Damnabitur Paulus Apostolus (5) dicens: *Igitur epulemur non in fermento veteri, nec in fermento malitiæ, sed in Azymis sinceritatis, & veritatis*; quæ verba ad literam usum Azymorum, citra Judaicam superstitionem, commen-

(1) Canon. 70. aliàs 69.

(2) Canone 38.

(3) Juvenalis Satyr. 2. ät. fin.

(4) Horat. de art. Poet. vers. 113.

(5) 1. Ad Corinth. c. 5. n. 8.

mendant? Si secundum; quid Azyma Judæorum cum Azymis Christianorum? quæve unquam tolerabilis consecutio ab Azymis per Judæos confectis, & damnata superstitione impiatis ad Azyma per Christianos confecta, ac citra superstitionem omnem, ad usum sacrum, aut adiaphorum destinata? Azyma, inquit, Latinorum Azyma Judæorum sunt; nam iis & Judæi utuntur. Ergo ea omnia vetanda Christianis, queis utuntur Judæi? Vide, quo te ducant ineptiæ tuæ. Non erit sacrificandum in Fermentato; nam ex his rationibus tuis Fermentatum est Judæorum, quòd eo utantur Judæi. Damnandæ erunt preces, & sacræ Paginæ rejiciendæ, Judæorum sunt enim; quia & precibus, & Bibliis utuntur Judæi. Quid? nudus agas oportet, ne vestibus utaris, queis utuntur Judæi. Non, inquit, hoc ajo; quid ergo? Hoc, ait, antumo: Azyma Latinorum similia sunt Azymis Judæorum: At hæc damnata sunt Canonibus: ergo & Azyma Latinorum. O Sophistam ineptum, scurramque Photianum è trivio! An his Canonibus vetantur Christiani similia, citra superstitionem, agere illis, quæ superstitionis causa damnata sunt in Judæis? In his damnavit Ecclesia Sacrificia post Christi mortem sacrilega. An nobis propterea non liceat Sacrificare? In his reprobavit Ecclesia cæremonias post promulgatam ab Apostolis Legem profanas: An earum plerasque ipsa Ecclesia recipiens usu ipso non consecravit? Exorcismum, Suffocati, & Sanguinis interdictum, pœnam extra Synagogam amandandi scelestos, velatarum in templo mulierum Morem, Consuetudinem orandi lotis manibus, collocandorumque extra Ecclesiam pauperum, ut in ejus porticu mendicarent, nonne damnatis Moribus Judæorum, à Judæis Moribus recepit Ecclesia vel in similibus planè, vel in prope similibus? Vide Justinum (6) Martyrem, mox (7) Josephum, & (8) Acta, noscesque penes Judæos æque, ac penes nos Exorcismum in usu. Lege (9) Leviticum, deinde (10) Apostolorum decretum, videbis Suffocatum, & Sanguinem æquè, ac Hebræis, interdictum Christianis. Audi quid (11) statuant Judæi contra cæcum, cui usum oculorum Christus reddiderat, deinde nosce, quæ sæpe occurrunt in (12) Tertulliano, (13) Cypriano, (14) Augustino, (15) Nazianzeno, scíesque, Anathemati, & nostro ἀφορισμῷ similem irrogari pœnam ei, quâ extra Synagogam Judæi reos gravissimorum criminum abigebant. Velatas processisse Judæas certum est ex (16) Tertulliano, ut non nisi velatis ingredi Ecclesiam liceat fœminis, decernit (17) Apostolus. Non nisi lotos orasse Judæos, narrat (18) Aristeas, non nisi lotis Christianis preces permissas, deducitur ex (19) Apostolo, docentque hoc ipsum palam post (20) Clementem (21) Chrysostomus, (22) Hieronymus, & (23) Dialogus. Denique Judæorum mendicos ad portam stetisse, ut extra Templum solummodo mendicarent, ex iis, quæ narrantur (24) à Luca, comperimus: vetitum egenis Christianis ingredi mendicatum Ecclesiam, testis (25) Chrysostomus est.

XIII. Infinita sunt, quæ quamvis Judæorum simillima moribus, imo è Moribus Judæorum ad Christianos Mores deducta, damnantur in

(6) *Orat. de Verit. Christ.* Relig.
(7) *Antiquit. Jud. lib. 8. c. 2.*
(8) *Act. c. 19.*
(9) *C. 7. n. 27. c. 17. & n. 10.*
(10) *Actor. c. 15.*
(11) *Joan. c. 9.*
(12) *In Apolog. c. 39. & in Scapul. c. 6.*
(13) *Epist. 38 & 62.*
(14) *De Fide, & Oper cap. 26. alibi.*
(15) *Orat. de moderat. in Disputat. servan. et Apolog. 1.*
(16) *De Coron. milit. c. 4.*
(17) *Corinth. c. 11. n. 5.*
(18) *De Septuag. Interpret.*
(19) *1. Ad Tim. c. 2. n. 8.*
(20) *Lib. 8. Const. c. 38.*
(21) *In Jo. Hom. 72. in Matth. hom. 52. & hom. 36. ad Popul.*
(22) *Epistola 50.*
(23) *Lib. 12. respons. 10.*
(24) *Act. c. 13.*
(25) *Hom. 18. ad Popul.*

Judæis, in nobis laudantur, quòd ea illi superstitione corrumpant, Nos religiosissimo usu perficiamus, atque sacremus. Quare Patres sanctissimi, qui Laodicena decreta sanxere, & Apostoli ipsi (si (1) Apostoli Apocryphos illos Canones edidere) utroque in loco producto superstitionem Judaicam Azymorum damnant, non Azyma, nec nos vetant Azymis uti, sed uti Azymis à Judæorum superstitione corruptis. Hinc non Azyma solum à Judæis vetamur recipere, sed & Xenia quæcumque, Azyma illa sint nec ne: dummodo sint aliud aliquid id genus, pertinens nempe ad profanas cœremonias Judæorum; perinde erit, quando hæc omnia vetantur. Etenim ut acutè Laodicena Synodus explicat: *non licet Judæorum impietatibus communicare*; quæ verba nobis indigitant & rationem, ob quam vetamur à Judæis Azyma recipere, & quæ Azyma vetamur recipere, Ea nimirum, queis fit, ut vel communicemus impietatibus Judæorum, vel iisdem communicare videamur. Quid est autem communicare Judæorum impietatibus, nisi Ritus ipsos, ac Mores post Christum Sacrilegos approbare verbo, vel facto? Porrò quæ frons, nisi æream duritiem à Severi fronte mutuetur, dicat, vel etiam clam mussitet, Latinorum Azymis impietatem Judæorum probari? Quid habent hæc adoranda Latinorum Azyma commune cum Azymis Judæorum? Num illis Pascha conficitur, & Legis Agnus manducatur? Num illis non nisi per hebdomadem integram uti licèt? Quis tam imperitus, ut hæc asserat? Quis tam excors, ut hæc credat? Quis tam puer, ut de his dubitet? Quod si nihil horum est; Quæ stoliditas, Quis furor, ut asseras ab Apostolis, à Patribus Azyma fuisse proscripta, quòd Azyma Judæorum proscripserint? Quasi verò, qui vetavere (2) Medicinam à Judæis accipere, convivia (3) cum Judæis celebrare, servum (4) esse Judæi, hoc ipso vetuerint medicinam, convivia, servitutem. O homines, ne dicam scelestos, ignorantissimos, stolidissimos, qui his tam pudendis ineptiis miseras chartas conspurcant! atque ò Græciam infelicem: quæ, est, ut ex his hominibus censeatur, quando nonnulli, hos homines Græcos appellant, cùm reipsa non Græci, Photiani sint, hoc est Græciæ hostes, Græciæ dedecus, & uti ita dixerim Græciæ putidissima, fœdissima carcinomata. Verùm harum patentissimarum ineptiarum invidiam Severus à se strenuè amovet, cùm earum nobis Authorem proponit. Hæc, inquit, non imperitus aliquis asserit, non vir quispiam, è vulgo; Balsamon (5) est, qui scribit. *εἰ γὰρ τὸ ἁπλῶς φαγεῖν τὰ ἄζυμα ἰουδαϊκῆς ἑορτῆς καθαίρεσιν ἐπάγει, καὶ ἀφορισμόν. τὸ μεταλαβεῖν αὐτῶν, ὡς κυριακοῦ σώματος, καὶ παρομοίως ἐκείνοις διὰ τούτου τὸ Πάσχα ποιεῖν, πῶς οὐκ ἕξει κατάγνωσιν, καὶ κόλασιν; Nam si simpliciter festa Judæorum Azyma comedere Depositionem inducit, & excommunicationem ea suscipere, ut Dominicum Corpus, & per hoc æque, ac illi Pascha celebrare, quomodo non habebit condemnationem, ac pœnam?* Audis, inquit Severus, non hæc nos dicimus, sed Doctor eximius Balsamon, qui circa annum Christi MCCCCXXX. Ecclesiæ moribus explanandis illuxit. Si vera dicis, Severe, Balsamon iste Michael est Balsamon: At

hujus

(1) *Vide Cabassutium in Not. Chr. & Can. in Appēd. Concil. Apostol. per tot.*
(2) *Vide c. nullus ibique Gloss. & Turrecrem. 28. q. 1. Anani. in c. 1. nu. 6. de Judæ. Aloys. de Leon in l. 1. n. 15. C. de Judæ.*
(3) *Ex c. unusquisque 22. q. 4. Gloss in c. quam sit ubi hostien. Jo. Andr. n. 5. Abb. n. 2. & 3. Soccin. n. 1. Feller. in Cōstit. Regni tit. de Judæ. nu. 12. & 22. Alfōs. Alvarez in Specul. Prin. tit. de cōvers. cum Infidel. in princ. Sāchez in Decal. li. 2. c. 31. n. 5.*
(4) *C. Judæi e. 2. de Judæ.*
(5) *In Can. 70. Apostol.*

Digitized by Google

hujus duas habemus Epistolas dumtaxat, atque duas Anaphoras. In utraque Epistola Græcus est, & Orthodoxus, quippe scripta vel Florentiæ, vel paulo post reditum suum in Græciam, Florentinâ Synodo jam perfectâ. In altera synodi ejus Acta summis laudibus (6) effert, atque inter illa decretum conficiendæ in Azymo Eucharistiæ; in altera Ritus Latinorum probat, splendorem Ecclesiæ Romanæ describit, laudat Benignitatem, ac de Azymo ipso multa (7) dicit utilia. At in (8) Anaphoris jam regressus ad vomitum Photianus est totus, nec tamen quidpiam de Azymo. Spiritus à Filio Processionem impugnat, eòque vim totam styli confert, ut Græcos in Synodo Florentina coactos, deceptosque confirmet. Ita vel laudat Latinorum Azyma, vel dissimulat: Quî ergo hæc impia verba à Balsamone Michaele dicta putabimus? Prætereà Balsamon ille, quem jactas, Antiochenæ Ecclesiæ, uti dicis, præfectus fuit; at Michaelem Balsamonem non ultra Magni Scevophylacis munus pervenisse scimus, quippe Scevophylacem Magnum se appellat tùm, cùm subscribit Synodo (9) Florentinæ, tùm in Anaphorâ jam senex utrâque. Mentiris igitur, qui verba illa à Michaele Balsamone viro inconstantis fidei, non tamen animi erga Latina Azyma injuriosi dicta, scripta commemoras. Non, ait, Michaelis Balsamonis verba sunt illa: Theodori ejus ea sunt, qui Antiochenus Patriarcha luculentissimè scripsit in Nomocanonem Photii. Si de Theodoro Balsamone loquitur Severus, (nam (10) Theodorum non nominat) eum absolvimus mendacio, sed ignorantiæ manifestæ damnamus. Quæ enim ignorantia major, quæ stupidior inscitia, quàm ad sæculum XV. Theodorum Balsamonem rejicere, quem floruisse, non sub Joanne VIII. Palæologo Manuelis Filio, anno Christi MCCCCXXX. sed sub Emmanuele Comneno Alexii I. filio, anno Christi MCLXVII. certum est. Etenim ipse Theodorus Balsamon, in (11) Notis suis ad Nomocanonem illum affirmat, sibi ab Emmanuele Comneno, & Michaele Anchiali Patriarcha munus scribendi in Nomocanonem fuisse mandatum. Anchiali verò Michael, ut constat ex (12) Frehero, (13) Panvino, & (14) Raynaldo, imò ex (15) Ephræmio, & Catalogo (16) Byzantinorum Antistitum Photianis omnibus noto, Infulas Byzantinas iniit anno Christi MCLXVII. ante Charitonem P. post Lucam Chrysobergen. Adde Nomocanonis notas dicari Georgio Xiphilino, qui sedit sub Isaacio II. Angelo anno Christi MCXCIV. ut habes ex iisdem. Quare dicendum est ducentis, & sexaginta annis majorem, antiquioremque Balsamonem fuisse, quàm à Severo eruditissimè, ac doctè describitur. Tanta hominis sapientia, tanta in homine rerum notitia, tanta peritia historiarum! Huic ergo credite, Photiani, hunc vobis doctorem adsumite, hujus libellis prelegendis operam navate, ut à tanto Viro discatis nil aliud, quàm superbè desipere. At hæc obiter, &, uti dicimus, per transennam, cæterùm quod ad Balsamonem attinet, ejus nobis authoritas tanta est, quanta Severi. Jactaverit ille se Patriarcham Antiochenum, an fuit? Nempe quomodo Philadelphiensis Antistes Severus, solo nomine, imò minùs, quàm Philadelphiensis Severus: nam hic, etsi titulo tenus, non habuit tamen in Asia, qui Philadelphiensibus Infulis uteretur: at Balsamone Constantinopoli se tumidè Antiochenum Patriarcham appellante, sedebat Antiochiæ reipsa Orthodoxus Patriarcha (17) Amatricus: atque adeò eo ipso tempore, quo graviter affirmabat Balsamon, & ex Balsamone Severus, nunquam in Azymis sacrificatum fuisse Antiochiæ, eo, inquam, ipso tempore Azymis sacrificabatur Antiochiæ, quæ fortassis tunc recolebat Apostolica tempora, moremque illum obsoletum sanè ipsi jamdudum non sine causâ, Apostolicum tamen, in Azymis faciendi, quem Pseudo-Patriarcha Theodorus Balsamon Photianus impiis simul, ac stolidis Canonum interpretationibus impugnabat. Eas non est hic opus iteratò refellere, abunde, quæ ex prudentissimis Patrum decretis ineptè collegit, refutavimus, cùm eadem à Severo proposita planè contrivimus, adeò constanti Græciæ suffragio, ut eadem, quæ nos hic affatim constituimus, vel ipsi Photiani Sapientiores recipiant. Quorum meâ sanè (18) sententiâ, Planudæ (19) etiam, & (20) Coressii suffragio sapientissimus, & Jurisconsultissimus Demetrius Chomatenus Archiepiscopus Bulgariæ, proposito Prędecessoris sui Theophylacti calculo, rem totam contra Balsamonis effata sic tandem (21) constituit. ὅθεν οὔτε τὰ ἱερουργούμενα παρὰ τῶν Λατίνων ἄζυμα, οὔτε τὰ ὑποδεχόμενα ταῦτα, καὶ ὑπηρετούμενα τῇ τούτων ἱερουργίᾳ σκεύη, ἢ ἀκολούθως οὔτε τὰς ἱερὰς αὐτῶν στολὰς, οὔτε τι τοιοῦτον, κοινὰ λογιζόμεθα· πῶς γάρ; τῆς τοῦ δεσποτικοῦ ὀνόματος ἐπικλήσεως ἐπισφραγιζούσης ταῦτα, καὶ τῆς τοῦ θείου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου ἱερᾶς ἐπασμάτων τὴν ἁγιστείαν, ὡς μεμαθήκαμεν, ἱερολογούντων αὐτοῖς· καὶ τὰ λοιπά. *Unde neque consecrata à Latinis Azyma, neque hac suscipientia, & sacrificio servientia eorum vasa, & consequenter neque Sacras eorum Stolas, neque hujusmodi quidpiam immundum, pollutumque existimabimus. Quo enim pacto? cùm Divini nominis invocatio eis Signum imprimat, Divique Jacobi fratris Domini, sacra cantica hostiam, ut didicimus, eis consecrent? &c.* Adeò verum est, ineptire Severum, desipere Balsamonem, furere planè Margunium, cui cùm abunde his responderimus, nil superest aliud, nisi, ut assertâ iterum ex his, quæ hactenus diximus, Orthodoxa sententiâ docente, æquè pie, sanctè, ac ritè in Azymo, ac in Fermentato pane confici Eucharistiam, eò, unde longa hac, & secunda Operis nostri Parenthesi digressus est, calamum revocemus.

XIV. Porro ex iisdem sequitur, falsissimum esse, quod obtrudit Margunius, eos, qui Azyma aliquando Latinorum comederint, rejiciendos esse à sacris Ordinibus, imò nec eum, qui Azyma Judæorum fortè comederit, hac ex causa repulerim, ut ineptum Ministerio sacro. Quamvis enim obnoxium crimini putem, & quidem gravissimo eum, qui panes Azymos à Judæo acceperit, præsertim si Azymi panes ad solemnitatem profani Paschatis spectent; quare vetitum Romæ refert (1) Ricciullus, ne vel sub benevolentiæ quidem specie Judæi Christianis Azyma largiantur sua; tamen id tanti non est, ut irregularitatem ex delicto facere videatur. Nec relati Canones eam irrogant, quando tem-

(6) Ep. 1. circ. med. de qua Vide testimonium Græciæ in Michaele Balsamone.

(7) Epist. 2. sub fin. Vide Testimonium relatum ibidem.

(8) Vide Testim. Græciæ ibidem.

(9) Post Decretum & subscriptio. Ordine 21. pag. 331. Editio. Rom. Græc. Concil. Florent.

(10) d. diff. 3. pag. 44. c. 7. lin. 27.

(11) In princip.

(12) In Chronol. præfixa Juri Græco-Rom.

(13) In Chron. ad ann. 1167.

(14) In Cõp. Baron. ad ann. 1166. in fin.

(15) In Jambico de Patriarchis CP.

(16) In Jur. Græco-Rom. Tom. 1. li. 4. Sent. Synod. 2. pag. 303.

(17) Vide Chronol. Freheri ad ann. 1158.

(18) In testimon. Græc. Sapien. in Demetr. Chomateno.

(19) In additio. ad Myriobibl.

(20) In Paralipom. Bibliotb. Photii.

(21) In respons. ad Constant. Cabasilã. ad interr. 5. ant. fin.

(1) De Jur. Personar. lib. 2. c. 39. n. 10. et seq.

temporariam pœnam irrogant, quemadmodum docent (2) Prodromus, & ex illo (3) Coressius, priscique Græci Doctores cæteri, quos producit (4) Diplovatacius. Sed in re planè clarissimâ non est ulteriùs immorandum nobis, qui culpas prosecuti, quas propter petentibus Ordines denegandi sunt, quippe plurimas, nec certa sententia, communique ab omnibus ad vim repellendi receptas, pugnantibus nimirum hinc inde Græcis, atque Latinis, rem variam, incertam, obscuramque summatim attingimus, rati sic nos apertiùs ad explanationem omnium certissimam perventuros, si non de singulis, sed de omnibus unà, quod in dubium deduci non potest, liquidò statuemus.

(2) Ad Can. 70. Apostol.
(3) In Synopf. ad eund. Can.
(4) In Synop. Jur. Græci tit. de Sacrileg.

SECTIO VI.

De Infamia abstinente ab Ordinibus.

SUMMARIUM.

I. *Quid sit Juris, & facti infamia.*
II. *Alterutrâ infamem rejiciendum ab Ordinibus.*
III. *An infamia Canonica, sive omne peccatum, ab Ordinibus repellat.*
Refertur Sententia Critopuli nullum discrimen Peccatorum constituens.
IV. *Ea sententia refellitur ratione.*
V. *Refellitur ex Sacris Paginis, data explanatione Palamæ, recipiendis à Palamita.*
VI. *Refertur sententiâ Leonis Acridani, cujus sententiæ censura proponitur.*
Dicta Critopuli ex Margunio rejiciuntur.
Pœnam eandem omnibus criminibus non posse decerni.
VII. *Respondetur Argumentis Critopuli.*
VIII. *Explicantur verba Christi, & retorquentur in Critopulum è sententia Photianorum.*
IX. *Agnitum, assertumque à Photianis Veniale peccatum probatur è Sacris Paginis.*
X. *Probatur etiam ratione ductâ ex Eucharistia.*
XI. *Concluditur, nullo veniali peccato repelli quem ab Ordinibus.*
XII. *Refellitur mendacitas Balsamonis, ostenditurque, ab Ecclesia Græca nunquam fuisse damnatum Romanum Pontificem.*
XIII. *Constituitur, non omni mortali peccato rejici quem ab Ordinibus.*

I. ID porro ut pedetentim aggrediamur, ante omnia, de ipsâ Infamiâ nobis agendum est, quæ ex crimine oritur, videndumque, an omnis Infamia repellat à Sacris, sic enim illico decernemus, an omne crimen Ordinibus recipiendis impedimento sit. Est autem Infamia Popularis alia, alia Civilis, alia Canonica: sic enim placet rem à Theologis, sacrorumque Canonum Interpretibus per divisiones, Sectionesque minutiores doctè magis, quàm clarè datam pingui Photianorum, queis scribo, Minervæ proponere. Popularis Infamia est, quę oritur ex publicâ famâ, seu rumore delicti perspicuè, palamque perpetrati, ex quo Rei nomen, decusque, atque existimatio penes populum imminuitur. Talem dixeris famam meretricis, exoleti, prostantisve pueri, ejusque, qui palam domi pellicem justæ detinet conjugis loco. Civilis Infamia à lege est denotante crimen esse famosum, ac turpe, quodque reum ineptum reddat aut publicæ fidei, aut publicæ dignitati. Hæc porro duplex est: nam altera non sine Judicis sententia reo incutitur, quando, ut hac quispiam dicatur Infamis, necesse est, ut Judex latâ sententiâ edicat, reum subjectum pœnæ ex crimine, quod causat infamiam. Atque hæc Infamia dicitur Juris post latam sententiam: altera verò ex Lege quidem habetur & ipsâ, non tamen per Judicem, sed per ipsam Legem inferentem facto ipsi Infamiam, appellaturque Infamia facti, quoniam ante sententiam Judicis reus suo ipse facto, quod Legis decreto famosum est, Infamis efficitur, quanquam crimen ad cognitionem deductum non sit, neque circa illud officium Judicis interpositum. Tertia Infamia irrogatur ab Ecclesia, oriturque ex quocunque lethali crimine: Quodlibet enim lethale crimen, cùm divinæ Majestati, quam ex se lædit, injurium sit, ut est penitus manifestum, cùmque crimen Majestatis Infamiâ puniatur, ut est in Jure notissimum, æquitati peraptum, conveniens, consonumque visum est, ut quodlibet lethale crimen Infamiam irrogaret penes Ecclesiam, eam nimirum Rempublicam, in qua Principis ipsius, qui Christus est, Majestas læditur culpâ. Hæc uno statim impetu certa proponimus ex (1) Jure, quod Nostris, Latinisque commune est, quodque Nostris unicum in tantâ captivitate est, quemadmodum (2) Balsamon ante captivitatem, & (3) Aristenus, post captivitatem testantur Andreas (4) Pericopus, & Joannicius (5) Cassandrenus Episcopus. Consonat Jus Latinorum (6) Canonicum, idemque censent Synodica (7) nostra adstipulantibus ex Latinis (8) Felino, & (9) Croto, ex Nostris Lazaro (10) Monacho, Joanne (11) Citrio, & Andronico (12) Camatero. Hinc inferes infamem quacunque infamiâ, sive Populari, sive Civili, sit ea vel facti, vel Juris, vel à Jure incussa, & per sententiam irrogata, eo ipso infamia Canonica famosum censeri: cùm enim infamiæ, quas hactenus & descripsimus, & divisimus, non sine lethali crimine fiant, quippe quæ, si justæ sunt, ut hìc semper intelligendum edicimus, & à crimine, & quidem gravi oriantur, inferunt profectò eam Infamiam, quæ à quocunque lethali crimine Jure Ecclesiastico necessariò promanat. Quare id ita esse confirmant post (13) Adrianum I. (14) Innocentius IV. (15) Abbas, (16) Crotusque nuper laudatus, quorum sententiam ante ipsos Græciæ nostræ proposuit sapientissimus (17) Prodromus his verbis, quibus brevissimè, quidquid hactenus diximus, complexus est. Ἄτιμον, καὶ δύσφημον λεγόμενον τῇ μὲν τὸν κακῶς ἀκούοντα παρὰ τοῖς ἁγιωτέροις τε, καὶ σεβασμιωτέροις, τῇ δὲ τὸν ὃ ἔργῳ, ἢ καὶ διαπράξει νόμου πρὸς ἀτιμίαν γραφέντα, καὶ ταῦτα τοῖς νομικοῖς κατ᾽ ἔθος· τοῖς δὲ κανόσιν ἄτιμος, ὅστις ἐν ἁμαρτίᾳ ῥυπαίνων· ὅθεν ὁ νόμος μὲν τὴν δυσφημίαν διαιρεῖ, ὁ δὲ Κανὼν τὰ τῷ νόμῳ διῃρημένα περικαταδικαζόμενος ἀτιμίαν γιγνώσκει ἀτιμίαν ἐξ ἁμαρτίας τοὺς τοῦ νόμου περιβαλεῖσθαι. *Infamem, & inhonestum dicimus quandoque malè audientem penes Sanctiores, & venerabiliores, quandoque eum, qui facto,* vel

(1) L. 1. ff. de obs. à lib. patr. præstā. & ibi Gloss. in prin. in l. Athletas §. calumniator, & §. seq. & in l. 1. ff. de his qui not. infa. & l. ea quæ C. quibus ex can. inf.

(2) In Schol. ad Novell. Justin.
(3) In Nomocan. in fin.
(4) In Synop. Juris in princ.
(5) In Meditat. ad Jo. Athenic. de legibus Cæsarum.
(6) C. Infames. 6. qu. 1. ubi Gloss. & in §. porro. 3. q. 7.
(7) Apud Căpan. de ui Canon. Schol. 14.
(8) in C. testimonium. vers. & aliæ I. famia n. 11. de test. Hib.
(9) In tract. de test. p. 3. n. 31. & seq.
(10) Lib. de variis delict. & eor. pœna c. 1. circa med.
(11) In respon. ad Archiep. Dyrrhachii: habetur apud Diplovat. in Synop. Jur. Græci, c. 13.
(12) Lib. contr. Latinos interrogat. 100.
(13) In c. omnes verò. 6. q. 1.
(14) In c. qualiter el. 2. de accusat.
(15) In d. c. testimonium de test.
(16) d. p. 3. nu. 31. & seq.
(17) De Interpret. ad Trullan.

Digitized by Google

vel constitutione Legis ad Infamiam adigitur. Atque hæc Legulejis usitata, at Canonibus infamis est, quisquis in crimine sordescit. Quare Lex quidem Infamiam dividit: Canon verò divisa per Legem circumplexus unam agnoscit infamiam, quæ ex delicto est, quæque infamias à Lege constitutas penitùs, penitùsque complectitur. Hæc Prodromus, ex quibus liquido constat, nihil esse à Latinis hactenus dictum, quod ante Græcus non dixerit. Tanta est utriusque Gentis in ferendâ de rebus sacris concordia, quam tamen nullam volunt Photiani, minimam autumant ex Latinis hostes nostri rerum Nostrarum imperitissimi.

II. His ita obiter exantlatis, ut de infamia Ordinibus Sacris abstinente certa constituam, dicendum arbitror, infamen quacunque ex his speciebus infamiæ prorsus ab Ordinibus esse rejiciendum. Hæc assertio, quod pertinet ad infamiam, tum civilem, tum popularem, dubio verti non potest: nam, ut omnes rationes seponamus, seligamusque eam, quæ potissimè vim rei validissimam confert. Si Scriba, sive Amanuensis Principis infamis esse non potest, ut tradit eruditè post (1) Bartolum (2) Salicetus, & (3) Aretinus, quod Scriba hujusmodi, sive Notarius qualem quale videatur habere dignitatem, ut bene contra (4) Accursium notat acutissimus (5) Covaruvias, probarique ulteriùs potest ex Æmilio (6) Probo, & (7) Cicerone, quos doctè ad id referunt (8) Alciatus, & (9) Tiraquellus. Prætereà si infamis nequit esse Tabellio in Curia Principis, quòd non liceat infamibus Curiam Principis ingredi, præsertim ad munus ibi aliquod obeundum, ex traditis à (10) Baldo, cui præluxit (11) Ulpianus, consentitque (12) Joannes Lupi. Denique si famosus homo publicus Tabellio esse non potest, hoc est, publicâ constitutus authoritate, ut munere fungatur aliquo Jure Tabellionatus, quemadmodum docet (13) Bartolus, quem sequitur (14) Abbas, atque (15) Felinus, ante quos (16) Alexander. Id, quod subinde producit etiam ad Tabelliones non publica constitutos authoritate, quique è Collegio non sunt, (17) Covarruvias, graviter effatus, infami nullam fidem adhibendam esse, sive juris infamia, sive facti notatus sit: Quo fit, ut nec testi famoso fides in gravioribus præstanda sit, quemadmodum probat idem (18) Covarruvias, & constat (19) ex Jure, addita (20) Jurisconsulti authoritate, Nosque (21) ipsi publicè hoc anno docuimus. Si, inquam, infames his qualibuscunque dignitatibus abstinentur, quis dicat eosdem provehi ad Sacros Ordines posse, qui dignitates sacerrimæ sunt, qui Sacris initiatum palam in Aulam Christi Principis inducunt; talemque constituunt, cujus ad disciplinam, & exemplum componere se Populus debeat, docendus verbo, & exemplo, quæ sana sunt, quæ recta sunt, quæ divina sunt? Patet ergo, famosos homines populari, civilive infamia arcendos ab Ordinibus esse. Quod sanè decrevit Toletanum (22) Concilium IV. cujus decreto præluserat (23) Arelatense I. sub Constantino Magno celebratum, quodque cùm infames communione fidelium Populorum abstineat, ut & (24) Eliberinum inter vetustissimas Synodos ante censuerat; prorsus conficitur, potiori jure, eos ex vetustissimâ Ecclesiæ disciplinâ Sacris Ordinibus abstinendos, ne populo Sacramenta ministrent ii, quibus usu Sacramentorum interdicebatur, neu jure Ordinis liceat Ecclesiam ingredi illis, queis ex Anathematis pœnâ nulla cum re sacrâ communicatio. Quod Latini Canones hactenus dicti sunt decrevisse, idipsum & Græci; utrâque Gente ad repulsam infamium fœderatâ. Ea propter in libello, qui inscribitur Sacrum (25) Armamentarium, quem nos alibi hoc ipso in Opere laudavimus, hæc habes. Χρὴ τὸν ἀρχιερέα τοῦτο μάλιστα ἐν τῇ χειροτονίᾳ σκοπεῖν, ἵνα ἔντιμος ὁ χειροτονούμενος· τοὺς γὰρ ἀτίμους, καὶ ἀξίως δυσκλεεῖς τὰ ἱερὰ οὐ δέχεται· αἰσχρὸν γὰρ τοὺς δικαίως ἀποδοκιμασθέντας παρὰ τῶν λαϊκῶν εἰς λειτουργίαν τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀναλαβεῖν. *Oportet, Pontificem hæc maximè in Ordinatione considerare, ut honestus sit is, qui initiatur: nam infames, & ex merito inhonestos Sacra non recipiunt. Etenim turpe est, justè despectos à Laicis ad Ministerium Sacrorum adsumere.* Hinc, ut optimè notat ex Germano Sanctissimo Patriarcha noster (26) Diplovatarius, in ipsa cæremonia Ordinationis absolutè acclamatur, ἄξιος, *dignus*: quasi videlicet non in una tantùm re famæ testimonium honestæ in Ordinum Candidato exposcat Ecclesia, sed in Omnibus; Nec à Sacerdotibus tantùm id elogii pangitur, sed & à Populo, ut noris, infamem quacunque infamia repellendum, cùm probro aliquo etiam civiliter notatus, & à Populo in Republica infamis habitus à Populo dignus dici non possit.

III. Sunt igitur hæc tùm Latinis, tùm Græcis certa, &, ne quadamtenus quidem in dubium revocanda, de illo operosior disputatio est, an omnis infamia Canonica arceat ab Ordinibus, sive clariùs, an omne lethale crimen indignum Ordinum reddat. Negant universim Latini, asserunt ex Nostris plerique, ex Photianis omnes atrocem disciplinam soliti Morum amare verbis sanè, non factis. His abundè ad rationem est, quòd id (1) Balsamon asseveret: at Latini, Græcique validis & authoritatibus, & rationibus certant, quas referre & immensi operis, & inutilis esset, quapropter quæ verissima censeo prolaturus in medium, rem totam, nec facilem, & pertricosam aliquot Conclusionibus extrico. Quibus illud præmitto, quod nempe ab initio constitui, hic à me de iis impedimentis non agi, quæ ipsum in se Ordinatum afficiunt, sed de iis, quæ impediunt Antistitem ipsum, quo minus ritè conferat Ordines. Nam, si de primis agamus, extra omnem dubitationis aleam est, quolibet lethali crimine à ritè suscipiendis Ordinibus quemlibet impediri. Docent id omnes, atque huc spectant omnia Nostrorum dicta, rejicientium ab Ordinibus quemlibet lethali crimine turpem, quòd crimine quolibet quisque à suscipiendis impediatur Ordinibus: id, quod commune est omni Sacramento Vivorum, hoc est Sacramentis omnibus, excepto Baptismo, ac Pœnitentiâ, quæ Mortuis, qui nimirum vitam Gratiæ divinæ non vivunt, conferuntur; cùm Sacramenta cætera, quippe quæ vitam non dant, sed vel aliunde positam alunt, ne deficiat, vel aliunde altam incrementis majoribus augent. Hæc porro vita stare cum lethali non potest crimine, quo fit, ut, si duo illa Sacramenta

exci-

(1) *In L. 1. Cod. de mand. Princ.*
(2) *Ibid.*
(3) *In L. laudabili C. de advoc. divers. judic.*
(4) *In L. universos C. de Decur. li. 10.*
(5) *Pract. q. lib. un. c. 19. n. 4. in fin.*
(6) *In Vita Eumenis.*
(7) *Lib. 1. de offic.*
(8) *In L. mercis appellatione ff. de V.S.*
(9) *De Nobilit. c. 34. & 37*
(10) *In rubr. de off. Jud. ant. fin. & in l. reum criminis in fin. Cod. de procurat.*
(11) *In L. sed, & milites §. sed ignominia. ff. de excusat. tut.*
(12) *In C. per vestras de donat. inter vir. & uxor. notab. 3. §. 9. n. 8.*
(13) *In l. eadem §. hac lege ff. ad L. Juli. repetum.*
(14) *In c. cum dilectus nu. 7. de fid. instrum.*
(15) *In c. fraternitatis de hær. col. 1.*
(16) *Cons. 80. lib. 2. n. 2.*
(17) *Ibid. n. 5. vers. quarta Conclusio.*
(18) *De matrim. 2. p. §. ult. c. 8. n. 8.*
(19) *In c. præterea de test. cog. & in d. c. testimonium. arg. c. de cætero de test. l. quos prohibere ff. de postul. c. ex parte de test. c. licet quantum de probat. & simil.*
(20) *Bart. & alii in l. cunctos populos C. de Sum. Trin. & in l. Cassius ff. de Senat. Jo. Andr. in c. actus legitimi de regul. jur. in 6. Abb. & alii in c. 1. & A. de re jud. & ibi Innoc. Alex. in cons. 33 vol. 1 Bald. in d. l. cunctos populos in 5. oppos. & in c. ad nostram. de test.*
(21) *In tract. de probat. ie. l. 13.*
(22) *Canone 52.*
(23) *Canone 5.*
(24) *Canone 62.*
(25) *Tit. 8. de Sacram.*
(26) *In Synop. Jur. Græci tit. de Ord.*

Digitized by Google

(1) *Relatus à Margunio infr.*

excipias, reliqua vivis dumtaxat, hoc est innoxiis, Gratiâque, quam sanctificantem, appellant, afflatis ritè queant conferri: inter quæ cùm Ordo sit, is planè sacrilegè ab eo recipietur, qui lethali sit culpæ obnoxius. His præjactis, affirmatèque constitutis, dico primùm. Non omne peccatum ab Ordinibus repellit. Ita summatim, generatimque præfari licet, ut statim ab initio scelus Critopuli Græco-Lutherani corruptoris impugnem, ausi, ex dicto (2) Margunii, ex quolibet crimine quemlibet ab Ordinibus rejicientis, inauditam Græcis auribus hæresim Photianis suis insinuare, ut inde aut Græciam corrumperet, aut apud exteras Gentes, quasi peregrinæ impietatis consciam infamare. Ejus hæc (3) verba sunt. Πᾶσα ἁμαρτία, ὁποία ἂν, φησὶν ὁ σοφὸς Κυθήρων ἐπίσκοπος Μάξιμος, τῆς ἱερωσύνης ἀνάξιον ποιεῖ, καὶ πταίει ὁ ἀρχιερεὺς τὸν ἐν ἁμαρτίᾳ ὁποιᾳοῦν χειροτονῶν. ἡμεῖς δὲ καὶ τοῦτο συνάγομεν, ὅτι λατινίζει, καὶ ἀσεβεῖ ὁ διαιρῶν τὰς ἁμαρτίας, ὧν οὐκ ἔστι διαίρεσις παρὰ Θεῷ λέγοντι: ὅστις ὅλον τὸν νόμον τηρήσει, πταίσει δὲ ἐν ἑνί, γέγονεν πάντων ἔνοχος, κηρύττοντος δὲ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ. Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ ἄνθρωπος, ὅστις οὐκ ἐμμένει πᾶσι τοῖς λόγοις τοῦ νόμου τούτου, ἁπλῶς ἔτι διαβεβαιοῦντος διὰ Ἰεζεκιήλ, ἡ ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα ἀποθανεῖται, καὶ διὰ τοῦ διδασκάλου τῶν ἐθνῶν, τὰ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος, καὶ τελευταῖον, ἵνα παραβῶμεν τὰ ἐπίλοιπα πολλά, καὶ φανερῶς πᾶσαν ἁμαρτίαν θανάτῳ καταδικάζοντος, διδάσκοντος παρὰ τῷ Ματθαίῳ, ὃς ἐὰν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· ἀκούεις; ἴσα πταίει ὁ τὰ ἐλάχιστα τοῦ νόμου καταφρονῶν, καὶ ὁ τὰ μέγιστα· τί τὰ ἐναντία διδάσκεις ἡμᾶς τοῖς λόγοις τοῦ Θεοῦ, καὶ λόγου; τί νέα ἡμῖν ὀνόματα ἁμαρτιῶν εἰσφέρεις; λέγων τὰ μὲν θανάσιμα, τὰ δὲ συγγνωστά; ἁπλῶς πάντα θάνατον τῇ ψυχῇ διδόασιν, ὦ καλέ, καὶ τοῦτο ὀρθοδοξίας ἄρθρον ἐστί. *Omne peccatum, quodcunque sit illud, ait doctus Cytheræ Episcopus Maximus, Sacris Ordinibus ineptum facit, & delinquit Antistes manus imponens ei, qui reus peccati cujuscunque sit. Nos verò, & hoc inferimus, Latinis Episcopum consensurum, & impium fore, si distinguat peccata, quorum nullum discrimen est apud Deum* (4) *dicentem: quicunque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium Reus: proclamantem in* (5) *Deuteronomio: maledictus homo; qui non permanserit in omnibus verbis Legis hujus; simpliciter asserentem per* (6) *Ezechielem, anima, quæ peccaverit, morietur, & per Magistrum* (7) *Gentium: stipendium peccati mors. Denique (ut seponamus alia multa, & palam omne peccatum morti addicentia) docentem penes* (8) *Matthæum: qui solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in Regno Cælorum. Audis? æquè delinquit, qui minima despicit, & qui maxima: quid nos doces contraria verbis Dei, & Verbi? Quid nova nobis vocabula peccatorum ingeris dicens quædam lethalia, quædam venialia? Simpliciter omnia mortem animæ inferunt, ò bone, & hoc Orthodoxæ fidei articulus est.*

(2) *Nota 18. in Cã. Apostol.*

(3) *Orat. in eos, qui omnia improvant.*

(4) *Jacob. c. 2. n. 10.*

(5) *Cap. 27. n. ult.*

(6) *C. 18. n. 4.*

(7) *Ad Rom. c. 6. n. ult.*

(8) *Cap. 5. n. 19.*

IV. Hæc (1) Critopulus hoc sæculo, cum Gergano, nundinatus longa peregrinatione pestilentissima dogmata penes Lutheranos, queis mox Alexandrinas Insulas mercaretur. His in senectute perfidiosâ apud ignorantem Photianorum plebeculam potens, ausus est incassum sanè, ausus est tamen, primus omnium Photianorum Stoicam Sectam Christianis ingerere, pariaque peccata omnia superciliosâ temeritate docere. Neque enim id unquam Margunius asseruit, ut infra patebit. Critopuli hoc unius dogma est à nobis refellendum omnino, ut constet, non esse Græcam sententiam, quam ex Critopuli unius impietate Græciæ toti Ligus adscripsit. Non est, inquit, discrimen criminum apud Deum. Hoc nonne furiosa insania est? Idem ergo crimen esse Deo esse Idololatriam, Perjurium, Apostasim, quæque rectà divinam petunt Majestatem, eandemque prorsus impugnant, ac simplex mendacium, error quicunque non pertinax, irreligiosus quilibet animus? Non erit igitur gravius Parricidium maledicto, Sacrilegium contumeliâ, rapina Sacratarum Deo rerum quolibet profano furto? atque æquè peccabit, qui nefarium cum Parente coitum habuerit, ac qui liberam Venerem exercuerit, qui manu impiâ parentis senile guttur fregerit, ac qui gallinam vicini necaverit, denique qui Deum fatuum, ac qui hominem humillimum dixerit stultum? Quæ sanè quis ferat assertionem illam Critopuli nullum inter peccata discrimen agnoscentis certissimè consequentia? Derisit hæc in Stoicis olim Antiquitas, ut habes ex (2) Tullio facetissimè, innuitque (3) Plutarchus: Eadem Ecclesia damnavit ex Zenonis ineptiis decerpta in Novatiano, teste Cypriano (4) Martyre. Neque id injuriâ. Naturæ enim quodam instinctu cognoscimus, Moralium Operum alia aliis graviora esse, sive ad laudem respiciat gravitas, sive ad probrum: nam cum Moralis actus naturæ qualitatem suæ tùm à fine, propter quem fit, tùm à circumstantiis, in quibus fit, modoque ipso, quo fit, sortiatur: finis autem & varius, & alius alio gravior esse possit: circumstantiæ etiam plures, majoresve, seu contra minores, paucioresve, modus ipse intensior, aut remissior queat adhiberi, palam est, omne Morale Opus & varium esse, & alio aliud multò diversum. Hinc non eodem modo, naturâ ipsa magistrâ, peccata puniuntur, Damnatusque est omnium suffragio (5) Draco ille Atheniensis, qui eandem omnibus criminibus pœnam inferendam esse constituit, & in Lege Veteri Synagogæ Numen pœnarum rationem, quantitatemque definiens: (6) *pro mensura, inquit, peccati erit & plagarum modus*, quod sanè absurdum esset, si paria essent peccata. Nam, si paria crimina sunt, quorsum non eandem pœnam peccatis decernere, sed minimè definitam relinquere, definiendam ex mensurâ peccati, in quo, si mensura, profectò ratio majoris, minorisve? Hæc enim necessariò mensuræ competit, quæ inter æqualia non alia, & alia, sed eadem est, imò & nulla. Ea quippe ad mensuram, & trutinam revocantur, quæ incertæ magnitudinis, incertæque quantitatis censentur, scilicet ad mensuram non revocanda, si statæ, ac necessariò ejusdem semper sint molis. Ea propter qui dixit, pro mensurâ criminis pœnam inferendam, non eandem criminibus omnibus mensuram esse, sed variam, diversamque manifestissimè confirmavit.

(1) *Vide ea Testimon. Græciæ Sapientis in Critopulo.*

(2) *Orat. pro l. Murena lõge post med.*

(3) *In Compar. Demosth. & Cicer.*

(4) *Epist. 52.*

(5) *Vide Plutarch. in Solone circ. med.*

(6) *Deuter. c. 25. n. 3.*

Digitized by Google

vit. Neque hoc unum testimonium ex Sacris Paginis depromi potest, quo discrimen inter peccata palam ingeritur, ubique Numen sive per se, sive per afflatos à se Vates diversa inter se peccata commemorat. Certè, ubi comparatio est, ibi & majora, & minora, & maxima esse oportet: omnis enim comparatio à positione sortitur initium; quare neque magnum sine parvo, nec majus sine minore, nec maximum sine utroque esse potest. Jam liquidò constat, inter crimina comparationem fieri Deo authore, esseque alia magna, majora alia, alia maxima: parva itaque aliqua, aliqua majora, maxima aliqua, atque adeò diversa inter se, quæ nec omnia magna, neque majora, neque maxima esse possunt.

V. Hæc neget Critopulus, si quidem audet, faxo, eum non Philosophia omnis modò, sed & Grammatice ipsa derideat uti dementem, planèque delirum. Porro in Sacris Paginis hæc omnia manifesta esse, patet ex crimine (1) Gomorrhæorum; quod μέγα σφόδρα, *aggravatum nimis dicitur*: Ex querelis (2) Abimelec in Abraham dicentis: μήτι ἡμάρτομεν εἰς σὲ, ὅτι ἐπήγαγες ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐπὶ τὴν βασιλείαν μου ἁμαρτίαν μεγάλην; *Quid peccavimus tibi, quia induxisti super me, & super regnum meum peccatum grande?* Ex Mosis verbis (3) ad Populum Idololatram. ὑμεῖς ἡμαρτήκατε ἁμαρτίαν μεγάλην: *peccastis peccatum magnum*, ex Vulgatâ, *peccatum maximum*. Ex descriptione peccati filiorum Heli (4) Pontificis: καὶ ἦν ἡ ἁμαρτία ἐνώπιον κυρίου τῶν παιδαρίων μεγάλη σφόδρα: *Erat peccatum puerorum grande nimis*. Sic (5) David Deum propitiaturus sibi, peccatum exaggerat suum dicens: ἥμαρτον σφόδρα ποιήσας τὸ ῥῆμα τοῦτο, *peccavi valde hoc facto*. Sic de (6) Jeroboamo dicit: καὶ ἐξήμαρτεν αὐτοὺς ἁμαρτίαν μεγάλην, *peccare fecit eos peccatum magnum*, & Victores Azarias cùm persuadet, captivos Juda restituere (7) his verbis: ὅτι πολλὴ ἡ ἁμαρτία ἡμῶν, καὶ ὀργὴ κυρίου ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ: *grande quippe peccatum est, & ira furoris imminet super Israel*. Ita (8) Esdra peccatum Gentis suæ Deo supplex accusat, & ait: ἡμεῖς ἐν πλημμελείᾳ μεγάλῃ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, *sed & nos peccavimus graviter*. Mox etiam Esdra duce revocati in Patriam eadem exponunt (9) effati: ὅτι ἐπληθύναμεν τοῦ ἀδικῆσαι ἐν τῷ ῥήματι τούτῳ: *vehementer peccavimus in sermone isto*. Quid plura? Audi (10) Christum ipsum peccata per comparationes discriminantem. Peccatum iniqui Judicis Pilati cum crimine Judæorum, qui eum illi tradiderant, conferens: διὰ τοῦτο, inquit, ὁ παραδιδούς μέ σοι, μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει, *propterea, qui me tradidit tibi, majus peccatum habet*: & ad rem (11) Joannes, cui laus ex Euangelio, hoc apertissimo monito inter peccata discrimen agnoscit. ἐάν τις ἴδῃ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα ἁμαρτίαν μὴ πρὸς θάνατον, αἰτήσει, καὶ δώσει αὐτῷ ζωὴν, τοῖς ἁμαρτάνουσι μὴ πρὸς θάνατον· ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον· οὐ περὶ ἐκείνης λέγω, ἵνα ἐρωτήσῃ. *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem: petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem: est & peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis*. Hinc (12) Ecclesiastes idem censendum docet de Virtute boni, ac de Vitio mali hominis, ὡς ὁ ἀγαθὸς, ait, οὕτως ὁ ἁμαρτάνων, ὡς ὁ ὀμνύων, καθὼς ὁ τὸν ὅρκον φοβούμενος. *Sicut bonus, sic peccator, sicut perjurus, sic & qui verum dejerat*. Quæ verba non aliter explanare licet, quàm si dicas, ea conditio boni est, quæ criminosi: At inde discrimen peccatorum infertur. Etenim manifestum est, inter opera bona discrimen esse: Quapropter (13) Apostolus ὥστε, inquit, ὁ ἐκγαμίζων καλῶς ποιεῖ, ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων κρεῖσσον ποιεῖ. *Qui matrimonio jungit Virginem suam, bene facit, & qui non jungit, meliùs facit*. Est igitur in bono, & melius, & Optimum, Quomodo & in malo, pejus, ac pessimum. Quemadmodum igitur in Virtutibus discrimen est, & in sceleribus ita. Cujus causam si à Philosopho petas, eam dabit, quæ unicuique non penitùs deploratæ stultitiæ homini occurret: nimirum, quæ pertinent ad actus animi, sive ea mentem, sive voluntatem respiciant, intendi, remittique posse: id quod egregiè Socrates docuit penes (14) Planudem affirmans: τὰς πράξεις τὰς ἠθικὰς, τῆς ψυχῆς εἶναι ποιότητας; *actus morales animi qualitates esse*, quo noris, intendi, ac remitti: quæ porro intendi, remittique possunt, ea nec ejusdem semper conditionis, nec paria omnia esse quiverint. Unde fas est colligere, actus animi alios majores esse, minores alios, ut spectant ad bonitatem, aut ad nequitiam; atque adeò in utrisque esse discrimen. Propterea (15) Servator, ἐν τῇ οἰκίᾳ, ait, τοῦ πατρός μου πολλαὶ μοναί εἰσιν, *in Domo Patris mei mansiones multæ sunt*, quæ verba explicans non Latinus aliquis, aut Græcus, quorum constans ubique contra Novatianos sententia, nec bonos, nec malos ejusdem semper virtutis, esse aut vitii, sed vester ille (16) Palamas his, apertissimis sensibus Critopuli sacrilegam dementiam refellit. ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου, φησὶ, πολλαὶ μοναί εἰσι, τουτέστι διάφοροι, καὶ ποικίλαι, σημαίνων τὴν τῶν ἁγίων διαφορὰν ἐκ τῆς τῶν πράξεων διαφορᾶς, καθὼς γὰρ αἱ ἀξίαι τῶν δικαίων ἄλλαι, καὶ ἄλλαι, οὕτω καὶ ἡ δωρεὰ, καὶ τὸ βραβεῖον· καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον διαδογματίζεται περὶ τῆς τιμωρίας· καὶ αὐτὴ γὰρ ποικίλη ἐν ποικίλαις ἁμαρτίαις· οἱ δυνατοὶ γὰρ δυνατῶς τιμωρηθήσονται. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt inquit. Mansiones multæ, hoc est discretæ, & variæ, significans sanctorum diversitatem ex differentia operum. Nam quemadmodum merita justorum diversa, ita & præmium, & bravium: & eodem modo decretum est circa pœnas. Etenim hæ etiam diversæ in diversis criminibus, quando potentes potenter tormenta patientur*.

VI. Clariùs, & eloquentiùs Leo Acridanus, quo nullus inter Photianos aut furiosior, aut petulantior. Is porro contra Latinos scribens, in Leonem IX. Sanctissimum Pontificem declamans, ubi multa dementer ad confirmandam Spiritus Sancti ex solo Patre processionem effutiit, tandem sic (1) conficit. ἔστι δ' ἕτερον τῆς αἱρετικῆς ταύτης γνώμης τὸ ἐξεπόμενον, ὅτι, εἰ ἐκπορεύεται ἡ αὐτὸ ἔκ τε πατρὸς, καὶ υἱοῦ, ἴσον μενεῖν· εἰ δὲ δυοῖν προσώπων ἴση ἡ ἐνέργεια, ταὐτὸ λεκτέον περὶ τῶν ἁγίων, ἤγουν τῶν ἐκ τῆς Τριάδος τῆς θείας ἐνεργειῶν. Ἐν ἡμῖν γὰρ κἀκεῖναι, εἰ δὲ κατ' ἴσον αὗται αἱ ἐνέργειαι, ἴσαι αἱ ἡμέτεραι πράξεις αἱ ἀγαθαὶ, ἃς ἐν ἡμῖν μεθ' ἡμῶν ἡ θεία χάρις ἐνεργεῖ, ὅθεν ἴσαι αἱ τῶν ἁγίων ἀξίαι, καὶ ἴσος τῷ μακαρίῳ τῷ χθὲς τεθνειῶτι ὁ Παῦλος τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, καὶ Ἰωάννης,

(1) Genes. c. 18. nu. 20.
(2) Genes. c. 20. n. 19.
(3) Exod. c. 32. nu. 30.
(4) 1. Reg. c. 2. n. 17.
(5) 2. Reg. c. ult. n. 10.
(6) 4. Reg. c. 17. n. 21.
(7) 2. Paralip. c. 28. n. 13. in Græco. c. 11. lin. 101.
(8) Esdr. lib. 1. c. 9. n. 7.
(9) Esdr. li. 1. c. 10. n. 13.
(10) Jo. c. 19. n. 11.
(11) 1. Epist. ca. 5. n. 16.
(12) Cap. 9. n. 2.
(13) 1. Ad Corinth. c. 7. n. 38.
(14) In Adag. cent. 1.
(15) Jo. 14. n. 2.
(16) In Epistol. ad Thessal. Orat. 4.
(1) In Libro. Quid Spiritus à solo Patre procedit. c. 2.

 ὁ δεῖς

ὃ οὐδεὶς μεῖζον ἐν τοῖς νηπίοις τῶν γυναικῶν· ἐν δὲ τούτῳ ἴσα δὴ καὶ τὰ τῶν κακῶν πλημμελήματα, καὶ στοιχίζομεν φανερῶς, μᾶλλον δὲ τἀναντία λέγομεν τῇ τῶν πατέρων παραδόσει, καὶ τῶν ἁγίων γραφῶν τοῖς ῥήμασι πάντῃ μεταξὺ τι ἀγαθὸν, μεταξύ τι φαῦλον διαιροῦσι. *Est & aliud hæreticam hanc sententiam consequens, quòd si hæc processio ex Patre, & Filio est, æqualis sanè. Si verò duarum Personarum æqualis actio, idem dicendum de iis, quæ ex tribus, hoc est de Divinæ Triadis actionibus in nobis: divinæ enim & ipsæ. Quòd si æquales & hæ actiones, æqualia opera bona, quæ in nobis nobiscum divina Gratia facit. Unde æqualia Sanctorum merita, & par infanti heri mortuo Paulus vas Electionis, & Joannes, quo nemo major inter natos mulierum. Ex hoc etiam infertur, paria esse, & scelestorum crimina, & Stoicum sapimus palam, imò verò contraria sentimus traditioni Patrum, & aliis Sacrarum Paginarum verbis, ubique inter bona, & mala discrimen asserentibus.* Hæc scilicet Acridanus, quod attinet ad id, cujus confirmandi causa, hæc philosophatur, impiè; dementer etiam, quod spectat ad ratiocinium ipsum, & insipienter, ut alibi (2) demonstravimus. Nam quod processio ex Patre, & Filio fit, non conficit, ut æqualis, sed ut una, eademque ab uno Spiratoris principio ex Patre, Filioque conflato sit. Quare non est consecutio ex actione illa, quæ intra Triadem à Personis est, ad actiones Triadis extra Triadem, per quas Deus omnia verè omnipotens efficit: hæ enim cùm ab eo, quod ipsis fit, speciem, uti ajunt, habeant, pro diversitate rerum, quæ ipsis fiunt, diversæ sunt, non quidem in se, quando una est actio, quâ Deus omnia agit, agetque, si in se se consideretur, multiplicanda nimirum, ut Theologico Vocabulo utar, terminativè, ut nempe refertur ad terminos, quos producit. Sed hæc alibi majore cothurno produximus, ut dementiam, ignorantiamque Photianorum castigaremus; nunc ex consecutione illa ridiculâ utile illud ingerimus, quo Critopuli stupiditas agnoscatur. Nam, si id, quod Latini de criminum inæqualitate docent, vel ipsi Photiani dicunt, quorsum id Latinorum proprium asserere? Sed reverà Critopulus ex Regio (3) Psalte *defecit scrutans scrutinio*, neque quid dicat, proponatve, novit & ipse, quidlibet ut ut ignotum dicturus, si maledicendi Latinis occasionem aperiat. Quid enim? non ne ipse Critopulus ex (4) Margunio, quod superiùs ex Margunio negavit, apertissimis verbis & affirmat, & docet? Audi, ut laudet Margunium. ὁ ἐνδοξος Κυθήρων ἐπίσκοπος δυσχεραίνει περὶ τῶν νηπίων σοφῶς, καὶ σοφώτατα λέγει. ἔστι δὲ ζήτημα ἄξιον ἀκροάσεως, ὅταν καταζητῶμεν, εἰ τὴν ἐπουράνιον δόξαν ἐξ ἰσοτιμίας τοῖς ἄλλοις μάρτυσι λήψονται τὰ ἅγια νήπια; φανερὸν δὲ ὅτι ἐλάττονα. Τὰ γὰρ ἔργα οὐκ ἐπίσης· ὃ δὴ ἐκ τοὐναντίου φανεροῦται. Διαφόρως γὰρ ἁμαρτωλῶν οὐχ ὁμοίως τιμωρηθήσονται αἱ ψυχαί· ἀνομαλία γὰρ ἔργων ἐν αὐταῖς, καὶ ἁμαρτιῶν διαφορά. *Inclitus Cytheræ Antistes anceps est de Innocentibus sapienter, & sapientissimè dicit. Est autem quæstio auscultatione digna, cùm quærimus, an cælestem gloriam pari gradu cæteris Martyribus accipient Sancti Infantuli? Manifestum porro est, quòd minorem; nam opera non sunt paria: quod à Contrario constat, diversorum enim peccatorum causâ non æquè animæ punientur, nam inæqualitas est operum, & discrimen peccatorum.* Quid clarius, ut agnoscas baculo utendum cum Critopulo, qui longè contraria eâdem affirmat fronte, eodem asserit ore? At non eodem in loco. Scilicet, hæc, quæ ipsi ex ipsius opponimus verbis, quid interest, an alio in loco censuerit? Parcamus tamen ipsi, si hoc eodem in loco sibi contrarius non est. Æquè, inquit, delinquit, qui minima despicit, ac qui maxima: Sunt ergo minima peccata, & maxima: sunt ergo diversa: nam hic de quantitate criminis agimus, quantitas verò, ut ut res quantæ ejusdem naturæ sint, in maximo, & minimo diversa est. Nempe quæ ligna in palmo, & semipalmo ligna sunt, non sunt eadem, sed diversa, ut quanta sunt. Quid his respondebit Critopulus? Nullum discrimen asseris in peccatis, & inter peccata minimum vides, & maximum? Minimum, inquiet fortassis, quod Vos minimum dicitis, non quod minimum est. Quid? nunquid non verba Christi tute ipse proponis, in quibus minima prædicantur? *Qui solverit unum de mandatis istis minimis*. Solutio mandati non ne peccatum? Ergo solutio minima peccatum minimum: at minima solutio est minimi soluti. Solutio igitur mandati minimi minimum erit delictum. En ut ex ipsâ tuâ sententiâ (nam sententiam Christi sequeris, eique defers) sunt & peccata minima, nec ea minima vocas, quòd à nobis minima reputentur. Quòd si minimum, & maximum inter delicta; ergo delictorum discrimen est, asserisque, quod negas, eo ipso in loco, ubi negas, quod asseris. Video, quid Patroni Critopuli contra Veritatem comminiscantur. Ajunt, eum discrimen criminum, quod ad pœnam attinet, pernegasse, non autem quod attinet ad qualitatem, & quantitatem criminis ipsius. At hoc Iniquitatis, & injustitiæ Deum accusare est. Pœna enim Justa non est, ni mensuræ criminis adaptetur, neque aliud æquus judex sententiâ pœnali petit, nisi, ut certa parilitas intersit culpam, & pœnam, quæ nimirum culpam non superet: Jam si eadem adeò culpis omnibus irrogatur pœna, ut, quæ maximo debetur, inferatur & minimo crimini, pœna justa non erit, injustusque profectò, qui eum in modum irrogat pœnam. Ex quo sequitur statim; justissimum, ac clementissimum Numen iniquum esse, quando vel minimis delictis eandem decernit pœnam, quam maximis.

(2) *In testimonio Græciæ Sapien. in Leone Acridano.*

(3) *Psal. 63. v. 7.*

(4) *In Antipanoplia de Sacram. Panis.*

VII. Neque Critopulo favent, quæ ex Sacris Paginis jactat: in primis enim Jacobus, cùm dicit, offendentem in uno reum omnium fieri, de gravi loquitur culpâ, per quam graviter in aliquod præceptum Legis peccatur. Quod manifestum est ex antecedentibus, & consequentibus verba relata Jacobi: ait (1) enim: εἰ μέντοι νόμον τελεῖτε βασιλικὸν κατὰ τὴν γραφὴν, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς σεαυτόν. *Si tamen Legem perficitis regalem secundum Scripturas: diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* Sequitur. καλῶς ποιεῖτε· εἰ δὲ προσωποληπτεῖτε, ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου ὡς παραβάται. Ὅστις γὰρ ὅλον τὸν νόμον τηρήσει, πταίσει δὲ ἐν ἑνὶ, γέγονε πάντων ἔνοχος: *bene facitis: si autem personas accipitis, peccatum operamini, redargu-*

(1) *Jacob. c. 2. n. 8. 9.*

ti à *Lege quasi transgressores, qui enim totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus*. Vides, ante illa verba de Dilectione, quæ graviter sanè præcipitur, agi, quâ, mox asserit, contemptâ in hoc, vel illo proximorum hominum diligendo, graviter peccari, atque adeò reum omnium fieri, ejus videlicet conditionis, quæ castiganda sit eâdem pœnâ, quâ ii, qui quoquo modo, contra Legis præceptum jubentis amorem, odium impenderint proximis grave: eâdem, inquam, pœnâ, quod attinet ad qualitatem, æternâ nimirum, non eâdem, quod spectat ad quantitatem, quæ ad instar, mensuramque criminis revocanda est. Hinc subdit ut verborum illorum rationem: ὁ γὰρ εἰπὼν μὴ μοιχεύσῃς. εἶπε καὶ μὴ φονεύσῃς. εἰ δὲ οὐ μοιχεύσῃς, φονεύσῃς δὲ, γέγονας παραβάτης νόμου. *Qui enim dixit, non mœchaberis dixit, & non occides. Quòd si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis*. Quasi dicat: in gravi uno qui peccat, æquè perit, ac qui in pluribus peccat, neque interest vitæ, quæ perit, utrum uno vulnere pereat, an pluribus, si unum illud lethale sit: cùm enim Transgressor legis, quippe qui ex malo dicitur, malus sit; malum autem ex singulis censeatur vitiis; transgressor Legis unâ Legis prævaricatione, gravi tamen, habetur: Quapropter perinde est ad nomenclaturam, improbitatemque Prævaricatoris, si ab uno, vel à pluribus prævaricationibus fluat, cùm æque prævaricator ex uno, ac ex pluribus injuriosis Legi actibus fiat. Hæc Jacobi sententia est, quæ sanè longè ab ineptiis Critopuli Greco-Lutherani peregrinatur, ut patet. Eodem planè modo respondetur sententiæ ex Deuteronomio contra Veritatem objectæ. Diris ibi devovetur, qui non servaverit ea omnia, quæ eodem Deuteronomii capite diris communibus Populi excipiuntur. Est enim veluti corollarium quoddam, & Colophon Dirarum, quas proximè proposuerant Sacerdotes: At ea, quæ ibi damnantur, non quæcunque sunt crimina, sed lethalia, atque gravissima, ut Lectori patebit. Nihil ergo ex eo loco utile inferri potest confirmandæ sententiæ Critopuli: Imò, si standum est regulæ Jurisconsultorum, quam sæpe commendat amicus, affinisque Critopuli Margunius, ut inclusio unius exclusio sit alterius; cùm diræ ille non omnibus, sed certis criminibus irrogentur, consequens erit, non omnia crimina eidem noxæ obnoxia esse. Idem constat ex Ezechielis sententia: ei Deus lethale crimen castigat, nam inferiùs eum, qui per crimen moritur describens, crimina tantùm lethalia proponit. Quod ulteriùs relatis Ezechielis verbis confirmare non libuit, cùm ea legisse supersit. Quod verò ex Apostolo Critopulus objicit, manifestiùs in eandem, quam hactenus proposuimus Divini verbi sententiam, recidit. Nam Paulus illius peccati stipendium mortem affirmat, à quo dicit liberatos Christianos per Christi Gratiam Sanctificantem. Hoc autem vel Originale illud, acceptumque ex noxia Protoplastarum est, aut lethale, quod post Baptismum, ante accuratè (2) constituerat: ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ· ἀνθρώπινον λέγω διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν, ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν, οὕτω νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν. *liberati autem à peccato servi facti estis Justitiæ. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra servire Justitiæ in sanctificationem*. Vides, de immunditia, & iniquitate sermonem esse, non de cæteris nempe peccatis, quæ, ut mox dicemus, cum Justitia stare utique possunt. Confice igitur, peccatum ad stipendium mortis deduci, quod lethale est, atque gravissimum; & alioqui ideò lethale dicitur, quia merces ejus, sive meliùs pœna, mors est. Verùm illud in hac tota ex Sacris Paginis confirmatione mirum est, quod ultimo loco producitur. Nam ex eo quid pote inferri? Non sanè criminum ex se, & ad se quod attinet, parilitas, cùm ibi minima nuncupentur, quæ comparationem institutam in quantitate constituunt, quippe quæ esse non possunt sine minoribus, & parvis. Hanc ergo parilitatem inde non inferes. Sed neque parilitatem, quod spectat ad pœnam, nam hæc verba: *minimus vocabitur in Regno cælorum*, vel sonant ita: *minimus habebitur inter eos, qui beatitate fruuntur*: vel ita: *minimus habebitur ab iis, qui beatitate fruuntur*. Si primum, jam censetur inter beatos esse, qui minimus inter beatos habetur; quando minimus, & maximus intra eandem speciem est, atque adeò conficitur, eum locum adeò ineptum esse parilitati pœnarum probandæ, ut ad beatitatem pertineat. Si verò secundum placeat, quid pœnæ sit haberi, atque esse minimum, ni decernas, quo in genere minimus habeatur, qui minimus habetur? Minimus, inquit vocabitur, scilicet, vel ratione culpæ, vel pœnæ causâ: neque enim aliud quidpiam comminisci Critopulus quiverit. At ratione pœnæ, haudquaquam sanè: nam minimus in pœna, vel est, cui minima pœna irrogatur, vel cui in pœnam datur, ut minimus sit. Utrunque pœna quidem est, neutrum tamen, quod petitur à Critopulo, probat: Etenim neque ei, cui minima irrogatur pœna, mors irrogatur, neque minima pœna mors est: minimus igitur qui vocatur, ratione culpæ minimus dicitur. At qui minimus in culpa est, minimam pœnam meretur: Unde statim deducitur, & culpas minimas esse, & non omnibus culpis gravissimam pœnam incuti. Vides ex verbis Christi ad sensum explicatis Critopuli, nihil utile pro insulsâ Critopuli, & impiâ sententiâ colligi posse, imò nihil non absurdum colligi posse. Quare aliter divinum effatum explanandum est, ut aut minas ingerat, ostentetque, periculum peccandi impendere maximum illis, qui minima negligunt, juxta (3) illud, *qui parva spernit, paulatim decidet*; vel id asserat, quod certissimum est, eum, qui graviora Legis præcepta servat, minora verò non contemnit solùm, sed etiam contemnenda docet, imperfectum esse maximè, ac minimâ gloriâ fruiturum, si tandem æternam gloriam nanciscetur.

(2) *Ad Rom. c. 6. n. 18. 19.*

(3) *Eccli. c. 19. n. 1.*

VIII. Hic sensus genuinus divinæ sententiæ, cujus primam partem, ut antiquiores ex Nostris omittam, Photianoque Critopulo Pho-

Digitized by Google

tianos opponam, palam affert Christodulus (1) Chartophylax, Heracleæ in senectute Archiepiscopus, secundam verò Philotheus Patriarcha, Photianus uterque. Nam primus sic tradit ἐλάχιστον δ' ἡ ἀλήθεια κληθήσεσθαι διδάσκει τὸν λύοντα τὰ τοῦ νόμου ἐλάχιστα, καὶ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους διδάσκοντα· καὶ ταύτην διδασκαλίαν προτίθησιν εἰς φόβον τῶν περὶ τὰς ἐντολὰς ἀμελειῶν· ἐλάχιστοι γὰρ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ βασιλείᾳ οἱ καταδικασθέντες αἰωνίῳ θανάτῳ· ἡ δὲ λύσις τῶν ἐλαχίστων ἐντολῶν εἰς κόλασιν αἰωνίαν οὐ καταφέρει, ὅθεν σημαίνει τὸ μέλλον τῆς ἁμαρτίας ἐκ τοῦ παρόντος, κἀντεῦθεν καὶ τὴν κόλασιν· ὁ γὰρ λύων τὰ ἐλάχιστα, εὐθὺς τὰ μεγάλα, ἔπειτα καὶ τὰ μείζω, τέλος γε καὶ μέγιστα καταλύσει. *Minimum vocandum Veritas docet eum, qui minima solvit Legis, & docet ita homines, atque hanc doctrinam ad incutiendum timorem negligentiæ circa Leges proponit. Nam minimi in Regno Dei, qui æternæ morti addicti sunt. Solutio verò minimarum Legum pœnam æternam non irrogat. Quare significat futurum peccati ex præsenti, atque indè & pœnam: Etenim, qui solvit minima, mox & magna solvit, inde & majora, denique solvet & maxima.* Philotheus (2) verò: ἡ μὲν πνευματικὴ οἰκοδόμησις ἐν τῇ τελείᾳ τοῦ νόμου περιεργείᾳ κεῖται, καὶ ἐλάχιστός ἐστι παρὰ Θεῷ ὁ ἐλαχίστην ἐντολὴν καταλύων, τουτέστιν ἀτελής· τὸ γὰρ φαῦλον ἐξ ἐλαχίστων δὴ πλημμελημάτων γίνεται, καὶ ὧδε ἡ τοῦ Χριστοῦ δυσχολεξήγητος γνώμη, ὃς ἐὰν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων· καὶ τὰ ἑξῆς. *Spiritalis ædificatio in perfectâ circa Legem diligentiâ sita est, & minimus est penes Deum, qui minimam Legem solvit, hoc est imperfectus: nam malum ex minimis delictis fit. Et huc pertinet Sententia Christi, quæ explicatur difficilè. Qui solverit unum de mandatis istis minimis, &c.* En ut Photiani ipsi, quique apud vos aliquid sæpe visi sunt, longè diversam ab ea, quam Critopulus dedit, verbis Christi tribuunt interpretationem, eamque, quæ ut à confirmandis dementium ineptiis abhorret, ita mente Christianâ, Patrum intelligentiâ indigna non est. Quò magis detestari licet Critopuli gerras, qui, quæ hominum omnium in Græciâ, etiam Photianorum mens ad Pietatis, Veritatisque confirmationem explicant, Verba Christi, ea ipse ad impietatis mendacissimæ firmamentum confert, ut nimirum, vel in Deo iniquitas, vel inter crimina æqualitas asseratur. Quapropter veniâ peccatum dignum nullum admittit, ratus omnia esse lethalia. Quod sanè impium, & insulsum est. Nam semper Ecclesia universa peccata cognovit, quibus nulla vis esset perimendi vitam animæ, quæque *venialia* jure, ac meritò appellavit. Affert ad id plurima effata Basilii, Nysseni, Petri Alexandrini, Chrysostomi, & Cyrilli utriusque Joannes Lascares (3) Rhyndacenus, quibus producendis supersedendum censuimus, ne in remanifestâ, supervacaneo labore, addictum utilitati Gentis nostræ calamum nequicquam fatigaremus; & alioqui non id agimus in præsentiarum, ut Photianos Sanctorum Patrum nostrorum authoritate refellamus, sed ejus satagimus, ut Critopulum discipulum Margunii Magistro deteriorem Photianorum suffragio, publicum hostem Græciæ, etiam delirantis, demonstremus, quò desinant Lutheri, Calvinique catuli latrare, latratuque insano, ex Critopuli, Critopuloque similium quorundam ineptiis, recentiorem Græciam, etiam Photianam æstimare.

(1) *Orat. in domin. 2. Quadragesimæ.*
(2) *Orat. 6. in Gregoram.*
(3) *In Excerpt. juris Græci tit. de Pœniten.*

IX. Profectò veniale peccatum vel ipsis Photianis solemne esse, notumque, palam est ex hîs phrasibus, queis utuntur perpetuò. τὰ συγγνώμης ἄξια παρὰ Θεῷ πλημμελήματα, τὰ συγγνωστά, τὰ εὐσύγγνωστα, αἱ οὐ πρὸς ψυχῆς θάνατον ἁμαρτίαι, τὰ παραπτώματα τῶν δικαίων, τὰ οὐκ ἐπ' ἀνάγκῃ ἐξομολογήσεως ἁμαρτήματα, τὰ ἐλαττώματα τῆς ἀγάπης, τὰ τῆς τελείας ἀγάπης ἐμπόδια. *Digna veniâ penes Deum peccata: quæ veniam merentur: queis parcere facilè licet: quæ non ad mortem sunt animæ delicta: peccata justorum: quæ exhomologesi delicta non indigent: charitatis diminutiones; perfectæ charitatis impedimenta;* quæ omnia passim occurrent (1) in Photio, in Leone (2) Acrideno, in Gregorio (3) Acindyno, in (4) Palama, in Alexio (5) Aristeno, in Alexandro (6) Choniata, in Joanne (7) Citrio, in Helia (8) Cretensi, in (9) Balsamone, in (10) Hierotheo Monacho, in Athanasio (11) Patriarcha CP. in (12) Coressio, in Christophoro (13) Canonarcha, in Manuele (14) Malaxo. Neque id mirum, cùm ex divinis Paginis manifestissimè communi omnium suffragio recepta Veritas deducatur. Quid enim, amabo, sapit illa Salomonis (15) assertio: οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐχ ἁμαρτήσεται: *non est enim homo, qui non peccet;* quæ non semel, sed iterum (16) dicitur; quàm esse peccata, quæ vel à probis utique perpetrantur? Nam, si nullus est, qui non peccet, certè omnis homo peccat: Quòd si omnis homo peccat, profectò & probi peccant, qui inter homines omnes aliqui sunt. Jam si vel justi peccant, cùmque peccent, justi appellantur tamen, omnino sequitur, esse peccatum, quod Justitiam non tollit; Justitia autem amicitia cum Deo est: Unde subsequitur, amicitiam hominis cum Deo stare posse, licèt in homine peccatum sit aliquod. Peccatum porro istiusmodi lethale esse non potest, quando lethale peccatum Deum graviter lædens Deo inimicum hominem facit. Quo fit, ut tandem colligas ritè, peccatum hujusmodi veniale esse, quo vocabulo peccatum illud significamus, quod animo mortem minimè irrogat, statque cum amicitiâ Dei, cum adoptione æternæ hæreditatis, cum Gratiâ animos consecrante, per quam vulgò dicimur *sanctificari*. Urget, premitque præsentiùs Critopulum Sapiens, (17) effatus, *septies in die justum cadere*: ἑπτάκις γὰρ πεσεῖται ὁ δίκαιος, καὶ ἀναστήσεται, non appellaturus justum, quem asserit cadere, ni casus cum justitia stare posset: at casus is peccatum significat, ut omnes affirmant; justitia igitur cum peccato aliquo stare potest. Hoc autem lethale quis dicat? veniâ igitur dignum. Adde quæ dicit, scribitque (18) Jacobus apertè idipsum conficere. Ait enim, ἕκαστος πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος, καὶ δελεαζόμενος· εἶτα ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν, ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον. *Unusquisque tentatur à concupiscentiâ suâ abstractus, & illectus: deinde, cùm concupiscentia conceperit, parit peccatum, peccatum verò, cùm consummatum fuerit, generat mortem.* His explicat processum peccati secundum se, docetque, post illecebras concupiscentiæ, quæ

sine

(1) *In Epist. ad Ep. Ancyran.*
(2) *Lib. 1. contr. Azyma in fin.*
(3) *Lib. 3. contr error. Palam.*
(4) *Orat. 2. de Metamorphos. & lumine Thabor.*
(5) *In Nomocan. ad Nicæn. II.*
(6) *Epist. de captivis. CP.*
(7) *In centum responsionibus n. 64.*
(8) *In responsf. ad Monach. Asceten.*
(9) *In Schol. 8. ad Novell. Just.*
(10) *In Collect. Can. ad Can. Apost.*
(11) *In Parænes. 2. ad Episc. recedentes.*
(12) *In Synops. Nili ad Can. Nicæ. II.*
(13) *De Can. VI. scholio 6.*
(14) *In Nomoc. ad Can. Apost.*
(15) *3. Reg. ca. 8. n. 46.*
(16) *2. Paralip. c. 6. n. 36.*
(17) *Prov. c. ult. nu. 16.*
(18) *Epist. Canon. c. 1. nu. 14. 15.*

Digitized by Google

sine aliquo peccato esse non possunt, continuò peccatum sequi, si quis diligenter non caveat. Ex concupiscentia enim oritur delectatio in deteriori hominis parte, quæ profectò nonnullum peccatum est, non tamen lethale, nisi mens ipsa, atque voluntas plenè deliberet: propterea subdit: *peccatum verò, cùm consummatum fuerit, generat mortem*, addito nimirum pleno voluntatis assensu. Idem aliter ex-

(19) *1 Ad Corinth. c. 3. n. 12.* plicat Paulus (19) illis verbis, quæ in primo Responso rimati sumus, *qui ædificat super ligna fœnum, stipulas, salvus erit quasi per ignem*, quibus eleganter, & doctè veniale describitur ex levitate materiæ, in ligno, & fœno, & stipulis explicatæ. Quapropter Augustinus (20)

(20) *Lib. 83. quæst. q. 26.* doctissimè: *alia*, inquit, *peccata sunt infirmitatis, alia imperitiæ, alia malitiæ. Infirmitas contraria est virtuti, imperitia sapientiæ, malitia bonitati. Quisquis igitur novit, quid sit virtus, & sapientia Dei, potest æstimare, quæ sint venialia peccata, & quisquis novit, quid sit bonitas Dei, potest æstimare, quibus peccatis certa debeatur pœna, & hic, & in futuro sæculo: quibus tractatis probabiliter judicari potest, qui non sint cogendi ad pœnitentiam luctuosam, & lamentabilem, quamvis peccata fateantur, & quibus nulla omnino speranda sit salus, nisi Sacrificium obtulerint Deo Spiritum contribulatum per pœnitentiam*: Sic

(21) *Tract. 26. in Jo.* (21) Augustinus, qui alibi sententiam suam expromens apertiùs ait: *Innocentiam ad Altare portare; peccata, etsi sunt quotidiana, non sint mortifera*; ut scias esse peccata, quæ tamen non sunt ullo modo mortifera.

X. Denique, ut ratione aliqua demonstremus expers rationis esse Critopuli Græco-Lutherani Patriarchæ ingenium, duo certa Græcis omnibus omnino proponimus; alterum est, in Eucharistia peccata remitti, quod constat (1) ex illis: τοῦτο

(1) *Mat. c. 26. nu. 28.* γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν: *hic est enim Sanguis meus novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum*: quę ex multis sensis, ad quæ trahi queunt, ad hoc sanè Ecclesia nostra præcipuè deducit, solemniter precata Numen, ut Eucharistiam nobis in re-

(2) *Luc. c. 22. n. 20.* missionem peccatorum prodesse velit. Quid enim

(3) *C. 31. n. 32. & seqq.* aliud sonant illa verba, quæ post confectam Eucharistiam secretò dicit Sacerdos, ὥστε γενέσθαι τοῖς μεταλαμβάνουσιν εἰς νῆψιν ψυχῆς, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν: *ut fiat accipientibus in Sobrietatem animæ, in remissionem peccatorum, &c.* nisi Ecclesiæ nostræ sententiam affirmantis, remitti per

(4) *Concio de digna præparat. ad Sacrif. Euchar. an. 1517. Concio de Cōfess. & Euchar. an. 1519. In Lib. de Capt. Babylon. c. de Euchar. In Tract. de commun. Populi Serm. de Euchar. an. 1526.* Eucharistiam peccata? Quod ulteriùs constat ex eo, quia Eucharistia novum Testamentum est, id Servatore (2) ipso palam affirmante: at novum Testamentum pactum includit peccatorum remittendorum, ut apertissimè vaticinatus est (3) Jeremias. In Eucharistia igitur pactum ejusmodi certissimum est, unde sequitur per Eucharistiam peccata remitti. Secundum, quod certò certius effamur, est, Eucharistiâ lethale peccatum minimè remitti. Id pernegent, qui (4) Lutheri, atque (5) Calvini pestilentissima probant dogmata: Græcis, & Photianis pro compertissimo est, quippe quibus id omnino credendum proponit ante collecta per (6) Bellarminum, Hieremias (7) Patriarcha, qui validissimè Calvinianam, Lutheranamque pestem pluribus argumentis aggressus, Vivorum Sacramentum ostendit Eucharistiam. Nam penes Joannem (8) cùm integro capite de ea agatur, nusquam dicitur instituta ad remittenda peccata lethalia, sive ad vitam conferendam, sed ad eam scilicet conservandam, augendamque. Non enim dicitur: *qui manducat hunc panem, resurget à morte criminum redivivus, nec vivere incipiet, sed non esuriet, non morietur, vivet in æternum*, dicitur, atque his consentanea. Non ergo vitam præstat non vivis Eucharistia, sed, quam invenit vitam, perficit, conservat, producit. Id, quod ex illis verbis confirmatur. ἡ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθῶς ἐστι πόσις: *caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus*. Porro effectus cibi, potusque non est, vita carenti vitam dare, sed habentem vitam alere, servare vivum. Si enim mortuis cibum suppedites, absurdissimum erit, cùm inde mortuus non magis nutriri, juvarique possit, quàm lapis. Adde ex ipsis Sacrarum Paginarum typis, atque similitudinibus, queis Vates Eucharistiam prædixere, idipsum inferri. Paschalem Agnum typum fuisse Eucharistiæ, nemo est, qui ambigat: verùm ad ejus solemnes epulas minimè licuit accedere lethali crimine saucio: quare differendæ potius erant, quàm cum crimine celebrandæ, ex libro (9) Numerorum, & (10) alibi. Panes quoque, quos Propositionis vocabant, Eucharistiæ Symbola censentur fuisse. Eos porro minimè lustratum, expiatumque hominem edere (11) nefas erat, & universim grande piaculum habetur in Sacris (12) Paginis, pollutum hominem partem immolatarum Deo carnium aliquam edere, cùm tamen carnes hujusmodi Eucharistiam significaverint. Scilicet id Deo agente, ut Vaticinia ipsa ingerant innocentiam ad divinissimum Epulum adducendam. Eandem ob causam sine nuptiali veste regale convivium ingressus severissimè (13) plectitur, & Prodigus (14) ille filius non ante ad vitulum saginatum comedendum admittitur, quàm Patri reconcilietur, atque depositis sordibus ornatum assumat, & annulum. Denique (15) Servator ipse, antequam Eucharistiam discipulis ipse suis porrigeret, lavit eorum pedes, palam facto ipso docens, non fieri munditiem animæ ab Eucharistia, sed aliunde peti paratam. Hinc illa (16) Apostoli: *probet seipsum homo, & sic de pane illo edat*; δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτόν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, quæque sequuntur apprimè confirmantia, adeò Sacramento hoc non revocari ad vitam animæ sceleratos homines, ut ausos non dum expiatis criminibus ad ipsam accedere, renovato judicio iterum in morte confirmet. Propterea Ecclesia (17) nostra in primis edicendum omnibus censuit præcone scilicet Diacono: *Sancta Sanctis*: τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, quibus non Catechumeni tantùm, sed & peccatores omnes à ferculo arceantur divino, ut explicat sapienter (18) Chrysostomus, videndusque ad id ipsum ex Græcis (19) Justinus (20) Basilius, (21) Hesychius, ex Latinis Cyprianus (22) Martyr, (23) Ambrosius, (24) Hieronymus (25) Augustinus, (26) Leo Magnus, (27) Dialogus, atque (28) Bernardus. Jam si & per Eucharistiam peccata remitti certum est, & lethalia

(5) *In Lētr. artic. Lovanien.* (5) *Instit. lib. 4. c. 17. §. 41. & 42.*
(6) *Tom. 3. de Sacra. Euchar. lib. 4. c. 18.*
(7) *In paræn. ad Germ. de Euchar. ant. med.*
(8) *Joan. c. 6. per tot.*
(9) *C. 9. n. 10. & seq.*
(10) *2. Paralip. c. 30. n. 3.*
(11) *1. Reg. c. 21. num. 4. & seqq.*
(12) *Levit. c. 22. nu. 3.*
(13) *Mat. c. 22. n. 12 & seq.*
(14) *Luc. c. 15. nu. 22. & seq.*
(15) *Jo. c. 13. à n. 5.*
(16) *1. ad Corinth. c. 11. n. 27.*
(17) *In Liturg. ad Elevationem.*
(18) *Hom. 61. ad Popul. Ant.*
(19) *In Apolog. 2. prope finem.*
(20) *Lib. 2. de Bapt. c. 3.*
(21) *Lib. 7. in Levit. c. 16.*
(22) *Lib. 3. Ep. 14.*
(23) *Lib. 6. in Luc. c. 37.*
(24) *In Comm. c. 1. ad Tit.*
(25) *d. tract. 26. in Joan.*
(26) *Ser. 2. de resur.*
(27) *Lib. 2. c. 1. in 1. Reg.*
(28) *Ser. de Cœn. Dom.*

Digitized by Google

thalia non remitti, profectò sequitur necessariò, esse peccata, quæ lethalia non sunt, quæ nos Venalia appellamus. Hæc enim cùm vitam animæ, quæ Charitas est *diffusa in cordibus nostris*, calorque ille vitalis, quo scilicet Deo vivimus, minimè auferant, debilitent tamen eandem, & quodammodo divinorum Charismatum jejunam reddant, consentaneè fini Eucharistico, cibo divino tolluntur, qui nimirum animum roborat, satiatque.

XI. Ex his constat, falsum esse, ex quocunque delicto à Sacris esse rejiciendum eum, qui petit Sacra; tantòque longiùs à veritate sententiam abesse tùm Margunii, tùm Critopuli, quantò propiùs veritati est, quod commune Ecclesiæ utriusque suffragium asserit, professum, non omne peccatum ab Ordinibus sacris arcere. Certè mirum esset, si quis ob verbum otiosum, jocosumve mendacium, quæ sanè peccata sunt, abigeretur à Sacris, præsertim cùm nemo sit, qui quotidie non cadat, cùm nemo sit, qui non peccet, cùmque ex communi (1) Theologorum sententiâ peccata omnia, quæ dicimus venialia, vitari non possint. Quapropter Prodromus (2) noster: ἡ δὲ χειροτονία, inquit, κἂν ἔστιν γε πανάγιον, καὶ πανίερον πρᾶγμα, πᾶν πλημμέλημα οὐκ ἐξωθεῖ· εἰσὶ γὰρ καὶ ἁμαρτωλοὶ χειροτονίας ἄξιοι· καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς ἑαυτὸν ἁμαρτωλὸν ὀνομάζει· ἔστι γὰρ πᾶς ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς, εἰ δὲ πᾶς λοιπὸν καὶ οἱ ἐν ἱερωσύνῃ, ὅθεν συλλογιζόμεθα, καὶ περὶ τοὺς χειροτονουμένους. εἰ καὶ ἁμαρτωλὸς ὁ λειτουργῶν, ἀνθ᾽ ὅτε μὴ ἀξιωθῆναι λειτουργίας τὸν ἁμαρτωλὸν ὄντα; *Ordinatio verò, quamvis sacratissimum, & sanctissimum opus, non omne peccatum respuit. Sunt enim & peccatores Ordinibus recipiendis apti. Et Sacerdos quidem se peccatorem appellat, est enim omnis homo peccator; quòd si omnis, ergo & qui Sacris initiati. Unde licet argumentari & de iis, qui initiantur: nam, si is, qui ministrat, peccator est, cur &, qui peccator est, non sit dignus Ministerii?* mox acroamaticè colligit: ἔνια γοῦν τῶν ἁμαρτημάτων ἀνάξιον χειροτονίας ποιεῖ, ἔνια δὲ οὔ. κἀκεῖνα μὲν ἐξαίρετα, τὰ δὲ κοινά. *Quædam igitur peccata ineptum Ordinibus criminosum reddunt, quædam non, & illa quidem eximia sunt, hæc verò communia.* Communia autem dixit, quæ omnibus congruunt, qualia dixeris venialia. Tarasius (3) etiam sic de criminibus, quod ad Ordines attinet, philosophatur. εἰσὶ τῶν ἁμαρτιῶν αἱ τὰ ἱερὰ παραιτοῦσαι, καὶ αὗται πολλαὶ, οὐ πᾶσαι γ᾽ ὅμως, τῶν πάντων γὰρ ἐν πᾶσι καὶ τοῖς ἁγίοις ἐνίας, ἵνα ἀληθεύσωσιν ἁμαρτωλοὺς αὑτοὺς ὀνομάζοντες. *Sunt ex peccatis, quæ à Sacris arcent, eaque multa, non omnia tamen, nam omnium in omnibus etiam Sanctis aliqua, ne mentiantur se se peccatores appellantes.* Consonat responsio Heliæ (4) Cretensis, qui interrogatus, an. ὁ ἐν ὄκνῳ, καὶ ἀκηδίᾳ ψυχῆς ἐλεγχθέντα ἔξεστι χειροτονῆσαι, *Otii, & Acediæ reum liceat Sacris initiare?* Licere respondit: ἁμαρτίαι γὰρ πολλαὶ αὗται, καὶ λεπταὶ, καὶ καθημεριναὶ, καὶ τοῖς ἁγίοις αὐτοῖς συχνὰς ἐπιπίπτουσαι. *Nam peccata ejusmodi crebra, & levia, & quotidiana, & Sanctis ipsis sæpe accidentia.* Sed omnium luculentissimè (5) Planudes: οὐδέν τι ὠφέλιμον, καὶ λυσιτελὲς γεγένηται κατανοῆσαι οἱ πρὸς σκληρότητα τραχὺ τὸ βῆμα τῆς ἐκκλησίας ἀναιδῶς ψευδόμενοι, καὶ φορτικῶς ἀποφηνάμενοι· οὐ πᾶν τὸ ἁμάρτημα ἀπείργει τῶν θείων. Ταῦτα μὲν γάμος τῶν ἱερωμένων ψυχῶν λέγεται, καὶ αὗται νύμφαι, νυμφίος Χριστὸς, ἀλλὰ γοῦν τῶν ἁμαρτιῶν εἰσὶν αἱ τὴν ψυχὴν ἀμορφοῦσαι, αἳ δὲ μιαίνουσαι, καὶ τὴν καλλονὴν ἐλαττοῦσαι· καὶ αἱ μὲν ἀμορφοῦσαι ἀναξίαν πάντοτε τὴν ψυχὴν τοῦ γάμου ποιοῦσι, αἱ δὲ μιαίνουσαι οὐ πάντοτε ἀπείργουσι τοῦ γάμου, καθαρθεῖσαν γὰρ τὴν ψυχὴν τῶν ῥυπαρῶν πρὸς τὰ ἱερὰ προβιβάζειν θέμις· *Nihil utile, aut proficuum excogitarunt, qui ad severitatem ostentandam, asperam, confragosamque Aram Ecclesiæ impudenter mentiti sunt, & procaciter asseveravere. Non enim omne peccatum à Sacris amovet. Hæc conjugium sacratorum dicuntur animorum: atque hi sponsæ, sponsus est Christus. Sed sanè peccatorum quædam deformant animum, quædam sordidant, quædam pulchritudinem ipsius minuunt. Et quæ deformant indignam semper animam his nuptiis efficiunt. quæ verò sordidant non semper arcent à nuptiis: nam animum sordibus expurgatum ad Sacra provehere licet:* mox addit: ἀλλὰ γοῦν αἱ τὴν καλλονὴν ἐλαττοῦσαι μετὰ τῆς τοῦ γάμου ἀξίας συνάγονται: *at quæ pulchritudinem minuunt cum nuptiarum dignitate conjungi queunt.* Hæc Planudes vir elegantissimæ sapientiæ, atque infinitæ eruditionis, quem sibi asserunt nequicquam Photiani, ut alibi ostendimus, æquandus sanè cuilibet Latinorum sapientissimo, quippe mirâ felicitate, & elegantia difficillima quæque proponens, & nodosa dissolvens, infinitis opibus Græciam, imò literariam Rempublicam universam auxit. Hunc saltem legissent & Margunius, & Critopulus, ultrò sententiæ nostræ subscripsissent, rati rigidum nimis, imò & ineptum, peccata omnia inter Ordinum impedimenta numerare.

XII. Hæc inter ne omnia quidem lethalia crimina fas fuerit recensere. Dico enim secundò: Non omne mortale peccatum ab Ordinibus rejicit. Hæc assertio contra (1) Balsamonem est, est tamen & pro Balsamone, qui, si, quod asserit, verum esset, & Irregularis fuisset hercle, & ab usu Ordinum alienus; nimirum ob gravissima mendacia, quæ palam inimicus manifestissimæ veritatis tum in Nomocanone, tùm in cæteris ab ipso editis libris effutit. Ex illis, pleraque Nostri per ignorantiam excusare quiverint, quæ tamen in vaferrimo viro, & Canonum peritissimo vix habuit locum; at illud horribile, planèque apud Græcos inauditum quis excuset, quod Marco (2) Alexandrino Patriarchæ scribit? Jure enim contendit Romanum Pontificem Anathemate Græco perculsum, indignumque, qui inter Sacrorum solemnia nominetur. Quæ profectò tàm falsa, mendacia, sacrilega sunt, ut ea excusatio nulla tueri queat, quippe ab eo tradita, qui sciret, quanta cum reverentiâ Græcia nostra tumens semper licèt, ac pertinax, & suæ tenacissima libertatis cum Pontificibus Maximis egerit. Qui sciret, ne in Photianâ quidem Pseudosynodo aliquid statutum contra Pontificem, neque contumeliis appetitum ullis ne ab irato quidem Photio, qui ea in Synodo omnia tractavit ex libito. Qui nosset, propterea fuisse Patres in Chalcedonensi (3) Concilio summopere Dioscorum detestatos, quòd Romanum Pontificem execrare, sive excommunicatione percellere ausus fuisset. Denique

(1) *Vide Bellar. Tom. 4. lib. 5. de Grat. & liber. arbitr. c. 30. in fin. & de amiss. Grat. & statu pecc. lib. 6. c. 10. in fin.*

(2) *De Interpret. Can. ad 2. Can. Antiochen.*

(3) *Synodico de Ordinat. apud Căpan. in exam. Synodicorũ. n. 8.*

(4) *In respon. 4. ad solitar.*

(5) περὶ χειροτονίας tit.

(1) *In C. 2. Nicæn. Synod. I.*

(2) *In medis, extat. in Jure Græc. Roman. tom. 1. lib. 5. pag. 362.*

(3) *Act. 3. in sent. cõtra Dioscorum.*

Digitized by Google

que qui proximè à Majoribus accepisset, in VIII. Synodo (4) OEcumenica (quam Balsamon abrogat, infectamque nequicquam vult) Photium ipsum ejusdem temeritatis, & audaciæ causâ fuisse damnatum, æquiparatumque Dioscoro. Sanè hoc Balsamonis mendacium adeò impudens est, ut ei vel in Photianis reclamaverit Græcia: nec gratis: est enim manifestissimum, idque nos demonstravimus alibi, nullo unquam decreto publico à communione sua separasse Græciam Latinos. Nam ubi decretum illud? Profer, sodes, audacissime Balsamon. Per Octonas Synodos curre, an præter Constantinopolitanam I. ullam invenies, cui Latini saltem per Legatos non interfuerint? an in quâpiam earum erit, ut occurrat finitio, quâ dogmata Latinorum damnentur? Inter has octo & Photianam Synodum do adnumeres. Vide, si quid in illa mendacium roboret tuum. Imò quod illa actum fingitur, authoritate Latinorum actum fuisse, narratur. Adeò semper à rescindendo mutuo Ecclesiarum fœdere publici Græciæ nostræ conventus abhorruere. Dices, privato suffragio damnatos, devotosque diris peculiarium Episcoporum sententiâ. In primis privata suffragia nihil ad publicum, neque enim, quæ Byzantini quidam Episcopi delirarunt, in Gentis opprobrium cedere quiverint, alioquin & Monothelitarum, & Nestorianorum, & Iconomachorum, Iconoclastarumque hæreses imputabuntur Græciæ nostræ, quòd Byzantinorum quorundam Præsulum suffragiis fultæ in commune fidei Orthodoxæ perniciem debacchatæ sunt. Deinde, cedo & privatum istud Græciæ decretum. Si quis illud protulerit, faxo, reus falsi manifestè ab omnibus habeatur. Est enim omninò certum, nunquam à Græcis, conventu publico, nunquam à Photianis, privato ullo Concilio, nunquam à CP. Patriarchis Synodico aliquo Anathematis censuram latam in Romanum Pontificem. Id par est mihi & Græco, & Canonum Græcorum perito credere: At si quis mihi fidem abrogandam censuerit, quòd Græcus sim, non Photianus, peto, ut Photiano testi cicurem is animum præbeat. Is est (5) Demetrius Chomatenus Bulgarorũ Archiepiscopus, qui Constantino Cabasilæ Archiepiscopo Dyrrhachii scribens, hoc ipsum Balsamonis mendacium constanter damnat, ac rejicit, asseritque, etiam Photianorum Suffragio Balsamonis effatum refelli: ait enim: τῇ τοιαύτῃ δὲ ἀποκρίσει πολλοὶ τῶν ἐλλογίμων οὐκ ἔθεντο, διὰ πολὺ ἔχειν τὸ ἀπηνὲς, καὶ ἰταμὸν, καὶ μὴ προσῆκον μέμψει λατινικῶν τύπων τε, καὶ ἐθῶν, ὅτι τε, φασὶν, οὐκ ἀνεγνώσθησαν ταῦτα συνοδικῶς, καὶ οὐδ' αὐτοὶ ὡς αἱρετικοὶ ἀπεβλήθησαν δημοσίᾳ γεγόνασιν, ἀλλὰ καὶ συνεσθίουσιν ἡμῖν, καὶ συνεύχονται. *Huic autem responso præclari multi viri tunc non sunt suffragati, ut quod multum duritiei, & acerbitatis haberet, nec convenientis reprehensioni Latinicarum formarum, & morum. Et quòd, inquiunt, hæc Synodicè decreta non sunt, neque ipsi Latini, ut hæretici publicè rejecti fuerint, sed simul nobiscum & cibum capiant, & precentur.* Adde Chomateno Joannem Colossensem, Cretensem Joannicium, Anthimum Methonensem, quos ad id eruditè producit (6) Diplovatacius, postremum etiam (7) Corefsium, qui Schismatis invidiam nisus in Latinos refundere his verbis Balsamonem aggreditur. Τὸ τοῦ Βαλσαμῶν ἐν ταῖς μελέταις ῥηθὲν ψευδέστατον, καὶ ἰταμὸν προσφέρουσιν οἱ Λατῖνοι, λέγοντες ὑφ' ἡμῶν ἀναθεματισθῆναι τὸν Πάπαν, κἀυτοὺς, καὶ ἡμᾶς πρώτους σχίσαι τὴν ἐκκλησίαν. λέγει μὲν τοῦτο ὁ πολυφλύαρος ἐκεῖνος, ψευδέστατον δὲ, καὶ φανερῶς ἀντικείμενον τῇ ἀληθείᾳ. ἐν ἡμῖν γὰρ οὐδεμίαν ἐστὶν εὑρεῖν ψῆφον, οὐδὲ συνοδικὸν, οὐδὲ ἀπόφθεγμα ἐπαρχιακῆς συνόδου, ἀνάθεμα τῷ Πάπᾳ, καὶ τοῖς Λατίνοις εἰσφέρον. οὐχ ἡμεῖς οὖν οἱ ἐπιχειρήσαντες τοῦ σχίσματος, ἀλλ' οἱ Λατῖνοι τὰ ἡμέτερα δόγματα καταδικάσαντες ἀδίκως. *Quod Balsamon in Meditatis affirmat, falsissimum, & acerbum Latini producunt dicentes, à nobis Anathemati tùm Romanum Pontificem, tùm Latinos subjectos, nosq; primos Ecclesiam scidisse. Dicit sanè hoc blatero ille, mendacissimum tamen, & palam Veritati contrarium. Nam in nobis neque suffragium reperire est, neque Synodicum, neque decretum Provincialis Concilii Anathema inferens Pontifici Romano, Latinisve. Non igitur nos, qui initium Schismati fecimus, sed Latini nostra dogmata damnaverunt injustè.* Ita Corefsius in eo sanè delirans, quòd ait, à Latinis iniquè Photiana dogmata fuisse damnata, cùm justè damnata sint, & non à Latinis tantùm, sed & à Græcis ipsis tum iteratis, ac publicis conventibus, tum privatis commentariis ea fuerint profligata, tantâ eruditione, ac Sapientiâ, ut, quæ Latini contra Photianos producunt, ea Græci ante Latinos omnes produxerint, ut sæpe fusè, ac manifestè docuimus.

XIII. Constat ex his solemne mendacium eorum, qui à Græcis Anathemati subjectum Romanum Pontificem asserunt, & inter illos mendacissimi Balsamonis, cui proinde favemus, cùm dicimus, non ex omni lethali crimine contrahi irregularitatem ex delicto. Favemus autem Balsamoni, quòd veritatem tuemur, docemusque, contrariam præjactæ Conclusionem intolerabilem esse, Sequitur enim ex ea, unico actu odii, invidiæ, aut Venereæ cogitationis ab Ordinibus Criminosum excludi, initiatumque ineptum reddi exercendis Ordinibus. Unde uberrima anxietatum emergit seges ob difficultatem aut memoriæ retinendæ, aut ferendi judicii circa ejusmodi culpas. Innumeris quoque viris aditus ad Ecclesiæ ministeria intercluderetur eximiis & Sanctitate morum, & animi dotibus, vixque unus, aut alter reperiri posset ad Clerum idoneus. Quæ omnia quanti sint damni, quantarumque causa curarum, nemo non rationis expers agnoverit. Addo, frustra rejici à Sacris eum, cui neque Apostolorum authoritas, neque scita Canonum Sacro ministerio interdicunt. Ecce Canones (1) Apostolici sic constituunt. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων, καὶ μέθαις, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus alea, atque Ebrietati deserviens, aut desinat, aut certè deponatur.* Idem (2) in minores Ministros decernunt, idemque in Fœneratores Ministros Edictum (3) Apostolorum est. Unde sic licet argumentari. Penes Nostros id crimen, quod ab usu Ordinum rejicit, illud dumtaxat & ab Ordinatione repellit: At Ebrietas, & Fœnus, & Aleæ consuetudo, post quam horum criminum reus mores emenda-

(4) *Act.7. & 8.*

(5) *respõ. ultima in Jur. Græco-Rom. tom.1 l.5. pag. 322. ant. med.*

(6) *In Synop. juris.*

(7) *simul de Sacr. Euchar. c.7.*

(8) *In libro de defunctis in initio sive prolego.*

(1) *Canone 42.*

(2) *Canone 43.*

(2) *Canone 44.*

Digitized by Google

daverit suos, ab usu Ordinum non rejiciunt: neque igitur ejicient ab Ordinatione. Positionem priorem Græcorum omnium suffragium approbat, duce Prodromo (4) docente, ad agnoscenda peccata, quæ Ordinationem faciendam impediunt, id certissimi discerniculi esse, si ea usu Ordinum jamdudum acceptorum impediant. γνῶναι δὲ τὰ ἀπείργοντα τῆς χειροτονίας ἁμαρτήματα ῥᾴδιον, εἰ τὰ ἀπείργοντα τῆς λειτουργίας τὸν χειροτονηθέντα γνώσῃς· τὰ λυμαινόμενα γὰρ τὸ πραχθὲν, ταῦτα ἐμποδίζει τὸ μέλλον πράττεσθαι. *Nosse verò, quæ ab Ordinatione repellunt, peccata, facile est, si noris, quæ initiatum jamdudum arcent à Ministerio: nam quæ factum labefactant, ea impediunt & faciendum*. Quæ Regula an vera sit, meritò fortassis quis dubitet, sed hìc à nobis certo certior censetur, quippe ab omnibus Photianis recepta, iisdemque Prodromi verbis asserta ante omnes à (5) Balsamone, mox à cæteris omnibus (6) Aristeno, (7) Macario, (8) Blastario, (9) Gerasimo, (10) Arsenio, & (11) Malaxo, probataque clam à Nicephoro Patriarcha, qui nullam in Regulis irregularitatem adducit, quæ à Ministerio non impediat, nullumque initiatorum impedimentum proponit, quod in initiando impedimentum Ordinum non efficiat. Stat ergò prima positio in legitimo Syllogismo: posterior constat ex relatis Canonibus Apostolorum. Nam Ebrietas, Fœnus, ludendi Consuetudo emendato criminum hujusmodi reo impedimento non sunt, quo minùs Ministerium Ordinum suorum exerceat: ergo obex esse non potest Ordinum tradendorum. At hinc sequitur manifestè conclusio nostra, quando hæc peccata lethalia sunt, ea autem initiato, si emendetur, desistatque, non obsunt; igitur neque initiando oberunt; colligiturque non omne lethale crimen causam rejiciendorum ab Ordinibus hominum constituere. Confirmatur hoc totum ex Neocæsariensi (12) Concilio, ubi desiderans concubitum mulieris nullà afficitur censurâ, modò non sequatur concubitus. Sic enim ait: ἐὰν πρόθηταί τις ἐπιθυμῆσαι γυναικὸς, συγκαθευδῆσαι μετ' αὐτῆς, μὴ ἔλθῃ δὲ εἰς ἔργον αὐτοῦ ἡ ἐνθύμησις, φαίνεται, ὅτι ὑπὸ τῆς χάριτος ἐρρύσθη. *Si quis concupitâ muliere, etiam si concubitus ejus desiderium habeat, non autem subsequatur effectus, manifestum est, hunc fuisse per divinam gratiam liberatum*. Quæ postrema verba non afferunt liberatum hominem illum à peccato; quippe cùm certum sit, eum, qui videt mulierem, ad concupiscendam eam, mœchatum fuisse; liberatus igitur dicitur ab ea nota, quam ex culpa contracturus erat, atque adeò, licèt peccarit, ac si non peccasset, habetur. Vides, esse peccata, circa quæ nihil agit Ecclesia: quòd si omne peccatum irregularitatem faceret, profectò nullum peccatum Ecclesia præteriret, neque peccator liberatus fuisse diceretur, si ex culpa qualibet abstineretur à Sacris. Quid, quòd deturbatus gradu, quem occupat in Ecclesia, &, ut vulgo dicimus, depositus ob Canonicum crimen, si resipiscat, recipitur iterum ad officium, suoque muneri restituitur: Id nimirum (13) Penthecte Synodo decernente, ex cujus nempe sententià sequitur, Laicum, si resipiscat à crimine, recipiendum ad Ordines. Non enim, video, qui is, qui existho-

(4) De Interpret. ad Nican. I.

(5) In Schol. ad Canones in Trull.

(6) In Nomocan.

(7) In Collect. 2. Can. ad Nican.

(8) In Synops. Syntagm. c. 2.

(9) In Epist. Canonis ad Nican.

(10) In Collect. Can. c. 38.

(11) In Nomocan. c. 95.

(12) Canone 4.

(13) Canone 21.

ratus ob crimen est, publicèque indignus munere suo pronunciatus, mox per Pœnitentiam ad pristinam dignitatem restituatur; is verò, qui nondum munus obtinuit, per Pœnitentiam criminis, nequeat restitui ad eam conditionem, ex qua dignitatem Sacram consequi queat. Non obstant, quæ pro Balsamonis decisione Margunius, & Critopulus jactant: ea enim, & alia sequentibus conclusionibus diruuntur.

SECTIO VII.

De Crimine Capitali.

SUMMARIUM.

I. *Occultum crimen non rejicit ab Ordinibus: & quidnam sit occultum crimen? An Ecclesia judicet de occultis?*
II. *Capitale peccatum probatum legitimè repellit ab Ordinibus. Capitale crimen dividitur. Hæresis, & Apostasis repellunt ab Ordinibus. Notatur inconstantia Margunii.*
III. *Simoniacus, & Fœnerator ad Sacros Ordines recipi nequit. Refellitur Margunius stans pro fœnore, quod Jure divino vetitum probatur.*
IV. *Idem probatur ex Jure Evangelico, & naturali.*
V. *Proponitur ratio ad idipsum probandum.*
VI. *Respondetur difficultatibus propositis à Margunio corruptore Scripturarum.*
VII. *Explicatur latè locus Deuteronomii.*
VIII. *Locus Evangelii explicatur &c.*
IX. *Scripturarum sensus ab Ecclesia petendus.*
X. *Ostenditur, à Latinis, usuras damnari, & quid de Montibus Pietatis?*
XI. *Enumerantur peccata capitalia.*

I. Dico tertiò, nullum crimen occultum ab Ordinibus rejicit. Porro cùm occultum dicatur dupliciter, & duplex sit; alterum, quod in intimis, abditisque animæ latebris perpetratur; alterum, quod prodit in extimum actum, nec tamen aut probatur reipsa, aut probari potest; hæc tertia Conclusio ad utrunque protenditur. Etenim, cùm ea repulsa, de qua hìc agimus, ob delictum sit, pœnæ rationem induit, vel saltem nota est, qua quis reus esse, vel fuisse pronunciatur: Quapropter & judicio indiget, nec sine cognitione dari potest. Occulti autem cognitio ex iis est, quæ fieri nequeunt, idemque, ac si dicas, cognitio ejus, quod non cognoscitur. Præterea de occultis Ecclesia non judicat, ut est omni jure certissimum, licet id perneget unus omnium (1) Margunius ea ratione, quòd ex abditis criminibus pœnam irroget in Sacrà Exhomologesi. Nec vir ad solas calumnias acutus consideravit, in Exhomologesi sacrâ crimen occultum ipsà Rei confessione irrogaturo, pœnam Judici, fieri notissimum: quod ante Latinos omnes sapienter adnotavit (2) Tipucitus, & (3) Aristenus, & ex his Joannes (4) Lascares, postremusque (5) Coressius, quorum suffragio, quod constituimus, certum est, neque ullo pacto fieri potest, ut Ecclesia judicet de occultis. Idipsum confirmat jus Canonum Latinorum, cujus authoritate Græcæ sen-

(1) Nota 65. ad Can. Apost.

(2) Ad ff. ad Tit. de Jud.

(3) In Nomocan.

(4) De jure Græco. lib. 1. c. 9.

(5) Ad Synop. Nilì in Canon. Apost.

(6) p. 2. q. 182. in 2.

(7) 2. 2. q. 11. art. 3.

(8) In 4. Sent. dist. 23.

(9) In 4. dist. 17. q. 8. n. 7.

(10) Ibid. dist. 15. q. 2. art. 3. post quict. Côclusio.

(11) Ibid. dist. 17. q. 2. dub. 4.

Digitized by Google

sententiæ subscribunt ex Latinis doctissimi Alexander (6) de Ales, (7) Cajetanus, (8) Sotomajor, (9) Durandus, (10) Paludanus, (11) Soto, (12) Gabriel, (13) Driedonius, (14) Almainus, (15) Arrago, (16) Bannes, (17) Tabienna, (18) Navarrus, (19) Bellarminus, (20) Suarius, (21) Sayrus, (22) Alterius, quos recitant, & sequuntur ex Jureconsultis Alfonsus (23) de Castro, (24) Turrecremata, (25) Simanca, (26) Covarruvias, (27) Clarus, (28) Gutierrez, Nicolaus (29) Garzia, (30) Carbo, & (31) Surdius, nosque alibi (32) fusè confirmavimus. Quòd si de occultis penitùs, ignotisque criminibus Ecclesia non judicat, consequens est, neminem ob crimen penitùs occultum repellendum à Sacris Ordinibus. Quippe ad hanc repulsam delicti causâ judicio opus est: id autem ibi esse non potest, ubi crimen latebris suis obruitur. Ipse sanè, qui flagitat Ministris adscribi, si ejus culpæ sit conscius, quæ reum tanti Muneris dignitati ineptum, Sanctimoniaque indignum efficiat, sponte se subtrahat: At non ita Episcopus. Nimirum iniquissimus erit, si quid de occultis decernet. Neque enim in re tantâ præsumptionibus, & suspicionibus agendum est, cùm revera ex delicto Irregularitas, scelere exteriùs perpetrato, contrahatur, atque adeò minimè censeatur contracta, nisi agnoscatur crimen admissum, actumque. Et hæc sanè manifesta de crimine planè occulto. At manifestum itidem, neque occulto crimine, quod occultum est, quoniam probari non potest, neque probatur, quenquam ab Ordinibus rejici. Quidquid enim obstrepant Photiani, duce (33) Balsamone, quem sequitur (34) Palamas Latinorum improbator morum accerrimus. Quidquid, inquam, obstrepant Photiani, qui omnia verbis herculeis invadunt, ut ait ille, & de Virtute locuti, Virtutem, atque Religionem stolidâ severitate oppugnant, crimen non nisi probatum à Sacris repellit. At inquiunt: τοῦθ' ἡμῖν ἔθος, αὕτη δὲ ἡμετέρων νόμων διάταξις, τούτῳ χρώμεθα τῷ δικαίῳ, καὶ αὐτὴ τῆς πλημμελήματος ὑποψία ἀχειροτόνητον ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον, κἂν φαίνηται ἄξιος τοῦ κατ' ἴχνος. *Hic nobis mos, hæc Legum constitutio nostrarum: hoc utimur Jure: ipsa criminis suspicio ineptum Ordinibus recipiendis reddit hominem, quamvis dignus videatur in extimis.* Macti audacia, & mendacitate hac vestra, famosi homines. Hic vobis Mos? At non Græcis. Hæc Legum vestrarum constitutio? quæ tamen nusquam, ne apud vos quidem, legitur. Hoc jure utimini? nempe iniquissimo, quod minimè obtinere queat, nisi penes omnis literaturæ sacræ rudes, eosque, qui Canones vel non legerint, vel lectos non intellexerint, vel intellectos despexerint, quò furiosiùs in Latinos sapientes, decernentesque justissimè hercle hac in re insurgerent. Cedo enim, unde hoc Jus descendat, quibus Canonum scitis fulciatur, quâ prisca consuetudine ratum sit, dicite. Penes Nos Apocryphi, constitutissimi penes vos authoritate humani, Apostolici, Divini etiam Juris Canones Apostolorum nonne Morem hunc, Jus istud apertè damnant? Nam sic (35) decernunt: ἐπεὶ κατηγορεία γένηται κατά τινα πιστοῦ πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀπηγορευμένης πράξεως, καὶ ἐλεγχθείη, εἰς κλῆρον μὴ προαγέσθω. *Si accusatio contra fidelem instituatur de fornicatione, aut adulterio, aut quacunque actione prohibitâ, & convictus fuerit, in Clerum non producitor.* Si quid cordis vobis est, hoc uno Canone lecto fatendum erit, non satis esse ad hanc repulsam criminosum fuisse, nisi criminosus objecti criminis convincatur: At quî convictus unquam censebitur is, cujus crimen nec probari potest, neque probatur? Abundè hoc uno Canone evictum est, quod placebat, contra Photianos, si quid mentis habent nondum planè lymphatæ, fassuros, verum esse, quod dicimus. Adde, quod Apostoli decrevisse censentur, idipsum Synodos ubique receptas suo firmasse suffragio. Non producam Latinas, inter quas vetustissima (36) Eliberina similia traditis sancit, unam, atque alteram ex Græcis proferam, & primò (37) Neocæsariensem, ubi ad irregularitatem requiritur confessio rei, quæ si desit, ei potestas remittenda est sui. Agit autem ea Synodus de initiato, unde validissimâ æquiparatione, ac Jure (38) Græco (quidquid Latinum aliter censeat quandoque) ad initiandum infertur. Clariùs Nicæna (39) Synodus I. palam exposcens non solùm, ut convictus sit reus, verùm etiam, ut convictus sit duobus, vel tribus testibus: Quod accuratè notandum est, quippe utile ad refellendos Photianorum Mores, seu potiùs corruptelas, quemadmodum in Quinto Responso præstabimus. Interim libet interrogare: quis contra hæc hiscere audeat, nisi Photianus veritatis hostis, cujus deprehendendæ causa non disputat, propterea disputat, ut turpiùs, famosiùsque suis erroribus adhæreat? At Græci nostri non ita, quorum qui sapientes sunt, hæc scio uti probant, ultrò probabunt, probaturis iis etiam, qui, licet literarum expertes, vim tamen rationis admittunt, eidemque, ut Græcos decet, quibus nullum animal logicum magis, cicurem animum præstant.

II. Superest, ut, an omne lethale crimen, postquam probatum est, ab Ordinibus Sacris repellat, videamus. Ad quæstionis penes Nostros celeberrimæ resolutionem. Dico, quartò: post probationem legitimam quodlibet Capitale peccatum rejicit ab Ordinibus. Ut Conclusio manifesta sit, sciendum est, Capitale vocari crimen illud, ad cujus expiationem olim publicam pœnitentiam jubebant Ecclesiasticæ Leges, appellabaturque peculiariùs mortale, Græcis κεφαλαῖον, & θανατηφόρον, ut eruditè docet (1) Gabassutius, & nos inferiùs ex Conciliis confirmabimus. Jam Capitalis genera criminis hæc sunt, Apostasis, Hæresis, homicidium, Usura publica, Simonia, Concubinatus, Adulterium, &, quæ graviora sunt adulterio, libidinis incestæ monstra, sive nefariæ. Horum reus Ordinibus abstinetur post legitimam criminum probationem, quocunque modo crimen delatum sit. Patet assertionis nostræ Veritas. Nam primò in Hæresi, atque Apostasi certissima est. Etenim, cùm Capitalia sint crimina, imò omnium capitalissima, quippe quæ uno simul impetu, quæ omnium sunt Sacratissima, Deum, & Ecclesiam lædunt, cùmque Capitalia crimina, quandoquidem omnium gravissima, indignum efficiant reum sacerrimâ dignitate, profectò is, qui ejusmodi criminibus laboravit, repellendus erit, ex perpetrato delicto. Accedit, meritò rejici tanquam suspe-

(12) ibid. art. 4.
(13) De lib. Christ. lib. 3. c. 3. in fin.
(14) De pot. Eccl. c. 3. & 10. & seq.
(15) 2. 2. q. 11. art. 3
(16) ibid. art. 4.
(17) In Sum. verb. excom. 5. casu 4. n. 4.
(18) In Sum. c. 23. n. 38. & c. 27. n. 56.
(19) De Eccl. militc. 10. et de Rom. Pont. lib. 4. c. 20.
(20) p. 3. Tom. 4. disp. 4. sect. 2. n. 1.
(21) In Thesaur. Tom. 2. lib. c. 6. n. ult.
(22) De Censur. Tom. 1. lib. 3. c. 2. disp. 1. col. 2 sub litt. E.
(23) De just. hæres. punit. c. 17. & lib. 2. de l. pœnal. c. ult.
(24) In c. si quis non dicam. n. 12. de pœnit. dist. 1. & in c. 1. 24. q. 1.
(25) Instit. tit. 42. n. 3. & seq.
(26) In reg. peccatum. p. 2. n. 6.
(27) In §. hæresis. n. 23.
(28) Quæstio. Can. c. 13. n. 5.
(29) De Benef. p. 11. c. 10. n. 91.
(30) De legib. lib. 8. disp. 14.

(31) Decis. 147. sub num. 15. vers. ita quoque.
(32) Respons. de hæreticis n. 12.
(33) Epist. ad Callist. Schilizen.
(34) Epist. ad Nicænum Italum.
(35) Canone 60.
(36) Canone 18.
(37) Canone 9.
(38) Vide Coressium, ad Synops. Nili ad Can. Apostol. Canonarch. de νό Canon. Schol. 9.
(39) Canone 2 in fin.

(1) Ad Can. 2. Nicæn. in Not. Concil. & Canon.
(2) Ad ann. 357. n. 12. ad ann. 363. n. 144. ad ann. 439. n. 44. ad ann. 447. n. 25. ad ann. 453. n. 220. ad ann. 629. n. 6. & alibi.
(3) Auth. credentes C. de hæret. l. cunctos populos C. de Sum. Trin. ubi Gloss. in verb. infamiam in fin.
(4) In d. l. cunctos po-

 suspe-

Digitized by Google

suspectos: difficillimè namque, qui Hæresis contraxere labem, aut sponsam Christo fidem infìciati sunt, & labem contractam expiant, & Fidem semel fractam, abjectamque sincera conscientiâ recipiunt, ut exemplis plurimis eruditè probat (2) Baronius. Quare non videntur idonei, quibus Ecclesia Populorum disciplinam, Sacrorum Ministerium, Dignitates, quæ unâ fide, unâ innocentiâ censentur, credat. Quid quòd infamiam Juris, & de Jure Hæresi, atque Apostasi Leges ipsæ Civiles irrogant, vel ante sententiam judicis, ut ex Jure (3) sapienter deducunt Jurisperiti cum (4) Bartolo, Paulo (5) Castrensi, (6) Jasone, (7) Saliceto, quibus adstipulantur Alfonsus (8) de Castro, (9) Brunus, (10) Riminaldus junior, Franciscus (11) Pennia, (12) Bursatus, Didacus (13) Cantera, & (14) Sanchius, quos (15) alibi ad id retulimus. Infames igitur sunt ejusmodi criminosi, unde inferes, ab Ordinibus repellendos esse. Hinc pleno agmine ex authoritate (16) Juris, Sacris rejiciendos, docent Hereticos, & Apostatas, quippe irregulares, (17) Speculator cum (18) Glossa, (19) Felino, (20) Deciano, & (21) Pennia, aliisque, quorum effata probant ex Theologis, (22) Antoninus, (23) Silvester, (24) Majolus, (25) Navarrus, (26) Valentinus, (27) Azorius, (28) Suarius, (29) Sancius, (30) Filliuccius, quos ad id in (31) loco produximus, confert (32) Eliberini vetustas Concilii, quam probat, ac renovat Arelatensis (33) Synodus II. ut si Jure Latino agendum sit, id, quod de Hæresi, & Apostasi diximus, producendum etiam ad Schisma, pervulgare, translativumque habeatur. Nec penes Nostros res in Controversiam deduci potest, quando & ratio superiùs allata id persuadet, & authoritas presto est ex Canonibus (34) Apostolorum, ubi Hæreticus, & Apostata ad meliora regressus, ut Laicus tantùm recipitur. Adstipulatur his Nicæna (35) Synodus I. quæ cùm ex indulgentiâ, clementiâque Novatianos in Clerum recipiat, satis ostendit, Hæreticos, tametsi insanire desierint, esse irregulares, Etenim, si Hæretici, virulentâ rabie depositâ, in sinum Ecclesiæ regressi recipi possunt ad Ordines, ut quid Maxima Synodus Canonem cudit, & ut in Clerum recipiantur, maneantque in gradu, clementer indulget? Hinc Hæreticum, & Apostatam Nostrorum quicunque de Ordinum impedimentis accuratè scripsere, affirmatè rejiciunt. Eos videant Photiani apud Photianum Canonarcham, nos enim eosdem, quos sæpe ad testimonium produximus, referre tædet. At ex illis agnoscant, quàm scelestus Margunius sit, qui Hæreticum, ubi meliora maluerit, omnino recipiendum affirmat, quantâ constantiâ viderit æquus judex, qui Nostra percurrerit, videritque hunc ipsum Margunium Stoico supercilio æquantem delicta omnia, & vel minimi reo publicæ pœnam repulsæ irrogantem. Sed hæc natura, hoc ingenium est superbæ Malignitatis, ut secum pugnet: Quapropter, cùm eam descripsisset Regius (36) Psaltes solemni illo versiculo: ἐπὶ τὸ λαόν σε κατεπανουργεύσαντο γνώμην, ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν ἁγίων σε. *Super populum tuum malignaverunt consilium, cogitaverunt adversus Sanctos tuos*, &c. mox subdit: ὁ Θεός μου, θοῦ αὐτοὺς, ὡς τροχὸν, ὡς καλάμην κατὰ πρόσωπον ἀνέμου. *Deus meus, pone illos, ut rotam, ut stipulam ante faciem venti*. Quæ verba propriam malignitati inconstantiam graphicè circumscribunt. Nam & rota, & stipulæ, cùm vento, vel impetu incipit agitari, circumagitur, motuque in orbem reducto, se sequiturque, fugitque, ac repetit locum, quem deserit, atque sibi ipsi occurrens, ut discedat, accedit. Quod in Margunio frequentissimum est, tam crebrò, impudenterque usurpatum, ut, quemadmodum olim Hipparchum Philosophum (37) Charilaus Mendesius, *στροφὰ πολύτροπον, καὶ ἰξίονα πολύτροχον, Proteum versipellem, volubilemque Ixionem*, Margunium liceat appellare. Verùm inconstantiæ Margunianæ & sæpe olim, ac deinceps sæpius documenta dabimus, dedimusque: nunc ad cætera crimina, quæ præfati sumus, regressi.

III. Dicimus, quod attinet ad vim abstinendi ab Ordinibus, idem de illis Juris esse, ac de Hæresi, & Apostasi. Nam, ut singula compendiò percurram, Simonia, teterrimum avaritiæ omnia nundinantis crimen, ab Ordinibus rejicit, quod invito Margunio Latinis constitutissimum est, planèque receptum ex Toletana (1) Synodo IX. & ex Concilio (2) Lateranensi sub Leone X. Exauthoratur enim sacrilegæ avaritiæ reus Jure (3) Latino, ex quo ad irregularitatem manifesta consecutio est. Adde, vel ipsam Simoniæ suspicionem, si publica sit, usu divinorum abstinere suspectum, ut Decretalia (4) statuta constituunt; tantæque atrocitatis hoc crimen censeri, ut quilibet, ad testimonium, & accusationem ipsius, quanquam cæteroqui ineptus, recipiatur, quemadmodum Adeodatus (5) Pontifex censet. His Græci subscribunt, quos latè refert & (6) Diplovatacius, & (7) Canonarcha, facitque authoritas (8) Apostolorum, Chalcedonensis (9) Concilii, & (10) Trullani, ut de asserto dubitare fatuum, & Photianum sit. Usuram licèt Latini Theologi communi Suffragio afferant impedimento Ordinibus esse, tamen rem altiùs rimati subtiliter disputant, an se ipsâ Ordinibus abstineat, an ratione infamiæ. Nam ex Fœnore infamiam irrogari, manifestum est, & nos fusè (11) docuimus hoc ipso anno publicè Titulum de testibus, & attestationibus explicantes. Porro penè omnes Latini recentiores, non nisi ex consequente infamia censent Fœnus à Sacris repellere, ut refert (12) Filliuccius, sed non solùm ex infamiâ, quæ ei irrogatur, verùm etiam ex naturâ suâ crimen Fœnoris ab Ordinibus abstinere, mihi certissimum est repetenti Jus utriusque Ecclesiæ palam, solemniterque constitutum ex (13) Trullana Synodo, ex (14) Eliberina, (15) Aurelianensi I. & (16) Turonica I. Nec ratio deest, quando crimen hoc gravissimum est, & omni Jure vetitum constat; id, quod obiter probo contra (17) Margunium, cujus impiis assertionibus effectum est, ut jampridem fas esse putent Photiani publicè fœnerari. Neque enim aliunde hanc corruptelam in mores Græciæ fluxisse constanter autumo, nisi ex ipsis Notis Margunii, quem non puduit (18) asserere, nullo Jure, Usuram (quam scribens Hœschelio palam damnaverat, quamque in missis ad Hœschelium Orationibus Nicolai Cabasilæ palam damnari à Photianis ipsis sciebat) prohiberi, suaderi potius, & probari tum Jure naturali, tum Divino, quando & Juris naturalis

est

pulos n. 11. 12. (5) *Ibid. n. 18.* (6) *Ibid. In 2. lectur. sub n. 43.* (7) *In l. quoniam multi n. 2. C. de hæretic.* (8) *De Just. hæret. punit. lib. 2. c. 9.* (9) *De hæres. lib. 5. c. 8.* (10) *Cons. 185. n. 1.* (11) *p. 1. Coment. 4.* (12) *Cons. 14. n. 18.* (13) *In quæst. Crimin. rubr. de hæres. c. 1. n. 9.* (14) *In Decal. li. 2. c. 26. n. 2.* (15) *Respons. de pæn. hæres. n. 51.* (16) *In c. qui in aliquo 51. dist. c. 1. 1. q. 7. c. illud 51. dist. c. saluberrimum. 1. q. 7. extrav. Clem. VII. apud Pēniam inter Const. pro S. Off. post Director.* (17) *Tit. de dispēs. §. juxta. n. 16. vers. sexto.* (18) *In c. nos consuetudinē 12. dist.* (19) *In c. eam tē n. 2. de rescript.* (20) *Tract. Crim. li. 5. c. 54. n. 17. & seq.* (21) *Ad Direct. p. 3. qu. 113. Commen. 162. vers. ac primò.* (22) *In*

Sum. p. 5. tit. 28. c. 6. in prin. (23) *Verb. Crimen. q. 2. n. 3.* (24) *De Irregul. lib. 5. ca. 46. n. 1.* (25) *In Sum. c. 27. n. 205 ver. 3.* (26) *Tom. 4. disp. 19. punct. 3.* (27) *Instit. tom. 1. l. 8. c. 11. q. 13. et c. 21. q. 8.* (28) *Tom. 5. p. 3. disp. 43. sect. 1. n. 4.* (29) *In Decal. li. 2. q. 25. n. 2. ad fin.* (30) *Tract. 20. c. 9.* (31) *d. resp. de pœn. hæres. n. 47. & 48.* (32) *Canone 51.* (33) *Canone 11.* (34) *Canone 61.* (35) *Canone 8.* (36) *Psal. 82. v. 4. & 14.* (37) *Apud Planud. in Adagiis.*

(1) *Can. 9.* (2) *Sessio. 9. c. 8.* (3) *C. sicut C. de hoc c. insinuatum. de Simonia.* (4) *C. accusatū c. sāta. eod.* (5) *C. si dominus d. c. tanta eod.* (6) *In Synops. Juris Græci tit. de pœnis Simoniacorū.* (7) *De vi Canonum Schol. 64.* (8) *Canone 30.* (9) *Can. 2.* (10) *Canone 22.*

est ex re propriâ quemque commodum quærere, & in Sacris Paginis sæpe Fœnus & laudatur, & insinuatur, sic allocuto (19) Heli Pontifice Helcanam; *reddat tibi Dominus semen de muliere hac pro fœnore, quod commodasti Domino*, ἀποτίσαι σοι κύριος σπέρμα ἐκ τῆς γυναικὸς ταύτης ἀντὶ τοῦ χρέους, οὗ ἔχρησας τῷ κυρίῳ. Salomone (20) docente *Fœnerari Domino eum, qui miseretur pauperis*. δανείζει τῷ Θεῷ ὁ ἐλεῶν πτωχόν, & (21) iterum ὁ πληθύνων τὸν πλοῦτον αὐτοῦ μετὰ τόκων, καὶ πλεονασμῶν τῷ ἐλεῶντι πτωχοὺς συνάγει αὐτόν, *qui coacervat divitias usuris, & fœnore, liberali in pauperes congregare eas*. Et (22) alibi fœnerari cum proximo suo, qui facit misericordiam. ὁ ποιῶν ἔλεος, δανειεῖ τῷ πλησίον, mox (23) clariùs jubente his verbis: δάνεισον τῷ πλησίον ἐν καιρῷ χρείας αὐτοῦ: *fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius*. Quin imò Deum ipsum, cùm vetat Fœnus ab Hebræis inter Gentiles suos exercendum, unà permittere Fœnus cum alienigenis usurpandum. (24) Ait enim. Οὐκ ἐκτοκιεῖς τῷ ἀδελφῷ σου τόκον ἀργυρίου, καὶ τόκον βρωμάτων, καὶ τόκον παντὸς πράγματος, οὗ ἂν ἐκδανείσῃς· τῷ ἀλλοτρίῳ ἐκτοκιεῖς, τῷ ἀδελφῷ σου οὐκ ἐκτοκιεῖς. *Non fœnerabis fratri tuo pecuniam ad usuram, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, alieno fœnerabis, fratri tuo non fœnerabis*. Ab ipso etiam (25) Servatore Christo Usuras minimè damnari. Nam cùm de se, sub Allegoriâ Domini pecuniam suam servis ad negotia committentis, sermonem instituit, servum, qui sibi talentum datum, quò certiùs duro Domino redderet, in scrobem ad id paratam abdiderat, sic increpat: πονηρὲ δοῦλε, καὶ ὀκνηρέ, ᾔδεις, ὅτι θερίζω, ὅπου οὐκ ἔσπειρα, καὶ συνάγω, ὅθεν οὐ διεσκόρπισα. ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ. *Serve male, & piger, sciebas, quia meto, ubi non seminavi, & colligo, ubi non sparsi. Oportuit ergo, te committere pecuniam meam numulariis, & veniens ego recepissem utique, quod meum est, cum usura*. Hæc Margunius: contra quem his locis Sacrarum Paginarum malè intellectis hallucinatum sic Veritas manifestè proponitur. Primò enim Jure divino Fœnus damnatur palam. Nam in (26) Exodo sic præcipitur: ἐὰν δὲ ἀργύριον ἐκδανείσῃς τῷ ἀδελφῷ τῷ πενιχρῷ τῷ παρὰ σοί, οὐκ ἔσῃ αὐτὸν κατεπείγων, οὐκ ἐπιθήσεις αὐτῷ τόκον. *Si pecuniam mutuam dederis fratri pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes*, & in (27) Levitico οὐ λήψῃ παρ' αὐτοῦ τόκον, οὐδὲ ἐπὶ πλήθει: *non accipias ab eo usuras, nec amplius, quàm dedisti*. In (28) Deuteronomio etiam Οὐκ ἐκτοκιεῖς τῷ ἀδελφῷ σου τόκον ἀργυρίου. *Non fœnerabis fratri tuo pecuniam*. Ejus itidem reos criminis increpat Esdra (29) Principes, Optimates, ac Magistratus Judaicę Gentis, & ex ejusdem Fœnoris noxâ vesanam Urbem Palestinæ Principem damnat Regius (30) Psaltes: cujus & illud (31) vaticinium de Christo est, fore, ut ipse ex usuris, & inquitate liberaret animos hominum. ἐκ τόκου, καὶ ἐξ ἀδικίας λυτρώσεται τὰς ψυχὰς αὐτῶν. Eandem in Fœnus sententiam fert Sapiens (32) Numine afflatus, & (33) Ezechiel solemniùs Fœneratorum pœnam describit his verbis. μετὰ τόκου ἔδωκε, καὶ πλεονασμὸν ἔλαβεν, οὗτος ζωῇ οὐ ζήσεται, πάσας τὰς ἀνομίας ταύτας ἐποίησε, θανάτῳ θανατωθήσεται, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν ἔσται: *ad usuram dantem, & amplius accipientem; nunquid vivet? cùm universa hæc detestanda fecerit, morte morietur: Sanguis ejus in ipso erit*. Penè infinita sunt sacrarum Litterarum loca, quibus Usura reprobatur, contràque laudatur is, qui se se abstinet ab eâdem. Ea iis producenda relinquimus, qui Sacris Interpretationibus operam addixere, nobis illud superierit, si ex his constet, Jure divino Usurarum crimen damnari. Neque hoc in dubium revocari potest ex iis, quæ hactenus diximus, & ex Veteri Testamento produximus, quæque ad id evocant eruditè præter summates Jureconsultos tum (34) Latinos, tum (35) Græcos, ex Latinis (36) Cœpolla, (37) Lupi, Ambrosius (38) de Vignate, Joannes (39) à Capistrano, ex Græcis (40) Leo Xanthopulus, Christophorus (41) Canonarcha, (42) Diplovatacius, & (43) Lascares.

IV. Jure etiam Euangelico Fœnus interdicitur illis Christi (1) verbis: δανείζετε, μηδὲν ἀπελπίζοντες: *mutuum date, nihil inde sperantes*: quæ verba consensus, & communis interpretatio Ecclesiæ Orthodoxæ ita profitetur enunciata, ut id crimen sub præcepto, atque lethali culpa vetuerint, quemadmodum (2) Jura Latinorum sacra, itidemque (3) Græcorum affirmant, sequunturque pari concordia Theologi omnes, & Canonistæ Græci, atque Latini, quos inter ad plenam hujus Orthodoxæ assertionis confirmationem videndi omnino ex Latinis Guillermus (4) Rinaldus Episcopus Lugdunensis, ex Græcis Theodorus (5) Metochites. Jure denique naturali fœnus uti crimen, & quidem iniquissimum, ac Reipublicæ perniciosissimum damnatur. Probavit id accuratè ex Nostris laudatus Metochites loco superiùs notato, ex quo pleraque quasi sua, suppresso nomine deprompsit (6) Covaruvias, muniitque authoritate tùm (7) D. Thomæ, tùm (8) Scoti, aliorumque Theologorum, quibus adstipulatur (9) Soto, (10) Corradus, Jo. (11) Andreas adeò infensus usuræ, ut eam malorum omnium maximum nuncupet, quemadmodum post Jo. de (12) Anania eandem ex Nostris appellant Hieremias (13) Patriarcha, & Manuel (14) Malaxus. His tamen seclusis, ut contra Photianorum corruptelam hanc pessimam ratione agamus, Usuram esse contra Jus naturale, primò sic probo. Nam pecunia ex se non parit, vel fructum reddit, aut facit: igitur aliquid ultra sortem accipere pro usu rei, vel pecuniæ, iniquum est. Hęc enim utilitas, quę supra sortem accipitur, à nullo alio fieri potest, quàm ab ipsâ sorte, quæ pecunia est. Hæc autem utilitatem non parit. Proinde, si quid pro ejus usu accipitur, accipitur, quod ex pecunia, & ejus usu provenire non potest. Sanè Usuram rectè descripseris cum (15) Duareno, accessionem sortis esse, quam, propter usum pecuniæ, à debitore creditor exigit: Fœnori etiam à fœtu etymologiam esse, docent, quibus vocabula scrutari placuit, quasi Fœnus sit, quod pecuniam ex usu pecuniæ parit. Nec dissidet origo vocabuli Græci; etenim Usura Nostris Τόκος, *partus* dicitur, idque lepidè edisserit (16) D. Basilius cum (17) Nysseno. Quare Aristophanes, & ex eo (18) Suidas,

(11) *Lect. 24. per tot.*
(12) *Tract. 20. c. 9.*
(13) *Canone 10.*
(14) *Canone 20.*
(15) *Canone 12.*
(16) *Canone 2.*
(17) *Nota 7. in Antiochen.*
(18) *Nota 2. ad Gãgrens.*
(19) *1. Reg. c. 2. n. 20.*
(20) *Prover. c. 19. n. 17.*
(21) *Prover. c. 28. n. 8.*
(22) *Eccli. c. 29. n. 1.*
(23) *Ibid. n. 2.*
(24) *Deuter. c. 23. n. 19.*
(25) *Mat. c. 25. n. 26*
(26) *Cap. 22. n. 25.*
(27) *Cap. 25. n. 36.*
(28) *Ubi supra.*
(29) *Cap. 5. n. 7.*
(30) *Psal. 54. v. 12.*
(31) *Psal. 71. v. 14.*
(32) *Cap. 28. n. 8.*
(33) *Cap. 18. n. 13.*
(34) *In c. quia nonnulli de Usur.*
(35) *In c. 18. Nic. Conc. I.*
(36) *De simul. cõtract. nu. 16.*
(37) *In L. curabit §. 3. n. 13. et 14. Cod. de act. emp. & vend. fol. 115. inter tract. diverʃ. de Usur.*
(38) *In tract. de Usur. §. viverendi n. 28.*
(39) *De Usur. n. 61. & 68. fol. 95. & n. 70. fol. 96.*
(40) *In explicat. Can. Nicæn.*
(41) *De Synod. c. 51. ad fin.*
(42) *In Synop. jur. Græci tit. de Usur.*
(43) *Epist. Crit. de Moria Erasmi.*

(1) *Luc. c. 6. n. 35.*
(2) *In c. cõsuluit. c. quia in omnibus c. super eo. de Usur.*
(3) *In Synodico Taras. & Synod. Niceph. de Usura penes Cãpanas, ubi supra.*
(4) *In Sum. de vit. tom. 2. tract. de avar. c. 1.*
(5) *Ἐκ τῆς κακίας . . . Vulnere 8. sive de Avaritia.*
(6) *Variar. resolut. lib. 3. c. 1. n. 5.*
(7) *2. 2. q. 66. art. 1.*
(8) *In 1. sent. dist. 5. q. 1. art. 1.*
(9) *De Just. & Jur. lib. 6. q. 1. ar. 1.*
(10) *De Contract. qu. 2. concl. 2.*
(11) *In reg. peccatum de reg. Jur. in C.*
(12) *In . .*

das, usuram facetè dixit belluam quandam esse argentiparam, quæ perpetuò argentum, aurumque progignit. Quod & (19) Plutarchus notavit, Usurarum iteratam exactionem, quam Usuram usurarum dicimus, *παλιντοκίαν* appellans, quemadmodum eam *ἀνατοκισμὸν* (20) Cicero vocat. Vide, quæ de hoc Anatocismo (21) Carolus, & ex Nostris (22) Tipucitus, productâ ad id Juris (23) sententiâ, latè constituunt. Cùm igitur Fœnus inde sit, quòd pariat, sive quòd ad fœcunditatem pecuniam adigat, ad quam pecunia naturâ suâ inepta est, uti diximus, apparet, iniquitatem ipsius contra Naturæ Jus esse, quæ pecuniæ hoc peculiariùs tribuit, ut fœcunda pecunia esse non possit. Præterea duo mihi certissimi Juris sunt: Primùm, in Mutuo rem, quæ transfertur, statim in potestatem transire Mutuatarii, sive accipientis, quod patet ex ipso discrimine Mutuum inter, & Commodatùm. Secundum, non posse quempiam lucrum percipere ex re aliena invito Domino: & si quis quid lucri percipiat, eum contra Jus naturale acturum. Hinc autem manifestè infertur, creditorem ex mutuato lucrum aliquod percipere non posse, & si percipiat, iniquè agere, & contra Jus naturale peccare. Nec quidquam proderit, si dicas, adesse mutuatarii consensum; nam consensus necessitate expressus non est consensus; atque adeò, qui Mutuum recipit, tametsi pro Usurâ pacisicatur, censetur invitus, quare ex re inviti lucrum quæritur, cùm Fœnus ex Mutuo recipitur.

V. Confirmatur hæc ratio ex non minùs certo Axiomate à lumine ipso naturali nobis indito. Certum est, in pecunia, aliisque, quæ ad Mutuum deduci queunt, usum esse rei ipsius consumptionem, eumque separari à Proprietate, ipsâque re minimè posse. Quod utcunque in alia materiâ falsum contenderint meritò contra Joannem XXII. clarissimi ex sacra Fratrum Minorum familia viri, ut eruditè proponit, deciditque Dominus, & Magister meus Sapientissimus Silvester (1) Maurus è Societ. Jesu, tamen in hac Mutui materiâ manifestum est. Igitur lucrum quærere ex usu rei, est pretio vendere id, quod non est, vel rem ipsam pro re accipere. Quæro enim, creditor capit lucrum pro sorte, an pro usu sortis? Si pro sorte, iteratò pretium accipit sortis. Si pro sortis usu, cùm is non æstimetur, nec possit æstimari seorsim à sorte, bis ipsa sors venditur. Hoc autem quis non videat iniquissimum esse, & Jure naturali damnatum? Faciunt verba (2) Jureconsulti, queis cavet, nequis putet SC. id effectum esse, ut pecuniæ ususfructus proprius sit: nec enim, (3) inquit, naturalis ratio authoritate SC. mutari potuit. Cajo consonat (4) Justinianus noster affirmans, passim observatum esse, pecuniam usu ipso consumi. Eadem habes ex Jure (5) Sacro, & (6) profano, cui consentanea scribunt, post (7) Tipucitum nostrum (8) Bartolus, & (9) DD. fusè relati per (10) Tiraquellum. Ejusdem rationis nobis confirmationem sufficit (11) Aristoteles palam effatus, usum pecuniæ ejusdem esse consumptionem, ac dationem; retentionem verò, & acceptionem ejusdem possessionem esse, ut communis interpretatio fert ex Mente Eustratii,

1. in fin. de Usur.
(13) Synodico apud Campan.
(14) In Nomoc. tit. de Usur.
(15) In Tit. Cod. & Pandect. de Usur. c. 1.
(16) Hom. in Psal. 14.
(17) Homilia 4.
(18) In Lexico dict. Tόκος.
(19) In Problem. c. 131.
(20) Ad Atticum, lib. 5. Ep. ult. & li. 6. Ep. 1. 3. 4.
(21) De Contract. n. 44.
(22) Lib. 38. in Codic.
(23) L. ult. Cod. de Usur.

(1) In Tract. de Just. & Jur. q. 17.
(2) In L. 2. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consum.
(3) Lib. 7. ad Edict. Provincial.
(4) §. constituitur Inst. de usufruct.
(5) C. ult. de pignor.
(6) Auth. novissima C. de administ. tut. Auth. ut hi qui oblig. se haber. perib. res. min. l. Aristo §.

quam nequicquam reprobat (12) Tiraquellus. Etenim non solis Gallis licet Græca percipere, nec qui Græci sumus non accuratè perlecto Textu Græco Philosophi hæc in præsens attulimus. Hac interpretatione proinde retentâ, summus Philosophus confirmat, quæ diximus, quando si pecuniæ usus ipsa pecuniæ consumptio est, sequitur, usum pecuniæ vendi non posse. Ea propter ibidem (13) Aristoteles Fœnus turpem quæstum, ac turpem lucrum appellat, æquatque Fœneratores latronibus, depopulatoribus, ac Tyrannis, quod etiam (14) alibi dixit, testatus Fœnus vituperandum esse: additque rationem his solemnibus verbis: non enim id natura genuit, sed rerum ultro citroque contrahendarum ratio; jureque optimo in odia hominum incurrit, quoniam ipsa pecunia fructus ejus est: nec refertur ad permutandas res, cujus caussa comparata est pecunia. Et superiùs apertè censuerat, Fœnus vitium esse alienum à Natura. Nec mirum ita si Philosopho visum est, cum eadem sententia fuerit Trannioni servo apud Plautum. qui sic eum loquentem (15) inducit

Nullum edepol hodie genus est hominum tetrius,
Nec minus bonum cum Jure, quàm Danisticum.

Et M. Cato (16) *majores*, inquit, *nostri sic habuerunt, & ita in legibus posuerunt; furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. Quantò pejorem civem existimarunt fœneratorem, quàm furem, hinc licet æstimare.* Conatique sunt eam labem P.R. avetere sæpè, qui Reipublicæ præerant, nec defuere contentiones acerrimæ de Fœnore tollendo, ut refert (17) Appianus Alexandrinus. Tacitus (18) etiam narrat, sublatas fuisse Usuras decreto Senatus, ac Principis, quæ mox variis fraudibus exortæ paulatim, consuetudine leges vincente, ad centesimas pervenere.

VI. His omnibus ea ratio accedit, quæ ex dictis colligitur. Nam Jure Euangelico nihil aut præcipitur, aut vetatur, jure Naturali quod præceptum, vetitumve non sit; si ea tantùm excipias, quæ ad Fidei dogmata pertinent, & Sacramenta. Id, quod sapientissimè adnotavit (1) D. Thomas, & ante eum (2) Prodromus: atqui, ut ostendimus, Jure Euangelico vetantur Usuræ: Jure igitur naturali vetitæ sunt. Neque quidquam obstant, quæ ex Sacris Paginis ineptè, dementerque congessit Margunius, quippe vel impropriè ad naturam trahuntur Fœnoris, vel metaphoricè dicta sunt: Denique longè ab eo distant, ut Fœnus probent, quod certè si Juri, & Divino, & naturali contrarium est, non potest à Sacris Paginis commendari. Ut autem, quæ summatim, generatimque dicimus, singillatim proposita patentiùs evincant Marguniane stoliditatis nequitiam, age, breviter singula percurramus. Primò, quod ex libris Regum profert, ad rem nihil attinet: Ibi enim Heli de pecunia non loquitur, sed de Samuele, quem Deo à Parentibus devotum, oblatumque Fœnus appellat, ut intelligerent loco filii Deo dedicati redditurum eis Deum plures filios unà cum ipso, quemadmodum ultra sortem in Fœnore quæstus, & lucrum restituitur. Hinc etiam Sacer historicus commodandi verbo utitur, quà, ut se impropriè, & per quandam metaphoram

loqui

ult. ff. de Jur. deliber.
(7) Ad Tit. Cod. de Usur.
(8) Gloss. Bart. in l. 1. §. fuis quæsitū. ff. ad Trebell.
(9) Ibid. omnes.
(10) Lib. 1. de retract. §. 1. l. off. 7. n. 103.
(11) Lib. 5. Ethicor. c. 1.
(12) d. n. 103.
(13) Polític. lib. 1. c. 7.
(14) d. lib. 1. c. 6.
(15) In Mostellar. Act. 3. ant. fin.
(16) De Re Rustic. in princ.
(17) Lib. 1. de bell. civil.
(18) Lib. 5. Annal.

(1) 1. 2. q. 108. art. 1. & 2. & Quodlib. 4. art. 13.
(2) De Interpres. ad c. 73. Apost.

loqui significet, quando Commodatum à Mutuo longè distat; quà, ut, quod diximus, ingereret, non amissuros nimirum parentes filium, quem Deo dabant, eum in modum, quo qui commodat, quod commodat, non amittit, sed retinet. Cæterùm eo in loco de Fœnore vero non esse sermonem, apertum ex eo est, quòd cum Deo, qui minor est Deo, Fœnus exercere non potest. Nam Fœnus à Fœneratore potestatem rei mutuatæ transfert in Mutuatarium. At nullius rei potestas transferri in Deum potest, qui reipsà, & naturà suà rerum omnium Dominus est: quare, quemadmodum carere nequit rei ullius potestate, ita eam nequit acquirere. Atque hæc si Latinæ versioni stemus, quà utitur Margunius, nescio quo Jure, quàque constantia, qui sæpè eandem (3) detestatur: cæterùm si Græcus Textus audiatur, nihil inde pro Fœnore, quod prosit, elicies. Sic enim scribitur. ἀντὶ τ͂ χρέους, ὃ ἔχρησας τῷ κυρίῳ: *pro debito, quod reddidisti Domino.* Quapropter nulla mentio Fœnoris est: ut hinc etiam appareat, non licuisse Græco locum illum pro Usura proferre. Secundò, quod ex Proverbiorum loco depromitur, locutionis emphasim refert. *Fœneratur*, inquit, *Domino, qui miseretur pauperis*. Hoc est, reddet cum fœnore Numen, quidquid ex amore ipsius confertur in pauperes. Ducitur autem emphasis ex quadam veluti similitudine mutuantis ad usuram, & stipem erogantis pauperi ad percipiendam divinæ opem Clementiæ; nam quemadmodum qui fœneratur ex Mutuo, tum sortem, tum accessionem ad sortem petit, ita qui liberalitatem erga egenos exercet, tametsi nihil petat à paupere, ipso opere petit à Deo parem liberalitatem, & majorem; imò videtur exigere, quasi cogatur Deus clementiùs agere cum largo in pauperes eum in modum, quo, qui recipit ad usuram, cogitur plus, quàm acceperat, restituere. Tertiò, ex Ecclesiastico eadem omnino sententia est, eademque, & Phrasis, & Tropus locutionis. Nam cùm dicitur, *faciens misericordiam fœnerari proximo suo*, nihil aliud innuitur, nisi eum, qui opem indigenti fert, recepturum eadem, aut etiam majora, proximo illi opem ferente, si quando indiguerit. Neque enim adeò dementem arbitror quenquam, qui ea verba ita explicet, ut significent Fœnus necessarium Misericordiæ. Hinc statim jubemur, fœnerari proximo, hoc est, opem illi ferre tempore inopiæ, ut ex tali auxilio ipsi opportunè collato speremus fore, ut is, cui opem tulimus, ex gratitudine eadem, aut majora nobis indigentibus præstet. Sitque futuri beneficii, auxiliique præstatio quædam quasi Beneficii, auxiliique, quod præstatur, usura. Sic enervatur patrocinium ex versione Latina, quod videtur Usuris conferri: nam si Græcam sequimur, ut Græcos decet, nulla difficultas est, cum omnibus illis Locis de Mutuo, non de Fœnore mentio sit. Δανείζει inquit, θεῷ ὁ ἐλεῶν πτωχόν: *mutuatur Domino, qui miseretur pauperis*, ὁ ποιῶν ἔλεος, δανειεῖ τῷ πλησίον: *qui facit misericordiam mutuatur proximo*. Δάνεισον τῷ πλησίον ἐν καιρῷ χρείας αὐτοῦ: *mutuare proximo in tempore necessitatis ipsius*. Hinc (4) Turrecremata, qui D. Thomam testem producit, solidissimè comprobat, *fœnerari* in sacris Paginis pro *mutuari* sæpissimè poni. Quod patet ex illis (5) Ecclesiastici: *multi verò causa nequitiæ non fœnerati sunt*: Quibus nequitiæ accusantur, qui Fœnus non exercuere, quasi exercitatio virtutis, & Charitatis in Fœnore sit; quod certè ne ipse quidem Margunius asserit, fassus hic, & (6) alibi merum contractum esse. Jam quod ex Proverbiis secundò adsumitur, quantam ignorantiam, quantum dolum præ se fert! Dicitur ibi, *qui coacervat divitias usuris, & fœnore, liberali in pauperes congregat eas*. Quæ sententia clarior in Græco: ὁ πληθύνων τὸν πλοῦτον αὐτοῦ μετὰ τόκων, καὶ πλεονασμῶν, τῷ ἐλεοῦντι πτωχοὺς συνάγει αὐτόν: *Qui multiplicat divitias suas usuris, & redundantiis, misericordi erga pauperes congregat eas*. At Margunius Græcam interpretationem dedignatus, quippe dolis ineptam suis, vel Latinam ipsam à se probè corruptam provocat ad Usurarum tutelam. Nam diæresi quadam nusquam in sacris Paginis invenienda ita sententiam corrumpit, ut epitheton *liberalis*, quod ibi *substantivi*, uti ajunt, locum obtinet, partemque alteram sententiæ regit, ad Fœnus rejiciat; sic: *qui coarcevat divitias usuris, & Fœnore liberali, in pauperes congregat eas*. ὁ πληθύνων τὸν πλοῦτον μετὰ τόκων ἐλεοῦντος, εἰς πτωχοὺς συνάγει αὐτόν. Sed impietas corruptelæ ex ipsa vanitate sententiæ demonstratur. Quî enim is, qui coacervat divitias Usuris in auxilium pauperum congregat eas? Nemo hactenus inventus est, qui liberalem putaverit Fœneratorem, aut existimaverit unquam Fœneratorem cogitasse de Ope ferenda pauperibus, quos opprimit fœnore. At si, ut in sacris habetur Paginis, sensa Sapientis enuncies, apparet divinæ prorsus sententiæ Veritas experientià comprobata. Re enim verà, qui coacervat Usuris, & Fœnore sceleratas divitias, hæredi eas congregat liberali, qui profusiùs vel causa Virtutis eas pauperibus eroget, vel nepotinis sumptibus easdem ad pauperum manus rejiciat. Sumptus enim divitum in pauperum, opificum videlicet, auxilium cedunt; Quare acutè Harmenopulus noster eos Principes incusat, qui adeò comprimunt opulentæ Nobilitatis impendia, ut Dites cogantur inertibus uti divitiis, conditoque intra latebras arcarum auro inhiare: nam ὡς, (7) inquit, τὸ τοὺς πλουσίους χρημάτων δαπάνας ἀφειδῶς, τῇ πολιτείᾳ ἀκινδύνευτον, οὕτω τὸ φιλαργύρους αὐτοὺς φείδεσθαι τῶν ἀναλωμάτων, δυσκλεὲς μὲν αὐτοῖς, τῇ δὲ πολιτείᾳ φοβερόν. ἐντεῦθεν γὰρ ἐν τοῖς δημοτικοῖς πτωχεία, ἐπειδὴ, κατὰ τὸ ῥηθὲν, ὁ πλεκτάνῃ λαὸς, μὴ δαπανώσης συγκλήτου. *Quemadmodum, si divites nullis sumptibus parcant, impendebit regno periculum, sic, si avarè iidem sumptibus parcant, ipsis inglorium, Reipublicæ verò timendum. Hinc enim in plebe paupertas, quando, juxta adagium, non ditescet plebs, ni sumptum Senatus fecerit*. Patet igitur, quænam sit verborum germana, unica Sacrorum sententia, quantaque fides præstanda Margunio sit, metaphorica, & impropria ad proprietatem sermonis, propria verò ad ineptum sensum, Numinis verba sceleratissimè detorquentis: & in summa colligitur, nihil ex iis afferri, quod communi sententiæ Orthodoxorum fucum facere queat.

VII. Illud magis videtur premere, quod affert ex

(3) *In Notis ad Metaph. 5 Proœm. & in fin.*

(4) *In Sum. 14. qu. 4. n. 2.*

vers. ad tertium.

(5) *Cap. 10. n. 9.*

(6) *Nota 109. ad Trullan.*

(7) *In explicat. Constit. Leonis ad Novell. 4.*

Digitized by Google

ex Deuteronomio, ubi Divina Lex propriè loquitur, neque ullâ utitur dicendi metaphorâ, ut ex Græco patet sic sensa Numinis reddente: οὐκ ἐκτοκιεῖς τῷ ἀδελφῷ σου, ἀλλὰ τῷ ἀλλοτρίῳ: *non fœnerabis fratri tuo, sed alieno*. Quibus hercle Usura, quæ cum cive, & tribuli Judæis exercenda prohibetur, usurpandaque, permittitur habenda cum alienigenis. Unde ritè deduci potest, Usuram contra Jus naturale non esse, quando nemini aut licuit, aut unquam licebit, quod Juri naturali contrarium est, nec fas, asseruisse Jure divino permissum, quod Jure naturali damnatur. Verùm hæc difficultas, & vetustissima est, & pervulgaris, plurimisque responsionibus usquequaque refellitur. Celebriores do, veramque, ac internecinam constituo. Primò ajunt, iis verbis minimè permitti Usuras, sed quodammodo dissimulari ad malum majus evitandum, in quod certè Judæi ob duritiem, avidioremque Gentis cupidinem incidissent. Etenim si planè fuisset Fœnus vetitum, illud cum Gentilibus usurpassent sine discrimine, & cum maximo Reipublicæ undique hostibus obsessæ malo. Sic iisdem libellum repudii permissum, non, ut ajunt, *positivè*, & *authoritativè*, sed per quandam dissimulationem, quoniam Moyses ad duritiam cordis eorum permisit illis uxores dimittere, ut Salutis (1) Author asseruit. Hæc est responsio (2) Tarasii, quem secutus est (3) Nicephorus ejus successor, sequunturque ex Græcis (4) plerique. Eandem Latinis prætulit (5) D. Thomas, quem sequitur (6) Cajetanus, (7) Hostiensis, (8) Cardinalis, (9) Jo. de Anania, (10) Turrecremata, (11) Corradus, & (12) Soto. Sed ea, ut ingenuè fatear, non videtur admodum valida, quippe communis, quæque æquè omnia possit solvere, quare facile à Margunio contemnitur, diciturque κλωθώκα *Panacæa*. Adde, non probari hanc dissimulationem in re, de qua agimus, licèt in libello repudii certa sit. Nam de hoc adest Christi testimonium, in re autem nostrâ iisdem planè verbis, quibus Usura cum Judæis vetatur, conceditur cum alienis. Quare in eadem Numinis positione non videtur distinguendum ita, ut altera positionis pars authoritatem, dissimulationem altera conferat. Id, quod nobis videtur, & aliis visum, atque propterea secundam responsionem proponunt, ajuntque, ibi permitti Fœnus ineundum cum hostibus, qui nomine *alieni* ibi censentur. Porro Usuras ab hostibus petitas exactiones potiùs justas jure belli vocandas esse, quàm Usuras: exactiones verò peti justè posse ab hostibus. Docet hæc (13) Magister ex verbis Ambrosii, quæ tamen non esse sanctissimi Doctoris contendunt cum (14) Alensi (15) Gabriel, & (16) Carolus: sunt tamen, eaque reperies in libro de (17) Tobia. Quo fit, ut explanationem Gratiani secuti fuerint (18) Antoninus, Jo. (19) Major, (20) Romanus, (21) Hippolytus, (22) Soccinus, & cum (23) Corrado Joannes (24) de Medina. Hæc tamen responsio si universim sumatur, ut eam Romanus, Soccinus, & Hippolytus constituunt, falsa omnino est, & meritò rejicitur ab (25) Anania. Nam cum hoste inire contractum jure naturæ reprobatum, non licet: contractus enim non jure belli, sed jure Pacis celebrantur. Quapropter nec Mutui contractus pertinet ad jus belli: atque idcirco, si mutuum exigatur, non erit exactio jure belli justa. Quemadmodum non licet ab hoste justo pretio viliùs præstinari rem, quæ antequam in justo bello capiatur, propria est hostis ipsius. Atque hoc frequentissimo omnium consensu certum est. Fit ex his, ut eadem responsio nobis minimè placeat etiam arctioribus terminis proposita, quemadmodum eam probat Covarruvias (26) dicens, Usuras posse exigi ab hostibus in compensationem damnorum, quæ nobis inferunt. Nam hujusmodi compensatio ex bello pendet, ut manifestum est, Usura verò, ut omnes fatentur, quippe quæ ex Mutuo nascitur, qui contractus est ad Jus pacis pertinens, nullo modo ad bellum spectat: Quare non videtur posse licere, ex ullo compensationis prætextu, ab hoste Fœnus exigere. Igitur nobis maximè libet in eam sententiam ire, quæ difficultatem funditus evertit. Dicimus autem, non fuisse illis verbis Usuram Judæis permissam. Nam Usura esse non potest, nisi in mutuo, ut est certissimum: at nullum mutuum Judæos inter, atque conterminas Gentes esse poterat: igitur neque Usura. Secunda syllogismi positio sic probatur. In mutuo transfertur dominium, atque proprietas rei datæ in eum, cui datur; at rerum, quas mutuabantur, dabantque Judæi conterminis Gentibus, dominium in Gentes illas minimè transferebatur. Etenim eas Gentes Deus cum bonis, reque, & prole Judæis tradiderat, ut ex Sacris (27) Paginis constat, in quarum explanatione DD. asserunt, adeò populos illos Judæis ex Numinis supremâ potestate fuisse subjectos, ut illorum planè Servi essent, atque adeò quidquid acquirerent, Dominis ipsis acquirerent. Quemadmodum ergo Dominum inter, ac servum Fœnus constare nequit, quippe neque mutuum, neque ullus contractus; ita neque Fœnus ullum. Quod quidem inter Judæos, in quibus reipsa esse poterat, vetatur, non vetatur inter Judæos, & alienigenas, quia verum fœnus hos inter, & illos cedere minimè quibat. Sic imperans Deus (28) Judæis, ut commodata sibi per Ægyptos asportarent, non jussit furtum, sed illud innuit, commodata illa à se Judæis donata. Neque oberit, quòd in eo loco vocabulo Fœnoris utatur Deus. Nam sæpe ad sensum, usumque vulgi loquitur Numen, ut cùm pœnitere (29) se dicit, & (30) dolere, aliaque hujusmodi. Cùm igitur in iis negotiis Gentes inter, ac Judæos Fœnoris jactarentur species, licet Fœnus non esset, nomine Fœnoris Veritas occulitur illis tantùm agnoscenda, qui, quod jubemur sacra tractantes, scrutantur Scripturas. Hæc responsio penitùs vera est, & Græca est, licet eam à longè videantur attigisse post (31) Hostiensem cum (32) Corrado cæteri DD. cum Covarruvias loco laudato. Nam eam (33) Prodromus tradit his verbis: τοῖς δὲ ἰουδαίοις οὐκ ἔδωκεν ὁ θεὸς ἐξουσίαν τόκου, ἡ πλεονασμοῦ λέγων, οὐκ ἐκτοκιεῖς τῷ ἀδελφῷ σου, ἀλλὰ τῷ ἀλλοτρίῳ, ἀλλὰ ταῦτα λέγων ἠνίξατο, ὅτι αὐτὰς κατακτήσονται κυρίως τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας· διὸ ἐξὸν αὐτοῖς, ὁπόσον, τὰ τῶν ἐθνῶν χρήματα ἑαυτοῖς συνάγειν. *Judæis autem Deus fœnoris, & usuræ potestatem non fecit, cùm dixit, non fœnerabis*

(1) *Mat. c.19. n.8. Marci. c.10. n.5.*
(2) *In Synod. constr. Usurarios apud Cāpan. de vi Can. Schol. 37.*
(3) *In regul. reg. 93.*
(4) *Videdi apud Diplovat. in Synopsi. tit. de Usur.*
(5) *2. 2. q. 78. art. 1.*
(6) *Ibid. in Comm.*
(7) *In Sum. tit. de usur. §. in aliquo vers. octavo.*
(8) *In Clem. 1. de Usur. §. 1. q. 13.*
(9) *In c. 1. de Usur. col. ult.*
(10) *In c. ult. 14. q. 4.*
(11) *De Contract. q. 14. concl. 2.*
(12) *In locum d. D. Thom. arg. 1.*
(13) *C. ult. 14. q. 4.*
(14) *3. p. q. 66.*
(15) *In 4. Sent. dist. 15. q. 11.*
(16) *In Consuet. Parisien. §. 1. Glos. 9. n. 11.*
(17) *Cap. 15.*
(18) *2. p. tit. 1. c. 7. §. 2.*
(19) *In 4. Sent. dist. 15 q. 29.*
(20) *Singul 265.*
(21) *In l. 1. §. praterea n. 1. ff. de quæstio.*
(22) *In reg. accipere ultra sortē in fin.*
(23) *Ubi supra qu. 42. concl. 2. 3.*
(24) *De acquis. per Usur. §. ad 3. arg.*
(25) *d. c. 1. colon. ult.*
(26) *Lib. 3. variar. c. 1. sub n. 7.*
(27) *Exod. c. 23. n. 31. Numer. c. 14. sæpe & c. 21 n. 34. Deut. c. 1. à n. 7. & in eod. libro sæpe.*
(28) *Exod. c. 3. n. 21. & seq.*
(29) *Genes. c. 6. n. 7. & Jeremiæ. c. 26. n. 13. & 19.*
(30) *Genes. c. 6. n. 6.*
(31) *Ubi supra.*
(32) *Ubi supra.*
(33) *De Interpret. ad Tmillan.*

nerabis fratri tuo, sed alieno: at hæc dicens significavit, à se Dominos illos Terræ promissæ constitutos, quare illis fas erat, quocunque modo sibi Gentium res congregare,

VIII. Vides, quàm diversum à tuo, Marguni, sit Græcum ingenium, hoc, ut ab Orthodoxâ damnatum sententiâ Fœnus nihil à Sacris Paginis auxilii, patrociniive sacrilegè mutuetur, aut Latinis explanationibus facem præfert, aut præ Latinis interpretationibus sapit: At tuum Numinis corrumpit sensa, ut sacrarum Majestas literarum teterrimo crimini faveat, damnatamq; probet vel à fratribus tuis Photianis Usuram. Non enim verum est, non est verum, quod, Marguni, mentiris, probari à Græcia delirante, & Photiana Fœnus. Illud, vel eâ parte, quâ Photiana est, detestatur. Neque hoc dubium, si ii proferantur in medium, qui hactenus de Jure sacro scripsêre. Ero Margunius, si Fœnus ab uno Photianorum, alterove probetur, cùm contra omnes, quos producit Joannes(1) Lascares Rhyndacenus, illud palam ut impium, ut Jure divino damnatum publicè detestentur. Quo fit, ut neque Christi Parabola servis pecuniam committentis ad negotiandum quidquam Fœnori prosit. Etenim ea pertinet potiùs ad spiritalem virtutum usum, atque ad negotium Metaphysicum Gratiæ, de quo videnda, quæ acutè, & mysticè tradit moralis sacrorum eloquiorum explanator Gregorius (2) Dialogus. Deinde ibi nullo modo, etiamsi ad literam sensa loci revoces, Fœnus, quasi liceat, approbatur. Neque enim ibi de Usura propria sermo est: in qua usus ipse pecuniæ supra pecuniam æstimatur, & venditur iniquissimo contractu, sed de peculiari quâdam in pecunia negotiatione, quæ Italis *Banco*, Nobis *Τράπεζα* dicitur, in qua non pro usu, sed pro diminutione, ac mutatione Numismatum pretium capitur, & fructus. Constat ex ipso textu Græco, & Latino, ubi & mensa, & Numularii, qui latinè mensarii, & Argentarii nominantur. Denique si des, Eo in loco de vero, & proprio Fœnore agi, adhuc ex eo nihil ad Margunianæ sententiæ opem confertur: nam quod ait: *veniens recepissem utique, quod meum est cum usuris*, vim tantùm argumentationis præsefert: Quod manifestiùs (3) enunciat dicens: *serve nequam, ex ore tuo te judico: sciebas quòd homo austerus sum, tollens, quod non posui, & metens, quod non seminavi: & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens utique cum usuris exegissem illam?* ἐκ τοῦ στόματός σου κρίνω σε, πονηρὲ δοῦλε· ᾔδεις, ὅτι ἐγὼ ἄνθρωπος αὐστηρός εἰμι, αἴρων, ὃ οὐκ ἔθηκα, καὶ θερίζων, ὃ οὐκ ἔσπειρα· καὶ διατί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τὴν τράπεζαν, καὶ ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτό; Hæc Verba hanc argumentationem continent: Serve nequam, me avarissimum, ut asseris, existimabas: ergo & illud tibi cavendum erat, ut pecuniam meam ad partum adigeres, quo mihi morem avarissimo gereres: ut hinc pateat frustra à te excusationem desidię tuę peti, quam pœnę addico, non quòd Fœnori exercendo pepercerit, sed quòd pecuniam traditam ita otiosam reliquerit, ut inde nulla mihi utilitas justè, ut potuit, procurata sit. Hęc loci illius sententia, quam ne nostram putet Margunius, neu quis ex recentioribus Photianis, ut nostram, spernat, norit à (4) Palama traditam, imò ex Basilio, & Nysseno, & Cyrillo desumptam à Palama, ut eleganter, & doctè demonstrat videndus omnino (5) Diplovatacius. Eam porro quis putet ad laudem, vel approbationem Fœnoris facere, cùm ad redarguendam excusationem mancipii dumtaxat collimet? Denique Jure Euangelico Usuram damnari certum est ex relatis: *mutuum date, nihil inde sperantes*: quæcunque ergo videntur in Euangelio ad Usuræ laudem transferri posse, ea explicanda ita sunt, ne pugnent cum apertissima, ac receptissima Fœnoris damnatione.

(1) *In defensione Rituum Gręc. c. 8.*
(2) *Hom. 9. in Evang.*
(3) *Luc. c. 19. n. 22.*
(4) *Orat. 4. de Trāsfigur. & lum. Thaborio.*
(5) *In Synopf. tit. de Usur.*

IX. Novi quid Photiani recentiores respondeant, responderintque nuper pro Margunio. Verbis illis Christi non vetari Usuram, sed consilium dari. Quasi verò ipsorum sit, sensa literarum Sacrarum exponere, aut liceat cuilibet effata Numinis pro libito interpretari. Ea non ex privatâ sententiâ, sed ita accipienda, itaque intelligenda sunt, quemadmodum ea Orthodoxa exponit Ecclesia, ad quam divinorum Oraculorum interpretatio unicè pertinet, ut docet ex Nostris (1) Irenæus, ex Latinis (2) Tertullianus, & (3) Augustinus. Quin & ipsi hæretici hoc fassi sunt, videndusque ad hoc, si licuerit, (4) Brentius, (5) Calvinus, (6) Melanchthon. Jam nomine Orthodoxæ Ecclesiæ non veniunt privati ipsi, quibus constat Ecclesia, quemadmodum delirarunt adducti hæresium Principes cum (7) Luthero, quem sequitur Martinus (8) Chemnitius, sed eo nomine censenda sunt Generalia Concilia, ac Pontificum Maximorum decreta, ut solidissimè probat ex novo, & veteri testamento, ex praxi Ecclesiæ, assertionibusque Pontificum, Cæsarumque (9) Bellarminus; & constat frequentissimo Patrum calculo, Græcorum sanè, uti (10) Irenæi, (11) Athanasii, (12) Basilii, (13) Nazianzeni, (14) Chrysostomi, atque (15) Cyrilli, Latinorum verò videlicet (16) Tertulliani, (17) Cypriani, (18) Ambrosii, (19) Hieronymi, (20) Sulpitii, (21) Augustini, (22) Prosperi, (23) Lirinensis, (24) Gregorii Magni, (25) Anselmi, atque (26) Bernardi: sive etiam Synodica catholicorum Patriarcharum usu ab Ecclesia recepta, atque consensu cęterorum Præsulum approbata, quemadmodum latè probat ex relatis PP. Gręcis (27) Diplovatacius, & post eum (28) Lascares, novissimusque ipse (29) Margunius. Igitur ex tam multiplici authoritate utrunque certissimum est, verba, quæ sacris Paginis continentur, in eum sensum accipienda, quem ex interpretatione Ecclesiæ Orthodoxæ nacta sunt, hoc est ex interpretatione, aut Conciliorum, aut Pontificum, Synodicorumque universim receptorum. Porro superiùs ita constantissimè accepta ex horum omnium scitis ea verba Christi probavimus, ut usuræ crimen sub præcepto noxæ lethalis prohibeant. Quin imò, si quis ausit asserere, crimen non esse, nec fœnerantes peccare, is tanquam hæreticæ noxæ reus puniendus erit ex Jure (30) Latino, & (31) Græco: ut hinc pateat, qualem habere Græciæ liceat Margunium, qui disertè Fœnus numero criminum eximit.

X. Tue-

(1) *Lib. 3. c. 4.*
(2) *Lib. de prę̈scrip.*
(3) *Lib. contr. Epist. fundam. & lib. de util. credē. c. 14.*
(4) *In Conf. Virtēber. C. de Confess.*
(5) *Lib. 4. Inst. §. 3.*
(6) *In loc. Comm. c. de Ecclesia.*
(7) *In prę̈fat. Articul. Suor. & ar. 115. ex Collect. Coclęi.*
(8) *In Exam. Cōc. Trid. sess. 4.*
(9) *Tom. 1. contr. de Verb. Dei lib. 3. c. 8.*
(10) *Lib. 3. c. 2.*
(11) *Epist. ad solitarios.*
(12) *Epist. 52. ad Athan.*
(13) *Orat. qua se excusat. etc.*
(14) *Hom. ult. in Jo.*
(15) *Cit. à D. Thom. in Opusc. de error. Gręcor.*
(16) *Ubi suprà.*
(17) *Lib. 1. Epist. 3.*
(18) *Epist. 32. ad Valentin. Imper.*
(19) *Epist. ad Damas. de nom. hypost.* (20) *Lib. 2. Hist. Sacr. ex D. Martino.* (21) *Lib. 1. Contr. Crescon. c. 23. & Epist. 106. ad Paulin.* (22) *Lib. contra Collatorem.* (23) *In suo Commonitorio.* (24) *Lib. 5. Ep. 25.* (25) *De Incarn. c. 1.* (26) *Ep. 190. ad Innoc. & Ep. 189.* (27) *In Synopsi tit. de legibus* (28) *De versione 70. Interpret.* (29) *Nota 1. & 80. in Can. Apost.* (30) *In Clem. 1. §. ult. ubi Glos. vers. hereticum de Usur.* (31) *Ex d. Synodico Tarasii.*

Digitized by Google

X. Tuetur ille dementiam suam, post malè prolata ex Jure divino Argumenta, Civilium Legum effatis, in quibus se peritissimum (1) jactat, licèt reverà præter Nomocanonem Photii, & notas Balsamonis, nihil omnino ex Juris Prudentia Civilis audierit: mox tandem cur Usuras probaverit indicat his (2) verbis ἀλλὰ εἰς τέλος αὐτοὶ οἱ Λατῖνοι τὴν ζέρδω δοκιμάζουσι, καὶ δημοσίως κατασκευάζουσι τόπους, οὓς λέγονται ὄρη τοῦ ἐλέους, ὅπου ἔξεστι τῷ δανειστῇ καθεὶς μετὰ τόκων. *Demum ipsi Latini usuras probant, & publica loca constituunt, quæ Montes Pietatis appellant; ubi unicuique licet mutuari cum fænore.* Hæc Margunius, quibus tandem conficit, fœneratores ab Ordinibus Sacris non esse repellendos. Sed, quod attinet ad Jura civilia, (3) alibi fusè docuimus, ex illis nihil inferri posse, quod ad patrocinium Usurarum utile sit, conducatve: Quâ enim parte Usuras probant, ea iniqua sunt, antiqua sunt, & Jure Christiano penitùs abrogata. Quid quod ne mensæ quidem Danisticæ, seu Montes Pietatis licere, aut licere posse Fœnus ostendunt. Neque enim fides adhibenda (4) Anchahrano, qui non sine timore, & dubitatione ausus est asserere, authoritate Pontificiâ Fœnus licere, & permitti, id, quod solemniùs probavit (5) Alexander, Paulus (6) de Castro, Rochus (7) Curte, ac non nulli recentiores, arbitrati mensam Danisticam, seu Montes Pietatis pium quoddam, ac publicum Fœnus esse, & Potestate summi Pastoris permissum; & usu communi omnium Orthodoxorum probatum. Hæc enim opinio detestabilis est, manifestè falsa, & potestati sacræ injuriosa. Scilicet quod omni jure vetitum est, nullo modo fieri potest, ut liceat, tribuendaque est supremæ Potestati hæc nobilis impotentia, quæ facere non potest, ut liceat, quod omni jure nefas est. Docent hoc cæteri omnes cum (8) Corrado, apud quem alii. At, inquies, Montes Pietatis non ne Usurarum officinæ? Imò verò Pietatis publicæ sedes, quæ nullo modo ad Fœnus pertinent. Quare in eo mutuo Fœnus non permittitur; sed id mutui permittitur, quòd ibi Fœnus minimè fit. Et horum sanè Nostris nulla notitia, quare nec sermo: ut illos nobis Jure Græco tutari sit nefas, quod tamen neque illos improbat, nec poterit improbare. Si quis ex Photianis aliquid nosse cupit, quò cognoscat, quàm longè à Fœnore Montes istiusmodi absint, dabo solemnes DD. quorum uberrimis Commentariis Danisticæ mensæ natura à Fœnoris labe prorsus asseritur. Egere latè (9) Michael Timotheus, Paulus (10) Fuschus, Dominicus (11) Soto, (12) Cajetanus, Bernardinus (13) de Busto, Jason (14) Maynus, Paulus (15) de Castro, (16) Navarrus, Joseph (17) Angles, Ludovicus (18) Lopez, (19) Armilla, Michael (20) de Palatio, (21) Medina, Joannes (22) Lupi, Sebastianus (23) Medices, (24) Cassanæus, aliique videndi penes (25) Cenedo, quorum doctissimis rationibus manifestissimè evincitur, Mensas Danisticas authoritate publica sanctissimè constitutas ad opem miserrimæ paupertatis, quia in illis nulla nequitia Fœnoris. Atque de hoc dubitare nefas censeo, quando uti fas id, & pium Vaticana Veritas concedit, munitque supremæ potestatis Suffragio ex Diplomate repetito (26) Sixti IV.

(1) Not. 2. Nomocanonis in Proœm.
(2) Loco superiùs laudato.
(3) Respõ. an potestas Usurarum legitima esse possit.
(4) Cons. 243. n. 6.
(5) Cons. 1. 3. 107. lib. 2.
(6) Cons. 398. li. 3.
(7) De Cõsuet. fol. 14. col. 2.
(8) De Cõtract. q. 14 cõcl. 2. ex Clē. 1. de Usur. ubi Card. q. 15. & i c. per miserabilem. & in c. quanto de Usur.
(9) De Visitan. Eccl. lib. 2. tr. 8. c. 6.
(10) De Visitat. l. 2. c. 13. n. 32.
(11) De Just. & Jur. l. 6. q. 1. art. 6.
(12) Opusc. de Mõt. Pietat.
(13) In Defensor. Mõt. Pietat.
(14) In L. 1. lect. 1. n. 61. Cod. de Sum. Trin.
(15) Cons. 289. vol. 1. n. 2.
(16) In repet. c. 1. 14. q. 3. n. 04. & in Manual. c. 17. n. 213.
(17) Flor. Theol. in q. de Cãbiis pag. 289.
(18) In Instruct. Conscien. 2. p. c. 59.
(19) In Sum. ver. excõmunicatio §. 74.

(27) Julii II. (28) Innocentii VIII. (29) Pii II. (30) Gregorii XIII. quorum decreta recenset, post Cenedo loco laudato, (31) Bursatus. Et ratio idipsum commendat. Etenim Usura non est quidpiam exigere ratione periculi, recuperationis, difficultatum, vel impendii, quæ erunt, vel metuuntur in Sorte recuperanda. Pretio enim æstimari potest hoc ipsum, quod quis in tale periculum se se conjiciat, ut docent validissimis argumentationibus Morales Theologi penes (32) Coninchum. Quapropter, si periculum, difficultates, & expensæ deducantur vel expressè, vel tacitè in pactum, ut ad evitandam fœnoris labem necessarium docent (33) Laymanus, & Cardinalis (34) de Lugo secuti Medinam, Valentiam, Molinam, & Lessium, contractus extra usuræ aleam erit. Qua ratione Mensas Danisticas, quas contra Margunii sannas tuetur Veritas, à nota fœnoris eximunt (35) Toletus (36) Lessius, & (37) Bonacina.

XI. Ex his constat, Fœnus crimen esse, & quidem omni Jure obtinente prohibitum, Capitale etiam illud superiùs demonstravimus, unde sequitur, fœneratorem abigendum procul à Sacris, recensendumque inter ineptos Ordinibus. Idem dicendum de adulterio, propter criminis enormem scilicet gravitatem, qua fit, ut jure (1) Divino, & Civili (2) novo pœnæ capitali subjiciatur, certis in casibus etiam permissum sit, privatâ authoritate adulteros trucidare: quod an licuerit, disputo alibi (3) opportunè. Hinc appositè, & meritò inter Capitalia crimina recensetur, impedimentumque Ordinum facit ex delicto. Id, quod Nostris confirmat Apostolorum (4) decretum, & Synodus (5) Ancyrana, Latinis verò (6) Eliberina, & (7) Ilerdensis. Sed nimius essem, si omnia crimina, quæ Capitalia dicuntur, habenturque, singillatim percurrerem, Ut rei, de qua agimus, utilem summatim, generatimque operam demus. Cætera Capitalia duas abeunt in Classes. Et hæc quidem contemptu Sacramentorum fiunt, illa verò contemptu Ecclesiæ, Sacræque potestatis. Ex prima classe iteratio Baptismi, alteriusve ex his Sacramentis, quæ iterari non possunt, Capitale scelus est, atque ab Ordinibus palam repellit. Scilicet ex ea iteratione contemptus propalam Sacramenti oritur, imò sacrilegè ratio Sacramenti violatur; atque ea propter jure à Ministerio rejicitur eorum, quæ contempsit scelestus contemptor, & impius. Neque de hoc dubitare fas, Latinis (8) Theologis omnibus id affirmatè fatentibus, idemque Nostris ingerente Apostolorum apertissima (9) Lege. Eadem ex classe Baptismum passus ab hæreticis Capitale perpetrat scelus, quod impedit, quominus Ordines rectè suscipi queant. Quod Nostris in dubium revocare nefas, ex Authoritate (10) Apostolica. Contemnit enim Sacramentum, qui valiturum sanè, impiè tamen ab impio Ministro suscipiendum existimat. Denique eâdem ratione interdicitur Ordinibus Sacris illi, qui per saltum, ut ajunt, omisso nimirum ex Ordinibus quopiam, ad superiores provectus est Ordines, si statim in eo, quem omisit, Ordine ministravit. Id enim manifestam eo modo provecti audaciam ostentat, contemptumque Sacramenti jactat penitùs detestandum; quemadmodum

(20) De Contract. lib. 3. c. 4. pag. 197.
(21) C. de restit. fol. 152.
(22) In c. navigãti §. 3. de Usur. n. 80.
(23) In Summa peccat. 1. p. tit. 6. q. 106.
(24) In Consuet. Burgund. rub. 4. §. 23. col. 771.
(25) Ad Decretal. Collect. 41. n. 2.
(26) Dat. 18. Kal. maji 1472 & alia data 4. Non. Julii 1479.
(27) Data Põtif. sui anno 8.
(28) Data 8. Kal. Decem. 1486. & alia Data Kalen. Junii 1488.
(29) Data 3. Junii 1463.
(30) Dat. Idib. Octob. 1563
(31) Cons. 60. vol. 1. n. 27.
(32) Dub. 3. q. 3. p. 5.
(33) Tom. 4. lib. 3. c. 16. n. 9.
(34) De Just. & Jur. disp. 25. Sect. 3. n. 8.
(35) Lib. 5. Instruct. c. 18.
(36) Lib. 2. de Just. & Jur. c. 20. d. 13.
(37) q. 3. part. 13.

(1) C. 8. Joan. 5. Levit. c. 20. n. 10. Deut. c. 22. n. 22.
(2) §. si quando

dum

Digitized by Google

dum Prodromus (11) inter Nostros, ante Latinos omnes, prudenter, ac sapienter pronunciavit, hæc scribens. εἰ δέ τις ἀπολιπὼν τοὺς κάτω βαθμοὺς εἰς τοὺς ἄνω ἀνέλθῃ, καὶ διάκονος γένηται, καὶ ἐν διακονίᾳ λειτουργήσῃ, μὴ χειροτονηθεὶς ὑποδιάκονος, οὔτε ἡ θέμις ἐν τούτῳ λειτουργεῖν, οὐδὲ ἀνωτέρω προχωρεῖν· τῶν γὰρ μυστηρίων λοίδορος πῶς ἄξιος ἐν μυστηρίοις τὴν χεῖρα προσφέρειν; *Quòd si quis, omissis, qui inferiùs sunt, Ordinibus, ad superiores ascenderit, & Diaconus renuncietur, & in Diaconi Ministerio fuerit, non acceptâ Hypodiaconi dignitate, hunc nefas exinde ministrare, aut ad superiora provehi, nam corruptor Sacramentorum, qui dignus Sacramentis manum admovere?* Hęc Prodromus, quæ opportunè hic dedi, quò validiùs proterviam Coresii (12) refellam Latinos deridentis ob irregularitatem promoti per saltum, cùm hunc longè ante Latinos Græcia cognorit, ac tanto Authore censente probarit. Venio ad alteram Classem, quæ ex contemptu Ecclesiæ rejicit ab Ordinibus. Ex hac Violator, contemptorque Ecclesiasticæ pœnę, quam Censuram dicimus, Capitalis delicti reus est. Etenim qui pœnam sive lege, sive vivâ potestate sacrâ irrogatam violat, quæcunque illa sit modò gravis, quæque non nisi gravibus delictis irrogatur, is Ecclesiam spernit, ne dicam non audit. Qui autem Ecclesiam non audit, nedum spernit, is tanquam Ethnicus, & Publicanus habendus est ex Christi (13) præcepto, hoc est, ut cætera omittam, infamis censendus est, quales Judæi Publicanos arbitrabantur, ut supra in loco probavi: Jam infamia etiam post emendatam vitam, expiatumque scelus, propter quod irrogata est, non aboletur, ut sæpe docui, unde sequitur, violatorem Censuræ ab Ordinibus esse penitùs repellendum.

anthē. ut nulli indic. liceat col. 9. Glos. in l. 4. §. adulterii ver. recipiendi ff. de re milit. Glos. 1. in l. Claudius ff. de his, qui ut indig. (3) Respons. an Adulterii accid. liceat. jur. privato. (4) Canone 60. (5) Canone 20. (6) Canon. 7. & 18. (7) Can. 3. (8) Vide Filiucc. tract. (9) Canon. 47. & 67. (10) Canone 46. (11) De Interpret. ad Can. Apost. ad Can. 47. (12) In Synops. ... ad Can. Apostolor. 4 (13) Mat. c. 18. n. 17.

SECTIO VIII.

De Animali, sive de Libidinis Crimine.

SUMMARIUM.

I. *DD. & Conciliorum Latinorum sensa circa Capitale peccatum explicantur, ad retundendam Photianorum audaciam.*
II. *De crimine Animali. Sodomiam obicem Ordinum esse: hancque reprobari à Latinis.*
III. *Incestos repelli ab Ordinibus Jure Græco.*
IV. *Refelluntur Hostes Græcorum hoc inficiati, & Margunius docens incestum à Latinis probari. Ostenditur oppositum.*
V. *Concubinarios à Latinis recipi ad Ordines, idque malè à Græcis damnari.*
VI. *Non semper optimum eligendum esse, & ad hoc ratio.*
VII. *Non semper Ecclesiæ rigorem placuisse, sæpe & misericordiam, idque optimum ostenditur.*
VIII. *Refelluntur calumniæ Coresii contra Latinos, & Explicatur locus Toletani Concilii I.*
IX. *Non damnari à Latinis Sacerdotes Græcos, quòd uxores habeant: id tamen ostenditur non esse juxta mores priscos Ecclesiæ.*
X. *An ex Pœnitentia obex Ordinum oriatur. Refertur Sententia Margunii.*
XI. *Describitur duplex Pœnitentia publica, & Solemnis.*
Ex hac oriri Ordinum obicem.
XII. *Rejiciuntur argumenta Margunii.*
XIII. *Sententiam nostram à Photianis recipi. Philothei dementia in Apotheosi Palamæ damnatur.*

I. HÆc de Capitali peccato, quod etiam sæpe mortale appellatur à priscis: atque hunc in modum intelligendus est Isidorus (1) affirmans, morem esse, ut sordidati peccato mortali ad Ordines minimè provehantur: itidemque, ab eo, qui post susceptos Ordines mortalis peccati reus factus est, sacrum exerceri ministerium non posse. Consonat Valentinum (2) Concilium sub Damaso celebratum, Imperatoribus Valente, & Valentiniano circa annum Christi CCCLXXIII. illis Infulæ, cæterisque Ordinibus sacris interdicens, qui se mortali pollutos crimine faterentur, cui adstipulatum est (3) Agathense sub Symmacho, anno itidem Christi DVI. actum in Narbonensi Provincia, ubi statuitur, Clericum, qui Capitale crimen patrarit, exauthorandum, conjiciendumque in Cœnobium. Eodem nomine Capitalis utitur (4) Eliberinum ad significandam Apostasim, eandemque significationem extendit ad homicidium, & alia superiùs exposita, cùm eandem pœnam omnibus illis incutiat, & æquè omnes à sacra Eucharistia, vel in Vitæ confinio ipsius, severitate sanè nimiâ, sed fortassis ea tempestate ex circumstantiis & justâ, & opportunâ, rejiciat. Quæ sanè dicenda erant, & minutiùs enucleanda, ne severissimi Photianorum Antistites nobis tàm sæpe Latinorum Conciliorum decreta, quæ ne intelligunt quidem, objiciant, confecturi; Latinos ab antiquâ Ecclesiæ disciplinâ jampridem descivisse, quando potestatem Ordinum faciunt iis, qui lethaliter peccavere. Jactat id ubique Margunius tàm effronti temeritate, ut affirmare non dubitet, à Latinis neminem admitti, adscribique sacris Ordinibus, qui non priùs lethale aliquod facinus perpetrarit. Quare sic (5) conficit.. ἀπὸ διαφέρουσι τὰ ἔθη τῶν λατίνων ἀπὸ τὰ παλαιὰ, ὅταν ἡμεῖς ἦμεν ἡνωμένοι, καὶ τοῦτο σημεῖα τῆς αὐτῶν ὑπερηφανείας. *Adeò Latinorum mores à priscis illis, cùm Pax inter nos colebatur, descivere.* Sed his, ex hactenus explanatis, facilis responsio est, quæ ignorantiam Margunii patefacit apprimè. Nimirum prisci Mores non omnes lethaliter criminosos abigebant à Sacris, eos tantùm arcebant, qui Capitalia, & in hac significatione mortalia crimina perpetrassent. Quod licet ex dictis pateat patet attamen ex authoritate ejus, in cujus verba jurat (6) Margunius. Nam (7) Photius. Ἡ δὲ μετάνοια, inquit, ἐξαλείφει τὴν τῆς ἁμαρτίας αἰσχύνην παντελῶς οὐ πάσης. ἔνια γὰρ τῶν καὶ θανατηφόρων ἁμαρτημάτων διὰ ταύτης ἐξαφανίζεται· ἔνια δὲ καὶ μετ᾽ αὐτὴν μένουσι κατὰ τὴν ἀσχημοσύνην, καὶ ταῦτα πάντων φορτικώτερα βρίθουσι τὴν ψυχὴν, καὶ τῶν βαθμῶν τῆς ἐκκλησίας ἀπείργουσι· λέγονται δὲ κατ᾽ ἐξοχὴν κεφαλαιώδη, καὶ θανάσιμα. *At pœnitentia non omnis peccati turpitudinem omnino tollit, quædam enim lethalium criminum per ipsam penitùs evanescunt, quædam autem, quâ parte impudentiam explicant, manent: Atque ea omnium gravissima premunt animum, & Ordinibus abstinent Ecclesiæ: appellantur autem*

(1) Lib. 2. de Divin. offic. (2) Can. 4. (3) Canone 32. (4) Can. 1. (5) Not. 3. ad Concil. VIII. (6) Nota 7. in Proœm. (7) In Synodico apud ipsum Margun. not. 1. ad Ancy. & ap. Cap. de ult. Ca. ad Ancyr.

Digitized by Google

per excellentiam Capitalia, & Mortalia. Quid his ab ipso Margunio relatis reponere queat Margunius, non video, cùm Doctor ille Universi Terrarum Orbis (hoc nomine censetur penes (8) Margunium pessimus Eunuchus ille) eadem constituat, quæ Latini, fassi abigendum ab Ordinibus eum, qui priscis Moribus abigebatur, eum nempe, qui Capitalium criminum reus esse convincatur; contrà verò, qui, lethalia licèt crimina perpetraverit, si tamen non Capitalia, post exhaustam indulgentiâ Numinis culpam criminis, recipiendum ad Sacra. Adeò falsum est, à Latinis non nisi criminosum admitti, quod siquis dixerit, apertè mentitur, reclamantibus nimirum Latinis omnibus, & putidam calumniam execrantibus, unàque colligentibus, quàm fœdè à priscis Græciæ Moribus illius Photiani desciverint, quæ de se magna, de reliquis nihil, aut clementer judicabat, magno scilicet nobilis jactantiæ argumento, quod Vitium non nisi ex Virtute est, qualem hac tempestate in Latinis fateri cogimur, quorum generosâ superbiâ in eo est, ut, cùm se Græcis majores norint, sua laudent, Nostra minimè vituperent, contemptâque Photianorum ignorantiâ, nequitiâque, Græciam miseram affirment, non malam.

(8) d. nu. 147.

II. Sed de Capitali peccato peractum esto; Animale crimen aggredimur, quod non ita accipimus, ut ad omne crimen animum labefactans pertineat, quemadmodum Balsamon sensit ineptè, & fatuè, cui non minus ineptè subscripsit Scholiastes Harmenopuli, sed ut illud crimen significet, cujus similitudo, quamvis innocenter expressa, vel in brutis animantibus fœda est, propereaque animale peccatum dicitur. Scilicet de non legitimo coitu agimus, & quodcunque libidinis crimen ad actum externum deductum, atque omnino perfectum, non tantùm cœptum, quod attinet ad Ordines Sacros, consideramus. Et de eo libidinis scelere, quod contra Naturam est, nemo sanæ mentis dubitaverit, an à Sacris abstineat; cùm omnino sit certum, eum, qui plusquàm belluina libidine Leges naturæ violat, Sacro Ministerio abstinendum. Id penes Latinos communi calculo asseritur, quamvis Aretinus id ex Juris rigore minimè probari doceat, quòd nusquam hic Ordinum obex Jure constituatur. Verùm tàm futili objecto facilis responsio est: Sacrorum Canonum verecundiam subticuisse, quod nec nominare decet. Cæterùm satis, superque ex ipsa reticentia deduci, quod nempe docemus, quum ii Canones, qui libidinis haud nefandæ crimina ad vim repellendi ab Ordinibus adsumpsere, potiori jure eam putandi sint concessisse nefandæ Veneris detestando flagitio, de cujus gravitate multa multi tradidere, & præsertim (1) D. Thomas post Cæsarei (2) Juris effata, quæ ad id congerunt eruditè Matthæus (3) Afflictus, Paulus (4) Parisius, Lucas (5) de Penna, & Didacus (6) Covarruvias, quorum sententiis addenda sunt, quæ de turpissimo crimine Prisci scripsere. Videndusque Valerius (7) Maximus de hujus criminis pœna multa veterum exempla commemorans, maximèque laudans C. Marium, ejusque disciplinam, cujus meminit etiam Quintilianus, & Plutarchus, Eadem, & alia profert Aymarus (8) Rivallius in explicatione Legis Scatiniæ, de qua (9) Juvenalis, & (10) Tertullianus. Sanè sacrilegum erit arbitrari, ab Ecclesia dignum Sacris Ordinibus reputari eum, quem ipso Jure infamem esse Lex (11) utraque jubet, quem Jura Civilia post damnationem intestabilem voluere, ut tradit (12) Speculator, imò etiam ante damnationem, & accusationem, ut docet Anastasius (13) Platus, Guillelmus (14) de Benedictis, (15) Decius, aliique, quos refert (16) Covarruvias. Quem denique publicatione bonorum puniunt ex effato (17) Glossographi, capite plectunt, incendioque addicunt; de quo extat (18) nobilis constitutio Christianorum Cæsarum Valentiniani, Theodosii, & Arcadii. Ea propter, damnata Aretini sententia, qui sæpè eam notam inter IC. meretur, quam inter Theologos Durandus infeliciter, ut ajunt, singularis, hanc, quam præjecimus, assertionem comprobant omnes, secuti Antonium (19) de Butrio, & (20) Scribentes, quos probat suffragio suo (21) Bellenzonus post (22) Speculatorem, (23) Hostiensem, (24) Jo. Andream, (25) Archidiaconum, (26) Dominicum, & (27) Præpositum, quibus adstipulantur Marianus (28) Soccinus, (29) Lambertinus, (30) Bertachinus, atque (31) Rebuffus. Quos omnes non ad pompam enumero, sed ut audaciam Photianorum redarguam, qui præcinente (32) Margunio, Solemnemque agente syllabum mendaciorum, ex Epistolis Nectarii (33) Abbatis Casulani, & Georgii (34) Corcyrei Archiepiscopi, putant Sodomiæ crimen, nec inter gravissima à Latinis haberi, nec ea inter, quæ ab Ordinibus Sacris rejiciunt, recenseri; cùm tot Doctoribus prolatis in medium, contrarium manifestum sit: Jure nimirum Latino nefarios istiusmodi homines, etiam post expiatum scelus, & ab Ordinibus suscipiendis arceri, & ab acceptorum usu, aut spe ulteriorum penitùs abstineri, Id, quod cum totâ Græcia faterentur Photiani, rejectis nequissimorum Nebulonum calumniis, si aut legere Latinorum scripta possent stolidissimi hominum, aut pervicacissimi Mortalium suo judicio, non alienis obtrectationibus Latinos metiri nollent, quorum doctrina, quorum dogmata ab omni labe adeò sunt procul, ut qui ea damnaverit non unius, sed utriusque Ecclesiæ Mores damnet, oporteat. Hinc vir doctissimus Veccus, qui scilicet olim Photianus tanto erga Latinos odio exarserat, ut eos Canes, ac Dæmones, denique hostes Dei propalam appellaret, quin imò, ne initam cum Latinis à Græcia pacem in Lugdunensi Concilio confirmaret, flagella, & verbera passus carcerem tulerat, ubi Blemmydæ Commentarios perlegit, Latinorumque sententias penitùs introspexit, eas adeò probavit, ut non modò, ne aliquatenus eas damnaret, exilium, exauthorationem, carcerem, mortemque in vinculis ærumnosam sanè, sed beatissimam maluerit, verùm etiam scripto, quà licuit, easdem confirmarit, Quapropter Græciæ, cujus præerat Sacris, cujus nequicquam consulebat felicitati, cui necessariam quietem, atque concordiam suadebat, eloquentissimè scribens. ὁρῶ δὲ, ait, (35) ὅτι διὰ τὸ ἐν ὑμῖν ἔγκλημα ταῦτα οἱ πολλοὶ σοφιστεύουσι, καὶ τοὺς Λατίνους ὡς μοίχους, καὶ κακοδόξους, καὶ ἑτεροδόξους καταδικάζετε. Κἀγὼ δὲ πέπονθα τοιοῦτον, καὶ ἀνάξιος

ὀργὴ

(1) 2. 2. q. 154. art. 11.
(2) In c. nefas, & c. adulterii 32. q. 7. c. Clerici. de excess. Prælat. l. cum vir nubit in feminam Cod. de adult. c. infames. 3. q. 7. l. 1. §. removet ff. de postulan. Authen. ut nõ luxurietur. cõtra naturã. col. 6. §. 2. Instit. de publ. Judic. c. in Archiepiscopatu de raptor. c. ut Clericorum. de vit. & honest. Cler.
(3) In Cõstit. Reg. Neapol. li. 3. rubr. 42. nu. 10.
(4) Cons. 16. lib. 4.
(5) In l. 3. col. 3. Cod. de Excus. l. 12.

(6) In Epit. ad 4. Decret. 2. p. c. 7. §. 5. n. 6.
(7) Lib. 6. c. de Pudicitia.
(8) Lib. 3. hist. Jur. Civil. c. de l. Scatinia.
(9) Satyra 2.
(10) Lib. de Monogamia.
(11) d. l. cum vir, ubi Glos. d. l. 1. §. removet; & ibi Glos. d. c. infames.
(12) Tit. de Instr. editio §. cõpendiose vers. 13.
(13) Inter Cons. Barbat. Cons. ult. lib. 1.
(14) In c. Raynutius, de testam. vers. mortuo jam testatore n. 134.
(15) In l. 1. C. de sec. nup. n. 8.
(16) In Clem. si furiosus p. 1. §. 1. nu. 6. post med. de homic.
(17) C. secundum leges de her. in 6.
(18) Lib. 9. Cod. Theod. tit. 7.
(19) In c. nisi cum pridem §. 1. de renunciat. & in c. ult. de temp. Ordina.
(20) In d. c. ult. de temp. Ordin.
(21) In Apostol. ad Abb. in c. Clerici de ex-

φορὸς συνίζησιν τοῦ Παύλου τῶν ἐθνῶν τοῦ μεγάλου διδασκάλου, ἐν τῷ πλημμελῆσαι αὐτῷ πειρόμενος, ἐδίωκον τὴν ἀλήθειαν ὑποδίδωμι τῇ ἀμαθεῖ· ὅταν δὲ ἤρεσεν τῷ ἐκλέξαντί με ἐκ γαστρὸς τῆς τετοκυίας με, τότε μαθὼν ἅπερ ἠγνόουν, καὶ ἅπερ τοῖς πᾶσι γνωστά, οἶδα, κατέλαβον, παντελῶς ἔγνων, ὅτι ἄμωμος ἡ πανταχοῦ ἐκκλησία, καὶ δὴ ἐν ἅπασιν ἡ τῶν λατίνων. τούτων τὰ δόγματα συμφωνεῖ τοῖς ἡμετέροις, καὶ τῶν πατέρων ἡμῶν τοῖς ἀποφάσεσι συγκροτεῖ· οἱ οὖν ταὐτὰ διδαχθέντες, ταὐτὰ λέγοντες, ταὐτὰ δογματίζοντες τί μεριζόμεθα, καὶ χίζομεν τὴν ὁμογνωμοσύνην θρησκείαν; *Video propter ignorantiam vestram ex vobis multos ineptis sophismatibus decipi, & Latinos, quasi molles, & malignos, & dogmatum falsorum authores detestari. Ego quoque idipsum sum passus, &, licet minimè dignus, qui comparer cum Gentium Doctore Magno Paulo, tamen in iis, quæ ad crimina spectant, eidem simillimus persequebar Veritatem victus ab ignorantia. Cùm verò placuit ei, qui elegit me ex utero matris meæ, tunc eorum gnarus, quæ ignorabam, quamvis omnibus nota, didici, percepi, & penitùs agnovi, castam ubique Ecclesiam esse, & omnis expertem labis, inter omnes autem Ecclesiam Latinorum. Horum dogmata consonant Nostris, & Patrum nostrorum effatis. Qui ergo eadem didicimus, eadem dicimus, eadem docemus, cur nempe dividimur, & scindimus idem sentientem religionem?* Hæc Veccus non in Angulo scribens, aut privatos homines commonens, sed ex ipso Apice Græciæ, coram Græciâ universa, veritatis tutelam agens; ut ex illis cuicunque non penitùs perditæ pervicaciæ homini liceat colligere, Latinam Ecclesiam illibatorum dogmatum parentem esse, atque adeò nefandæ libidinis aliquando reos communi Ecclesiæ utriusque suffragio sacris Ordinibus abstineri.

cess. Prælat.
(22) *Tit. de dispens. §. juxta. n. 17.*
(23) *In d. c. nisi cùm pridè. §. 1.*
(24) *Ibid.*
(25) *In c. de his 2. 50. dist.*
(26) *Ibid.*
(27) *In d. c. de his.*
(28) *In c. ad audientiam. de hom. n. 27.*
(29) *De jure patr. 1. p. lib. 2. qu. 9. art. 18. n. 4.*
(30) *In tract. de Episc. 1. p. l. 2. q. 30.*
(31) *In tract. de pacif. possess. n. 208.*
(32) *Nota 108. ad Trullan.*
(33) *Ep. 1. ad Georgiũ Corcyren.*
(34) *Ad Basil. Camaterum Patriar. CP. Ep. 4.*
(35) *In Epist. Encyclica inter MS. Latinii vide Tejim. Græciæ in Vecco.*

III. Eodem Jure tenetur Incestus: fit is ex damnato concubitu cum consanguinea intra quartum gradum penes Latinos, intra septimum penes Græcos, qui Antiquitatem secuti novo Jure, non sine causa, & ratione Latinis per Concilia (1) Lateranense IV. & (2) Tridentinum indicto minimè utuntur. Nam Incestum à Sacris arceri Jure Græco certissimum est, primò, quòd Græci minoris libidinis reos repellendos censent, ut ex dicendis patebit. Deinde, quòd, ut Antiquiores prætercam, quorum nomina recenset (3) Caryophyllus, vir eruditus, & pius, Archiepiscopus Iconiensis, id palam affirmant, quotquot Jus Canonicum in Græcia receptum delibavere ex Nostris. Nam (4) Balsamon scribit. τὴν ἀνίκεστον μοιχείαν τῶν ὁμαίμων, καὶ κατ' ἐπιγαμίαν οἰκείων ὁ βασιλικὸς νόμος βδελύττεται, ἡ δὲ Ἐκκλησία καταρᾶται, καὶ οὐδ' εὐλογεῖ, οὐδὲ εἰς τὰ θεῖα προσάγει. οὐ γὰρ χειροτονεῖν ἔξεστι τὸν ἀνικέστως γαμήσαντα, ἤτε μοιχεύσαντα. *Incestam libidinem consanguineorum, vel affinium detestatur Lex regia, diris verò eam devovet Ecclesia, neque sacrarum suffragia cæremoniarum eidem impertit, neque enim licet incestè conjugium celebrantem, vel incestè cum agnata, cognatave congressum Sacris initiare.* At Aristenus (5) ante Balsamonem: Ἀκούω, inquit, ἐν ταῖς κατὰ τὴν ἀνατολὴν μερικαῖς πόλεσιν, ὅτι οὐ τιμωρεῖται ἡ ἐπὶ συγγενεῖ πορνεία, ἀλλὰ τοῦτο οὐ δέχεται οὐδὲ νομικὸν δόγμα, οὐδὲ κανονικόν· Παντελῶς γὰρ ὁ νόμος ταύτην ἐπὶ μεγάλῃ τιμωρίᾳ παραιτεῖ, ἥτε ἐκκλησία ἀναθεματίζει, οὐδὲ ἐπὶ μετανοίᾳ τὸν τι τούτων πράξαντα ἄξιον ἱερατικῆς τάξεως νομίζει. *Auditur autem in quibusdam Orientis Urbibus non puniri, sed permitti Incestum. Sed hoc non recipit neque Legis sententia, neque Canonica constitutio. Nam omnino & Lex hac interminatione maximarum pœnarum vetat, & Ecclesia subjicit Anathemati, neque post expiatum crimen eum, qui talia perpetrarit, dignum sacro Ordine putat.* Et ante Aristenum Psellus (6) Metaphrasten qui laudavit, virum illum venerabilem commendans narrat, cùm in Urbem Principem morum labes maxima undecunque ex hæreticorum colluvie irrepsisset, & ea inter cæteras, qua videbatur licere affinem, aut consanguineam juxta leges Romanorum priscas, hoc est Gradibus consanguinitatis, affinitatisque ad numerum personarum, non cognationum redactis, uxorem ducere, religionis amore inflammatum, divinoque Numine afflatum, Ambonem ascendisse, indeque tùm Patriarcham, tum Sacerdotes cæteros vi sacræ eloquentiæ coegisse, ut è vestigio juxta perpetuos Ecclesiæ Canones non modo nuptias sceleratas damnarent, verùm etiam ineptos sacris Ordinibus, omnique Ecclesiasticâ dignitate illos edicerent, qui eas celebrassent, aut deinceps clanculo in id criminis incidissent. ὁ δὲ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ θείῳ πνεύματι ἐνθουσιῶν εἰς τὸν ἄμβωνα ἐξαίφνης ἀνέβη, καὶ τῇ θεολόγῳ γλωττίᾳ θριαμβεύων κατηνάγκασεν ἅπαντας, κατὰ τὰ πάντοτε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ βέβαια, δογματίσαι· οὐ θέμιν εἶναι, ἐπὶ συγγενεῖ γαμεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀχειροτονίστους ὑπάρχειν τοὺς ἐκ λάθρα συγγενοῦς πορνείας ἁμαρτήσαντας. *Vir autem Dei divino spiritu correptus exedram insiluit repentè, & facundia planè divina triumphans coegit omnes, juxta certissima semper in Ecclesia, decernere: non licere cum consanguinea Matrimonium inire, & ad Sacra provehere nefas esse eos, qui clam Venerem cum consanguinea habuissent.* Jam quid ego cæteros Græcorum recensere pergo, qui hanc rem affirmatam, decretamque voluere? Unum, aut alterum ex postremis audite. Coressius (7) italicè scribens, & Catumsyriti mendacia refellens: *Quod verò, ait, nuncias damnatum istic librum inimici Nostri, mihi mirum, cùm sciam, quanti nos Romæ habeamur, quamque incuriosa sit Aula rerum Nostrarum; nihil enim habemus, quod sibi Latini arrogent, & amicis distribuendum putent; nec Dataria Ecclesiæ Beneficia nostra sperat, quippe quæ nulla sunt, & ex largitione populorum spontanea. Laudo igitur Aulæ justitiam, nihil enim Catumsyriti calumniis manifestius, perniciosius. In eo tamen omnia fero, at illud intolerabile, quòd à Nobis Incestum probari docet, & ad sacros Ordines recipi. Nos, qui vel simplicem, ut ajunt, fornicationem, dum inter Latinos disputatur, certa, & perpetua sententia damnatam volumus, qui Latinis inter impedimenta Ordinum eam minimè recensentibus, præcipuam numeramus, nos Incestum recipiemus? Apage virum, & malignum, & stolidum, qui vero similia mentiri non novit.* Ita Coressius, qui Latinorum circa res nostros manifestum incuriam malignè interpretatus, propterea censet à Latinis nos negligi, quòd ex Nobis nullam capere sit utilitatem, cùm potiùs Græcia nulla sit Romæ,

(1) *Canone 41.*
(2) *Sess. 24. c. 4.*
(3) *In Apologia brevi cõtra capita Catũsyr. pro Severo ad c. 4.*
(4) *In responsi. ad centum interrog. Marci Alex.*
(5) *In Nomocanone.*
(6) *In Oras. encomystica Metaphrastę ap. Marguninum in notis ad Metaphrast. in Proœm.*
(7) *Epist. 10. ad Caryophyllum.*

C c 2 quod

quòd Nostrûm nullus in Aula. At inquies hoc est ipsum, quod petitur atque hoc incuriæ caput est: Imò verò Fatum est Græciæ, quo nomine Providentiam significo Numinis adhuc Nobis irati. Sed de his alibi, interim manifestum est ex Coressio, Incestum à nobis damnari, Coressio adstipulatur (8) Margunius his verbis: Φοβερὸν εἶναι κρῖμα ἡ ἀσέλγεια ἀνάμεσα τῶν συγγενῶν, διότι συγχίζεται τὸ ἑνωμένον αἷμα· διὰ τοῦτο ἀναθεματίζεται ὁ τὸ κρῖμα τοῦτο ἔνοχος, καὶ εἶναι πρὸς τοῦτο καὶ ἀχειροτόνητος, καθὼς λέγουσιν οἱ Κανόνες. *Timendum crimen est libido inter conjunctos, quia turbatur Sanguis, qui in unitatem cojerat. Propterea Anathemati subjicitur hujus criminis reus, & insuper à Sacris rejicitur, ut Sacri Canones apprimè decernunt.* Nec mirum, hæc palam affirmatè à novissimis Græcorum constitui, quando Macarius Patriarcha, qui Græcis præfuit sacris anno Captivitatis nostræ CXXXII. Christi MDLXXXIV. Solemnem constitutionem (9) edidit de gradibus Cognationis, quam his diris, sive Anathematismis, uti dicimus, prosequitur. Τῷ λέγοντι, ὅτι ἔξεστι γῆμαι συγγενεῖ ἐν τῷ ἑβδόμῳ βαθμῷ τῆς συγγενείας, ἀνάθεμα. τῷ δογματίζοντι, ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας οὐ παραιτεῖσθαι τοὺς τοιούτους γάμους, ἀνάθεμα· τῷ ἀναλαμβανομένῳ, τοὺς οὕτω γαμήσαντας, πρὶν χωρίσωσιν, εἰς μετάνοιαν, ἀνάθεμα. Τῷ τολμῶντι λέγειν, ὅτι ἡ πορνεία μετὰ συγγενοῦς, πορνεία μόνη, οὐδὲ ἀσέλγεια, καὶ παντελῶς ἀνομία ἐστίν, ἀνάθεμα· τοῖς λέγουσι, τοὺς ἐν συγγενείᾳ πορνεύσαντας ἀξίους ἱερατείας, ἢ τινος χειροτονίας, διακονίας, καὶ μυστικῆς τάξεως, ἢ αὐτοὺς χειροτονήσασι πᾶσιν, ἀνάθεμα, καὶ καθαίρεσις. *Ei, qui dixerit, licere conjugium inire cum consanguinea intra septimum gradum cognationis, Anathema: docenti, ab Ecclesia non vetari ejusmodi matrimonia, Anathema: Ei, qui susceperit eo modo ineuntes matrimonium ad pœnitentiam, ante quàm se invicem separaverint, Anathema: Ei, qui audet asserere, libidinem cum consanguinea simplicem libidinem esse, non verò impietatem, & incestum, Anathema. Dicentibus, eos, qui libidinis crimen cum consanguinea perpetrarint, dignos Sacerdotio, aut aliquo Ordine, & ministerio, vel Sacro gradu, eisque, qui eosdem Sacris Ordinibus initiarint, Anathema, & Exauthoratio.*

IV. Constat igitur, Incestum à Nostris inter impedimenta Ordinum recenseri, unde statim (1) Catumsyritus cum (2) Ligure Nostros calumniati, cum risu, & solemni cachinno refelluntur: neque enim aliunde à Nobis Incestum probari, quàm, quòd ab Ordinibus non repellat, autumant: hoc autem non aliunde probant, nisi quod nusquam id cautum Jure nostro repererint, quodque Nos propensos ad libidinem maximè putant. Quasi verò quidquid in Ecclesia non assumitur ad vim repellendi ab Ordinibus, eo ipso probetur, aut quasi hactenus non sit demonstratum tot Græcorum, Græcique Juris recentissimi suffragio, repelli prorsùs Incestum à Sacris. At ad libidinem propensi estis, ò Græculi. Primò, si penes vos, castissimi hominum, præter Incestum libidinis nihil est reliquum, apud Nos ædepol est: Quo fit, ut libidini dare operam fas Nobis sit, vel Incestum maximè detestatis. Quid ergo in Venerem proclivibus oberit Incestum damnare, si

(8) *Nota 34. ad Trullan.*

(9) *Extat apud Canonarchã de vi Canon. Scholion 78.*

(1) *In Paniod. c. 8.*

(2) *De hæresi. l. 3.*

consanguineis intactis, liceat per adulteria, perque simplicem, uti dicitis, *fornicationem* ire, atque his generibus vitiorum lasciviente animum satiare? Deinde, num apud Græcos dumtaxat, quidquid usuvenit, statim probatur? aut Nobis tantum non liceat, quod omnibus licet, licebitque olim, utinam non liceat; damnare simul crimina, damnataque retinere? Ergo quæ consecutio: libidini minores ex ingenio estis, ò Græci, igitur eam probatis palam, palamque laudatis, ut licitam. Addo, stolidissimam cæteroqui consecutionem, in re sacra esse prorsùs intolerabilem. Non enim ex propensionibus Gentium Ecclesiæ Mores censendi sunt, ni asseras superbam Hispanam Ecclesiam, inconstantem Gallicam, versipellem Afram, vino deditam Teutonicam, Britannam crudelem, his omnibus vitiis, non sine appendice profectæ è Græcia cum comitate libidinis Italam laborantem, quòd his propensionibus recensitarum Gentium ingenia subjecta sint. Quid quòd, si libido Græciæ objicitur, eadem in dedecus Magnæ Græciæ verti potest. Referre enim ex historia liceret Sybaritarum molles delicias, turpesque, ac infames penitùs voluptates. Sed absit ineptias ulciscamur ineptiis, eodemque crimine, quæ damnamus, crimina repellamus, ea ipsa in re scilicet Rei, quam accusamus actores. Scimus sejungendos Mores Ecclesiæ à Moribus Populi, neque Sacra damnanda, aut fœdanda calumniis, quòd profani Mores aliquando sorduerint, præsertim cum propensiones animorum Virtute vincantur, ut quos stolidissimi dumtaxat ad vituperationem Gentium adstruendam adsumunt, ad earundem laudem pertineant, Fortitudine nimirum animum detorquente validiùs ad Virtutem, qui ad vitia deflectebat. Verùm hæc obiter pro Gente nostra contra Catumsyritum: jam locus est, ut ostendamus Margunio repulsum à Sacris per Nostros Incestum pari suffragio à Latinis repelli. Nam, unde Margunius habet Latinæ Ecclesiæ moribus esse receptum, ut Incestus ab Ordinibus minimè rejiciat? Quis id tradidit authour? Quæ Juris Pagina affirmat? Quod effatum id docet judiciale? Denique quæ unquam praxis idipsum insinuat? Non ne pudet id in accusationem alicujus deducere, quod, si is verbo neget, confirmare accusator non possit? Imò nunquid immensę impudentię non est, ejus Latinos criminis, vitiive reos testari, quod apertissimè falsum est? Scilicet Incestum à Sacris abstineri Jure Latino, manifestum est. Etenim adulterum repelli ab Ordinibus supra docuimus; æquiparari autem Incestum Adulterio, palam est ex Glossa (3) communi, & Glossa (4) Bartoli, ibidemque Doctoribus, quos sequitur Paulus (5) Grillandus, & (6) Angelus. Imò eodem (7) Jure Clericus Incesto contaminatus exauthoratur perpetuò: quod iterum, iterumque affirmat (8) Glossa, quam singularem (9) Imolensis appellat, sequiturque (10) Abbas, & DD. cum Paulo (11) Grillando. Adde, eo Jure Incestos homines ab Ordinibus abstineri, quo Incestui præsens infamia, sive protinus, sive per sententiam irrogatur. Sed Jure Canonico Latinorum Incesti puniuntur infamiâ, ut ex (12) Callisti Pontificis decreto (13) Turrecremata deducit: igitur eodem Jure ab Ordinibus repelluntur.

(3) *In l. inter liberos ff. de adult.*

(4) *In l. si adulteriũ cũ incesto in princ. ff. de adul.*

(5) *Lib. 3. de pœn. omnifariam coitus q. 3. arg. tex. in c. tuæ de pœn.*

(6) *In tract. Italic. de malef. vers. che mi hai adulterato col. 1.*

(7) *Arg. tex. in c. tuę de pęnis.*

(8) *In c. Maximianus 81. dist. in c. lator. 2. q. 7.*

(9) *In c. ut Clericorũ de vit. & honest. Cler.*

(10) *In c. at si Clerici § fin. de Judic.*

(11) *d. lib. 3. qu. 3. & 7.*

(12) *In c. conjunctiones 35. qu. 2. & 3.*

(13) *In d. c. conjunctiones n. 4. & 5.*

(14) *In Pract. crim. c. 78*

(15) *In Responsĩcẽtum ad Cabasilã.*

(16) *Sess. 24. c. 4.*

(17) *In c. discretionem de eo qui cogn. cõsangui. uxor. suę.*

(18) *In d. c. discretionem.*

(19) *Ibid.*

(20) *In Arbore Affinitatis.*

Digitized by Google

luntur. Quin imò non Incestum modò legitimæ affinitatis à Sacris Latini arcent, verùm etiam eum, qui intra vetitos gradus cum ea concubuit, quæ consanguinea ejus est, quacum antea rem habuit veneream: id, quod eruditè probat Jo. (14) Bernardus Episcopus Calagurritanus. Nam ex damnato coitu oriri affinitatem penes Græcos usque ad septimum gradum docet Jo. (15) Citrius, & cum eo cæteri ex Nostris: penes Latinos verò usque ad secundum gradum certum est ex (16) Tridentino: videndaque ad id (17) Glossa, & post eam (18) Henricus, & (19) Abbas, & (20) Glossa iterum, queis vim addit sententia (21) Alexandri III. ad quam (22) Abbas iterum, & (23) alii. Adde Juris (24) effatum, ad quod Cappella Tolosana, & ad eam (25) Auferius, (26) Silvester, Hieronymus (27) Paulus, quibus adstipulatur (28) Jus ipsum Civile. Adeò Veritati consonat, pari suffragio utramque Ecclesiam in iis, quæ ad Ordines pertinent, ubique procedere.

(21) In c. in litteris de test. (22) Ibid. (23) Aret. & alii in d. c. 1 litteris. (24) In c. 2. de consang. (25) Ad Cappell. Tolosan. n. 96. (26) verb. matrimonium 8. impedimento 15. (27) In provinc. fol. 38. (28) In l. liberi C. de nupt.

V. Quod attinet ad Concubinarios, si criminis eos religiosè pœniteat, Jure Latino, ad Ordines recipi certum est: nam hi & Sacerdotem, ut ajunt, *fornicarium*, si Venus simplex sit, etiam si Sacra ante expiatum crimen obierit, non quidem communi Suffragio Irregularem asserunt, est enim ipsis anceps, ac dubium, an minister hujusmodi, ut Juris vocabulo utar, *suspensus* quoad se sit, an etiam quoad alios. Affirmant primum (1) Henricus, & (2) Cardinalis, rati non esse suspensum, nisi quoad se tantùm, quibus adstipulatur (3) Soccinus, qui ad hoc profert (4) Gregorii IX. Sententiam, eamque graviter interpretatur. Contrà, secundum probant indetinente propalam concubinam publicèque libidinoso Clerico Juris (5) effata, decernentia ejusmodi Glericum, etiam quoad alios esse suspensum. Id, quod post (6) Hostiensem, & (7) Panormitanum probant ex Theologis (8) Paludanus, & (9) Antoninus, (10) Silvester, & (11) Albarus Pelagius, ex Jureconsultis (12) Cosmas, (13) Consalvus à Villadiego, Abulensis (14) Episcopus, (15) Rebuffus, Guido (16) Papæ, Jo. (17) Bernardus Diaz de Lugo Episcopus Calagurritanus, (18) Bermondus, & alii frequentissimè, quare & receptior, & verior opinio est, dicendaque communis: ex qua tamen sequitur, solum concubinarium, qui notus sit, antequam crimen expiet, irregularem esse, adeòque non notum, etiam ante Pœnitentiæ Sacramentum, notum etiam post Sacramentum ejusmodi rite susceptum, provehi ad Ordines posse. Quòd si Jure Latino, qui aut palam non detinet concubinam, aut post quam detinuit vel palam, si eum criminis pœnituerit, minime repellitur ab Ordinibus, quin imò nec si Clericus id faxit, suspenditur, quanquam in Clerico vel levia gravissima censeantur, ut patet ex Carthaginiensi (19) Synodo IV. ubi scurra, & turpiloquus Clericus ab officio removetur: confirmaturque ex iis, quæ ex Bernardo, & (20) Ambrosio refert eruditè (21) Cabassutius; profectò manifestum est, Jure Latino, neque Laicum concubinarium, & quem vocant *fornicatorem*, post expiationem criminis, vitæque emendationem, ab Ordinibus abstinendum. At non ita censuerunt Jura Græcorum. Hi enim secuti Apostolicos (22) Canones, ubi *fornicarius* de crimine accusatus, & convictus in Clerum produci non potest, quod post Apostolos decrevere tum (23) Neocæsariensis, tum (24) Nicæna Synodus prima, omnino arcendum ab Ordinibus existimavere cujuslibet libidinis reos, atque adeò non concubinæ tantùm detentorem, sed & simplicissimæ aliquando Veneris Reum. Id autem Nostri & prudenter, & bene, & ex prisca Sanctâque Ecclesiæ disciplinâ. At illud in illis non probo, quòd amplexi, professique optima, Latinos bona sanè, & pro temporum, locorumque, ac circumstantiarum ratione optima itidem amplexos ultra fas, & contra Christianæ Charitatis Leges iniquissimè criminantur.

(1) In c. si celebrat. de Cler. excom. col. 6. (2) Ibid. col. 2. (3) In c. ad audientiam de hom. n. 23. (4) In c. ult. de temp. Ordinat. (5) In c. si qui sunt 85. dist. c. præter. 32 dist. (6) In d. c. si celebrat. (7) In c. vestra col. 4. de cohab. Cler. & mulier. (8) In 4. sent. dist. 27. qu. 4. col. 2. (9) In 3. p. tit. 27. c. 3 (10) Verb. Concubinarius §. 4. (11) De planct. Eccl. fol. 27. col. 4. (12) Pragm. Sanct. tit. de Concubinariis verb. inhabiles. (13) De Irregul. c. de suspens.

(14) In tract. de Concub. Cler. Conc. c. 7. (15) In Cõcordat. tit. de publ. Cõcub. (16) Quæstio. 558. (17) In quæst. cũ Can. c. 73. (18) In tract. de Cõcubin. p. 270. (19) Canone 60. (20) Lib. 1. de off. c. 23. (21) Ad dict. Can. 60. (22) Canone 60. (23) Canone 9. & 10 (24) Canon. 2. in fin.

VI. Parcendum tamen & paucis, & rudibus, & ex ignorantiâ severis, quæ postremis hisce nostræ Calamitatis sæculis Græciam nostram oppressit, oblitam Sapientissimi Socratis sui, cujus (1) inter effata illud certissimum, argutissimumque, quo scilicet affirmavit οὐ πάντοτε, οὐδὲ πανταχοῦ τὸ ὂν ἄριστον καλὸν, *non semper, & ubique, quod optimum est, bonum est*. Id, quod latius proposuit (2) Philoponus hac sententia: Τὸ δὲ ἀγχίνουν τοῦ Σωκράτους ῥηθὲν, τὸ ἄριστον οὐ πάντοτε, καὶ πανταχοῦ καλὸν, ὧδε συντελεῖ. Τὰ γὰρ ἤθη ταῖς περιστάσεσιν ὑποκείμενα, καθὼς καὶ τῷ φρονίμῳ· ἡ δὲ φρόνησις ἀείδηλος ἐν ταῖς περιστάσεσιν, αὐτὰς κρίνουσα, καὶ οὐ κατὰ τὸ πρέπον ἁπλῶς πράττουσα, ἀλλὰ κατὰ τὸ νῦν, καὶ πότε προσῆκον. Τὸ γὰρ πρέπον ἁπλῶς κατὰ διάνοιαν, τὸ δὲ πρέπον ἐν πράξει κατὰ μερικά, καὶ ταῖς περιστάσεσι διαγραφόμενον. Ἐκεῖνο γοῦν ἀληθῶς πρέπον, ὃ αἱ περιστάσεις πρέπειν διδάσκουσι. Ταὐτὸ δὲ τὸ καλὸν, καὶ τὸ πρέπον. Ὅθεν συντελεῖται καὶ τὸ ἄριστον διὰ τῶν περιστάσεων κακὸν γίνεσθαι, δι᾽ ὧν περὶ τῆς ἀγαθότητος ἡ φρόνησις κρίνει. *At ingeniosum Socratis effatum, optimum non semper, & ubique bonum, huc pertinet. Nam mores circumstantiis subjecti sunt, quemadmodum & Prudentiæ. Prudentia verò manifestatur circumstantiis, eas judicans; neque juxta decorum universim agens, sed uti hic, & nunc decet. Etenim decorum universim ad mentem pertinet, at quod in opere situm est, singulare, & à circumstantiis circumscribitur. Igitur illud reverà decet, quod circumstantiæ decere docent: idem porro bonum, & decens, unde conficitur, & quod optimum est, vi circumstantiarum malum fieri, per quas de bonitate Prudentia judicat.* Hæc acutè Philoponus, unde acutissimè Tipucitus (3) bonorum, malorumque duo proponit genera. Καὶ τῶν μὲν καλῶν ἔνια καλὰ καθ᾽ αὑτά, τὰ δὲ χρησίμως καλὰ λέγεται· καὶ τὰ καθ᾽ αὑτὰ καλὰ πάντοτε, καὶ πανταχοῦ καλά, τὰ δὲ χρησίμως ἄριστα, ποῦ, καὶ ποτὲ οὐκ ἀγαθά, κακὰ δέ. Τοιγαροῦν καθ᾽ αὑτὸ τὸ καλὸν σπάνιον, καὶ ἐπὶ πολὺ χρηστικόν ἐστιν· Ὅθεν φρονήσεως αἱ πράξεις ἔχουσι χρείαν. Τὸ γὰρ καλὸν ἐν ταῖς πράξεσι τὸ ἐπὶ πολύ. *Et bonorum quædam se ipsis bona sunt, quædam verò bona proptereà dicuntur, quòd ad aliqua referantur. Jam quæ se ipsis bona sunt, ea semper, & ubique bona, quæ verò optima, quia referuntur ad aliud, alicubi, & aliquando non bona, sed mala censentur. Igitur bonum, quod ex se bonum est, rarum: ut plurimum bonum ex eo, quod referatur, est. Quare Prudentia agentibus*

(1) Penes Planud. in Adag. cent. 2. n. 10. (2) In Fragmẽtis Comment. ad Moral. Eudamia penes Jo. Capras. de Mor. Philos. c. 8. (3) In lib. 2. ß. tit. de Just. & Jur.

Digitized by Google

opus est; quando in actibus bonum est, quod ut plurimum fit. Ex his Tipucitus progreditur ad contemplationem discriminis, quod interest Religionem inter, & Charitatem erga patriam, dilectionemque Parentum, quæ Juris Gentium primævi effectus esse dicuntur à (4) Theophilo nostro. Docet autem tria hæc bona esse, atque optima, non tamen eodem modo. Nam Religionem bonum esse ex se, quòd ubique bonum sit, nec unquam malum: quod an verum sit videant alii. Contra, Charitatem erga Patriam tandiu bonam, quandiu religioni non adversatur, sed obsequitur. Dilectionem etiam parentum aliquando à bonitate deficere, cùm obest felicitati Patriæ: quare damnandum uti improbum, ac scelestum, qui, ne quid damni Patria capiat, Deo injurius est, eumque publici judicii reum esse, qui, ut Parentes tueatur, sive ut iisdem pareat, vel Patriæ proditor, vel inutilis, & multò magis si injuriosus esse videatur. Hæc eò pertinent, ut Græci Nostri non à Latinis, sed à Græcis discant, non, ita, quæ optima scilicet agunt, probare, ut, si quid agunt Latini minimè consonum moribus Græcis, superstitiosè condemnent, præsertim cùm de iis agamus, quæ ad circumstantiarum instar revocanda sunt, ac tandiu retinenda, quandiu Ecclesiæ, atque ubi Ecclesiæ prosunt.

(4) *Instit. de Just. & Jur. ad §. Jus autem.*

VII. Nec difficile quis ostenderit apprimè, ac manifestè, sanctissimè fieri, ut, & qui libidinis aliquando crimine polluti sunt, ab Ordinibus alicubi repellantur, iidemque alicubi ad eosdem recipiantur. Sanè hac præsertim in re duo, ut & in aliis quamplurimis, ponderanda sunt, & rigor disciplinæ, & æquitas misericordiæ. Quandiu Latina Ecclesia rigorem illum disciplinæ servavit, eâdem Sacrâ, piaque sævitiâ libidinis cujuscunque reos à Sacris abstinuit, ut patet ex (1) Jure, cui consonant, quæ (2) Scribit Cornelius Pontifex Fabio Antiocheno, faciuntque tradita per (3) Cyprianum Cornelio Synchronum, & (4) Augustinum. At ubi aliquando rigor disciplinæ opportunus minimè visus est, aut semper uti misericordiâ placuit, eos ipsos, quos ante rejecerat, post probatam moribus, & experimentis vitæ emendationem, admisit, atque ad ulteriora provexit, ut constat ex eodem (5) Jure, unde repulsos hujusmodi viros paulò ante docuimus. Neque hoc in Ecclesiâ mirum, aut novum, aut extra rationis aleam. Sæpissimè præ Severitate mores Sacri Clementiam maluere. Eliberina Synodus in Hispaniâ rigorem secuta iis, qui gravia post Baptismum crimina patravissent, vel in extrema Vitæ periodo Sacra Communione (6) interdixit, interdictumque vel ad simplicis crimen Veneris (7) protulit. Hanc tamen Sacram sævitiem, non ut iniquam detestatæ, sed importunam arbitratæ sæculis suis posteriores Synodi aliter, & opposita decreverunt, statueruntque, nemini in fine Vitæ Sacram Communionem denegandam, quemadmodum liquet ex (8) Ancyrana, & (9) Nicæna, ex (10) Agathensi, & (11) Carthaginensi IV. An erit, qui alterutrum ex his damnet, cùm decreta Patrum pro loco, & tempore sapientissimâ varietate condita, moresque nihil damni afferentes, ut ut alios, & alios, ac sæpe sibi ipsis contrarios ubique deceat venerari? Audiant nostri, quid non Latinus aliquis, sed Græcus, idemque Photianus (12) author edicat. Ἐπικατάρατος ὁ τὰ ἔθη τῆς ἐκκλησίας, κἂν μεταλλαχθῶσι μεμφόμενος. ποία γὰρ αὐθάδεια τὰ μεταλλαχθέντα ἐν προσηκούσῃ περιστάσει κατὰ τὸ δέον, μέμφεσθαι; ἔστι δὲ φρονήσεως, καὶ εὐλαβείας, τὸ κατὰ τὸ προσῆκον μεταλλαχθέντα νομίζειν ἐν ἐκκλησίᾳ τὰ ἔθη, οὐ γὰρ ἡ πᾶσα γῆ πρὸς τοὺς αὐτοὺς καρποὺς ἁρμόζεται, οὐδὲ ἐν παντὶ καιρῷ ταυτὰ ἔθη καλά. πάλαι τῷ τῶν ἀποστόλων καιρῷ οἱ μὲν πιστοὶ πάντες ἐκοινώνουν καθ᾽ ἑκάστην, ἦσαν γὰρ προσκαρτεροῦντες τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, νῦν δὲ εἴ τις τοῦτό γε τοῖς πιστοῖς ἐντέλλει, τάχα οὐ καλὸν, ἀληθῶς δὲ οὐ πάνυ συμφέρον. *Impius, qui mores Ecclesiæ, quamvis mutentur, contemnit. Nam quæ protervia mutata juxta circumstantias decentes adspernari? Pertinet ad Prudentiam, & obsequium, mores, ut convenit, in Ecclesia mutatos arbitrari: nam neque Tellus omnis iisdem fructibus educandis apta, neque omni tempore iidem mores boni. Olim sub Apostolis, qui Christo nomen dederant, omnes sacerrimis epulis quotidie reficiebantur: erant enim perseverantes in Oratione, & fractione panis: nunc verò si quis hoc Christianis imperet, fortassis haud optimum erit, certè non admodum utile.* Hæc Briennius eloquentissimus sua ætate Concionator in Græcia, nec ignobilis Photianorum Theologus, quæ (13) Malaxus ad pœnas protendit, docens olim Ecclesiæ Severitatem placuisse, quæ mox Clementiam amavit, quâ nimirum in Sacra exhomologesi reis sua crimina fassis impendendam, sepositâ priscorum Canonum austeritate, prudenter vir cæteroqui rudis, & imperitus ostendit. Quid quod & in Lege Judæis lata mitissima læsi Numinis ira sæpe justum ita furorem continuit, ut abjectos pridem, repulsosque ad gradum pristinum revocaret. Maria (14) obtrectationis iniquissimæ convicta lepra percutitur, mox expiato crimine, non solum ad salutem pristinam, verùm etiam ad antiquum Vaticinii decus clementissimè restituitur. Aaron (15) post conflatum vitulum, in cujus impio, ac stolido cultu tum ipse, tum populus damnatam toties Idololatriam admisit, in summum Sacerdotem consecratus est. David (16) post adulterium vaticinandi recipit numen, eodemque, quo prius, in gradu regio manet. Achabus (17) post trucidatum Nabothum virum Sanctissimum sceleris peracti dolore egit, ne statim regia sede deturbaretur. Quid? nonne (18) Petrus Christi discipulus, & Princeps discipulorum, post inficiationem turpissimam, actâ Pœnitentiâ sceleris, Vicarius Christi, caputque Ecclesiæ (19) renunciari commeruit? Quin imò vel ipsis temporibus, quibus rigor Ecclesiasticæ disciplinæ perplacuit, placuit sæpè & mansuetudinis æquitas, eam nimirum, aut necessitate suadente, aut circumstantiis opportunam, atque utilem demonstrantibus. Sic ea ipsa Nicæna (20) Synodus, quæ lapsos à Clero rejicit omnino, ut si quis aliquando lapsus Clero adscriptus fuerit, aut Ordinibus initiatus, eum exauthorari jubeat simul, atque crimen, quod ante patrarat, agnoscatur. Ea ipsa, inquam, Pacis conciliandæ causa, de Veterum Ecclesiæ Canonum severitate remittit; eosque, qui se se Catharos appellabant, Novatianos nimirum, ad Uni-

(1) *c. 1. c. 2. c. 3. c. pervenit. c. accedẽs c. postquã. c. si post. 50. dist.*
(2) *Apud Euseb. li. 6. hist. c. 35.*
(3) *Epist. 54. 64. & 68.*
(4) *Epi. 5.*
(5) *In c. ponderet. c. & purgabit c. quia sanctitas c. quid est c. ferrum, & quatuor seqq. 50. dist.*
(6) *Can. 1. et 2. & 6.*
(7) *Can. 7. & alibi infra.*
(8) *Can. 6.*
(9) *Canone 12.*
(10) *Canone 11.*
(11) *Canon. 77. & 78.*
(12) *Joseph. Brienn. Orat. 38. de Fide, et Spir. S.*
(13) *In Nomoc. ad Canones Pœnitent. S. Basilii.*
(14) *Numer. c. 12.*
(15) *Exod. c. 32.*
(16) *2. Reg. c. 12. & 15.*
(17) *3. Reg. c. 21. & fin.*
(18) *Matt. c. 26. à n. 70.*
(19) *In c. ult. à n. 15.*
(20) *Canone 6.*

Unitatem Ecclesiæ revertentes ad priorem, quem criminosi possederant, Infulæ, Sacerdotii, aliorumve minorum Ordinum gradum restituit. Testatur etiam (21) Augustinus, Melchiadem Pontificem Donatistis Episcopis, qui à Schismate discessissent, conditionem obtulisse, si pacem amassent, ut ad munus Episcopi reciperentur. Quod decretum ibi laudat tantus Doctor, qui (22) alibi refert, etiam Africanum Concilium eâdem ratione inductum, ad procurandam lapsorum emendationem, Ecclesiæque Pacem, pristinæ dignitati Donatistas Episcopos reddidisse, quod itidem decretum ibidem commendat. Similiter (23) Socrates, & (24) Theodoretus narrant, Athanasium, cùm Alexandriam ex edicto Juliani Principis postliminio revertisset, Synodum habuisse, in qua constitutum, ut Ariani Episcopi Hæresim ejurantes priores sedes recuperarent, quam indulgentiam cùm ægrè tulisset Lucifer Calaritanus, ita communionem tum redeuntium ad Ecclesiam, tum eosdem recipientium dicitur aversatus, ut novum Schisma conflaverit. Meditentur hæc Nostri, qui pietatem, atque mansuetudinem Latinorum damnant, velintque, precor, Athanasii Magni Ecclesiæ Nostræ luminis doctam, Sacramque potius lucem sequi, quàm tenebras caligantis Luciferi, cui Episcopo non solùm, sed Cacodæmoni se similes dicent, si rata, sancta, & non nisi ab impiis, & ignorantibus impugnanda sequentur.

(21) *Epist. 162. ad Episc. Donatist. et in Breviculo. collat.*
(22) *Lib. 2. contr. Grescon. c. 11. & d. Epist. 5.*
(23) *Hist. lib. 3. c. 7. & seq.*
(24) *Hist. lib. 3. c. 4. & 5.*

VIII. Verùm, si quidam ex Nostris tradita, & recepta, & minimè improbanda damnantes Lucifero se similes faciunt, cui Tenebrarum potestati, cui Principi Superbiæ, nequitiæque pares dicam improbissimos Photianos, qui contra hos mores Latinorum non sannas modò expediunt, sed & horrendas calumnias concinnant? Nam quid non mendax, & nequam in ipsos evomuit breviter omnem mendacitatem complexus (1) Coressius, sic denique per Epiphonema conficiens. οὗτοι οἱ λοιδοροῦντες ἡμᾶς, ὅτι γυναικιζόμενοι ἔχομεν ἱερεῖς, τοῖς ἔχουσι παλλακίδας λειτουργεῖν συγχωροῦσι, καὶ τοὺς ἑταιρίζοντας ἐν βδελυρᾷ πορνείᾳ κατὰ τὰ αὐτῶν νόμιμα χειροτονοῦσι. *Ita, qui Nos vituperant, quòd Sacerdotes maritos habeamus, concubinam habentibus Ministerium Sacrum permittunt, & eos, qui in turpi libidine, meretricibus operam dant, juxta Jura sua, Sacris initiant.* Quis ferat tantam, tam nefariam, planèque detestabilem hominis audaciam impurissimi? aut quis in posterum credat impostori manifestario? Corrasit hæc ille ex Nectario (2) Abbate, cujus hæc stolidissima sententia est. ἀλλὰ καὶ νόμον λατίνων συνόδων προτεθῆναι πρὸς καταφρόνησιν τῆς αὐτῶν θρησκείας, δίκαιον, ἐν ᾧ τὸ παλλακίδα ἔχειν συγχωρεῖται· ἡ δὲ κανονίσασα σύνοδος αὕτη μέν ἐστιν, ἡ καὶ τὸ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐξιέναι πρώτη ψευσαμένη. *Sed & Leges Latinarum Synodorum proponere ad contemptum Sectæ eorum, æquum est, in quibus permittitur meretriculam habere. Quæ verò Canonem hujusmodi tulit Synodus, ea nimirum est, quæ prima mentita est Spiritum à Filio procedere.* Quæ sententia num Veritati consentanea sit, (3) alibi meditatò collegimus, ostenditque Sapientissimus (4) Veccus, cujus eruditis (5) laboribus, cùm manifestissimum sit, omnium Patrum, & quidem Nostrorum suffragio Spiritum à Filio, & per Filium à Patre unà, æternà, individuà actione procedere, mendax evincitur is, qui temerè, falsò, ac stupidè dicit, dicetve, Toletanum Concilium I. (de illo enim Nectarius scribit) aut mentitum esse, aut primò mentitum esse. Sed hæc altioris, & operosioris indaginis videant Nostri in iis, quæ scripsimus, intelligant ex iis, quæ perpetuò explicamus, tandemque sibi ipsis vera persuadeant in iis, quæ certissima, manifesta, quotidianis sermonibus suademus, suadebimusque, donec vita supererit, quam Gentis Nostræ bono dicavimus. Quod attinet ad id, quod per eam Syndoum concessum affirmat Nectarius, & ex Nectario Coressius, cuique nimirum uxorem minimè habenti concubinam permitti, verissimum est, malè tamen ab utroque Veritatis hoste intellectum, atque malignà interpretatione corruptum. Nam sententia illa Toletani, ut in ea fertur (6) Synodo, & ut à (7) Gratiano proponitur, sic habet. *Si quis habens uxorem fidelem, & concubinam habeat, non communicet: cæterùm is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à communione non repellatur: tantùm, ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ (ut ei placuerit) sit conjunctione contentus; aliàs verò vivens abjiciatur, donec desinat, & ad pœnitentiam revertatur.* Jam ibi *concubina* non παλλακίδα, aut ἑταίραν, sed uxorem sanè significat, quæ tamen sine dote, ac sine Juris Solemnibus instrumentis deducta est: quod translativum est Jurisperitis ex eo, quòd Lex Civilis, ubi inter pares non intercest nexus conjugii, nec dotalia instrumenta interveniunt, ibi Conjugium non agnoscit, ut (8) Jura apertè testantur. Lex autem Canonica ea matrimonia non reputat, queis decretæ Solemnitates non adsunt, ut habes tum ex (9) Decreto, tum ex (10) Decretalibus libris. Quapropter concubinam appellant, tametsi matrimonio per consensum perfecto ad vitæ societatem deductam, veramque uxorem, quippe cùm olim clandestina penes Latinos conjugia rata fuerint, donec ea Concilium (11) Tridentinum abrogavit. Neque his Etymologia scilicet adversatur. Nam concubina propriè eam mulierem, quæ idem cum viro cubile habet, significat, quod tàm ad uxorem, quàm ad amasiam trahi potest: imò penes Nostros eodem nomine uxor, & concubina censetur. Dicitur enim utraque σύγκοιτος, ut constat ex Lexicis, quæ si Nectarius suo tempore penes Photianos sapientissimus habitus, reverà tamen potens tantùm in iniquitate, consuluisset, non eo furore damnasset Patres in Hispania IV. sæculo præstantissimos, nec cùm concubinam σύγκοιτον posset, παλλακίδα reddidisset, ut ex ipsa interpretatione appareret nequissimi Corruptoris improbitas.

(1) *In Synops. Nili ad Can. 2. Niceno I.*
(2) *Epist. ad Georg. Corcyr. Archiep. circ. med.*
(3) *In resp. de Process. Spir. S. n. 84.*
(4) *Orat. 3. de Union. Eccles.*
(5) *In Epigraphis.*
(6) *Canone 17.*
(7) *In c. Is, qui 34. dist.*
(8) *L. Imperialis §. imo, & illud, Cod. de nupt. l. donationes ff. de donat.*
(9) *Cap. aliter 30. q. 5.*
(10) *C. ob inbibitio. de clandest. desponsf.*
(11) *Sess. 24. c. 1. & vid. Barbos. ad d. c. 1. litt. u. & Jo. Galle-Mart. ibid. n. 14.*

IX. Exhausto fonte rivulum exsiccavimus, hoc est Coressii manifesta mendacia, calumniasque sceleratas delevimus. Haudquaquam vituperant Latini (si paucos, eosque imperitos, rerumque, & Antiquitatis rudes excipias) Græcos, quòd Presbyteris uxores permittant, ut patet ex publico (1) Juris testimonio, atque privato (2) Scribentium: tantùm affirmant, docentque,

(1) *In c. cùm olim. de Cler. conjug.*
(2) *Abbas & alii in d. c. cum olim.*

que, id ex veteri Ecclesiæ disciplinâ non esse, esse ex non damnandâ consuetudine, quam tamen & præscriptam, & Jure eam tolerantis Ecclesiæ præscriptam passim asserunt (3) Canonistæ. Jam quid in hoc aut falsi, aut injurii est? Si verum, injurium certè non est. An verò falsum censebimus, quod Latini autumant, non esse juxta Ecclesiæ disciplinam sacrorum Conjugia Ministrorum; cùm id Ecclesia universa confirmet, testimoniumque solemne perhibeant Patres, & Canones? Ut seponam Eliberinum (4) Concilium, (5) Carthaginense II. (6) Carthaginense V. (7) Arelatense II. (8) Agathense, (9) Turonicum II. quibus suffragatur (10) Hieronymus, quòd authoritatem Latinam teruncii æstimet cerebrosus Coressius. Legisset ille Magnum (11) Ambrosium, quem Divorum Fastis adscriptum nostra veneratur Ecclesia, legisset (12) Leonem I. Græcis sanctissimum; legisset Gregorium (13) Dialogum Græco idiomate ex antiquissimâ interpretatione loquentem. Hieronymum (14) denique, cujus historicæ fidei plurimum tribuit (15) Coressius, legisset Orientalium Sacerdotum absolutissimam castitatem summis laudibus efferentem: profectò huic Latinæ assertioni haud quidquam reponere minimè fuisset ausus, aut ausus quidquam reponere manifesti se se damnasset mendacii. Quid? legisset Nostra. Nam (16) Chalcedonensis synodus ἐπειδὴ, inquit, ἔν τισιν ἐπαρχίαις συγκεχώρηται τοῖς ἀναγνώσταις καὶ ψάλταις γαμεῖν. *Quoniam in quibusdam Provinciis cõcessum est Lectoribus, & Cantoribus uxorem ducere &c.* Unde statim infertur, ne Cantoribus, & Lectoribus quidem ubique permissum fuisse uxores habere. Origenis (17) effatum est, ejus dumtaxat esse Deo sacrificium offerre, qui constanti, ac perpetuæ se devoverit castitati. Eusebius (18) etiam, ut ut Arianus, attamen profitetur, eos, qui sacrati sunt, atque in Dei cultu, & ministerio occupati, illud in primis decere, ut se se deinceps ab uxoris commercio contineant: Basilius (19) autem Sacerdotem septuagenarium, qui dimissam, dum Sacris initiaretur, conjugem suas in ædes receperat, acriter objurgat, ac mandat, ut presbyteram suam ad monialium Cœnobium dimittat, eique Nicænum Canonem III. proponit, quem ab eo violatum conqueritur. Jam (20) Chrysostomus ita scribit: *Sic dicit Apostolus: unius uxoris virum, non ea ratione, ut id nunc ab Ecclesia observetur. Oportet enim omni prorsus castitate Sacerdotem ornatum esse:* Οὐκ ἐπειδὴ τοῦτο νῦν φυλάττεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Δεῖ γὰρ παντελεῖ ἁγνείᾳ καὶ ἁγιωσύνῃ ἐσέφθαι τὸν ἱερέα. At (21) Epiphanius omnium apertissimè Latinorum sententiam sic exponit. στεφάνη δὲ τούτων πάντων. ἡ μήτηρ, ὡς εἰπεῖν, καὶ γεννήτειρα ἡ ἁγία ἱερωσύνη, ἐκ μὲν παρθένων τὸ πλεῖστον ὁρμωμένη· εἰ δὲ οὐκ ἐκ παρθένων, ἐκ μοναζόντων, εἰ δὲ μὴ εἶεν ἱκανοὶ εἰς ὑπηρεσίαν ἀπὸ μοναζόντων, ἐγκρατευομένων τῶν ἰδίων γυναικῶν, ἢ χηρευσάντων ἀπὸ μονογαμίας. *Horum omnium veluti fastigium, &, ut ita dicam, matris, ac genitricis locum sanctum sibi Sacerdotium vendicat. Quod ex Virginum Ordine præcipuè constat, aut si minus è Virginibus, certè ex Monachis: aut nisi ex Monachorum Ordine ad illam functionem obeundam idonei cooptari possint, ex his creari sacerdotes solent, qui à suis*

(3) d. Ab. & alii ibidem.
(4) Canone 33.
(5) Can. 2.
(6) Can. 3.
(7) Can. 2.
(8) Canone 28.
(9) Canone 20.
(10) Lib. 1. contra Jovinian.
(11) Lib. 1. de off. c. ..ulr.
(12) Ep. 82. c. 3. & 4. ep. ad Anastas.
(13) Dialog. lib. 4. c. 11.
(14) Lib. advers. Vigilant.
(15) In Proem. Schol. ad Synops. Nili.
(16) Canone 14.
(17) Hom. 23. in Numer.
(18) Lib. 1. prepar. Evang. c. 10.
(19) Epist. 17. inter additas.
(20) Hom. 2. de patien. Job.
(21) Lib. 3. contra heres. ad fin. in expos. Fid. Cathol. ex edit. Petavii nu. 21. post med.
(22) Lib. 2 advers. Hæres. heres. 59. quæ est Catharorum ant. med. editio. Petavii. nu. 4. sub init.
(23) In c. at si Clerici. n. 14. vers. utrû autẽ possit de Jud. et in c. dilectus num. 6. de accus.
(24) Lib.

se uxoribus continent, aut secundùm unas nuptias in viduitate versantur. Et, ne quis fortè casu hæc ab Epiphanio dicta putet, idem eadem, sed latiùs, Genti nostræ (22) congeminat: καὶ τοῦτο ἀσφαλῶς ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία μετ' ἀκριβείας παραφυλάττει. ἀλλὰ καὶ ἔτι βιοῦντα, καὶ τεκνογονοῦντα μιᾶς γυναικὸς ὄντα ἄνδρα οὐ δέχεται, ἀλλὰ ἀπὸ μιᾶς ἐγκρατευσάμενον, ἢ χηρεύσαντα, διάκονόν τε, καὶ πρεσβύτερον, καὶ ἐπίσκοπον, καὶ ὑποδιάκονον, μάλιστα ὅπου ἀκριβεῖς κανόνες οἱ ἐκκλησιαστικοί. ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς μοι, ἔν τισι τόποις ἔτι τεκνογονεῖν πρεσβυτέρους, καὶ ὑποδιακόνους, καὶ διακόνους; τοῦτο οὐ παρὰ τὸν κανόνα, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων κατὰ καιρὸν ῥαθυμήσασαν διάνοιαν, καὶ τοῦ πλήθους ἕνεκεν, μὴ εὑρισκομένης ὑπηρεσίας. *Atque istud ipsum sacrosancta Dei Ecclesia, cum omni provisione, diligentiâque, servat. Quin eum insuper, qui adhuc in Matrimonio degit, ac liberis dat Operam, tametsi unius sit uxoris vir, nequaquam tamen ad Diaconi, Presbyteri, Episcopi, aut hypodiaconi Ordinem admittit. Sed eum dumtaxat, qui ab uxoris unius consuetudine se se continuerit, aut ea sit orbatus. Quod in illis locis præcipuè fit, ubi Ecclesiastici Canones accuratè servantur. At enim nonnullis in locis adhuc Presbyteri, Diaconi, & hypodiaconi liberos suscipiunt. Respondeo, non illud ex Canonis authoritate fieri, sed propter hominum ignaviam, quæ certis temporibus negligenter agere, ac connivere solet, ob nimiam populi multitudinem, cùm scilicet, qui ad eas functiones se applicent, non inveniuntur.* Hæc Epiphanius, hæc summates Gentis nostræ Doctores, quibus quid responsurus esset Coressius, si viveret, prorsus non video. Nihil omnino responsuros Photianos scio, hæsuros potiùs, ac, si quid mentis reliquum illis est, damnaturos Coressium tum ex primo, tum ex secundo mendacio, quo adscribi ultrò Sacris Ordinibus jure Latino censet scortatores, vetitæque libidinis reos, cùm constet ex dictis, quoad se, esse suspensos ex omnium Latinorum sententiâ, quoad alios etiam ex communi Latinorum Suffragio, à quibus una hæc illis potestas fit, ut, peractâ ritè Pœnitentiâ, suis restituantur Ordinibus, & sine noxâ ministrent, neque ex crimine vi Sacri doloris deleto obex injiciatur, quo minus, qui olim turpiter Venerem coluere, mox honestè eam ipsam detestati ad Sacros provehi Ordines queant. Ita nimirum Latinâ Ecclesiâ decernente non ex rigore disciplinæ, sed ex clementia æquissimæ lenitatis, quæ in hac sæculorum infirmitate peropportuna censetur ea præsertim in culpa, quæ, tametsi lethalis, & turpis, inter lethales, ac turpes minimum habet atrocitatis. Ad id videndi (23) Felinus, Jo. (24) Matienco, Didacus, (25) Perez, Stephanus (26) Garzia, (27) Majolus, (28) Franciscus Vivius, (29) Petrus de Bolo, Alfonsus (30) Villaguta, Lælius (31) de Zanchis, Michael (32) Timotheus, (33) Lambertinus, (34) Avedagno, Julius (35) Clarus, (36) Hieronymus de Monte, Bernardus (37) Diaz, Guido (38) Papæ, (39) Selva, (40) Laurentius Chircovius, (41) Silvester, (42) Covarruvias, atque (43) Menochius, quorum doctissimos Commentarios si quis ex Nostris leviter delibaverit, noscet calumniam Latinis à Nectario, & Coressio per nefas illatam non fal-

5. recollect. tit. 8. l. 6. glos. 2. n. 23.
(25) Lib. 1. c. 31. l. 23.
(26) In repet. c. ad limina 2. n. 23.
(27) De Irregul. l. 9. c. 37. n. 2.
(28) Lib. 2. cõmun. opinionũ. opin. 55.
(29) In Oeconom. Eccles. 1. clas. c. 4. à §. 5.
(30) In prax. Crim. lib. 3. tit. de Inquis. c. 8. concl. 15.
(31) De Privil. Eccl. privil. 155. n. 25.
(32) De Eccl. Visit. lib. 1. tract. 4. c. 59.
(33) De Jurepatr. 1. p. lib. 2. art. 20. q. 9. n. 4.
(34) De exequen. Mand. c. 26.
(35) §. fornicatio n. 9. vers. Clericus autem concubinarius.
(36) Var. jur. Quest. q. 18. n. 48.
(37) Pract. Crim. c. 75.
(38) Decis. 558.
(39) De Benef. 3. p. q. 3. n. 7. vers. sed istam.
(40) Cent. 1. cõcl. 37.
(41) In Sum. verb. concubinarius. n. 4.
(42) Ubi supr. 1. p. §. 1. n. 5.

§. 1. n. 5. falsam modò; sed planè putidam.
(43) *De Arbitr. casu* 418.

X. Abundè de culpa à Sacris Ordinibus abstinente, & ni fallimur, ex nostræ Gentis utilitate, hactenus disseruimus, reliquum est, ut & illud quasi colophonem Dissertationis hujusce dispiciamus, an ex Pœnitentiâ ipsâ, quæ culpas ritè consequitur, obex aliquis Ordinum oriatur, visum est enim Margunio, planè ridiculum esse, quod Latinorum omnium certa, stata, concors sententia docet, inde impedimentum parari, unde criminosis hominibus divina provenit Charis; indeque homines indignos censeri, qui Deo, Sacrisque ministrent, unde perpetuæ beatitati constituuntur idonei. Quapropter sic (1) conficit. *οὐδέποτε ἡ μετάνοια ἐποίησε τὸν μετανοήσαντα τῆς χειροτονίας ἀνάξιον, ἢ τινὶ ἱερῷ βαθμῷ, καθὼς οἱ Λατῖνοι σοφίζονται), διαιροῦντες μετάνοιαν δημοσίᾳ γινομένην, καὶ ἄλλην κρυφίαν, καὶ τοῦτο αὐτοὺς διδάσκομεν, ἵνα μὴ καταισχύνωσι τὸ δεύτερον λουτρὸν τῆς ψυχῆς, ὁ ὁποῖα διὰ τῆς μετανοίας οὐκ ἐλαττοῦται), ἀλλὰ πλέον αὔξει).* *Nunquam Pœnitentia reddidit eum, quem criminis pœnituisset, ineptum Ordinibus, vel alteri Gradui sacro; quemadmodum Latini somniantur, secernentes Pœnitentiam publicè celebratam, ab altera occulta: atque hoc illos docemus, ne dehonestent alterum animorum lavacrum, qui ex pœnitentia non notam, sed decus accipiunt.* Hos Cythera animos? Tun' Marguni ut Latinos doceas? Medius fidius te illi discipulum suum vix dignati sunt: nam & Venetiis, & Parisiis, & Pisis rudem literis, & inconditam vir pertinax, & insulsus navasti operam. Ergo Photianos tuos doce, quæcunque libuerit, norunt te Latini contemnere, &, ni nobis fortuna omnino defuerit, fortassis noscent te ex Nostris laboribus Græci, quemque improbum, ac sceleratum ex dictis putabunt; eundem te planè dementem, vel imperitum certè ex hoc, quod postremum asseris, fatebuntur. Dicimus enim, omne crimen ad solemnem criminum Pœnitentiam deductum, Ordinibus sacris criminosum, quem ita criminum pœnitet, abstinere.

(1) *Not. 25. ad Pœnit. Basilii.*

XI. Ut hoc apprimè cognoscant, sciendum est Nostris duplicem olim in Ecclesia usuvenisse Pœnitentiam, publicam alteram, ac solemnem, alteram occultam, privatamque: & solemnis sanè, quæ & Judiciaria dicebatur, ea erat, in qua damnatus propriâ confessione reus ab exhomologetâ sacerdote (cum in Principe Ecclesia constituebat Episcopus, ut reos audiret, solemnemque, ac publicam Pœnitentiam iisdem indiceret, unde mos hodieque penes Latinos in *Cathedralibus*, uti dicunt, Ecclesiis *Pœnitentiarium*, quem appellant, Canonicum renunciare) jubebatur suggestum inscendere, indeque patratum à se facinus populo coram enunciare, decretaque sibi ex albo Canonum pœnæ initium capere, quâ nempe in cinere, & cilicio peractâ, solutâque, manuum sacrarum attactu conciliabatur Ecclesiæ. Hujus pœnitentiæ solemnis nullum hac tempestate in Ecclesiâ vestigium, quippe ex iis causis, quas inferiùs dabimus, abrogatæ. Extat quædam similitudo in publica hæresis ejuratione, quam simillimam solemni Pœnitentiæ dicerem, ni hæc à coactis, illa à volentibus ageretur. Erat & non solemnis, publica tamen Pœnitentia, eaque non à Judice irrogabatur, sponte à Christianis, impetratâ vel ab Episcopo, vel ab Archidiacono veniâ, piè, religiosèque adsumebatur. Planè solemni similis, in hoc ab illâ paulùm deflectens, quòd publica non gravibus, ut solemnis, sed minoribus criminibus evulgandis concedebatur, Christianæ demissionis causa exercendæ, qualem peragunt etiamnum in religiosis familiis plerique, soliti vel in consessu Fratrum, quem *Capitulum* vocant, vel in Triclinio suorum criminum prodere noxias, & noxam piè flagitare. Quæ omnia eruditissimè explanat Jo. (1) Morinus, atque innumeris Priscorum Authorum testimoniis confirmat, apud ipsum, si cui ex Nostris otium supererit, accuratè videnda. His itaque notatis, Conclusio nostra non de publicâ pœnitentia est, sed de ea, quam diximus esse solemnem. Hanc scilicet quicunque vel obiissent, vel obeant, eos exclusos Ordinibus, excludendosque censet Ecclesia. Neque id injuriâ, ut jactat Margunius: nam ex tam solemni criminum gravissimorum confessione oritur quædam facti infamia, quædam nota perpetuum pudorem, ruboremque fassi delicta sua provocans, vel saltem aliquando provocatura. Cùm autem, ut sæpe diximus, ex (2) Apostolo ministrum Ecclesiæ eum esse oporteat, cujus pudor nullo convicio provocari queat, sit enim *inconfusibilis* necesse est, profectò merito ii, quos cum in modum anteactæ vitæ pœnituit, non sanè ex delicto, ut ex vitio, quod oritur ex delicto, rejiciendi sunt. Hæc ratio adeò robusta est, ut una ad hanc sententiam Theologos omnes adegerit videndos, quà parte Latini sunt apud (3) Filliucium, quà Nostri penes (4) Diplovatacium. Theologis adstipulatur Antiquitas, idipsum nimirum censentibus Concilio (5) Carthaginensi IV. (6) Agathensi, (7) Arelatensi I. (8) Turonico I. (9) Toletano I. & (10) Romano: Siricius (11) etiam Pontifex: *illud*, inquit, *quoque par fuit nos providere, ut, sicut pœnitentiam agere non conceditur cuiquam Clericorum, ita post pœnitudinem, ac reconciliationem, nulli unquam liceat Laicorum Clericatus honorem adipisci*. Notandum autem ex his verbis Siricii, adeò fuerant familiam dedecuisse hanc pœnitentiam, ut nusquam sic pœnitere cuiquam Clerico fas esset, quamvis criminosissimus, & planè nefariis sceleribus esset pollutus. Idque non aliâ ex causâ, nisi, ne aut sacra dignitas ministrorum turpis, & inhonesta vilesceret, aut populus ea tempestate Clericos venerari solitus in eorum contemptum adigeretur. Quare (12) Leo I. *alienum est*, ait, *à consuetudine Ecclesiastica, ut qui in presbyterali honore, aut in Diaconi gradu fuerint consecrati, hi pro aliquo crimine suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi: Quod procul dubio ex Apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est, Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro eo? Unde hujusmodi lapsis, ad promerendam misericordiam Dei, privata est expetenda secessio, ut illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.* Eadem tradit Optatus (13) Milevitanus scribens: *multis notum est, & probatum, Persecutionis tempore aliquos*

(1) *Lib. 2. exercit. Eccles. c. 23.*
(2) *1. Ad Timoth. c. 3. n. 2.*
(3) *Tract. 19. c. 8.*
(4) *In Synop. Jur. Græc. c. de Pœnit.*
(5) *Canone 29.*
(6) *Canone 25.*
(7) *Can. 8.*
(8) *Can. 2.*
(9) *Can. 5.*
(10) *Sub Hilaro Papa.*
(11) *Ep. ad Himerium Tarraconensf. c. 14.*
(12) *Ep. 19. inquis. 2.*
(13) *Lib. 2. in fin.*
(14) *Lib. 1. contra Donatist. de Baptis. c. 1.*
(15) *In Can. 11.*

quos Episcopos inertiâ à confessione Dei delapsos thurificasse, & tamen nullus eorum, qui evaserunt, aut manum lapsis imposuit, aut, ut genua figerent, imperavit. Et (14) Augustinus, *Ordinatis*, inquit; *cùm ad Ecclesiam à schismate redeunt, non imponitur manus inter laicos*: Sed & Concilium (15) Carthaginense V. statuit, *ut, si quando Presbyteri, vel Diaconi in aliqua graviori culpa convicti fuerint, qua eos à ministerio necesse fuerit removere, non eis manus, tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponatur.* Adde, quæ profert (16) Gratianus post (17) Hieronymum, & ex (18) Aurelianensibus Concilium III. quibus non videtur inficias ire authoritas Synodi (19) Arausicanæ I. quæque ex (20) Cypriano producit (21) Cabassutius, quando tùm Arausicana, tùm Cyprianus de occultâ, vel publicâ pœnitentiâ disputant, ut egregiè autumat (22) Morinus, vel peculiarem exponunt quarundam Ecclesiarum consuetudinem à communi, & receptâ diversam, ut maluit (23) Cabassutius. Jam ex his eruitur solemni Pœnitentia lædi famam hominis, quem criminum pœnitet, ejusdemque conditionem nobili licèt illa humilitate vilescere. Unde subsequitur, arcendum ab Ordinibus eum, quem solemniter pœnituerit: quod non Latini tantùm Patres affirmant, sed & Nostri videndi penes (24) Diplovatacium, queis adde omissum ab eo, præteritumque prorsus (25) Origenem.

(16) In c. Presbyter, si fornicationem. 82. dist.
(17) Epist. ad Sabinianum.
(18) Canone 4.
(19) Canone 8.
(20) Epist. 59. ad Fidum.
(21) In Notit. Concil. & Can. ad Can. 68. Carthag. IV.
(22) d. lib. 2. de exercit. Eccl. c. 23.
(23) Loco superius citato.
(24) Loc. citato. d. c. de Pœnit.
(25) Lib. 2. contra Celsum.

XII. Hinc refellitur sententia Margunii, cujus & ratio cùm nimis probet, nihil probat. Nam si nulla Pœnitentia removet à Sacris, quòd omnis Pœnitentia lavacrum sit animi, profectò nullum crimen exhomologesi aliqua expiatum oberit, quin ad Ordines, is, quem pœnituit, provehi possit: At hoc negat ipse (1) Margunius his verbis: ἀγκαλὰ καὶ τὰ [illegible] ἡ μετάνοια, ὅμως, μετὰ τὸ μετανοεῖν, οὐκ ἐξαλείφει τὴν ἀσχημοσύνην, ἐπεὶ τὸ κρῖμα [illegible] ἔδει μετὰ τὸ μετανοεῖν. πολλὰ κρίματα [illegible] κατὰ τὴν ἐνέργειαν [illegible], ἢ [illegible], ἢ καὶ ἐμποδισμάτων. *Quamvis Pœnitentia omnipotens sit, non delet tamen turpitudinem quandam, quæ oritur ex delicto in nobis, quare, postquam acta est, manent peccata quoad actionem pœnarum, vel impedimentorum quorundam*, & (2) alibi: ἡ μετάνοια οὐκ καθαρεῖ παντελῶς τὸν ἄνθρωπον. δι' αὐτῆς γίνεται ὁ μετανοήσας ἄξιος τῆς αἰωνίου ἐπαγγελίας, ἀνάξιος δὲ ἐν πολλοῖς τῶν ἐκκλησιαστικῶν. *Pœnitentia non omnino hominem mundat: per ipsam fit Pœnitens dignus æternæ promissionis, ineptus tamen multis Ecclesiasticis muneribus.* Eadem (3) sæpe: imò & (4) semel Pœnitentiam lavacrum esse negat. Adde, etiam si lavacrum dicatur, non tamen propterea impedimento esse non posse Sacris Ordinibus, quando tale esse lavacrum potest, ut notam inferat sive ex iis, quæ abstergit, sive ex modo lavandi, & publico, & solemni, edicenteque, eum, qui lavatur, virum fuisse nefarium. Sic olim, clam Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotyto, si quando lustrati, fœdissimæ Deæ Sacris valedicebant, nulli Deorum, qui Majores censebantur, dicari poterant, ut narrat (5) Pausanias, quòd eorum lustratio non nisi coram Populo per ipsum Prytanem in sulfure, cœnoque, ac stercore bubulo fieri consueverat.

(1) In Proœm. ad Canones Pœnit. Petri Alexan.
(2) In Can. 2. Pœnit. Basilii.
(3) Ad Can. 8. ejusdem.
(4) In Proœm. ad Can. Pœnit. S. Basilii.
(5) Citat. à Jodoc. Keller. de excell. Artis med. lib. 3. c. 11.

XIII. Atque inde est, ut & à Græcis solemnis Pœnitentia inter impedimenta Ordinum, & quidem præcipuum censeatur. Testantur (1) Aristenus, (2) Balsamon, (3) Arsenius, Jo. (4) Logotheta, Joannes (5) Monachus, aliique plurimi penes (6) Lascarem, queis adde (7) Philotheum Patriarcham, qui interrogatus, an, οἱ ἐν μετανοίᾳ δύνανται ἀξιωθῆναι συγχωρητικοῦ πρὸς χειροτονίαν, *qui sub pœnitentia sunt, Diplomate recipiendis Ordinibus idonei fieri queant*, *respondit*. τοὺς ἐν μετανοίᾳ, μόνον θεῖον τέρας, καὶ θαῦμα φανερὸν πρὸς χειροτονίαν παρασκευάσαι δύναται. *Eos, qui sub pœnitentia sunt, unum à Deo Prodigium, & quidem manifestum, potest Ordinibus aptos efficere.* Quo magis mihi mirari contingit repetenti, quæ hic idem Philotheus comminiscitur pro Palama suo (8) disputans adversus Gregoram. Cùm enim is objiceret, Palamam & Apostatam, & penes Turcas muliebria passum, atque adeò impiè Sacris initiatum, Philotheus, qui nobis Palamam Nazianzeno Virginem magis in Triodio jactaverat, rei evidentia victus, ritè Sacris initiatum respondet ὅτι δημοσίαν μετάνοιαν ἀναλαβὼν σκληρὰν, καθωσίωσεν τὴν ἁμαρτίαν, *quòd publicam, ac solemnem Pœnitentiam amplexus ipsum crimen consecravit*. O hominem inconstantem, & nequam, qui neget posse hominem pœnitentiæ subjectum ad Sacros Ordines provehi, affirmetque ritè Sacris initiatum eum, qui se se subdiderat pœnitentiæ! qui, sacrari culpam posse cùm impiè dicat, quam Sacram appellat, eam culpam autumat! Verùm quod prodigium non solemne Palamitis, qui scelestissimum Atheum tot (9) honoribus cumularunt? Ut mox post obitum inter Divos referretur, qui, sectâ in plures Deos Divinitate, plusquam Arius in Deum debacchatus est; audireturque inter Mysteria Filio Virginis celebrata nomen Turcici Catamiti? Sed de his opportuniùs alibi, superest ostendisse, Palamam, etiam peracta Pœnitentia, non potuisse ad superiores Ordines provehi, quando solemnis pœnitentia eum, quem solemniter criminum pœnitet, à Sacris prorsus abstineat. Quo postremo Ordinum obice Dissertationem hanc claudimus, enixè Præsules nostros hortantes, his agnoscendis ut studeant, caveantque, à præscripto Canonum ne latum quidem unguem discedere; ne Græcia, quæ ex Corruptelis Photianorum à quibusdam nebulonibus accusatur, jure admissis Photianorum ineptiis à Sapientum, quod avertat Numen, turba damnetur.

(1) I Nomoc.
(2) Ad Can. Carthagin. Schol. 9.
(3) In secunda Collect. Canon. c. 103.
(4) In Synopsi Juris Sacri. tit. de sacra Pœnit.
(5) In Ecclesi Can. Trull. ad Can. ult.
(6) In explanat. Regul. Niceph. ex Proœm.
(7) Apud Campan. de vi Canonum ad Can. Carthag. c. 3.
(8) Orat. 4. contra Gregorã.
(9) Vide Alatium differt. 2. de lib. Eccl. Græcor. ad Synodicõ. & lib. 2. de Cõsensione c. 16. n. 3. à pag. 802.

Finis Responsi Tertii.

DE

DE VITIO LENITATIS SACRIS ORDINIBUS AMOVENDO

Responsum IV.

Ad eundem Illustrissimum, ac Reverendissimum

MELETIUM TIPALDUM ARCHIEPISCOPUM, ET METROPOLITEN PHILADELPHIÆ.

SECTIO I.

Barbæ, & Comæ Græcorum à calumnia defenduntur.

SUMMARIUM.

I. *Calumnia in Barbas, & Comas, & Jejunia Græcorum proponitur.*

II. *Non repelli Jure Græco à Sacris eos, qui piscem in Jejunio comederint.*

III. *An Barbæ detonsio inducat penes Græcos irregularitatem?*

Barbæ usus apud omnes Gentes.

IV. *Idipsum ulteriùs comprobatur & Latinorum exemplis.*

V. *Ostenditur, priscis moribus Græcorum tonsuram Clericorum & receptam, & jussam.*

VI. *Idipsum confirmatur contra Margunium, & Tonsura Latinorum defenditur.*

VII. *Barba Clericorum Græcorum non pertinet ad Sectam Pythagoreorum. Licet Græcis ex Jure.*

Quæ in bonam, malamque partem trahi possunt, in bonam trahenda esse.

VIII. *Mores Gręcorum ab Ecclesia Romana probari, præsertimque quà pertinent ad Jejunia.*

IX. *Græcorum Jejunia Priscorum jejuniis simillima.*

X. *Græcorum in servandis jejuniis constantia.*

XI. *Detondentes Barbam, capillumque per Gręcos non rejici ab Ordinibus.*

XII. *Idem ulteriùs testimonio Græcorum confirmatur.*

I. EO fato penes Latinorum plerosque, hac, quâ scribimus, tempestate aguntur res Nostræ, ut, si quid probi, bonive agimus, ignoretur: siquid sceleris in nobis non à nobis patratur, imputetur omnibus, habeaturque piaculi loco, si quid ambiguum, ancepsve geritur, quasi subdolum sit, quia Græcum (nam ita passim confiiciunt) superstitiosumque censeatur, quoniam in solâ fit Græciâ. At non ita sanè prisci illi Mores Latinorum, quos impensiùs venerari fas est, habuere, quibus fiebat, ut vel incerta aliunde, hinc traherentur ad certitudinem, atque hinc censerentur proba, & Sanctâ, quæ ambiguæ probitatis videbantur, quòd constanter usurparentur à Græcis: qui nimirum Vetustatem secuti vel in levissimis, perpetua Ecclesię Mores tutanti & exempla, & argumenta paraverint, queis hostes acerrimos veritatis reipsa, & practicè, uti dicimus, ulciscatur. De hac in Nos, Gentemque nostram Latinorum quorundam Sinisteritate nobis alibi publicè questis fas est iterum, iterumque propalam queri, quippe gnaris, quantum ea concordiæ, Pacique, quam optamus, quam scilicet pro modulo nostro curamus, semper obfuerit, quantumque contra stabiliendo, confirmandoque Schismati prosit. Nam, si vel justa convicia, sæpè etiam necessaria, in jurgium abeunt, animosque mutuâ olim charitate conjunctos dissocient, quis putet calumniis, ineptisque quorumpiam contumeliis iratos animos leniri posse, aut optandum Christianis omnibus iniri Gentium capitalissimarum fœdus, unde certissimarum est causa rixarum, perennisque dissidii præsens occasio? Hinc mihi unum est opus, ubique Momos hosce, quà licet, aut copia est, acriter inse-

insectari, calumniasque ipsorum opportunè refellere: quo scilicet pateat, nullam habendam à Sapientibus Græcis rationem eorum, qui manifestè desipiunt, nec paucorum, eorundemque furentium scelus in omnes Latinos refundendum, quorum qui Sapientissimi ita mores probarunt Nostros, ut minimè dubitandum sit, quin hos, qui Nostra derident, si viros illos aliquando legerint, pudeat dementiæ suæ, manifestæque stoliditatis. Quid enim stolidius, quàm damnare, quæ probavit Antiquitas? aut nomine Superstitionis accusare Nostra, quorum causas nesciant, institutionem ignorent, momenta, modumque non viderint? Quid? eò dementiæ ventum est, ut Doctor quidam, seu Canonista mirabilis, cujus ineptias tribus Responsis, superiore, qui proximè elapsus est, anno in Causa Spanopuli Mercatoris accuratissimè refutavi, Græcos Hæreticos censeat, quòd Barbam non tondeant: quasi fides Catholica jamdudum pilis bellum indixerit, aut Orthodoxum dedeceat, quod Apostolos decuit. Sed hæc, aliaque extra rem Nostram alibi, ut occasio feret, non sine cachinno referenda. Nunc & (1) Catanensyritus, (2) & Ligur, recensque quispiam, cujus nomini parcendum est, Responsi hujusce initium sibi jure vendicant, damnandi penes Posteros si fato concesserunt, si vivunt, lecturi, quæ sannas ipsorum excutiant. Docent hi, penes Græcos, cùm de Ordinibus agitur, nullam lenitatis rationem haberi. Æquè crudeles, ac mites Sacris initiari; neque homicidium impedimento esse, quin ad Aræ ministerium provehatur, qui cruore manus humano imbuit. Testari hoc plerosque Græcorum recentissimos authores, nec dissidere Gentis hypocritæ mores, quæ Pharisæos imitata mentam, & ciminum ad decumas revocat, oblita gravissimorum præceptorum Legis, cujus incuriâ se tutam adeò putat, ut sapientissimos derideat populos curiosiùs de Legibus disputantes. Hinc verò monstrosa illa, ut Sacris abigat eos, qui Sacris initiati altilis collum secuerint, aut incendiario Syphone volucrem interemerint. Vetitam Mentis Græcorum novaculam, itidemque capiti, ut lenitas, quam reipsa negligunt, in cultu appareat. Quamvis non deesse, qui putent, Pythagoreum quid morem sapere, putantibus Græcis, pilos, ac setas vitâ hominis vivere. Nec absimilia cætera: nam ad lenitatis jactantiam jejuniorum die nefas esse macello quidquam, quod sanguinem habuerit, exponere venum. Quin imò nec sontico laborantibus fas esse, nisi olera, conditamque sale muriam, comesse, quòd in his nihil occiditur, ut planè Jejunia Græcorum Saturnalia Brutorum animantium videantur, quibus impunè vivere licet, dum Græci sunt mites. Hæc illi, quæ superciliosè castigant, rati operæ pretium fore, si ea uti barbara, uti pudenda penitùs proscribantur, coganturque Græci, damnatâ lenitatis pompa, veram in Sacris lenitatem amare.

(1) *In Palinodia c. 8.*
(2) *Lib. 3. de hær. c. 9.*

II. Sed in primis, an Græci lenitatem in Sacris contempserint, dicenda docebunt, nunc quærendum, an Barbæ, capillisque parcant, jejuniaque à piscibus, qui sanguinem habuerint, abstineant ad pompam lenitatis, quam scilicet adeo his adiaphoris jactent, ut eum à Sacris curiosè abigant, qui inter jejunandum comederit pisces. Et hoc statim non falsum modo, sed palam calumniæ est. Totâ enim Græciâ teste loquimur, asserimusque, nullo horum penes Nostros Irregularitatem induci. Mos quidem non minimâ laude excipiendus apud Nos viget, ne quis minister Numini dedicatus per se altilia occidat, aut venationibus operam det, sed illud ne innoxia ipsa crudelitate propitiandis addictum Superis munus violari, lædive videatur: hoc, ne sævæ voluptati ii tempus videantur impendere, quos, cùm lenitas deceat, dedecet omnis nec Sacra, nec necessaria voluptas. Cæterùm animantium brutorum cædes, quæ More Sacris hominibus penes nos prohibentur, ita nec Sacris initiatos, nec Sacris initiandos arcent à Ministerio, seu peragendo, seu subeundo, ut laniis, modò aliunde apti censeantur, aditus ad Clerum pateat. Audi, quid Prodromus (1) tradat: οὐ γὰρ ὠμότης ἐστὶν ἐν τῷ κρεουργεῖν θῆρ, ἀλλ' ἐν τῷ ζῶντα ἄνθρωπον ἀποκτεῖναι. τῷ οὖν μάγειρον ἢ κρεουργὸν ἄνδρα χειροτονεῖν ἔξεστι, καθὼς Γερμανὸς ἔφη, καὶ πρὸ Γερμανοῦ οἱ πολλοί. *Crudelitas non in eo sita est, quod quis bruta trucidet, sed in eo, quòd hominem vivum. Hinc & lanionem ad Sacra provehere fas est, quemadmodum Germanus ait, & ante Germanum multi.* Nicephorus autem negat, ullius criminis reum censendum Sacerdotem, qui animal occiderit, aut in oppido lanionem agat, si tamen id muneris ibi minimè turpe sit: nam ἀθῷος, (2) inquit, ἔνοχον νομίζεσθαι ἁμαρτίας ἱερέα τὸν ζῶα ἄλογα σφάζοντα, ἢ καὶ ἐν χώρᾳ κρεουργοῦντα· καὶ τοῦτον μετὰ τὴν κρεοσφαγίδα λειτουργεῖν θέμις, εἰ μὴ ἄποπτον τῇ χώρᾳ φανῇ ταῦτα πράττειν, τότε γὰρ ἐκ τῆς δυσφημίας τοῦ βήματος ἀπείργεται. *Nullius reum criminis arbitrari oportet Sacerdotem, rationis expertia animalia si mactet, vel etiam in Vico, aut Oppido lanionem agat: licetque ei post cædem animantis Sacra peragere, ni turpe Oppidanis id muneris videatur. Tunc enim ob infamiam arcetur ab Ara.* Clarius Joannes (3) Episcopus Citri, cujus Responsa penes Nostros vim Legis habent, ἐζητήθη, ait, εἰ σφάζειν πετεινὸν, καὶ θηρᾶν, ἰξεύειν τοῖς Κληρικοῖς θέμις· ἀπεκρίθημεν, παντελῶς ἀθέμιτον, καὶ ἀπηγορευμένον εἶναι, εἰ μὴ χρείας ἕνεκα. Τὸν γὰρ Κληρικὸν δεῖ, οὐ τῆς ὠμότητος μόνον ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῆς φαντασίας τῆς ὠμότητος, τὸ δὲ θηρᾶν, καὶ ἰξεύειν, ἔξω τούτων, πλεονεξία ἡδονῆς ἐστι· καὶ τιμωρεῖται ὁ ταῦτα πράξας Κληρικὸς ἀναγνώσεως τοῦ ὄρθρου, ὁ δ' ἱερεὺς πρὸς τούτῳ καὶ λυχνικὸν ἀναγνῶναι, εἰ λειτουργεῖν μέλλει αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἀναγκάζεται. *Quæsitum est, an liceat Clericis altile occidere, & venari, aut aucupari. Respondimus, nullo modo licere, nisi causa necessitatis. Nam Clerico non à sola sævitie abstinendum, sed & ab ipsa sævitiei specie. Venatio verò, & aucupium, præter hæc, aviditatem Voluptatis præ se fert, & castigatur, qui hæc perpetrarit Clericus lectione Matutini, sacerdos autem ad hæc, & lucernarium percurrere, si ea die Sacra celebrare percupit, cogitur.* Eadem docent relati à Canonarcha (4) Balsamon, Aristenus, Malaxus, aliique, imò omnes, quotquot hunc Morem attigere, ut mirum fit, fuisse tàm protervæ frontis homines, qui dixerint, à Sacris abigi eos, quos nemo Græcorum à Sacris arcendos edixit. Nam is, quem clam

(1) *In Can. Panis. ad Can. 54.*
(2) *Synod. 4. apud Canonarch. in exemp. Synodicor.*
(3) *In respons. citum ad Cabasilā. respon. 12.*
(4) *De vel Canonum Scholio 93.*

clam ad testimonium Ligur provocare videtur, (5) Margunius contraria docet, vetansque obiter sacros ministros animantia cædere propriis manibus, scilicet hortatus, id ut per alios domesticos, vicinosve præstent, è vestigio addit. ἀλλὰ δῆλα τίς τέτο, τὰ ἀλόγιμῳ τὴν δυσιδαιμονίαν ἐκκόψαι ... *In hoc caveamus velim, ne superstitiosi simus. Etenim nullum crimen est, si animal occidas, neque inde Sacris arcebere. Fugiendum id tamen scandali causa, & ob consuetudinem bonam quæ nos bonos optat non opere modò, verùm etiam specie.* Eccæ malesanas calumnias omnes Græciæ testimonio totius contritas. Quis enim, reclamante Græciâ universâ, verum putet, quod mendacissimus Catumsyritus asseerit, aut quis credat Liguri rerum nostrarum imperitissimo, quando Græci omnes contraria penitùs autumant?

III. Neque verò magis consonant Veritati, quæ addunt, parcere nos Barbæ, capilloque ad lenitatis jactantiam. Barbæ promittendæ morem omnibus olim Gentibus solemnem, nemo, nisi stupidus, inficias eat, quando is vel Romæ viguit ad annum usque CCCCLIV, ab Urbe Condita, quemadmodum constat ex (1) Varrone tradente, *Omnino tonsores in Italiam primùm venisse ex Sicilia dicuntur post Romam Conditam Anno DLIV. ut scriptum in publico Ardeæ in litteris extat; eosque adduxisse P. Ticinium Menam. Olim tonsores non fuisse adsignificant Antiquorum statuæ, quòd pleræque habent capillum, & barbam magnam.* Quin imò etiam post eum annum barbatos fuisse gravissimos Romanorum indicio est, quòd Cicero (2) Appium Claudium Cæcum barbatum inducit aliquot, post notatum Varroni ævum, annis: & suo ævo juvenes barbatulos (3) dicat, commessatores conjurationis juvenes. Juvenalis (4) etiam juvenes à Barba describit

Jam senior, cujus Barbam tua Janua vidit.

Quod & de Regibus Romanorum dixerat (5) ante:

Facile est barbato imponere Regi.

Fateor, deinceps Romanos Barbam aspernatos, unde mos deponendæ vigesimo primo ætatis anno barbæ, quemadmodum refert (6) Macrobius, & constat tum ex (7) Dione, & (8) Ammiano, & (9) Suetonio, ad quod refer multa quæ narrat, objicitve (10) Juvenalis. Verùm is Mos, isque barbæ contemptus neque Romæ perpetuus, neque planè communis: nam gravissimos quosque, & Sapientiam professos pilis pepercisse, notum est ex illis (11) Satyrici.

Horrida membra quidem, & duræ per brachia setæ
Promittunt atrocem animum.

Et eruditè Bullengherius (12) ostendit, quanta olim penes Latinos ostentatio Barbæ fuerit ad Philosophiæ jactantiam. Certè Adrianus Cæsar, & post illum, qui Virtutis laudem meruere, Cæsares, plerunque hirsutis malis Purpuræ severitatem auxere, ut ex nostro (13) Xiphilino certissimum est. Jam apud Græcos Barbæ honos vetustissimus. Nam apud eos in pretio mansisse ad tempora Alexandri author (14) Athenæus, cujus etiam authoritate novimus, eo Principe radi milites cœpisse antiquorum Abantum in morem, ne barba præliantibus obesset: Quo fit, ut extra Militiam semper barba Græcis placuerit, iis verò maximè, qui Sapientiam profiterentur. Neque enim, quæ refert (15) Suidas, Antisthenem Philosophorum primum demisisse barbam, quod etiam, tradit (16) Laertius, ita intelligenda sunt, ut ante illum Sapientes in Græciâ mento deraso processerint. Constat enim, omnes fuisse barbatos, si Scytham Anacharsim excipias, quare illa de (17) Socrate

——Barbatum hoc crede magistrum
Dicere, sorbitio tollit quem dira cicutæ.

Cùm tamen Socrates magister Antisthenis fuerit. Sed ita accipienda sunt, ut significent, Antisthenem primum negasse, posse philosophum censeri, qui juvenum more, seu militum, Naturæ fruticantis pilos demeteret, unde Cynicorum, qui Antisthene authore censetur, horror, nec Barbata minus, quàm capillata Sapientia.

IV. Quod de Barba diximus, idipsum habe de coma: nam & Romani prisci illi capillos aluere, & posteri Priscorum tondebantur, ut eruditis translativum est, & Numi testantur. At Græci omni ævo, donec in Latinorum mores cessere, prolixi cæsarie gaudebant; unde perpetuum penes (1) Homerum Græcorum Epitheton, καρηκομόωντες Ἀχαιοί. Nec Græcis modò, sed Orientalibus populis passim usus Barbæ, capillique, ut constat ex iis, quæ narrat (2) Ctesias, (3) Herodotus, (4) Jambilicus, (5) Heraclides, aliique videndi penes (6) Magentinum, qui ex Poetis idem deducit, præsertimque ex (7) Oppiano, & (8) Nonno, & (9) Apollodoro, Id, quod in Sacris sæpius usuvenisse certissimum est. Nam in iis Gentibus, quæ ad Orientem incolunt, nefas non Barbatum, capillatumque Sacris nomen dedisse. Certè Levitis Lex Cæsariem, Barbamque imperat: Etenim illis (10) dicitur; οὐ ποιήσετε σισόην ἐκ τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς ὑμῶν, οὐδὲ φθερεῖτε τὴν ὄψιν τοῦ πώγωνος ὑμῶν: *non attondebitis in rotundum comam, nec radetis Barbam:* & (11) iterum: καὶ οὐ φαλακρωθήσεσθε φαλάκρωμα ἐπὶ νεκρῷ, καὶ τὴν ὄψιν τοῦ πώγωνος οὐ ξυρήσονται, καὶ ἐπὶ τὰς σάρκας αὐτῶν οὐ κατατεμοῦσιν ἐντομίδας: *non radent caput, neque Barbam; neque in carnibus suis facient incisuras.* Idem mos Orientalibus ceteris; siquidem & Isidis Sacerdotes, & Ammonis Mystas, & Heliopolitas Sacrificulos in Ægypto ope artis ipsius Barbæ alendæ fuisse addictissimos narrat Julianus (12) Apostata, cujus (13) testimonio idem decus studiosè quæsitum à Sacerdotibus Ephesiæ Dianæ, Tauricæq; & Euboicæ, Cererisque Atticæ, & Olympici Jovis novimus. Denique Delios, & Delphicos Apollinis Antistites, Dodonæoque Oraculo præpositos, barbatos fuisse, tradit (14) Heraclides, testaturque idipsum de Gaballis Soli sacris, unde Helagabalo nomen, Alexius (15) Portas post (16) Tipucitum, & Heliam (17) Cretensem, cujus authoritate soli qui Cibelem colebant, & Phrygiam matrem, quippe evirati, & spadones, levibus malis penes Ethnicos Sacra tractarunt. Hos mores Græci cùm à Patribus accepissent, quid

(5) Ad Canon. Petri Alexan. nota 3.
(1) Lib. 11. de re Rust.
(2) Orat. pro M. Cælio.
(3) 1. Ad Attic.
(4) Satyra 6.
(5) Satyra 5.
(6) In Somnium Scipionis.
(7) Lib. 48. hist.
(8) Lib. hist. 1. 7.
(9) In Caligul. c. 10. & in Nerone.
(10) Satyra 3.
(11) Satyra 2.
(12) In lib. de morib. Antiq.
(13) In Cap. Dio. in Adriano M. Aurelio. M. Anton. Pio, & aliis.

(14) Dipnosoph. lib. 13.
(15) In dictione καθεῖναι.
(16) In Antisthene post med.
(17) Persius Satyr. 4. in princ.
(1) In Iliade passim.
(2) In fragmen. frag. 8.
(3) In Urania.
(4) In Vita Solonis.
(5) In Vita Pittaci.
(6) De Vet. Philosoph. li. 2. c. 11.
(7) Halieut. li. 2.
(8) Dionysiac. lib. 9.
(9) Argonaut. li. ult.
(10) Levit. c. 19. n. 27.
(11) Ibid. c. 21. n. 5.
(12) In Misopogone.
(13) Epist. 8. inter additas.
(14) Ubi supra.
(15) De Sacrif. Antiq. c. 9.
(16) Ad lib. 3. ff. tit. 5.
(17) Lib. de Moribus Ethnicor.

Nam non delibatur tantum à Pontifice coma, sed mox in formam Clerici tondetur ab alio is, qui ad Clerum admittitur. Unde collige, Sacris hominibus ex more Ecclesiæ nostræ præcidendam cæsariem. Certè in tota Ecclesia adeò tonsura propria est religiosorum, dicatorumque Deo sive virorum, sive mulierum, ut omni ævo inde illis discrimen à laicis publicum tum penes Græcos, tum penes Latinos. Et de his id manifestum ubique, præsertim verò in Legibus (14) Uvisigothorum, quæ *religionis babitum per venerabile tonsuræ signum, sive signaculum* suscipi edicunt; & in (15) Concilio Toletano, sub Rege Heringio, religionis professio *tonsuræ signum*, vocatur, *mox susceptum religionis debitum, & venerabile tonsuræ sacræ signaculum unà conjungitur*; & additur (16) solemnis increpatio eorum, qui agunt *cantionibus vanis, & oppositionibus execrandis, qualiter à se venerabile Tonsuræ signum expellant, atque habitum Religionis impudenter abjiciant*. Propterea (17) Ursinus Ebroinum Childerici metu institutum sacrum eligentem describens, narrat, *cum se monachum tonsurari fecisse*. At penes Nostros idem est religiosam vitam profiteri, ac tondere cæsariem. Quare Cedrenus (18) de Michaele Calaphate abdicante se imperio, amplexoque monasticum institutum sic scribit. ἐν τῷ κατὰ τὴν νῆσον Πρώτην μοναστηρίῳ τὴν κοσμικὴν ἀποθέμενος τρίχα, τὸν λοιπὸν τῆς ζωῆς διῆγε χρόνον. *In Protæ Insulæ Cœnobio laicam deponens cæsariem reliquum vitæ peregit*. Et penes (19) eundem idem Calaphates Zoen Augustam Palatio exturbatam ἀποκεῖραι τοῖς ἄγουσι κελεύει, ἢ ἀποκομίσαι τέτῳ τὰς τρίχας αὐτῆς: *iis, qui illam abducebant, mandat, ut eam detondeant, atque ipsi crines afferant*. Idem (20) etiam de Theophilo novercam in Monasterium, ubi primùm religioni mancipata comam detonderat, retrudente scribit, εἰς τὸ μοναστήριον ἠνάγκασεν ἀπελθεῖν, ἐν ᾧ τὸ πρῶτον κοσμικὴν ἀπέθετο τρίχα. Neque id novum in Græcia, in qua Virgines Deo dicatas semper fuisse detonsas τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς ἀποκεκομμένας, *tradit* (21) Athanasius, quod etiam usurpatum in viris sacratis Numini: quare (22) Socrates synchronon sibi Julianum docet, ἐν χρῷ κειράμενος τὸν τῶν μοναχῶν ὑπεκρίνατο βίον, *abrasâ cute vitam monasticam simulasse*. Quod iisdem fermè verbis expressit (23) Theophanes, ἀποκειράμενος τὰς τρίχας Γελασίας ἄσκησιν ὑπεκρίνετο. *Julianus coma detonsa vitam religiosam simulabat*.

VI. Hæc abunde ad refringendam Photianorum audaciam, qui corruptelas suas authoritate confictæ Antiquitatis defendunt, negantque unquam usuvenisse in Græcia tonsuram, quemadmodum mendacissimus (1) Margunius autumat dicens: πάντοτε εἰς τὸ ῥωμαϊκὸν τὸ συνήθεια γέγονε, τὸ μιμεῖσθαι οἱ κληρικοὶ τοὺς Ναζαραίους, ἀψαύστους τῷ μαλλῷ ἐῶντας τῷ ψαλιδίῳ, ἢ ὡσαύτως τὰ γένεια. Βλέπε λοιπὸν μὴ λοιδορῶν τοὺς ἁγίους πατέρας τοὺς ἐπιτρέψαντας μιμεῖσθαι Λατίνους, οἳ κείρουσι τοὺς αὐτῶν ἱερεῖς ὁλοτελῶς, ἵνα νεανίσκοι, καὶ νυμφίοι φαίνωσιν ἀεὶ τῆς πορνείας· διὰ τοῦτο γὰρ τὴν κουρὰν λέγουσι στέφανον οὐκ εὐλογητικὸν, ἀλλὰ πορνικόν. *Semper in Græcia mos obtinuit, ut Clerici Nazaræos imitentur intactas forficibus comas gerentes, barbamque similiter! Cave igitur; ne, spretis SS. Patribus, novantes omnia imitere Latinos, qui tondent suos sacerdotes omnino, quò magis juvenes, atque sponsi semper appareant, sed libidinis. Propterea enim tonsuram coronam appellant, non legitimam sanè, sed libidinosam*. Quis his paucis verbis plura, & mendacia, & maledicta coacervare potuit uno excepto Margunio? Imò potiùs, ut hactenus evici, nunquam, nisi post illatam Græciæ per Photianos perniciem, imò verò post inductas per ipsum Margunium corruptelas, sacris Ministris in Græcia licuit promisso capillo uti: Ut desint dicta: noscant Photiani mendacitatem Margunii ex uno antiquissimo Patre (2) Epiphanio, cujus hæc verba sunt: ἀλλότριόν ἐστι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας σάκκος προφανὴς, καὶ κόμη ἐκτετραμμένη, διὰ τὸ κήρυγμα τῶν Ἀποστόλων· ἀνὴρ γὰρ, φησιν, οὐκ ὀφείλει κομᾶν, εἰκὼν, καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων· καὶ περὶ τοῦ γενείου ἐν ταῖς διατάξεσι τῶν Ἀποστόλων φάσκει ὁ θεῖος λόγος, καὶ ἡ διδασκαλία, μὴ φθείρειν, τουτέστι, μὴ τέμνειν τρίχας γενείου. *Est ab Ecclesia Catholica, & ab Apostolorum doctrina prorsùs alienum cilitium palam præseferre, ac comam summittere. Vir enim, inquit Apostolus, comam nutrire non debet, cùm imago Dei sit, & gloria. Atqui quod ad barbam attinet, in Apostolorum Constitutionibus divino sermone, ac dogmate præscribitur, ne ea corrumpatur, hoc est ne tonsione ponatur*. Scio in quibusdam Codicibus haberi, καὶ κόμη ἐκτετμημένη, *& coma secta*, sed id mendum esse, vel certè Photiani alicujus dolum ex ipso loco Epiphanii constat, ubi quosdam reprehendit Monachos ad Nazarææ religionis pompam neque barbam, neque comam secantes, horrorem vestibus ostentantes, quales etiam num videas in Græcia non nullos ex iis, quos μεγαλοσχήμους appellant, qui experti sanè ab initio detonsionem, post primam illam, nullam de cætero sibi fieri permittunt, abrogantesque se munere operandi Sacris, neque corpus, neque faciem lavare, neque vestes mutare, aut sarcire, neque ungues, capillosve unquam resecare volunt: Tanta ubique horroris jactantia spurci! tantusque amor sordium! ἀκαρτικέμους eos appellat (3) Balsamon, qui eorum quosdam quasi molles (mirum vitium in tanta severitate mollities!) perstringit, vocatque τὸ εὐάγγελμα καθυβρίζοντας, Institutum infamantes. Negat ergo Epiphanius, esse in Ecclesia morem promittendæ comæ, eique inficiatione mendacitatem Margunii Græciæ manifestat, dicentis nunquam in Græcia Ministris sacrorum comam fuisse detonsam. Vis addam testimonia recentiorum; at relata supersunt. Esto tamen & ex Theologo Photiano suffragium, cui refragari Margunium pudebit. Simeon Thessalonicensis ille tuus, Marguni, quem ubique Theologorum Antistitem vocas, fuitque sanè inter Photianos non Photianæ planè ignorantiæ particeps vir, ni desipuisset in dogmatibus, nemini recentiorum Theologorum impar. Is, (4) inquam, ubique tonsionis Ecclesiasticę mentionem facit. Vide, quę scribit de Monacho tonso, & in libris de Sacramentis, atque inde disce, quàm fallum sit, alienam semper à Græciæ Sacris fuisse capitis detonsionem. Hæc adeò propria Ministrorum nostrorum est,

(14) Apud Petrum Fabrum Semestrium l. 3. c. 21.
(15) Can. 2. apud Goar. in Euchol. ad off. parvi habit. not. 20. circa med.
(16) Concil. Tolet. XII. c. 2.
(17) Vita S. Leodegarii.
(18) In Michaele Calaphate.
(19) Ibid.
(20) In Theophilo.
(21) Lib. de Virginit. cir. med.
(22) Hist. lib. 1.
(23) In Juliano Apostata.

(1) Nota 35. ad Can. Antioch.
(2) Heres. 88. Massalianorum n. 6. jux. editio. Petavii.
(3) In Can. 52. Trull.
(4) Penes Goar. in Euchsolog. ad off. parvi habitus not. 20. pag. 494. col. 2. & in Ordin. Lectoris not. 6. pag. 140. col. 2.

est, ut passim occurrant penes (5) Balsamonem illa, θρίξ ἀρχιερατικὴ: *Detonsio Pontificia*, &c, σφραγὶς θριξεῶς ἀπὸ χειρὸς ἱερατικῆς: *sigillum tonsionis è manu Sacerdotali*, & (6) rursus μοναχικὴ ἀπόκαρσις: *tonsura monastica*: Optimè igitur Latini morem vetustissimum, Græcisque etiam communem retinentes caput Ministrorum detondent non juventutem, aut nuptias præ se laturi, quas miror adscribi libidini à Græco homine, qui sciat non omnibus Clericis nuptias esse libidinosas. At malè Photiani comam nutriunt tantâ propediem vetusti moris negligentiâ, ut audeant sacram Coronam Latinis objicere, quam scilicet hoc sæculo solo cœpere Photiani spernere, usitatam semper in Græciâ, traditamque ab Apostolis, ut posteri ea vel memoriam spineæ coronæ, quæ Christi tempora sauciavit, retinerent, vel gloriam Petri Ecclesiæ Coryphæi olim ab Ethnicis decalvati imitarentur, vel denique regule Sacerdotium, quo scilicet Ministri funguntur Sacri, significarent, aut aliam ob causam, ut varii variè exponunt. Pro quo videndi (7) Beda, (8) Germanus, (9) Isidorus, (10) Dionysius, (11) Magrius, post (12) Glossam. Neque enim audiendus est (13) Ciacconius, qui Coronæ hujusmodi initia refert ad Anicetum Pontificem, quando sibi ipse contrarius est, qui dixerat (14) Anacletum sanxisse, ne Episcopi, vel Clerici comam nutrirent, utique ne Coronâ capillorum propagine celaretur, cujus nimirum initia Apostolis adscribenda sunt teste Beda Latinis, Græcis Germano Patriarcha penes (15) Goarium. Nec diffident, quæ nobis Sanctissimi Patres ostentant. Nam (16) Hieronymus Augustino scribens sic dicit: *Fratres tuos Dominum meum Alypium, & Dominum meum Euodium, ut nomine meo salutes, precor Coronam tuam.* Et Augustinus (17) Proculiano Episcopo: *Per Coronam*, inquit, *nostram adjurant nos vestri, & per Coronam vestram vos adjurant nostri*: Unde manifestè colligitur, à IV. Sæculo deferendæ *Clericæ*, ut vulgo Coronam hanc vocant, morem in Ecclesia fuisse, quam hoc ultimo sæculo Margunius audet impurissimo ore, sceleratissimo calamo coronam libidinis appellare. Imò idipsum usuvenisse in Græcia etiam post Schisma evidens est ex monumentis Photianorum ipsorum. Quid enim aliud significat παπαλήθρα, de qua (18) Balsamon, & post illum (19) Arsenius, Leo (20) Monachus, Matthæus (21) Calecas, Antonius (22) Lemnius, & (23) Campanus, aliique penes (24) Diplovatacium, nisi coronam ipsam Sacratorum Deo per Ordines hominum, & uti dicimus insigne Capitis Clericorum? Adde Icones è recentissimis Photianorum Musæis depromptas, publicèque expositas à (25) Goario, in quibus prorsum, retrorsumque Diaconi figurâ propositâ, ministri non solùm coronam habent, sed ingentem illam sanè, qualem vix Latini Episcopi deferunt. Unde repetitò concludimus, quam Margunius coronam libidinis appellat, eam à Græcis delatam etiam sub initium hujus, in quo scribimus, sæculi. Deferri etiam ab iis, qui ἀκρίβειαν Photianorum detestati cæremonias nostras intelligunt, earumque jussis obtemperant: neque enim quòd aliqui ex Nostris desipiunt, moroique Photianorum, quorum aversantur dogmata, incuriosè recipiunt, propterea Gens ipsa mores illos aut probat, aut laudat, sed Antiquitatis suæ planè tenax id faciendum docet, quod Rituales libri, queis utitur, palam edicunt.

(5) In Can. 35. Trull.
(6) In Can. 21. Trull.
(7) Lib. 1. 1. hist. Anglic. c. 22.
(8) In Theor. rerũ Eccles.
(9) Lib. 2. Instr. Cleric. c. 1.
(10) De Eccl. Hierar. c. 6.
(11) In Hierolex. d. Tonsura.
(12) In c. 2. de vit. et honest. Cler.
(13) In Aniceto.
(14) In Anacleto.
(15) In Ordinat. Lect. ad Euchôlog. not. 5. pag. 142. col. 2.
(16) Extat inter Epist. August. Ep. 26.
(17) Epist. 147.
(18) Penes Magrium in Hierol. verb. Palesthra.
(19) In Collect. Cano. c. 93.
(20) In Ecthesi Canon. ad Trull.
(21) Lib. 1. de Error. Græcor.
(22) In Synops. Concil. c. 6.
(23) De vi Canonum Schol. 12.
(24) In Synop. Jur. Græci tit. de Ordin.
(25) In Euchol. ad Miss. S. Joan. Chrysost. not. 162. sub initium pag. 127.

VII. Hinc porro Catumsyriti, aliorumque profligantur affaniæ, quando ex dictis constat, Genti nostræ semper, citra omnem superstitionis notam, citra omnem Pythagoreę Sectę suspicionem, citra omnem lenitatis re neglectæ jactantiam, licuisse, barbam ad Sacra promississimam ferre: eidem tondendi capilli morem antiquissimum esse, quem publicè probat, publicè jubet, & in sapientioribus Gentilium suorum usurpat, nullo modo vituperanda, si Græcorum plerique Nazaręam cæsariem amant, cùm id præter ejus Leges sit, imò contra Leges ipsius, crimen sanè, sed perleve, quod quantum distat à superstitione, tantum ab omni luxuriosi ornatus culpa, cui scilicet obnoxii (Proh pudor, inversique mores!) Clericorum nonnulli nostrorum sunt, quorum derasis ad cutem capitibus, Batavis, Sicambrisque nuribus detracta cæsaries quæritur, paraturque, ut, qui vix stolam, institamque deceant, super *birris* atque *superpelliceis* fruticent Cyrrhorum, cincinnorumque corymbi. Verùm si tam apertè delirant hostes Nostri, cùm cultus Nostros graves, atque severos condemnant, quis illos insanire non dicat, cùm severitatem ipsam jejuniorum Nostrorum, uti superstitiosam, plenam jactantiæ furiosè despiciunt? Parcere Nos dicunt lenitatis ostentandæ causa piscibus, quos animat Sanguis. Cur non potiùs continentiæ causa? Cùm eadem res, idemque hominis actus in bonam, malamque interpretationem adduci potest, humanitatis ratio, Charitatis Christianæ præceptum, prudentiæ omnis dictata jubent, meliorem interpretationem sequi, ut, si contrà faxis, inhumanus, imprudens Lege humanâ, & divinâ protinus habeare. Cùm enim homo à natura ipsa bonus sit, quemadmodum latè probat ex (1) D. Thoma (2) Menochius, & sensit (3) Aristoteles, doceteque (4) Glossa Sacra, cui Jobus (5) adstipulatur dicens: *ab infantia crevit mecum miseratio, & de utero egressa est mecum*: & Ecclesiastes (6) docens: *fecit Deus hominem rectum*, & ratio ipsa persuadet, quando à Deo bono bonum procedat oportet: ipso (7) dicente, vidisse se bona valde cuncta, quæ fecerat, atque attestante (8) Philosopho, *naturam rei melioris auctricem esse, quoad eius fieri potest*, mox (9) etiam: *naturam ex his, quæ fieri possunt, quod melius sit, facere solitam*. Cùm, inquam, homo à natura bonus sit, opus ejus bonum esse *præsumitur*, ut voce Juris utar; à bono enim bonum: Quare nemo deliquisse præsumitur, nisi aliunde probetur. Quod effatum in Jure celeberrimum est, constatque auctoritate (10) Ulpiani scribentis, *Socium amoventem rem communem præsumi amovisse jure suo, non autem, ut furtum faceret*: & (11) iterum, *Socium verberantem Servum communem non teneri injuriarum, cùm suo jure, non autem ut injuriam socio inferret, fecisse præsumatur*. Idem sæpe (12) Jura constituunt, traditque (13) Ripa, & (14) Menochius latè. Atque huc pertinent, quæ in Similibus docent Jurisconsultissimi

(1) 1. 2. q. 63. art. 1. in respon.
(2) De Præsump. lib. 5. præsum. 1. n. 7
(3) Lib. 2. Ethic. c. 1. & lib. 6.
(4) Interlinearis in ca. 4. Matthæi.
(5) Cap. 31. n. 18.
(6) Cap. 7. n. 30.
(7) Genes. c. 1. in fin.
(8) Lib. 2. de part. Anim. c. 14.
(9) Lib. 4. eod. c. 10.
(10) In L. merito ff. pro Soc.
(11) In L. itē apud labeonem §. si communem ff. de injur.
(12) L. cū pater §. rogo ff. de leg. 2. & L. omni modo in princ. ff. de inoff. testam.
(13) In L. ult. q. 55. Cod. de revocād. donat.
(14) d. lib. 5. præsump. 4. per tot.
(15) In L. precibus n. 21. ver. excusat. ergo C. de impub. & aliis subst.
(16) Conf. 311. quidam Thomas col. 2. vers. venio ad secundum.
(17) Conf. 113. n. 1. lib. 2.
(18) In c. 1. n. 7. de Cler. non resid.
(19) Conf.

simi

ſimi viri. Nam (15) Baldus aſſeruit, *præſumptionem* eſſe pro eo, qui ſe excuſat, & (16) alibi reſpondit, neminem *præſumi* fœnore funſtum, cui ſubſcribit (17) Abbas, qui alio (18) in loco conſtituit, actum, qui ad bonum, malumque referri poteſt, niſi manifeſtè malus appareat, bonum cenſendum. Aretinus (19) etiam aſſeruit, verba ita intelligenda, ne ſonent delictum; additque (20) alibi, non *præſumi* Tutorem ex bonis pupilli quidquam ſibi quęſiſſe, quandoquidem, quod nefas eſt, delictum *præſumeretur*. Etiam (21) Craveta, citato Corneo, docet, cùm quandoque eadem res eſſe *præſumitur*, ceſſare *præſumptionem*, ſi inde arguatur delictum, id, quod etiam docuit (22) Grammatica. Propterea, quod actum eſt, factum eo loco, ac tempore cenſetur, ex quibus delictum evitetur, ut tradit (23) Bartolus, (24) Alexander, (25) Pariſius, (26) Alciatus, (27) Craveta, (28) Gabriel Antonius, (29) aliique. Et conſilia, quæ bona, malave ſunt, bona *præſumuntur*, & aſſertio dubia in ſenſum catholicum trahenda eſt. Quin imò, etiamſi ſuſpicio adſit, ſi aliunde ratio aliqua pro hominis innocentia ſe ſe ingerat, huic ſtandum eſſe, ſolemni Suffragio cenſent DD. Quò fit, ut veriſſimam arbitremur ſententiam Antonii de Prato (30) Vot. 1, dicentis; ſi uxor amovit res mariti, non cenſeri id feciſſe furti cauſa, ſed nomine hypothecæ ſuæ dotis, ut bona illa penes ſe haberet; itidemque quod (31) Cępolla dixit, eum, qui alium percuſſit, *præſumi* id feciſſe animo ſe defendendi, non ut illum vulneraret: Denique, quod (32) Menochius cenſuit, conſuetudinem inductam *præſumi* in caſu licito, multaque alia, de quibus cum probatiſſimis Juriſconſultis diximus in Tractatu (33) *de Præſumptionibus* à Nobis, hoc, quo ſcribimus Anno, publicitus pro munere explanatis. Conſtat ex his, ea, quæ dubia ſunt, meliorem in partem accipienda, peccareque eum, qui adiaphoron actum ad eam revocat notam, ut malus judicetur, cenſeaturque. Quo ſpectant Pauli (34) verba: *tu quis es, qui judicas alienum ſervum?* quæ (35) Jacobus repetit: quandoquidem ex nullâ conjecturâ, & ex ineptis ſuſpicionibus ferre de moribus hominum ſententiam, ſceleſtiſſimum eſt, præceptoque & Charitatis, & Prudentiæ unuſquiſque ad id adigitur, ut piè, clementerque Proximorum, ut vulgò dicimus, facta interpretetur, quemadmodum receptus à Jure (36) Beda conſtituit.

VIII. Quòd ſi vel quæ dubia ſunt, & in utranque partem trahi queunt, *præſumptione* Juris in bonam, melioremque accipienda ſunt, ita, ut, qui aliter faxit, peccet temerè lati reus judicii; quid de iis arbitrabimur, qui, quę bona, quæ Sancta, quæ ab Eccleſiâ ipſâ Romanâ ſemel, iterumque approbata ſunt, malignis interpretationibus lædunt, injurioſis judiciis reprobant, atque inconſultâ temeritate condemnant? Scilicet illos abominari decet, uti Veritatis hoſtes, uti calumniatores improbos deteſtari, atque uti dementis proterviæ reos publicâ ſententiâ plectere, plectendoſque docere. Fecit id Sancta Romana, & planè pia mater Eccleſia in Catumſyrito, utinam & in blateronibus hiſce recentibus idipſum præſtet, qui cùm

9. col. ver. ſed & dubio.
(20) Conſil. 31. n. 3.
(21) Conſ. 244. n. 2.
(22) Conſ. 23. n. 1. in Crimin.
(23) In l. non ſolũ, §. ſed ut probari n. 2. ff. de oper. nov. nunt.
(24) Conſ. 24. n. 23. lib. 2.
(25) In c. in præſentia n. 31. de Probat.
(26) De Præſum. reg. 3. præſump. 5. n. 2.
(27) Conſ. 205. n. 9.
(28) Lib. 7. Concl. Crimin. 2. n. 26.
(29) Bald. in l. 1. n. 13. Cod. de Ser. fugit. ubi Jaſ. Alciat. d. reg. 3. præſum. 1. Cravet. d. conſ. 205. n. 9. Gabriel d. concl. 2. n. 2. Rojas de hære. p. 1. n. 367.
(30) Inter Conſ. Alexan. conſ. 129. n. 2.
(31) Conſ. 1. n. 3. in Crimin.
(32) De Præſump. lib. 2. præſum. 1.
(33) Prælect. 37.
(34) Ad Rom. c. 2.
(35) In Epiſt. Cano. c. 2.
(36) C. 2. de Reg. Jur.

probata per Apoſtolicam Sedem reprobent, ipſam Sedem maximopere lædunt. Nam Græcorum Mores per Florentinum Concilium non damnatos, probatos potiùs Orbis Terrarum Magiſtra cuſtodiendos edicit, docet uſurpandos, tutandoſque, cùm per Leonem X. (1) imperat; *ut nullus Ritus, & cæremonias Græcorum in dicto Concilio Florentino, vel aliàs approbatos blaſphemare, aut reprobare, ſeu improbare audeat*: cùm per (2) Leonem IX. teſtatur, *nullum Græcorum etiam Romæ perturbari, vel prohiberi à paterna Traditione, ſive ſua conſuetudine; quin potiùs ſuaderi, & admoneri; eam obſervare;* cùm per (3) Alexandrum IV. cogens Græcos Epiſcopos, qui Latinorum Principum imperio ſubjecti ſunt, Synodo quotannis à Latinis Epiſcopis habendę intereſſe, eos tamen minimè compellat, ſuſcipere, aut cuſtodire decreta Synodorum hujuſmodi, quæ fortaſſis Ritibus, Moribuſque Græcorum catholicæ Fidei non repugnantibus contraria, lata fuerint. Extant celeberrima verba tanti Pontificis Græcè: πρὸς τὴν σύνοδον δὲ τοῦ λατίνου Ἐπισκόπου ὁ Ῥωμαῖος Ἐπίσκοπος ἐν τῇ αὐτοῦ ἐνορίᾳ τὸν θρόνον αὐτοῦ ἔχων ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μετὰ τῶν ἡγεμόνων, καὶ τῶν ἱερέων αὐτοῦ τῶν τὴν φροντίδα τῶν ψυχῶν ἐχόντων κρατεῖται ἐκτικῶς συντρέχειν, τὰ συνοδικὰ τοῦτο θεσπίσματα, ἃ μέντοι τοῖς γραικοῖς ἔθεσι μὴ ἐναντίοις τῇ καθολικῇ πίστει, καὶ ἐν ταῖς Γραικῶν ἐκκλησίαις ἀνεχομένοις μὴ ἐναντιβαίνουσιν ἀντέχουσι, καὶ λαμβάνειν. Quæ verba Latinæ linguę, unde fluxerant, in Græcam, ſic reddidit Vincentius (4) Riccardius Cler. Reg. *Ad Synodum Latini Epiſcopi Rhomæus, hoc eſt Græcus, qui in ejus diœceſi Sedem ſua tenet, Epiſcopus, ac pariter Abbates, ejuſque Sacerdotes animarum curam habentes ſemel in anno expeditè accedant, & Synodica decreta, quæ Græcis quidem inſtitutis Catholicæ fidei non repugnantibus, & à Græcis receptis Eccleſiis non adverſantur, ſuſcipere, & obſervare teneantur*. Vix numerari poſſunt Sanctiſſimorum decreta Patrum, ſive Pontificum, queis Ritus noſtri, Mores noſtri Fidei Orthodoxæ non repugnantes apprimè probantur, commendantur, uſurparique jubentur à Græcis. Vide aliqua penes (5) Allatium. Quid plura? Mores noſtri Romæ hoc ſæculo publicè uſuveniebant ex Diplomate (6) Urbani VIII. donec ad evitandum incommodum Alumnis Collegii noſtri peculiari privilegio indultum, moribus Latinorum ut vivant, Græcos mores iterum accepturi, poſtquam in Græciam redierint, nec acturi unquam, ut ad latinum Ritum tranſire illis liceat, ex præcepto ejuſdem (7) Urbani VIII. ad cujus inſtar Alumni iidem etiamnum ſe ſe voto, ac iureiurando ſolemniter obligant. Adeò verum eſt, Mores, quos hoſtes reprobant Noſtri, bonos per ſe eſſe, quippe qui Sedis Apoſtolicæ authoritate probantur. Neque enim alii ſunt, qui probantur, quàm ii, quos improbant hoſtes Noſtri. Scilicet, Sede Apoſtolica approbante, in jejuniis à cibis, quos Sanguis animat, abſtinemus: atque hoc eſt, quod Græcorum in Urbe Alumni ſemper uſurparunt, donec conceſſum illis eſt, more Latino jejunia peragere. Hoc eſt, quod Apoſtolica Diplomata iubent in Græciâ uſurpari ab iis, quos ad Græciæ ſalutem perpaucos ſuis impendiis inſti-

(1) Bulla data 18. Maji 1521 extat penes Allat. de Interſt. pag. 13.
(2) Ep. 1. c. 29. ad Michaelẽ Cerular. & Leon. Acridanum.
(3) Conſt. Cyprian. an. 1260.
(4) Ex Enchol. MS. Altempſ. Biblioth. penes Allat. ubi ſupr. pag. 3. & 4.
(5) d. Lib. de Interſt. à pag. 5. ad 29.
(6) Num. 63. penes Allat. ib. pag. 25.
(7) Ejuſdẽ Diplom. n. 15. penes eundẽ ibidem.

Digitized by Google

tuit. Hoc est, quod Romæ ab Episcopo Græco publicè, citra notæ ullius periculum fit, cui olim petenti, ut sibi, quod Alumnis Græcis ex Apostolica benignitate licet, liceret, ut nimirum jejuniorum more Latino peragendorum potestas fieret, graviter responsum, eam ob rem à Sede Apostolica Græcum Romæ Episcopum detineri, ut ex Græcis Institutis vivens, Moresque probatissimos Græcorum professus Schismaticorum refellat calumnias asserentium, mores Græcorum à Romanâ Ecclesiâ damnari. Proinde non sine piaculo ad crimen Proximos provocante fieri posse, ut ea potestas fiat à Romano Pontifice, qua quis opinetur, propterea Græcum Episcopum Romæ esse, ut Ecclesiæ suæ Mores, Legesque contemnat, quas Romana Ecclesia diligit, laudat, fovet, incolumesque, ac perennes, modò Schismatis teterrimi absint dogmata, exoptat.

IX. Hæc Sapientissimus Pontifex, (1) hæc Vaticanum Oraculum: & meritò hercle. Novit enim, quàm congruat hæc à cibis ejusmodi solemnis Nobis abstinentia Moribus Antiquorum, Priscorumque Jejuniis, penes quos translativum est Xerophagiæ nomen, de quo vide (2) Magrium, & eruditum (3) Cabassutium, quorum à sententiis non dissident, quæ scribit (4) Balsamon, testatus Xerophagiam ex nominis ipsius significatione, & Græcorum consuetudine nihil aliud esse, nisi siccorum esum ciborum, quem & cœnam puram tùm à Judæis, tùm ab Ethnicis appellatum ex (5) Philone, (6) Apulejo, & (7) Plutarcho docet (8) Baronius. Consonat (9) Cassianus de Monachorum jejuniis agens, rationemque reddens, cur Monachi non facilè defatigentur, Nam, *non enim*, inquit, *magno corporis labore fatigantur, quia non tanta curâ inter eos prandendorum ciborum, vel coctionis impenditur; quippe qui maximè Xerophagiis, & homophagiis utuntur*. Ex quibus constat, Xerophagiam usurpantes interdixisse sibi cibis omnibus uvidioribus. Quod (10) Tertullianus his verbis exposuit. *Arguunt, quòd etiam Xerophagias observamus, siccantes cibum ab omni jurulentiâ, & uvidioribus quibusque pomis, ne quid vinositatis vel edamus, vel bibamus, lavacri quoque abstinentiam congruentem arido victui*. Quibus verbis nescio quid simile passos Christianos tradit ab Ethnicis ei, quod nempe Nos à calumniatoribus patimur, ad superstitionis, & jactantiæ culpam coacti, qui persimilia (siquidem non omnino antiquam Severitatem servamus) antiquæ austeritati constanter exequimur. Nam imperatum Nobis, ut Xerophagia in jejuniis utamur, eâque contenti simus, constat ex Laodiceno (11) Concilio, & ante Laodicenum idipsum nobis ex Christiana consuetudine Clemens (12) Alexandrinus præceperat, quo factum est, ut diu in Græciâ minimè licuerit jejuniorum tempore, diebus Sabbati, Solisque exceptis, nisi Siccis; incoctisque vesci cibis, donec paulatim, æstu Charitatis tepescente, uvidis etiam cœptum vesci, iis tamen, qui minimo jusculo indigent, nec humectant, potiùs exsiccant; acceptaque est in eum sensum Xerophagia, ut usus sit exsiccantium ciborum, quando ξηροφαγεῖν & in hanc sententiam ritè pronunciatur, ut docent (13) Lexica. Hinc permissum, animantibus vesci, sed iis, quæ exanguia sunt, quippe quæ vilia, nec admodum lascivienti stomacho grata, frigidaque per se calorem, fervoremque carnis castigant: gulamque, & luxum orexeos in apparatu epularum delicias sectantis domant.

(1) *Vide Michael. Justinianum. Epist. lib. pls. Ep. 8. ad Archiep. Balsarinum.*
(2) *In Hierolex. dict. Xerophagia.*
(3) *In Notis ad Can. 50. Laodicen.*
(4) *Ad Can. 50. Laodic. et ad Can. 69. Apostol.*
(5) *De Vit. Contemplat.*
(6) *In Asclepia. in fin.*
(7) *Lib. de esu Carn.*
(8) *Ad ann. Chri. 34. n. 154.*
(9) *Collat. li. 4. c. 22.*
(10) *Lib. de Jejunio.*
(11) *Canone 50.*
(12) *Lib. 2. Pedagog. c. 2.*
(13) *In dict. ξηροφαγεῖν.*

X. Atque is mos in Græcia antiquissimus est, atque probatissimus ex traditis per (1) Balsamonem, & novissimè per Zachariam (2) Cretensem Scordillium cognomento Maropharà, quem sequitur Nicephorus (3) Paschalea; &, quod potissimam laudem mereatur, constantissimè usurpatus. Non enim apud Nos sibi quisque pro libito, ægritudinem causatus, licere putat, Jejuniorum tempore, à macello delicias præstinare, neque tam faciles Antistites ipsi Medicorum perjuriis decepti potestatem faciunt cujuslibet comedendi: sed & hi quidem rigidissimè obsequium erga sacras Leges à Populis exigentes nunquam, ut carnibus vesci, raro, ut piscibus liceat, concedunt, subjecti verò, cujuscunque conditionis esse censeantur, adeò sine Antistitum facultate vetitis uti dapibus reverentur, ut ne ægroti quidem, & sontico laborantes fas esse putent, quod penes Gentes alias Exanthematis, vel Psydraciæ, aut Epinyctidis (quæ nomina papularum, pustularumque sunt penes (4) Celsum) alicujus causà protinus usurpatur. Quare (5) Balsamon negat, vel in mortis confinio quartà, & sextà Ferià, Quadragesimoque jejunio ægrotis carnes permittendas: & Gregoras (6) narrat Andronicum Imperatorem ætate etiam decrepità stomacho laborantem non tamen sibi fas putasse, piscibus vesci, proptereàque illi serotinum cibum sumenti ἦν, ait, τὰ τῆς τροφῆς ὀστρακόδερμα πάντα, διὰ τὰ τῶν νηστειμῶν ἐκείνων ἡμερῶν νόμιμα. ἐφ' οἷς δέον ἀκρατοποσίᾳ χρῆσθαι, δυναμένῃ γηραιὸν τονῶσαι στόμαχον πρὸς κατεργασίαν σκληροτέρας ἐκείνης τροφῆς. *apposita erant omnia testacea propter jejunium illorum dierum, post quæ, cùm merum bibendum fuisset, quo vetulus stomachus ad duriorem illum cibum conficiendum firmaretur, &c.* Adeò penes Nos nullum stomachorum discrimen est, quod penes quospiam tam artificiosè, tam medicè consideratur, ut religiosum sit, oleo uti, cancrum comesse, muriam degustasse, nec sine piaculo ire in ventrem possint ostrea, quę extra jejunia sunt in deliciis delicatulis hisce, quibus, si compares Nostros sicco ciborum apparatu saginantes jejunia, ut phrasi utar Tertulliani, jam videbis, quantam laudem mereantur ii, quos ineptè vituperas. Certè maximus ille Pontifex nostro ævo Clementissimus Clemens ordine IX. me coram audiente, cùm Alumni Græcorum jussam quotannis, Hypapantes die festo, candelam sacris pedibus advoluti offerrent, hanc Græcorum in jejuniis castam severitatem mirificè laudavit, affirmavitque, à se maximopere diligi eam Gentem olim Orbis Terrarum Magistram, Ecclesiæ columen, cui ad Veritatis amorem revocandæ libenter dexteræ damnum impenderet: cùmque non sine lacrimis gratias raræ erga nos Pontificis non Veneti benevolentiæ, redderemus, bono animo Nos esse jussit, diuturnamque sibi, si Superis placuisset, vitam precari; etenim effecturum se, ut amari Romæ se Greci omnes agnoscerent. Hæc ille pauperum Pater, vereque Clemens

(1) *In Can. 50. Laod. & 69. Apost.*
(2) *In Opusc. de Jejun. addito ad Calcem Horologii.*
(3) *Syntaxi de Jejun. ad Calcem Horologii.*
(4) *Lib. 5. c. 24.*
(5) *Ubi supra.*
(6) *Lib. 9. hist. c. ult.*

mens Pontifex, quem citò abstulere Fata, ne quid ulteriùs post illum Nobis sperandum sit; imò potiùs ut post illum pugnaciùs nobis contendendum sit, ne, quam ille laudavit ex more jejuniorum, Gentem homunciones ineptissimi vesanè vituperent.

XI. Sed vituperent, ut libet, Nobis perinde est eorum vituperatio, ac olim Phocioni Cerdonum Athenis dicteria, quæ cùm amaro risu excepisset, *næ Vos*, inquit, *illud à me minimè obtinebitis, ut vobis irascar, quorum ex ignorantia loquacitas*. Scilicet & hi, qui Nostra vituperant, ignorantissimi mentiuntur tùm in iis, quæ supra rejecimus, tùm in eo, quod præsertim affirmant, à Nobis ineptos Ordinibus reputari, qui capillum, barbamve totonderint, aut in jejuniis piscem aliquem degustarint. Nusquam enim, aut ex Canonicâ re nostrâ, aut ex consuetudine in Græciâ recepta has ineptias probaverint, quas potiùs utroque ex capite calumnias meras, merasque, ac Siculas gerras actutum ostendam. Nam Theodorus (1) noster ubi rejiciendos ab Ordinibus docuit eos, qui calvi fœdè, planèque glabri, ac depiles ita naturâ sunt, ut risum provocent spectatorum, horroremve: addit: Τὰς δὲ ὑπὸ κουρᾶ ψαλίδος γενομένας, καὶ τὴν κόμην παντελῶς καρέντας οὐκ ἀποστρέφεσθαι ἄξιον, κουρὰ γὰρ σφραγὶς ἐκκλησιαστικὴ τῆς ἱερωσύνης, καὶ ἀναγκαία τοῖς ἱερωμένοις κατὰ τὰ νόμιμα· τίθ' ἔνεκεν οὐδὲ ἄτοπος κἂν λίαν ἐπίστακτος. *At eos, qui forsicularum tonsuræ subjecti sunt, & comam penitùs totonderunt, nefas rejicere. Tonsura enim signum Ecclesiasticum Sacerdotii, & necessarium initiatis juxta leges. Quare nec dedecens, licet vehementiùs impacta.* Quo testimonio pariter evincitur, & tonsuram à Græcis agnosci contra Photianos, eandemque impedimento non esse sacris Ordinibus contra maledicos Nebulones. Utrosque premit (2) Harmenopuli Authoritas dicentis: ἡ κουρὰ μὲν ἀφορίστως τελίωσις τῶν ἐν τῷ Κλήρῳ· διὸ καὶ τὴν χειροτονίαν οὐκ ἐμποδίζει· πῶς γὰρ ἐμποδίσει ἡ ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἀναγκαία; *Tonsura sanè decus est Clericorum, quare Ordinibus recipiendis impedimento non est: qui enim impedimento erit, quæ in ipsa manuum impositione necessaria est?* Addit Arsenius (3) Hieromonachus: κείρειν τὴν ἐπὶ κεφαλῆς τρίχα τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἐστι δέον, κατὰ τὸν θεῖον Ἐπιφάνιον, καὶ γὰρ ἐκτεινομένης κόμης ἀνὴρ ἐπονείδιστος τοῖς ἐν Κλήρῳ· τοὺς γοῦν ἀκειρεκόμους τούτους οὐ χρὴ χειροτονεῖν πρὶν τοῦ κείρεσθαι, τοὺς δὲ κατ' ἔθος κεκαρμένους ἀναλαμβάνομεν. *Decet Ecclesiasticos cæsariem tondere, juxta Divum Epiphanium. Nam promissæ homo comæ inter Clericos vituperandus. Ergo intonsos hosce non licet Sacris initiare, eos verò, qui juxta morem tondentur, recipimus.* Adstipulatur Joannes (4) Citri: nam interrogatus εἰ κεκαρμένον ἄξιον εἰς χειροτονίαν ἀναλαβεῖν, an detonsum ad Ordines admittere fas? Respondit, εἰ οὐκ ἐπ' ὀνειδισμῷ, καὶ ἀτιμίᾳ κέκαρται, ἀλλ' ἢ ἑκουσίως, ἢ κατ' ἔθος τῆς χώρας, δῆλον, ὅτι οὐδὲν ἀπαγορεύει, ὥστε μὴ χειροτονηθῆναι. *Si non ex contumelia, & infamia detonsus est, sed vel sponte, vel ex more regionis, nihil obest, quin Sacris initietur.* Hæc de tonsura capilli, quid de radentibus barbam? Idem sanè penes Nos Juris est, quamvis enim Eustrathius Patriarcha decreverit, ne quis Clericus barbam tonderet; si totondisset, ut à Clericorum numero alienus esset, cujus decretum Græcè retulimus superiori (5) Responso, attamen, ut bene notat (6) Canonarcha, id intelligendum est in primis de sacratis jampridem hominibus, qui promissam jamdudum barbam demetere, gravitatemque Ministris nostris debitam lædere auserint. Non enim penes Nos morem cultus licet mutare, gallicamque in ornatibus varietatem sectari. Qui olim, is nunc etiam Nobis corporis cultus, tantâ Gentis tenacitate, ut si quis post, quàm Ordines graviores recepit, barbam deponat, is pessimè penes plebem audiat, sive criminentur molliciem, sive potiùs insaniam. Quò fit, ut eum à Sacris cessare oporteat, quorum Minister, ut sæpe diximus *irreprehensibilis, & inconfusibilis* sit oportet. Cæterùm, si qui sine barba ad Ordines sacros recepti sunt, ii si Diaconi, aut hypodiaconi, usque ad Sacerdotium demetunt barbam, leviter sanè sine novacula, ut malæ semper hirsutæ nihil deliciarum referant, demetunt tamen. Quod apertè docuit (7) Coressius ad Synopsim Nili his verbis. εἴ τις ἱερεὺς πώγωνα ἔχων αὐτὸν φθαρῇ, ἀνάξιος λειτουργεῖν, ἄτιμος γὰρ παρ' ἡμῖν, καὶ τοῦτο πράξας ἐν ὑποψίᾳ φιλικοῦ κόσμου, ἢ μᾶλλον ἠλιθιότητος γένοιτο· εἰ δέ τις καὶ τῶν ὑπὸ τῆς ἱερωσύνης φθείρῃ τὸ γένειον, οὐδὲν ὑπεύθυνος, οὐ γὰρ βαθυπώγωνας εἶναι διακόνους, καὶ ὑποδιακόνους· χρὴ δ' ὅμως αὐτούς, εἰ καθ' ἡλικίαν ἔξεστι, δασεῖαν ἔχειν τὴν παρειάν· ἔνθεν νόμιζε, εἴ τις λαϊκῶν ἐν χρῷ ξυρεῖται, οὐκ ἀνάξιον χειροτονίας. *Si sacerdos promissam, quam habet fortassis, barbam corrumpat, ineptus est ministerio sacro, quippe infamis penes nos, quando id agens suspectus est vel amatorii ornatus, vel potiùs vanitatis, atque stoliditatis. Quòd si quis eorum, qui minori funguntur Ordine Sacerdotio, corrumpat barbam, nullo id modo vituperandum: neque enim promissioris barbæ necessitas ulla est Diaconis, & Hypodiaconis. Decet tamen eos, si per ætatem licet, hirsutas habere genas. Unde arbitrator, si quis laicorum se se ad cutem radat, non ineptum sacris Ordinibus.* Hunc in modum Coressius, ante quem Leo (8) Monachus: Τὸ γένειον, ait, παντάπασιν οὐκ ἀναγκαῖον πρὸς χειροτονίαν, καὶ γὰρ εἴ τις ἐκ φύσεως ἀγένειος, καὶ χειροτονεῖται, εἰ ἄξιος, καθὼς καὶ ὁ ἐκτομίας κατὰ τοὺς Κανόνας τῶν Ἀποστόλων· εἰ δέ τις ξυρηθῇ, πρὸ τῆς χειροτονίας μὲν, οὐκ ἀθέμιτον, μετὰ δὲ τὴν προτέραν χειροτονίαν, εἰ ἐν χρῷ καλῶς, εἰ διὰ ψαλίδος, λασίαν ὅμως καταλιπὼν τὴν παρειάν, καλῶς· ἀλλὰ ξυρούμενος μετὰ τὴν ἱερατείαν, ὡς ἠλίθιον, καὶ ἄτιμον χρὴ παῦσαι τῶν ἱερῶν, καὶ μὴ προβιβάζεσθαι τέλειον, ὡς τὸ σοβαρὸν τῆς ἀξίας ἀθετήσαντα. *Barba nullatenus necessaria est ad Ordines recipiendos, nam vel quispiam à Natura barbam desperat, & Sacris initiatur, si cæteroqui dignus, quemadmodum & spado juxta Canones Apostolorum. Quòd si quis se se raserit, si quidem ante Ordines, fas erit; At post primos Ordines, si ad cutem usque, malè: si forsiculâ, hirtas tamen relinquens genas, bene. Sed si se se raserit post sacerdotium, ut mentecaptum, & turpem decet à Sacris cessare, neque deinceps provehi, quippe qui contempsit gravitatem sacerrimæ dignitatis.*

XII. Eadem censet Arsenius (1) Chartophylax

(1) *De Interpret. ad Can. Pœnit. S. Basilii.*

(2) *In Prochir. Juris Canon. ad Can. Pœnit. S. Basilii.*

(3) *In Collect. 2. Canon. c. 204.*

(4) *Respons. 29. ad Cabasilam.*

(5) *Respons. 3. Sect. 3. n. 2.*

(6) *De vi Canonum Schol. 37.*

(7) *Ad Can. Carthaginiē.*

(8) *In Ecthesi Canonū ad Trullan.*

(1) *In Syl.*

Digitized by Google

phylax, Antonius (2) Chrysochiras, Manuel (3) Malaxus, Helias (4) Cretensis, Leo (5) Numodotes, Maximus (6) Planudes, aliique penes Joannem (7) Lascarem, & novissimè penes Nicephorum (8) Melissenum Comnenum Episcopum Crotoniaten, quorum suffragiis adstipulatur hodieque praxis, mos, & consuetudo, quâ constat, Diaconos, & hypodiaconos non sanè novacula, sed hercle forficulis sibi barbam minuere, eam passuri promississimè, undulatimque fluentem, ubi ad Sacerdotium pervenerint. Adeò falsum est, abigi à Sacris Jure nostro eum, qui sibi ante, postve receptos Ordines barbam totonderit. Iisdem authoribus, eademque consuetudine penes Nos usu receptâ id, quod de usu piscium in jejuniis hostes autumant Nostri, falsissimum esse cognoscitur. Mera enim calumnia est, abigi à Sacris penes Nos eos, qui, cùm abstinendum est piscibus, pisces degustant. Patet hoc primùm ex eo, quòd hac super re altum Jurisconsultorum nostrorum Silentium. Neque enim penes ullum invenies quidquam, quod repulsam hujusmodi asserere videatur: ut mirum sit fuisse, esseque homines tam apertæ mendacitatis, qui dixerint, Jure nostro constitutum id, quod in Jure nostro nusquam est, quodque Juris Interpretes nostri, usque ad superstitionem curiosi, fœderatâ quâdam taciturnitate, penitùs neglexere. Quid quod & contrarium unà docent, Nam, cum piscium usus in jejuniis Nostris ad summum à Nostris Theologis Gulæ criminibus, voracitatisve succenturietur, id, quod constat ex Simeone (9) Thessalonicensi in primis, & refert (10) Coressius, quo teste: ἐλαίῳ ἐν ταῖς παρασκευαῖς, καὶ τετράδαις τὸ νηστίμον. ἡ ἰχθύσι ἐν ταῖς νηστείαις κατάλυσις, ἁπλῶς γαστριμαργία. *Olei diebus Veneris, & Mercurii jejunio celebrandis, piscis verò in jejuniis usus simpliciter Gula est.* Magentinus (11) etiam recensitis Canonibus (hoc nomine sacras pœnas decretas certis criminibus appellant Nostri) Gastrimargiæ: καὶ τέτοις, inquit, τιμωρεῖται ὑπὸ τῦ πνευματικῦ, ὁ ἐνταμιεύων ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, ἤτι κατὰ χρόνον παρασκευαῖς φαγών. Τὸ γὰρ φαγεῖν βρώματα τὸν τρόπον τῦτον οὐχ ὑπὲρ γαστριμαργίαν· καὶ οὐχ ὁμολογῶ Λέοντι ἀνομίαν καλῦντι τὰ τοιαῦτα, τὸ γὰρ ἄνομον κοινὸν ταῖς ἁμαρτίαις· ἴδιον δὲ ταύτης γαστριμαργία. *His ab exhomologeta Sacerdote plectitur, qui carnem, piscemve, in Magno Quadragesimæ jejunio, seu Veneris diebus per annum comederit. Nam cibum degustasse hunc in modum, non est supra Gulam, crimen aliquod. Nec assentior Leoni iniquitatem appellanti, quæ hujusmodi sunt: nimirum iniquitas communis est omnium criminum, propria hujusce Gula est.* Hinc (12) Canonarcha ei præsens irascitur, qui reum violati per hujusmodi cibos jejunii ad ineundum Jerosolymam iter pœnâ constitutâ coegerat, quasi id crimen ex immanibus illis esset, quæ pœnis gravissimis expiantur, cùm, inquit, τὸ κρῖμα τῦτο οὐχ ὑπὲρ τὴν γαστριμαργίαν ὑπάρχει, ὃ τιμωρεῖν χρὴ νηστείαις, καὶ μετανοίαις τὸ μέγιστον στρωταῖς. *Hoc crimen supra Gulam non sit, quam decet plectere jejuniis, & incurvationibus ad summum stratis.* (sunt Incurvationes stratæ flexis uno impetu genubus, simulque corpore reliquo in manus ad modum pugni contractas procidente, ut digitorum exterioribus internodiis ex parte corpus incumbat). Denique, ne quid intactum relinquamus, quod cæteri asserunt, ipse etiam (13) Margunius, plerumque dissidens omnibus accuratè constituit, tradens. τὸ κρῖμα τῆς γαστριμαργίας διπλὸν εἶναι, γίνεται δὲ μέρος, ὅταν τοῖς νομίμοις βρώμασι χρώμενοι πλέον τρώγομεν, ὃ θέλει ἡ φύσις, καὶ ἡ ὄρεξις, καὶ τῷ πλήθει τῶν βρωμάτων, καὶ πόματων κατασείομεν εἰς κίνδυνον τὴν ὑγείαν μας, μέρος δὲ, ὅταν τρώγομεν τὰ οὐ νόμιμα, ἤγουν κρέατα, γαλατερὰ, καὶ ψάρια ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ, καὶ τῦτον κοινὴ ἡ πονηρία, καὶ μόνη τὸ γαστρίμαργον. *Culpa Gulæ duplex est, sit autem partim cùm legitimis cibis utentes, plusquam natura, & fames desiderat, avidi comedimus, & copiâ cibi usque ad periculum salutem nostram deducimus: partim verò, cùm iis, quæ minimè licent, vescimur, puta carnibus, lacticiniis, & piscibus in Sancta Quadragesima. Porro communis malitia horum, & una est, quæ ad Gulam pertinet.*

lege Can. in Nicæno.
(2) In explan. Synod. S. Nicephori.
(3) In Nomocanone in fin. ad Can. Pœnit.
(4) In Responsf. ad solitarium.
(5) In Ecthesi Canon. in Carthagin.
(6) περὶ χειροτονίας c. 12
(7) De Jure Græco, & Latin. de Ordin.
(8) Lib. de Ritib. Eccl. Orient. c. 6.
(9) De Sacram.
(10) Ad d. Can. Carthagin.
(11) In explicat. Can. Pœnit. S. Petri Alexan.
(12) De Canon. vi Schol. 36. ad Canon. S. Basil.
(13) Nota 99. ad Carthagin.

SECTIO II.

Expenditur dictum Coressii circa peccatum Gulæ, & constituitur, hanc non esse obicem Ordinum.

SUMMARIUM.

I. *Peccatum Gulæ ex se non rejicit ab Ordinibus. Defenditur dictum Jo. Citrii, refutaturque Coressius, & ostenditur, Irregularitatem esse Juris positivi.*
II. *Docetur Coressius dari liberum arbitriu, & nullum peccatum naturale esse.*
III. *Quot modis Originale peccatum accipi possit.*
IV. *Gulæ peccatum, etsi pertineret ad crimen Originis, non propterea majori excusatione dignum.*
V. *Quodnam fuerit peccatum primorum Parentum. Ostenditur fuisse Superbiam.*
VI. *Ex Superbia natam in primis Parentibus infidelitatem, & errorem. Utrumque fuisse seductum: & retunditur dicacitas quorundam: ostenditurque, hanc sententiam non repugnare Apostolo.*
VII. *Constituitur, nullo peccato Gulæ rejici quem ab Ordinibus Jure nostro.*
VIII. *Proponuntur objecta Catumsyriti ex Nilo, & Nectario Abbate.*
IX. *Proponitur utriusque Photiani locus.*
X. *Ostenditur dolus, & malignitas Catumsyriti.*
XI. *Contemptorem jejuniorum censeri suspectum de hæresi.*
XII. *Abstinentiam à Carnibus, piscibusque nullo modo pertinere ad Sectam Pythagoream.*

I. Est igitur manifestum Jure nostro, usum ciborum, de quibus agimus, nihil ultra malitiam voracitatis, & Gulæ præseferre, quod etiam DD. & Jura Latina concedunt, videnda penes (1) Filliuccium, (2) Navarrum & (3) Busembau, atque (4) Toletum: Atqui Jure nostro nemo à Sacris ob crimen Gulæ repellitur: nemo igitur Jure nostro à Sacris rejicitur ob ciborum usum ejusmodi. Adsumptio va-

(1) In Interrog. pro Confess. circa 9. Præcept. n. 4.
(2) In manual. c. 23. n. 120.
(3) In me-

dull. li. 5. c. 3. dub. 5. art. 1. n 4.
(4) *In Sum. tract. de pec. mort. c. 59. & seqq.*
(5) *De Interpret. ad Can. Pœnit. S. Basilii.*

tio validissimæ argumentationis, quæ hostium Nostrorum technas evertit sexcentis testibus confirmatur. Nam Theodorus (5) Prodromus ἡ γαστριμαργία, inquit, καθ' αὑτὴν οὐ κρῖμα θανάσιμον γίνεται· δι' εἴτις φάγοι παρὰ τὰ νόμιμα, καὶ τότε μετάνοιαν ἀγέτω ἐξομολογούμενος ὁ γαστρίμαργος, εἰ δὲ ἱερεὺς, μὴ παυσάτω· ἡ γὰρ ἁμαρτία αὕτη οὐδὲ χειροθεσίας κωλύει, οὐδὲ λειτουργίας. *Gula ex se non est lethale crimen, fit ex accidente, si quis non legitimis cibis vescatur.* (Mirare antiquissimi Canonistæ cum Latinis concors circa Gulam Suffragium) *Et tunc peragat Pœnitentiam fassus crimen in Exbomologesi gulosus. Quòd si Sacerdos sit, ne cesset à ministerio, nam id criminis neque impositione manuum interdicit, neque Sacrificio.* Similia censet Maximus (6) Chrysoberges: nam de Vitiis disputans: ἡ γαστριμαργία, inquit, μήτηρ γέγονε τῆς πορνείας, καὶ γὰρ κατὰ τὴν ἱερὰν ἱστορίαν οἱ ἀσελγεῖς ἐκεῖνοι ἔφαγον, καὶ ἔπιον, καὶ ἀνέστησαν παίζειν, ὅ ἐστιν ἀληθῶς, πορνείαν πολυπραγμονεῖν, καὶ τοῦτο δὴ τὸ ἁμάρτημα, εἰ μὲν ἐν τοῖς λαϊκοῖς αἰσχρὸν, αἴσχιστον ἐν τοῖς κατὰ κλῆρον Θεοῦ, καὶ σωτῆρος· ὅθεν θαυμάζειν ἡμῖν ἐπῆλθε ποτὲ, διατί ἐν τοῖς ἐμποδίοις ἐστὶ πρὸς χειροτονίαν οὐκ ἀριθμεῖται ἡ γαστριμαργία παρὰ τῶν Κανόνων, ὑφ' ὧν ἡ πορνεία τῶν ἱερῶν τάξεων κατείργεται, μήτηρ ὡς εἴρηται γεγονυῖα τῆς ἀνόμου πορνείας; δοκεῖ δ', ὅτι πολλάκις τὸ γέννημα τῆς ῥίζης χεῖρον, καὶ ἴδιον τοῦτο τῶν ἐν κακίᾳ, ὁ δὲ κανὼν τὰ κάκιστα διώκει φέρων ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰ κακά. *Gula mater est libidinis. Scilicet iuxta sacram historiam incontinentes illi manducaverunt, & biberunt, & surrexerunt ludere, hoc est, verè libidinis satagere. Atque hoc sanè delictum, siquidem in Laicis turpe, turpissimum in iis est, qui ad Sortem Domini, ac Servatoris nostri adsumpti sunt. Quare mihi quandoque mirari subit, cur à Sacris Canonibus, qui à sacris Ordinibus libidinem arcent, inter impedimenta Ordinum minimè recensetur & Gula, quæ mater est, uti diximus, impiæ libidinis? Videtur autem, sæpe partus Origine sua deterior esse, atque hoc proprium Vitii est. At Canon pessima quæque persequitur, patiens ex necessitate etiam malorum.* His adstipulatur Joannes Episcopus (7) Citri, nam, quæstioni εἰ τοὺς φιλοπότας, καὶ οἰνόφλυγας ἀνάγκη διώκειν τῆς χειροτονίας, an ebriosos, & temeti cupidos opus sit ab Ordinibus omnino repellere? respondet: φιλοινίαν γαστριμαργίας εἶδος ὑπάρχειν, οὐδαμοῦ δ' ἀπείργεσθαι γαστρίμαργον τῆς χειροτονίας, εἰ μὴ εἰς τοσοῦτο αὐξανθῇ, ὥστε τὸν τοιοῦτον ἠλίθιον γίνεσθαι, ἢ ἄτιμον τῷ λαῷ· τότε γὰρ ἀπείργεσθαι διὰ τὴν ἀτιμίαν, καὶ ἠλιθιότητα, οὐ μὴν διὰ τὴν γαστριμαργίαν. περὶ ἧς οὐδὲν οἱ Κανόνες, ὧν σιωπώντων οὐκ ἔξεστιν διατυπώσεις νέας εἰσάγειν. *Ebriositatem speciem esse Gulæ: nusquam autem Gulæ deditum arceri ab Ordinibus, ni ad id vitium pervenerit, ut ei obnoxius stupidus, vel turpis populo fiat. Tunc enim arcendum propter turpitudinem, & stoliditatem, non verò dumtaxat propter Gulam, de quâ nihil Canones, quibus silentibus minimè licere, novas constitutiones comminisci.* Hoc Joannis responsum respexisse videtur Georgius (8) Coressius, cùm Theologum Constantinopoli agens, fundensque ritu Apollinis inter Photianos Oracula: ὁ μὲν σοφώτατος, Ἰωάννης, inquit, Τὸν γαστρίμαργον οὐκ ἀπείργει τῆς ἱερᾶς τάξεως καλῶς γνωματεύων, ἀλλ' οὐ καλῶς λογιζόμενος· γαστρίμαργος γὰρ οὐκ ἀπείργεται, οὐχ ὅτι ἐν τῷ Κανόνι οὐδὲν περὶ τούτου, ἀλλ' ὅτι γαστριμαργία φυσικὸν ἁμάρτημα, καὶ πρῶτον τοῦτο τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτήσαντος. *Sapientissimus quidem Joannes Gulosum non repellit à sacris Ordinibus, benè definiens; sed non bene rationem reddens. Nam Gulosus non rejicitur, non sanè quòd nihil de illo Canones, sed quòd Gula naturale peccatum sit, & primum, cùm nempe hoc Adam peccaverit.* Hæc Coressius, quæ ad Veritatis, quam comprobamus, confirmationem attulimus, ut scilicet pateat, Jure nostro Gulam impedimento non esse sacris Ordinibus. Cæterùm Episcopus Citri optimè ratiocinatus veritatem asseruit. Coressius pessimè Theologum agens in ipsâ Veritatis assertione delirat. Reverà enim propterea Gula non rejicit, quòd id cautum Legibus sacris non sit, quarum effatis omnis Irregularitas unicè inducitur. Est enim constitutissimum omni Jure, Græco scilicet, & Latino, Irregularitatem non jure Divino, non Naturali, sed Canonico dumtaxat esse institutam. Siquidem ex Græcis id (9) Prodromus his verbis testatur. ἀκανονισίαν λέγομεν παραίτησιν χειροτονίας, ἢ λειτουργίας ὑπὸ τῶν ἱερῶν Κανόνων ἐπηγμένην, καὶ συνισταμένην. *Irregularitatem dicimus interdictum Ordinationis, seu Ministerii à Canonibus inductum, & constitutum.* Quod Prodromi dictum laudant omnes videndi penes (10) Canonarcham, & post omnes ipse (11) Margunius, nec dissident Latini, sed, ut Mos habet, veritatem, ut ut origine Græcam, professi, idipsum palam fatentur (12) Innocentius, (13) Silvester, (14) Paludanus, (15) Antonius de Butrio, (16) Speculator, (17) Villadiego, (18) Imola, (19) Antoninus, aliique, quos eruditè refert hoc idem comprobans (20) Covarruvias.

(6) *Libro de different. vitiorum c. de Gula.*
(7) *In respon. 79. ad Cabasilam.*
(8) *In Synops. Nili ad Can. Trull.*
(9) *De Interpr. ad Trullan.*
(10) *De Canon. vi Schol. 42.*
(11) *Not. 18. ad Trullan.*
(12) *In c. nisi cum pridem. col. 3. de renunc. & in c. audientiam de homic.*
(13) *Verb. Irregularitas in fin.*
(14) *In 4. sent. dist. 25. q. 3. in fin.*
(15) *In d. c. nisi cum pridem. n. 19.*
(16) *Tit. de leg. §. juxta.*
(17) *De Irregul. in princ.*
(18) *In Clem. si furiosus de homic.*
(19) *3. p. tit. 28. c. 2. §. 6.*
(20) *In d. Clem. si furiosus in 1. par. n. 2.*

II. Constat, optimè philosophatum Joannem Citri, rationemque ab eo appositam verissimam esse, ac prorsùs unicam, contra verò manifestum est, desipuisse Architheologum Byzantinum, cùm emendaturus doctissimum suâ confessione virum, falsa, ac penitùs respuenda proposuit. Nam quæ apertior ineptia, quàm Gulam Naturale peccatum asserere? Etenim unde hoc habet, aut quæ Theologia id illi videtur insinuasse, nisi forte ea Turcica sit, ne Theologus Byzantinus à sapientia Dominorum degeneret. Gula, inquit, Naturale peccatum est. Naturale dupliciter dicitur, quod à principiis Naturę necessariò manat, quodque à nativitate, & origine alicui necessariò censetur inditum, adscriptumque. At nullum sanè peccatum à Naturæ principiis est necessariò, alioquin nullum peccatum homini liberum, ut apertum non Theologo solùm, sed rudi rustico est. Naturam hominis per se liberam esse, quippe quæ à necessitate liberum arbitrium complectitur, catholicum dogma est in Arausicano (1) Concilio, & in (2) Tridentino decretum, imò & in Concilio (3) Jerosolymitano sub Patriarcha Dositheo Anno hujus sæculi LXXII. Idem compertissimum faciunt, quę refert Sapiens his (4) verbis: αὐτὸς ἐξ ἀρχῆς ἐποίησεν ἄνθρωπον, καὶ ἀφῆκεν αὐτὸν ἐν χειρὶ διαβουλίου αὐτοῦ· ἐὰν θέλῃς, συντηρήσεις ἐντολὰς, καὶ πίστιν ποιῆσαι εὐδοκίας· παρέθηκέ σοι πῦρ, καὶ ὕδωρ, οὗ ἐὰν θέλῃς, ἐκτενεῖς τὴν χεῖρά σου· ἔναντι ἀνθρώπων ἡ ζωὴ, καὶ ὁ θάνατος, καὶ ὃ ἐὰν εὐδοκή-

σῃ

(1) *Canone 25.*
(2) *Sess. 6. c. 5.*
(3) *Decreto 14.*
(4) *Ecclesiast. c. 15. n 14. & seqq.*
(5) *Lib. 3. de princ. c. 1.*
(6) *In Apologetico.*
(7) *Lib. 7. de Philo-*

Digitized by Google

ση, διαβουλίου) αὐτοῦ. *Deus reliquit hominem in manu consilii sui: adjecit mandata, & præcepta; si volueris mandata servare, conservabunt te: Apposuit tibi ignem, & aquam; ad quod volueris, porriges manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit ei, dabitur illi.* Idemque confirmant sanctorum Patrum effata: Origenis (5) docentis, liberum arbitrium esse facultatem discernendi bonum à malo, atque eligendi, quod probaverit. Nazianzeni (6) asserentis, libertatem arbitrii parem in utramque partem habere motum. Gregorius (7) etiam Nyssenus, hominem liberi arbitrii esse probat, quòd, quæ faciunt homines, non necessariò faciunt, verùm ita, ut queant ea etiam non facere: mox (8) explicat, quid in libero arbitrio sit, docetque esse, ire, & non ire, dare, & non dare, concupiscere, & non concupiscere, lætari, & non lætari, tandemque (9) constituit: omnem potestatem electionis, ut ajunt, compotem, quale describit arbitrium, liberam esse ad opposita. Quæ omnia ex tanto Doctore in sua retulit fermè verbis iisdem (10) Damascenus. Græcos Patres sequuntur Latini (11) Hilarius, (12) Optatus, (13) Ambrosius, (14) Augustinus, (15) Bernardus, quibus adstipulantur Scholastici, (16) Magister, Albertus (17) Magnus, Alexander (18) de Ales, (19) Bonaventura, (20) S. Thomas. Quin imò ipsi Philosophi, quorum sententias Coressium, quippe ἰατροφιλόσοφον, scire oportuerat, hanc certissimam, Orthodoxamque Veritatem agnoscunt ex (21) Aristotele propterea voluntarium à libero distinguente, quòd ad liberum pertineat facere, & non facere. Ex his palam est, Naturâ homines libertate frui numeris omnibus absolutâ. Sequitur autem inde, nullum ex ea necessariò peccatum esse, atque adeò nullum illi peccatum Naturale, ut primo loco describitur. Nimirum si Naturale, necessarium; Si necessarium, peccatum non est. Quî enim peccatum, si nequit non fieri? Si peccatum, pœnæ ædepol obnoxium, at pœnæ obnoxium esse non potest, quod fit necessariò, cùm necessitati nulla Lex ferri possit, futura non Lex, si feratur, sed actus inauditæ Tyrannidis Siculis omnibus durioris; colligiturque, nullum peccatum Naturale dici posse, ut primo modo Naturale censetur, atque adeò in eum sensum Gulam peccatum Naturale non esse.

III. Sed fortassis Coressius, quippe qui adspersus scientiis, non tamen sapiens, sapientiam, quam quandoque à limine salutaverat, in Græcia venditabat, nomine Naturalis peccati intellexit, quod est ab Origine homini. Atque id sanè verum, & opportunè deducitur ex verbis Pauli (1) ἤμεθα καὶ ἡμεῖς φύσει τέκνα ὀργῆς: *eramus & nos natura filii iræ*, hoc est à nativitate, & origine: quemadmodum doctè explicat (2) Bellarminus, docens, ritè peccatum Originis naturale peccatum dici posse: sed id, utut verum, nihil ad rem, neque enim Gula Originale peccatum est: id, quod ostendo. Nam Originale peccatum accipi dupliciter potest, & pro ipsâ culpa remanente post actum peccati peractum, quâ homo reipsâ peccator, atque reus *formaliter*, uti dicimus, est, & pro ipso actu cum Lege pugnante. Porro, si peccatum Originis primo modo accipias, manifestum est, illud in Gulæ crimine situm non esse: nam culpa illa, illudque, quod remanet post Originalis actum peccati, per quod scilicet homo reus est, diciturque, nihil aliud est, nisi *privatio* ipsa doni Justitiæ ab Origine homini collatæ, ut aversio mentis à Deo est, in modum habitus manens, quemadmodum rejectis tum hæreticorum, tum aliorum sententiis tandem doctè constituit (3) Bellarminus, latèque probat. At enim crimen Gulæ, quod homines forte patramus, non est *privatio* Justitiæ ab Origine homini collatæ: Hæc enim, antequam Gulæ, quæ peccatum est ab adulto dumtaxat patrandum, culpam subeamus, esse in nobis censetur, qui cum ea nascimur. Gula igitur hoc modo peccatum Originis non est. Quòd si peccatum Originis ad primum revoces modum, atque Actionem ipsam Adæ peccatum Originis dicas, consentanea Veritati dices, ipsa enim Adami prævaricatio, ut humani Generis universi prævaricatio fuit, estque, ac dicitur peccatum Originis. Id, quod constat ex verbis Pauli dicentis (4) ἐφ᾽ ᾧ πάντες ἥμαρτον. *in quo omnes peccaverunt*, quòd Omnes Adamo peccante peccaverint, & ex ejus crimine Omnes criminosi sint eodem (5) dicente: διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθημεν οἱ πολλοί: *per unius inobedientiam peccatores constituti sumus multi*. Ad quæ respexit (6) Augustinus, cùm dixit: *certè manifestum est, alia esse propria cuique peccata, in quibus hi tantùm peccant, quorum peccata sunt, aliud verò unum, in quo omnes peccaverunt, quando omnes illi unus homo fuere*; & argutiùs (7) alibi: *Unde nec illud liquidè dici potest, quòd peccatum Adæ etiam non peccantibus nocuit: cùm Scriptura dicat, in quo omnes peccaverunt. Nec sic dicuntur ista aliena peccata, tanquam omnino ad parvulos non pertineant: Siquidem in Adam tunc omnes peccaverunt, quando in ejus natura illa insita, in qua eos gignere poterat, adhuc omnes illi unus fuerunt. Sed dicuntur aliena, quia nondum ipsi agebant vitas proprias, sed, quidquid erat in futura propagine, vita unius hominis continebat*. Argutissimè tamen his verbis paucissimis (8) alibi: *traxit ergo reatum, quia unus erat cum illo, & in illo, à quo traxit, quando, quod traxit, admissum est*. Passim hæc (9) Augustinus acutè constituit, cui consona tradunt ex Latinis (10) Ambrosius, & (11) Bernardus, ex Græcis, par nobile inclitæ Sapientiæ, Sanctumque castæ exemplum Amicitiæ Basilius, & Nazianzenus, quorum (12) ille, *primum*, inquit, *mandatum accepit Adam, de ligno scientiæ boni, & mali ne edatis*: mox addit: *quandoquidem non jejunavimus, excidimus è Paradiso*: Quibus verbis constat, sententiâ Basilii, idem esse peccatum Adami, nostrûmque omnium, quando, eo non jejunante, non jejunasse Nos etiam dicimur. Quare Nazianzenus (13). *At post quam ait, diaboli invidia, mulierisque transgressione, proh meæ imbecillitatis! (mea enim fuit illa imbecillitas primævi parentis) traditi mandati oblitus homo est, amaroque succubuit gustui, &c.* Ἐπεὶ δὲ φθόνῳ διαβόλου, καὶ γυναικὸς ἐπη-

ρείας,

Sophia. c. 1.
(8) *Ibid. c. 2.*
(9) *Ibid. c. 5.*
(10) *Lib. 2. de Fid. c. 25. & seq.*
(11) *In Comment. ad Psal. 2.*
(12) *Lib. 7. advers. Parmen. init.*
(13) *Lib. 2. c. 3.*
(14) *Lib. 2. contr. Faust. c. 5. & l. 3. de lib. arbitr. c. 1. 2. & 3. l. de ver. religion. c. 14. lib. de Grat. Christ. c. 97. Ep. 46 & 47. ad Salentin.*
(15) *Lib. de Grat. & liber. arbitr.*
(16) *In lib. 2. Sent. dist. 25. litt. A. & seqq.*
(17) *In 2. Sent. dist. 24.*
(18) *In 2. p. qu. 72. memb. 3. art. 4.*
(19) *In 2. Sent. dist. 25.*
(20) *In q. de malo, quæ est de elect. art. unico.*
(21) *Lib. 3. Ethic. c. 4. & 5.*

(1) *Ad Ephes. c. 2 n. 3.*
(2) *Tom. 4. lib. de Grat. primi homin. c. 7. ad 6. object.*

(3) *d. tom. 4. 2. Controv. de amiss. Grat. & stat. peccati li. 5. c. 19. per tot.*
(4) *Ad Rom. c. 5. n. 12.*
(5) *Ibid. n. 19.*
(6) *De peccat. merit. & remiss. li. 1. c. 10.*
(7) *Ibid. lib. 3. c. 7.*
(8) *Epist. 23. ad Bonifacium.*
(9) *Lib. 16. de Civit. Dei c. 27. Ep. 89. ad Hilarium q. 3. lib. 3. retractat. c. 15. in Psal. 118. concio 25. & lib. 2. de nupt. & concupisc. c. 11.*
(10) *In c. 15. Lucæ.*
(11) *Serm. 1. de Dom. 1. post Oct. Epiph.*
(12) *Orat. 1. de Jejun.*
(13) *Orat. de Natal. Domin.*

μίᾳ; ὅτι ἐξεδύθην, ὡς ἀπελαστέρα; καὶ νῦν γέγονα, ὡς πιθηκοτέρα. φεῦ τῆς ἐμῆς ἀθεμιτίας. (ἐμὴ γὰρ ἦν τοῦ προπάτορος) τῆς μὲν ἐντολῆς ἐπιλάθετο τῆς δοθείσης, καὶ ἡττήθη τῆς παρούσης γεύσεως.

IV. Sic ergo acceptum peccatum Originis, ut actus est, ipsa prævaricatio Adæ censetur, ut nobis, quemadmodum diximus, *moraliter* imputatur. Porro Gulæ peccatum, quod fortè patramus, eum in modum esse peccatum Originis non potest. Nam peccatum Adæ ita nostrum censetur, ut peccatum Originis sit: at nostrum, actuale, ut ajunt, quidem est, Originis autem haudquaquam; nec nisi à demente dici poterit: siquis ex nobis jejunium non egerit jussum, naturale peccatum esse, scilicet Originis; propterea quòd, quia Protoplastus non jejunavit, ejus prævaricatio nostra esse censeatur. Video tamen, quid his ineptiis sibi voluerit Coressius. Parcendum putavit Gulæ, ne ab Ordinibus repellat, quòd primus homo Gulæ crimen admiserit; atque inde videatur hoc crimen proximè ab Originis crimine in nos fluxisse; ut nimirum propensi maximè simus ad voracitatem, qui ex voracitatis crimine per primum Parentem patrato ad omnia crimina propendemus. Sed & hæc Somnia desipientis ingenii. Nam in primis, tametsi demus peccatum primi Parentis ad Gulam pertinuisse, non propterea magis ad Gulam propendet ex eo natura hominum. Percurre, si libet, vulnera omnia, pœnasque, quas peccatum Originis intulit homini, præstoque erit (1) Bellarminus eas accuratè è SS. Patribus enumerans, videbisque nullam esse, quæ ad Gulam inclinet. Facta sanè nobis est affectio illa pessima per peccatum Originis, quæ Concupiscentia dicitur, hæc tamen non ad Gulam peculiariùs, sed ad omnia simul crimina plus, minusve nos urget, ut si parcendum sit criminibus, quorum nobis illecebras crimen primi Parentis fecit, omnibus parcendum sit. Deinde, an quia Gula primus homo peccavit, propètereà majori veniâ digni lurcones videntur? Imò potiùs majori pœna, quippe ejus criminis rei, quod omnium fuisse gravissimum constat ex disputatis acutissimè ab (2) Augustino, & ex ipsa pœnâ, quæ omnium gravissima, pensatis omnibus, ritèque consideratis, fuisse censetur. Quantum igitur lurconum crimen Voracitati illi primæ propius, tantò magis à Sacris abstinendum Ordinibus, qui si ex Patrum (3) sententiâ *Paradisi* mystico nomine nuncupantur, profectò iis abigendus est ille, cujus crimen simillimum illi crimini est, quod propter primus homo *Paradiso* est voluptatis miserrimè deturbatus.

(1) *d. tract. de amiss. grat. & stat. peccat. l. 6. c. 9. & seqq.*

(2) *De Civit. Dei lib. 24. c. 12. & 15. & li. 21. c. 12. & in Enchirid. c. 24. & 27.*

(3) *Vide Philotheum P. CP. Oratione de Sacerdotio.*

V. Verùm hæc, ut ostendamus, etiam dato, quod petit Coressius, non tamen indesequi, quod conficit. Cæterùm falsissimum est, primi Parentis crimen in voracitate situm. Quis enim id unquam Pater asseruit? Esum quidem pomi feralis criminosum fuisse, & futurum fuisse, ut Adam non peccaret, si peregisset jejunium, sunt ex celeberrimis Patribus, qui asserant, indeque occasionem laudandi, suadendique Jejunii libenter arripiant: nemo hactenus inventus est, qui peccatum Adæ Gulam fuisse contenderit. Disputatum hercle est, Hevæ peccatum hoc, an illud crimen censendum esset, sed in variis, diversisque sententiis, ne in ipso quidem peccato Hevæ (1) quæ *εἶδεν, ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν, καὶ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, καὶ ὡραῖόν ἐστι τοῦ κατανοῆσαι, καὶ λαβοῦσα, ἀπὸ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ ἔφαγε. Vidit pomum, quòd esset pulchrum &c.* adeòque videtur nescio quid Gulæ præ se tulisse, ulla mentio de Gula. Quid de Adamo? Constans Patrum opinio est ejus peccatum crimen fuisse Superbiæ, deduciturque ex verbis (2) Sapientis: *ἀρχὴ ὑπερηφανίας ἀνθρώπου ἀφισταμένου ἀπὸ κυρίου, καὶ ἀπὸ τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν ἀπέστη ἡ καρδία αὐτοῦ. Initium Superbiæ hominis apostatare à Deo, quoniam ab eo, qui fecit eum, recessit cor ejus*, & (3) rursùm *ἀρχὴ πάσης ἁμαρτίας ἡ ὑπερηφανία. initium omnis peccati superbia*: quo in loco Sapiens duobus argumentis ostendit, Superbiam vitium esse omnium maximum, & maximè detestabile. Primùm, quòd initium Superbiæ, hoc est primus actus Superbiæ hominis, in illa sanè defectione primi se prodidit hominis, quâ à Deo conditore suo sponte recessit. Deinde, quòd illa primi hominis Superbia omnium criminum, quæ patrata sunt ab hominibus, patranturque quotidie, perennis causa sit, & origo. Id, quod etiam confirmat (4) Tobias, his verbis filium instituens: *μὴ ὑπερηφανεύου ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ ἀπώλεια, καὶ ἀκαταστασία πολλή. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in illa enim initium sumpsit omnis perditio.* Nec refragatur Paulus (5) Apostolus dicens *ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί, οὕτως καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί, sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per obedientiam unius justi constituentur multi.* Nam primus actus Superbiæ est, nolle alterius imperio subjici, quæ propriè contumacia est inobsequentis animi, sicut è contra Christianæ humilitatis est, alterius imperio obsequi, & præceptis parere, quæ propriè *obedientia* dicitur. Quare & superiùs ex (6) Ecclesiastico dictum est: *initium superbiæ hominis esse à Deo deficere*, quod non ita accipiendum est, ut defectio atque rebellio prior sit Superbiâ, sed ut intelligamus primam partem, actumque primum Superbiæ fuisse ipsam contumaciam Voluntatis nolentis parere Deo, quemadmodum doctè D. (7) Thomas exponit. Quare penes Jeremiam (8) homini dicitur. *ἀπ' αἰῶνος συνέτριψας τὸν ζυγόν σου, καὶ διέρρηξας τοὺς δεσμούς σου, καὶ εἶπας, οὐ δουλεύσω, à Sæculo confregisti jugum tuum, rupisti vincula tua, & dixisti: non serviam.* & ab (9) Augustino promiscuè Superbia, & Contumacia dicitur, quæque his contraria sunt. Nam, *bonum* inquit, *est, sursum habere cor, non tamen ad se ipsum, quod est Superbiæ, sed ad Deum, quod est obedientiæ, quæ nisi humilium esse non potest*, & (10) iterum: *meliùs esse possent Dii, summo, veroque principio cohærendo per obedientiam, quàm suum sibi existendo per Superbiam. Et* (11) alibi: *nec fieri potest, ut voluntas propria non grandi ruinæ pondere super hominem cadat, si eum extollendo voluntati superioris præponat. Hoc expertus est homo contemnens præceptum Dei, & hoc experimento didicit, quid intersit inter bonum, & malum, bonum scili-*

(1) *Genes. c. 3. n. 6.*

(2) *Ecclesiastici c. 10. num. 14.*

(3) *Ibid. n. 15.*

(4) *Cap. 4. n. 14.*

(5) *d. c. 5. ad Rom. n. 19.*

(6) *d. c. 10. n. 14.*

(7) *2. 2. q. 162. art. 7. ad 2.*

(8) *Cap. 2. n. 20.*

(9) *De Civit. Dei l. 14. c. 13.*

(10) *Ibid. d. c. 13.*

(11) *Lib. 8. de Genes. ad literam c. 14.*

Digitized by Google

scilicet obedientiæ, malum autem inobedientiæ id est, Superbiæ, & contumaciæ. Apostolus ergo hanc potiùs confirmat sententiam, asseritque, Superbiam primum hominis crimen fuisse, quod itidem probat (12) Basilius, catastrophen luctuosam primæ ruinæ more suo eleganter exponens. *Quamobrem, inquit, dolis hominem aggressus, eâdem ambitionis cupiditate, quam ipse ab initio habuit* (loquitur de Cacodæmone) *velle similem se esse Deo, hac rursus ad decipiendos nos usus lignum ostendit, per cujus degustationem pollicitus est hominem similem fore Deo.* Δόλοις δὲ, καὶ μηχαναῖς ἐξαπατήσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ, ἣν ἔσχεν πρὸς τὸ ὁμοιωθῆναι Θεῷ, ταύτῃ πρὸς τὴν ἀπάτην καταχρησάμενος ἔδειξε τὸ ξύλον, καὶ ὑπηγγείλατο διὰ τῆς βρώσεως αὐτὸν ὅμοιον τῷ Θεῷ κατασκευάσειν. Adstipulatur (13) Chrysostomus de Heva dicens: *igitur, ut divinitatem mente sua imaginata est, ad esum properavit.* Φαντασθεῖσα γὰρ ἰσοθεΐας ἐπὶ τὴν μετάληψιν ἔσπευσε. Et Gregorius (14) Dialogus, *duas, inquit, ad intelligendum se creaturas fecerat, Angelicam videlicet, & humanam: utramque verò Superbia perculit, atque ab statu ingenitæ rectitudinis fregit.* Leo etiam (15) Magnus Nostris undequaque venerabilis: *Quid, ait, sanandis ægris, illuminandis cæcis, vivificandis mortuis aptius fuit, quàm ut Superbiæ vulnera humilitatis remediis curarentur?* Ubi Superbiæ vulnera appellat mala humano Generi vi primi criminis inflicta; quare (16) rursus: *illi*, Adamo nimirum, *per elationem lapso dictum est, terra es, & in terram ibis: huic:* idest Christo, *per humilitatem exaltato dictum est: Sede à dextris meis.* Eadem docent (17) Prosper, atque (18) Fulgentius, sed omnium acutissimè maximus (19) Augustinus ineptam Coressii sententiam reprobat his verbis. *Denique à peccante*, sermo est de primis Parentibus, *nihil aliud appetitum est, nisi non esse sub Dominatione Dei, quando illud admissum est, in quo, ne admitteretur, sola deberet jussio dominantis attendi.* Et clariùs (20) alibi de peccato Hevæ. *Quando, inquit, his verbis*, quæ à Serpente doloso ingerebantur, *crederet mulier, à bona, atque utili re divinitus se fuisse prohibitos, nisi jam inesset menti amor ille propriæ potestatis, & quædam de se Superba præsumptio, quæ per illam tentationem fuerat convincenda, & humilianda?* Apertissimè (21) alibi enumerans partes primi peccati, primo loco ponit Superbiam. *Superbia, ait, est illic, qua homo in sua potiùs esse, quàm in Dei potestate dilexit.* Concicitque tandem alio (22) in loco: *in occulto mali esse cœperunt, ut in apertam inobedientiam laberentur. Non enim ad malum opus perveniretur, nisi præcessisset mala voluntas. Porro malæ voluntatis initium quid potuit esse, nisi Superbia? initium enim omnis peccati Superbia.*

(12) In Orat. quod Deus non sit author malorū.
(13) Hom. 16. in Genes.
(14) Lib. 4. Moral. c. 9.
(15) Serm. 5. de Nativ. Domin.
(16) Ibid.
(17) Lib. 2. de vit. Contemplat. c. 19.
(18) Lib. 2. de Incarnat. & Grat. Christi c. 22.
(19) Lib. 8. de Genes. ad litt. c. 13.
(20) Ibid. lib. 11. c. 30.
(21) In Enchirid. c. 45.
(22) De Civit. Dei l. 14. c. 13.

VI. Fit hinc, ut communi Patrum eorundem sententia suffragante, post Superbiam primi Parentes in hæresim, atque infidelitatem, ut vulgò dicimus, abierint: id, quod primus (1) Tertullianus asseruit hac interrogatione. *Quis dubitabit ipsum illud Adæ delictum hæresim pronunciare, quod per electionem suæ potiùs, quàm divinæ sententiæ admisit?* Ambrosius (2) etiam Deum inducit cum Adamo loquentem: *agnoscis te esse nudum, quia bona indumenta Fidei perdidisti*, & (3) Augustinus post Superbiam, in primo crimine infidelitatem agnoscit. *Sacrilegium, ait, illic est, quia Deo non credidit.* & (4) alibi. *Hoc itaque cognoverunt, quod feliciùs ignorarent, si Deo credentes, & obedientes non committerent, quod eos cogeret experiri, infidelitas, & inobedientia, quid noceret.* Imò eam sententiam (5) Augustinus probat authoritate Olympii Hispani Episcopi, quam etiam probavit (6) Prosper, Leo (7) Magnus, & (8) Fulgentius, quos proximè laudavimus. Ea propter contra plerosque sentio, reverà dici posse non solùm Hevam fuisse deceptam, sed & Adamum ipsum, quod aliqui negant, quorum nescio quis,

(1) Advers. Marcion. c. 2.
(2) Ep. 33. lib. 5. ad Marcellum Sororem.
(3) In Enchirid. c. 45.
(4) Lib. 14. de Civit. Dei c. 17.
(5) Lib. 1. advers. Julian. c. 3.
(6) In resp. ad Capit. Genuensiū. & l. cōtr. Collat. c. 19.
(7) Serm. 4. de Nat. Dom.
(8) Ubi supra c. 22.

Cujus ad effigiem non tantùm mejere fas est,

levem, stupidam, Græcam, & verbis Apostoli contrariam sententiam appellat. Græcam sanè fatemur, & communi Patrum Græcorum suffragio receptam; nam eam docet Ignatius (9) Martyr dicens: *Diabolus seduxit per mulierem Adam patrem generis nostri:* Τὸ διὰ τῆς γυναικὸς ἐξαπατήσαντος Ἀδὰμ τὸν πατέρα τοῦ γένους ἡμῶν. (10) Irenæus: *ab altero Adam seductus, sub occasione immortalitatis, statim timore corripitur.* ἀφ' ἑτέρου πλανηθεὶς ἐν ἀφορμῇ τῆς ἀθανασίας εὐθὺς συνέχεται φόβῳ. (11) Epiphanius: *ipse, ait, Diabolus per mendacium decepit Hevam, & Adamum.* Ὁ διάβολος τῷ ψεύδει ἀπατᾷ τὴν Εὔαν, καὶ τὸν Ἀδάμ. Assentitur (12) Cyrillus Alexandrinus affirmans, Adam, postquam *diabolica* fraude seductus Dei præcepta contempsit, & spreto mandato Gratiam perdidit, terram se esse, & in terram reversurum audisse: ut scias, non aliunde Protoplastæ pœnam illatam, quàm quòd Numinis mandato neglecto Gratiam amisit, nec aliter Gratia multatum, quàm ubi fraude Cacodæmonis deceptus est. Quibus ita relatis manifestum est, hanc, quam sequimur, Opinionem Græcam esse; sed an solùm Græca, quæ Patribus Græcis antiquitatem suam debet? an etiam Latina, quam Latini Patres paribus effatis asseruere? Certè (13) Hilarius: *serpens, inquit, Adā pellexerat, & in in mortem fallendo traduxerat.* Et (14) Ambrosius. *Mulier, ait, prior decepta est, & virum ipsa decepit.* Augustinus (15) itidem ad idem traduxit verba illa Psaltæ: *quæ non rapui, tunc exolvebam. Quis rapuit?* (inquit) *Adam. Quis primùm rapuit? ille ipse, qui seduxit Adam.* Et (16) Prosper: *post quàm Adam se deceptori suo subdidit, perdidit boni scientiam.* Imò emphaticè Leo (17) Magnus. *Gloriabatur Diabolus, sua fraude deceptum hominem divinis caruisse muneribus.* Concluditque (18) Fulgentius, *quia primus homo, in superbiam diabolica persuasione dejectus, perdidit humilitatem, perdidit Fidem &c.* Non ergo Græca tantùm hæc sententia, quam paribus calculis Græcæ, atque Latinæ Patres Ecclesiæ confirmant. Latina etiam, simul & Græca, eademque non Scholasticorum argutiis, sed Patrum sanctissimorum testimoniis comprobata. Quòd si Latina simul, & Græca, totque, tantisque sancta Doctoribus, videat æquus Lector, an eam censuram mereatur, quâ bipedum stolidissimi eandem excipiunt,

(9) Epist. ad Trall.
(10) Lib. 3. c. 35. alias 37.
(11) Hæres. 38. quæ est Cajanorum.
(12) Lib. 2. in Jo. c. 3.
(13) Can. 3. in Mat.
(14) Lib. de Paradiso c. 4.
(15) In Psal. 68.
(16) Lib. contr. Collat. c. 21.
(17) Serm. 2 de Nativ. Dom.
(18) De Incarn. et Grat. li. 2. cap. 22.

Digitized by Google

cipiunt ; discatque , quanta sit quorundam licentia in Gentem nostram, cujus vituperandæ omnis adeò placet occasio, ut nihil obstet, quo minus , quod sanctissimi Latinorum Doctores apertissimè docuere, palam contemnatur, quia receptum à Græcis , quos tamen placidè , si quid fortè errant, emendare par est, non jurgiis, & maledictis provocare , cùm sapiunt. Præsertim cùm ea sententia rationi sit maximè consentanea, & quidem ex dictis palam deductæ. Nam , si peccatum Primi Parentis infidelitatem, atque hæresim complexum est, ut supra tradidimus , errorem etiam , & deceptionem veram, ac propriam criminosi continuit, conclusitque , quando *Infidelitas* omnis , hæresis omnis error est, atque , ut ita dicam , *Seductio* à Veritate, quemadmodum tradunt (19) DD. quos latè prosequitur (20) Farinaccius . Unde sequitur , reverà seductum fuisse Adam, qui scilicet in errorem pertractus est. Neque , ut ineptissimè autumant Catones hi , hæc sententia cum Apostolo pugnat. Nam Verba (21) Apostoli hæc sunt. *Vir non est seductus: mulier autem seducta in prævaricatione fuit.* ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη· ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε. Quibus Apostolus reddit rationem, cur silendum sit in Ecclesiâ mulieribus : quasi dicat : Imbecilli est fœmina ingenii, cujus argumentum est , quod accidit primæ mulieri, quæ à Serpente seducta est . Contra vir in Ecclesia loquatur : firmi enim ingenii censetur , quod ex eo patet, quoniam ipse non est à Serpente seductus. Sed his nihil agitur contra sententiam Græcam , quæ nullo modo contraria his verbis Apostoli à quoquam sanæ mentis homine judicabitur . Sensus enim illorum verborum hic est . Firmum viri ingenium noverat Veterator ille, qui erat callidior omnibus animalibus, quare illum non est ausus aggredi fraudibus, ausus est dolis, ac technis impetere fœminam, cujus ingenium noverat imbecillum. Hinc hanc hercle seduxit , non illum : hoc est hanc ipse decepit , ut per hanc & illum deciperet: quique se solo fœminam quibat evertere, non se solo, sed illecebris armatus mulieris virum quoque Numinis obsequio deturbaret . Non igitur ibi Apostolus omnino negat deceptum, seductumve parentem primum , negat à Serpente solo , sine ope mulieris jam seductæ fuisse seductum. Hinc (22) Chrysostomus optimus sententiarum Pauli, certusque interpres ea ipsa Pauli verba sic explicat: *ad comparationem mulieris dicit illum non fuisse seductum* : πρὸς τὴν σύγκρισιν τῆς γυναικὸς φησὶν αὐτὸν μὴ ἠπατῆσθαι. Hoc est , non negat Paulus, Adamum fuisse seductum , negat eo modo seductum, ea facilitate deceptum , quâ mulier.

(19) *Lel. Cecch. in Sum. p. 1. tit. de fid. c. 11. n. 6. Valentia. in 22. q. 11. art. 1. Alexan. Pesant. disp. 1. concl. 2. Arn. Albert. ad rubr. de hæret. in 6. qu. 1. n. 17. Siman. Inst. tit. 30. n. 2. Covar. Var. Resol. li. 3. ca. 1. n. 2. Azor. in Sum. p. 1. lib. 8. c. 9. de hæres. crim. q. 1. Guid. Carmel. in Sum. de hæres. tit. 1. c. 3. Pegn. ad Direct. Inquis. q. 2. cõm. 26. fol. 246.*

(20) *De hæres. qu. 178. n. 5. & seqq.*

(21) *1. ad Timoth. c. 2.*

(22) *Hom. 9. in 1. ad Timoth.*

VII. Manifestum ex his est , crimen primi Parentis minimè pertinuisse ad culpam Gulæ, atque adeò traditam à Coressio rationem, ob quam Jure nostro Lurconum obnoxii vitio ab Ordinibus non arceantur , nullam esse , quod obiter placuit hìc expendere, ne ulla mihi elabatur occasio demonstrandi , quàm insipiens fuerit ille Theologus Medicus, quo tamen adeò Photiani superbiunt, cujus mirantur scripta, cujus impium , stolidumque revera Dialogum de Spiritus Sancti Processione præ manibus habent , ac veluti Nazianzeni alicujus, aut Athanasii Commentarium perlegunt , approbantque. An putemus, eum in Theologicis sapuisse , qui adeò in re minimà desipuit, qualem utique dixeris hanc ,de qua hactenus egimus , quamque tàm facilè Episcopus Citri rudis, ut ex ipsius Responsionibus liquet, Jurisprudentiæ homo , protinus & veram, & unicam prodidit? Cæterùm, quidquid de Coressio sit, qui à nobis vapulavit sæpe, vapulabitque sæpius, tùm ex ipsius, tùm ex relatis Græcorũ sententiis, constat, culpam, delictumq; Gulę inter obices Ordinum Jure nostro minimè recenseri. Quod omninò clarissimè constituit vir egregius Theodorus (1) Metochites . Nam fœditatem Voracitatis expendens , fassusque, hoc Vitio stupidum hominem , ac brutis simillimum fieri: *Quia tamen, inquit, raró accidit, ut hoc vitium appareat, raròque contingit, fit, ut à nullo Canone abigatur à Sacris is, qui ejusmodi peccatum admiserit. Quapropter reipsa non est ineptus impositioni manuum recipiendæ , qui peccato Gulæ aliquando fuit obnoxius: quamvis optimum factu esset, ut per Synodum aliquam saltem ebrietas, quæ pars Gulæ est, à Clero exterminaretur, qui certè hac in parte deterior est Cleris Gentium aliarum* . Verba Græca sic habent. Ὅτι δὲ σπανίως συνέβη ἡ τῆς ἁμαρτίας ταύτης ἐπιφάνεια, καὶ σπανίως ἐν τούτῳ πλημμελοῦμεν· Τοῦδ' ἕνεκα τῶν Κανόνων οὐδεὶς προστάττει, μὴ χειροτονεῖν τὸν γαστρίμαργον. Καὶ λοιπὸν ἀληθῶς ἐκ ἀχειροτόνητος ὁ πώποτε γαστρίμαργος. Καίτοιγε καλὸν ἂν ἦν, διά τινος συνόδου, κἂν ἡ μέθη, μέρος οὖσα τῆς γαστριμαργίας, ἀφορισθείη τοῦ κλήρου, ὃς παρ' ἡμῖν χείρων δὴ ἐν τούτῳγε τῶν ἐν τῇ ἀλλοδαπῇ· Hæc Metochites, quibus tandem conficitur, Jure nostro non arceri sacris Ordinibus helluones. Porro , si, ut superiùs ostendimus, & ratio docet, piscium, qui sanguinis compotes sunt, esus in nostris Jejuniis ad Gulam pertinet, palam est, eum, qui pisces inter jejunandum comederit, non repelli à sacris Ordinibus Jure nostro, quo, qui fortè Gulæ obnoxius est, non planè à Sacris rejicitur.

(1) *τῷ ποτιεσκῶν Κακουθείας Vulnere 7.*

VIII. Neque quidquam obsunt, quæ Catumsyritus profert, ut hanc , quemadmodum ipse dicit, Græcam Irregularitatem confirmet. Nam, cùm duos ad id testes producat , in utroque utramvis , ignorantiam , ac nequitiam suam gemino comprobat testimonio . Verba (1) ejus hìc dabo. *Quòd autem Græci pro Irregularibus habeant eos , qui Sanguineum piscem manducaverint , cùm sunt Jejunia, testes duo sunt omni exceptione majores, Nectarius Abbas , & Reverendissimus Thessalonicensis Episcopus, uterque insigni pietate, & sapientia, imò & fide Orthodoxa vir. Primus enim docet, ab Ordinationibus removendam esse Gulam , hoc est Gulosos : nam reprehendit quendam Episcopum Leucados, quia Ordinaverat in Presbyterum quendam, qui die Parasceves, & toto Quadragesimæ tempore pisciculos manducabat. Secundus verò inter peccata Animalia , & Capitalia numerat Gulam: mox dicit, juxta Concilium Nicænum, omnis Animalis peccati reum non debere Ordinari, unde fatetur, Gulâ induci Ir-*

(1) *Palinodia c. 8. in med.*

ci Irregularitatem. Quare cùm non exangue animal comedere, sit Græcis Gulæ Vitium, Thessalonicensis Authoritate non debet Ordinari, qui pisces Sanguinosos comederit. Hæc solità & eloquentià, & elegantià Calaber, quæ adessis, amice Lector, mecum considera, atque curiosiùs, amabo, scrutator. Primùm mentitur, hos, quorum testimonia jactat, viros omni exceptione majores. An enim omni exceptione majorem Nectarium Casulanum Abbatem in Calabris dicas, & Nilum Rhodium Episcopum? (hic enim est, quem mira pietate Reverendissimum, miraque eruditione Thessalonicensem Episcopum deceptus ineptè Nili nomine nuncupat) quorum ille mendacii reus publicè Byzantii factus est ex (2) Planude, (3) Cuboclesio, & (4) Coressio, calumniator hic notissimus habitus est ex traditis à (5) Magentino, Theodoro (6) Metochita, & à nobis, & Cognomento Διάβολος dictus in Aulà, Palamitta etiam spurcissimus, putidusque usque ad manifestas ineptias Philothei adulator. Scilicet his authoribus res Nostræ impugnantur, his auspicibus mores Nostri damnantur, his testibus, quos tales licet, adhuc tamen omni exceptione majores appellari audio, his, inquam, testibus Jus nostrum ad Superstitionem adigitur. Quid quòd & deterrimi Photiani, Schismatici perfidissimi, viri dicuntur insigni pietate, ac fide, & sapientià. Pietatem in Photianis quis ullam sibi fuisse persuadeat? In hujus notæ Photianis, quis nisi mentis inops fuisse crediderit? Quid de Nectario Casulano, (est enim & Cretensis, cujus Commentarios edidere nuperrimè Photiani in Dacia Ripensi quam Uvallachiam vocant) vel ipsi Photiani senserint, audi. (7) Acindynus. Ἐγίνετο ἐν τῇ βασιλείᾳ Μανουὴλ τοῦ σεβαστοῦ Νεκτάριός τις ἡγούμενος καλαβρίτης, ἀνὴρ αὐθαδείας, καὶ θράσει γέμων, τὰ δ' ἐξῆς ἠλίθιος, ἄφρων, καὶ παντελῶς ἀγραμμάτιστος, εἴληφε δ' ὅμως δόξαν παρὰ πᾶσιν, ὅτι ἐν Ἰταλίᾳ γεγονὼς, καὶ διάγων, οὐδὲν φίλον εἶχε πρὸς τοὺς Λατίνους, ὧν τὰ δόγματα, καὶ θρησκείαν γράμμασιν οὐ μὲν, φλυαρίαις δὲ καὶ λόγοις κατεπολέμει· ὅθεν καὶ ἐν Συνόδῳ λατινικῇ λέγεται λοιδορηθεὶς δαψιλέστατα· εἶπε γὰρ, τῶν Ἰταλῶν προσκομιζομένων τὸ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου σύμβολον ἐκ παλαιῶν, καὶ ἀξιοπίστων αὐτογράφων, οὐ δυνάμενος ἀπελέγξειν τὸν λόγον, ὅτι ὁ μέγας Ἀθανάσιος τάχα μεθύων ταῦτα ἔγραψε· τοιοῦτος γεγονὼς ὁ Νεκτάριος, καὶ γελοῖος ὢν ἐν ἡμῖν, καὶ τοῖς αὐτοῦ Ἰταλιώταις, ἀνέδραμεν εἰς τὴν βασιλίδα, καὶ πρῶτος γέγονε τῶν διδαξάντων, ὅτι θεῖον τὸ ἐν τῷ Θαβὼρ φῶς μετ' ἄλλων νεωτερικῶν τινων φροντίδων παρέργων, καὶ εἶχεν ὑπηρέτην ἐν τῇ κακίᾳ, καὶ γνώμαις κακαῖς Γεώργιον τὸν Κυφαρᾶ τὸν ἔπειτα Κερκύρας μητροπολίτην, ὑφ' οὗ ἐπῃνέθη ἔπαινον ψευδῆ μετὰ θάνατον· τοῦτον τὸν ἄσοφον, καὶ καταγέλαστον, καὶ ἀσεβῆ πατέρα ἔσχεν ἡ τοῦ ἀθέου Παλαμᾶ αἵρεσις. *Fuit sub Manuello Augusto Nectarius quidam Abbas Calaber, vir audacia, & fastu plenus, cæterùm stupidus, imprudens, & prorsus illiteratus: nactus attamen est penes aliquos gloriam, quòd in Italia natus, & vitam agens, minimum erga Latinos amoris præ se ferebat, quorum nomen, ac sectam non quidem literis, verbis verò, & blaterationibus impugnabat: quare & in Synodo Latina dicitur solemni contumelia exceptus: dixit enim, Latinis producendibus Magni Athanasii Symbolum ex antiquis, fideque dignis autographis, minimè potens argumentum dissolvere: Magnum Athanasium ebrium fuisse, cùm talia scriberet. Talis Nectarius, jamque ridiculus penes nos, & ipsos suos Italos, divertit ad regiam Urbem, & primus fuit eorum, qui docuerunt, divinum fuisse, quod in Tabor lumen effulsit. Huic sententiæ addidit nova alia quædam impia, & mala. Habuit autem nequitiæ, malarumque Opinionum administrum Georgium Cupharam, qui mox ad Insulas Corcyræas evectus est, quique eundem laudibus mendacissimis fato functum ornavit. Hunc insipientem, & planè ridiculum, & impium parentem habuit impii Palamæ hæresis.* Hactenus Acindynus, cujus tamen ut dicta penitùs intelligas, scito Nectarium Abbatem vixisse sub Manuello Comneno circa annum Christi MCLXXX. ut refert (8) Baronius, interfuisse verò Concilio Lateranensi sub Alexandro III. ut ex Actis ejus Concilii, & ex epistola (9) Georgii Corcyrensis ad eundem Nectarium constat. Eundem sub Manuello fato (10) functum, laudatumque eleganter satis à (11) Georgio ejusdem Sectæ homine, cujus Panegyricum nactus (12) Baronius deceptus est, putavitque hominem in Græcia maximi habitum, cùm revera, ut ex verbis Acindyni palam est, vir stupidus audierit, vir perfidiosus habitus sit, vir impius judicatus, is nimirum, quem virum insigni pietate, & sapientia, omnique majorem exceptione Catumsyritus Calaber Calabrum censet. Idem judicium, eandemque censuram tulit Græcia de Nilo. Neque enim hic ille Nilus est, cujus extant Photiana sanè, & impia, erudita tamen, & non planè dementia scripta, nobili Cabasilarum è stirpe Archiepiscopus Thessalonicensis. Nilus est Rhodius Episcopus, de quo uti de Palamitarum suo ævo Principe questus est publicè Methonensis Episcopus (13) Michael, obtinuitque, vel invito Philotheo, ut sacro Rhodi Solio deturbaretur, ut narrat idem Michael invectus libro integro in Palamam. Hic est, quem (14) Harmenopulus vir inter Nostros, & nobilissimus, idemque Thessalonicæ Præfectus eo ipso, quo eam Ecclesiam Nilus Patriarchalis Philothei Exarchus (hoc nomine jampridem censentur non Legati, sed Procuratores, & ut ita dixerim exactores Patriarcharum, mures circumforanei, sacrique Publicani) deprædabatur, his Epithetis excipit: ὁ λῃστὴς τῆς ἐκκλησίας, ὁ δωροδότης τῶν μυστηρίων, ὁ ἀντίπαλος τῆς θεότητος, καὶ τὸ θαῦμα τῆς ἀσεβείας, ἀσόφως τὰ τοῦ θεοῦ δογματίσας, εἶπέ ποτε ὁ καθαιρεθεὶς παρ' ἡμῖν Νεῖλος· θεοῦ μυρία ἡ θεότης, τουτέστι θεϊκὴ ἐνέργεια, καὶ αὐτὴ θεὸς, ὁρατὴ μὲν, καὶ ἀΐδιος, ἄκτιστος, καὶ ἐν τοῖς κτιστοῖς ἰδιάζουσα, διαιρετὴ, καὶ ἐν θεῷ θεὸς, καὶ τὰ ἐν διαιρέσει· καὶ ταῦτα λέγων τὰ τῆς ἀθείας ἐμπλῆτα. *Latro Ecclesiæ, institor sacramentorum, & hostis Divinitatis, miraculum impietatis, insipienter, quæ ad Deum spectant, dogmatibus complexus dixit aliquando penes nos redactus in Ordinem Nilus. Dei plurima divina operatio, & ipsa Deus, oculis subjecta, & æterna, non facta, & factorum propria, divisa, &*

(2) In Notis, & addit. ad Biblioth. Photii in Nectario.
(3) Orat. 4. de Process. Spirit. S.
(4) In Notis ad Myriobibl. Photii nota 163.
(5) De arcan. Philosoph. c. 39.
(6) Ubi supra, Vulnere 14.
(7) Orat. 4. contra Palamã.
(8) Ad an. 1180. nu. 9. & seqq.
(9) Extat in Codice Metii.
(10) Baron. ad an. 1181.
(11) Extat Orat. Panegyr. in d. Cod. Metii.
(12) Ad an. 1181. n. 29. & seq.
(13) Orat. in Palamam cir. fin.
(14) Epist. 21. ad Scelerū.
(15) Inter Synodica Depositionis n. 12.
(16) In exposit. offic. Orthodoxiæ in princ.
(17) Alber. de Males. de test. n. 16. fol. mihi 241. Nepos de Monte Alb. eod. tract. nu. 30. & seq. fol. mihi 374.

Digitized by Google

Aufrer. in decis. Cappell. Tholos. 174. in fin. Bald. in l. cunctos populos n. 42. Cod. de Sum. Trinit. & fid. Cat. Hieron. de Mont. qu. 16. n. 22. fol. mihi 66. Grāmat. in adit. ad caput regni n. 6. Jodoc. in tract. de test. n. 16. fol. mihi 509

si, & in Deo, Deus, & ipsa in divisione: atque hæc dicens omnis divinitatis inficiatricem impietatem meditabatur. Vide multò plura de hoc Nilo penes (15) Canonarcham in Synodico Macarii Patriarchæ, qui exauthorationem scelestissimi Palamitæ, quam Antecessor ipsius Philotheus confirmare noluerat, confirmavit. Neque enim omnia fert animus de hoc Nilo probra Græcis XIII. sæculo translativa referre. Scilicet toto illo sæculo adeò nomen ejus Græcia horruit, ut Constantinopoli eo die, quo quotannis hæreticorum nomina in Ecclesiâ recitata populus diris prosequitur, nomen etiam Nili Rhodii quodam impetu detestato impietatem recenseretur, quod refert non sine vituperatione Nili Joannes Hieromonachus (16) Thessalonicensis. Atque hic est Nilus, quem nobis testem ingerit Calaber, quemque insigni pietate virum appellat, cujusque fidei standum censetur, cùm de Græcorum moribus damnandis agitur, quando nulla (17) Lex patitur, ut delatum ab infamibus, impiis, hæreticis testimonium recipiatur.

IX. Ut ut igitur constet ex sententia horum insigni impietate, nota infidelitate, certaque dementiâ virorum, reos voracitatis, & Gulæ Jure nostro abigi à Sacris Ordinibus, nil tamen contulerit penes cordatos homines, atque alicuius judices æquitatis, ut, quod ipsi asserunt, verum putetur, damneturque integra, & omnium nobilissima Gens, quòd hi duo scelestissimi homines delirarint. Sed ne hi quidem, quod Nobis per illos assertum Calaber affirmat, usquam docuerunt. Extant loca, quæ Catumsyritus profert; mirumque est, si non vidit illis multò diversa constitui, quàm ipse tradit, abutroque Photiano statuta. Nectarius (1) hæc habet. Ἠκούσαμεν δ', ὅτι καὶ ὁ θεοφιλέστατος τῆς Λευκάδος ἐχειροτόνησεν εἰς πρεσβύτερον τὸν Ἰταλιώτην Ἀλύπιον, ὃν ἡμεῖς ἀνάξιον καὶ διακονίας εἴπαμεν. κακῶς πέπρακται, καὶ δέον ἐπιτιμῆσαι αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ. ἔδει γὰρ τὸν ἀρχιερέα κατερευνῆσαι πρῶτον τὰ ἤθη τοῦ διακόνου, καὶ διὰ τί ἐν τῇ αὐτοῦ ἐπαρχίᾳ οὐκ ἐχειροτονήθη. Εὗρεν ἂν γὰρ τὴν ἀλήθειαν, ὅτι ἀχειροτόνητος ὁ ἄνθρωπος, διὰ τὴν ὑποψίαν τῆς λαθραίας αἱρέσεως· ἀναμὶξ γὰρ ἐν ταῖς νηστείαις καὶ κρέας, καὶ ἰχθύας ἐσθίει, καὶ ἐν ταῖς παρασκευαῖς αὐταῖς λέγων, ὅτι οὐ χρὴ τοῖς κανόσι, καὶ ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ἐντολαῖς ὑπακούειν. *Audivimus Deo amicissimum Episcopum Leucados Sacerdotio initiasse Italum Alypium, quem nos indignum Diaconatu ipso diximus. Pessimè id actum, & decet eum super hoc reprehendere. Oportebat enim Episcopum investigare primùm Diaconi mores, causamque, ob quam non est ad Sacra provectus suâ in Provincia. Invenisset enim fortassis, quod verum est, irregularem eum esse, quòd de eo suspicio sit latentis hæresis, imò & manifestæ. Promiscuè enim in jejuniis, & carnes, & pisces comedit; atque ipsis Parasceves diebus; aitque, non oportere legibus Ecclesiasticis, atque Canonibus parere.* Hæc Nectarius: At (2) Nilus in cæteris planè demens, in loco per Catumsyritum allato mirum in modum acutus, sic ingeniosè peccata distinguit. τῶν ἁμαρτημάτων τὸ μὲν θηριῶδες, τὸ δὲ ψυχικὸν, τὸ δὲ λογικόν· τὸ πρῶτον γίνεται πράξει ἡμῖν τι, καὶ θηρίοις κοινῇ, ἐν ἡμῖν δὲ κατὰ παρέκβασιν πληθυνόμενον· τὸ δεύτερον δὲ γίνεται μιμήσει τῶν ἀλόγων ζώων, ἃ μὲν ἡμῖν ἀπαγορεύεται· τὸ τρίτον ἴδιον τῆς ἀνθρώποις ἐν διανοίᾳ κεῖται, ἢ ἐκ διανοίας ἐξέρχεται· τοῦ πρώτου παράδειγμα λαιμαργία καθ' ὑπεροχὴν βρώσεως, καὶ πόσεως γενομένη· τοῦ δευτέρου πορνεία, ἡ ἄνευ γάμου, καθὰ καὶ ἐν τοῖς ζώοις συνουσία· τοῦ δὲ τρίτου ὑπερηφάνεια, καὶ κενοδοξία· τούτων δὲ τῶν ἁμαρτημάτων τὸ μὲν πρῶτον αἰσχρὸν, ἀλλ' οὐδ' ἐπιφανὲς, οὐδ' ἐπικίνδυνον, τὸ δὲ τρίτον δοξάζεται ποτὲ, ποτὲ καταγελᾶται, σπανίως κίνδυνον ἔχει, εἰ μὴ περὶ τὸν Θεὸν, καὶ τὰ ἱερά· τὸ δὲ τρίτον αἰσχρότατον, καὶ ἐπικίνδυνον διὰ τὴν κατὰ φύσιν ἡδονὴν, διὰ καὶ ἀπείργεται τὸ ψυχικὸν ἁμάρτημα τῆς χειροτονίας ψήφῳ τῶν τριακοσίων ιή. ἐν Νικαίᾳ πατέρων. *Criminum aliud ad bestias, aliud ad animalia, aliud ad rationem refertur. Primum fit actu nobis, bestiisque communi; nobis tamen ob excessum minimè permisso. Secundum fit imitatione animantium rationis expertium, quæ nobis interdicitur. Tertium proprium hominum in mente situm est, vel certè à mente proficiscitur. Primi exemplum est voracitas propter excessum cibi, potusque damnata. Secundi est vaga libido sine nuptiis, ut & in brutis coitus. Tertii Superbia, & vana Gloria. Horum autem criminum primum turpe, sed neque manifestum, neque periculosum. Tertium verò laudatur aliquando, quandoque & deridetur, rarò periculum creat, ni versetur circa Deum, & res sacras. At secundum turpissimum est, & maximè periculosum propter voluptatem, quæ ex natura est, eaque propter arcetur animale peccatum à Sacris Ordinibus Suffragio trecentorum, & decem in Nicæna Synodo Patrum.*

(1) Epist. 5. ad Episc. Patras.

(2) In Explanat. Can. Nicænorum.

X. Hunc in modum Nilus, cuius à dictis adeo alienum est, ut Gulam Jure nostro à Sacris arceri doceat, ut potiùs oppositum autumet, planèque contrarium. Nam id Vitii primam ad Classem vitiorum refert, ut constat: eam porro Classem nusquam affirmat per Nicænum Concilium à Sacris prohibitam; cùm palàm asserat, abstineri Canone Nicæno Secundam, cui Gulam minimè succenturiat. Quis hac una in re Catumsyriti nequitiam, atque mendecitatem non videat? Tu ne, damnate Calaber, ut dicas, Nilo teste, Legibus, Moribusque nostris violatores Jejunii per esum Piscium Sacris Ordinibus abstineri? Atque Nilo id teste affirmes probari eo in loco, in quo testis ille, quem confidenter producis, hoc ipsum negat, certè hoc ipsum non affirmat, ad cuius probationem illum producis? Queri licet de sorte nostra. Adeò Græci contemnimur, ut hostes nostri minimè vereantur apertis calumniis, manifestaque mendacitate Nos aggredi? An putant Nos adeò stolidos, ut nedum posticæ, sed neque coram intentatæ sannæ queamus occurrere? An ita illiteratos, qui Latina legere, Nostra cognoscere, &, utrinque, quæ dicuntur conferre nesciamus? An usqueadeò incuriosos, ut pigeat, quæ in Nos dicuntur, audire, eaque veritatis ope retundere? Sciant, Græcos adhuc vivere, ac nunquam defuisse Græciæ Archilochum aliquem, qui restem lycambæam expediret illis, à quibus desponsa Græcis moribus & probitas, & innocentia, moribus ipsis abducitur. Quod attinet ad Nectarium & ille cæteroqui impius, & ineptus, eo in loco, quem profert Catumsyritus, optimè censet.

Digitized by Google

ſet. Non enim rejiciendum Diaconum illum exiſtimat, quòd piſces comederet, quòdve lurco immenſæ voracitatis haberetur, ſed quòd voracitati vel hæreſim manifeſtam, vel certè ſuſpicionem hæreſis addidiſſet.

XI. Nam Jure Eccleſiam ſuſpicari, eum eſſe hæreticum, qui tunc, cùm cibi vetantur aliqui, vetitis illis utitur cibis, ſententia eſt Græcis, atque Latinis conſtitutiſſima, ut videre eſt (1) Margunium penes, (2) Ariſtenum, ac (3) Blaſtarim, & penes Latinos Flaminium (4) Pariſium, Franciſcum (5) Pegnam, & Authorem (6) Repertorii, quos refert, ac ſequitur (7) Farinaccius. Eſſe autem hæreticum dogma docens, non eſſe parendum Canonibus, ac Legibus Eccleſiæ, manifeſtum eſt ex (8) illis Chriſti; *ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus*, quæ ad id interpretantur DD. omnes. Quod etiam ratione probatur. Nam hæc propoſitio: non eſt parendum Eccleſiaſticis legibus, vel abſolutè dicitur, vel ea ratione, quia poteſtas Eccleſiæ minimè ſit condendæ legis. Si abſolutè, hæretica eſt, quippe eadem prorſus ac propoſitio XV. (9) Joannis Huſz in Synodo Conſtantienſi damnata, eſtque dictis Pauli repugnans (10) dicentis: πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. οὐ γὰρ ἔστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ. ὥστε ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν, *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas, niſi à Deo. Itaque, qui reſiſtit poteſtati, Dei Ordinationi reſiſtit*. & (11) alibi πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε: *obedite præpoſitis veſtris, & Subiacete eis*. Quod ſi negetur, parendum præceptis Eccleſiæ, quòd nulla in Eccleſia poteſtas præcipiendi: ea propoſitio palam hæretica eſt. Etenim de fide, eſt hanc poteſtatem Legis ferendæ in Eccleſia eſſe, idque accuratè ex Sacris Litteris evincit diligentiſſimus (12) Bellarminus, & confirmatur ex perpetuâ praxi omnium Conciliorum, quæ Leges certè condidere ſacras, præſertim circa jejunia. Vide Apoſtolicos (13) Canones, & (14) Gangrenſe Concilium, itidemque (15) Toletanum VIII. Conſtitutumque cognoſce, eſſe in Eccleſia poteſtatem indicendorum jejuniorum. Hinc Baſilius (16) de jejunio agens: *omnes*, inquit, *æqualiter, Præceptum audiunt, & cum gaudio ſuſcipiunt*. Πάντες ὁμοίως ἀκούουσι τοῦ κηρύγματος, καὶ περιχαρῶς ὑποδέχονται) Et infrà: *Vide, ne propter parvam eduliorum voluptatem damnum incurras, & te ipſum criminis deſertoris reum ſtatuas*. Ὅρα, μὴ διὰ μικρὰν ἡδονὴν βρωμάτων ζημιωθῇς μετὰ τὴν ἀπογραφὴν τοῦ ἀγγέλου, ὑπόδικον δὲ σεαυτὸν λειποταξίου γραφῆς τῷ στρατολογήσαντι καταστήσῃς Et (17) Chryſoſtomus; *adventante, ait, jejunio, & ſi millies quis exhortetur, & infinita crucient, & cogant vinum delibare, vel aliud quid jejunii lege non conceſſum guſtare, omnia quis mallet pati, quàm prohibitum tangere nutrimentum*. Παραγενομένης τῆς νηστείας κἂν μυριάκις παρακαλῇ, κἂν μυριάκις ἄγχῃ, καὶ βιάζηται, ὥστε μετασχεῖν οἰναρίου, ἢ ἑτέρου τινὸς τῶν μὴ νενομισμένων ἐν νηστείαις ἀπογεύσασθαι, πάντα ἂν ἕλοιτο παθεῖν τις, ἢ τῆς κεκωλυμένης ἅψασθαι τροφῆς: & alibi (18) docet, quadragenario jejunio omnium etiam Imperatorum conſcientiam inflecti ad obedientiam. Græcis adde Latinos, Ambroſium (19) docentem, non leve peccatum eſſe, indictam fidelibus Quadrageſimam, violare, & jejunia conſecrata ventris voracitate diſſolvere. Hieronymum (20) aſſerentem, *nos unam Quadrageſimam ſecundum Traditionem Apoſtolorum tempore nobis congruo jejunare, non quò per totum annum, excepta Pentecoſte, jejunare non liceat, ſed quòd aliud ſit neceſſitate, aliud voluntate munus offerre*: (21) Auguſtinum; *aliis diebus jejunare remedium eſſe, aut præmium; in Quadrageſima non jejunare peccatum eſſe*: Denique Leonem (22) Magnum ingerentem, *pium eſſe, agere non indictum, impium eſſe negligere prædicatum*. Ubi conſtat *prædicare* idem eſſe, ac *indicere*, ut ſibi ipſi effatum tanti Pontificis conſtet. Jam verò vides tot ex Patrum apophthegmatis, jejunium *præcipi, indici* etiam, & *lege indici*, indictum verò, & lege indictum ex neceſſitate ſervandum, ni ſervetur peccatum eſſe, impiamque negligentiam. Quare & illud in his Patrum ſententiis vide, quod has neceſſariò conſequitur, eſſe in Eccleſia poteſtatem obligandi, & Lege, atque præcepto obligandi ita, ut ſi quis contra faxit, impiè, criminoſèque agat. Unde colligitur, hanc poteſtatem Sacris Literis aſſertam Eccleſiæ, SS. Patrum effatis confirmatam inficiari, eſſe prorſus hæreticum. Ea propter tum (23) Epiphanius, tum (24) Auguſtiuus Aerium inter hæreticos recenſent, quòd jejunandum quidem diceret, ſed non ex Eccleſiæ præcepto, verùm quando unicuique libuerit: & eandem ob cauſam licet Schiſmaticus ſolùm eſſe cenſeatur, qui obſequium Præſulibus Eccleſiæ, eiuſdemque Canonibus denegat, ex contemptu, atque Superbiâ: tamen hæreticus reputatur, qui parere negat, quòd putet, parendum non eſſe, quòdve putet, condendorum Canonum legitimam in Eccleſiâ poteſtatem non eſſe, quemadmodum (25) DD. communiter tradunt, ac refert latè (26) Farinaccius.

XII. Cùm ergo Diaconus ille Italus hæreticus eſſet occaſione ſanè Gulæ, quòd jejunium non ſervaret, neque ſervandum putaret, nullamque præcipiendorum jejuniorum in Eccleſia poteſtatem agnoſceret, jure profectò rejiciendus ab Ordinibus dicitur tanquam hæreticus, non tanquam lurco, atque voxax, quo crimine penes Nos nullus rejicitur, nulloque Canone, nullo authore repellendus probatur, quando vel ii dementiſſimi Photiani, quos Calaber adducit in teſtes, cæteroqui inepti teſtimonio ferendo, hoc ipſum, quod nempe dicimus, apprimè teſtantur. Colligo ex his ſimul omnibus, Jure noſtro non repelli à Sacris Ordinibus, qui jejunia Noſtra violaverit uſu piſcium non teſtaceorum: Aſt, ubi hoc palam ex dictis, probatiſque collegi, mendacitatemque hoſtium Noſtrorum oſtendi, peto, quid piaculi foret, ſi Jura noſtra cenſerent, abſtinendum à Sacris eum, qui Jejunia piſcium eſu turbaverit? Si dicas ad Phythagoream id Sectam pertinere: unde id aſſeras, flagito? Nam olim lege Apoſtolicâ ſanguinis uſum vetitum demonſtravi, eam Legem in Eccleſia viguiſſe diu, certum eſt, nec minus certum, fas eſſe, ut vigeat, ſi alicubi vigeat. Cur quæſo ad Pythagoream Sectam Lex illa non pertinuit, neque pertinet, ſi quidem etiam

nunc

(1) Nota 5. ad Can. Pœnit. Baſilii.
(2) In eoſdem Can.
(3) Nomoc. (3) In Syntag. ad eoſd. Canon.
(4) Conſ. 169. n. 67
(5) Ad Direct. p. 2. ad c. 1. de hæret. fol. 87. col. 1. in fin.
(6) In Verb. cognoſcere. verſ. ſed an Judex in fin.
(7) De hæreſ. q. 178. §. 2. n. 89.
(8) Mat. c. 18. n. 17.
(9) Seſſione 15.
(10) Ad Rom. c. 13. n. 1. & 3.
(11) Ad Hebræ. c. 13. n. 17.
(12) Tom. 1. Contr. 3. de Rom. Pont. lib. 4. c. 6. ab init.
(13) Canone 69.
(14) Canone 19.
(15) Canone 9.
(16) Orat. 2. de Jejun.
(17) Hom. 6. ad Popul. Antioch.
(18) Hom. 2. in Geneſ.
(19) Sermo. 15.
(20) Epiſ. ad Marcellan. de error. Montani.
(21) Serm. 62. de tempor.
(22) Ser. 1. de Jejun. 10. menſ.
(23) Hæreſ. 75.
(24) Hæreſ. 63.
(25) Innoc. in c. 1. nu. 1. de Apoſt. & ibi Hoſt. n. 1. Boich. n. 2. Abb. n. 3. Mari. Soccin. n. 3. Jo. de Anan. n. 6. Card. poſt n. 2. Carrer. de hæret. n. 23. Gundiſalv. eod. qu. 3. n. 3. Arnal. Alber. rub. vod. in 6. q. 13. nu. 56. Probus ad Jo. Monach. in c. præſidentes n. 2. in 6. Boniſ. de Vital. in Clem. ad noſtrã nu. 45. de hæret. verb. Apoſtaſia. Armill. n. 5. Ang. in princ. Sylveſt. n. 3. Repert. Inquiſ. verbo hæreticus. Jo. Calder. cõſ. 2. n. 1. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cẽt. 6. caſ. 546. Decian. in tr. Crim. l. 5. c. 17.
(26) De hæreſ. q. 183. §. 5. n. 50.

nunc vigeat; hæc pertineat de Piſcibus Lex noſtra? Præterea quî dicas Sectam Pythagoream noſtro Jure probari, quo Nobis licet animalia comedere, quæ Pythagoreis penitùs interdicebantur? Laici penes Nos extra Jejunia carnes comedunt, jugulant animantia, Epulisque præparant, nec ſolis oleribus convivia Noſtra ſaginantur. Solis Monachis, & Epiſcopis, quos non niſi Monachos ad Infulas provehimus, uſus Carnium prohibetur: at his licet cætera in aquis viventia devorare. Quid his in Moribus Pythagoreum? Vide potiùs, ne Calvinianum ſit, atque Lutheranum inficiari, quod in Eccleſia ſemper obtinuit, ut in Jejunio delectus habeatur ciborum. Nam hi Arctoæ peſtis authores Nicolaitas, Valentinianos, aſſeclaſque Joviniani, de quibus (1) Irenæus, (2) Hieronymus, (3) Auguſtinus, ſecuti contra delectum ciborum grugnire auſi ſunt, quemadmodum refert (4) Bellarminus, eorumque dicteriis primùm contra temperantiam orthodoxam auditum eſt, quod in Græcos è Pythagoreorum ſectâ Nebulones iſti producunt, cùm cæteroqui Orthodoxa Eccleſia Pythagoreorum ineptias, itidemque (5) Ebionitarum, (6) Encratitarum, (7) Euſtachianorum, (8) Apoſtolicorumque, qui certos cibos deteſtabantur, deliramenta ſtomachata delectum in Jejuniis ciborum habendum cenſeat, doceatque exemplo (9) Danielis, Joannis (10) Baptiſtæ, Petri Principis (11) Apoſtolorum, (12) Matthæi, (13) Jacobi, primorumque Chriſtianorum illorum, de quibus (14) Philo, quoſque imitati deinceps (15) Antonius, (16) Hilarion, & Monachorum quicunque Sanctimoniæ laude floruere, facto comprobant, quod docuere deinceps (17) Baſilius (18) Epiphanius, (19) Cyrillus Hieroſolymitanus, (20) Chryſoſtomus, Theophilus (21) Alexandrinus, (22) Auguſtinus, (23) Hieronymus, (24) Theodoretus, non licere modò, ſed omnino oportere, in Jejuniis à certis cibis ingluviem abſtinere, certiſque tantùm uti, quibus non ſolùm appareat, Eccleſiæ decreto de quantitate, ſed de qualitate etiam ciborum conſtitui. Porro, ſi Jure Eccleſiaſtico fas eſt, ciborum habere in Jejuniis delectum, non video quî fieri nequeat, ut Jure noſtro vetari poſſit, piſcium uſus, præſertim cùm penes Nos jejunia ſemper rigidiora fuerint, ut iidem Patres Græci locis laudatis affirmant, apud quos etiam invenies hunc ipſum abſtinendi ſe ſe à piſcibus uſum, jam olim in Eccleſia noſtra receptum, in qua tanta ſemper legibus de Jejunio reverentia fuit, ut ex (25) Nicephoro mirum ſit, cùm Juſtinianus Imperator ob ingentem cæterarum, quæ ad victum pertinent, rerum penuriam in ſecunda Quadragenarii jejunii hebdomade, juſſiſſet piſces, & carnes publicè in Macello venales proponi, neminem inventum, qui venales cibos ejuſmodi emere, aut deguſtare ſit auſus. Quòd ſi ritè, nec ſine laude Legibus, Moribuſque noſtris ab his cibis arcemur quandoque, eſtque Nobis crimen graviſſimum jejunia his dapibus violare, quid abſurdi eſſet hoc in voracitatis crimine obicem Ordinum conſtituere, ſi quando Jure noſtro conſtitueretur? Certè Jejunii violatores anathemati ſubjiciuntur authoritate (26) Apoſtolorum, ſi Laici ſint, ſi Clerici, exauthorantur. Concilium etiam (27) Gangrenſe iiſdem anathema dicit: quod etiam peragit Toletanum (28) Concilium. An minus eſt exauthorare Sacris initiatum ipsâ repulsâ initiandi? aut hac repulsâ minor eſt terribiliſſima Pœnarum in Eccleſia, Anathema? Si quidem ergo Jure noſtro Sacris abſtinerentur Ordinibus, qui inter jejunandum piſciculos edunt, quod tamen falſum oſtendimus, non id tamen vituperandum, nec ad ſuperſtitionem aliquam trahendum, quæ tantum à Moribus noſtris abeſt, quantum hi proximi ſunt Venerabili ſemper Antiquitati.

(1) Lib. 1. c. 1. & 27. (2) Lib. 2. contr. Jovinia. (3) Lib. de hæreſ. c. 82. (4) Tom. 4. contr. 3. l. 2. c. 5. verſ. ad eandem. (5) Apud Epiph. hæreſ. 30. (6) Apud Auguſt. hæreſ. 25. (7) Apud Socrat. l. 2. c. 33. (8) Apud Bern. Ser. 66. in Cant. (9) Daniel. c. 10. n. 2. & 3. (10) Mat. c. 3. n. 4. (11) Apud Nazian. Orat. de pauper. amor. (12) Apud Clem. Alex. li. 2. Pædagog. c. 1. (13) Apud Euſeb. hiſt. l. 2. c. 22. (14) Apud eundem d. li. 2. c. 17. & apud Epiph. hær. 29. Nazaræorũ. & Hieron. de vir. Illuſtr. in Philone. (15) Athan. in vit. S. Anton. (16) Hieron. I vita S. Hilarion. (17) Orat. 1. de Jejunio. (18) De Doctr. Cõpendiar. in calce libri contra hæreſ. (19) Catecheſ. 4. (20) Hom. 6. in Geneſ. & hom. 59. ad Popul. Antioch. (21) Canone 3. Paſchal. (22) Lib. 30. contra Fauſtum c. 5. & l. 1. de Morib. Eccl. c. 31. & ſeq. (23) Lib. 5. adverſ. Jovinia. (24) In Epiſt. divinor. Decretor. ult. (25) Lib. 17. c. 32. (26) Canone 68. (27) Canone 10. (28) Canone 9.

SECTIO III.

An homicidium arceat ab Ordinibus? & an detur in Eccleſia gladius uterque?

SUMMARIUM.

I. *Vitio lenitatis abſtineri homicidas ab Ordinibus, jure Græco probatur à fortiori.*
Qui Sanguinem hominis fuderit, ineptum eſſe ſacris Ordinibus, ratione probatur.
II. *Probatur ex Jure Græco, & explicatur Canon Apoſtolorum.*
Claſſes Pœnitentium quæ olim fuerint?
II. *Idem probatur ex Canone Nicæno, cui adduntur ſuffragia Græcorum Canoniſtarum.*
IV. *An Latini arceant ab Ordinibus homicidas? & proponitur Calumnia Margunii.*
V. *An in Eccleſia ſit poteſtas utriuſque Gladii?*
Utranque in Eccleſia eſſe, operosè probatur.
VI. *Quomodo utraque ſit in Eccleſia? An utraque directè, an una directè, indirectè alia?*
VII. *In Eccleſiâ poteſtas gladii temporalis non eſt directè.*
VIII. *Indirectam hanc poteſtatem eſſe in Eccleſia, oſtenditur, rejectis Bellarmini argutiis.*
IX. *Unicuique Reipublicæ concedi, ut poſſit repellere, quæ noxia ſunt.*
X. *Sine hac poteſtate indirectâ Eccleſia non habet, quo poſſit ſibi noxia repellere.*
Confuſio rerum Eccleſiaſticarum in Græciâ ex defectu hujus poteſtatis, cum Principibus Eccleſiæ negantibus.
XI. *Confirmatur idipſum verbis Chriſti, & ſententiâ Pſaltæ.*

I. SEd non propterea, inquiunt, hæc veſtra damnamus, quòd mala ſint, ideò penitùs abroganda cenſemus, quòd iis contenti, vitio lenitatis Sacra veſtra carere, arbitramini: quaſi lenitas, quam Sacra repoſcunt, ea demum ſit, quæ à fundendo altilium ſanguine abhorret, quæ Barbæ, comæque parcit, quæ à ſanguineis dapibus Jejunia pura concelebrat. Hæc Catumſyritus ipſa, ſi barbariem, quâ dicuntur, demas, eadem & Ligus ex Catumſyrito, eadem noviſſimus Italus, cùm per contemptum Noſtrum ſpes olim ad maxima. Verùm id primum, cedo, reponite, unde conſtet, his dumtaxat contentos nihil Nos ultrà lenitatis in Sacris repoſcere? An eſt aliquis ex Noſtris, id qui autumet, qui dixerit olim, aut recens pro-

pronunciarit? An qui umbram crudelitatis à Sacratis Deo viris abstinendam censemus, ipsam crudelitatem permittimus? Si penes cordatos homines licet philosophari, atque ab aliquibus Moribus ad alios inferre; qui penes Nos more vetantur pulli guttur resolvere, ædulum jugulare, alitemve plumbo alite aucupari; qui adeò ferrum in sacris horremus, ut ne pilis quidem nostris illud admoveri patiamur, qui pura adeò jubemus Jejunia, ut in iis rei, quæ sanguine fuerit animata, usu nobis interdicamus, non ne certo certiùs nefas esse putamus, intra sacratos Deo parietes homicidam recipere, aut cruentis manibus clementissimi Numinis Sacra permittere? Hoc argumento olim Christiani Ethnicorum calumnias amoliebantur; hoc si Nobis non licet petulantissimorum hominum maledicta retundere, dabimus fortius aliquid, ostendemusque, non in cæteris tantùm, sed & in hoc Ordinum obice, qui ex Vitio lenitatis fit, commune esse Ecclesiæ utriusque suffragium. Igitur Ecclesiæ utriusque constitutissimo Jure receptum olim hactenus obtinet, ut, quisquis humanum sanguinem fuderit, sive mors intercesserit, sive membri alicujus abscissio, is ad Clerum accedere, si Laicus; ministrare in suo Ordine, aut ad ulteriorem provehi, si Clericus, prohibeatur. Jure sanè, & ex rerum sacrarum dignitate. Nam, si Synagogæ ministri, quorum perpetuo munus cruore Victimarum madebat, quorum sacrificia, non nisi mactatarum pecudum cruore constabant, adeò lenitatis laudem amavere, ut, cùm impiè in Christum Servatorem conspirassent, attamen palam (1) assererent: ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα. *nobis non licet occidere quenquam*, Quin & solemnes Paschatis epulas habituri se se Pilati Prætorio (2) abstinuerunt, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα, *ut non contaminarentur, sed manducarent Pascha*: quasi nefas esset rei sacræ ritè animum præparare, si vel justo, ut ipsi sceleſtissimè jactabant, judicio sanguinis interessent: quid deceat sacros Ministros Ecclesiæ, quorum incruenta sacrificia unâ pietate, atque religione immolantur? Qui Agnum mysticæ significationis, quo Mundi peccata tolluntur, comedunt, quibus ubique Misericordia, Benignitas, Patientia modis ingeritur omnibus, dicente (3) Magistro: γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί· *estote ergo misericordes, sicut Pater vester misericors est*. Et (4) alibi: μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*, denique quibus in Petro (5) præceptum est, Gladium ut in locum converterent suum? Profectò decet Lenitas majestate plena, Misericordia seria, Benignitas ab omni cruentæ labe iracundiæ planè remota. Quapropter Jure, meritòque à sacris Ordinibus repellitur, quisquis immitem severitatem, aut etiam cruentas rixas exercuit.

(1) *Jo. c. 18. n. 31.*
(2) *Ibid. n. 28.*
(3) *Luc. c. 6. n. 36.*
(4) *Mat. c. 11. n. 29.*
(5) *Mat. c. 26. n. 52.*

II. Quòd autem id Jure nostro cautum sit, constat ex Canonibus (1) Apostolorum, ubi sic habes: εἴ τις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας, καὶ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς κρούσματος ἀποκτείνας, καθαιρείσθω, διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ. ἐὰν δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. *Si quis Clericus in concertatione aliquem pulsaverit, & uno ictu interemerit, deponitor propter temeritatem suam, sin verò laicus sit, excommunicator*. Sanctioni Apostolorum adstipulatur Synodus (2) Ancyrana sic affirmatè constituens: περὶ ἑκουσίων φόνων, ὑποπιπτέτωσαν μὲν, τοῦ δὲ τελείου ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου καταξιούσθωσαν. ἐπὶ ἀκουσίων δὲ φόνων ὁ μὲν πρότερος ὅρος ἐν ἑπταετίᾳ κελεύει τοῦ τελείου μετασχεῖν, κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμοὺς, ὁ δὲ δεύτερος τὸν πενταετῆ χρόνον πληρῶσαι. *Qui voluntariè homicidium fecerint, ad pænitentiam quidem jugiter se submittant. Circa autem exitum vitæ communione digni habeantur. Eos verò, qui non voluntate, sed casu, homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pænitentiam communioni sociavit, secundum gradus constitutos, hæc verò humanior definitio quinquennii tempus tribuit*. Quibus verbis in primis manifestum est, eum, qui sponte hominem occiderit, irregularem esse, quando nec ipsi Communioni, nisi circa exitum vitæ aptus censetur. Deinde & qui casu hominem interemerit, irregularis ostenditur, quippe qui Pœnitentiæ subjicitur, quâ, ut superiori Responso in fine docuimus, obex Ordinum consequens delictum certissimus constituebatur. Neque enim hoc in Decreto de privata pœnitentiâ sermo est, sed de publicâ, eâdemque solemni, quod apertum eruditis erit ex illis verbis: *Secundum gradus constitutos*. Gradus enim hi publicè Pœnitentium fuere, quos quinos enumerat Gregorius (3) Thaumaturgus; Ternos Albaspinæus penes (4) Goarium, sed rectiùs ex (5) Basilio cum (6) Blastare quaternos dicimus, quorum primus, τῶν ἐν προσκλαύσει, *Lugentium*, qui extra Ecclesiam, in area ejusdem subdiali duriora subibant Pœnitentiæ onera, & in sordidissimo habitu, cilicinoque strato jacentes ante Ecclesiam, intrantium, ut per illos sibi Ecclesiæ aditus patefieret, opem implorabant, precumque ad Deum subsidium; quare eos (7) Tertullianus *concilicinatos, concineratos* vocat, *cum dedecore, & horrore compositos, prostratos in medium ante viduas, ante Presbyteros, omnium lacrimas suadentes, omnium vestigia lambentes, omnium genua detinentes*. Secundi ἀκροώμενοι *Audientes* intra Templum ad ejusdem Narthecem recipiebantur, verbum Dei non sanè cum fidelibus, sed cum Catechumenis audituri, quemadmodum & (8) Thaumaturgus, & (9) Blastarius docent, ante quem eadem edisserit (10) Balsamon. Tertii Substrati dicebantur, qui, ut (11) Blastarius accuratè pronunciat, ἔνδον τῆς ἐκκλησίας, κατόπιν δὲ τοῦ ἄμβωνος ἱστάμενοι, καὶ μετὰ τῶν κατηχουμένων καὶ αὐτοὶ ἐξιόντες ἡνίκα, τὸ ὅσοι κατηχούμενοι, ἐκφωνεῖται παρὰ τοῦ διακόνου: *qui intra Ecclesiam retrò post ambonem stant, atque cum Catechumenis egrediuntur, quando*, quotquot Catechumeni sunt, exeant, *à Diacono fuerit proclamatum*, dicebanturque Substrati, quòd in Atrio Ecclesiæ, & in ipso ingressu Templi prosternebantur, quò à Sacerdote super prostratos preces publicitùs funderentur, ut ex Dionysio (12) Alexandrino palam est, & (13) Balsamon asserit. At quarti Consistentes à consistendo appellati, quòd iuxta tradita per (14) Thaumaturgum, & ex eo (15) Blastarium, in ipso Templo supra Ambonem consisterent in Ecclesia per integram Liturgiam, unà cum fidelibus interfuturi Sacris myste-

(1) *Canone 66. al. 64.*
(2) *Can. 22. & 23.*
(3) *In Canon. Pænit. præsertim Can. 11. & seqq. ubi vide Margun.*
(4) *In Euchol. ad Ord. Sacr. Ministr. not. 10. pag. 22.*
(5) *In Canon. Pænit. ad Amphilo.*
(6) *Elem. μ. de locis Pænitent.*
(7) *Apud Goarium ubi suprà inferius.*
(8) *Loco superiùs laudato.*
(9) *d. Elemen. μ.*
(10) *Ad Canon. 2. Neocæsar.*
(11) *d. Elemen. μ.*
(12) *In Can. Pænitent.*
(13) *In Can. Dionysii.*
(14) *d. Can. 11. Pænit.*
(15) *d. l. Elem. μ.*

ſteriis, à quorum tamen uſu arcebantur, donec in Ordinem τῶν μετεχόντων adſcitos, ἱξήκοντα, ait (16) Blaſtarius, τῷ νενομισμένῳ χρόνῳ τὸ τέλειον αὐτοὺς τῆς θείας ἐκδέξασθαι κοινωνίας, *præfinito tempore elapſo divinæ communionis eos perfectio reciperet.*

(16) *Ibid.*

III. Liquet ex his, Jure noſtro reos homicidii à ſacris Ordinibus repelli. Quod etiam confirmari poſſet ex Nicæno (1) Concilio I. ubi plerique ψυχικὸν ἁμάρτημα ita intelligendum putant, ut homicidium prohibeat Sacris intermiſceri, quemadmodum explicat (2) Cabaſſutius ad id omnino videndus. Neque hæc penes Nos, aut antiqua, aut antiquata. Quod enim priſci Mores, & vetuſtiſſima Eccleſiæ noſtræ decreta Nobis ab initio cuſtodiendum indigitarunt, id ex ingenio Gentis noſtræ hodieque tenaciſſimè cuſtodimus. Quapropter (3) Prodromus: παντελῶς ἔξω χειροτονίας γέγονεν, ὅστις ἑκὼν, ἢ ἄκων ἄνθρωπον ἀπέκτεινεν: *omnino extra Ordinationem eſt, quiſquis ſponte, vel invitus hominem occidit.* & (4) Balſamon. οὐδὲ τὸν ἁμαρτωλὸν, οὐδὲ τὸν ἄξιον θανάτου κτείνας εἰς βαθμὸν ἐκκλησιαστικὸν ἄξιος προχειρίζεσθαι. *ne ille quidem, qui peccatorem, aut morte dignum occidit, ad gradum Eccleſiæ provehi dignus.* Aſſentitur (5) Blaſtares. τὸν φονέα, καὶ ὁ παρὼν κανὼν, καὶ ἡ συνήθεια τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἡ ἀξία τῶν ἱερῶν τάξεων, καὶ πᾶς λόγος τοῦ Κλήρου ἀπείργει. *Homicidam & hic Canon, & conſuetudo Eccleſiæ, & dignitas Sacrorum Ordinum, & omnis ratio abſtinet à Clero.* Eadem ante hos tradiderat (6) Ariſtenus, quo authore homicidæ nunquam indulgetur in hoc, ut ad Ordines provehi poſſit, aut miniſtrare, &, ut apertiùs cum Vulgo loquar, nunquam *diſpenſatur*, nec poteſt *diſpenſari*. Ait enim τὸν ἐν φόνῳ ἀνθρώπου ἁμαρτίας μεγάλης ἔνοχον, οὐδὲ διὰ συγκαταβάσεως ἀρχιερεὺς χειροτονεῖν ἀποτολμησάτω· τούτῳ γὰρ πρὸς χειροτονίαν οὐδεὶς συγχωρεῖν δύναται. ἴδιον τῷ φονεῖ φεύγειν ἐκ προσώπου κυρίου, καθὰ ὁ Κάϊν, πῶς ἂν ἱερὰν τάξιν λάβοι ἐνώπιον θεοῦ λειτουργήσων; *Qui ex homicidio magni criminis reus eſt, eum nullus Epiſcopus per diſpenſationem audeat Sacris initiare; huic enim ad Ordinum initia nemo parcere poteſt. Proprium eſt homicidæ fugere à facie Domini, ut & (7) Cain. Qui ergo Sacrum accipiat Ordinem coram Deo miniſtraturus?* Auſterè ſanè, & penè uſque ad ineptam ſeveritatem crudeliter, quippe Eccleſia cum homicida ex cauſa ritè quiverit diſpenſare, ſed tamen abundè, ut intelligas, Jure noſtro abigi à Sacris homicidam. Faciunt ad eandem Veritatem confirmandam quę ſcribit breviſſimè (8) Nilus, & poſt eum (9) Coreſſius, qui Coridaleo ſcribens, rationemque reddens odii, quod in Latinos mirum planè conceperat, vir cæteroqui non planè indoctus, & à Latinis olim eruditus, hæc more ſuo acriter (10) effutit: Θαυμάζεις, ὦ καλὲ, ὅτι τοὺς λατίνους μυσάττομαι, ἐγὼ δὲ θαυμάζω, ὅτι πρὸς αὐτοὺς ἕλλην, καὶ ἀθηναῖος, καὶ σοφὸς οὐκ ἀπεχθῶς παντάπασιν ἔχεις, ὁρῶν καὶ, ὡς εἰπεῖν, ψηλαφήσας, τὸ αὐτῶν πρὸς ἡμᾶς μῖσος, καὶ κακηγορίαν· Προσφωνεῖν ἔξεστί μοι μετὰ τοῦ Κωμῳδοῦ. ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ, καὶ θεοί. Τί δ' ἀργαλέον; ἀδύνατον, ἐκεῖ φίλον ἕλληνα εὑρεῖν; ἤδη ἡμεῖς παρὰ λατίνοις καὶ ἰουδαίων χείρονες· Πάντ' ἀσελγῶς πράττομεν, ὥστε καὶ φονεῖς χειροτονεῖν· ὡς ἐν λατίνοις οἱ πολλοὶ λέγουσιν· ἀλλὰ πόθεν τοῦ λόγου ἡ σύστασις· φέρε τὸν Κανόνα ταύτης τῆς ἀνομίας, δεῖξον τὸ παράδειγμα τούτου τοῦ ἁμαρτήματος· εἰ τὰ ἐμφανῆ μάταια, καὶ ψευδῆ προσφέρουσιν εἰς ἡμετέραν κατηγορίαν, τί περὶ τῶν μὴ φανερῶν, καὶ πολλῆς ἐπιστήμης δεομένων; οὐδὲ σκιὰν ἐν ἡμῖν φόνου δέχονται τὰ ἱερὰ, οὐδὲ συγχωροῦμεν ποτὲ φονέα βαθμὸν ἀναβῆναι τῆς θείας διακονίας· οὐδὲ τὰ πετεινὰ σφάττουσιν οἱ ἐν ἡμῖν ἱερεῖς, ἵνα μὴ τὸ ἀπηνὲς καίπερ ἀθῷον, μιαίνῃ ἡμῖν τὰ μυστήρια· καὶ κατηγοροῦσι τούτων αὐτοί; καὶ αὐτοὺς οὐκ ἔξεστι μυσάττεσθαι, καὶ τὰ ἁγιώτατα τῶν καθ' ἡμᾶς διαβάλλοντας; *Miraris, ò bone, quòd Latinos deteſtor, at ego miror te Græcum, & Athenienſem, & doctum Latinos odio non planè proſequi, cùm nempe videas, & ut ita dicam, contrectere ipſorum erga nos odium, & maledicentiam. Exclamare licet cum Comœdo. Quàm difficile eſt, ò Juppiter, & Dei. Quid inquam difficile? quàm nefas, iſthic Græci amicum reperire. Jam Nos & Judæis penes Latinos pejores. Omnia impiè agimus, ut & homicidas Sacris initiemus, ut apud Latinos plures autumant. Sed unde rei confirmatio? Age, Canonem profer hujus iniquitatis: oſtende exemplum hujus criminis. Si palam vana, & mendacia proferunt ad contumeliam noſtram, quid de non manifeſtis, & indigentibus multa eruditione? Ne umbram quidem in nobis homicidii recipiunt Sacra, nec ſinimus homicidam unquam gradum ſacri Miniſterii conſcendere. Ne altilia quidem occidunt noſtri ſacerdotes, ne crudelitas, quamvis innocens, turpet noſtra Myſteria. Et hi quidem maledicunt his, eos autem non licebit odiſſe, cùm & ſanctiſſima inter nos calumnientur?* Hæc Coreſſius more ſuo injuſtè, injurioſè, impiè, quando falſiſſimum eſt à Latinis Noſtra contemni, ſi paucos, eoſque gregarios homines excipias, cæterùm appoſitè, ut evincatur, homicidium à Noſtris Sacris omnino repelli. Similia Nobis refert (11) Canonarcha propoſitis Synodicis (12) Athanaſii, Georgii (13) Xiphilini, & Hieremiæ (14) Patriarcharum rejicientibus homicidas à Sacris non quidem novo decreto, ſed confirmatione vetuſtiſſimi penes Nos Moris, & Juris.

(1) *Canone 1. & 2.*
(2) *In Notis. Concil. et Canon. ad Can. 1. & 2. Nicæn. verſ. dubitatur.*
(3) *De Interpret. ad Can. Apoſtol.*
(4) *Ad Can. 66. Apoſt. & 22. Ancyr.*
(5) *In Comp. Syntag. ad eoſdē Canones.*
(6) *In Nomocan. ad eoſdē Canon.*
(7) *Geneſ. c. 4. v. 14.*
(8) *In Synopſ. ad Can. Ancyr. 9.*
(9) *In Notis ibid.*
(10) *Epiſt. ad Coridaleum in med.*
(11) *Tit. de Synod. Depoſition.*
(12) *Synodico 2. per tot.*
(13) *Synodico 5.*
(14) *Synodico 1.*

IV. At (1) Margunius eo uſque hunc Ordinum obicem probat, ut ſolita mendacitate, atque perfidia uſus aſſerat, eum proprium eſſe unius Eccleſiæ noſtræ, quando, ut palam mentitur in caput ſuum, hunc obicem non agnoſci à Latinis affirmat, eoſque propterea impietatis accuſat tantâ confidentiâ, quam hercle miram dicerem, ni Margunii eſſet, qui ex iis eſt, de quibus Jeremias (2) dixit: ἐστερέωσαν τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὑπὲρ πέτραν: *induraverunt facies ſuas ſuper petram.* Quid enim impudentius, quàm falſum manifeſtè Orbi Terrarum credendum proponere, aut certè ignoranti popello inſinuare? Fas igitur ſit, quæ dicit, exponere, eaque ex profeſſo refellere, ut inde conſtet, unam eſſe Eccleſiæ utriuſque ſententiam, quam ſi quis velit in partes diducere, eum aut deſipere oporteat, aut mentiri. Igitur (3) ſic Margunius. Τῆς ἱερωσύνης ἀνάξιοι ἐν τῷ ξϛʹ Κανόνι τῶν ἀποστόλων δογματίζονται οἱ φονεῖς, εἴτε θεληματικῶς φονεύσωσιν, εἴτε σατανικῶς· καὶ τοῦτον τὸν Κανόνα πολλά, καὶ ἀκριβῆ ἡ ἁγία ἀνατολικὴ ἐκκλησία τηρεῖ ἀκολουθοῦσα ταῖς διδαχαῖς τῶν θεσπεσίων ἁγίων, καὶ ἀναθεματίζου-

(1) *Nota 66. in Can. 66. Apoſt.*
(2) *Cap. 5. n. 3.*
(3) *In d. Can. 66. Apoſt.*

ἐλέγχοντας τοὺς δυτικοὺς ἀντιχρίστους, καὶ ἀντιαποστόλους τἀναντία δογματίζοντας, καὶ διδάσκοντας, τοὺς λατίνους λέγω, ὁποῦ δὲν ἀριθμοῦσιν ἐν τοῖς ἐμποδίοις τῶν θείων τάξεων τῆς φονικῆς ἁμαρτίας τὸ κακὸν, ἀλλὰ πρὸς τὰ θεῖα ἀναλαμβάνουσι φονεῖς, καὶ λῃστάς. λέγουσι γὰρ τὸν λῃστὴν ἐν τῷ σταυρῷ ἀπὸ τοῦ σωτῆρος χειροτονηθεῖναι ἱερέα, ὃ οὐδεὶς τῶν πατέρων ἐνόησε. ταῦτα δὲ λέγουσι, διὰ νὰ κατασκευάσωσι τὴν βαβυλῶνα, ἤγουν τὴν ἀπέραντον ἐξουσίαν τοῦ Πάπα, ἐν ᾧ κατατίθενται ἐξουσίαν πασῶν ἐξουσιῶν μεγίστην, καὶ τζαλοπατοῦσιν τὰ τῶν βασιλέων διαδήματα. ἰδὲ πόσον θράσος οἱ κληρονόμοι τοῦ ψαρέως τοῦ ταπεινοῦ, καὶ ταπεινόφρονος, καὶ διδάσκοντος ὑπακούειν τοῖς δεσπόταις, ἀγκαλὰ καὶ νὰ εἶναι δύσκολοι; λοιπὸν ματαιολογοῦσι κομπάζοντες, ὅτι πέτρῳ τῷ ἀποστόλῳ διττὴ μάχαιρα ἐδόθη, διὰ νὰ ἠμποροῦσιν οἱ αὐτοῦ διάδοχοι καὶ δι' ἀναθέματος πνευματικῶς, καὶ διὰ ῥομφαίας σωματικῆς ἀναιρεῖν τοὺς ἁμαρτωλοὺς, καὶ ταῦτα ἐκ τῶν γραφῶν πολυπραγμονοῦσιν, ἃς οὐ σφάλλουσιν, ὡς ζάρεσιν, οὐ καλῶς συνίενται, ἵνα ἀλόγως εἴπωμεν, καὶ φιλανθρώπως μετὰ τοῦ ἁγιωτάτου Θεοφυλάκτου Βουλγάρων. καὶ κομπάζονται ἐν τοῖς ἄκροις. τῷ γὰρ πέτρῳ τὰ κλειδία τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐδόθησαν, οὐ σπαθίον, καὶ μάχαιρα. Κἀκεῖνο δὲ γελοιότατον ἐκ τῶν ἀποστολικῶν πράξεων προσφέρουσιν, ὅτι τῷ πέτρῳ προσευχομένῳ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λεντίον ἀπενέχθη γέμον ἑρπετῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ παντὸς ζώου, καὶ φωνὴ ἠκούσθη λέγουσα, ἀνάστηθι πέτρε, καὶ κτεῖνον, καὶ φάγε. τούτοις δὲ τοῖς λόγοις διδόσθαι θέλουσι πέτρῳ καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ἐξουσίαν φόνου. οὐκ εἶχον ματαιότερον. ἐκείνοις γὰρ τοῖς λόγοις ἐκλήθη πέτρος εἰς κήρυξιν πνευματικὴν, δι' ἧς τὰ κρίματα θανατοῦται, καὶ φονευθέντα μεταλλάττονται εἰς τὴν ἁγιότητα τοῦ κτείνοντος αὐτὰ λόγου, καθὼς κάμνει ὁ τρώγων, καὶ μεταλλάττων τὴν βρῶσιν εἰς τὴν αὐτοῦ οὐσίαν. καὶ αὕτη εἶναι ἡ ἐξήγησις τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν ἡ ἀληθινὴ, καὶ ὁποῦ τυχαίνει νὰ κρατοῦμεν ἀκριβῶς, ἀγκαλὰ καὶ οἱ λατῖνοι ἔχοντες αὐτὴν ἐν χερσὶ τὴν λοιδοροῦσιν, ἑπόμενοι ταῖς ἐξηγήσεσι τῶν κολάκων, ὁποῦ φθείρουσι τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸ τοῦ ἀποστόλου, κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας ἐπισωρεύουσι διδασκάλους, κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν, καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέποντες, ἐπὶ δὲ μύθους ἐκτρεπόμενοι. διὸ κατευχέσωμεν αὐτοὺς, καὶ τὰς αὐτῶν θυσίας βδελυττόμεθα, ὧν αἱ χεῖρες ῥαίνουσιν αἷμα. καὶ τοῦτο θεμιτὸν νομίζουσι, νὰ περνάει ὁ ἱερεὺς ἀπὸ τοῦ βήματος τῆς ἀπηνείας εἰς τὸ βῆμα τῆς ἐνσάρκου φιλανθρωπίας. *Sacerdotio decernuntur indigni hoc Canone LXVI. Apostolorum homicidæ, sive sponte, sive inviti hominem occiderint. Atque hunc Canonem omnino, & diligenter Sancta Orientalis Ecclesia custodit, secuta doctrinam divino afflatorum Numine Divorum, & Anathemate percellens occiduos Antichristos, & Antiapostolos contraria docentes, ac decernentes: Latinos inquam, qui inter obices Ordinum minimè numerant homicidium. sed ad Sacra recipiunt homicidas, atque Latrones. Ajunt enim Latronem in Cruce à Servatore Christo Sacris fuisse initiatum. Quod nemo Patrum cogitavit. Hæc autem dicunt, ut adstruant Babylonem, hoc est immensam Potestatem Romani Pontificis, cui nempe concedunt potestatem omnium potestatum maximam, & Regum ipsa diademata conculcantem. Vide, amabo, quantum præseferant fastum hæredes Piscatoris humillimi, & modestissimè de se sentientis, docentisque parere Dominis etiam dyscolis. Ergo vana palam effutiunt, jactantes Petro utrunque gladium datum, ut ejus successores queant & per Anathema animum, & per gladium corpus occidere peccatorum. Atque hæc ex Sacris Paginis certa autumant, quas violenter suis accommodant sententiis, ut solent, vel pessimè interpretantur, ut modestè, & benignè loquamur cum Theophylacto Sanctissimo Bulgarorum Episcopo: certè errant in eo, quod caput est. Nam Petro claves Regni cælestis datæ sunt, non gladius, & machæra. Illud etiam planè ridiculum afferunt ex Actis Apostolorum, quòd precanti Petro è Cælo linteum summissum est, ubi reptilia, & quadrupedia, & omne animal: auditaque vox dicentis: surge Petre, occide, & manduca: his autem datam volunt Petro, & post eum Sacerdotibus potestatem occidendi, cùm potiùs illis verbis, illoque spectaculo Petrus ad prædicationem verbi vocatus sit Spiritalem, per quam occiduntur peccata, & occisa in Sanctimoniam verbi occidentis mutantur, quemadmodum accidit, mutato cibo in suam ipsius manducantis naturam. Hæc enim est Patrum nostrorum vera interpretatio mice retinenda, quam Latini præ manibus, ut ita dixerim, habentes contemnunt, secuti interpretationes adulatorum, qui veritatem corrumpunt, & juxta Apostolum, secundùm desideria sua coacervant sibi magistros prurientes auribus, & à Veritate quidem auditum avertunt, ad fabulas autem convertuntur. Quare damnemus illos, & Sacrificia eorum detestemur, quorum manus imbutæ sunt Sanguine, idque licere existimant, ut Sacerdos à Tribunali crudelitatis ad tribunal misericordiæ gradum faciat.* Ita Margunius, qui mox se se oculatum testem affirmat. ἀλλὰ διὰ νὰ μὴ λογιάσῃ κανεὶς, ὅτι ταῦτα δωρεὰν λέγομεν, ἂς ἠξεύρει πῶς ἐζήσαμεν πολλὸν καιρὸν μετ' αὐτοὺς, καὶ εἴδαμεν ἀληθινὰ τὰ λεγόμενα, καὶ διδασκαλούμενα ἐν ταῖς βίβλοις τῶν λεγομένων παρ' αὐτοῖς Κανονιστῶν, καὶ θεολόγων, ἀληθέστερα θεομάχων. *Nequis autem putet, quæ dicimus, gratis dici, sciat, vixisse nos diu cum illis, & comperisse vera, quæ dicimus, quæque palam docentur in libris eorum, quos illi Canonistas, atque Theologos appellant, veriùs, potiorique jure à nobis Theomachos appellandos.* Hæc fusiùs Margunius agitat in defensione Marci (1) Ephesii, & in Disputatione (2) contra Georgium Metochiten, & (3) alibi, ubique ignorantiæ Photianorum suorum credendum proponens, non esse in Ecclesia utrunque Gladium, utranque scilicet potestatem, qua tum Corpus, tum animum possit plectere, & à Latinis homicidas ad Ordines recipi.

(1) *In medio.* (2) *In fin.* (3) *In Can. 22. Ancyr. nota 34.*

V. Verùm postremum hoc tota hac dissertatione falsissimum esse constabit, quando adeò à Latinis inter obices Ordinum homicidium recensetur, ut de eo minutissimè, religiosissimèque agant, decernantque, qui, & quatenus ab Ordinibus repellat, qui in eo queat indulgere, quâque ratione id fieri possit, tantâ ubique tum sententiarum gravitate, tum Authorum sapientiâ, & constantiâ, ut non nisi à demente negari possit, per Latinos homicidam repelli à Sacris, non nisi à perfido id ingeri plebeculæ, quo magis inter nobilissimas Gentes confirmetur luctuosum planè dissidium. Jam de altero,

tero, quod utranque Potestatem Ecclesiæ denegat, quid dicam? Dicam id Latinorum si communis sententia constituisset absolutè, minimè futurum fuisse, ut propterea vitio verti posset Latinis. Etenim in unaquaque Ecclesia non defuere, qui Ecclesię gladium utrunque, utranq; potestatem tribuerint, arbitrati, Ecclesiam omnis potestatis compotē esse Jure divino ita, ut non solùm sacrâ, sed profanâ fungi possit. Quorum sententia nec damnari potest, nec rationi repugnat. Nam cur Ecclesiæ deneges, quod Synagogæ concessum est, in qua Sacerdos & leviticâ, & principali potestate fungebatur. Mosen scilicet Regem, atque Pontificem appellat (1) Philo, & post Philonem (2) Nazianzenus, cui subscribit (3) Augustinus. Heli verò Sacerdos jurisdictione publicâ inter Judæos functus est annis XL. ut constat ex Sacris (4) Paginis. Machabæi etiam, ut patet ex libris (5) eorundem, & narrat (6) Josephus; Sacerdotium Principatui sociavere, ut nemo ambigere queat, in Synagogâ utranque potestatem fuisse. Quod si regnum, & civilis illa potestas servili Sacerdotio consentanea visa est, cur absona esse videbitur Sacerdotio regali, quale Sacerdotium Ecclesiæ (7) perhibetur? Certè Christus, (8) Servator sibi omnem potestatem datam asseruit, unde mox (9) intulit, *πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε. Euntes in mundum universum prædicate, &* (10) *clariùs: πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. Euntes ergo docete omnes Gentes.* Quasi diceret: ea potestate, quam plenissimam, absolutissimamque omni ex parte habeo, insigniti ite ad Orbis universi salutem, quandoquidem, ut alibi (11) affirmatè constituit: *καθὼς ἀπέσταλκέ με, ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς, sicut misit me Pater, & ego mitto vos*, ut inde certum sit, eam in Ecclesia potestatem esse; quæ fuit in Christo, scilicet necessariam ad ipsius Ecclesiæ regimen, totiusque Mundi Salutem. At in Christo ut principe Ecclesiæ, ejusdemque rectore utraque potestas fuit, in quo fuit omnis potestas ex (12) prædictis: *ἐδόθη μοι ἐξουσία πᾶσα ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς: data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in Terra.* Igitur utraque potestas in Ecclesia est. Hinc (13) Nicolaus II. Pontifex maximus. *Beato*, inquit, *Petro vitæ æternæ clavigero cœlestis simul, ac terreni Imperii Jura commisit;* idemque sensere ex Latinis Augustinus (14) Triumphus, Alvarus (15) Pelagius, (16) Hostiensis, (17) Abbas, & alii, ex Græcis verò Leo (18) Magentinus, Theodorus (19) Metochites, Joannes (20) Colossensis, Gennadius (21) Scholarius, & (22) Bessarion, cui subscribit (23) Coressius celeberrima illa ex Sacris litteris proferens, quibus evincitur, Sacerdotes legis Veteris vel in laicas potestates jurisdictione functos fuisse, quando & (24) Ozias Rex à sacerdotibus pulsus est Templo, coactusque extra Urbem agere propter lepram, & jussu (25) Jojadæ Pontificis interfecta est Athalia, restitutusque in avitum solium Joas. Quo fit, ut hæc sententia neque contemnenda sit, neque Latina tantùm, cùm & Græca sit, imò & Photiana, nimirum asserente (26) Coressio, eam planè consentaneam sensibus Orientalis Ecclesiæ, adeoque veram, ut opinio contraria Calviniana censenda sit.

(1) *Lib. 3. de vit. Mosis.*
(2) *Orat. ad Greg. Nyssen.*
(3) *q. 23. in Levit. & q. 68. in Exod.*
(4) *1. Reg. c. 1. & 4.*
(5) *Lib 1. et 2. Machab.*
(6) *Antiq. Judaic. l. 12. & seqq.*
(7) *1. Petri c. 2. n. 9.*
(8) *Matth. ult. n. 18.*
(9) *Marci ult. n. 18.*
(10) *Matth. c. ult. n. 19.*
(11) *Joan. c. 20. n. 21.*
(12) *Matth. c. ult.*
(13) *Epist. ad Mediol.*
(14) *In Sum. de potest. Eccl. q. 1. artic. 1.*
(15) *Li. 1. de Planct. Eccl. c. 13.*
(16) *In c. quod super his. de Vot. & vot. redempt.*
(17) *In cap. novit de Jud.*
(17) *In explicat. Can. Panis. S. Gregor. Thaum. Can. ult.*
(19) *περὶ κα-[illegible] Vulner. 3.*
(20) *Orat. ... contra Ephes.*
(21) *In Synodico penes Canonarchā ait contra peccātes Synodicor. formulę.*
(22) *In Epist. ad Scholar.*

VI. Verùm enim verò hæc sententia rectà utranque, & absolute potestatem adstruens Ecclesię, licèt ex utraq; Ecclesia tutores invenerit cōmunis nō est utriusq; Ecclesię DD. Docent hi prę ter potestatem sacram in animos, Spiritusque, nullam aliam Jure divino esse rectâ, & absolutè in Ecclesia potestatem, esse in eadem, ut ajunt, nobisque hìc dicere licebit sæpius, *indirectè* laicam etiam potestatem, quæ cùm duplex sit, altera potens dirigere subjectos per pœnas corporis, altera per pœnas sanguinis, illa in Ecclesia est directè, quòd eam Ecclesia ipsa, sibi non ex fine suo collatam, legitimè exercere queat, hæc indirectè est in Ecclesia, quòd non ab Ecclesiâ, sed ab alio ad nutum Ecclesiæ poterit exerceri. Ita ex Latinis præcipui autumant, Hugo (1) de S. Victore, Alexander (2) de Ales, (3) Bonaventura, Durandus (4) Mimatensis Episcopus, Petrus (5) de Alliaco, Joannes (6) de Parisio, Jacobus (7) Almainus, Gabriel (8) Biellius, Henricus (9) Gandavensis, Joannes (10) Driedonius, Jo. de (11) Turrecremata, Thomas (12) Uvaldensis, Petrus de (13) Palude, (14) Cajetanus, Franciscus (15) Victoria, Dominicus (16) Soto, Nicolaus (17) Sanderus, (18) Navarrus, Antonius (19) Corduba, & latè (20) Bellarminus ex (21) D. Thoma: quos proferre operæ pretium fuit, ut Græci norint turpissimam Margunii, & effrontem mendacitatem. Scilicet hæc Latinorum communis sententia est, quam tamen, ne illi usquequaque Latinam jactent, ab Origine Græca est. Nam Prodromus his, quos retulimus, longè antiquior sic nobis censuit sentiendum. *περὶ δὲ τῆς ἐξουσίας τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τοῦτο ἡμῖν ἀτρεκές, ὅτι διῄρηται τῆς κοσμικῆς· ἐδόθη γὰρ ὑπὸ Χριστοῦ ἐπουράνιος πρὸς ψυχῶν σωτηρίαν· ἀλλὰ καίτοι διῄρηται, οὐχ ὅμως ἐναντιοῦται τῇ κοσμικῇ, οἰκειοῦται μᾶλλον· ὁ γὰρ Χριστὸς ὁ τὴν ἐπουράνιον ποιήσας, καὶ ταύτην ἐδωρήσατο πρὸς κατόρθωσιν τῆς ἐπουρανίου· ἡ μὲν οὖν ἐπουράνιος ἰδία τῆς ἐκκλησίας, ἡ δὲ κοσμικὴ ἐπείσακτος· αὕτη δὲ διττή ἐστι κατὰ μέρος ἐν χερσὶ ἐστιν ἐκκλησίας, κατὰ μέρος οὐκ ἔστι· τιμωρεῖ γὰρ, ἀλλ' οὐ παίει, οὐδὲ κτείνει, κτείνουσι δὲ, καὶ παίουσιν οἱ λαϊκοὶ τῆς ἐκκλησίας μὴ κωλυούσης, μᾶλλον δὲ καὶ προσεπαινούσης ἐπὶ τὸ λυσιτελὲς τραῦμα· καὶ ταῦτα ὅτι Θεόφιλος, καὶ Κύριλλος ὁ θαυμάσιος ἐγκαλούμενοι ἐπὶ τυραννίδι ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ καλῶς ἀπεφήναντο, διδάσκοντες ἡμᾶς τἀληθές· ὅτι πᾶσα μὲν ἐξουσία, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' οὐ παντὶ τρόπῳ. Quod attinet ad potestatem Catholicæ Ecclesiæ hoc nobis certissimum, secerni eam à laica, & profana: Data enim est à Christo cœlestis ad animarum Salutem. Sed, quamvis secernatur, non tamen profanæ opponitur, imò vero profanæ copulatur. Christus nimirum, qui cœlestem dedit, & hanc largitus est ad usum cœlestis. Cœlestis ergo propria est Ecclesiæ, profana verò superinducitur eidem. Hæc porro, cùm duplex sit, partim est in Ecclesiæ manibus, partim non est. Nam punit Ecclesia, non tamen aut ferit, aut occidit: occidunt, ac feriunt Laici Ecclesia non prohibente, imò & laudante utile vulnus. Atque hæc tum Theophilus, tum Cyrillus ille mirabilis Tyrannidis in Alexandrina Urbe accersiti bene sunt effati, docentes nos, quod verum est, omnem potestatem in Ecclesia esse, non tamen omni modo.* Quid his reponet Margunius, quæ Latini recipiunt, & Græci docuerunt? imò quæ ipsa

in med.
(23) *In Proœm. Scholior. ad Synops. Nili.*
(24) *1. Paralip. c. 26.*
(25) *4. Reg. c. 11.*
(26) *D. Proœm. ad Synops.*

(1) *Lib. 2. de Sacram. p. 2. c. 4.*
(2) *In Sum. p. 3. q. 40. M. 5. & 4. p. q. 10. in explicat. Canonis Missę in illud, & pro Rege N.*
(3) *De Eccl. Hierarch. p. 2. c. 1.*
(4) *De Orig. Jurisdict. q. 3. in fin.*
(5) *In q. de re supra. verb. Petri Ecclesia Fide confirmetur.*
(6) *De potest. Reg. et Papal. c. 6. & seqq.*
(7) *De Supr. Pot. Eccl. c. 6.*
(8) *In explic. Canon. Missę lect. 23.*
(9) *Quodlib. 6. q. 23.*
(10) *De libert. Christ. l. 1. 2. c. 2.*
(11) *Lib. 2. Summ. c. 113. & seqq.*
(12) *Lib. 2. Doctr. Fid. art. 3. c. 76. et seqq.*
(13) *De Potestat. Eccles.*
(14) *In Apolog. c. 13. ad 5.*

Digitized by Google

ipsa ratio certissima comprobat.

VII. Nam Jure divino potestatem laicam, sive, ut ajunt, *temporalem* rectà in Ecclesia non esse, manifestum est. Ea enim potestas directè in Ecclesia est, quæ in Christo, ut in homine, capite, & Pontifice militantis Ecclesiæ fuit, ut penes omnes certum est, & ipse (1) Margunius post Græcos, & Photianos relatos à (2) Coressio, fatetur. At in Christo, ut homine, nulla fuit profana potestas; id quod inficias ire fatuum planè esset, nimirum Christo (3) dicente ἡ βασιλεία μου οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου: *Regnum meum non est de hoc mundo*, & (4) iterum. Νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν: *Nunc autem Regnum meum non est hinc*. Quæ verba ad id à Christo dicta, ut ostenderet à se mortalem Principatum non affectari, docent, præter (5) Ambrosium, & (6) Augustinum, (7) Chrysostomus, (8) Cyrillus, & (9) Theophylactus. Confirmaturque ex (10) illis: γνοὺς, ὅτι μέλλουσιν ἔρχεσθαι, καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν, ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα, ἀνεχώρησε πάλιν εἰς τὸ ὄρος αὐτὸς μόνος: *Cùm cognovisset, quia venturi erant, ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus*; & ex (11) illis: ἄνθρωπε, τίς με κατέστησε δικαστὴν, ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς; *O homo, quis me constituit judicem, aut divisorem inter vos?* Et iterum (12) ex illis: Τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. *Regni ejus non erit finis*, quod ante Angelum prædixerat (13) Daniel his verbis. ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν βασιλειῶν ἐκείνων ἀναστήσει ὁ Θεὸς τοῦ οὐρανοῦ βασιλείαν, ἥτις εἰς τοὺς αἰῶνας οὐ διαφθαρήσεται. *In diebus regnorum illorum suscitabit Deus Cœli Regnum, quod in æternum non dissipabitur*. Quæ, & alia sexcenta, quemadmodum ostendunt, nullam potestatem profanam propriam Christi fuisse, ut hominis, ita regnum ipsius æternum, non autem temporarium ostentant. Adde, eam potestatem fuisse in Christo, quæ constituendæ, regendæque utilis, aut necessaria Ecclesiæ videbatur, non verò quæ inutilis, & planè supervacanea: At profana potestas, & inutilis, & supervacanea erat, quippe nihil collatura ad suadendum contemptum gloriæ, divitiarum, voluptatum, quem suasurus Servator advenerat: Imò admodum collatura ad proritandam horum omnium cupiditatem, qua nihil infestius Virtuti per Christum modis omnibus ingestæ. Hinc idem Servator veram, rigidamque pauperiem amavit, atque ita secutus est, ut pauper non quoad usum tantùm fuerit, verùm etiam quoad proprietatem, ut ante Latinos (14) Nicephorus Patriarcha Sanctissimus credendum Græciæ proposuit sacrarum authoritate Paginarum, quas ad id Latinis congessit (15) Seraphicus Doctor Bonaventura, post quem idipsum solemnius definivit (16) Nicolaus III. cujus sensa confirmavit (17) Clemens V. ut hac tempestate inter dogmata fidei ritè recenseri possit Pauperies Christi numeris omnibus absoluta; ex qua tamen evincitur, in Christo, uti homine, neque regiam, neque ullam aliam merè temporalem potestatem fuisse, quando hæc cum paupertate tam severà esse non potest. Quòd si nulla merè temporalis potestas in Christo, ut homine, fuit, sequitur, à Christo Ecclesiæ nullam potestatem ejusmodi datam, atque, adeò Jure divino directè nullam esse in Ecclesiâ potestatem, quæ merè temporalis dicenda sit, esse verò unam Sacram ad animos pertinentem, ex quâ fit, ut indirectè in eâdem Ecclesiâ temporalis potestas constituenda sit. Neque enim sententia, quam minimè damnandam duximus quorundam tum Græcorum, tum Latinorum, rationibus ad suam confirmationem coactis aliud probat, quàm in Ecclesiâ indirectam hujusmodi potestatem agnoscendam esse, quæ nimirum vel pro loco, ac tempore ab aliquibus Sacrorum Regibus usurpata, ve usurpanda sæpe ab ipsâ Ecclesiâ sit. Nam quòd Moyses, & Heli, & Machabæi unà Sacerdotio, & regno functi sint, ostendit, posse Regnum Sacerdotio copulari, quod nimirum regale dicitur, quoniam & regno conjungi potest, & illud regnum respiciat, cujus potestas æterna est. Quòd autem plerunque sive regno Levitæ fuerint, ut passim in sacris Chartis manifestum est, evincit, non convenire Sacerdotio Jure divino profanam aliquam potestatem. Cætera non nisi indirectam potestatem laicam Sacerdotio datam insinuant. Etenim in Christo fuit indirectè hæc potestas, hoc est quatenus aliquando necessaria est, ad animorum salutem: Quare vera sunt illa: data est mihi omnis potestas, non tamen omni modo ut homini, quæ mihi omni modo uti Deo inest. Eo igitur modo, & in Ecclesia est, indirectè nimirum. Propтereà & Nicolaus II. Terreni simul, ac Cælestis Imperii Jura Petro concessa testatur, non tamen eodem modo, ne Prædecessori suo Nicolao I. contraria doceat, (18) dicenti. *Cùm ad verum ventum est, ultra sibi nec Imperator Jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium usurpavit*. Qua interpretatione excipienda est, & ejectio Oziæ facta per Sacerdotes indirectâ potestate usos, ne mandata Numinis leprâ laborantes Urbe amandantis contemnerentur, neu contagio sævissimi morbi è regia licentiùs in plebem, ac populum grassatura diutiùs, non sine Reipublicæ præsentissimo exitio, in Urbe moraretur. Athaliæ etiam supplicium indirectâ potestate functus Jojada imperavit, ne ulteriùs crudelissima fœmina in publicam perniciem imperitaret, quæ per nefas Jerosolymæ regiam invaserat, Regni legitimos hæredes mactaverat, & Populum Deo Sacrum ad Idololatrian exemplo, minis, illecebris rapiebat. Quod autem indirectam potestatem utrumque exemplum insinuet, manifestum est, cùm constet utrobique regnum à Sacerdotio, profanamque potestatem à Sacra fuisse sejunctam.

VIII. Stet igitur illis rationibus, & exemplis non nisi potestatem indirectam erga profana in Ecclesiâ probari, quæ certè in Ecclesia adeò est, ut eam inficianti Margunio ritè Coressianum elogium conveniat, quo Calvinianæ reus hæresis perhibetur. Nam hanc sanè potestatem profanam indirectam enimverò Ecclesiæ tribuendam tum Latinorum Dogmata, tum Græcorum, communi suffragio, confirmant: tantâ ubique constantiâ, ut nulla opinio communior fuerit utrique Genti. Et scio hercle, quàm invidiosa sit, his præsertim temporibus, hæc opinio, simulque quàm difficilis probationis; verùm ne utroque Margunius in perniciem

Græ-

(15) Relect. 1. q. 6. de Potest. Eccl.
(16) In 4. dist. 25. q. 2. art. 1.
(17) Lib. 2. c. 4. visibil. Monarch.
(18) Relect. in c. novit. de Jud. not. 3.
(19) Lib. 1. qu. 57. dub. 3.
(20) Tom. 1. Controvers. l. 5. c. 1. vers. 3.
(21) In c. 13. ad Rom. & 2. 2. q. 40. art. 2.
(22) Ad Can. Pœnis S. Basilii sub init.

(1) In d. Can. 66. Apostol.
(2) Schol. 2. in Can. 82. Ancey. ad Synopsin.
(3) Jo. c. 18. n. 36.
(4) Ibid. n. 36.
(5) Lib. 3. in Lucâ.
(6) In illa verba Christi.
(7) In eadē verba Christi.
(8) In eadē verba Christi.
(9) Similiter in verba illa.
(10) Jo. c. 6. n. 15.
(11) Luc. c. 12. n. 14.
(12) Luc. c. 1. n. 33.
(13) Cap. 2. n. 44.
(14) Orat. de Sacris Imagin. 8. quæ est: quod imaginib. suadetur Paupertas Christi.
(15) Libr. de Paupert. Christi.
(16) In c. exiit. de verbor. signif. in 6.
(17) In Clem. exivi de verb. signif.
(18) c. cum ad verum 96. dist.

Græcarum sententiarum utatur, non absre fuerit, obiter eandem validissimè confirmare. Id ego præstabo sepositis argumentis, quibus plerique utuntur meo sanè judicio nihil probantibus. Nam similitudo deducta ex duplici Arte, frænifactoria nimirum, & equestri, quæ licèt distinctæ ex fine utriusque peculiari, tamen invicem subiunt, ut prima subjecta secundæ sit. Hæc, inquam, similitudo non admodum consentanea videtur explicandæ rei, qua de agimus, ut (1) Bellarminus ipse fatetur, quando illis in Artibus, quæ faciundis frænis insudat, propter equestrem dumtaxat est, quare haudquaquam mirum, si subsit Equestri, propter quam est, quâque ablatâ cesset oportet & illa. Contra est in utraque potestate sacra, & profana, quarum hæc non est propter illam, & illâ sublatâ stat, quo fit, ut ritè hinc non possis inferre, profanam sacræ subesse ita, ut sacra indirectè potestatem habeat in profanam. Præterea ratio, qua utitur (2) Bellarminus, & ipsa infirma est, nam ex eo, quòd unum quidpiam altero sit superius, præstantiusque, non bene argues subjectum ipsi fore inferius alterum. Cœlum homine superius est, & eodem præstantiores sunt Angeli, non tamen homo cœlo subest, aut Angelis. Nec similitudo animæ, & corporis desumpta ex (3) Nazianzeno, passimque à (4) DD. proposita, & à (5) Bellarmino maximi habita, quidquam confert utile rei probandæ efficaciter. Etenim anima præest corpori, quia unum nata facta est facere cum corpore ita, ut corpus esse, aut bene esse non possit sine animâ, qua indiget, non ut melius sit ei, sed ut sit, aut benè sit. At potestas sacra non est ad id facta, ut unum faciat cum potestate profana, quæ sine sacrâ & diu fuit, & poterit in posterum esse. Quo fit, ut hæc similitudo non minus labet, quàm prima duarum Artium. Eundem in modum exempla illa ex historiis petita, quorum syllabum texit (6) Bellarminus, & ex Bellarmino suppositi nominis (7) Author, perparum conferunt ad veritatem constituendam, quam certissimam esse contendimus. Scilicet factum probant, non Jus, eaque Margunius vel ad Principum patientiam, vel ad populorum petitionem, vel etiam ad injuriam revocabit; nec deerunt sophismata, sin minus elevatura, obscurata certè vim exemplorum, ne nimium probent, aut valeant. Si quis erit Margunio minus insipiens, responsionem ab ipso (8) Bellarmino petet, desumptamque proponet, ac dicet, ea omnia Zelo, ut ajunt, quodam facta divino, & enthusiasmo divinitus illato peracta, Prophetarum more, quemadmodum (9) Christus ejecit vendentes, & ementes è Templo, (10) Helias Prophetas Baal, (11) & Phinees scortatores occidit.

IX. Ratione proinde una, quæ lumini Naturæ congruat, agendum est cum Margunio, ut tandem ea, quæ vel perfidos domat, potestatem hanc indirectam in *temporalia* Ecclesiæ asserat. Sanè omni Reipublicæ absolutissimè constitutæ omnia ea suppetant necesse est, quæ consecuturæ suum finem utilia, vitaturæque finis perniciem sui sunt penitùs necessaria. Id, quod eum in modum manifestum est, quemadmodum manifestum, & patens, unicuique

(1) *Tom. 1. Contr. ult. de Rom. Pōt. lib. 5. c. 6. in princ.*
(2) *d. c. 6. per tot.*
(3) *Orat. ad Popul. timore perculsū, & Princip. irascentem.*
(4) *Ugo de S. Vict. lib. 2. de Sacram. p. 2. cap. 4. Thomas Uualdēs. l. 2. doct. Fid. c. 78. Jo. Diredon. lib. 2. de libert. Christ. c. 2. Victoria, & Scotus locis citatis.*
(5) *Ubi supr. ver. est igitur cū seqq.*
(6) *d. lib. 5. c. 8.*
(7) *In suo Regali Sacerdot. passim.*
(8) *d. lib. 5. cap. 4. vers. respondent Christū.*
(9) *Jo. c. 2. n. 15.*
(10) *3. Reg. c. 18. n. 40.*
(11) *Num. c. 25. n. 8.*

licere, & sibi bonum penitùs necessarium quâlibet quærere, & sibi nocitura vitare. Hinc Bella contra naturam, quæ liberos homines generat. Jure Gentium introducta, moderamen inculpatæ tutelæ concessum, latebrarum inquisitio permissa, datumque Jurisdictioni, ut Jus privatum lædat, ne obnoxium damno sit publicum: quæ omnia latè prosequitur (1) Tipucitus noster, & post eum (2) Harmenopulus. cujus utriusque Suffragio: omnis Respublica non sine potestate est prosequendi, quæ sibi sunt bona, & repellendi, quæ noxia. Propterea, ut Latinos authores præteream nihil collaturos authoritatis ad expugnandam Photianorum dementiam, Heros ille vester, Photianæque Antesignanus perfidiæ (3) Marcus Eugenicus, πάσῃ, inquit, πολιτείᾳ δύο ἐξουσίας γέγονε πρὸς τὸ διώκειν τὰ αὐτῇ ἀγαθὰ, καὶ ἀπωθεῖν τὰ αὐτὴν λυμαινόμενα: quod ex (4) Magentino desumpsit docente. ἡ δ' ἐξουσία πρὸς ἀμφότερον, ἵνα φύγοι τὰ πρὸς ὄλεθρον, καὶ ἀσπάζοιτο τὰ λυσιτελῆ. *Potestas autem ad utrunque est, ut & fugiat, quæ perniciosa, & amplectatur, quæ utilia,* quibus verbis respexisse videtur celeberrimā Martialis Aulæ Athenis (5) Epigraphen, quæ decussatis gladio, sceptroque superimposita hoc hexametro resonabat.

οὐ δίχα γ' ἀμφοτέρων, ἀλλ' ἀμφοτέρων πολίτας.
Non sine utroque quidem, sed utroque Urbana regunto.

Quasi dirigi sceptro ad felicitatem, quæ finis est Rerumpublicarum, Respublica nequeat, quin gladio quandoque utatur ad repellendas hostium injurias, queis finis Reipublicæ labefactatur. Constat ergo, unicuique Reipublicæ, quâ ratione conceditur, ut quæ utilia, & necessaria sunt fini suo habendo, prosequatur, eâdem unà concedi, ut, quæ fini eidem noxia sunt, moderetur, aut comprimat, avertatve. jam quis inficias eat, Ecclesiam Rempublicam esse, & quidem omnium Rerumpublicarum perfectissimam? Sequitur, eidem jure deberi, ut quemadmodum, quæ fini suo consentanea sunt, prosequi potest, ita possit fini suo noxia repellere: atque adeò deberi Ecclesiæ utranque potestatem, alteram, qua rectà tendat ad finem suum, illum procurando præmiis, pœnisque sacerrimis, alteram, quà obliquè ad eundem tendat, obices finis sui fortiter unà, justèque repellendo.

X. Porro, si Ecclesiæ unam potestatem sacram, quam directè habet, concedas, summam potestatem profanam inficiere: Suppeditabis quidem eam, quâ rectà finem prosequitur suum animorum salutem; inficiabere magnâ ex parte eam, qua noxia fini suo, saluti scilicet animorum, vitare queat. Da enim, quæ inter Christianos non Sacra sunt, nullo modo, Ecclesiæ subjecta esse, nihilque in ea Ecclesiam posse, videbis, quantum exitii Ecclesiæ, quàmque præsens, ac certum immineat, nihil scilicet impiis, atque sacrilegis hominibus formidantibus, præter fulmina sacræ Censuræ, quæ olim contempsere jampridem securi salutis suæ, cujus apud ipsos minima jactura est. Id factis apprimè demonstrare otioso liceret, licebitque, me quoque tacente, unicuique cognoscere, quę proximè elapso sæculo mala Ecclesia passa est. An quisquam putet, ea illam passuram fuisse, si po-

(1) *In lib. 1. Pandect. sub init.*
(2) *In adnot. ad lib. Pandect. ad tit. de Just. & Jur.*
(3) *In Apolog. de fuga sua circa med.*
(4) *In Comm. brevi lib. 1. Polit. Arist.*
(5) *Penes Planud. in Adag. cent. 2. n. 85.*

testate profana uti licuisset in Lutherum, Calvinum, cæterosque Arctoarum hæresum Principes? Nusquam hæreses violentiùs debacchatæ sunt, quàm in Græcia. Si causam quæras, erit fas veritatem professo in Principes nostros insurgere, palamque testari, hæreses in Græcia violentissimè fuisse debacchatas, quòd per Cæsares nostros nunquam Ecclesiæ nostræ licuerit, quã habebat, habetque vel in profana, potestatem indirectam sanè, sed veram exercere. Scilicet infensissimi Ecclesiasticis viris Principes eousque sacram majestatem contempserant, ut teste (1) Innocentio III. vel in ipsa Ecclesia locum præriperent Patriarchis, quorum sedes ad pedes suos collocarant, tanta Præsulum nostrorum patientiâ ne dicam, an stupiditate? ut immensis laudibus Andronicum Comnenum exceperint, quòd pretium factæ sibi ad incestum potestatis Clericorum subsellia altiùs efferri permiserit, quatenus ipsius lateri Patriarcha assideret. Id, quod vix per mensem obtinuit, ut refert (2) Choniates, quando ille ipse Princeps, non sine rerum Sacrarum pudore, ac contumelia, ad pristinam mensuram, humiliatemque Patriarchæ, Clerique Sedilia depressit. Hinc factum, ut in Græcia, cùm res sacras profanis præesse deceat, contra profanæ Sacris imperitarent, liceretque monstra illa mirari, Cæsares munerum Ordinem (3) Clericis, fines (4) Episcopatibus, modum (5) Coenobiis, vim (6) Sacris Asylis, Leges (7) Matrimoniis, quà Sacramenta sunt, & Christi religione Sancta, aliisque hujusmodi passim decernentes: quod nemo Latinorum principum ausus est, quippe penes Latinos Ecclesia vim suam, vel in profana exercente, atque exerente, quemadmodum etiamnum sanctissimè exerit, non sine ingenti totius Christianæ Reipublicæ utilitate. Neque enim aut Ecclesiâ intra solos Sacrorum terminos continente se se, hæresum furor mitiùs debacchabitur, aut hoc passim grassante, stabunt Christiana Regna, quæ utcunque optimis munita Legibus, ni unâ religione constent, ruant oportet. Ut desint, quæ multa nobis à Latinis suppeditantur Regnis exempla, veritatem, quam ingerimus, confirmatura, præsto erit Græcia nostra, non aliunde in eam calamitatem, quam, si Superis placet, immerentes posteri patimur, delapsa, quàm ex perpetuo hæresum impunè debacchantium, impunè sus deque omnia vertentium contubernio. Iconoclastarum hæresis nos Africâ, Ægypto, Palæstinâ, breviter superiori Asia spoliavit. Excepit hanc nondum penitùs extinctam Schisma teterrimum, quo scilicet animis Græcorum in partes deductis domi seditiones, proditiones in castris, repentina sceptrorum mutatio, Principum aut cædes, aut exauthorationes creberrimæ, atque inde robustiores in nos Barbari, donec Principibus nostris in superbâ segnitie, dum Sacra tractant ad eos minimè pertinentia, politica, & militaria negligentibus, ad eam conditionem, quam frustra lugemus, abivimus.

(1) *In c. solitæ. de major. & obed.*

(2) *In Andronico Comneno.*

(3) *Heracl. Novell. 2. lib. 2. Juris Græco-Rom. pag. 77.*

(4) *Dispositio Leon. Philos. d. lib. 2. Juris Græco-Rom. pag. 88.*

(5) *Novell. Niceph. Phocæ d. li. 2. pag. 113. col. 2. in fin. & Basil. Porphyro. ibid. pag. 117.*

(6) *Duab. Novel. quæ extant eod. lib. pag. 109. & seqq.*

(7) *Niceph. Botoniat. eod. lib. pag. 121. Vide plura in eod. lib. 2. Juris Græco-Rom.*

XI. Adeò verum est, læsâ religione, Regna stare non posse: quare, cùm incolumem religionem habere sit nefas, ni in hostes religionis profana potestas aliqua Ecclesiæ sit, consequens est, ut hæc potestas Ecclesiæ sit omnino tribuenda, quâ scilicet & sibi consulere, & regnis Christianorum prodesse queat. Et alioquin ex verbis Christi Ecclesiæ potestas (1) datur, ut pascat: Quapropter pastoralem potestatem in Ecclesia fateri necesse est. Hæc porro ad utrunque protenditur, ut & oves suas pascat, & insidiantes ovium saluti, quâ libet, & licet, lupos exterminet. Hæc igitur utrumque complexa potestas in Ecclesia est, quæ nimirum cùm rectà queat sacrà potestate fungi, obliquè poterit & profanam arripere, eàque in scelestos piè crudelis insurgere, ne quod olim ex Platone (2) Philostratus de Gymnosophistarum Secta dixit, ὅτι σοφὶς ἀρετὴν ἑλκῦσαι ἄρτιος, τῆς κακίας ἐκ ἐδύνατο γυμνὴ σοφία τοὺς ἄνδρας ἀπείργειν. *Quod ad Virtutem trahere perapta, à Vitiis minimè poterat nuda sapientia viros abstinere*, ad Ecclesiam quadret, neu præsens undequaque periculum immineat hac potestate destitutæ Reipublicæ, quam sub Typo sponsæ Mysticus Salomon pulchram, electamque ad instar Lunæ, Solisque, ubi palam (3) asserit, terribilem ad instar Ordinatæ phalangis affirmat; scilicet ne sibi ipsi videretur contrarius, qui paulò ante collum hujusmodi sponsæ Turri David elegantissimè (4) comparaverat, *quæ ædificata est cum propugnaculis, mille Clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*. Quæ verba Andreas (5) Paphlago ita Ecclesiasticæ potestati sapienter adaptat, ut in eâ omnis potestas sacra simul, atque profana esse censenda sit. Ὁ γὰρ λαιμὸς, inquit, τῆς νύμφης, τουτέστι τῆς ἐκκλησίας τὸν ἐν αὐτῇ τόπον σημαίνει, ὅθεν διασκορπῶνται τῶν νεύρων, καὶ τῶν δυνάμεων· Ἐν αὐτῷ δὲ πανοπλία δυνατῶν, ὅτι ἐν ᾧ ἡ ἐκκλησία δύναμιν ἔχει θείαν, ἔχει καὶ τὴν ἑξῆς ἄλλην, δυναμένη πᾶν, ὅτι ξυμφέρον τῇ αὐτῆς πολιτείᾳ τῇ ἐκ Θεοῦ. *Nam collum sponsæ, hoc est, Ecclesiæ, ejus locum significat, unde nervi, hoc est, potestates dispertiuntur: In eo autem omnis armatura fortium, quòd, ubi Ecclesia divinam habet potestatem, habet & alias cæteras, potens, quidquid utile suæ Reipublicæ, quæ ex Deo est.*

(1) *Joan. c. ult. nu. 16. et seq.*

(2) *Apud Planud. in Adagiis cent. 2. n. 79.*

(3) *Cant. c. 6. n. 9.*

(4) *Cant. c. 4. n. 4.*

(5) *In Cant. Orat. 3. ad c. 4.*

SECTIO IV.

Refelluntur Argumenta Margunii.

SUMMARIUM.

I. *Potestatem temporalem, quam sibi asserit Ecclesia, non esse Principibus injuriosam, ostenditur authoritate Photianorum.*

II. *Jure divino deberi Principibus laicis obsequium, ubi peccatum non est, docet Ecclesia.*

III. *Principes Christianos se Ecclesiæ subjicere, ut filios, decet: idque Ethnicis etiam solemne.*

IV. *Potestatem hanc indirectam non esse in omnibus Sacerdotibus, probatur Margunio.*

V. *Non probari, defuisse Ecclesiæ hanc potestatem indirectam, quòd ea diù usa non sit.*

VI. *Quomodo in Ecclesia sit uterque Gladius, latè ostenditur contra Margunium.*

In Ecclesia non dari potestatem fundendi Sanguinis, Jure Græco probatur.

VII. *Respondetur Margunio, ex ignobili Auctore, de Sacerdotio Latronis è Cruce pendentis*

Digitized by Google

dentis blaterante, Latinos omnes accusanti.

VIII. *Rejecta explanatione loci Actorum, ut à Margunio supposita, castigatur mos Photianorum fingendi, quæ Latini non dixere.*

(1) *Nota 11. ad Can. 66. Apostol.* I. NOvi, quid his reponat (1) Margunius: ὅτι ὑβριστικὰ ταῦτα τοῖς βασιλεῦσι. Ὅτι ἀνήκουστα τοῖς ἁγίοις πατράσιν, ὅτι ἐν πράξει ἀδύνατα, πάντων τῶν ἱερέων τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν εἰς ἑαυτοὺς ἀξιομένων ἀναλαβεῖν· ὅτι αὐτὴν τὴν ἐξουσίαν ἡ ἐκκλησία ἐν τοῖς διωγμοῖς ἀνεδέξατο, ἥν ποτ', εἰ εἶχεν, ἐξήσκητο. *Quòd hæc injuriosa in Reges, quòd Sanctis Patribus inaudita, quòd ad praxim deducta sine tumultibus vix peragi queant, omnibus Sacerdotibus sibi eam potestatem adrogantibus. Quòd hanc potestatem Ecclesia, ne in persecutionibus quidem, usurpaverit, quam si haberet, certè in tanta necessitate usurpasset.* Sed his ex fæce hæreticorum desumptis non Latini fortassis æquo minutiores, Græci, imò & Photiani duo pingui, ut solent, Minervâ respondeant. Contra Margunium Margunii amicos provoco, laudatos passim à Margunio, & uti Theologos

(2) *Ad Synop. in Can. 22. Ancyr. Scholio 4.* totius Græciæ miraculis passim expositos (2) Coressius. οὐδ' ὑβρίζεται ἡ βασιλεία, τῆς ἐκκλησίας κοσμικὴν ἐξουσίαν προτιμωμένης. τὰ γὰρ κοσμικὰ ὑποκεῖσθαι τοῖς ἱεροῖς, φυσικόν, ὃ οὐ πρὸς ὕβριν τινός. Καὶ ἄλλως οὐκ ἔχει ἡ ἐκκλησία κατὰ βασιλειῶν ἐξουσίαν, εἰ μὴ ὅταν τυραννίδες γεγόνασι, τὴν χριστοῦ πίστιν, καὶ ὀρθοδοξίαν διώκουσαι. Οὐκ οὖν χρὴ λέγειν, ὅτι ἐν διωγμοῖς οἱ προπάτορες ἡμῶν ὑπέκειντο· τότε γὰρ καλὸν ὁ διωγμός, τοὺς μάρτυρας ἀθλοφορήσας, νῦν δὲ διωγμὸς εἰς ἀπιστίαν συνάγει, καὶ ὡς εἴρηται, κατὰ τὴν παροιμίαν, διαίρεσον τοὺς καιρούς, καὶ πάντα συστελεῖς. Διὸ τῶν παλαιῶν τὴν ὑπακοὴν διαλαλούντων, οἱ μεταγενέστεροι πατέρες τὸ ὑπερέχον τῆς ἱερατείας σεμνύνουσιν, ὃ οὐκ ἐν παντὶ ἱεράρχῃ εὑρεῖν ἐστιν, ἀλλ' ἢ ἐν συνόδῳ τελείᾳ, ἢ ἐν τῷ ἄκρῳ τῶν ἀρχιερέων, λυθείσης τῆς συνόδου. *Neque injuria Regnum afficitur, Ecclesia profanam potestatem jactante. Nam profana subesse Sacris, naturale est, quod ad injuriam alicujus verti non potest. Et alioqui hanc potestatem in Regna non habet Ecclesia, nisi cùm in Tyrannides abiere Christi Fidem Orthodoxam persequentes. Nec fas dicere, in Persecutionibus patres nostros subjectos fuisse. Nam tunc bona Persecutio, ad triumphos Martyres deducens: at nunc Persecutio ad infedelitatem trahit; atque, uti dicitur, juxta adagium, distingue tempora, & omnia bene compones. Hinc priscis illis obedientiam prædicantibus, posteriores Patres excellentiam Sacerdotii celebrant, quam non in quolibet Præsule reperire est; sed vel in Synodo universali, vel in summo Sacerdote, soluta Synodo.* Hæc Coressius. Adstipulatur (3) Corydaleus his verbis. πᾶσα

(3) *In lib. Oeconom. Aristot. q. 8. ar. 2.* ψυχὴ ὑποκεῖται θείῳ δόγματι βασιλεῦσι κατὰ τὸν Παῦλον. Βλέπε δέ, μὴ ἀβέλως τὸ ῥηθὲν ἀναλάβῃς· ὑπόκειται γάρ, καὶ ὑπακοὴν χρεωστεῖ, μὴ προστάττοντος τοῦ βασιλέως ἁμάρτημα, ἀπιστίαν, ἱεροσυλίαν, καὶ τὰ ἑξῆς· ὁ γὰρ ταῦτα προστάττων, λῃστής, καὶ εἰς αὐτὸν ἐξουσίαν δικαίως ἔχει ἡ ἐκκλησία ἐν συνόδῳ μόνη συναχθεῖσα, ἵνα μὴ σφαλῇ· τοῦτο δογματίζουσιν οἱ ἅγιοι πατέρες οἱ ὑπεραίροντες τῇ βασιλείᾳ τὴν ἐκκλησίαν. αὕτη γὰρ ὑπερέχει τῆς βασιλείας κακῶς πραττούσης, ὑπόκειται βασιλείᾳ καλῶς πραττούσῃ, καθὼς οἱ παλαιοὶ ἔλεγον, καὶ ἔπραττον ὑποκείμενοι τοῖς βασιλεῦσιν, ἀλλ' οὐχ ὑπακούοντες τοῖς δυσσεβέσιν αὐτῶν ὁρισμοῖς, μᾶλλον δὲ θάνατον προτιμώμενοι λαβεῖν· οὐδὲν ὅμως ἠμύνετο ἡ ἐκκλησία, ὅτι βέβαιον τὸ μαρτύριον, νῦν δ' ἐπικίνδυνος ἡ ὑπομονή. *Omnis anima subjecta est lege divina Regibus, juxta Paulum: vide tamen, ne temerè dictum accipias. Subjecta enim est, & obedientiam debet, non jubente Rege crimen, infidelitatem, Sacrilegium, & cætera. Nam qui hæc jubet, latro; & in eum habet justam potestatem Ecclesia in Synodo sola congregata, ne erret. Hoc docent Sancti Patres, qui Ecclesiam regno præferunt. Nam hæc præcellit regno malè imperanti, subjecta autem est Regno bene imperanti, quemadmodum prisci dicebant, agebantque, subjecti quidem Regibus, sed minimè parentes jussis ipsorum impiis, eligentes verò potiùs mortem. Tunc tamen non se defendebat Ecclesia, quia certum erat martyrium, at nunc periculosa patientia.*

II. His quid mihi addendum sit, nescio. Hæc sensa sunt Græcorum, imò hæc Photianorum sunt sensa. An ea congruant Latinorum sententiis, nemo non viderit. An eadem satis objectis à Margunio difficultatibus faciant, viderint, quicunque non planè desipiunt, detestenturque Margunium tot ineptiis clarissimę Veritati fucum facere nisum. Quid? hæc potestas, quam adjudicamus Ecclesiæ, injuriosa Principibus? Christianis injuriosam Principibus dicis, an Ethnicis? His quî injuriosa, contra quos cuilibet, si fidei, aut Reipublicæ machinentur exitium, arma capere licet? Alioqui injuriosa, & iniqua, quæ bella in Turcas Christiani capessunt Principes, peraguntque. At illi injuriosam quis dixerit potestatem Ecclesiæ, quæ Christianos Principes omnibus observandos edicit, sibi colendos proponit? Novit Ecclesia Jure divino Principibus præstandum obsequium: audit (1) Servatorem jubentem, reddi Cæsari, *quæ* (1) *Mat. c. 22. nu. 21.*
sunt Cæsaris, quæque Dei sunt, Deo. Scit ab eodem (2) imperatum Petro, *ut didrachma solveret* (2) *Mat. c. 17. nu. ult.*
vectigale. Secuta mores sponsi non (3) *eripientis mortalia, quippe cœlestia qui dat*, docet, si (3) *In hymno Epiphan. ad vesperas.*
(4) *reges Gentium dominantur earum*, multò justiùs Reges Christianorum in subditos domi- (4) *Luc. c. 22. nu. 25.*
nari. Quare ubique (5) ingerit, eum, *qui potestati laicæ resistit, Dei potestati resistere*: (5) *Ad Rom. c. 13. n. 2.*
infertque (6) cum Apostolo *necessitate subditos nos esse oportere, non solùm propter iram, sed* (6) *Ibid. n. 6.*
propter conscientiam; & cum (7) Petro, *obediendum Principibus in omni timore, non tantùm bonis, & modestis, sed etiam dyscolis*. Quæ tamen hæc sentit, hæc docet, hæc passim insinuat Ecclesia, damnatque (8) Solemni a- (7) *Ep. 1. c. 2. n. 18.*
nathemate eum, qui vel in Tyrannum ausus (8) *Cōcil. Constant. sess. 15.*
fuerit aliquid machinari, eadem potestatem sibi asserit indirectam in quoscumque sibi noxios, in hostes suos, in eos, qui labefactum eunt finem ipsius Ecclesiæ præcipuum: Docet, fas sibi esse, tueri se se Jure Gentium communi, quo Principes omnes, vel in Principes non sibi subjectos, si quando Reipublicæ perniciem parant, possunt potestatem exercere: Affirmatque, obedientiam, quam jubent Apostoli, omnino servandam, non tamen sine Glossa (9) *Tract. de Obed. & dispensat. initio.*
(9) Bernardi dicentis: *sive Deus, sive homo vicarius Dei mandatum quodcunque tradiderit*,

rit, pari profecto exequendum est cura, pari reverentia deferendum: ubi tamen Deo contraria non præcipit homo.

III. Quæ scilicet Principibus quis dixerit injuriosa? imò potiùs Principibus & Christianis, & Orthodoxis, & Jurium peritis quis non dixerit placitura? An illis non placeat, quod Patres Sanctissimi docuere? Quorum placitis, quorum documentis ipso facto comprobatis evincitur, majus quid esse Sacerdotium Principatu. Apostolicæ vir sanctimoniæ, quemadmodum & ætatis (1) Ignatius Martyr. *Præfecti*, inquit, *obediant Cæsari, præfectis autem Milites: Diaconi quoque Sacerdotibus, & Sacerdotes simul, & Diaconi, & reliquus Clerus, omnisque Populus, milites quoque, & præfecti, & Cæsar obtemperet Episcopo. Episcopi verò Christo, sicut & Christus obtemperavit Patri, & ita unitas in cunctis conservabitur.* Οἱ ἄρχοντες πειθαρχείτωσαν τῷ Καίσαρι, οἱ στρατηγοὶ τοῖς ἄρχουσι, οἱ Διάκονοι τοῖς πρεσβυτέροις, ἀρχιερεῦσιν οἱ Πρεσβύτεροι, καὶ οἱ Διάκονοι, καὶ ὁ λοιπὸς Κλῆρος ἅμα παντὶ τῷ λαῷ, καὶ τοῖς στρατιώταις, καὶ τοῖς ἄρχουσι, καὶ τῷ Καίσαρι τῷ Ἐπισκόπῳ, ὁ Ἐπίσκοπος τῷ Χριστῷ, ὡς ὁ Χριστὸς τῷ Πατρὶ, καὶ οὕτως ἡ ἑνότης διὰ πάντων σώζεται). His consentanea declamat (2) Chrysostomus, sic affatus Ecclesiæ ministros: *si quis dux Militiæ, si quis præfectus, si quis Princeps diademate coronatus indignè accedat; Probibe: majorem illo habes dignitatem. Propterea vos Deus hoc tali honore insignivit, ut talia discernatis.* Κἂν στρατηγός τις ᾖ, κἂν ὕπαρχος, κἂν αὐτὸς ὁ τὸ διάδημα περικείμενος, ἀναξίως δὲ προσίῃ. Κώλυσον· μείζονα ἐκείνου τὴν ἐξουσίαν ἔχεις. Διὰ τοῦτο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἐτίμησε ταύτην τὴν τιμὴν, ἵνα τὰ τοιαῦτα διακρίνητε. Et Gregorius (3) Nazianzenus ad Principes conversus: *An liberè, ait, loquentem æquo animo feretis? Nam vos quoque Imperio meo, ac throno Lex Christi subjicit. Imperium enim nos quoque gerimus, addo etiam præstantius, & perfectius: Nisi verò æquum est, spiritum carni fasces submittere, & cælestia terrenis cedere. Sed non dubito, quin hanc dicendi facultatem accepturus sis in optimam partem, utpote sacri gregis mei ovis sacra, magnique Pastoris alumna.* Ἆρα δέξεσθε σὺν παῤῥησίᾳ τὸν λόγον; Καὶ ὅτε Χριστοῦ νόμος ὑποτίθησιν ὑμᾶς τῇ ἐμῇ δυναστείᾳ, καὶ τῷ ἐμῷ βήματι. Ἄρχομεν γὰρ καὶ αὐτοί· Προσθήσω δ' ὅτι καὶ τὴν μείζονα, καὶ τελεωτέραν ἀρχήν. ἢ δεῖ, τὸ πνεῦμα ὑποχωρῆσαι τῇ σαρκὶ, καὶ τοῖς γηΐνοις τὰ ἐπουράνια, δέξῃ τὴν παῤῥησίαν. οἶδ' ὅτι πρόβατον εἶ τῆς ἐμῆς ποίμνης, τῆς ἱερᾶς ἱερὸν, καὶ θρέμμα τοῦ μεγάλου ποιμένος. Sic Patres Sanctissimi, quos tamen contraria sensisse, effrons Margunii protervia non dubitavit asserere. Imò planè his consona, quæ docuimus, prisci illi Ecclesiæ Magistri non verbo tantùm, sed exemplo docuere. Nota est historia (4) Martini Turonensis Episcopi, ut se gesserit in Mensa Maximi Imperatoris: Notæ Leontii (5) Mysi Præsulis Tripolitani conditiones Eusebiæ Augustæ propositæ. Nota libertas (6) Ambrosii, cum Theodosio, auso intra cancellos Sacrarii inter Sacerdotes offerre. Quæ omnia rem cæteroqui manifestam ab impia dicacitate Margunii vindicant; ut non sine injuriâ Principum Orthodoxorum constitui possit, displicere religiosissimis Filiis, quod Sanctissimis Patribus placuit; imò quod vel Ethnicis usurpatum Ethnicum Principatum maximè decuit. Scilicet Romani, quamvis falsorum Numinum cultui addicti, innumerisque triumphis, & latissimâ rerum potestate superbi se Sacris minores, atque hinc cæteris majores, egregiâ prorsus antithesi reputarunt. Quare (7) Venusinus Vates Religionem Romanam laudans eam Imperii Romani causam hâc lyrica strophâ constituit.

Dîs te minorem quod geris, imperas.
Hinc omne principium, huc refer exitum:
Dî multa neglecti dederunt
Hesperiæ mala luctuosæ.

Et Valerius (8) Maximus, *omnia*, inquit, *post religionem ponenda semper nostra Civitas duxit: etiam in quibus summæ majestatis decus conspici voluit. Quapropter non dubitaverunt Sacris imperia servire, ita se rerum humanarum habitura regimen existimantia, si divinæ potentiæ bene, & constanter fuissent famulata.*

IV. Est igitur in Ecclesia hæc in Profana potestas, quæ tamen non ita in Ecclesia est, ut in quolibet ejusdem, ut ajunt, *membro*, seu parte esse censeatur. Cujus ea ratio est, quia cuilibet *membro* concessa errori subjecta esset, obnoxia etiam affectibus, nec sine Ecclesiæ ipsius periculo exerceretur. Quæ omnia consideranti, remque consultiùs perquirenti manifesta erunt. Prætereà hæc potestas summa est, atque suprema: Quî ergo in omnibus membris Ecclesiæ, in quorum singulis, ne Sacra quidem potestas summa, atque suprema est? Accedit, hanc potestatem Ecclesiæ datam, ut totum indemne sit, neu totum Ecclesiæ, ut ita dixerim, corpus labefactetur, quare ea non convenit partibus, nisi ex mandato totius, cujus unà bono, atque imperio membra, quod nocet, exturbant, quemadmodum tutandi corporis non singulis ex se partibus potestas inest, sed toti, quo nempe mandante singula ad tutelam totius, & partis adsurgunt. Hinc ratum est, quod Plato (1) constituit, καὶ τὴν ἰδιωτικὴν ἄμυναν ἐχρῆν δημοσίᾳ γίνεσθαι, *vel privatam vindictam non nisi publicâ potestate fieri oportere*: cujus rationem (2) Tipucitus noster eleganter exponit. ὅτι ἄμυνα εἰμὴ δημόσιος, καὶ ἀβούλευτος, καὶ πολλάκις ὀλέθριος· ποτὲ γὰρ κατὰ μέρος τὸν ζημιοῦντα ἐνεγκεῖν ὠφέλιμος, καὶ τὴν ἐν μέρει ζημίαν ὑποκρίνεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο βουλῆς ἔργον ἡ ἄμυνα, οὐχ ὑπ' ἰδιωτῶν, ἀλλ' ὑπ' ἀρχῆς ἀναληπτέα. *Quòd Vindicta, ni publicè decernatur, inconsiderata, & sæpe perniciosa. Aliquando enim damnum parti constantem ferre, utile, & damnum partis dissimulare, necessarium. Atque propterea consilii opus Vindicta est, non à privatis, sed ab ipso Principatu sumenda.* Confirmat hæc, & luculentiùs, & doctiùs (3) Harmenopulus noster dicens. Πάσῃ τῇ βασιλείᾳ ἴδιον μὲν τὸ ἐπὶ τῶν ὑπηκόων αὐτεξούσιον, ἐπίσακτον δὲ τὸ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐξουσιαστικόν· τοῦτο γὰρ φύσις ἡμῖν δέδωκε, τὸ ἥδεσθαι μὲν καλῷ, καὶ ἀμύνεσθαι κακόν. εἴποις ἄν, ὅτι θεμιτὸν ἐκ τούτου καὶ τοῖς ἐξάρχουσι, καὶ ἄρχουσιν ἐν ταῖς χώραις τοὺς πολεμίους ἀμύνεσθαι, καὶ πόλεμον συνίστασθαι. ἀλλ' οὐ συμφωνεῖ τῷ νόμῳ λέγοντι, ὑπὸ τῶν βασιλέων διαλαλεῖσθαι, ἥτις κοινὴ καὶ τὸ αἴτιον φανερὸν, ὅτι τὸ ἀμύνεσθαι πονηρὸν ἐχθρὸν, ἐξουσιαστικὸν, τὸ ἐκ τοῦ αὐτεξουσίου πορίζόμενον. *Omni Principatui proprium est, summam potestatem in Sub–*

(1) *Epist. ad Philadelphios.*
(2) *In Matth. hom. 83.*
(3) *Orat. ad cives timore perculsos, & Præfect. irascentem.*
(4) *Sever. Sulpit. in vita S. Martini.*
(5) *Vide Suidam in Lexico dictio. Leontius.*
(6) *Theodoret. lib. 5 hist. c. 17.*
(7) *Lib. 3. Carm. od. 6. stroph. 2.*
(8) *Lib. 1. cap. 1.*
(1) *Apud Planud. in Adag. cent. 2. n. 2.*
(2) *In lib. 1. Pandect. in medio.*
(3) *In Adnot. ad libros Pandect. ad tit. de Just. & jur. Schol. 64.*

in Subjectos habere, cui superinducitur, posse inimicos ulcisci. Nam hoc Natura nobis dedit, frui bonis, & mala repellere. Dices fortassis, hinc sequi, vel Vicariis, atque Provinciarum Præsidibus licitum fore, ulcisci hostes, ac bellum indicere. Sed non consonat hoc legi dicenti: Bellum à Principibus, vel publicè indici, oportere. Cujus ratio manifesta: nam ulcisci hostium nequitiam, potestatis est, quæ potestatem supremam consequitur.

V. Vides, Marguni, Sapientissimis Græcorum testibus, authoribus, Doctoribus, quàm futilis consecutio sit, quam ex validissimâ ratione, quæ Ecclesiæ adversus profana potestatem asserit, elicis. Scilicet absurdè conficitur, eam potestatem singulis Sacerdotibus concedendam. Fluit hæc à suprema Sacrorum potestate, neque est, ubi suprema non est: quæ si quando eâ potestate usa non est, quis inferat eam non habuisse? En iterum Margunianum ingenium Calvinianis artibus expolitum, ejuratoque Græcæ mentis acumine dedolatum ad Lutheranæ stoliditatis instar. Ecclesia, inquit, eâ potestate inter furores undique debacchantium Tyrannorum usa non est: ergo illam tunc Ecclesia non habuit. Scilicet hoc modo conficiam, potestatem repellendæ iniquissimæ violentiæ nullam fuisse Martyribus, quòd reipsa vim iniquissimam non repulerint. Peccare eum, qui genam alteram percussus percutienti non porrigit, quòd (1) Christus consilium dederit: *si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram*. Non potuisse nubere, quæ Virginitatem elegit, quòd nempe non nupserit. Quis has ineptias ferat, aut cui stomachum non creent tam insulsa, ut ex (2) Adagio loquar, Pulmentaria? Igitur passa est Ecclesia Tyrannidem, quia voluit, quia proderat, quia ex circumstantiis decebat. Audi, quid de priscis illis, unus ex iis Tertullianus (3) dicat: *Si hostes exertos, non tantùm vindices occultos agere vellemus, deesset nobis vis numerorum, & copiarum? Vestra omnia implevimus, Urbes, Insulas, Castella, Castra ipsa, &c. sola vobis reliquimus Templa. Cui bello non idonei, non prompti fuissemus, etiam impares copiis, qui libenter trucidamur? Si non apud istam disciplinam magis occidi liceret, quàm occidere.* Ex quibus verbis habes duplicem rationem, ob quam, quæ in profana potestatem tunc quoque habebat, Ecclesia eâ uti noluit. *Si non*, inquit *apud istam disciplinam magis occidi liceret, quàm occidere*. Utrumque ergo licebat Christianis, & mortem pati pro Christo illatam ab impiis, & mortem inferre ad tutelam innoxiam, & Jure naturæ concessam. Illud tamen magis licuit, hoc est magis decuit: nam ex licitis, quod magis licet, id decet. Decuit autem, quòd gloriosius fuerit, patiendo vincere, quam repugnando triumphare, ut experientia ipsa doceret Ethnicos, verissimum esse illud (4) Apostoli: Τὰ ἀσθενῆ τοῦ Κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρὰ, καὶ τὰ ἀγενῆ τοῦ Κόσμου, καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ. *Infirma mundi elegit Deus, ut confunderet fortia, & ignobilia, & contemptibilia mundi elegit Deus, & ea, quæ non sunt, ut ea, quæ sunt, destrueret.* Cæterùm, quod magis licuit, non ita licuit, ut oppositum minimè licitum, vel nefas reddiderit. Licuit enim tunc quoque, se se defendere. Quòd si licuit, profectò fuit ea potestas in Ecclesia tunc etiam, cùm ab ejus usu illa se se sapienter abstinuit. Præterea, si priscis illis temporibus hanc potestatem, quam habet, Ecclesia usurpasset, cruentam sanè: neque enim aliter se, suaque tutari, fas erat. Porro deerant tunc Laici Principes Ecclesiæ, per quos licet Ecclesiæ, quem habet, gladium vibrare. Igitur ferenda fuere omnia, ne potestas, ipsi Jure potestatis sacræ, ac Jure Naturæ concessa, usu ipso pollueretur. Docet hoc ipsum Harmenopulus (5) noster: causam enim inquirens, cur Christiani, cùm omnia Ethnicis imperantibus implessent, rempublicam capessere, Christianamque vi facere non sint ausi, ὅτι, ait, οὐκ ἄνευ αἵματος γίνεσθαι οἷα ἦν ἡ καταστροφὴ, τότε δὲ οὐδεὶς Χριστιανῶν ἦρχε, δι' οὗ ἡ ἐκκλησία τοὺς αὐτῆς ἠμύνετο ἐχθροὺς, αὐτὴ δι' αὐτῆς οὐ δυναμένη ταῦτα πράττειν. *Quòd sine sanguine ea mutatio fieri non posset: tunc autem nullus Christianorum imperaret, per quem Ecclesia suos hostes ulcisceretur, ipsa per se ejus faciundi impos.*

VI. Re enim verâ, cùm potestatem in profana Ecclesiæ indirectam asserimus, non id agimus, quemadmodum mentitur Margunius, ut gladium cruentum, hoc est Sanguinis effundendi potestatem Ecclesiæ tribuamus. Scimus enim, utrunque gladium Ecclesiæ esse, non tamen utrunque ab Ecclesia vibrandum. Condi intra vaginam hunc (1) Christus jussit, non abjici, nec nimios dixit duos gladios ab Ecclesia in Petro latos, sed superesse (2) testatus est. Egregiè suo more (3) Bernardus, *quid tu*, inquit ad Ecclesiæ Caput conversus, *denuo usurpare gladium tentes, quem semel jussus es ponere in vaginam? Quem tamen qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis sic: converte gladium tuum in Vaginam: tuus ergo & ipse, tuo forsitan nutu, non tua manu evaginandus: Alioquin, si nullo modo ad te pertinet & is: dicentibus Apostolis: ecce duo gladii hic, non respondisset Dominus, satis est, sed nimis est. Uterque ergo Ecclesiæ est, Spiritualis scilicet gladius, & materialis: sed is quidem pro Ecclesia, ille autem & ab Ecclesia exercendus est, ille Sacerdotis, is militis manu, sed sanè ad nutum Sacerdotis, & jussum Imperatoris.* Hæc sensa Latinorum sunt, hæc Orthodoxorum sententia, quam probavere ante Latinos Nostri, atque Prodromus (4) in primis, cujus hæc sunt: ἀκούεις Χριστοῦ οὐκ ἀπαγορεύοντος τοῖς ἀποστόλοις τὰ δύο ξίφη, τουτέστιν, ἐξουσίαν τοῦ ἀναιρεῖν ψυχήν τε, καὶ σῶμα κακοῦργον· φεῦγε νομίζειν, ὅτι τοῦδ' ἕνεκεν ἔξεστι τοῖς ἱεροῖς κριτηρίοις ἔργῳ, ἢ καὶ προστάγματι ἀναιρεῖν σῶμα. ἡ μὲν πνευματικὴ, καὶ σωματικὴ μάχαιρα ἀμφοτέρα τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ' ἐκείνη ἐγχειρίζεται, αὕτη δὲ ἐνθηκεῦται, ἐκπαιδευομένη ἐν θελήματι ἐκκλησίας ὑπὸ λαϊκῶν. *Audis Christum non vetantem Apostolis duos gladios, hoc est potestatem occidendi animi, & Corporis improbi, Cave, putes, hujus causa, licere Sacris Tribunalibus facto, vel etiam jussu corpus occidere. Spiritalis sanè, atque corporalis gladius uterque Ecclesiæ est, sed illum habet Ecclesia præ manibus,* hunc

(1) *Mat. c.5.n.39.*

(2) *Apud Xylandrum in Præfat. ad libros Strabonis.*

(3) *In Apologet.*

(4) *1. Ad Corinth. c.1.n.28.*

(5) *In d. tit. de just. & jur. Schol.79.*

(1) *Mat. c.26.nu. 52. Jo. ca. 18. n. 11.*

(2) *Luc. c. 22. n. 38.*

(3) *Lib. 4. de consid. ad Eugenium.*

(4) *De Interpres. ad Canones Pat. nis. Petri Alex. in princ.*

hunc in vagina, stringendum ex permissione Ecclesiæ à Laicis. Prodromo subscripsit Methodius Patriarcha Sanctissimus, de quo (5) Acepsimas Monachus. ἡ μὲν βασίλισσα βουλομένη ἐκδοῦναι τῷ υἱεῖ βασιλικὴν μάχαιραν τὸ πρῶτον δῦναι φέρειν, ἔπεμψεν αὐτὴν τῷ πατριάρχῃ· ἵνα δι' εὐχῶν καθιερωμένην μεταπέμψῃ· ὁ δὲ καὶ ἄλλην μετέπεμψεν λέγων, τὴν μὲν βασιλικὴν ἔχοιτο πρὸς ἑαυτοῦ βουλὴν, τὴν δ' ἑτέραν τῆς ἐκκλησίας εἶναι, πρὸς βοήθειαν αὐτῆς, καὶ ἐν αὐτῆς μόνῃ θελήματι. *Regina* (Theodora scilicet Imperatrix) *pubescenti jamdudum filio volens regium gladium primò ferendum dare, eum ad Patriarcham transmisit, ut ritè precibus consecratum remitteret. At ille & alterum misit, dicens: regio quidem uteretur Rex ex arbitrio: at alterum Ecclesiæ gladium esse ad ipsius auxilium, & una ejus permissione usurpandum*. Similia tradidit ipsi Othomannorum Principi, nostrique Imperii debellatori scelestissimo Maumethæ II. (6) Gennadius, cùm consultus, quid sibi vellet inter indumenta Præsulum nostrorum Rhomphæa: (sic ἐπιγονάτιον *Supergenuale* dicimus) hoc, inquit, gladium Ecclesiæ nostræ significat, quem nostr's Regibus dabamus usuris eo ad tutelam Ecclesiæ, quæ, cùm Sanguinem fundere per se ipsa non possit, per Reges, ac Principes Religionem nostram tutantes bella scilicet auspicatur, ac gerit: cui subridens Maumethes. Optimè sanè, respondit; sed gladius iste quàm malè Ecclesiam vestram tutatus est. Ἐρωτηθεὶς τοῦ Μαχμὲτ τὸν παναγίον πατριάρχην Γεννάδιον, τί ποτ' ἂν σημαίνῃ ἡ ῥομφαία τῷ τοῦ ἀρχιερέως μηρῷ ἐπηρμοσμένη, ἀπεκρίθη ὁ Γεννάδιος, ὅτι μάχαιραν ἐκκλησίας, ἣν ἐπιδεδώκαμεν, ἔφη, τοῖς βασιλεῦσιν ὑμῶν, ἵνα αὐτῇ χρῶνται εἰς ἄμυναν ἐκκλησίας τῆς διὰ βασιλέων πολεμούσης, ὅτι αὐτῇ ἀθέμιτον ἀναιρεῖν. ὁ δὲ γελάσας, καλῶς ἔφη, ἀλλ' ἀτυχὴ ἡ μάχαιρα, ὡς κακῶς μετὰ τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν ἠμύνατο. Vis addam & Photianos? Supervacaneum erit eorum dicta transcribere, cùm præsto sint penes (7) Canonarcham, penes (8) Diplovatacium, penes (9) Lascarim, penes ipsum (10) Coressium, ut planè mirum sit, potuisse Margunium in Latinis damnare, quod Photiani pleno ore, apertisque Suffragiis communi Sententiâ fatentur, probant, recipiunt. Quid, quòd & confirmant prolatis nimirum exemplis ex Sacris Paginis, ubi fortissimus (11) David in belluam Philistæam singulare certamen initurus è Torrente Sacro arma desumit: itidemque (12) bellaturus in hostes è Sacrario gladium, Sacerdote ultro concedente, refigit. Adeò gladium, non Sacrum dumtaxat, sed & profanum habet Ecclesia, teste Græciâ, cui dissentanea prorsus affirmat, qui utrunque gladium Ecclesiæ inficiatur.

(5) In Vita Encomiastica S. Methodii P. CP.

(6) In Synopsi historiar. Incerti Authoris refertur à Canonarcha in explicat. sacrarum vestium.

(7) In explic. Sacrar. vestium. in Epigonatio.

(8) In Synops. Juris Græci tit. de potest. et jurisdict.

(9) In defens. Rit. Græcor. c. 3.

(10) Ad Synops. Schol. 12. Nicæn. Concil. II.

(11) 1. Reg. c. 17. n. 4.

(12) 1. Reg. c. 21. n. 9.

VII. Sed Margunius invidiam Latinis conflare nisus est quasi potestatem Ecclesiæ ad id ratam censuerint, ut liceat viris sacra dignitate conspicuis, mortem inferre, jugulare, jubere suspendium. Id, quod nemo Latinorum non dicam asseruit, sed ne somniavit quidem. Nam qui id aliquis Latinorum dixerit, quorum (1) Jura id palam pernegant, ubique propalam detestantur? Etenim quæ Latinis affingit, quasi ab iis publicè dicta, typis edita, tradita posteris, omnia gerræ sunt siculæ, ne dicam manifesta mendacia. Vel cedo authorem, qui dixit, qui edidit, qui probavit. Latronem à Christo Sacris initiatum, nemo unquam docuit: è sentina Margunii assertio tam absurda deprompta est: barathrum spurcæ mendacitatis olet; neque aliud præsefert, nisi fabulam ex Photiana Poetice. Non erit jactantiæ, more (2) Glauci, coram hoste teterrimo gloriari. Olim à pueritia percurrendis Latinorum Authoribus assiduam, nec incuriosam navavi penitùs operam: atque hactenus supra bis millenos perlegi, quorum Criticon, sint modo fata Votis propitia, dabo. Jurejurando veritatem profiteri fas est: nusquam inveni, quæ à Latinis afferri, testatur Margunius. Esto tamen, & aliquis dixerit, aliquis Latinorum ea scilicet affirmarit. Nonne, si latinè sensit, ad metaphoræ, sive Allegoriæ studium scripsisse censendus est? Ut videatur dixisse: Latronem Christo in ara Crucis facienti ministrasse, quasi Diaconum Sacerdoti? Nam hoc modo manifestè locutus est incertus Author, quem MS. præseferentemque falsò Salviani nomen, adhuc tineæ comedunt in Sfortiano Musæo. *Christus*, (3) inquit, *in Crucis Altario, dum se se Patri omnipotenti offerret, Diacono usus Latrone, spem salutis omnibus porrigebat*. Legerat hunc & ignobilem, & incertum Authorem Margunius fortassis (fuit enim & Romæ, ut ipse superiùs clam fassus est, & nos (4) alibi demonstravimus) atque ex illo statim intulerat, Latinos id unà sentire, id unà dicere, atque inde conficere, fas esse homicidam Sacris initiare. Esto id dixerint, id verum putarint: an propterea potuerunt inde eam consecutionem deducere, quam ab illis deductam, jactat Margunius? Potuerunt sanè, si legitima, si non palam absurda. Nam quis dicat legitimè inferri posse? Christus hoc egit: igitur licet hoc agere. Quanta in Christo mira, quæ venerari licet, imitari non licet? An quòd Christus proditorem manifestarium, ut ineptè docet Margunius, certè notum hæreticum Sacerdotem renunciavit, licebit Episcopo proditorem publicum, hæreticumve Sacris initiare? An quòd Christus nondum baptizatos Apostolos Sacris præfecit, ut absurdè tradit Margunius, fas erit, nondum lustralibus ablutum aquis ad Sacra provehere? Stulta igitur consecutio illa est; quare, qui antecedentem positionem affirmat, non continuò censendus est, consecutionem illam amplecti, quando ὁ τοῦτο λέγων, ὅθεν ἐκεῖνο μηδαμῶς ἕπεται, τὸ μὴ συνεπόμενον οὐ φησι. *Qui dicit hoc, unde illud non sequitur, quod non sequitur, minimè affirmat*, juxta notum (5) adagium.

VIII. Idem sapiunt, quæcunque congerit ad conciliandam Latinis Nostrorũ Invidiam malignus Margunii calamus. Jussum occidere, & manducare animalia, quæ viderat in linteo congregata, Petrum nemo ad id adhibuit, ut probaret, fas Sacerdotibus quenquam occidere. Circumcellionum hæc olim fuere somnia, mox & Fraticellorum ineptiæ, addentium præter relata, occisos à Petro (1) Ananiam, & Sapphiram, percussumque cæcitate Elymam Magum à (2) Paulo. Proposuit hæc (3) Joannes Halberstadius XIV. sæculi Scriptor egregius, unâque refutavit: Legit & ineptias, & refutationem ineptiarum penes eundem Margunius. Quid fit? O' mirum inge-

(1) c. unũ solũ, ubi glos. 23. q. 5. c. de clericis cum seq. 50. dist.

(2) Homer. Iliad. ζ.

(3) In Serm. 2. de Pass. Domini.

(4) In Testim. Græc. Sapient. in maximo Margunio.

(5) Apud Planud. in Adag. cent. 2. n. 42.

(1) Actor. c. 5. nu. 5. & seqq.

(2) Actor. c. 13. n. 11.

(3) Li. contra Fraticell. c. 9.

ingenium! ineptias à Latinis cum Halberstadio rejectas, damnatasque, Latinis affinxit, responsionem egregiam, sapientemque interpretationem quasi suam asseruit sibi, & Ecclesiæ Photianæ. Argutè ædepol, & feliciter. Hoc modo Latinos expugnatis Photiani. Scilicet & Synchronos Margunio Philadelphiensis Severus hac arte sibi de victis, convictisque Latinis trophæum erigit. Latini (4), inquit, ipsi, Spiritum Sanctum à Solo Patre procedere, confitentur. At qui, amabo, Latini? Anselmus ait. Cedo, Sodes, locum Anselmi. In ipso, inquit, Tractatu de Processione contra Græcos. Hæc legens, hæc videns mecum ipse dicebam: Id quîpote? ut Anselmus, quod impugnabat, concesserit. Ergo locus proponitur, Anselmus producitur, verba leguntur: sic sonant. *Græci dicunt* (Photianos intellige) *Spiritus Sanctus à solo Patre procedit*: *Impugnatur hac hæresis*. Sic Anselmus: at bonus, ac simplex, verèque Photianus Severus primis, postremisque sepositis, ne referens lassaretur, hæc verba sola sententiam Anselmi falsura produxit: *Spiritus Sanctus à solo Patre procedit*. O virum nequam, &, ne quid gravius dicam, Margunio persimilem, quippe Margunii amicum, cujus mores imitatus à Latinis damnata, refutata, derisa, Latinorum esse dogmata per summam malignitatem impudenter affirmat! Igitur necem animalium Petro in Ecstasim rapto imperatam mysticum ad sensum Latini omnes detorquent, ut eo Viso jussa sit Petro, & in Petro cæteris Ecclesiæ Proceribus Verbi divini prædicatio, quâ scilicet sacrâ machærâ Vitia tot illis animantibus significata occidenda erant, ut occisa manducarentur, in aliud scilicet transferrentur naturæ decus, ut essent post mortem utilia pœnitentibus, quæ peccantibus fuerant perniciosa. Hæc loci illius interpretatio apud Latinos, quâ nihil sincerius, nihil aptius, nihil alienum magis ab ea probatione, quam violenter inducit Margunius, dementerque Latinis imputat, atque mendaciter, quasi ex ea licere sentiant Sacerdotibus homicidium. Sic & quæ ex Actis Circumcelliones, ac Fraticelli produxerant, Orthodoxa Fides ita defendit, ut Paulus non cæcitatem, sed cæcitatis, Petrus verò non mortem, sed mortis à Deo prodigiosè inferendæ nuntium attulerint, ille Elymæ, hic scelestis conjugibus, quorum in Spiritum Sanctum mendacia æmulatus Margunius, sin minus fluxæ hujus, atque mortalis Vitæ, profectò jacturam fecit perennis ejus, atque beatæ, quam non sibi dumtaxat, sed Gregi suo, totique Græciæ vir non ex ignorantiâ nefarius, ex officio, & potestate procurare debuerat.

(4) *In Prothesi quæst. de Spiritus S. Process. c. 3.*

SECTIO V.

Definitur homicidium, inquiriturque in Photiana quædam Miracula.

SUMMARIUM.

I. *Definitur homicidium corporis humani vivi peremptio. Ea definitio communis Græcis, & Latinis ostenditur, defenditurque factum Vecti à calumniis Photianorum.*

II. *Proponitur stultitia Margunii, & simul calumnia: probaturque homicidium non esse, ubi non est cades hominis.*

III. *Refutatur variè calumnia, & stultitia relata.*

IV. *A Latinis non negari, quæ circa Tympanitas accidunt in Græcia sæpe. Ea vera esse, quemadmodum, & quæ efficiunt diræ Sacerdotum justa.*

V. *Nullum fieri miraculum posse in confirmationem falsi dogmatis: & quid de Palama Thaumaturgo Thessalonicæ?*

VI. *Peccatores, & hæreticos Thaumaturgos esse posse, citra confirmationem peccati; aut hæresis.*

VII. *Ratio multiplex utriusque assertionis. Ostenditurque, ex Tympanitis, aliisque prodigiis Photianorum, nullum damnum inferri Fidei Orthodoxæ.*

VIII. *Tympanitarum miraculum adsumptum ad confirmationem Photianismi cessasse, ex narratione Photiani hominis.*

IX. *Apud Latinos excommunicatos etiam post mortem reconciliari Ecclesiæ, latè constituitur.*

I. VErùm hæc manifesta, translativa, solemnia, quæ tamen doceant Græciam nostram, quantum fidei præstandum sit Photianis, quorum adeò væsana sententia est, adeò Genti nostræ injuriosa protervia, ut velit unos Græcos circa id cæcutire, quod Orbis Terrarum universus videt. Quo magis ejus mihi satagendum censeo, ut ex his laboribus meis, quos sine spe, & amore, quorum causas procul habeo, suscepi, mea Græcia cognoscat, quid de impedimento lenitatis, atque adeò de homicidio Ecclesia utraque sentiat; præsertim cùm ea tractatio maximum adlatura sit luminis iis ignorantiæ tenebris, quæ passim Nostrorum plerosque jampridem penitùs obruere. Et primò sanè videndum, quid sit homicidium. Est autem, ut docet (1) Margunius, σώματος φόνος, *corporis peremptio*: malè profectò dicerem, & absurde, ni (2) Augustinus dixisset idipsum à Jure (3) receptus, eandemque finitionem, ni recepisset & (4) Prodromus, quorum dicta ita intelligenda sunt, ut sermo sit de corpore & Animato, & humano. Nam & peremptio corpori non animato minimè convenit, & homicidium dici non potest, ubi non occiditur homo. Quemadmodum idem Augustinus (5) receptus à (6) Jure diligenter explicat, & post Augustinum æquè diligens inter Nostros interpres Canonum (7) Prodromus. Id, quod accuratè (8) Margunius omisit, ut scilicet contra Latinos inferret, quæ paulò inferiùs æquè accuratè refellam. Ea propter egregiè dixeris, homicidium esse necem hominis, sive is homo perfectus sit, sive imperfectus, ut fœtum hominis animatum unâ, atque integrâ finitione complectare. Hinc hominem vitâ functum percutiens, aut vulnus lethale exanimo corpori inferens accusari homicidii non potest, quemadmodum tradidit (9) Baldus, cui adstipulatur (10) Harmenopulus post (11) Aristenum, & (12) Hierotheum, quorum certo consensu:

(1) *Notâ 2. ad Can. 20. S. Basilii.*
(2) *Lib. 19. contr. Faust. c. 23.*
(3) *In c. homicidium de Pœnit. dist. 1.*
(4) *De Interpr. ad Canon. S. Basilii ad d. c. 20.*
(5) *Lib. 5. de liber. Arbitr.*
(6) *C. si homicidium. 23. q. 5.*
(7) *Ad d. Can. 20.*
(8) *Not. 3. ad d. Can. 20.*
(9) *In l. 1. n. 19. C. qui accus. non poss. in L. fororem. C. de his, quib. ut indig. in L. ex hoc jure n. 10. ff. de just. & jure.*
(10) *In lib. 1. ff. tit. 1.*
(11) *In Can. 66. Apostol.*

Digitized by Google

ἀνδροφονία. ζῶντος λογικοῦ σώματος φόνος, *homicidium vivi corporis, quod rationis sit compos, cædes*, dicitur. Propterea non erit uti homicida Sacris abstinendus Ordinibus percussor hujusmodi, tametsi mortuum percussisset animo perimendi, quum vivum putaret, quod sane notarunt Græci cum (13) Diplovatacio, (14) Lascare, atque (15) Gennadio, & notant Latini cum (16) Archidiacono, (17) Anania, (18) Hippolyto, (19) Felino, (20) Alberto Trotio, Ludovico (21) Carrerio, aliisque, notassentque utinam cum (22) Margunio recentiores Photiani; non ex ignorantia turpissima translativarum penes Græcos, Latinosque doctrinarum in eas ineptias abiissent, quas primus produxit in medium Alexander (23) Camaterus, & Philotheus (24) Patriarcha, ausi damnare Veccum Pontificem Sapientissimum, quod sacerrimi lipsani S. Mamantis manu sua caput absciderit. Ejus facti Veccus ipse meminit in Synodico (25) edito eo ipso scilicet anno, quo Constantinopolitanas Insulas iniit. Quo ex Synodico manifeste patet, adeo Vecci factum authori vitio verti non posse, ut potius maximæ laudi tribuendum sit. Nam post recuperatam à Græcis, assertamque à diuturna Tyrannide Constantinopolim, cum Votum Victoriæ, Libertatisque, Ecclesia D. Michaeli Angelorum Principi prope Blachernas erecta, solemniter dedicanda esset, una cum Antimensiis pluribus, quæ non nisi in solemnibus Templorum dedicationibus consecrantur, ut constat ex dictis Jo. (26) Citrii, & Manuelis (27) Patriarchæ; cumque ad id præstandum Divorum lipsana (ea Victores Byzantio detraxerant, queis late Italia ditata est) deessent in Templorum Encæniis necessaria, ut solemne semper Græcis, Latinisque, & Lege statutum fuit; (quemadmodum constat ex Nicena (28) Synodo II. ex (29) Carthaginensi V. ex (30) Paulino, & Codino (31) Curopalate, & egregie comprobat (32) Goarius in Euchologium) Nicæam ire oportuit translatum sacras reliquias. Ibi Religiosissimus Præsul, integra Synodo comprobante, ac decernente, non sine publicis precibus, aureo cultro caput Martyris abstulit, quod acta solemni supplicatione per fulgentem numerosa lampade, resultantemque populi vocibus Hippodromum, in Archistrategi Templo mox dedicando reposuit. Hæc rei, quam in Sapientissimo Antistite Photiani criminantur, historia, quæ scilicet illos, uti calumniatores autumat, ita & ignorantissimos docet, quando, etiamsi Veccus, ad irrogandam celeberrimo Martyri injuriam, cervicem sacri cadaveris perfregisset, sacrilegus potius dicendus esset, quam homicida, cujus in eo nomen non est, qui vivo homini mortem non infert. Id, quod in re ipsa, de qua agimus, & in ipso Vecci sanctissimi facto docet Hesaias (33) Cyprius, ejus ætatis scriptor notus penes (34) Allatium, cui consentanea, & in simili palam constituunt plane similia Nicetas (35) Metropolites Thessalonicensis vir in Jure (36) nostro notissimus, minorisque famæ, sed non minoris (37) authoritatis, Petrus (38) Chartularius, quorum dicta collegit, confirmavitque Demetrius (39) Syncellus nobilis in Græco (40) Jure consultus, his verbis: ἐζητήθη δέ ποτε, εἰ ὁ τὰ τῶν ἁγίων λείψανα ἀποκολοβῶντες, ἀνδροφόνος ἀκούσεται, διὰ τοὺς ζῶντας Θεῷ ζημιώσας· ἀποκρίνονται δὲ οἱ νομοδιδάσκαλοι Νικήτας, καὶ Πέτρος ὁ Χαρτουλάριος, ὅτι τοῦτ᾽ ἔξεστιν μετ᾽ εὐλαβείας, καὶ ἀνάγκης, οὐδ᾽ ἀνδροφονία τοῦτο, κἂν μετ᾽ ἀσεβείας ἐπράχθη· ἀνδροφονία γὰρ ζῶντος ἐν κόσμῳ φόνος. *Quæsitum est aliquando, an, qui detruncat Sanctorum lipsana, homicida censendus sit; quasi viventibus Deo damnum intulerit? Respondent autem Jurisconsultissimi, Nicetas, & Petrus Chartularius, id licere cum pietate, seu reverentia, & necessitate: Neque homicidium hoc esse, tametsi impie fiat, nam homicidium, viventis in mundo cædes.*

II. At his non acquiescit Margunius, in Latinos per fas, nefasque debacchaturus, Diis, atque hominibus invitis, homicidium ibi esse asserit, ubi esse non potest. Nefas est hunc locum præterire, tantamque dementiam dissimulare piaculum. Igitur audiamus Doctorem Maximum, atque inde doceamus Photianos, quantus sit homo, quo postremo Fides Orthodoxa in Græcia violentius concussa est. οἱ Λατῖνοι, (1) ait, λέγουσιν, ὦ δωρεῶν, πῶς οὐκ ἔστιν ἀνδροφονία, τὸ λαβεῖν τινὰς τοὺς ἀποθανόντας λαβὴν θανάσιμον· διὸ ληρῶσιν ὁρίζοντες τὴν ἀνδροφονίαν οὕτως, φόνος σώματος ἐμψύχου, καθὼς ὁ τρισκατάρατος Βέκκος, ὁ καθαιρεθεὶς ἐν μεγάλῃ συνόδῳ· τοῦτο δὲ λέγουσιν, ὡς εἴπομεν, ὦ δωρεῶν, αὐτοὶ γὰρ ἐκ προαιρέσεως πάντα διδάσκουσιν. αἰτία δὲ τοῦ λόγου αὕτη, ἵνα ἀρνηθῶσι τὰ γινόμενα παρ᾽ ἡμῖν θαύματα τοῦ ἀφορισμοῦ. ἐν ᾧ εἴ τις ἀποθάνοι, οὐ λύεται, ἀλλὰ τυμπανίζει ἀναμένων τὴν θείαν, καὶ ἱερατικὴν ἀπόλυσιν, ἧς ἀναγνωσθείσης τῷ ἀφωρισμένῳ νεκρῷ, λύεται εὐθύς, ὢ τοῦ καθημερινοῦ θαύματος, καὶ ἀναπαύεται· ἔξω μάνθανε, ὅτι νεκρὸς ἀκούει, εἰ δ᾽ ἀκούει, καὶ αἰσθάνεται, εἰ δ᾽ αἰσθάνεται, καὶ λαβωθεὶς ἀνδροφόνον ποιεῖ τὸν λαβόντα. ἀλλὰ συγχωρητέα ταῦτα τοῖς ἀζυμίταις, παρ᾽ οἷς ὁ ἀφορισμὸς οὐ περαιτέρω τῆς ζωῆς. ἐκεῖνο δ᾽ ἀφόρητον, ὅτι τὰ ἡμέτερα μυκτηρίζουσι. *Latini dicunt, non esse homicidium, siquis lethale vulnus inferat mortuo, quare blaterant definientes homicidium sic: cædes corporis animati, quemadmodum diris omnibus devotus Veccus exauthoratus in magna Synodo. Hoc porro dicunt non gratis, nam hi de industria omnia proponunt. Causa autem assertionis hæc, ut pernegent, quæ penes nos fiunt, miracula excommunicationis, in qua si quis moriatur, non solvitur, sed ad instar tympani cadaver ipsius inflatur, donec divina, & Sacerdotalis absolutio adveniat. Qua perlecta, excommunicato defuncto, solvitur illico, ò miraculum quotidianum! & quiescit. Unde disce, mortuum audire, si vero audit, & sentit, si sentit & vulneratus homicidii reum vulnerantem facit. Sed condonanda hæc Azymitis, penes quos excommunicatio non ultra vitam protenditur. Illud intolerabile, quod nostra derident.* Jure penes antiquum Scholiasten (2) Hesiodi Andocides, & Philostratus perfidiosum Aspidi Lybico compararunt, cui pestilentissimo Animalium utrunque vitii est, ut & ex Plinii (3) nota, *hebetes habeat oculos, solumque polleat auditu*, & ex effato (4) Paginarum Sacrarum, sponte obsurdescat, *obturetque aures suas*, ne audiat. Huic quis absimilem Margunium, lectis, quæ proxime retulimus, dicat? Nam neque

quid

(12) In collect. 1. Apostol. Can.
(13) Ad Can. 66. Apostol. in Ecthesi eorund. Canonū.
(14) De Ordinat. Græcor. c. 8. in Defens. ritu Græcoru.
(15) Ep. 5. ad Bessarionem.
(16) In c. periculosè de Panit. dist. 1. & in c. ult. 15. q. 1.
(17) In c. sicut ex litterarū de homicid. colon. ult.
(18) In L. ult. n. 37. ff. de quæstio.
(19) In c. sicut dignum de homic.
(20) De ver. & perfect. Cler. l. 2. c. 20. n. 7.
(21) In pract. Crim. tit. de homic. §. 1. n. 21. & seq.
(22) Ubi supra.
(23) In resp. animadversion. Vecci in Proœm.
(24) Orat. 8. pro Palama cōtra Niceph. Gregor.
(25) Sub Michael. Palæol. Indict. 3. an. Christi 1275. ap. Canonarcham. in excep. Synodicorū.
(26) In jur. Græcor. lib. 5. pag. 330.
(27) Ibid. l. 3. Sent. Synod. pag. 239.
(28) Can. 7.
(29) Can. 14. habetur in c. placuit de consecr. dist. 1.
(30) Ep. 11.
(31) De Origine Constantinopolis.
(32) In Ord. obser. folit. in cōsecr. Antiminsior. in n. 7. p. 654. col. 2.
(33) Orat. de Lipsanomachis extat MS. in Script. Andreæ Eudæmon. in Bibliot. secret. coll. Rom. S. I.
(34) In Græc. Orthodox. Tom. 1.
(35) In medit. ad Episcop. Mocijci ap. eund. Eudæmon.
(36) In jur. Gr. l. 5. tom. 1. pag. 345.
(37) Ibid. l. 6. tom. 1. pag. 395.
(38) Resp. ad qq. in Synod. propos. apud eūd. Eudæmon.
(39) Orat. de SS. Reliq. apud eundem.
(40) In Jur. Gr. l. 6. Tom. 1. pag. 397.
(1) Not. 6. I Can. 20. S. Basilii.
(2) In Theogoni sub init.
(3) Hist. Natur. l. 8. c. 23. ad fin.
(4) Psal. 57. ver. 5.

quid toto Orbe Terrarum Latini palam resonent, audit, nec, quas infinitas prorsus ineptias dicit, agnoscit. Primùm, finitionem illam homicidii Latinorum dumtaxat non esse superiùs dicta demonstrant. Græcorum omnium sententiam esse, meliùs, hominum sensum, ostendimus. Certè id Etymologia ipsa homicidii Græcis, atque Latinis nullo pernegandum pacto propalam ingerit. Nam quid homicidium, nisi, *hominicidium*, sive hominis cædem, significat? Quid ἀνδροφονία est, nisi ἀνδρὸς φόνος? Vis addam synonyma? idem sonant ἀνδροκτόνος, ἀνδροφόντης, ἀνθρωποκτόνος, ἀνθρωπολέθρος, βροτολοιγὸς, φθισίμβροτος, φθισίβροτος, quæ vide penes Davidem (5) Hœschelium, & Martinum Rulandum. Porro homo dici non potest, qui mortuus est, ut mea, tuaque Marguni, Philosophia, imò Naturæ lumen prorsus affirmat. Quî ergo homicida censebitur, qui mortuum occidit; Ita fari stultè liceat agenti cum stulto, quando mortuum occidens, hominem non occidit? Quòd si mortuum cædens homicida non est, mortui cædes homicidium non erit. Pudet me hercle de his ulteriùs philosophari. Certa sunt, manifestâ sunt, plusquam furiosę dementiæ est, aliquid contra hæc vel palam hiscere, vel clam mussitare.

(5) in dict. homicidium, & homicida in Synonymis.

III. At, inquit, si homicidium non est lethale mortuo vulnus inflictum, non erunt prodigia, quæ perculsis anathemate viris, in eoque vitâ functis apud nos accidunt. Vide, quàm desipias, Marguni, Imò, si homicidium est, mortuum cadaver inflicto vulnere cædere, non erunt prodigia, quæ jactamus. Nam, si, ut tute ipse ineptissimè argumentare, devotum diris corpus lustratia verba, quibus à nodo Sacro post mortem absolvitur, audit, sentit: si sentit, vivit: si vivit, quî erit miraculum receptæ pacis signa si dat? Hoc tibi miraculum est, mortuus obedit. An miraculum, ò bone, dicas, quòd qui audit, obediat? Audi porro ex isthac tuâ Philosophiâ quid rectâ colligere liceat. Mortuus obedit, ergo audit, si audit, sentit: si sentit, vivit. O vos miros homines Photianos, qui vivos habetis mortuos, & mortuos vivos! Hęccine diceretis, si quidquam vobis rationis reliquum esset? His anathemata vestra mira esse confirmaretis, si non planè mentes vestrę furore in Latinos lymphatę desiperent? Quid porro hìc aut absurdi, aut injuriosi Latini? Pernegant, inquit, à Nostris miracula passim edita, ea calumniantur, ajuntque, in Beelzebub nos mira patrare. Inficiantur, Anathemata nostra tantarum esse virium, ut damnatorum cadavera inflent, atque illud conficiunt, falsum esse, latâ sacri Vinculi solutione, exterminatorum ab Ecclesia nostrâ cadavera solvi, atque quiescere. Imò verò nihil horum Latini. An Goarius Latinus non est? Sanè Latinus, virque doctissimus; inter Latinos natus, educatus, eruditus, & in latinissima Prædicatorum Patrum, ac religiosissima familia vitæ institutum sacræ professus latinè scripsit, latinè docuit. Vide, quid de hoc ipso prudenter, sapienterque censuerit: dices nihil esse, quo timeat Græcia, vel Photiana; esse multum, quo grata Latinis sit, quorum ope Sacra nostra sunt tuta.

IV. Primò igitur falsissimum est, quæ de Tympanitis hujusmodi Græcia videt, Græcia narrat, Græcia testatur à Latinis negari: pleriq; tacent, nō pauci negligunt, multi ultrò confirmant, quod dicimus. Non enim solus Andreas (1) Eudæmonioannes vir Græcus, sed inter paucos, teste Sfortia Pallavicino (2) Cardinali, doctissimus hæc & refert, & approbat ex Callisto (3) Naxio, & Thoma (4) Selybrio, sed & Martinus (5) Crusius Theuton, & Lutheranus, itidemque Goarius (6) Gallus, & Labacius (7) Panno eadem & memorant, & tuentur. Neque aliter fas viris doctis, atque modestis, qui ab integrâ Gente propalam affirmata, ipsisque Turcis videntibus manifesta negare non possunt. Notum est, totoque Oriente celeberrimum illud, quod Maumethis II. qui regiam Constantini Urbem, & Imperium evertit, tempore contigit. Is cùm (8) exterrarum Gentium mores, atque, religionem cognoscendi, præter Turcarum ingenium cupidissimus esset, de non consumptis excommunicatorum Græcorum cadaveribus acceptâ famâ, Patriarcham jussit, hominem quærere à Sacra communione deterritum ante longum tempus, vitâ defunctum, in quo miraculi veritatem probaret. Patriarcha Tyranni imperio, ac rei difficultate perterritus à senioribus Clericis monitus est, corpus viduæ à Sacerdote relictæ formâ quidem suo tempore conspicuæ, propter manifestam autem libidinem, & calumniam à Gennadio prædecessore sacro piorum grege eliminatæ incorruptum adhuc jacere, ut pote quæ paternorum monitorum impatiens Patriarcham ipsum nefandi secum commercii infamare verita non fuisset. Re à Tyranno acceptâ, tetro cadaveri in morem tympani inflato, deductoque ad Ecclesiam Pammacaristæ Virginis, atque in Arcâ sigillis munitâ regiis incluso Patriarcha *benedictionem*, uti vulgò dicimus, impertit, literasque Sacræ absolutionis illius, quas ipse manu conscripserat suâ, recitat. Rem dictu miram! compages corporis invicem separari ita manifestè, ut adstantes audirent strepitum, ossaque omnia, carne in cinerem solutâ denudari, adeò, ut reseratâ per ministros regios arcâ, sola, disjuncta, pulvereæ massæ intermista omnes adspexerint. Quo nuncio à Maumethe Principe accepto, Satrapam sibi cognominem Amerutaii filium, qui cum de miraculo monuerat, laudat opalam Fidei nostræ cultu, chariorem habuit deinceps, quo suggerente didicerat, ait Matthęus Cicala: ὅτι ἐκεῖνος, ὁποῦ ἀφορίσουσιν δικαίως οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ ἱερεῖς τῶν ῥωμαίων, ἡ γῆ δὲν τὸν λύει, ἂν δὲν λάβουσι συγχώρησιν, ἐὰν περάσουσι καὶ χίλιοι χρόνοι. *Quem Antistites, ac Sacerdotes Græci Sacro Ecclesiæ cætu prohibuerint, hunc minimè dissolvi, nisi veniam impetrarit, licet mille anni pręteereant.* Ita Author Turco-Græciæ cum Cicala, adjectis rei pluribus exemplis aliis, quæ unà cum notissimo hoc, quos retuli nuper, Authores tùm Græci, tùm Latini recipiunt, asseruntque; eademque fatentur & Turcæ, quemadmodum tradunt Georgius (9) Bustronius, & Marcus (10) Lima, Græci sanè, sed in religiosissima Societatis Jesu Familia rerum contemptum professi, quorum suffragio, Gręcorum etiam Photianorum Anathema ritè, atque in pœnam criminis

(1) In refutat. Gergani c. 7.
(2) lib. de Bono.
(3) In exposit. Sacror. officior. c. 12.
(4) In Cā. Pœnit. S. Basilii.
(5) In Turco-Gręcia.
(6) In Euchol. ad Orat. absolutionis mortuorū nota 2. p. 688.
(7) In histor. Exotica lib. 7. c. 9.
(8) Vide Crusium in Turco-Gręcia, & Matth. Cicalam in Chronographo. in Nova Synopsi pag. 442. & seqq.
(9) In libello de Timore Dei vernaculo Græcorū sermone.
(10) Diversoriū miraculorum in Sylloge: c. 14. eod. sermone.

Digitized by Google

nis latum, itidemque ejusdem Anathematis venia, per preces ex Euchologio depromptas, collata miros parit, inspectosque ab ipsis, qui hęc referunt, & probant, effectus. His addo testimonium juratus meum, ajoque, Diras hujusmodi, quas Græci justè Sacerdotes pronunciant, efficacissimas esse. Id, quod expertus in pueritia mea olim Cretæ testor ingenuè, ac religiosè profiteor. Cùm enim ludibundus puer, ut mos est, confictis ex calamo clysteribus liquidam ejacularer, prætereuntis fortè Sacerdotis barbam, faciemque, non sine spectantium risu, magnàque viri contumeliâ protervè perfudi. Ille iratus diris me, ex Canonum Scitis, traditisque à Magno Basilio, devovit. Quibus vix peractis, dolere caput, febre corpus tentari, uno verbo, graviter ægrotare cœpi: quo morbo miserrimè multatus per mensem decubui. Donec Matri fassus illatam Presbytero injuriam, clam patre, ut in gratiam Sacerdotis redire fas esset, postulavi. Exoratus est precibus, atque munusculis, quas *oblationes* dicimus vulgò, minister læsus, ægrum me, atque tunc etiam fervore febris æstuantem adiit, osculatus est, stolatusque ubi perbrevem verborum periodum protulit, qua me à diris omnibus absolvebat, indulgebatque peccati veniam, ejus potestate, qui (11) dixit: ὃ ἐὰν δήσητε, ἔςαι δεδεμένον, καὶ ὃ ἐὰν λύσητε, ἔςαι λελυμένον, addidit & εὐχὴν εἰς ἀνάθεμα, quam ex Coreſſio refert (12) Goarius in Euchologio, quâ vix absolutâ, statim convalui.

V. Ut quid igitur irasci Latinis, quasi Anathematum nostrorum nota, & translativa miracula pernegent, aut Ecclesiæ nostræ Superos deprecantis efficacitatem inficientur; cùm contra, quicunque de his egere, excipe unum Allatium, qui dubitat; ea omnia fateantur. Norunt enim nullum inde Orthodoxæ fidei damnum parari, nullumque præsidium Photianæ perfidiæ. Nam duo certissima sunt sanæ mentis hominibus. Primum, nullum fieri miraculum posse in testimonium heterodoxæ fidei, hæresisve confirmationem. Miracula enim testimonia sunt Dei, ut constat ex (1) verbis Christi, & sententia Pauli (2) Apostoli: cùmque Deus testimonium mendacio, falsove dogmati perhibere non possit; sequitur, miracula ad confirmationem mendacii, aut hæresis fieri non posse: id, quod (3) Bessarion, & ejus nomine suppresso (4) Bellarminus singillatim ostendit, & palam est Nostris, ex iis, quæ tradunt (5) Hegesippus de Simone Mago, Epiphanius (6) de Manichæo, Gregorius (7) Turonensis de Cyrola Ariano, Cassianus (8) de Eunomiano quodam, Sexta (9) Synodus de Polychronio Monotheleta; qui omnes comprobaturi sua dogmata frustra diu conati sunt, nec sine præsenti periculo pœnæ divinitus illatæ, quam idem ausi alii subiere, ut referunt (10) Optatus de Donatistis, Theodorus (11) Lector de Timotheo Æluro, Paulus (12) Diaconus de Iconomacho Sacerdote, & (13) Bellarminus ex probatissimis authoribus de Luthero, & Calvino. Quapropter egregiè Bessarion, his omnibus eloquenter expositis, sic Gennadium alloquitur: τὰ μὲν θεόθεν ἐκ παραλόγου γεγενημένα, ἅπερ ἂν θαυμάσια λέγεται), καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν εἰσίν, καὶ δοκοῦσιν, ἔξω τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀδύνατον, εἴπερ ἢ εἰς μαρτυρί-

(11) *Matth. c. 18. n. 18.*
(12) *pag. 691. col. 1.*
(1) *Marci c. ult. n. 17.*
(2) *ad hebræ. c. 2. n. 4.*
(3) *In Epist. ad Gennadium per tot. est. 93. exiis, quas habet Eudæmoniā.*
(4) *Tom. 2. contr. 1. 1. lib. 4. c. 14.*
(5) *lib. 3. de excid. Jerosoly. c. 2.*
(6) *hæresi 66.*
(7) *lib. 2. hist. frāc. c. 2.*
(8) *collat. 15. c. 3.*
(9) *Actione 15.*
(10) *lib. 2. cont. a Parmenian.*
(11) *lib. 1. collectaneorū.*

αν ἀνακέκληνται) τῶν δογμάτων. θεὸς γὰρ τοὺς ἁμαρτωλοὺς οὐκ ὑπακούει, ἅτε μαρτυρίαν ζητοῦσι πρὸς κατόρθωσιν κακοδοξίας, ἅτε ἔπαινον τῆς κακοπραγίας. εἰ δ' ὅτι καὶ τοῦτο συμέπεσε), τὰ θαύματα τῶν πολλῶν τῆς πίστεως σημείων ἓν ἐστί. ἐρεῖς, ὅτι καὶ Παλαμᾶν θαυματουργὸν φασιν ἐν Θεσσαλονίκη. ἀλλὰ φλυαρίαι αὗται κακέργων μοναχῶν, ἃς καὶ παρόντες ποτὲ, ἐπὶ τοῦ δυστυχοῦς ἡμῶν βασιλέως, κατεπραξάμεθα, καὶ ἀπόντες τῇ σῇ ἀδελφότητι, πλειστάκις ἁγιώτατε δέσποτα, ὥσπερ δι' ἀρχαίων ἀπαγορεύσεις, προεφέρομεν. *Quæ divinitus ab inexpectato fiunt, quæ mira sanè dicuntur, suntque supra naturam, atque videntur, extra Orthodoxam fidem fieri non possunt, si vel testimonium petunt ad confirmationem erroris, vel laudem mali operis. Unde & hoc sequitur, miracula ex multis fidei signis unum esse. Dices, Palamam quoque Thaumaturgum appellant Thessalonicæ. At somnia hæc sunt scelestorum Monachorum, quæ nos olim præsentes sub infelice Rege nostro, debellavimus, & absentes Fraternitati tuæ, Sanctissime Domine, ut ex veteribus, proponimus.* Hunc in modum Bessarion, ex cujus mente fas est interpretari communem Orthodoxorum sententiam docentium, extra Ecclesiam miracula esse non posse.

VI. Quod dictum ita intelligendum est, ut neget, miraculum fieri posse ad comprobandam fidem ab Orthodoxa diversam, aut alia Invocatione fieri posse, quàm nominis veri Dei, & Christi Servatoris, aliisve precibus, quàm quæ ab Ecclesia probatæ sunt, vel saltem ab eadem non reprobatæ. Nam quòd etiam ab Infidelibus, & hæreticis ad veræ Fidei probationem, aut invocatione Virtutis divinæ, aut precibus ab Ecclesia usurpatis quandoque miracula & fiant, & fieri possint, nemo unquam negavit. Fatetur id Bellarminus (1) palam his verbis: *Tribus modis peccatores* (quo nomine etiam Infideles complectitur, ut ex propositis ab eo constat) *orare possunt. Uno modo, ut impetrent à Deo miracula in confirmationem fidei: & hoc modo fieri potest, ut peccatores impetrent, si veram Fidem confirmare velint, quia tunc non est propria ipsorum vita, vel meritum, vel etiam oratio, quæ miraculum impetrat, sed Fides vera, quæ confirmanda est, vel invocatio nominis Dei, aut signum Crucis, & aliquid ejusmodi, quo ille utitur ad miraculum faciendum.* Ita Bellarminus, cui addi possunt loca plurima, ex quibus ostenditur, etiam eos, qui mali, improbique sunt, exaudiri à Deo. Retulit ea Bessarion loco citato; & ibidem Bellarminus, dissimulato Bessarionis nomine, ne quid Græco tribueret, qui tamen à Græco amico Andrea Eudæmonicanne plurimum opis, atque auxilli semper accepit. Igitur exaudiri & peccatores, & improbos à Deo palam est ex (2) illis. πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει: *omnis, qui petit, accipit, & qui quærit, invenit.* Quæ verba explicans (3) Author Operis imperfecti, quod Chrysostomo tribuitur, *sive justus*, inquit, *sive peccator*, ἤτε δίκαιος, ἢ καὶ ἁμαρτωλός. Constat ex illis improborum (4) verbis; κύριε, κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν, καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζό-

(12) *lib. ult. Rer. Roman.*
(13) *ubi supra vers. de nostri.*
(14) *Vide Staphil. in absolut. respon. Jo. Cochle. 3 Actis Lutheri Felician. Ninguarda. lib. contr. an. Burgen. Lindā in dubiis. Alanum Copum. lib. 6. Dialog. Hieron. Bolsecum I Vit. Calvin. c. 3.*
(1) *Tom. 4. ult. p. Contro. 3. lib. 1. c. 9. vers. respondeo tribus modis.*
(2) *Matth. c. 7. n. 8.*
(3) *homil. 13. in Matth.*
(4) *d. c. 7. n. 22.*

Digitized by Google

γαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. *Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: quia nunquam novi vos.* Ubi notandum adverbium *nunquam*, quo nempe constituitur, vel Infideles miracula ex nomine Christi operari posse. Hi enim sunt illi, quos nunquam novit Christus, cùm peccatores fideles saltem in Baptismo, saltem in ipsâ infantiâ noti fuerint Christo, ea nimirum notitia, de qua Servator alibi dixit, *cognosco oves meas*. Propterea vel qui Christum non sequebatur exturbare Dæmones potuit, quem cùm à patrando miraculo prohiberent Apostoli, vetuit tantam
(6) *Luc. c. 9. n. 50. Marc. c. 9. n. 39.* sinisteritatem clemens Magister: nam, (6) inquit, *qui non est adversum vos, pro vobis est*, ὃς οὐκ ἔστι καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν ἐστιν. Quo effato docuisse videtur eum, qui vi nominis Christi, quamvis alioqui perfidus, utitur ad patranda miracula, eo in opere tanquam fidelem habendum, quando non suâ vi agit, aut suâ fide nititur ad prodigium, sed veri Dei potentiam, veræque fidei opem adhibet, quâ scilicet agit, quod agit. Hinc Petrus cum claudo gradiendi potentiam fecit, rem Fidei, quæ eo
(7) *Act. Apostolor. c. 3. n. 16.* prodigio confirmabatur, (7) attribuit: ἡ πίστις, ait, ἡ δι' αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην: *Fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam.* Et Hilarius eos sugillans, qui de patratis miraculis superciliosè gloriabantur;
(8) *Canone 6. in Matth.* *quasi verò*, (8) inquit, *eorum aliquid proprium sit, & non omnia virtus Dei invocata perficiat.*

VII. Ratio horum omnium, quam à priori vocant, duplex est. Prima, quoniam Numinis majestatem haud dedecet testimonium Veritati perhibere vel ad preces hostium suorum. Neque enim inde quidquam summæ Veritati, ac Veracitati dissentaneum inferri potest; infertur potiùs aliquid summæ Numinis Clementiæ consentaneum. Secunda, quia Miracula charismata sunt gratis data, uti Scholæ loquuntur. Quæ nimirum nullo modo meritum operantis respiciunt. Hinc neque fidem, neque mores operantis probant, nisi ad hoc sigillatim tententur, ut planè absurdè, & ritu vulgi ratiocinari censendus sit, qui ex miris operibus sanctimoniam, aut, uti dicimus, *Orthodoxiam* operantis compertam velit. Quo fit, ut ad id, de quo cum Margunio disputamus, regressi palam asseramus, Tympanitarum miraculis nihil Photianos probare. Patrantur ea in Ecclesiâ Græcâ etiam Schismaticâ, sive quod postulata ad Fidei Christianæ coram Musulmanis confirmationem, qualia sunt pleraque ex iis, quæ relati authores adducunt; sive quòd petita precibus per sanctissimos Patres ad id institutis, non sine efficacissimâ Divinæ omnipotentiæ invocatione, quales omnino censendæ sunt illæ, quibus ad hoc ipsum utimur, ex veteri traditione Basilio Magno attributæ, ut Nicolaus (1) Muzalo Patriar-
(1) *In Synod. de signis Fidei.* cha CP. penes (2) Canonarcham refert; seu denique quòd Christianæ Religioni sub jugo
(2) *In form. Synodicor. n. 31.* Barbarorum sensim deficienti penitùs necessaria. Verissimum enim est, quod Pantaleo Ligaridius vir Doctus, & Orthodoxus de hoc (3) ipso scribit. οἶμαι δ', ὅτι τοῦδ' ἕνεκεν ὁ Θεὸς ἡμῶν καὶ τὰ νῦν τὴν φανερὰν ἐνέργειαν τοῦ τῆς ἐκκλησίας ἀφορισμοῦ διαφυλάττει, ἵνα μὴ τῇ τῶν Σαῤῥακηνῶν Τυραννίδι παντάπασι χέζειν πιεζόμενοι τῆς πίστεως ἐκπέσωμεν, ἢ καὶ τὰς ἐν-
(3) *Epist. 9. ad Allat. in collect. Justinia. lib. 1.* τολὰς αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τοῦ πλησίον ἐξασκήσωμεν· τὸ μὲν γὰρ φανερὸν τοῦ θαύματος στηρίζει τὴν πίστιν, τὸ δὲ φοβερὸν τῆς τιμωρίας ἀποκλείει τῆς ἀδικίας, καὶ καλὸν φόβον ἐμποιεῖ. *Existimo autem, propterea Deum nobis nunc etiam manifestam Ecclesiasticæ excommunicationis efficacitatem præstare, ne multati Sarracenorum Tyrannide fide excidamus Christianâ, vel ut Numinis præcepta, amoremque erga proximos exerceamus. Evidentia enim miraculi confirmat fidem, terror autem pœnæ abstinet nos ab iniquitate, bonumque timorem facit.* Is autem tantus est, ut hoc uno Sacra penes Nos omnia gubernentur: atque adeò manifestè vel à perfidis hominibus obsequium exigit, ut, si quando civilis controversia difficilem habens, quemadmodum usuvenit, probationem Turcam inter, & Græcum cedit, vel ipse Turca Juri suo renunciare paratus sit ultrò, si Græcus diras in dolum à Sacerdote Græco inferendas subire velit. Neque aliter incesta conjugia, sacrilegia, cæteraque majora crimina in Græcia puniuntur, quàm ἀφορισμῷ, cujus formido adeò Ecclesiæ Turcarum calumniis obnoxiæ, furorique necessaria est, ut, ille si desit, Christiana Religio in Græciâ pereat, opus sit. Hinc Pater ille misericordiarum, qui non ad penitissimam perniciem Nos punit, sed patienter expectat, hanc opem, hoc reliquum præsidii vel hostibus nostris Photianis impertit, ne, dum necessaria conservandæ in Græciâ religioni perfidissimis hominibus denegat, Ecclesia illa penitùs ruat, quam primam Apostoli Principes aluere, Doctores maximi docuerunt, Martyres penè dixerim infiniti generoso sanguine purpurarunt. Norunt hæc omnia Latini, imò ipsi primi sapientissimè comminiscuntur, ut palam est ex relatis superiùs, nec aut ita dementes sunt, ut insicias eant, quod tot testibus constat, aut ita rationum sunt inopes, ut ignorent, nihil inde fore præsidii Photianis, quorum damnata dogmata his miraculis non probantur, damnantur potiùs, ac penitùs profligantur.

VIII. Nam, ut narrat, quem nuper laudavimus, (4) Ligaridius, ea tempestate, qua Jo- (1) *in d. Epist. 9.*
saphat ille Sanctissimus Archiepiscopus Polocensis, de quo vide, si vacat, (2) Allatium, (2) *de consens. utriusq. Eccl. lib. 3. c. 11. n. 10.*
quique apud Lechos Orthodoxæ Fidei Martyr occubuit, Schisma eâ in Gente debellaret, Τέρας τοῦτο γέγονε θαυμαστότατον. Παπᾶς τις λεγόμενος, κληθεὶς εἰς ἀπόλυσιν ἀφορισμένου τυμπανίτου, ἔτος ἤρξατο τῆς προσευχῆς· εἰπαλὼς νοῦμεν μυσαττόμενοι τοὺς ἀθέους ἀζυμίτας, καὶ λατινόφρονας, κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ τῇ σῇ ἀῤῥήτῳ, καὶ τὰ ἑξῆς. Τελειωθείσης δὲ τῆς προσευχῆς τὸ σύνηθες θαῦμα οὐδαμῶς συνέβη· ἀλλ' ἦν τυμπανίτης ὁ νεκρὸς, ὡς πρότερον· ἐπελθόντος δὲ τοῦ ἱερέως τότε πρεσβυτέρου καὶ κήρυκος, ὁ λαὸς ἐδέετο τὴν προσευχὴν ἀναλαβεῖν, καὶ κυρῶσαι τὸ θαῦμα, κατὰ τὸ εἰωθός· ὁ δὲ ἀναλαβὼν εἶπεν, ἄνδρες φιλόχριστοι, τὸ σύνηθες οὐ κατωρθώθη θαυμάσιον, ἵνα μὴ Θεὸς ψεύσαιτο, ὃ ἀδύνατον· φέρε γοῦν μάθετε, ὅτι ἀληθῆ τὰ παρ' ἡμῶν ὑμῖν κηρυττόμενα, καὶ ἐνδυσάμενος ἱερατικὴν στολὴν, ἐμφόνως εἶπεν. εἰ τὰ ἀληθῆ πιστεύομεν οἱ δογματίζοντες τὸ πατέρων πνεῦμα ἐκ πατρὸς, καὶ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, τὸν ἀρχιεπίσκοπον τῆς

παλαιᾶς

παλαιᾶς Ῥώμης κατὰ τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ σύνοδον πατέρα, καὶ διδάσκαλον εἶναι τῶν πανταχοῦ χριστιανῶν, καὶ τοῦ Χριστοῦ ἔξαρχον, τοῦτ' ἄλλα, ἅπερ αὐτὸς πιστεύει, πιστεύοντες, κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν· καὶ τὰ λοιπά· καὶ μόλις τὰ τῆς προσευχῆς περάνας, κατελύθη ὁ νεκρὸς μετὰ ταραχῆς μεγάλης, ἣν ὁ λαὸς ἐπλήρου βοῇ, καὶ οἰμωγῇ. *Hoc portentum accidit planè mirabile. Sacerdos quidam Ruthenus, ad absolutionem Tympanitæ excommunicati vocatus, sic orsus est preces: Si benè opinamur detestati impios Azymitas, & Dogmata Latina secutos, Domine Deus noster, qui tua ineffabili &c. Absolutis precibus consuetum miraculum non evenit, sed erat cadaver, ut antea in morem tympani inflatum. Supervenerat forte Josaphat tunc sacerdos, & concionator: hunc orat populus preces resumere, & juxta morem perficere. At ille, occasione sumptâ, dixit: Viri amicissimi Christi, solitum portentum editum non est, ne Deus mentiatur, quod nefas. Agite igitur, discite vera esse, quæ à me vobis prędicantur. Hæc ubi dixit, Sacram induit stolam, exclamatque alta voce: Si vera credimus, qui docemus, Spiritum Sanctum à Patre, & Filio procedere, Archiepiscopum Veteris Romæ, juxta Florentinam Synodum, Patrem esse, ac Magistrum omnium Christianorum, & Christi Vicarium, quique ea, quæ ipse sentit, sentimus, Domine Deus noster &c. Vix autem ea precatione peractâ, solutum cadaver est, non sine ingenti strepitu, quem Populus auxit clamore, & fletu.* Hæc Ligaridius Græcus, & alioqui non admodum æquus Latinis. Ex quibus tamen colligitur, ea miracula, quæ tanti facit Margunius, nihil Photianismo prodesse, cùm latura Photianismo testimonium planè deficiant, atque adeò cùm fiunt, ab eo testimonio penitùs aliena sint, idque dumtaxat testantia, quod utrique Ecclesiæ certum est, nimirum Anathematis pœnam mortuos etiam sequi, ac proinde, vel vitâ functos, nondumque reconciliatos Ecclesiæ, eidem, ab eo, qui fungitur potestate reconcilliandi, posse reconciliari.

IX. Id, quod cùm dicit à Latinis negari, mentitur Margunius, quando id à priscis temporibus per Latinos receptum, per Latinos etiamnum passim, palamque doceatur. Nam, absolvi posse exterminatum ab Ecclesia post mortem, & si veræ signa, bonæque mœstitiæ fecerit, absolvendum, Jura (1) Latina liquidò decernunt, ad quæ vide ex Theologis (2) D. Thomam, (3) Paludanum, (4) Suarium, ex Juris Canonici interpretibus (5) Navarrum, Alfonsum (6) Castrensem, Jo. (7) à Turrecremata, (8) Abbatem, (9) Covaruvias, quos uni Margunio objicimus evicturos enorme mendacium, quod & historia damnat. Ex hac ingeritur omnibus Magni exemplum (10) Gregorii, qui Justum Monachum, *Proprietatis*, ut ajunt, damnatum, atque à reliquorum consortio, sancti viri præcepto, rejectum, post mortem sacrificiis pro eo celebratis, & absolutione impensâ fidelium communioni restituit. Idem ejusdem Pontificis exemplo altero comprobatur, quod Joannes (11) Diaconus refert his verbis: *Ante quam Fructuosus quidam Monachus exiret de hac vita, non solverat eum ab excommunicationis Epitimio. Scribens propterea Orationem in Pitacio dedit Diacono cuidam supra Fratrem legendam. Erat autem Oratio solvens ab Excommunicatione defunctum.* Id, quod S. Pontifex à Magistro Monachorum Benedicto didicerat, qui, eodem Gregorio (12) authore, Sanctimoniales duas post obitum, propter morum petulantiam, linguæque procacitatem ab Ecclesia Sacrificii tempore egredi visas, quòd, cùm inter vivos agerent, excommunicationis gladio fuerant percussæ, *oblatione* pro eis factâ, in communionem recipi voluit, ex more Ecclesiæ recepto, de quo multa (13) Albaspineus, quique non apud Gręcos dumtaxat miraculis confirmatur, sed etiam apud Latinos, & quidem his sæculis, post nostrum nempe dissidium. Nam Corpus Petri à Luna Pseudo-Pontificis Benedicti XIII. quondam appellati, Peninsulæ quidem vitâ functi, Igluecam tamen Aragoniæ in oppidum postea translati, & intra arcem loco profano repositi, usque in hanc diem incorruptum, insolutumque omnino perseverat, teste (14) Ciacconio, eò, quòd à Sacro Constantiensi Concilio Petrus Anathemate, dum viveret, perculsus, quippe legitimè renunciato Pontifici rebellis, nullum cum utroque reconciliationis in morte dare voluerit argumentum. Refert & Petrus (15) Maffejus Historię Indicæ Scriptor elegantissimus, sub Alburquerquio Indiarum Prorege, militem classiarium expirasse, cujus cadaver in mare projectum ingentem terrorem omnibus attulit. Noctu quippe infra sentinam pulsus frequentes exauditos, quem ad strepitum cùm demissâ scalâ vigiles descendissent, implexum carinæ sub ipso gubernaculo militis offendisse corpus. Re ad Navarchum delatâ, minimè fuisse dubium, quin cadaver translatum in littus humo contegerent. Quo facto postridie super ipsum sepulchrum rursus inhumatum apparuisse. Ea re attonitis cunctis, Franciscum quempiam Monachum sagaci conjecturâ suspicatum esse, hominem aliquo interdicti, vel anathematis vinculo constrictum è vita cessisse: atque ita in terram egressum, Sanctissimi viri Benedicti Abbatis exemplo, è Pontificiâ formulâ conceptis verbis animum demortui ritè expiasse; unde, redditâ pace mortuo, eo mysterio vaga ossa in suo tumulo tandem quievisse.

(1) c. à nobis de sēt. Excom. c. sacris eod. c. de cōmunione c. sanè, c. Legatur 26. q. 2. c. is, cui de sent. Excom. in 6.
(2) in 4. sent. 20. q. 1. art. 1.
(3) in 4. sent. d. 18, q. 1. art. 1. n. 8.
(4) de censur. disp. 7. sect. 1. sub n. 4. & seqq.
(5) In sū. c. 26. n. 32. & 27. n. 271.
(6) de Just. heret. punit. lib. 6. c. 20.
(7) in c. quod autem, 24. q. 1.
(8) in d. c. à nobis n. 11. & in d. c. sacris in 4. not. &c.
(9) in c. Alma mater §. 11. n. 8.
(10) Dialog. lib. 4. c. 55.
(11) In Vita Gregorii lib. 1.
(12) Dialog. lib. 2. c. 33.
(13) lib. 2. observat. c. 11.
(14) In Vita Petri de Luna Benedicti XIII. Antipapę.
(15) Histor. Indicę. lib. 5. ann. 1509.

SECTIO VI.

De Homicidio Voluntario.

SUMMARIUM.

I. *Triplex homicidium proponitur, statuiturque, homicidio Voluntario irregularitatem fieri.*

II. *Explicatur Voluntas directa, & indirecta in patrando homicidio, & quolibet alio crimine.*

III. *Irregularitas ex homicidio Utraque Voluntate fit, si sequatur hominis cædes, secus, si non sequatur.*

Refellitur Philotheus Patriarcha, & Jurium nostrorum effata explicantur ex Canone Apostolorum.

IV. *Mandans homicidium, hoc peracto, homicida dicitur; similiter & mandans percussionem*

ssionem, ex qua præter voluntatem ejus accidit mors. Non ita, qui nullo modo volens, aut jubens, homicidium ratum habet factum injussu suo.

V. *Respondetur oppositis, & confirmatur Assertio.*

VI. *Consilium dans, eoque ad homicidium inducens Irregularis, & homicida est.*

Quid de eo, qui dat consilium aliàs homicidium perpetraturo?

VII. *Refellitur protervia Margunii, & respondetur ejus quæstioni, simulque constituitur, si occisus sit ex consilio non is, contra quem consilium datum est, sed is, cui datum est, eum, qui consilium dedit, irregularem esse.*

VIII. *Opem, & auxilium homicidio præstans quatenus, & quomodo, & quando censeatur homicida, & irregularis.*

IX. *Proponitur triplex Quæstio Harmenopuli.*

X. *Latè disquiritur, & enucleatur, an multis concurrentibus ad idem homicidium, omnes sint irregulares, licèt non omnes percutiant, & quid tunc censendum?*

XI. *Accuratè constituitur, quatenus, & quando irregularis sit is, quem ulturi Consanguinei hostem ipsius occidunt.*

Si non lethali vulnere percussus injustè moriatur, percutiens irregularis edicitur.

XII. *Duplex Abortus proponitur. An homicida, & irregularis sit dans causam abortui, quo fœtus nondum animatus ejicitur? Refellitur Margunius.*

XIII. *Constituitur irregularem esse eum, qui dat causam abortui fœtus animati, non eum, qui agit, ut fœtus inanimis ejiciatur.*

Quando fœtus animetur in utero ex Philosophorum sententia.

Error quorundam Græcorum circa plures ejusdem hominis animas.

XIV. *Is error latè refellitur.*

I. HActenus à propositâ homicidii finitione divertimus, ut Margunii mistas ineptiis calumnias rejiceremus. Regrediamur ad propositum, atque homicidium ita, ut rectè, ac ritè definivimus, explicatum dividamus in illud, quod sponte, atque ex composito, deditâque opera fit, & vulgò *Voluntarium* dicitur, & in illud, quod imprudenter, casuque patratur, ac vulgò *involuntarium*, & *casuale*, meliùs fortuitum appellamus. Accedit & tertium Genus homicidii, quod necessarium dicimus, ac legitimum. Jam Voluntarium homicidium est, quod dolo malo, animo occidendi committitur, ut Jura (1) statuunt, & doctè (2) Angelus explicat. Involuntarium verò, & casuale, fortuitumve est, quod præter scopum, animumve, vel, uti dicimus, *intentionem* patrantis fit. Nam juxta (3) Philosophum casus est causa præter scopum, & intentionem agens, & ille reverà casu dicitur operari, qui, quod operatur, ad id animum minimè intendit. Denique necessarium homicidium Jure censebis, quod vitio libertatis contingit. Sive vitium hoc ex eo fit, quòd, qui occidit, libertate haudquaquam utitur, sive inde procedat, quia seipsum inculpatus, aut necessariò tuetur, sive propterea inesse occidenti dicitur, quoniam ex officio mactet, aut mactari aliquem jubeat, vel operam navet supplicio hominum. Ut igitur ex hoc nempe capite quis sacris sit Ordinibus abstinendus, liquidò cognoscatur, illud circa homicidium voluntarium animadvertendum est, ex eo Irregularitatem certissimè contrahi. Nam in Jure nostro hic Ordinum obex constituitur Apostolorum (4) authoritate, confirmaturque Ancyrano (5) decreto: & Jure Latino, quod olim Eliberina (6) Synodus iteratò constituit, & post sexcentos alios confirmavit (7) Nicolaus I. penes (8) Carranzam videndus. Porro, cùm spontanei reus homicidii ab Ordinibus abstinendus edicitur, non is dumtaxat abstinendus edicitur, qui palam, & meditatò ad cædem hominis tendit, atque hominem occidere vult, verùm etiam is, cujus voluntas in eum actum fertur, unde non ex insperato, &, uti loquimur, *ex accidenti*, sed ex se, nulloque medio mors sequitur. Etenim voluntas peccantis, ac perperam agentis non solùm in id fertur, quod fit, sed etiam in id omne, quod non ex accidente manat, ex eo, quod fit. Dabo exemplum in eo, qui Socratem pravo animo percusserit, cupiens ei præsentem injuriam irrogare, non autem illum occidere, nec tamen in ictibus infligendis ita dexteram potuit temperare, quin graviter percusserit, eosque ictus consecuta mors sit. Hunc profectò quilibet reum homicidii spontanei dicet, quoniam ejus voluntas tum in percussionem lata fuerit, tum in omne id, quod inde per se, nulloque intermedio profectum est. Quare, cùm inde mors ex se, nulloque intermedio provenerit, jure ejus homicidii reus dicetur, qui eum in modum percussit. Docent hæc incuriosè, & subobscurè ex Græcis (9) Prodromus, & (10) Aristenus, ex Latinis acutè, & doctè, omniumque & optimè, & breviter (11) D. Thomas, deducunturque ex Jure (12) sacro Latinorum, & Jure (13) Latinis, Græcisque communi. Notant autem in primis accuratissimè Matthæus (14) Monachus notissimus Jurisprudentiæ nostræ, nec minus notus Latinæ Theologiæ Theologus (15) Cajetanus. Ex quibus tandem conficitur, eum, qui ita percusserit, irregularem esse, quippe voluntarii homicidii reum.

(1) *L. 1. in princ. & l. Divus ff. de Sicar. l. in L. Cornelia ff. eod. c. 1. §. si quis hominem de pœniten. c. sicut dignum. de homic.*
(2) *In tr. de Malef. §. sciēter, & dolose.*
(3) *2. Physicorum.*
(4) *Can. 66.*
(5) *Can. 22.*
(6) *Can. 1. & Can. 6.*
(7) *In Ep. ad Michael. Imper. tract. 5.*
(8) *In Sum. Cōc. in decretis Nicol. I. pag. mihi 585.*
(9) *De Interp. ad Can. 66. Apost.*
(10) *Ad d. Can. 66. In Nomoc.*
(11) *1. 2. q. 20. art. 5.*
(12) *In c. ult. de homic. in 6.*
(13) *In L. quoniam multa C. ad l. Jul. de vi. l. 1. §. ex incendio ff. de incēd. ru. & naufr.*
(14) *Ad Can. Apost. in d. c. 66.*
(15) *In 2. 2. qu. 64. art. 8.*

II. Hujus ad penitiorem notitiam Nostris faciendam, certa regula statuenda est, tum ex Latinorum, quibus insenuimus, scholis, tum ex Græcorum, quibus impalluimus, chartis. Ad id scire oportet, voluntatem in delicta non semper eodem modo ferri. Aliquando enim fertur, ut ajunt, *indirectè*, quandoque *directè*. Et directè sanè, quando, qui agit, criminis cupidum animum habet, illudque ex composito vult, ut supra ostendimus, & constat ex (1) Jure. Indirectè verò, quando id ex industria petit, unde ex accidenti, sed rectà, atque ex se, sequitur crimen. Etenim in id, quod ex accidenti, casuque sequitur, neque directè fertur Voluntas, neque indirectè. Id, quod aptè explicat (2) D. Thomas in eo, qui bibit immoderatè: is enim voluntate suâ fertur re-

ctà in

(1) *L. 1. C. de Sicar. l. 1. §. Divus, ff. eod.*
(2) *1. 2. q. 76. art. 4.*
(3) *In 4. Sent. dist. 32. qu. 1. art. 3.*
(4) *In c. quia diversitatē n. 3. & 11. de cōcess. præben.*
(5) *In d. c. quia di-*

παλαιᾶς Ῥώμης κατὰ τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ σύνοδον πατέρα, καὶ διδάσκαλον εἶναι τῶν παντοχοῦ Χριστιανῶν, καὶ τοῦ Χριστοῦ ἔξαρχον, τούτοις ἄλλα, ἅπερ αὐτὸς πιστεύει, πιστεύοντες, κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν· καὶ τὰ λοιπά· καὶ μόλις τῆς προσευχῆς περάτος, κατελύθη ὁ νεκρὸς μετὰ ταραχῆς μεγάλης, ἣν ὁ λαὸς ἐπληροῦτο βοῇ, καὶ οἰμωγῇ. *Hoc portentum accidit planè mirabile. Sacerdos quidam Ruthenus, ad absolutionem Tympanitæ excommunicati vocatus, sic orsus est preces: Si benè opinamur detestati impios Azymitas, & Dogmata Latina secutos, Domine Deus noster, qui tua ineffabili &c. Absolutis precibus consuetum miraculum non evenit, sed erat cadaver, ut antea in morem tympani inflatum. Supervenerat forte Josaphat tunc sacerdos, & concionator: hunc orat populus preces resumere, & juxta morem perficere. At ille, occasione sumptâ, dixit: Viri amicissimi Christi, solitum portentum editum non est, ne Deus mentiatur, quod nefas. Agite igitur, discite vera esse, quæ à me vobis prædicantur. Hæc ubi dixit, Sacram induit stolam, exclamatque alta voce: Si vera credimus, qui docemus, Spiritum Sanctum à Patre, & Filio procedere, Archiepiscopum Veteris Romæ, juxta Florentinam Synodum, Patrem esse, ac Magistrum omnium Christianorum, & Christi Vicarium, quique ea, quæ ipse sentit, sentimus, Domine Deus noster &c. Vix autem ea precatione peractâ, solutum cadaver est, non sine ingenti strepitu, quem Populus auxit clamore, & fletu.* Hæc Ligaridius Græcus, & alioqui non admodum æquus Latinis. Ex quibus tamen colligitur, ea miracula, quæ tanti facit Marguninus, nihil Photianismo prodesse, cùm latura Photianismo testimonium planè deficiant, atque adeò cùm fiunt, ab eo testimonio penitùs aliena sint, idque dumtaxat testantia, quod utrique Ecclesiæ certum est, nimirum Anathematis pœnam mortuos etiam sequi, ac proinde, vel vitâ functos, nondumque reconciliatos Ecclesiæ, eidem, ab eo, qui fungitur potestate reconcillandi, posse reconciliari.

IX. Id, quod cùm dicit à Latinis negari, mentitur Margunius, quando id à priscis temporibus per Latinos receptum, per Latinos etiamnum passim, palamque doceatur. Nam, absolvi posse exterminatum ab Ecclesia post mortem, & si veræ signa, bonæque mœstitiæ fecerit, absolvendum, Jura (1) Latina liquidò decernunt, ad quæ vide ex Theologis (2) D. Thomam, (3) Paludanum, (4) Suarium, ex Juris Canonici interpretibus (5) Navarrum, Alfonsum (6) Castrensem, Jo. (7) à Turrecremata, (8) Abbatem, (9) Covaruvias, quos uni Margunio objicimus evicturos enorme mendacium, quod & historia damnat. Ex hac ingeritur omnibus Magni exemplum (10) Gregorii, qui Justum Monachum, *Proprietatis*, ut ajunt, damnatum, atque à reliquorum consortio, sancti viri præcepto, rejectum, post mortem sacrificiis pro eo celebratis, & absolutione impensâ fidelium communioni restituit. Idem ejusdem Pontificis exemplo altero comprobatur, quod Joannes (11) Diaconus refert his verbis: *Ante quam Fructuosus quidam Monachus exiret de hac vita, non solverat eum ab excommunicationis Epitimio. Scribens propterea Orationem in Pitacio dedit Diacono cuidam supra Fratrem legendam. Erat autem Oratio solvens ab Excommunicatione defunctum.* Id, quod S. Pontifex à Magistro Monachorum Benedicto didicerat, qui, eodem Gregorio (12) authore, Sanctimoniales duas post obitum, propter morum petulantiam, linguæque procacitatem ab Ecclesia Sacrificii tempore egredi visas, quòd, cùm inter vivos agerent, excommunicationis gladio fuerant percussæ, *oblatione* pro eis factâ, in communionem recipi voluit, ex more Ecclesiæ recepto, de quo multa (13) Albaspinæus, quique non apud Græcos dumtaxat miraculis confirmatur, sed etiam apud Latinos, & quidem his sæculis, post nostrum nempe dissidium. Nam Corpus Petri à Luna Pseudo-Pontificis Benedicti XIII. quondam appellati, Peninsulæ quidem vitâ functi, Igluecam tamen Aragoniæ in oppidum postea translati, & intra arcem loco profano repositi, usque in hanc diem incorruptum, insolutumque omnino perseverat, teste (14) Ciacconio, eò, quòd à Sacro Constantiensi Concilio Petrus Anathemate, dum viveret, perculsus, quippe legitimè renunciato Pontifici rebellis, nullum cum utroque reconciliationis in morte dare voluerit argumentum. Refert & Petrus (15) Maffejus Historiæ Indicæ Scriptor elegantissimus, sub Alburquerquio Indiarum Prorege, militem classiarium expirasse, cujus cadaver in mare projectum ingentem terrorem omnibus attulit. Noctu quippe infra sentinam pulsus frequentes exauditos, quem ad strepitum cùm demissâ scalâ vigiles descendissent, implexum carinæ sub ipso gubernaculo militis offendisse corpus. Re ad Navarchum delatâ, minimè fuisse dubium, quin cadaver translatum in littus humo contegerent. Quo facto postridie super ipsum sepulchrum rursus inhumatum apparuisse. Ea re attonitis cunctis, Franciscum quempiam Monachum sagaci conjecturâ suspicatum esse, hominem aliquo interdicti, vel anathematis vinculo constrictum è vita cessisse: atque ita in terram egressum, Sanctissimi viri Benedicti Abbatis exemplo, è Pontificiâ formulâ conceptis verbis animum demortui ritè expiasse; unde, redditâ pace mortuo, eo mysterio vaga ossa in suo tumulo tandem quievisse.

SECTIO VI.

De Homicidio Voluntario.

SUMMARIUM.

I. *Triplex homicidium proponitur, statuiturque, homicidio Voluntario irregularitatem fieri.*

II. *Explicatur Voluntas directa, & indirecta in patrando homicidio, & quolibet alio crimine.*

III. *Irregularitas ex homicidio Utraque Voluntate fit, si sequatur hominis cædes, secus, si non sequatur.*

Refellitur Philotheus Patriarcha, & Jurium nostrorum effata explicantur ex Canone Apostolorum.

IV. *Mandans homicidium, hoc peracto, homicida dicitur; similiter & mandans percussionem*

(1) *c. à nobis de sent. Excom. c. sacris eo. d. c. de cõmunione c. sanè, c. Legatur 26. q. 2. c. is, cui de sent. Excom. in 6.*
(2) *in 4. sent. 20. q. 1. art. 1.*
(3) *in 4. sent. d. 18. q. 1. art. 1. n. 8.*
(4) *de censur. disp. 7. sect. 1. sub n. 4. & seqq.*
(5) *In sũ. c. 26. n. 32. & 27. n. 271.*
(6) *de Just. heret. punit. lib. 6. c. 20.*
(7) *in c. quod autem, 24. q. 1.*
(8) *in d. c. à nobis n. 11. & in d. c. sacris in 4. not. &c.*
(9) *in c. Alma mater §. 11. n. 8.*
(10) *Dialog. lib. 4. c. 55.*
(11) *In Vita Gregorii lib. 1.*
(12) *Dialog. lib. 2. c. 33.*
(13) *lib. 2. observat. c. 11.*
(14) *In Vita Petri de Luna Benedicti XIII. Antipapæ.*
(15) *Histor. Indicæ lib. 5. ann. 1509.*

Digitized by Google

sionem, ex qua præter voluntatem ejus accidit mors. Non ita, qui nullo modo volens, aut jubens, homicidium ratum habet factum injussu suo.

V. *Respondetur oppositis, & confirmatur Assertio.*

VI. *Consilium dans, eoque ad homicidium inducens Irregularis, & homicida est.*

Quid de eo, qui dat consilium aliàs homicidium perpetraturo?

VII. *Refellitur protervia Margunii, & respondetur ejus quæstioni, simulque constituitur, si occisus sit ex consilio non is, contra quem consilium datum est, sed is, cui datum est, eum, qui consilium dedit, irregularem esse.*

VIII. *Opem, & auxilium homicidio præstans quatenus, & quomodo, & quando censeatur homicida, & irregularis.*

IX. *Proponitur triplex Quæstio Harmenopuli.*

X. *Latè disquiritur, & enucleatur, an multis concurrentibus ad idem homicidium, omnes sint irregulares, licèt non omnes percutiant, & quid tunc censendum?*

XI. *Accuratè constituitur, quatenus, & quando irregularis sit is, quem ulturi Consanguinei hostem ipsius occidunt.*

Si non lethali vulnere percussus injustè moriatur, percutiens irregularis edicitur.

XII. *Duplex Abortus proponitur. An homicida, & irregularis sit dans causam abortui, quo fœtus nondum animatus ejicitur? Refellitur Margunius.*

XIII. *Constituitur irregularem esse eum, qui dat causam abortui fœtus animati, non eum, qui agit, ut fœtus inanimis ejiciatur.*

Quando fœtus animetur in utero ex Philosophorum sententia.

Error quorundam Græcorum circa plures ejusdem hominis animas.

XIV. *Is error latè refellitur.*

I. HActenus à propositâ homicidii finitione divertimus, ut Margunii mistas ineptiis calumnias rejiceremus. Regrediamur ad propositum, atque homicidium ita, ut rectè, ac ritè definivimus, explicatum dividamus in illud, quod sponte, atque ex composito, deditâque opera fit, & vulgò *Voluntarium* dicitur, & in illud, quod imprudenter, casuque patratur, ac vulgò *involuntarium*, & *casuale*, meliùs fortuitum appellamus. Accedit & tertium Genus homicidii, quod necessarium dicimus, ac legitimum. Jam Voluntarium homicidium est, quod dolo malo, animo occidendi committitur, ut Jura (1) statuunt, & doctè (2) Angelus explicat. Involuntarium verò, & casuale, fortuitumve est, quod præter scopum, animumve, vel, uti dicimus, *intentionem* patrantis fit. Nam juxta (3) Philosophum casus est causa præter scopum, & intentionem agens, & ille reverà casu dicitur operari, qui, quod operatur, ad id animum minimè intendit. Denique necessarium homicidium Jure censebis, quod vitio libertatis contingit. Sive vitium hoc ex eo fit, quòd, qui occidit, libertate haudquaquam utitur, sive inde procedat, quia seipsum inculpatus, aut necessariò tuetur, sive propterea inesse occidenti dicitur, quoniam ex officio mactet, aut mactari aliquem jubeat, vel operam navet supplicio hominum. Ut igitur ex hoc nempe capite quis sacris sit Ordinibus abstinendus, liquidò cognoscatur, illud circa homicidium voluntarium animadvertendum est, ex eo Irregularitatem certissimè contrahi. Nam in Jure nostro hic Ordinum obex constituitur Apostolorum (4) authoritate, confirmaturque Ancyrano (5) decreto: & Jure Latino, quod olim Eliberina (6) Synodus iteratò constituit, & post sexcentos alios confirmavit (7) Nicolaus I. penes (8) Carranzam videndus. Porro, cùm spontanei reus homicidii ab Ordinibus abstinendus edicitur, non is dumtaxat abstinendus edicitur, qui palam, & meditatò ad cædem hominis tendit, atque hominem occidere vult, verùm etiam is, cujus voluntas in eum actum fertur, unde non ex insperato, &, uti loquimur, *ex accidenti*, sed ex se, nulloque medio mors sequitur. Etenim voluntas peccantis, ac perperam agentis non solùm in id fertur, quod fit, sed etiam in id omne, quod non ex accidente manat, ex eo, quod fit. Dabo exemplum in eo, qui Socratem pravo animo percusserit, cupiens ei præsentem injuriam irrogare, non autem illum occidere, nec tamen in ictibus infligendis ita dexteram potuit temperare, quin graviter percusserit, eosque ictus consecuta mors sit. Hunc profectò quilibet reum homicidii spontanei dicet, quoniam ejus voluntas tum in percussionem lata fuerit, tum in omne id, quod inde per se, nulloque intermedio profectum est. Quare, cùm inde mors ex se, nulloque intermedio provenerit, jure ejus homicidii reus dicetur, qui eum in modum percussit. Docent hæc incuriosè, & subobscurè ex Græcis (9) Prodromus, & (10) Aristenus, ex Latinis acutè, & doctè, omniumque & optimè, & breviter (11) D. Thomas, deducunturque ex Jure (12) sacro Latinorum, & Jure (13) Latinis, Græcisque communi. Notant autem in primis accuratissimè Matthæus (14) Monachus notissimus Jurisprudentiæ nostræ, nec minus notus Latinæ Theologiæ Theologus (15) Cajetanus. Ex quibus tandem conficitur, eum, qui ita percusserit, irregularem esse, quippe voluntarii homicidii reum.

(1) L. 1. in princ. & l. Divus ff. de Sicar. l. in L. Cornelia ff. eod. c. 1. §. si quis hominem de pœniten. c. sicut dignum, de homic.
(2) In tr. de Malef. §. scienter, & dolosè.
(3) 2. Physicorum.
(4) Can. 66.
(5) Can. 22.
(6) Can. 1. & Can. 6.
(7) In Ep. ad Michael. Imper. tract. 5.
(8) In Sum. Cõc. in decretis Nicol. I. pag. mihi 585.
(9) De Interp. ad Can. 66. Apost.
(10) Ad d. Can. 66. In Nomoc.
(11) 1. 2. q. 20. art. 5.
(12) In c. ult. de homic. in 6.
(13) In L. quoniam multa C. ad l. Jul. de vi. l. 1. §. ex incendio ff. de incẽd. ru. & naufr.
(14) Ad Can. Apost. in d. c. 66.
(15) In 2. 2. qu. 64. art. 8.

II. Hujus ad penitiorem notitiam Nostris faciendam, certa regula statuenda est, tum ex Latinorum, quibus insenuimus, scholis, tum ex Græcorum, quibus impalluimus, chartis. Ad id scire oportet, voluntatem in delicta non semper eodem modo ferri. Aliquando enim fertur, ut ajunt, *indirectè*, quandoque *directè*. Et directè sanè, quando, qui agit, criminis cupidum animum habet, illudque ex composito vult, ut supra ostendimus, & constat ex (1) Jure. Indirectè verò, quando id ex industria petit, unde ex accidenti, sed rectâ, atque ex se, sequitur crimen. Etenim in id, quod ex accidenti, casuque sequitur, neque directè fertur Voluntas, neque indirectè. Id, quod aptè explicat (2) D. Thomas in eo, qui bibit immoderatè: is enim voluntate suâ fertur recta in

(1) L. 1. C. de Sicar. l. 1. §. Divus, ff. eod.
(2) 1. 2. q. 76. art. 4.
(3) In 4. Sent. dist. 32. qu. 1. art. 3.
(4) In c. quia diversitatẽ n. 3. & 11. de cõcess. praeben.
(5) In d. c. quia di-

ctà in potum immoderatum, obliquè autem, sive indirectè in ebrietatem, quæ ex se potum illum immoderatum consequitur. Probat, recipitque similitudinem (3) Paludanus, & (4) Abbas, & ante hos (5) Glossa. Idipsum elegantiùs ediserit (6) Harmenopulus in ludente, qui rectà lucrum petit, ex consequente autem fertur in verba sacrilega, quæ blasphemias dicimus, quæque, ut experientia docet, rectè sequuntur vetitum ludum. Porro hæc indirecta voluntas magis, minusve indirecta dicitur cum in modum, quo Actus, quem volumus, magis, minusve tendit ad id, quod ex se sequitur, nulloque intermedio, quemadmodum (7) D. Thomas docet, & post illum ex illo (8) Cajetanus, post illum verò, non ex illo (9) Harmenopulus. Præterea in qualitate criminis agnoscendâ non attenditur sola voluntas, ipsa executio animadvertenda est Voluntatis. Etenim, ut ut peccet, qui malum vult, si, quod vult, malum minimè patretur, non est ita puniendus, quemadmodum si patrasset, ut multis doctissimè, & latissimè (10) Covarruvias, & breviter dixit inter Nostros Matthæus (11) Monachus.

III. Et hæc duo hercle in re nostra retinenda sunt, inde enim regula constituitur dignoscendi homicidæ voluntarii. Dicimus enim, homicidam hujusmodi, ad hoc, ut hanc ob caussam ab Ordinibus repellatur, utroque constitui, nempe voluntate directâ, & indirectâ, & homicidio ipso, sive morte hominis reipsa illatâ. Neque enim ad ejusmodi homicidium, si mors hominis desit, voluntas alterutra sufficit, quantumvis deliberata, atque ex se efficax, quæque media (ita dicimus instrumenta rei, quam voluntate prosequimur) præparet, applicetque. Quare, si quis in aliquem Syphonem incendiarium exploserit animo eum occidendi, si ad ejusdem perniciem cum telo armatus processerit, aut insidias clam, palamve struxerit; si tamen neque occiderit reipsà, neque percusserit, profanus, quod ad Ordines attinet, non erit. Ingerit hoc manifestè ratio ipsa. Nam Canones eum tanquam homicidam rejiciunt, qui reverà homicida est, censeturque: at is, quem proximè descripsimus, homicida non est, quippe tentare homicidium non est patrare, ut patet. Igitur tanquam homicida rejiciendus non est. Quapropter id meritò docemur multiplici Juris (1) authoritate, probatque cum (2) DD. (3) Glossographus, cui subscripsere speciatim (4) Hippolytus, (5) Felinus, ac (6) Trotius, addita (7) Glossa sibi ipsi contraria, quippe quæ homicidam appellat, quem negat ex homicidio irregularem. Idem affirmant ex Nostris (8) Prodromus, Nicetas (9) Heracleensis, Demetrius (10) Chomatenus, & (11) Zonaras, quos refert opportunè Neophytus (12) Rhodinus, his rem Ecclesiæ utrique probatissimam definiens: καὶ τούτων τῶν σοφῶν νομοδιδασκάλων αἱ γνῶμαι οὕτως ὁρίζουσι, καλῶς μὲν, καὶ σοφῶς. οὐ γὰρ κακομηχανία οὐκ αὐτὴν ἐνδέχεται τὴν τιμωρίαν, ἣν ὀφείλομεν τῇ κακοπραγίᾳ. *Et horum quidem Jurisconsultorum Sapientium ita sententiæ decernunt, optimè, ac Sapienter; nam conatus malus non eodem modo punitur, ac malum opus.* Quibus verbis refelluntur ineptiæ (13) Philothei Patriarchæ CP. debacchantis in Nicephorum Gregoram, quòd hanc sententiam ex Latinis receperit, docentisque actum interiorem animæ, si extimo aliquo conatu se prodat, eundem prorsus in modum plectendum esse, ac si is, qui actum illum extimè perficere conabatur, perfecisset. Refelluntur, inquam, hæ ineptiæ Philothei dictis Summorum penes nos Jurisconsultorum Suffragio confirmatis, quibus nihil obsunt, quæ contra Philotheus congerit Sapientissimorum Græcorum effata. Nam, quæ alii ex Nostris vibratè, doctè, acutè, Philotheus verò stolidè, & more Palamitarum, stupidè objicit, ratione nostrà funditus evertuntur, locumque dumtaxat habent, cùm Ecclesiæ Canones de conatu ipso loquuntur, non autem ubi ad irregularitatem actum ipsum exteriorem petunt, ad quem tendat voluntas: id, quod translativum Latinis est ex traditis per (14) Hugonem, & (15) Cardinalem, post quos idem docuit pressiùs (16) Covaruvias. Nostris verò manifestum est, ex Decretis Apostolorum, quæ tanti Palamitæ, ac Photiani faciunt, ut divini Juris illis tribuant authoritatem. In illis enim hæc (17) habes. εἴ τις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας, καὶ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς κρούσματος ἀποκτείνας, καθαιρείσθω, διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ, ἐὰν δὲ λαϊκὸς ᾖ, ἀφοριζέσθω. *Si quis Clericus in concertatione aliquem pulsaverit, & uno ictu interemerit, deponitor, propter temeritatem suam. Sin verò Laicus sit, arcetor à Communione.* Ecce concertatio nequaquam sufficit, quæ conatus est animi percussuri, interempturique. Exposcitur ipsa percussio, neque hæc superesse censetur, quamvis conatus validior sit ad mortem inferendam. Petitur interemptio ipsa, sive cædes, quâ nempe peractâ, interemptor deponitur, & ineptus Sacris Ordinibus perhibetur. Falsum est igitur, superesse conatum ad Irregularitatem, quæ nimirum hoc ex capite contrahitur, cùm unà adsunt animus occidendi, & hominis ipsius occidio.

IV. His ita constitutis, ad peculiaria descendimus: cùmque jam ostenderimus, ex indirectâ voluntate homicidii notam sequi, illud primò deducimus, mandantem homicidium, seu mandatorem tanquam verè homicidam rejiciendum à Sacris. Etenim & ex eo mandato animus cædem appetens arguitur, & ex mandato rectà sequitur ipsa cædes, quæcunque patratur. Quod sanè & communi suffragio adstruitur, nec authoritate indiget, cùm per se pateat. Illud obscurum, an is, qui mandavit alicui, quempiam ut percuteret, & quidem sine animo cædis, imò vetans occidi, aut debilitari, excæde, per mandatarium fines egressum mandati peractâ, profanus censendus sit? Et communis sanè sententia de pœnâ ei scilicet irrogandâ laboriosè disputat, an Ordinaria puniendus sit: Nemo est qui dubitet, ἀκαίνουον esse. Re enim ipsa homicida est ex obliquâ voluntate homicidii propterea, quòd ex industriâ percussionem vult, ex qua rectà sequitur homicidium, corpusve hominis debilitatur. Constat hoc ex Jure (1) Latino idem in simili decernente, idipsumque Nostris insinuat Apostolorum (2) authoritas jubentium exauthorari Clericum percutientem, & uno ictu ex percussione occidentem *propter temeritatem*

versitatē. ver. suspensus.
(6) In prochir. Jur. Can. tit. 2. sect. 4.
(7) 2. 2. q. 64. art. 8. ad 2.
(8) Ibid. d. art. 8. ad 3.
(9) In d. Sect. 4. ad fin.
(10) In Clem. si furiosus de homic. init. p. 2. per tot.
(11) In Notis ad Synops. Attaliat. in tit. de homicid.

(1) In c. ult. 15. q. 1. c. sicut 32. qu. 2. tex. opt. in c. cogitationis pœnam de pœnit. dist. 1. & in l. cogitationis ff. de pœn.
(2) In c. si aliquis de homic.
(3) In d. c. si aliquis.
(4) In L. is, qui cum telo col. ult. C. de Sicar.
(5) In c. sicut dignum. col. 3. vers. 3. fallit, & in tract. quando conatus vers. 6. fallit.
(6) De vero, & perfect. Cler. l. 2. c. 20. n. 5.
(7) In c. periculose de pœnit. dist. 1.
(8) De Interpr. ad Can. 66. Apost.
(9) In respons. ad Jo. Selybriæ.

(10) In respons. ad Solitarium.
(11) In Brevi Ecthesi Canon. Apost. ad 66.
(12) In explicat. Doctr. Christia. ad præcep. non occides.
(13) Lib. 8. sive Orat. cōtra Gregorā in med.
(14) In c. 1. de eo, qui mitt. in possess. cau. rei ser.
(15) In d. c. 1. de eo qui mittit.
(16) d. inis. p. 1. n. 5.
(17) d. Canone 66.

(1) c. penult. de homic.
(2) d. Canone 66.
(3) In d. c. sicut dignum de homic. col. 4.
(4) d. lib. 2. c. 22.
(5) In Tract. crimin. tit. de homicid. §. circa n. 196.
(6) De Irregul. reg. 26.
(7) c. cum quis de Sent. excommunicat. in 6.
(8) In c. si quis viduam.

tem suam, quasi temeritas volentis ex se percussionem, unde cędes consequitur, æquiparanda sit voluntati homicidii, ex quo quis rejicitur ab Ordinibus. Quò fit, ut non minus certum sit, eum etiam irregularem esse, qui nolens eum, quem vulnerat, interficere, revera tamen eo vulnere lædit, ex quo moritur. De illo dubium est, an, qui ratum habuerit homicidium suo nomine à Sicario, aliove factum, licèt ipse nullum mandatum dederit, extra regulam Ecclesię censeatur, ut homicida. Et affirmat (3) Felinus, si ipsius nomine perpetratum sit homicidium, quod ratum habet, cui subscribit (4) Trotius cum (5) Carrerio, & Nicolao (6) Plovio, quibus videtur suffragari notissimum illud (7) Bonifacii VIII. decretum, quo extra cœtum Christianorum rejicitur ille, qui nomine suo illatam Clerico injuriam ratam habuerit. Oppositum tamen censuit palam Concilium (8) habitum sub Martino Pontifice, & (9) Glossa, cui adstipulatur Guillelmus (10) Durandus Speculator, & (11) Hippolytus, quorum sententia verior est, Juribusque nostris consentanea magis; ex qua indiscriminatim dicendum, non fore ineptum sacris Ordinibus recipiendis, eum, qui ratum habuerit homicidium nomine suo peractum, si eidem patrando neque consilium, neque mandatum, neque auxilium contulerit. Hoc Nostrorum Chorus probat, quos refert fusè (12) Diplovatacius, & ex eo (13) Eudęmonioannes. Et benè profectò; nam ex dictis, traditisque, hæc nota minime contrahitur, nisi ab illis, qui eorum Rei criminum sunt, quibus apertè Jus eam incutit, inuritve notam; quare (14) Prodromus palam: οὐδεὶς ἀχειροτόνητος εἰμὴ ἐκείνων ἔνοχος γένοιτο, ἅπερ τιμωρεῖ, ἢ ἐξωθεῖ ἀναφανδὸν ὁ Κανών, ἀπαγορεύων τὴν ἱερὰν τάξιν. *Nemo irregularis, nisi eorum sit reus, quæ castigat, aut rejicit Canon, prohibens Ordine Sacro.* Quæ verba Nostri probant, ac recipiunt, ut constat ex (15) Aristeno, (16) Balsamone, (17) Blastario, (18) Gerasimo, & (19) Leone Monachis; eademque Latini laudant cum (20) Covarruvia non sine Juris Pontificii (21) authoritate. At nemo mihi Canonem, Græcum, Latinumve proferet, quo Sacris Ordinibus ineptus dicatur is, qui ratum habuerit homicidium, se ignorante, suo nomine, perpetratum.

V. Neque officiet, si dicas, actum ipsum, quo quid ratum habemus, quique *ratihabitio* in Jure dicitur, mandato æquipararari, uti scivere regulæ (1) Juris: nimirum quia facti, gestique nomine nostro comprobatio est; idipsum confirmante (2) Jure multiplici. Nam ajo, eas regulas valituras, quotiens non exposcitur Juris aperta decisio. Tunc enim non est satis argumentatio ex ratihabitione, quæ per æquipollens, uti dicimus, non in specie mandato equiparatur, nec idem est cum mandato, quemadmodum in Jure (3) translativum est. Quare, licèt ex mandato contrahatur nota rejiciens ab Ordinibus propterea, quòd speciatim hæc vis mandato tribuitur, non tamen ex ratihabitione, quoniam de hac nusquam mentio. Pręterea ad hanc notam necessaria est homicidii culpa, uti præjecimus (4) ex Jure Pontificio, (5) Nostroque. Is verò, qui ratum habet homicidium jam factum, reverà culpæ obnoxius homicidii non est, quoad ipsum actum. Quamquam enim peccarit per ratihabitionem peccato homicidii, animo tantùm, & voluntate crimen admisit, cùm nihil contulerit ad actum, qui præcessit, nec habuit causam ex voluntate, quæ secuta est: quippe sequens ad præcedens nullo modo, ut causa, conferre aliquid potest. Jam diximus solum animum non sufficere ad hanc notam inurendam, nisi ex animo factum descendat, cupiditatemque cædis cædes ipsa rectà, vel obliquè sequatur. Neque obstat dictum (6) Bonifacii VIII. subjiciens Ecclesiasticę pœnæ gravissimæ eum, qui Clerico illatam injuriam nomine suo ratam habuerit: Non enim ambigimus aliquando ex comprobatione criminis nomine nostro patrati, cui adnexa censura est, censuram, notamve contrahi; sed dicimus, quando ex ratihabitione contrahenda censura est, oportere, ut id in Canone proponatur: id, quod cùm in re nostra cesset, omnino dicendum est, eum, qui sui nescientis nomine patratum homicidium ratum habet, à sacris Ordinibus rejiciendum non esse.

VI. Mandanti addendus est & is, qui consilio suo ad homicidium provocavit. Et hunc hercle abstinendum à re sacrà omnes constituunt, Latini quidem numeroso Juris (1) Pontificii suffragio tuti, Græci verò ex iis, quæ congerit (2) Harmenopulus à (3) Diplovatacio productus, penes quem id multiplici SS. Patrum sententia comprobatur; confirmaturque rationibus deductis ex Jure (4) Civili per Justinianum Græciæ promulgato, & à Græcis recepto, ususque Sacræ etiam Reipublicæ, ut ita dixerim, *canonizato*. Ibi porro plerumque quis in delictis ex consilio tenetur, quod etiam Jus Pontificium (5) censet: atque adeò ex consilio collato crimini consilium præbens tenetur criminis ejusdem pœna. Ergo pœna homicidii tenebitur, qui homicidii consilium sufficit, quę pœna, cùm, quod attinet ad Ecclesiam, in hac notà versetur, hæc sanè à datore immitis consilii contrahitur. Quod intellige, si consilium ei datum sit, qui cæteroqui homicidium minimè perpetrasset. Nam de eo, qui aliàs perpetraturo crimen homicidii consilium dedit, ambigitur non immeritò in Jure. Et (6) Harmenopulus noster existimat, neque reum esse homicidii, neque ut homicidam à Sacris Ordinibus abigendum, eà ratione, quia, qui consilium dat crimen alioqui facturo, minimè censetur teneri pœna commissi criminis, uti scripsere, & (7) Ulpianus, & (8) Paulus IC. quorum sententiæ adstipulantur Latini secuti authoritatem (9) Juris, & (10) Glossæ, (11) Bartholus, & (12) Francus, (13) Abbas, (14) Felinus, (15) Decius, (16) Angelus, (17) Cæpolla, (18) Carrerius, & (19) Albertinus. Qui tamen Harmenopuli effatum amplexi, quod ad pœnam attinet, quoad irregularitatem accuratè distinguunt. Nam, si, qui consilium recepit, alioqui homicidium facturus erat, neque ex consilio recepto sit factus deterior, Harmenopulo consentiunt, contra, si ex consilio deterior factus est: nam tunc datorem consilii abigendum à Sacris. Etenim consilium, ex quo quispiam, quamvis ante deliberasset de actu, deterior factus est, manifestè proritat ad actum; adeòque pœnæ actus obnoxius est, qui consilium illud suppeditavit. Quà ratione consilium dans ei, qui jampridem decre-

vers. consilium 50. dist.
(9) *In d. c. si quis viduam. d. vers. consilio.*
(10) *In Specul. tit. de dispens. §. juxta. vers. quid de agent. n. 51.*
(11) *Singul. 184. ad med.*
(12) *In Synop. jur. Græc. titul. de homic.*
(13) *Lib. de Morib. Græcor. c. 100. qui est liver 1. contra Calvinū.*
(14) *De Interpr. ad Can. 66. Apostolic.*
(15) *In 2. Collect. Can. ad Can. 66. Apost.*
(16) *In respōs. ad Xiphilin.*
(17) *In exposit. Decalogi in 2. par. Syntagmat.*
(18) *In Ecthesi Can. ad Apostol.*
(19) *Ad Can. 66. Apostol.*
(20) *In d. c. si furiosus p. 2. §. 1. n. 4.*
(21) *In c. is, qui de sent. Excom. in 6.*

(1) *c. ratihabitionē de reg. jur. in 6.*
(2) *c. ratum. de reg. Jur. in 6.*
(3) *L. Mævius l. si hæredi §. ult. ff. de condit. & demōstr.*

(4) *c. si aliquis de homicid.*
(5) *d. Can. 66. Apos.*
(6) *In d. c. cum quis de sent. excom. in 6.*

(1) *d. c. si quis viduā 50. dist. c. 2. de Cler. pug. in duel. c. sicut §. Clericos de homic.*
(2) *In Prochir. Jur. Can. titul. de homic.*
(3) *In Synop. jur. Græc. c. de homic. l. 2.*
(4) *Ex l. 1. §. persuadere ff. de ser. cor. l. sæpè ff. de ver. signif.*
(5) *c. nuper de sent. excom.*
(6) *Ubi suprà.*
(7) *In l. non solū. §. si mandatū ver. Atticilianus ff. de injur.*
(8) *In d. l. sæpe ff. de ver. sign.*
(9) *In d. c. sicut dignum §. qui verò, & in d. c. nuper.*
(10) *In d. c. sicut dignum d. c. nuper & in §.*

Digitized by Google

decreverat nuptias incestas, pœna Incesti terretur; ut cum Matthæo (20) Monacho docet (21) Attaliata, & consilium cum circumstantia superiùs descripta excommunicationi subjicitur à Jure decretæ, quemadmodum tradunt (22) Innocentius, & DD. idemque censet cum Theologis (23) Silvester, cui adstipulatur Jus (24) Pontificium, ante quod idipsum Nostros docuit Constantinus (25) Lychudes Patriarcha, videndus à Nostris omnino.

VII. Opportunè autem hic respondendum est interrogationi (1) Margunii, qua scilicet Latinos provocat tanta protervià, quantâ olim vix usi sunt Sacerdotes Celænæi (quos persimiles noscet Margunio, quicunque (2) Jamblici carmen leget) cùm nodum Gordium hospitibus proponebant, Quærit ergo, quid si ex pravo consilio non fuerit occisus is, adversum quem datum est, sed is, cui datum consilium est, an qui consilium dedit ἀχειροτόνητος; Καὶ τοῦτο εἶναι ἓν ζήτημα ὠφέλιμον, καὶ ἐν καθημερινῇ πείρᾳ, ὅπερ οὔμας οὐδὲ οἱ παλαιοὶ, οὐδ' οἱ Λατῖνοι λύουσι, διότι εἶναι δύσκολον· ἡμεῖς δὲ τὸ λύομεν λέγοντες, ὅτι ἐμπορεῖ νὰ χειροτονηθῇ· ὅτι ἡ συμβουλὴ δὲν ἐδόθη πρὸς φόνον τοῦτον, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνον, ὁποῦ δὲν ἐγένη. *Et hæc quæstio utilis est herclè, & in usu perpetuo, quam tamen neque prisci, neque Latini solvunt, quòd difficilis sit. Nos verò solvimus dicentes, posse recipi ad Ordines, quoniam consilium non est datum ad hoc homicidium, sed ad illud, quod patratum haud est.* Vide intolerabilem Nebulonis audaciam, mistam, conditamque mendacio. Audaciæ summæ est, quod prisci, recentesque solvere potuisse negantur, id à se solutum asserere; mendacitatis verò prorsus effrontis affirmare, eam quæstionem intactam, insolutamque priscis, atque recentibus, præsertim Latinis. Nos verò dicimus, quæstionem illam & à Priscis Græcorum, & à recentioribus Latinorum apprimè solutam fuisse: quorum sapientissima dicta secuti contra Margunium decernimus, datorem consilii, quem describit, à sacris Ordinibus abstinendum. Hæc decisio hactenus dicta consequitur. Nam qui pravum consilium dedit, reus censetur omnium, quæ ex illo proficiscuntur recta, atque ex se. Utrumvis autem sequatur sive mors ejus, contra quem consilium datum est, sive is, pro quo, & cui datum est, ex illo consilio per se, ut ajunt, atque directè sequitur, atque adeò sive occisus is fit, contra quem, sive is, cui datum consilium est, utriuslibet cædis reus erit consilii dator. Quòd si reus cædis, jam homicida, atque ab Ordinibus abstinendus. Id, quod prisci dixere, quos hæc ignorasse mentitur Margunius. Etenim (3) Harmenopulus eum, qui ad cædem consilium dat, reum cædis illatæ ei, qui homicidium perpetrare conatus est, asserit, & ante eum Leo (4) Monachus hunc ipsum à Sacrà mensâ rejiciendum, affirmat. Idemque alii ex Nostris viri gravissimi censent, quos vide penes (5) Diplovatacium. Idipsum accuratiùs constituunt, simpliciùsque Latini (6) DD. (7) Cardinalis, (8) Felinus, (9) Trotius, (10) Soccinus, (11) Speculator, quos & tot, & tantos si non vidit, Margunius, quid vidit, Canonum interpretationem professus? Si vidit, quis eum perditum sycophantam non dixerit, imprudenter conatum Græciam decipere, quasi ipse unus sapuerit, cùm supra omnes priscosque, & recentes manifestissimè desipuerit?

VIII. Eodem Jure tenentur, qui Opem, auxiliumve homicidio præstant, si operam crimini suam concilient, &, uti vulgò dicimus, *cooperentur*. Itidemque, si proximam, nullo intermedio, causam crimini ita sufficiant, ut, secluso eorum auxilio, crimen haud fuisset effectum. Quod ex certâ, receptâque Græciæ sententià docet (1) Harmenopulus, confirmatque Cæsareis legibus, quibus vel in re sacra maximè utimur, quippe in Græcia per Justinianum congestis, eidemque peculiariùs promulgatis. Hæ (2) autem eum, qui modo superiùs explicato fert opem occidenti, homicidii reum decernunt; idemque statuit Jus (3) pontificium, leges has, quibus utimur, approbans. Quòd si auxilium causam proximam homicidio non dederit; ingenuè fateor, non ausim, quidquid (4) Margunius mussitet, à Sacris opitulantem arcere. Id, quod palam notat (5) Harmenopulus, ante annos trecentos hoc elogio sapientiam Margunii excipiens: ἔστις δὲ τοῦτον (loquitur de opitulante, nec tamen causam homicidio proximam dante) ἁπλῶς ἀνδροφόνον ἀποφαίη, αὐθάδους τὴν γνώμην, καὶ ἄπειρος νόμων δοκεῖ μοι. *Qui enim hunc simpliciter homicidam dixerit, is audacioris sententiæ reus, & imperitus mihi legum videtur.* Hinc licet inferre contra (6) Margunium, favorem, auxiliumque interfectori præstitum, post commissum homicidium, non tanti esse, ut faventem, auxiliantemque abstinere ab Ordinibus queat, nisi favor is sit, & tale auxilium, ut causam præstiterint proximam; puta propterea, quòd interfector gnarus, me ei suppetias laturum post patratum delictum, ausus est patrare, non patraturus alioqui; aut audentior factus est, acriorque ad scelus patrandum; tunc enim eum, qui suppetias tulit, non auderem Altaris ministerio admovere. Quâ cum explicatione recipienda sunt, quæ decrevit Nicephorus (7) Patriarcha, & post eum Constantinus (8) Chliarenus, & Joannes (9) Xiphilinus ab eodem (10) Margunio producti.

IX. Et hæc sanè certa. Sunt tamen in hac, quam pertractamus, materiâ, impeditissima plurima, & Nostris reverà inextricabilia, quæ acutissimus (1) Harmenopulus obiter attigit hac verborum periodo. πότερον δὲ, εἰ συντρεχόντων πολλῶν πρὸς φόνον, ἅπαντες φόνῳ ἔνοχοι; καὶ εἰ φονεύσωσιν οἱ συγγενεῖς εἰς ἄμυναν συγγενοῦς τινὰ, ὁ ὑπὸ τῶν συγγενῶν ἐκδικηθεὶς φόνου μετέχει; τέλος, εἰ ὁ μὴ καιρίως πληγεὶς ἀποθάνῃ διά τε τραύματος ἀπείρως θεραπευθέντος, ὁ μὴ καιρίως τρώσας φονεὺς; λεπτοτέραν τὴν ζήτησιν ἔχουσιν. ἅπερ ἐν κατὰ τὰς περιστάσεις ἀναλαβὼν διαχειριεῖ ὅτι δικάζων ἐν τῷ πραιτωρίῳ, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἐν τῇ συνόδῳ· ἐμοὶ γὰρ εἰς τὸ πόρρω βαδίζοντι, καὶ τὸ ἀναγκαῖα ταῦτα γ' ἀρκεῖ. *An verò irruentibus unà multis ad homicidium, omnes rei sint homicidii? Et an si quispiam ad ultionem consanguinei à consanguineis, domesticisve fuerit interfectus, is, quem ulti sunt homicidæ, homicida censendus sit? Denique, an haud lethaliter vulneratus, si ob vulnus inflictum ex imperitia medicorum occumbat, qui vulneravit* homi-

ope. Inst. de obl. quæ ex delict. nasc.
(11) In d. l. sæpe.
(12) In c. nullus de reg. Jur. in 6.
(13) In c. 1. de off. delegat.
(14) In d. §. qui verò, & in d. c. 1.
(15) In d. c. 1. & in l. consilii ff. de reg. jur.
(16) In l. is, qui opem. et in l. in furto §. ope. ff. de furt.
(17) Cōsil. 27. col. pen.
(18) d. §. circa nu. 163.
(19) In l. ob hæc verba n. 3. ff. de his, qui not. infam.
(20) Penes Diplovat. ubi suprà.
(21) Apud eundem ibid.
(22) In c. nuper de sent. excom.
(23) In ver. excommun. 8. q. ult.
(24) d. §. qui verò, in 1. p.
(25) In jur. Græco-Rom. pag. 265.

(1) Nota 14. S. Can. 27. Ancyran.
(2) Apud Planud. in Adag. cēt. 2. n. 8.
(3) Ubi supr. d. c. de homic.
(4) In comp. leg. ad tit. de homic.

(5) Ubi suprà.
(6) Jo. Andr. Anchar. Domin. & Franc. in c. ult. de homic. 16
(7) In c. ad audientiam n. 3. de homic.
(8) In c. 1. de off. deleg. & c. sicut dignum de homic.
(9) De ver. & perf. Cler. l. 2. c. 21. n. 9.
(10) In d. c. ad audientiam n. 80.
(11) In tit. de dispens. §. juxta n. 43.

(1) d. cap. de homic.
(2) In l. 1. C. de rapt. Virg. l. nihil interest ff. de Sicar. l. si quisquam C. de Epis. & Cler. l. ita Mela. §. si alius ff. ad l. Aquil.
(3) In c. felicis de pœn. In 6. c. 1. de off. deleg. c. sicut dignum, §. illi autē de homic.
(4) d. nota 14. in Can. 22. Ancyr.
(5) d. cap. de homic.
(6) Not. 15. in d. Can. 22.
(7) In Synod. c. de homicid.
(8) In Synod. de Cler. milit.
(9) In Synod. de Sanctis Eccl. earūq; obsequio.

homicida sit? minutiorem disquisitionem exposcunt, quam ex circumstantiis circumspectè exigent, decidentq; Judex in Prætorio, & Episcopus in Synodo. Nam mihi ad ulteriora contendenti hæc necessaria quoque omittenda sunt. Sic Harmenopulus, cui, si hæc ipsa scribenti adfuissem, ò ego quantis precibus obtinuissem, ut sententiam ferret erudituram Græcos per Græcum. Quis enim, te tacente, Nos docebit, ò ultime Græcorum, qui legum apices viderint? quisve Nobis difficilium interpres nodos solverit, te nolente, per quem unum Canones nostri grande nescio quid, & eximium spirant, atque obruens inconditam illam rusticitatem, quam illis appinxit subdolus Photii, & pinguis calamus Balsamonis? Sed Harmenopulo, ut superfuit ingenii vis usque ad miraculum acutissima, ita defuit diligentia patiens laboris. Quapropter æqui, bonique consulet Græcia mea, si minor ingenio ego, & sanè laboriosior, quæ ille indicta reliquit, non mea, sed Latinorum usus sapientiâ statim enodem.

X. Et quod attinet ad primam quæstionem Harmenopulo intactam, Jure is quidem ex circumstantiis eam decidendam asseruit. Illis proinde ad trutinam revocatis, dicendum erit primò, si plures consultò, atq; ex composito unum quempiam aggrediantur, & is unico vulnere perimatur, omnes Sacris inepti Ordinibus censebuntur. Sunt enim omnes ejusdem homicidii rei, uti communis Jurisconsultorum sententia fert, notantque (1) Bartholus, & (2) Angelus cum (3) DD. quibus suffragantur (4) Gandinus, (5) Carolus Alex. (6) Grammatica, (7) Carrerius, (8) Afflictus, & (9) Albericus. Adstipulantur Juris (10) interpretes sacri cum (11) Innocentio, ante quos idem dixisse videntur (12) Alexius, & Michael (13) Cerularius Patriarchæ, quorum Synodica refert (14) Canonarcha. Nam Alexius sic decernit: πατρὸς, ἢ υἱῶν, καὶ ἐξαδέλφων ἐξιόντων πρὸς φόνον μουζάλωνος, καὶ ἐνὶ τραύματι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ μερισάντων συνοδικῶς ἀποφηνάμενοι εἴπαμεν, πάντας κατὰ νόμον φόνου κανονικῶς δεῖν τιμωρῆσαι. *Patre, & filiis, & fratruelibus egressis ad cædem Muzalonis, & uno vulnere caput ejus partitis, synodicè respondentes dicimus, omnes lege homicidii canonicè puniendos.* Cerularius verò absolutiùs. τῶν συντρόφων ἅμα εἰσδραμόντων εἴς τινα, καὶ καιρίως τρωσάντων, πάντες ἔνοχοι φόνου γεγόνασι τῇ ἐκκλησίᾳ, *Sociis, contubernalibusve unà aliquem aggressis, si lethaliter vulneraverint, omnes homicidii rei penes Ecclesiam reputantur.* Secundò, si casu rixa, sine præcedente consilio, improvisa contigerit, atque unus à pluribus vulneretur, constetque quodnam ex illis vulneribus lethale sit, qui illud intulerit, ille dumtaxat tenebitur homicidii, & à Sacris Ordinibus procul erit, reliqui ex percussione, si quid mutilaverint, extra regulam fient Ecclesiæ, aliàs non; iisdemque pœna Ordinaria homicidii minimè irrogabitur, sed extra Ordinem punientur pro vulneris ratione. Hæc nodi solutio palam nobis ingeritur Decreto Joannis (15) Camateri Patriarchæ, & responsione Joannis (16) Jonopuli Chartularii, quorum alterum habes penes (17) Canonarcham, alteram producit Joannes (18) Lascares, deduciturque ex Jure (19) Civili, ubi communiter DD. quibus consentanea tradunt sacri Juris (20) interpretes, quos sequitur (21) Zasius, & Pyrrhus (22) Angelbermeus. Tertiò, siquis ab uno lethaliter vulneretur, & ab alio demum perimatur; uterque meâ sententiâ erit & reus homicidii, & ineptus Ordinibus. Consentit Jurisconsultorum Nostrorum sententia, præsertimque Nicephori (23) Chartophylacis, dicentis: οὐ δεῖ διαιρεῖν τὸν καιρίως τετρωκότα τοῦ κτείναντος· ἀμφότερον γὰρ οὔτε ὁ νόμος, οὔτε ὁ κανὼν διαιρεῖ. *Non oportet lethaliter vulnerantem ab occidente secernere, quando neutrum lex, & canon secernit ab altero.* Idem affirmat Helias (24) Cretensis, & Basilius (25) Thessalonicensis Antistes, qui sententiæ nostræ palam subscribit. Id, quod etiam ex Jure (26) Latino fas est confirmare, cui minimè repugnat geminum (27) Ulpiani dictum opposita insinuans. Etenim utrunque verum est, cùm non est certum, an vulnus lethale sit, ut adnotant post (28) Glossam (29) Albericus, (30) Jason, (31) Cæpolla, Joannes (32) Igneus, (33) aliique, quos inter non desunt, qui tum vulnerantem, tum occidentem repellendum ab Ordinibus censent, & probabiliter sanè ex traditis per Joannem (34) Andream, & (35) Abbatem, quos refert, ac sequitur (36) Villadiego. Quartò; si plures unum percutiant, & tandem ille ex vulneribus moriatur, neque constet, eum ex uno potiùs, quàm ex alio vulnere fuisse interemptum, omnes arcebuntur à Sacris, quippe qui homicidæ censentur, quemadmodum docuit Nostros Michael (37) Attaliates dicens, ὁ σκοπὸν ἐσχηκὼς τοῦ φονεῦσαι, κἂν μὴ φονεύσῃ, ἀλλὰ τραυματίσῃ, φονεὺς ἐστι. *Qui voluntatem habuit occidendi, tametsi non occiderit, sed vulnerarit, homicida est*: Quæ verba ita explicat Michael (38) Chumnus: κἂν μὴ φονεύσῃ, ἦν δὲ μετὰ φονίων παίων καὶ αὐτὸς, καὶ τραυματίζων, ἄδηλος δ' ὄντος τοῦ κτείναντος, τότε γὰρ, εἰ καὶ πολλοί γε ἂν ὦσι, πάντες ἀνδροφόνοι ἐπιτίμιον λήψονται. *Tametsi non occiderit, sit autem cum sicariis percutiens & ipse, & vulnerans, si tamen incertus sit ille, qui occidit: tum enim, ut ut multi sint, qui percutiunt, omnes pœnam homicidii subibunt.* Id quod Jura (39) relata confirmant, recipiuntque pleno agmine IC. (40) relati, quorum Suffragiis, quod Jure nostro certissimum est, videtur penes Latinos in dubium verti non posse. Denique, si uno tantùm vulnere quispiam occidatur in rixâ cum multis, nec appareat, quis vulneravit: vel si quispiam à pluribus vulneratus unum tantùm lethale vulnus habere deprehendatur, neque sit notus ille, qui vulnus intulit, existimo contra omnium sententiam, cum (41) Glossa, & (42) Diplovatacio, censendos omnes irregulares, rejiciendosque protinus ab Ordinibus, quamvis, quod ad noxam attinet, illos conscientiæ suæ relinquam. Puto enim in re tanti momenti Græco Juri insistendum, quod severitatem potiùs amavit, edixitque, usurpandam cum immitibus, ne quid crudelitatis intra limen clementissimum Sacrarii hospitetur. Vide ad id Marianum (43) Soccinum, qui de hac re omnium optimè disputavit, ad quem lectorem Latinum remittimus, utinam esset & Græcus, ad quem Græcos remitteremus. Quare

Ii 2 hæc,

(10) d. nota 15. (1) In d. c. de hom. circ. fin.

(1) In l. si in rixa col. 1. ff. de Sicar. (2) In d. l. si in rixa. (3) Ang. Cyn. & alii cum Salic. in l. quoniã Cod. de vi pub. (4) Tit. de homic. (5) Cons. 15. lib. 1. (6) Cons. 4. & decis 15. (7) d. tit. de homic. § 2. n. 68. & 75. & §. circa n. 445. (8) In Consti. Regn. lib. 1. rubr. 13. n. 28. (9) In d. l. si in rixa. (10) In c. significasti 2. de homic. (11) In d. c. significasti. (12) Synod. de Cler. percussor. (13) Synod. de homic. facto in Eccles. (14) In Synod. Synodalib. (15) In Synod. de homicid. (16) In Responsis var. resp. 8. (17) Ubi suprà. (18) In Not. ad Synodal. Sent. (19) In L. itẽ Mela. §. si servũ ff. ad L. Aquil. & in d. l. si in rixa. (20) In d. c. significasti. (21) Lib. 2. sing. Intellect. c. 6. (22) Post consuet. Aureliã. c. 1. col. 3. (23) In Ecthesi Canon. Apostol. ad c. 66. (24) In respon. ad Monach. Corinth. (25) In respon. ad Chartophylac. in princ. (26) In L. ita vulneratus ff. ad L. Aquil. d. c. significasti. (27) In d. L. itẽ Mela. §. Celsus, & in L. huic scripturæ §. si servus ff. ad L. Aquil. (28) In d. L. ita vulneratus. (29) In d. §. Celsus. (30) In L. si ab hostibus ff. sol. matr. (31) Cautela 5. (32) In L. 1. §. si quis in Villa, n. 66. ff. ad Silanian. (33) Afflict. ubi suprà lib. 1. rubric. 13. n. 26. (34) d. c. significasti. (35) In d. c. significasti. (36) De Irreg. c. de percussione col. 3. (37) In Synopsi tit. 71. § 2. (38) In Not. ad Attaliat. ad tit. 71. §. 2. (39) In d. L. item Mela. §. sed si servum. ver. si plures, & in d. L. ita vulneratus in princ. (40) Glos. in d. L. si in rixa, & ibi Bart. col. penult. Andr. de Isern. & Afflict. in Constit. Regni l. 1. rubr. 13. n. 27. Carrer. & Jo. Igneus ubi supr. Card. Anan. & Felin. in d. c. significasti. (41) In c. quiescamus 42. dist. (42) Ubi suprà. (43) In d. c. ad audientiam de homic.

Digitized by Google

hæc, quæ breviter enodavimus, Nostris supersint; habituris inde, quod satis est, ad primæ quæstionis decisionem.

XI. Venio ad secundam. Ejus itidem decisio ex circumstantiis eruenda est. Nam primò, si ad ulciscendam injuriam, vel dedecus consanguineo, Domino, amico illatam consanguinei, famuli, amicive occiderint aliquem, considerandum erit, an ipse rixam inceperit, ejusque præsens causa fuerit, ita, ut ex ea, qui homicidium patraverunt, provocati fuerint ad inferendam cædem ei, qui cum illo fortè contendebat, pugnabatve. Nam tunc, licèt ipse nolit adversarium occidi, imò & vetet, adhuc notam contrahit, exqua repellitur ab Ordinibus eà ratione, quia causam absque ullo intermedio proximam dedit per pugnam, & rixam. Hanc quæstionis hujusce solutionem in simili tulit (1) Diplovatacius expendens synodicam Sententiam Constantini (2) Lychudæ in Sacerdotem reum cædis, atque depositum: eandemque probat (3) Villadiego & (4) Soccinus, estque communis (5) DD. Ex ea porro deduces oppositum in eo, qui causam rixæ non dederit, nec illam orsus sit, & simul occidi vetuerit: quo modo verum existimo id, quod simpliciter asseruit (6) Harmenopulus dicens, ἐάν τις δεσπότης δοῦλον προσδραμόντα αὐτῷ φονεύοντα ἐπιτιμήσῃ, ἐλεύθερός ἐστι φόνου, ὃν ἂν ἐποίησε δοῦλος. *Si dominus servum, qui ad defensionem domini occiderit aliquem, reprehenderit, non tenebitur homicidii à servo patrati*. Quod etiam docet (7) Bartholus, & (8) Hippolytus, confirmatque (9) Glossa. At quid, si non prohibuerit, cùm posset? Notum est illud Agamemnonis ex (10) Tragœdo,

Qui non vetat peccare, cùm possit, jubet.

Quare uti homicida Ordinibus abstinebitur. An autem, si quopiam, post datam rixæ causam, pugnante cum hostibus, alius ex his aliquem aggrediatur, nec propter rixantem, sed alias ob causas, & inimicitias eum cædat: an, inquam, qui causam rixæ dedit, notâ repellente ab Ordinibus teneatur, dubium est. Attamen nuper consultus respondi, rixatum hujusmodi irregularem censeri, quòd causam dederit homicidio, & quidem proximam. Quæ mea sententia Juri Græco consona est, eamque approbat ex Latinis (11) Villadiego. Neque obstat Authoritas (12) Innocentii III. quo decernente, qui dedit causam, excusatur. Etenim ibi excusationem facit causa justissima, hic injusta causa potiùs damnat, quando saltem in foro Sacro ulcisci injuriam nullo modo licet. Secundò, siquis sciens à consanguineis, famulis, amicisve de morte ejus, qui injuriam intulit, agi, vel intersit concilio ad id celebrato, præsensque tacuerit, nec prohibuerit, profectò reus erit, quod ad notam attinet Sacram, homicidii; eaque propter ab Ordinibus repelletur. Hæc enim taciturnitas æquiparatur assensui, quemadmodum ex Jure (13) Cæsareo probat Matthæus (14) Monachus in Scholiis brevibus ad Synopsim Attaliatæ, cui vim suam addit Jus (15) Pontificium adstipulantibus (16) interpretibus Juris sacri cum (17) Jasone. Verùm, quid si deliberationi minimè interfuerit? Ajo, si norit, nec, quoad ejus fieri potest, impedierit, nempe inimicum monendo, aperiendoque initam conjurationem, omnino profanum fore ex homicidio, cui causam dedit, ut sentio cum (18) Henrico, & Matthæo (19) Monacho in simili appositè respondente. Ex his, aliisque hactenus constitutis ad tertiam Quæstionem Harmenopuli respondendum est, si percussus ex eo vulnere, quanquam minimè mortifero, injustè tamen, & noxiè inflicto, moriatur, percussorem ineptum fore Sacris Ordinibus, ita nimirum docente Matthæo (20) Monacho in explicatione Synodicarum sententiarum, & Guillelmo (21) Laudensi: Videndusque ad id (22) Covarruvias, ex quo pleraque horum laboriosè selegimus, Jurique aptavimus nostro, facturа satis propositis, nec solutis per Harmenopulum nodis.

XII. Ad eandem homicidii speciem voluntarii crimen referendum est ejus, qui abortioni causam dedit. Est autem abortio duplex: Altera aborsus dicitur, altera propriè abortus, & ejectio, quemadmodum Grammatici cum (1) Nonio distinguunt. Et aborsus quidem fit primis mensibus, cùm conceptui exordium factum est, fœtusque est adhuc inanimis: At abortus, & ejectio fit prope tempus pariendi, cùm jam fœtus maturus est, atque animatus. Utrique, vel alterutri abortioni causam qui dat, eum ab Ordinibus repellendum, utpote homicidam, docuit ex Nostris primus Photius in exsucco (2) Opusculo, quod Romæ MS. legi in Cod. Allatiano, habeturque in Cæsarea Bibliotheca, uti testatur ejusdem Bibliothecæ Catalogus, quem nuper ab Eminentissimo Colonitzio ad Eminentissimum Card. Barbadicum Episcopum Patavinum missum vix quivi percurrere. Et mirum sanè Eunuchum adeò severum fuisse in hostes fœcunditatis. Sed in Latinos ille collimabat, cùm scribebat illa, qui vix unquam scripsit non amarus in hostes suos. Post illum eadem docuit (3) Palamas, idipsumque Cloaca Photianorum maxima (4) Margunius asseruit, satis superque, & usque ad delicias contra Latinos debacchatus. Id tamen, quod Nobiles hi Photianorum heroes asseverant, nullo argumento probant, si postremum excipias, qui fassus id manifestum ex legibus penes (5) Attaliaten relatis, τοῦτο, inquit, οἱ Λατῖνοι ἀρνούμενοι ἀπειθεῖς γίνονται τοῦ φωτὸς τοῦ ἐκ Θεοῦ διὰ τῶν πατέρων ἡμῖν δωρηθέντος. *Hoc dum Latini negant, rebelles sunt luminis à Deo nobis per Patres immissi*. Enixè petimus à Margunio, an lumen hoc, cui rebelles Latinos pronunciat, ex infinities infinitis illis unum sit, quę ipsi, ac plerisque Photianorum sanctissimus in Triodio Palamas credenda proposuit, ut alibi diximus, Divina, & Deo homousia, æterna, licèt à Deo distincta, & non tamen creata: non creata, & oculis subjecta videntibus naturaliter: an potiùs lumen hoc ex illis est, quod geminatis ex temeto lucernis numerosum videbat Margunius? Nam cum in cognomine Veneri Insula solitum Baccho facere, non obscurè docet virorum hoc, & Superiori sæculo illustrium Anonymus, & Calvinista Biographus. Neutrum, inquit, Margunius. Rebelles ei lumini Latinos dicimus, quod nobis per Patres illuxit. Qui porro Patres, si licet? Damascenus, inquit, & Sinaites Anastasius. Nam ita rem peragit. Τοῦτο δὲ Δαμασκηνὸς γέγραφε χαρὶ παρὰ τῆς ἀναπαυθείσης ἐθνίας, καὶ Ἀναστά-σιος.

(1) In Not. ad sent. Synodales not. 9. ad 2. collectiom.
(2) Extat & in 2. Collect. Diplovat. tit. 9. & in Jur. Græco-Rom. tom. 2. lib. 4. pag. 265.
(3) In d. c. de percussore col. 8.
(4) In d. c. ad audientiam.
(5) In c. Petrus de homic.
(6) In Proch. Jur. Canon. c. de homicid.
(7) In L. data operæ C. qui accusa. nõ poss. col. pen. & in l. 1. col. 4. C. de Ser. fugit.
(8) In L. unic. Cod. de rapt. virg. nu. 81.
(9) In c. ult. 23. q. ult.
(10) In Troad. Act. 2. circ. med.
(11) d. c. de percussore col. 8.
(12) In d. c. significasti.
(13) In L. qui patitur, ff. mandat. in L. filius fam. ff. ad Macedon.
(14) Ad tit. 9. de Mandat.
(15) In c. cõstitutis 1. de test. & in Clem. 1. de Procurat.
(16) Abb. Felin. & alii in d. c. Petrus.
(17) In L. de pupillo §. si quis ipsi Prætori n. 14. ff. de nov. oper. nunciat.
(18) In d. c. Petrus.
(19) d. nota 9. ad Synod. sent.
(20) Ad lib. 3. sent. sent. Synod. not. 10.
(21) In Clem. si furios. de homicid.
(22) In d. Clem. si furiosus p. 2. §. 2. n. 9.

(1) Apu Calepin. & alio Lexicographos in d. abortio.
(2) In Synops. ad Categor. Arist. ad Categor. subst.
(3) Orat. 3. contra Barlaam.
(4) Not. 18. ad c. 22. Ancy.
(5) Ad tit. 71. de L. Cornel.

σιθ ἐν τῷ Σινᾷ μετὰ Μωσέως διατρίψας [illegible]. *Hoc & Damascenus manu à Virgine Deiparâ traditâ scripsit, & Anastasius in Monte Sina cum Moyse moratus asseruit.* Quis ferat ampullatam Photiani dementiam? Parcamus & illi, illudque astutum agamus, ut locum edat, ubi hæc nobis Viri Sanctissimi tradidere. At nullus est Ædepol. Fateor & ego simplicitatem meam, Græcam potiùs nunc, ubi scire desivimus, quàm Gallam, cùm Galli eruditè adeò sapiunt. Inventurus aliquid ex prolatis à Margunio, his planè diebus, & Damascenum, & Anastasium percurri; quodque majus dicas, antequam percurrerem, diu, multumque quæsivi. Nam ea infelicitate premor, qua major & scribenti, & Interpreti Canonum, & cum Photianis perpetuò præliari contingere nequit: scilicet libris meis careo, nec fas est invenire, qui eos, queis egeo, vel precariò utendos, legendosve suppeditet. Ubi, evoluto authore utroque, ne verbum quidem occurrit ex iis, quæ somniatur Margunius, puduit me non alterutrum, ante inutilem diligentiam, præcavisse, ut adducta per Margunium aut falsa putarem, aut corrupta malis interpretationibus, quale & illud est, quod ex Attaliata producit, penes quem sermo est de venenis ad hominem interficiendum compositis. Etenim (6) sic scribit: τῷ περὶ ἀνδροφόνων νόμῳ ἐνέχεται καὶ ὁ διὰ τὸ φονεῦσαι ἄνθρωπον φάρμακον ποιῶν, ἢ πιπράσκων, ἢ ἔχων· οἱ δὲ τὰ φίλτρα ποιοῦντες δημευόμενοι ἐξοριζέσθωσαν. *Lege de Sicariis & is tenetur, qui hominis occidendi causâ, venenum facit, aut vendit, aut habet. Qui autem amatoria faciunt, publicati relegantor.* Quæ postrema verba sic proponit Margunius: οἱ δὲ τὰ φίλτρα ποιοῦντες, ἢ τ' ἄμβλωσιν συλλήψει ὁποίᾳ ἄν, ἀνδροφόνοι γεγόνασι· διὸ δημευόμενοι ἐξοριζέσθωσαν, *qui verò amatoria faciunt, aut abortionem conceptui, quicunque ille sit, homicidæ sunt, quare publicati relegantor.* Ubi nemo non videt locum Attaliatæ corruptum. Adeò effrons Margunii nequitia est, tam constans mendacitas. Jure sanè. Scilicet non doctis scribebat, sed stolidis, credituris nimirum, quidquid dixisset, dummodo in Latinos dixisset. Sic Photianorum, quos Græco nomine indignos censeo, sententiæ stant; atque hæc præsertim, quam quidem Margunius infinitæ lectionis homo confirmare potuisset ex (7) Tullio, cujus (8) Jureconsultus verba refert declamantis in Saxiam, quæ potionibus fœtum nondum animatum abegerat. Jure illam damnatam tantus Orator docet, *qua spem parentis, memoriam nominis, subsidium Generis, hæredem familiæ, designatum Reipublicæ civem sustulisset*; cui copiosè peroranti vibratiùs consonat ferox Tertulliani (9) facundia dicens: *nobis verò homicidio semper interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est probibere nasci, nec refert, natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet. Homo est, qui est futurus: etiam fructus omnis jam in semine est.*

XIII. Quæ tamen, quemadmodum non probant, dantem causam abortui fœtus inanimis esse reverà homicidam, ita nec esse irregularem. Peccat ille sanè graviter, sed homicida non est, &, ni homicida, neque irregularis. Hæc

(6) d. tit. 71. §. 4.
(7) In Orat. pro A. Cluent.
(8) In L. Cicero. ff. de pæn.
(9) In Apologet. c. 9.
(1) c. sicut de homic. c. sicut Moyses, et seq. 32. q. 2.

Latinorum sententia est Jure (1) recepta palam decernente, ibi homicidium non esse, ubi anima hominis non est. Hanc (2) Glossa probat, hanc (3) DD. tenendam docent, hanc (4) Trocius communè asserit, communemque constituunt ii, quos latè memorat, producitq; (5) Carrerius. Eadem Græcorũ est, ex Apostolorum (6) Canonibus rata, quippe qui ad irregularitatem hanc hominis cædem exposcunt, idemque censent ex Nostris (7) Balsamon post (8) Prodromum, (9) Nilus, (10) Coressius, atque ii omnes, quos (11) Lascares eruditè ad idipsum proponit. Fit ergo, ut furore Margunii, non Latinorum opinio, sed Ecclesiæ nostræ sententia impugnetur. Eam nos, rejecto Margunio, secuti, Sacrum judicem obsequiosè monemus, ne statim ex abortu irregularitatem, atque homicidium inferat. Attendendum enim est conceptionis tempus, & Abortivi sexus, ut pateat, an fuerit animatus. Nam hominis animam recipit masculinus fœtus quadragesimo post conceptionem die: fœmininus autem octogesimo, ut fert communis Philosophorum opinio, quos alibi probavimus, docetque ex Nostris Georgius (12) Corinthius, Proclus (13) Lycius Diadochus, Hermias (14) Alexandrinus, Leo (15) Magentinus, & Theodorus (16) Metochites, quorum sententiæ adstipulantur Latini Juris (17) Interpretes cum (18) Glossa, probatque (19) Albericus, nec dissidet (20) Plinius inter naturales Philosophos, nisi quod fœminam animari docet nonagesimo à conceptu die. Dixi, eo temporis intervallo animam rationis compotem à fœtu recipi. Non enim ambigo fœtum ante illud tempus esse animatum saltem anima seminali, & alente, aut vegetante, quam *vegetativam* dicimus. Id, quod omnes sentire cum (21) Aristotele, & (22) D. Thoma, si Photianos quospiam excipias. Nempe Maximus (23) Planudes hæc docuit. τῶν πάλαι μετ' Ἀριστοτέλους αὕτη γέγονε περὶ ἐμψυχώσεως ἀνθρώπου διάθεσις· τὸ βρέφος ἔμβρυον ἔνδοθι γαστρὸς, κατὰ τὸν Φωκυλίδην, ἐντελὲς ὂν ἐμψυχοῦσθαι ψυχῆς θρεπτικῆς δυνάμει, ὥσπερ ὁ Διοσκουρίδης· ἀλλὰ τοῦτό γε οὐ συμφωνεῖ τῇ ὀρθοδοξίᾳ φωτιζούσῃ πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον κατ' Ἰωάννην· λέγομεν γὰρ μετὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἡμέραν τὸ ἀνδρῶδες, μετὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν τὸ γυναικῶδες ἔμβρυον τρισὶ ψυχαῖς, θρεπτικῇ τε, καὶ αἰσθητικῇ, καὶ λογικῇ ἐμψυχοῦσθαι. *Priscorum cum Aristotele hæc fuit de homine animato sententia: partum, fœtumque incobatum in alvo, juxta (24) Phocylidem animari alente anima, ut ait (25) Dioscorides. At hoc sanè minimè consonat Orthodoxæ Religioni illuminanti omnem hominem venientem in hunc mundum juxta (26) Joannem. Dicimus enim, post quadragesimam diem virilem, post octogesimam fœmininum fœtum animabus tribus alente, sentiente, & ratiocinante animari.* Ex quibus palam est, hunc, qui supra omnes Photianos elegantissimè scripsit, sensisse, in uno, eodemque homine plures esse animas: quod etiam sensisse videtur (27) Photius, & post eum (28) Palamas, postremusque amicus noster (29) Margunius. Viderint tamen hi Photiani, cujus Ecclesiæ hoc dogma sit. Certè Græcia nostra in ea Synodo OEcumenica, quæ Photium exauthoravit, testibus historicis omnibus Græcis, ut alibi subnotavimus, hoc est in Synodo Constantinopolitana

(2) In d. c. sicut, & in d. c. si aliquis eod.
(3) In d. c. sicut, & d. c. si aliquis.
(4) In d. lib. 2. c. 14. n. 6.
(5) In d. Pract. tit. de hom. §. 1. n. 24.
(6) d. Can. 66.
(7) In d. Can. 66. Apost.
(8) De Interpr. ad Can. 66. Apost.
(9) Ad Can. Apost. ad 66.
(10) In Synops. Nili, ad Can. Apost. ad 66.
(11) In Explan. Can. Apost. ad d. Can. 66.
(12) In Schol. ad Arist. lib. de Anima.
(13) Lib. 4. de Ide. Platon. in Parmenid.
(14) In Phedr. Plat. de Pulchro dial. 2.
(15) In Comment. de Anim. sub init. c. 2.
(16) In c. 63. Philosophico.
(17) In Sum. 5. dist. & in d. c. sicut, & d. c. si aliquis.
(18) In Clem. 1. de Sum. Trin. ver. simul, & in d. Summa, & dd. cc. sicut, & si aliquis.
(19) In 3. p. Statu.

na IV. quæ inter OEcumenicas VIII. est, anathemati (30) subjicit omnes, qui in uno, eodemque homine plures animas asseveraverint. Scio, eam Synodum à Photianis non recipi: At producant ipsi, dicantque, hoc dogma Ecclesiæ, quod nobis ingerunt, quâ in Synodo Ecclesia cuderit, quis Patrum protulerit, quæ ratio probet? Veterum, inquit, Philosophorum hæc sententia est, in homine unam animam esse. Imò Veterum Philosophorum quorundam, ac in primis Manichæorum hæresis fuit, in homine voluisse, præter animam compotem Rationis, secretam aliam sensus capacem, ex qua una Actus concupiscendi promanarent, quam videlicet naturâ suâ malam esse, quippe à malo, quod adstruebant, principio fœdè progenitam, quemadmodum tradidit (31) Augustinus adversus eam hæresim scribens copiosè, & acutè, unamque tantùm animam probans in homine. Ita Photiani, dum Græci Concilii decreta respuunt, Manichæis adstipulantur, dumque (32) Aristotelem nostræ Gentis sapientissimum immeritò damnant, ea stolidè cum Manete Persa ignorantissimo recipiunt, quæ naturali, ac Theologica Ratione protinus impugnantur, palamque damnantur.

XIV. Nam, si in homine animæ tres, non est homo per se ipsum unum aliquid, erunt in homine aggregata plura, uti dicunt, *per accidens*, quomodo plures homines dicuntur unus Populus, plures arbores una sylva, plures lapides unus acervus. Forma namque, quæ in animatis anima est, ipsa est, quæ rei tribuit esse, atque adeò plures animæ res plures constituent. Præterea ex Theologia nobis certissimum est, Servatorem Christum ea omnia habuisse, quæ ad humanæ naturæ integritatem pertinent. Ad hanc ergo si tres illæ secretæ invicem formæ pertinerent, eas corporatum Numen habuisset: fuissetque, imò esset homo simul, & brutum, & planta, quod an Photiani ausint asserere, nescio. Scio hanc positionem damnatam ab omnibus, ipsisque Photianis, ut Canonem XI. Octavæ Synodi laboriosè enucleans (1) Caryophyllus noster ostendit. Deinde in triduo illo mortuis Christianæ, quo Vita mortua vitam operabatur, ut emphaticè dixit (2) Gennadius, vel ignobiliores illæ animæ perjissent, alens, ac sentiens, rueretque axioma illud receptum ab omnibus, ὅπερ ἀνέλαβεν, οὐ κατέλιπεν, *quod semel adsumpsit, nunquam dimisit*, vel in cadavere Christi mansissent, atque illud cadaver, mortuum corpus dici haud potuisset, quippe animatum bis, adeòque iterum, iterumque vivum, quod est contra *Orthodoxiam* verè, & manifestè: vel denique illæ animæ extra corpus vixissent, & statim sequitur, contra physicam rationem, animas à materia pendentes in se posse extra materiam *subsistere*. Quæ omnia quis ferat, aut absurda dictu, aut ridenda sapientibus, aut impia, & prorsus hæretica? Constat igitur, ante animam Ratione præditam, fœtum anima vegetante vivere, ali etiam, & crescere, unde dictum βρέφος ἔμβρυον ex dictis, quemadmodum, & apud Alexandrum (3) Aphrodisæum, & (4) Dioscoridem παρὰ τὸ φέρβω, καὶ τρέφω κατὰ μετάθεσιν, ut (5) Lexica docent. Hanc animam cedere ea adveniente, quæ motum, sensumque dat. Fœtum enim moveri, & signa doloris edere, ut ex tota Philosophia notum proponit laudatus (6) Hermeas. Denique & hanc decedentem, desinentemque Logicam animam subsequi, immittique fœtui, quæ scilicet non re, sed virtute fœtui alimentum, motumque tribuat, potestatemque ratiocinandi. Vel meliùs aptato fœtui, altoque Logicam animam illicet addi, ut statim, ac moveri incipit, homo sit, ut (7) docui publicè, communisque Philosophorum sententia fert, cui adstipulatur sensus Ecclesiæ, ut in loco accuratè notavi, constituens, Logicæ animæ virtutem animarum omnium inesse, maximè verò ex actibus virtutem sensus capacem ostentantibus deprehendi. Hinc apud (8) Magentinum ex Peripateticorum omnium Sententia: ἐν τῇ λογικῇ ψυχῇ ἔστι θρεπτικὸν, καὶ αἰσθητικόν ἐστι μέρος, καὶ ἀμφοτέρα δυνάμις, γνωρίζεται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον ἐκ τοῦ αἰσθητικοῦ. *In anima rationis compote est pars vegetans, & sentiens, atque utraque virtus: agnoscitur autem maximè, ac primò ex vegetante*: id, quod ante Magentinum (9) D. Thomas, & Cæteri post Magentinum ex Aristotele loco laudato conficiunt, ut non nisi bardæ stoliditatis sit, aliter arbitrari, docere aliter, aliter sentire. Porro ex his sequitur, abortione fœtus animati nondum animâ hominis, irregularitatem minimè induci: quamvis enim fortassis vivens aliquid occidatur, non tamen homo, nisi fœtum hominis animus animet. Quapropter abortioni qui causam dat ante id tempus, quo nondum partus vivere vitâ hominis creditur, is reverà non erit homicida, nec à sacris Ordinibus, ut homicida repelletur; atque in hanc sententiam explicandus est Canon (10) Guarmaciensis Concilii ex communi DD. Suffragio, cui præit (11) Glossa, quodque sequitur (12) Covarruvias.

tor. q. 59.
(20) *Lib. 7. histor. natur. c. 6.*
(21) *De Generat. Animal. li. 2. c. 11.*
(22) *1. p. q. 76. art. 3.*
(23) *In Apophtheg. Philosoph. c. 38.*
(24) *In sententiis.*
(25) *Lib. 1. de re medica.*
(26) *Cap. 1. n. 9.*
(27) *In Commentariol. ad lib. Arist. de Generat. 28.*
(28) *Orat. 3. cõtra Barlaam.*
(29) *In Antirrhetic. 2. pro Marco Ephes.*
(30) *Canone 11.*
(31) *Lib. unic. de duab. anim. contra Manichæ.*
(32) *L. 1. de Anim. tex. 66. & 96.*

(1) *In tract. de VIII. Synodo, & eius defens.*
(2) *Orat. in Christi funer.*
(3) *In problem.*
(4) *Lib. 5. c. 74.*
(5) *dict. Βρέφος.*

(6) *In d. dial. 2. de Pulcro.*
(7) *In lib. de Anima.*
(8) *d. c. 2. lib. de Anima.*
(9) *1. p. q. 76. art. 3.*
(10) *In d. c. si aliquis, de homic.*
(11) *Ibid. sub init.*
(12) *Lib. 2. var. resol. cap. ult. n. 10.*

SECTIO VII.

Reliqua de Homicidio Voluntario, & de Homicidio Casuali.

SUMMARIUM.

I. *An, qui militavit, recipi possit ad Ordines? Proponuntur sententiæ negantis argumenta à Margunio congesta.*
II. *Asseritur miles recipi ad Ordines posse ex more in Græcia recepto, explicaturque Canon Nicænus.*
III. *Ostenditur Margunii nequitia. Explicantur Canones aliquot. DD. que dicta, ex quibus conflatur argumentum contra Margunium.*
IV. *Latè perpenditur, Qui, & quatenus, & quando, qui militavit, ab Ordinibus repellatur.*
Clerici militantes quando irregulares fiant, aut exauthorentur.
V. *Pro homicidio casuali constituitur regula: Qui dat operam rei non licitæ, si casu occidat, irregularis est.*
VI. *Regulæ propositæ exceptiones aliquot.*
VII. *Limitatio Regulæ, ut is, qui operam dat rei non licitæ, irregularis sit, cùm res ex se tendit ad cædem hominis.*

VIII. *Qui*

VIII. *Qui dat operam rei licitæ, si casu occidat, irregularis non est, dummodo privatus sit. Inferuntur multa ex hac Regula.*
Clericos in Minoribus posse Medicinam, & Chirurgiam exercere.

IX. *Clerici majorum, sacrorumque Ordinum, & Monachi Medicinâ, aut Chirurgia si fungantur, irregulares sunt: idque qui, & quatenus.*
Provocantur Græci ad perlegendos Commentarios Latinorum libros.

X. *Judex mortis, aut cædis, & sanguinis sententiam dicens irregularis est Jure Græco, & Latino.*
Refellitur argutia Margunii.

XI. *Producitur Calumnia Margunii, & constituitur, non esse irregularem Clericum, si reum foro sæculari puniendum, juxta Canones, tradat.*

XII. *Probatur non esse irregularem Clericum habentem Jurisdictionem laicam, si Judici laico deleget Judicium sanguinis.*
Defenditur Synodus Constantiensis in actis circa Joannem Husz.

XIII. *Testis, & accusator in causa Sanguinis irregularis efficitur.*
Refelluntur quædam ineptiæ rudiorum quorundam ex Nostris.

XIV. *Qui, & quatenus, & quando protestatio accusatoris, ac testis in causa sanguinis prosit, ne inepti sacris Ordinibus efficiantur.*

XV. *An Advocati, & Causidici admittantur ad Ordines. Refelliturque Margunius asserens, hos maximè ad Ordines esse recipiendos.*

XVI. *Clericis interdici postulando: eosque omnino ab advocationibus revocandos.*

XVII. *Non omnes Advocatos ab Ordinibus repellendos.*

I. Ut tandem homicidii spontanei leges absolvamus, postremò dicendum de eo est, qui præliis interfuit. Negat, hunc recipi ad Ordines posse, quippe homicidam, (1) Margunius, & primò ex Synodo (2) Nicæna I. ubi, qui in Ecclesiam ad Pœnitentiam admittitur, militari cingulo cogitur renunciare, quod si mox resumat, gravioribus pœnis subjicitur: Unde colligit, ineptum fore Sacris Ordinibus eum, qui militaverit, quando ei Pœnitentia agenda est, cui olim obnoxii à Ministerio repellebantur. Secundò, idipsum probat ex (3) Aristeno dicente τὸν νεωστὶ προσελθόντα, καὶ βαπτισθέντα, ἢ φαύλην ἔχοντα διαγωγὴν, σκηνικὸν τυχὸν ὄντα, ἢ ταξεώτην, ἤγουν στρατιώτην, οὐ δεῖ προχειρίζεσθαι. *Qui recens ad fidem venit, & baptizatus fuerit, aut turpi vitæ instituto, scenicus videlicet, vel apparitor, hoc est miles, non debet provehi.* Deinde ex (4) Justiniano decernente, μὴ ψηφίζεσθαι ταξεώτην, *non esse Ordinibus applicandum Apparitorem*, & iterum (5) statuente. Δεδόσθω δὲ ἄδεια τοῖς τὰ ψηφίσματα ποιουμένοις, εἴτινα κοσμικὸν, δίχα βουλευτοῦ, καὶ ταξεώτου, ἄξιον τῆς προειρημένης ἐκλογῆς εἶναι νομίζουσι, τοῦτον ἐκλέξασθαι. *Damus autem potestatem iis, qui eligunt, ut absque Curiali, vel Apparitore, si quem prædicta electione dignum existimaverint, eum eligant.* mox his congestis rem totam sic claudit. καὶ ταῦτα δὲ θέμις ἐπιδεῖξαι τῇ τε συνηθείᾳ τῆς ἀνατολικῆς πάσης ἐκκλησίας, καὶ αὐταῖς ταῖς λατίνων ταῖς διατάξεσιν. αὐτοὶ γὰρ συκοφαντίαν μηχανησάμενοι κατὰ τοῦ σοφοῦ Φωτίου αἰτίαν προτέρα τῶν αἰτιῶν, στρατιώτην αὐτὸν ἀποδειγμάζοντες. ἄκουε Νικολάου τοῦ πάπα τὰ ῥήματα, καθαιροῦντος Φώτιον, καὶ τὸ δεύτερον τῆς συκοφαντίας κεφάλαιον προτιθεμένου. δεύτερον, ἔφη, ὅτι καὶ νεόφυτος καὶ ἐκ ταξεωτικοῦ, καὶ λαϊκοῦ τάγματος προήχθη. διὸ ἡ σατανικὴ, καὶ λῃστρικὴ σύνοδος ἡ ἐν Ῥώμῃ τὰ ὅμοια πολυθρυλλουμένη λέγει, ἀναθεματίζομεν καὶ Φώτιον τὸν ἐναντίως τῶν ἱερῶν κανόνων ἄρτι ἀπὸ τῆς βουλευτικῆς ὑπηρεσίας, καὶ κοσμικῆς στρατείας προαχθέντα. *Atque hæc sanè confirmare fas & more Orientis totius, & ipsorum constitutionibus Latinorum. Nam hi cùm in Sapientem Photium calumnias struxere, hanc protulere causam, illum damnantes, ut militem. Audi Nicolai (6) Pontificis verba exauthorantis Photium, & alterum calumniæ caput proponentis. Secundò, inquit, quòd & Neophytus, & ex militari, ac laico Ordine provectus est. Ea propter Satanica, & Piratica Synodus, quæ Romæ celebrata est, eadem peragens dicit. Anathemati Photium subjicimus contra Sacros Canones è curiali administratione, & sæculari militia provectum.* Hæc Margunius præstigiator egregius. Etenim, quemadmodum præstigiatores agilitate manuum, totiusque corporis dexteritate, agendique confidentiâ rudium illudunt oculis, ut, cùm minima faciant, maxima facere videantur; ita Margunius præsenti protervià, immensâ audaciâ, densâque authorum, quos corrumpit, vel non intelligit, catervâ usque adeò stolidum pecus Photianorum percellit, ut, cùm nihil dicat, nihil probet, maxima dicere, certissima videatur, ac manifesta docere.

II. Age, si libet, & hoc veritati demus, ut has gerras etiam non inutiliter perpendamus. Dico, nihil à Margunio probari: Etenim in primis de consuetudine totius Orientis viderint Nostri: eam ego nunquam aspicio, eamque omnibus sæculis Græciæ nostræ defuisse non ego, sed (1) Gennadius affirmat, sic statuens penes Canonarcham. συνοδικῶς μετὰ τῶν ἀδελφῶν, καὶ συλλειτουργῶν ἡμῶν καθεζόμενοι ἀποφαινόμεθα, οὐκ ἀπείργεσθαι τοῦ κλήρου, καὶ τῆς ἱερωσύνης τοὺς ποτὲ στρατιώτας, εἰ ἄξιοι μετὰ τοὺς νενομισμένους χρόνους, καὶ ἐξετάσεις φανῶσι. *Synodicè cum fratribus, & comministris nostris sedentes decernimus, non esse repellendos à Clero, & Sacerdotio, eos, qui aliquando fuere milites, si digni post decreta legibus tempora, & examina videbuntur.* Si rationem decreti poscas, præsto ibidem est. τοῦτο δὲ διωρισάμεθα καὶ τῷ ἔθει σύμφωνον τῆς ἐκκλησίας, καὶ ταῖς διαταγαῖς τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ διαλόγου πρὸς βασιλέα μαυρίκιον. *Hoc autem constituimus & mori consonum, & constitutionibus S. Patris nostri Gregorii Dialogi ad Cæsarem Mauricium.* Quid his reponet Margunius, contra quem Patriarcha doctissimus loquitur? quem mendacem, saltem imperitum demonstrat Gennadius? Non est igitur mos nostræ Græciæ hic, quem jactat Margunius: Addo nec esse posse. Qui enim mos rationi, & æquitati contrarius Græciæ tribuatur?

(1) *Nota ad l. Can. 22. Ancy.*
(2) *Canone 11.*
(3) *In Can. 80. Apostol.*
(4) *c. 7. l. 3. Basilicum, excerptum ex Novella 137.*
(5) *Novell. 122.*
(6) *In Epist. ad Patriarch. & Metropolit.*
(1) *In Synod. 4. de Cler. Ordin.*

tur? At hic maximè dissidet rationi, si, qui militaverit, ex hoc uno capite repellatur. Verùm Jura secus, inquit, & quidem plura constituunt. Quæ porro? Si quid habes à productis diversum profer, amabo: nam producta nec probant, & probant oppositam. Primò Canon Nicænus de Irregularitate nihil. Præsto est in Tomis Conciliorum, in Sylloge Joannis (2) Titlii, quam Zacharias Marapharà Photianus accuratissimis notulis ad marginem conscribillavit: eum fas erit percurrere prolixum, ac propterea mihi omittendum. Cedo rebus, si quas post Patriæ ἅλωσιν reliquas Turcæ fecere, si quid ibi de sacrâ repulsâ occurret vel minimum. Prohibentur sanè milites lustralibus Baptismi aquis abluti ad Militiam redire, redeuntes severiùs puniuntur, non quòd Militiam oderit Ecclesia, quæ pro Militiâ preces fundit, ut constat ex (3) Euchologio intonante nimirum Diacono: ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων, καὶ θεοφυλάκτων βασιλέων ἡμῶν, παντὸς τοῦ παλατίου, καὶ τοῦ στρατοπέδου αὐτῶν τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. *Pro religiosissimis, & à Deo custoditis regibus nostris, toto Palatio, & exercitu ipsorum, Dominum deprecemur.* Sed quòd ea tempestate redeuntes ad militiam, aut militantes fidei Christianæ desertores censerentur; idemque erat militare, ac Idololatram esse, ut accuratè notavit Franciscus (4) Silvius. Erat enim sub Licinio Cæsare receptæ religionis Christianæ signum militaris Cinguli dimissio, ejusdemque adsumptio certissimum Idololatriæ argumentum. Hos igitur, qui dimisso cingulo, Christo dederant nomen, rursusque adspirarant ad cingulum Idolis flexuri genu, variè plectit Nicænus Canon, quem nimirum si legens intellexisset Margunius; non ad id contorsisset, ut ejus authoritate, quod nunquam tanti Patres somniarunt, circa repulsam militum, comprobaret.

[(2) *Sunt apud me.*]

[(3) *Initio Divinæ Liturgiæ* ἐν τῇ μεγάλῃ συναπτῇ.]

[(4) 2.2.q. 40. art. 1. ad 4. & in Notis ad Carranz. ad Can. 11. Nicænæ I.]

III. Verùm esto imperitiæ, quòd Canonem Nicænum Margunius non intellexerit; an non nequitiæ, quòd cætera Jura corruperit, vel in eum detorserit sensum, quem nusquam habent? Ecce ταξεώτην militem esse pronunciat, cùm Apparitorem Præsidis omnino significet, neque aliud præseferat, nisi eum, qui addictus est Curiæ armatus, ut eam vel stipet, vel certè custodiat. Hos Apparitores nemo unquam dubitavit repellendos esse ab Ordinibus ante, quàm se se his muneribus expedierint, de quo vide, quæ suprà docuimus. Sed demus ταξεώτην idem ac militem sonare: unde habet Margunius, vetari illis effatis Ordines affectari ab eo, qui militaverit? Eum, qui ταξεώτης est, vetant, non eum, qui fuerat: militantem abstinent ab Ordinibus, non eum, qui militavit; nec munus à Sacris rejiciunt, quasi notam intulerit, sed quòd præsens à Sacris impediat. Si quid novi, si quid intelligo, Jura illa hunc scopum habent, ne quis repente è militiâ, vel Curia ad Sacerdotium, & Infulas provehatur. Si ea omnia integra repetas, manifestum hoc erit. Scilicet hoc Aristenus affirmat, hoc Novellæ pronunciant, hoc Nicolaus objicit Photio, denique hoc ipsum in eodem damnat Romana Sanctissima Synodus. Unde sic contra Margunium licet argumentari. Non vetant Jura, quæ proferunt, militem ταξεώτην initiari, negant statim initiari: non igitur miles simpliciter abstinetur Ordinibus. Consecutio legitima est, quòd ex hac prothesi pendeat. Quotiens Jura non vetant aliquem initiari, sed illud cavent, ne citò Sacris initietur, toties is ab Ordinibus non abstinetur simpliciter. Quæ Prothesis vera est, ni dicas, quòd Jura vetent septennem initiari quempiam, aut sine examine, aut certis temporibus, locisve, eum simpliciter initiari non posse. At hypothesis constat ex illis ipsis Juribus, quæ Margunius producit. Aristenus. τὸν νεωστὶ: *qui recens*: ἢ ταξεώτην. Quemadmodum recens ad Christi fidem receptus, purgato temporis vitio, recipi ad Ordines potest, ita & ταξεώτης expeditus obligationibus Curiæ, quibus addicitur, poterit ad Sacra perduci: quando toto illo axiomate festinantis ad diversissima castigatur temeritas, non interdicitur motus, aut via omnis eripitur: quare sic addit (1) οὐ δεῖ εὐθὺς προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον, ἀλλὰ πρότερον πεῖραν αὐτοῦ λαμβάνειν, καὶ οὕτω, μετὰ τοὺς ἱερατικοὺς βαθμοὺς ἅπαντας ἀπροσκόπτως διελθεῖν, καὶ εἰς ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι. *Non debet statim in Episcopum promoveri, sed sæpius probandus est: sicque post omnes Sacros Ordines susceptos sine scandalo ultra progredi, & ad Episcopatum evehi.* (2) Justinianus: μὴ ψηφίζεσθαι ταξεώτην, ἢ πολιτευόμενον ἄλλως, εἰ μὴ ἐν μοναστηρίῳ οὐχ ἧττον δεκαπέντε ἐτῶν μοναχικὸν βίον ἀδιαβλήτως ἐξετέλεσεν. *Non aliter ordinandum Præsidis apparitorem, vel eum, qui alioqui Rempublicam administrat, nisi in Monasterio non minùs, quam XV. annos monasticam vitam sine reprehensione peregerit.* At Nicolaus totus est in eâ epistolâ in exprobrandâ temeritate perditissimi Photii, quòd Curiæ addictus, planèque profanus ad Infulas adspiraverit. Et nota, vocari ibi Photium ταξεώτην, quod certè Eunucho convenire non poterat, ni dicas, Photium Narsetem aliquem fuisse toti Græciæ terribilem. Ergo ibi ταξεώτης non pro milite ponitur, sed pro armato aliquo Curiæ ministro, planèque apparitore. Eadem est sententia Synodi Sacrosanctæ non alio nomine Photium damnantis, nisi quòd statim à vitâ profanâ ad Infulas, & alienas Infulas convolarit.

[(1) *In d. Can. 80. Apost.*]

[(2) *d. Lib. 3. Basilicon c. 7.*]

IV. Constat igitur ipsis ex Juribus, quæ nobis Margunius ingerit, non repelli ab Ordinibus eum, qui militaverit. Quod tamen indiscriminatim, atque promiscuè non est admittendum. Nàm hercle si Clericus intersit bello justo, non tamen ipse manu sua pugnet, licèt ante pugnam milites adhortetur, & provocet contra hostes, non erit irregularis. Hoc Jure Græco confirmare non licet, quod tamen (1) Latinum palam asserit, cui subscribunt & sacri Juris (2) interpretes cum (3) Abbate, (4) Cardinali, (5) Henrico, (6) Angelo, (7) Felino, & Theologi passim cum (8) D. Thoma, & (9) Cajetano, atque (10) Antonino. Ratio tamen, quæ ad id asserendum Latinos adigit, ea nobis pro Jure erit. Nam is, quem modò descripsimus, non deliberabundos ad cædem provocat, sed aliunde quibus deliberatum est, decretumque, hostes mutilare, cædere, ad internecionem profligare, in proposito voluntatis conceptæ confirmat, nec malo animo, vetito-

[(1) *In c. petitio, ubi glos. de homic. in c. quod in dubiis de pen.*]

[(2) *In c. pen. de homic.*]

[(3) *In d. c. penul.*]

[(4) *In d. c. penult.*]

[(5) *In d. c. penult.*]

[(6) *Ibid.*]

[(7) *Ibid.*]

[(8) 2.2.q. 40. art. 2.]

[(9) *In* 2. 2. qu. 41. art. 2.]

[(10) 3. p. tit. 28. c. 2. §. 0.]

que

que operatur, quando in bello justo licet, quidquid fit contra hostes. Quâ ratione existimo eundem irregularem non fore, tametsi in ipsâ pugnâ adhortetur. Quod censeo contra relatos DD. quibus adstipulatur (11) Silvester, neque injuriâ; par enim utrobique ratio est. Quare Græci, qui nuper siluerant, in hoc palam consentiunt, ita tradente Georgio (12) Pachymere; Quo teste, si Episcopus stricta Christi è Cruce pendentis imagine pugnantes cum barbaris Christianos urgeat in prælium, Servatorisque exemplo mortem contemnere propriam, alienum exitium procurare moneat, nullius est noxiæ reus. Quòd si ipse Clericus pugnet, & occidat, aut mutilet vel in bello justo, exauthorabitur, nec ulteriùs provehetur, quippe nota homicidii turpis. Pugnare enim Clericis etiam in justo bello vetitum est, quemadmodum (13) Jura decernunt. Atque hanc planè decisionem Nostri recipiunt Constantino (14) Chliareno Patriarcha sic statuente; οἱ γὰρ κληρικοὶ ὅπως δήποτε φονεύοντες καθαιροῦνται, μηδεμιᾶς διαφορᾶς οὔσης πολεμίων, ἢ λῃστῶν, ἢ ἑτέρων τινῶν. *Clerici enim quomodocunque occidentes, deponuntur, nulla habita differentiâ hostium, vel latronum, vel aliquorum aliorum*. In bello autem injusto, sive pugnet, sive adsit non pugnaturus, sive adhortetur, sive taceat, modò intersit ut miles, Clericus ineptus Sacris Ordinibus efficitur, quocunque modo auxilium, opemve præstiterit: idque ex oppositâ ratione manifestum est. Diximus enim eum, qui rectâ crimen aliquod vult, indirectè reum esse omnium eorum, quæ ex se, & non ex accidente à crimine illo proficiscuntur. Unde fit, ut cùm hujusmodi Clericus bellum injustum velit, eidemque operam præstet, reus sit omnium, quæ eo in bello patrantur. Propterea (15) DD. cum (16) Abbate, & (17) Soccino hoc ipsum constituunt: quibus addit calculum suum (18) Villadiego post Nostros à (19) Diplovatacio relatos. Verùm quid de Laico, si militaverit? Respondeo idem Juris esse: nam sive justo, sive injusto bello intersit, & aut mutilet, aut occidat, repellitur à Sacris: In bello justo si adhortetur, ac provocet, opemque omnem suppeditet, innoxius erit: At in bello injusto præliantibus injustè præsens opitulans, cædium, quæcunque evenient, reus habebitur, ac prorsus irregularis. Id, quod an etiam dicendum sit de iis, qui bello necessario, aut etiam laudem, præmiumque merituro intersunt, ut cùm Patria obsidione premitur, vel cùm, proposita criminum Indulgentia sacra, bellum hostibus nostræ Religionis indicitur, inferiùs ex disputandis patebit.

V. Interim ab Homicidio *voluntario* gradum facimus ad *Casuale*, sive fortuitum, & necessarium. Et quod pertinet ad *Casuale*, quod etiam *involuntarium* dicimus, dupliciter considerandum est: Vel ut est à privatâ personâ, vel ut à publicâ, aut ad publicum pertinente. Neque enim aliter res, etiam Latinis propter circumstantiarum varietatem implicatissima, aptiùs pingui Minervæ quorumpiam ex Nostris hac tempestate hominum proponetur. Primò igitur aggressus, quod ex privata persona est, ad rei penitissimam, brevemque notitiam, hanc

(11) In Sum. verb. bellu.3.§.2.
(12) In respons. ad Calumnias Cyprii.
(13) c. Clerici, et seq. 23. q.8. & c. mulieres de voto.
(14) In Jur. GR. l.3. Sent. Synod. l. 2. tit. de homicid. latron. in fin. pag. 210. tom. 1.
(15) In d. c. petitio.
(16) In d. c. petitio.
(17) In d. c. ad audientiam.
(18) In d. c. de homicidio col. 4.
(19) In Synops. tit. de homic.
(1) 2.2. q. 64. art. 8.
(2) In 2. 2. qu. 64. art. 8.
(3) In d. c. sicut dignum §. uls. ver. cifilium.

statim conclusionem pono: Qui navat operam Rei non licitæ, ex qua vel præter intentionem, scopumque ipsius mors, cædesve membri humani sequitur, tametsi omnem diligentiam adhibuerit, ne sequeretur, attamen ab Ordinibus est abstinendus. Hanc sententiam his planè, vel similibus verbis expositam asserunt omnes Latini Juris interpretes, eamque probat egregiè (1) D. Thomas, & post eum (2) Cajetanus, & ex eo Theologi, quorum constanti Suffragio præit (3) Glossographus. Latinis concinunt Græci, quotquot in Canones Apostolorum scripsere, Theodorus (4) Prodromus, Nicetas (5) Paphlago Canonis Apostolici verbum illud προπετείας *temeritatem* expendens. His adde (6) Photium, & (7) Balsamonem, Nilum (8) etiam, & (9) Coressium, eosque, quos refert (10) Margunius summis laudibus dignatus Nicetam, quem sapientissimum Græcorum nuncupat, & per antonomasiam os Veritatis. Quod sanè notandum est non contra unum Margunium, sed contra omnes Photianos. Laudatus enim, tantisque palam exceptus Encomiis Nicetas ille est (11) ipse, qui gesta Ignatii Sanctissimi Patriarchæ, & scelera Photii descripsit, qui si verax est, & Os veritatis, vera certè sunt, quæ scripsit. At si illa vera, nihil ultra Nostros lacesso, nisi ut ea legant, quisque fuerit Photius, agnoscant, & quid de eo Ecclesia simul congregata legitimè senserit. Sed hæc obiter non tamen abs re. Cæterum hæc sententia communis, si, ut lata est, perpendatur, non minimas patitur difficultates. Constat enim, non semel circumstantiis inspectis, eum, qui dat operam rei non licitæ, non censeri ineptum Ordinibus sacris, aut irregularem.

VI. Da enim Mangonem aliquem, aut, ut modestiùs loquar, lenonem mulieres venali Veneri prostituere, ibique *in Carcere fornicis*, ut (1) ait ille, amatorculos juvenes in rixâ ob meretricem initâ occidi? an lenonem ex infamiâ cætoroqui irregularem, ex homicidio etiam irregularem pronunciabis? Itidem eum, qui aleas legibus damnatas, talosque conficit, eosque conficiendo peccat, an ineptum sacris Ordinibus dicas, si fortè ex alea, talisque rixati ludentes homicidium perpetrarint? Profectò id neque ratio, neque authoritas ulla constituet; & tamen utrique danti operam non licitæ rei præter intentionem accidit ex ipsa re, cui operam dabat, homicidium. Igitur, tametsi uterque in re peccarit, ex qua secutum est homicidium, non propterea homicida uterque. Quod tradidit universim disputans (2) Diplovatacius, & in specie (3) Soccinus, ex quo (4) Covarruvias. Idem censendum erit de fabro ferrario, qui ex ferro furto sublato recudit ensem. Etenim is non censebitur irregularis ex homicidio, siquis alius eo ense utatur, atque hostem occidat. Id, quod subjecit prædictis (5) Diplovatacius, & ex eo notavit (6) Alfonsus à Castro, atque ex hoc (7) Covarruvias. Ex eorundem effato irregularem censere nefas eum, qui adulterium cum alterius uxore patravit, cujus mox gnarus maritus conjugem occidit. Contra Cajetanum etiam cum Diplovatacio, & Covarruvias sentio, irregularem eum non esse, cui cùm interdictum fuisset egredi

(4) De Interpr. ad Can. 66. Apostol.
(5) In explic. Apost. Can. ad 66.
(6) Orat. de Constantia, sive de se circa finem.
(7) In Medit. ad Offic. Patriarchale.
(8) In Psephesmate de homic.
(9) Ad Synops. ad Can. Conc. Ancyr.
(10) Not. 8. ad Can. 22. Ancyr.
(11) Vide Allat. Tom. 1. Græc. Orthodox. in fine.
(1) Juvenal. Satyr. 10.
(2) In Synopsi jur. Græc. tit. de homic.
(3) In d. c. ad audientiam.
(4) In d. Clem. si furiosus p. 2. §. 5. num. 10. vers. 1.
(5) d. tit. de homic.
(6) De potest. L. pœnal. c. 14. vers. admoneo.
(7) d. num. 10. vers. secundo.

gredi Domo, egredi placuit, atque equitare per urbem, si inter equitandum casu, absque ejus culpa, equus calce aliquem feriat, & occidat. Sunt multa alia, quæ studio brevitatis consultò prætereo, videnda penes relatos authores. Hæc enim supersunt, ut apprimè constet necessitas communis illius regulæ, Conclusionis, atque sententiæ protinus explicandæ.

VII. Ea, ut omnino vera sit, de eo intelligatur oportet, qui operam dat rei minimè licitæ, quæ natura sua in debilitatem membri, aut mortem feratur hominis: aut saltem ipsa res minimè licita ita per se ipsam naturâ suâ periculosa sit, ut plerunque ex eâ membri sequatur debilitas, aut homicidium. Tunc enim qui operam ei suam præstat, ut ut omnem adhibeat diligentiam, ne debilitas membri, morive sequatur, reus erit penes Ecclesiam, rejicieturque ab Ordinibus propter notam, & vitium lenitatis. Hanc explicationem communis sententiæ ante omnes Diplovatacius dedit, quem secuti, antequam Covarruvias scripta perlegeremus, olim respondimus, atque obtinuimus. Propterea & nunc in eam pedites imus authoribus ex eodem (1) Covarruuvias productis (2) Soccino, (3) Ancharano, (4) Franco, (5) Villadiego, & (6) Soto. Hinc porro inferre licet, si actus vetitus sit eam ob causam, quia periculum debilitatis, aut mortis facit, dantem ei Actui operam irregularem esse, tametsi præter intentionem, post omnem diligentiam, homicidium sequatur, sive debilitas. Possent & alia ex dictis plurima ad praxim utilia deduci, ni essent extra nostræ indaginis aleam, quippe Theoresim, & principia rerum, de quibus agimus, dare professam, quæ tamen non ita exsucca tradita à nobis est, atque proposita, ut non & peculiaria multa peregerit, quibus addimus & illud contra plurimorum sententiam, eum, qui animal ferox, & noxium domi detinet, quamvis ligatum aptissimè, fore irregularem, si casu quenquam occiderit, modò animal illud eo in loco ligatum, constrictumque detineat, unde transeuntibus iter est: nam eo in loco animalia detinere nefas est, quia periculosum: quando sæpe contingunt, etiam cum tota diligentiâ, hominum transeuntium cædes: id, quod (7) Jura, Juriumque (8) Interpretes sapienter affirmant.

VIII. Ex opposita Ratione privatus, qui dat operam rei licitæ, neque homicidii reus est, neque notæ sacræ obnoxius, si post adhibitam diligentiam, alicujus mors inde sequatur. De hac assertione perparum Nostri: Eam Latinis debemus, non tamen omnino. Illam enim propalam (1) Harmenopulus tradit producto Tarasio (2) Patriarcha, Theodoro (3) Abbate, ac Philosopho (cujus etiam meminit Nicephorus (4) Blemydes), Helia (5) Cretensi, (cujus testimonio alia in re utitur Gregorius (6) Protyncellus), Maximo (7) Martyre, quem celebrat (8) Trapezuntius noster. Hinc neque Chirurgus, neque Medicus hac pœnâ, notâve tenentur, si periti, si docti secent, aut pharmacum porrigant, unde, sine ipsorum culpâ, mors ægri sequatur. Ita (9) Cardinalis, (10) Soccinus, & (11) Covarruvias, penes quem multa utilia fas erit cognoscere ad id minutè, & curiosè proposita, quorum pleraque ante ipsum constituit (12) Diplovatacius noster, & Juris nostri authoritate validissimè confirmavit. Idem erit, si Clericus in Minoribus ex artis peritiâ, atque adhibitâ diligentiâ secet, aut medeatur. Nam licere minoribus Clericis Medicinam, & Chirurgiam exercere, constitutissimum est tum penes Latinos ex (13) Jure: quod tamen ad eos Clericos minores, qui beneficio Ecclesiastico præditi sunt DD. cum (14) Abbate, & Paulo (15) Parisio minimè porrigunt: tum penes Nostros, quorum Anagnostas, & hypodiaconos his artibus in Græcia nobilissimis tutò dare operam posse, Harmenopulus (16) docet prolata Tarasii (17) Sententia, quam etiam laudat (18) Coressius, & ante Coressium (19) Margunius. Secus erit, si Clericus ex Majoribus, aut Monachus pharmacum misceat, secetve: nam is, etiam adhibitâ diligentiâ omni, licet sine culpâ ipsius ex haustu, seu sectione mors ægri sequatur fortuitò, utroque tenetur; & homicidii notam contrahet eum ab Ordinibus repulsuram. Ita palam Latinum (20) Jus, cujus certam sententiam subobscurè (21) Harmenopulus, aliique probant, palam reprobat (22) Margunius superciliosâ temeritate constituens. *εἴ τις τῶν κληρικῶν, ἢ μοναζόντων παρ' ἡμῖν ἔμπειρος χειρουργίας τε καὶ ἰατρικῆς τὴν τῶν Ἀναργύρων αἱρήσοιτο, καὶ τὸ ὑπερβάλλον τῆς τέχνης ἀσκήσοιτο, οὐκ ἐμποδὼν γενήσεται μήτι πάθῃ κατέγνωσμα ἐκκλησιαστικὸν, ἀποθανόντος τυχὸν τοῦ θεραπευομένου, καθὼς θρυλλοῦσιν οἱ σκληροὶ Λατινόφρονες. παρ' ἡμῖν γὰρ πᾶσιν ὁ νόμος τἀμφότερον συγχωρεῖ.* *Siquis autem Clericorum, & Monachorum penes nos peritus Chirurgiæ, ac Medicinę sectam Anargyrorum* (SS. Cosmæ, ac Damiani, qui penes Nos hoc nomine censentur) *elegerit, & perfectissimam artem exercuerit, non verebitur, ne quid sacræ censuræ patiatur, defuncto fortè eo, cui operam medicam impendebat, ut reboant crudeles Asseclæ Latinorum. Penes Nos enim, omnibus lex utriusque potestatem facit.* Quanti faciendæ sint lædoriæ, manifestæque in Latinos, Latinorumque asseclas contumeliæ Margunii, ex iis, quæ sæpe notavimus, constat; Quare supervacaneum erit & objectæ hìc crudelitati respondere. Olim fatuus ille, seu potiùs furiosus hæc ineptit creberrimè. Illius potiùs satagendum est, ut Græcia cognoscat, si asseclæ Latinorum crudeles censentur, quòd Clericos, Monachosque ab Arte Medica, atque Chirurgiâ prorsus abstinendos docent, crudeles fore vel Græcos ipsos, qui ipsum hoc apertè constituunt. Scilicet & Jure Græco interdici utrâque illâ Arte Clericis, Monachisque, manifestum est ex productis per (23) Diplovatacium, (24) Coressium, (25) Canonarcham, Doctoribus Græcis, quorum unus ad retundendam væsaniam deliri Sycophantæ supersit Theodorus (26) Prodromus, cujus hæc verba sunt, *οὔτε προσιὼν τῷ θυσιαστηρίῳ, οὔτε μονάζων τῇ ἰατρικῇ προσπελαζέτω τὴν χεῖρα, ἔνοχος γὰρ θανάτου γένοιτο ὁπωσοῦν παρεπομένου.* *Neque accedens ad Altare, neque Monachus Medicinæ manum admoveat, reus enim mortis habebitur, quocunque ea modo sequatur.* Quid Doctores Nostros ad testimonium provoco, cùm Jus nostrum,

(1) d. n. 10. vers. igitur his. (2) In d. c. ad audientiã. (3) In c. ult. de homic. (4) In d. c. ultimo. (5) d. c. de percussore col. 3. (6) Lib. 5. de Just. & Jur. q. 1. art. 9. (7) L. hi enim L. generaliter L. qua vulgo ff. de Edil. Edicto. (8) Rom. sing. 704. Covar. d. §. 5. n. 11. in princ.

(1) In Prochir. Jur. Can. tit. de homic. (2) Synod. 3. de Sacerdot. (3) In Can. Apost. ad 66. (4) Orat. 1. n. 15. in fin. (5) In expos. Ep. Nazian. ad Cledoni.

(6) Ad Imp. Trapez n. 17. ad fin. (7) Epist. 8. ad Monach. (8) Ad Jo. Canteles. de Spir. S. process. n. 17. (9) In c. sua nos de homic. (10) In d. c. ad audientiam. n. 3. (11) d. §. 4. n. 3. (12) d. tit. de homic. (13) c. ad aures, de aet. & qualit. (14) In d. c. sua nos col. pen. & fin. (15) Cons. 96. col. ult. l. 4. (16) d. tit. de homic. in Prochir. Jur. Can. (17) In Synod. 3. de Cleric. (18) Ad Synop. ad C. 22. Ancyr. (19) In Antirrhet. pro Mar. Ephes. contra And. Coloss. (20) In d. c. sua nos. (21) d. titul. de homicid. (22) In d. Antirrhetico. (23) d. tit. de homic. (24) In Synops. Nili ad d. C. 22. Ancy. (25) De Canon. vi ad Can. Apostol. 66. Schol. 66. (26) De Interpr. ad d. Can. 66. Apost.

strum, & quidem post grande dissidium, post Schisma terribile, quod patimur, constitutum, Margunianam sententiam damnet. Audi, si libet, quid Lucas (27) Chrysoberges Byzantinus Antistes edicat. ἐπεὶ Κανών τις διορίζεται, μὴ πορίζεσθαι τοὺς ἱερωμένους τὰ πρὸς τροφὴν ἀπὸ πραγμάτων αἰσχρῶν, καὶ ἀτίμων, ἐζητήθη πολλάκις ποῖα ταῦτά εἰσι· καὶ τινὲς εἶπον, εἶναι ταῦτα, τὸ πορνοβοσκεῖν, τὸ καπηλικῷ ἐργαστηρίῳ προΐστασθαι, καὶ τὰ ὅμοια· ὁ δὲ ἁγιώτατος πατριάρχης Κύριος Λουκᾶς, καὶ τὰ μυρεψικὰ, καὶ τὰ βαλανεῖα αἰσχροκερδῆ εἶναι ἔλεγεν, ὡς ψεύδους παραίτια· ἀλλ' οὐδὲ ἀρχιάτρους παρεχώρει γίνεσθαι τοὺς διακόνους, ἢ ἱερεῖς, λέγων ἀνένδεκτον εἶναι, τοὺς μὲν φαιλώνιον, καὶ στιχάριον τὰ ἅγια μεταχειριζομένους, κοσμικὰς στολὰς ἐνδιδύσκεσθαι, καὶ μετὰ λαϊκῶν ἀνδρῶν, τῶν ἰατρῶν δηλαδὴ, συμπορεύεσθαι. *Quoniam Canon quidam statuit, ne, qui sunt sacrati, quærant ex rebus turpibus, & vilibus victum, sæpè quæsitum est, quænam ea sint? Et alii quidem dixerunt, eas esse, lenonem esse, ac meretrices alere, cauponariæque tabernæ præesse, & similia. Sanctissimus autem Patriarcha Dominus Lucas, unguentarias quoque officinas, & balnea turpis esse quæstus dicebat, ut quæ mendacii quoque Causa essent. Sed nec Diaconos, vel Sacerdotes fieri sinebat Archiatros, dicens non esse ferendum, ut qui, cum Infulis, & casulis sancta tractant, sæcularibus vestibus induantur, & cum laicis viris, scilicet Medicis, incedant.*

(27) *In Jur. GR. Tom. 1. li. 3. sent. Synod. li. 1. pag. 226. in sentent. Lucæ tit. 13.*

IX. Habes ex his certissimis, manifestissimisque contra Margunii mendacitatem, rectè censere Doctissimos Græcorum, qui sententias Latinorum recipiunt, imò communi Ecclesiæ utriusque suffragio subscribunt, nec Jure nostro, aut penes Nos unquam licuisse Sacratis hominibus Medicinæ, Artive Chirurgicæ navare operam; atque adeò, Clericum in Majoribus, Monachumve, tametsi peritissimè incidat, aut pharmacum misceat, irregularem fore, si qua mors inde, sive debilitas præter scopum ipsius accidat, post omnem diligentiam adhibitam. Id, quod tamen existimo non absolutè, & indiscriminatim esse probandum, sed tunc tantùm, cùm Clericus ipse manu sua secat, aut potum porrigit, ex quibus vel ex se mors sequatur, vel, ut plerunque fit, ex accidente, licèt à Medico etiam diligentissimo neutrum prævideatur. Nam, si actus ipse in mortem, debilitatemve non influat, censeo, nullam contrahi sacram notam, licèt actus ipse criminosus sit, quia contra Canones. Multa minutiora enucleanda hic essent, & quidem ex ipsis nostris Authoribus, mirum profectò congruentibus in modum Latinorum sententiis. Ea tamen ad Scopum meum supervacanea cùm sint, omittenda duxi, hortatus interim Nostros, ut quando Authorum nostrorum scripta non suppetunt, quippe aut typis edita, & rara, aut manuscripta & intra Bibliothecarum capsas, nidosque tineis, blattisque seposita; quando prætereà, tametsi Nostrorum scripta suppeterent omnibus, ea adeò concisè, ac jejunè res curiosè tractandas peragunt, ut vix intelligenda se proferant doctioribus; Latinorum Commentaria perlegant, atque inde sibi parent rerum Sacrarum documenta, queis Ecclesiastica disciplina more Majorum constituatur. Neque enim aliter fiet, ut priscum Genti nostræ Superi decus restituant, quam si ii, qui Sacras res gerunt, operam omnem scientiis impendant; quibus nimirum vel mediocriter delibatis, erit, ut multa corrigantur, quæ ex ignorantia peccamus; multaque intelligamus, quæ, cùm Græci sint Juris, Nobis contingent novissima: cùmque Nostra sint, primo ingressu aliena videbuntur. Multa itidem, quæ à Nostris neglecta propter incuriam, sive quia nulla necessitas aderat, ex iisdem principiis, quæ palam communia utrique Ecclesiæ docuimus, ad Latinum instar revocabimus, futura tamen Græca, dum à Nostris usurpantur: & tantò magis Græca, quantò magis rationi, quæ post homines à siliquis, Casitque ad mitius pabulum, vitamque Politicam revocatos, Genti nostræ maximè placuit, consentanea.

X. Tale est, quod statim exponimus, ab homicidio fortuito per privatum hominem perpetrato transgressi ad homicidium fortuitum à personâ, ut dicimus, publicâ factum. Est autem ea, quam Personam publicam dicimus, quæcunque ad Judicium pertinet criminale, sive Judex, sive accusator, sive testis, quibus adde Actorem, & Advocatum. Hi omnes, si qua mors ex Judicio contingat, homicidii fortuiti, hoc est non quæsiti, neque intenti, rei censentur, quòd videantur non ad pœnam tendere, sed ad Justitiæ leges, aut custodiendas, aut usurpandas. Primò igitur Judex mortis, aut cædis membrorum sententiam ferens, irregularis est, si Laicus, ne possit ad Ordines recipi, si Clericus, ne in Ordine suscepto ministret, neu ad ulteriores adspiret. Hanc sententiam Latini ubique asserunt, quos referre non vacat, quippe innumeros. Plerorum syllabum vide penes (1) Covarruvias, & (2) Villadiego. Ex Nostris idem (3) Prodromus docet his verbis: καὶ οἱ κριταὶ καταδικάζοντες θανάτῳ ἀπείργονται τοῦ κλήρου, καὶ τῆς ἱερωσύνης, ἀνδροφόνοι γὰρ οὗτοι, εἰ καὶ μὴ ἔργῳ, ἀλλὰ τῇ ἐντολῇ, καὶ ἀποφάσει. *Et Judices ad mortem damnantes rejiciuntur à Clero, & Sacerdotio: nam hi homicidæ censentur, sin minus opere, certè jussu, & sententiâ.* Quæ verba refert, ac laudat (4) Harmenopulus, confirmatque postremâ parte Tarasiani (5) Synodici, ubi hac super re suffragium est multiplex, & gravissimum Hyperbli Chalcedonensis, Nicolai Heracleensis, ac Nicephori Sasimorum Episcopi. Facit & sententia Synodica (6) Constantini Chliareni Pontificis Bizantini, ubi Latronum interfectores Laici, ut ut justè eos occidissent, eodem modo sacrâ censurâ plectuntur, καθὰ ἐπιτιμῶνται καὶ οἱ ἐν πολέμῳ φονεύσαντες, *quemadmodum puniuntur, qui in bello occiderunt.* Clerici verò ὁπωσδήποτε φονεύσαντες καθαιροῦνται: *quocunque modo peremerint, exauthorantur.* Unde manifestissimè constat Ecclesiæ utriusque consensus, Judicem jubentem occidi, vel mutilari censentis irregularem. Hoc tamen multis conatur impugnare (7) Margunius, sed præsertim explicatione mirabili verborum Prodromi, quem refert, ac laudat: Ait enim illis ἐλέγχεσθαι τοὺς καταδικαστὰς, οὐ τοὺς δικαστὰς, quasi verò δικάζειν *benè judicare*, καταδικάζειν *malè judicare*, quod attinet ab ipsum judicem, actum-

(1) *d. p. 2. §. 2. nu. 7. & seq.*
(2) *d. c. de percussore.*
(3) *De Interpret. ad d. Can. 66.*
(4) *d. tit. de homic.*
(5) *Extat apud Canonarchā I formul. Synod. pænal.*
(6) *Juris GR. lib. 3. sent. l. 1. pag. 210. Tom. 1.*
(7) *In d. Antirrhetico pro Marco.*

que judicandi significaret, non verò id esset καταδικάζειν, quod malè judicare de aliquo, ut refertur ad malum judicati, sive damnare. Id, quod, si barbarus aliquis dixisset, ferendum esset, cùm Græcus, & Episcopus, & Photianorum Oraculum id dicat, quis non rideat dicti ignorantiam? Quis non stomachetur cavilli nequitiam, quæ sexcentis Priscorum sententiis repugnat? Nam καταδικάζειν sumi simpliciter, pro *damnare*, patet ex Diodoro Siculo dicente, κατεδίκασαν αὐτοὺς πολλοῖς χρήμασι: *ut multam pecuniam erogarent, sententia coegerunt*: & ex Basilio: θανάτῳ καταδικάζειν: morte damnare, & Luciano καταδικάζεται θανεῖν, morte damnatur, & Herodiano καταδικάζειν ἑαυτῷ θάνατον, *sententiâ se suâ morti addixit*. Et Philone μηδέποτε μέρος ἐξ ἐρήμου καταδικασθέντος: quos ad id refert benemeritissimus linguæ nostræ Jacobus (8) Billius. Constat idipsum apertius ex Etymologia, & analysi verbi ipsius. Scilicet ex hac καταδικάζειν non est, nisi per insertam consecutionem malè judicare; vi suâ significat judicare contra, quod ad bonum æquè, ac ad malum judicium pertinet. Hinc verbo huic casus ex obliquis primus subjicitur, non gratiâ sui, sed propter eam, qua componitur, præpositionem, cui, cùm significat contra, is casus debetur, quare, cùm mos nobis sit dicere δικάζειν τινὰ, cùm addimus τὸ κατὰ, rectè dicimus, καταδικάζειν τινός. Adeò cum ipsa verbi vi considerati cum Grammaticis, nedum cum Jurisperitis, sententia Margunii pugnat.

(8) In Elocut. Græcis dictio damno.

XI. Sed esto hoc imperitiæ, quam communem Margunius habet cum cæteris Photianis, illud mendacitatis, malignitatisque ipsi propriè est, quod sententiam suam Latinis impudenter affingit, (1) subdens. καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ πνευματομάχοι ταῦτα νομίζουσι πολὺ σκληροτέρως τοὺς ἐν ἱερᾷ θρησκείᾳ κριτὰς ἔχοντες, ὥστε καὶ δικάζειν πρὸς θάνατον τοὺς αἱρετικοὺς, καὶ εἰς πυρὰν διδόναι, ὅπερ ἀπανθρώπως αὐτῶν σύνοδος κατεπράξατο, πυρὶ καταναλώσασα καλὸν, καὶ ἀθῷον ἄνδρα, καὶ αὐτῷ ἁπλῶς πιστεύσαντι δημοσίᾳ ὑπισχνουμένῳ. *Et ipsi Spiritus Sancti hostes hæc censent, multo crudeliores Sacræ secta Judices habentes, ut & morti adjudicent hæreticos, & flammis tradant. Id, quod sæva quædam eorum Synodus præstitit, igni addicto, & flammis in cineres resoluto Viro bono, & innoxio, qui ei publicè spondenti securitatem simpliciter nimis crediderat.* Hæc amarus Margunii animus, quibus nihil mendacius esse potest. Etenim Latini communem Ecclesiæ utriusque sententiam religiosè secuti, non solum Judicem, si laicus damnet ad mortem, ab Ordinibus arcent, verùm etiam irregularem censent, etiamsi nullam ferat sententiam, si tamen reum ei carceri mancipet, in quo pædore, ac situ confectus oppetat mortem, quemadmodum tradunt Guillelmus (2) à Monte Lauduno, (3) Ananias, (4) Abbas, (5) Soccinus, (6) Antoninus, Joannes (7) Bernardus Diaz, & alii. Nec falsa minus, quæ addit de Sacris Judicibus, quo sub nomine Quæsitores Sacros sugillat. Nam hi neminem unquam ad supplicium jussere duci, aut jubent; sed hæresis reos, damnatosque, & pœnæ sacræ addictos laico judici tradunt rogantes, ne qua membri eos cæde, aut morte afficiat. Id, quod omnibus Ecclesiasticis judicibus usuvenit, cùm post exauthorationem damnatos pœnis Ecclesiasticis homines laicorum Judicum potestati relinquunt, quemadmodum toti Europæ notissimum est, & referunt omnes relati per (8) Covaruvias, videndum ad peniciorem rei notitiam, quam in præsentiarum omitto, quippe ad rem nostram prorsus inutilem. Abunde enim ex dictis constat, Latinos judices Sacros capitis damnare neminem, qui reos, damnatósque à se prorsus rejiciunt, ni dicas & patrem, qui domo filium ejicit gravissimorum criminum reum, si filius capiatur à Judice, & ex illis criminibus morte multetur, mortis filio irrogatæ reum esse.

(1) In d. Antirrhetico pro Marco.

(2) In Clem. 1. de pœnit. & rem.
(3) In c. de cætero col. ult. de homic.
(4) In c. ad audientiam. de crim. falsi.
(5) In d. c. ad audientiam de homicid.
(6) 3. p. tit. 28. c. 2. §. 3.
(7) In Pract. crimin. c. 139.
(8) d. §. 5. n. 7.

XII. Eodem modo cædis immunes censendi sunt Latini Clerici, quicunque laica jurisdictione funguntur, si criminalem causam judici laico committant, ut ad normam justitiæ sententiam ferat. Etenim Delegatus, causâ cognitâ, si capitis reum damnet, non propterea Delegans erit irregularis. Cujus ea ratio est, quoniam animus Delegantis sistit in eo, quod delegat, atque in causâ, quam delegat, non autem in iis, quæ sequuntur ex utroque, vel alterutro. At Delegans jurisdictionem delegat, & ad justitiæ usum delegat: in his igitur sistit, neque ulteriùs progreditur. Quapropter utrunque illi imputabitur, non verò quod ex utroque, vel alterutro sequitur. Hæc ratiocinatio pendet ex veritate Propositionis, quam fortassis Photianorum Stupiditas inficiabitur. Sed ostenditur vera ex absurdo, quod sequitur, si falsam dicas. Nam, si qui dat potestatem, vellet, &, ut ajunt, intenderet ultra id, quod dat, & causam dandi, quiquid ex utroque, vel alterutro sequitur, Deus, qui omnipotentiam homini suam dat, ut ea ex arbitrio utatur, ut certum est, quandoquidem sine Deo nihil possumus, cujus potestate agimus, quidquid agimus, & (1) *in quo vivimus, movemur, & sumus*; Deus, inquam, qui libertati hominis potestatem dat suam, vellet, &, ut ajunt, intenderet, quidquid ex potestate illa, ejusque Actu liberrimè sequitur: cùmque sæpe sequatur peccatum, Deus peccatum intenderet, quod absurdum, impium, atque detestabile dogma si admittat Margunius, similis erit Gregorio Theologo suo, Palamæ nimirum, de natura Numinis impiè multa commento. Hinc liquidò patet, per quantam calumniam de Sacrosancta Constantiensi Synodo mentiatur, quæ Joannem Husz & hæreticum, & in hæresim, quam ejuraverat, iteratò lapsum, atque damnatæ jam hæresi pertinaciùs adhærentem damnavit quidem sacrâ sententiâ, pœnisque Sacris addixit, non morti. Eam illi post condemnationem sacram Curiæ Principis tradito, more, modoque superiùs explicato, laica sententia profani judicis intulit justè, ne vivo hoste veritatis acerrimo in grande, præsensque periculum adduceretur Orthodoxa religio, quam vera illa Sapientia afflat, (2) *per quam Reges regnant, & legum conditores justa decernunt*. Neque hæc aut eruditionis abstrusæ, aut non omnibus obvia. Acta sunt Constantiæ sæculo XV. inspectante Orbe Terrarum universo. Scripsere de illis post plurimos Theodoricus (3) Niemus, & Joannes (4) Cochleus notus ipsi Margunio. Nam eum, licèt λατινόφρονα, & addictissimum Vaticano, laudat, & accuratum, doctumque,

(1) Actor. c. 17. nu. 28.

(2) Prov. c. 8. n. 15.

(3) In Vita Joann. XXIII.
(4) In hist. Hussit. lib. 2.

Digitized by Google

que appellat in libello, quem vernaculâ linguâ nostra postremum conscripsit; ut planè mirabile sit, si Joannem Husz appellet χαλὸν, ἒ ἀθῶον ἄνδρα, *bonum, & innoxium virum*, cujus ter denos errores horrorem Græcis facturos, imò & Photianis ipsis, si nonum, & vigesimum septimum excipias, OEcumenica (5) Synodus detestata est. At, inquit, fidem fecerat Synodus homini miserrimo, securitatemque promiserat, quem tamen mox nullâ promissorum habitâ ratione damnavit. Quid? Unde habet Margunius datam Hæretico à Concilio fidem? Nunquam id nobis ipse probabit: Blateret licèt Lutherana lingua, & Calviniana ululet rabies, id nobis nunquam probabit. Si quid probri ex fractâ fide ibi fuit, id Sigismundo Cæsari scilicet imputandum erit, qui fidem dedit, non verò Synodo Sacrosanctæ, quæ eam fidem nec dedit, nec dare poterat. An judex ad judicium accersens fidem daret de non damnando? Igitur hæc fracta fides non est Concilio aliquatenus imputanda; imò nec Cæsari ipsi, ut doctè (6) Cochlæus, & ex hoc Odoricus (7) Rainaldus ostendit. Neque enim fidem Husso dederat Cæsar, nisi addita conditione, si damnatus resipuisset. An putas impletam conditionem ab eo, qui damnatus OEcumenicam Synodum dolo malo decipere ausus est? Iterum ergo damnatus est ille, quemadmodum decebat, à Concilio, quippe relapsus in hæresim, quippe deploratæ fidei, perditæque homo nefarius, traditusque Cæsari; ut cum eo ex legibus ageret: Quem scilicet religiosissimus Princeps piis flammis absumpsit vivum, ut Apostatam, ut fugitivum, uti desertorem ejus fidei, quam, recantatis erroribus suis, receperat, mox exuerat, eamque perditum ibat, si licuisset, & ni retractus à fuga ignibus illis, queis exarsit publicè, docuisset verum esse, quod (8) Paulus asseruit dicens: *Deus non irridetur*, sive in se ille consideretur, sive ut repræsentatur à Principe.

(5) *Constan. sess.* 15.
(6) *d. li.* 2. *hist. Hussis.*
(7) *In Annal. ad ann. Christi.* 1415. *nn.* 32. & 33.
(8) *Ad Galat. c.* 6. *n.* 7.

XIII. Sic rejecto Margunio constitutissimi Juris est, Judicem sanguinis nec admittendum ad sacra Ministeria, si laicus; si Clericus sit, irregularem fore. Idem dicendum de teste in causa itidem sanguinis. Nam, sive Clericus, sive laicus, irregularis erit, etiam si edicat, atque profiteatur, se pœnam nolle, cùm pœna mortem infert, aut membra mutilat. Et de hoc reipsa Nostri singillatim nihil certum constituere, fluit attamen & hoc ex eorundem principiis. Etenim, cùm post (1) Prodromum, (2) Aristenum, (3) aliosque, quos congerit (4) Diplovatacius, Harmenopulus (5) dicat: ἁπλῶς οὐδεὶς συμπρᾶττων θανάτῳ ἢ τῇ δίκῃ αἱμάτων ἄξιος ἱερατείας κατὰ τοὺς κανόνας νομίζεται. *Simpliciter nemo aliquid, quod ad mortem hominis, aut sanguinis judicium spectat, agens dignus sacerdotio juxta Canones censetur*: cùmque testis, quidquid edicat, si de crimine, & in crimine, testimonium ferat, aliquid agat, quod ad mortem hominis, & judicium sanguinis spectat; sequitur ex principio à nobis prejacto, eum fore irregularem. Adstipulantur Latini communi suffragio, ut post (6) Glossam notat (7) Felinus, & (8) Abbas, tradiditque accuratissimè (9) Crotus. Quòd verò hi Doctores Latinæ Jurisprudentiæ lumina eandem assertionem producant etiam ad accusatorem, non iis dumtaxat tribuendum est. Id Nostrorum est etiam, è quorum communi principio, quod nuper tot authoribus comprobatum prajecimus, sequitur, etiam accusatorem, si accusationi mors rei, aut membrorum damnum accedat, irregularem fore: nam & is morti hominis, damnoque membrorum causam aliquam sufficit, ut palam est. Prætereà, si ex Nostrorum sententiâ, Judex, quamquam justè agat, ex allegatis, & probatis mortis sententiam ferens, irregularis tamen est, potiori jure eandem notam contrahet accusator. Etenim Judex cogitur sententiam dicere, Justitiæ quippe minister est, cui ex officio plectenda sunt crimina; contra accusator potest accusationem omittere semper, sæpe clementer omittit; ut cùm ex necessitate illi aliqua, huic ex libertate nulla suppetat excusatio. Hæc supersint, ne mihi stomachum creent ex Nostris ii, qui auribus meis sæpe hæc occinunt. Utantur hoc Jure Latini; Nostra hæc Ecclesia non adeò minuta considerat. Quid non considerat, quæ Nobis ea principia palam constituit, unde hæc necessariò deducuntur? Aristonis effatum est penes Platonem à (10) Planude relatum, Naturam nobis omnes dictasse scientias, quæ scilicet eorum principia nascentibus indidit, unde pedetentim acies mentis progrediens conclusiones elicit omnes, quæ illis nimirum principiis continentur. Quare & (11) Platonici addiscei novum quidpiam negavere, quippe disciplinâ non scientiam, sed memoriam excitari: Insitas namque unicuique nostrûm scientias omnes: doctos nos gigni, & ex alvo matris palliatos Philosophos egredi; Socratem in cunabulis æquè sapientem fuisse, ac epotâ cicutâ, cùm disputaret in carcere: Ulyssem, postquam πολλῶν ἀνθρώπων (12) ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω:

—Mores (13) hominum multorum vidit, & Urbes.

non doctiorem habitum, sed memorem magis. Quæ omnia ridenda prorsus, & inepta erunt, ni de principiis scientiarum intelligantur, quibus à Naturâ receptis, non reipsà scimus omnia, sed ad omnia cognoscenda perapti sumus. Siquidem Natura in ipsis principiis nos omnia docuit summatim, more Præceptorum maximorum, qui κατὰ σύντομον plurima paucis docent. Adeò verum est, eum, qui principia constituit, quidquid è principiis necessariò venit, protinus constituere, ut ei, qui minutiora hæc, quasi barbara spernit, uti barbara & illa principia spernenda sint, è quibus hæc minutiora descendunt. Quæ tamen principia ita Nostra penitùs demonstravimus, ut, qui barbara dixerit, is, quid scripserit Græcia, quid sentiat, prorsus ignoret.

(1) *de Interpret. ad d. Can.* 66. *Apostol.*
(2) *In Nomoc. ad Can. Apost.*
(3) *Ad Can.* 66. & *in resp. ad Episcop. Cypri.*
(4) *In Synops. Juris Græc. tit. de homic.*
(5) *In Prochir.*
Jur. Can. titul. de homic.
(6) *In c.* 1. 51. *dist.* & *in c. testimonium.* 11. *q.* 11.
(7) *In c. postulasti de homic.* & *in c. de cætero de testib.*
(8) *In d. c. de cætero col.* 1.
(9) *In Tract. de test. p.* 2. *n.* 69.
(10) *In Adag. centur.* 3. *n.* 69.
(11) *Plut. de Placit. Philosoph.*
(12) *Hom. Odyss. à vers.* 3.
(13) *Horat. de art. Poet. vers.* 142.

XIV. Illud tamen in re, de qua agimus, utiliter adnotandum est, eum, qui accusat de injuriâ sibi illatâ, evasurum irregularitatis notam, si, cùm diem dicit, in ipso judicio edicat, à se minimè peti eam debiti criminis vindictam, quæ damnum membrorum, aut mortem hominis inferat. Tradit hoc, post Nostros relatos à (1) Diplovatacio, Jus (2) Pontificium, docentque Latini Juris Interpretes cum Joanne (3) Andrea, (4) Abbate, (5) Soccino, & (6) Felino.

(1) *d. tit. de homic.*
(2) *In c.* 2. *de homic.*
(3) *In d. c. postulasti.*
(4) *Ibid.*
(5) *In d. c. ad audientiam.* 54.
(6) *In d. c.*

Id, quod adeò verum est, ut accusantem excusset, licèt is sciat, Judicem non auditurum, exauditurumque ea, quæ accusator edixit, sed processurum ad pœnam sanguinis. Addit (7) Covarruvias ex (8) Franco, & (9) Joanne Vanchelo, atque (10) Soccino, idipsum verum esse, tametsi accusator reum ipse capiat, detineat, & judici tradat. Porro dixi, hæc rata esse in eo, qui reum quempiam facit de illatâ sibi injuriâ, quod (11) Felinus protendendum censet ad eum, qui pro injuria propinquis illatà postulat, quod tamen intellige, si injuria illata sit propinquis, qui sunt in potestate accusatoris. Imò & ad eum idipsum producendum, qui præcogitatum facinus, ac meditatum Scelus in proximos, aut grave Reipublicæ damnum accusat, censent (12) Cajetanus, & (13) Navarrus ante (14) Covarruvias, quorum tamen Opinioni minimè acquiesco, quòd ea ex receptis utrique Genti principiis non fluat. Propterea enim actus edicendi superiùs descriptus accusatorem excusat, quòd ille accusator videatur cedere Juri suo circa vindictam, ac proinde nihil conferre ad sententiam sanguinis mutilaturam, aut occisuram. Contra accidit, cùm quis postulat criminis in proximos, aut in rempublicam præcompositi, tunc enim, cùm ipse juri vindictæ, pœnæque cedere non possit, quippe quorum cessio ad proximos, & ad rempublicam pertinet, etiam posito actu illo edicente, ad ultionem, quæ secutura est, aliquid conferre videtur. Quare mihi stanti à principiis utrique Ecclesiæ communibus contra proximè propositam sententiam, dicendum existimo, eum accusatorem ab Irregularitate liberum minimè fore, nisi fortè illa sententia eum in sensum accipiatur, ut accusator, cùm grave damnum proximi accusatione præcavet, denunciatione secretà ad *correctionem*, uti dicimus, *extrajudicialem* insimulet reum non puniendum, sed coercendum, ne damnum inferat proximo. Tunc enim existimo delatorem irregularem non fore, quidquid inde sequatur: quemadmodum eundem immunem censeo, cùm damnum reipublicæ delatione præcavet, si simul & judici delictum deferat, & moneat reum, ut fugiat. Quo simul præstito, nullo modo ad rei mortem aliquid confert, quam reus sibi scilicet imputet, si monitus haud sibi consuluit. Hæc dixi contra tantos viros, quorum Commentariis perpetuo utor, non studii, aut gloriæ causà captandæ ex novitate, quam sanè in disciplinis Moralibus odi, ratus eo collimandum, ut mores venerabili Antiquitati congruant, nec à Sapientum sententiis deflectant: Sed ut Græci noscant, me non adeò Latinorum Opinionibus addictum, ut eas non eligam, quæ magis congruunt illis, quæ piè, doctèque tradita sunt à Nostris, quorum Gloriæ studeo, quorum Sapientiam veneror, gnarus, quidquid laudis Græciæ meæ usquam obvenerit, à me alienum nunquam fore, qui Græcus sum, Græcisque adnumerari glorior. Græcis inquam, non Photianis, nam hos, utpote Schismaticos; prorsus à Græcis diversos dico, acriter declamaturus in eos, qui Græcos schismaticos appellant, exclamaturusque: nec sunt, nec unquam fuere Græci Schismatici; sunt, fueruntque inter Græcos Schismatici.

postulasti.
(7) In d. p. 2. §. 5. n. 4. vers. 9.
(8) In d. c. 2. de homicid.
(9) In d. c. 2.
(10) In d. c. ad audientiam n. 52. & seq.
(11) In d. c. 2. de homic.
(12) In 2. 2. qu. 33. art. 7.
(13) In c. Inter verba 11. q. 3. coroll. 55.
(14) d. §. 5. n. 4.

XV. Horum quibuspiam mirari contigit, quòd Latini causarum Patronos, sive Advocatos irregulares censent, cùm Margunius scribat, non aliunde aptiores adsumi Sacerdotes, quàm ab Advocatis. καὶ τοῦτο μὲν, (1) ait, οἱ θεῖοι διδάσκαλοι, καὶ θεοφόρητοι πατέρες διετράνωσαν, τούτους τὸ πλεῖστον καθιερῶντες· καὶ δικαίως μᾶλλον· ἡ γὰρ συνηγορία καλὴ, καὶ οὐκ ἀπαγορευθεῖσα τοῖς κληρικοῖς· περὶ οὗ ζήτει τὰ συνοδικὰ τοῦ πατριάρχου Λουκᾶ. *Et hoc quidem divini Magistri, ac divinitus illuminati Petres declaravere, hos (scilicet Advocatos) plerunque soliti sacerdotio insignire. Jure sanè, nam advocandi munus bonum, neque vetitum Clericis, de quo vide Synodica Lucæ Patriarchæ.* Ita Margunius, cui tamen quis credat? aut unde tanta in Photianis amentia, ut prius Latinorum sententias damnent, quàm noverint? Adsumptos à Patribus plerunque ad sacros Ordines causarum Patronos, mentitur Margunius. Unde enim hoc nobis probat? Quos profert testes solemnissimi illius τὸ πλεῖστον, *plerunque*? Advocatos ad Sacra statim recipere, nunquam in Græcia licuit. Gradatim ibatur, iturque ad sacros Ordines, ut à Minoribus, nec sacris eundum sit illi, qui vult ad sacros, & superiores ascendere. Pudet me hoc iterum confirmare, quod Nostri testantur relati secundo (2) Responso, videndusque à Nostris ignotus Photianis Canon OEcumenicæ (3) Synodi VIII. imò integer libellus (4) Allatii, ubi de hoc sæpè, & hoc iterum, iterumque confirmat. Deinde ne adsumptos quidem ad Clerum plerunque à Majoribus nostris Advocatos, probabit Margunius. Nam mihi evolventi monumenta historiarum nostrarum nullùs advocatus occurrit ad Clerum adscitus præter unum Chysostomum, de quo id testatur (5) Isidorus Pelusiota. At demus & hoc Photianis, receptos ad Sacra plerunque causarum Patronos, an propterea male hos Latini ab Ordinibus abigunt, cùm in causâ sanguinis adversus reum accusatori patrocinium præstant. Imò optimo jure. Nam irregulares sunt, si membrorum cædes, vel mors rei sequatur, tametsi edicant, ut supra descripsimus. Notant hoc omnes Latini cum (6) Joanne Imolensi, notaruntque ante Latinos Græci cum (7) Balsamone, (8) Blastario, (9) Hierotheo, (10) Nilo, ad cujus Synopsim (11) Coressius hos omnes laudans sic tandem conficit. ἐξαιρέτως δὲ ἤτοι οἱ ἀοίδιμοι, καὶ πρεσβεύοντες κληρικῶν διατάξεων ἐξηγηταὶ ταῦτα ἐπισκοποῦσι, καὶ διδάσκουσιν ἐφαπτόμενοι τοῦ κινδύνου, ὥσπερ ὑπόκεινται οἱ κληρικοί ποτε συνηγορεῖν τετολμηκότες. οἶδα δὲ, ὅτι πρόφασιν ἑαυτοῖς κατεργάζονται τὸ δοθὲν παρὰ τοῦ πατριάρχου Λουκᾶ πρὸς συνηγορίαν θέλημα διαγνώμῃ. μέτριον δ' ὅμως, καὶ ἀβελτέρως. τὸ γὰρ θέλημα τοῦ Λουκᾶ συγκατάβασιν ἄν τις εἴποι κατὰ καιρὸν δοθεῖσαν, καθὼς ὁ Βαλσαμὼν ἐπιστηθεὶς ἀπεκρίθη, καὶ ἄλλως τὸ σύγγραμμα οὐδὲ συνοδικόν ἐστιν, οὐδὲ τὰ διαλεγόμενα τοῖς πατράσι καθαίρον, ὅθεν καὶ τῷ ἔθει αὐτῷ ἠρεμίσθη, καθάπερ εἰδεῖν ἔστι, καὶ μαρτυροῦσιν οἱ προειρημένοι. *Peculiariùs autem hi clarissimi, ac celeberrimi Canonicarum Constitutionum Interpretes hæc perpendunt, ac docent respicientes periculum, cui subjecere se ipsos Clerici aliquando ausi postulare. Novi verò, quosdam*

sibi

(1) In d. Antirrhet. pro Marco.
(2) Sect. de Interstitiis.
(3) Can. 5.
(4) De Interstitiis.
(5) Lib. 1. Epist. 42.
(6) In c. 1. de postulan.
(7) In d. Can. 88. Apost. & in respons. ad Episc. Cypri.
(8) In còp. Syntag. ad Can. 66. Apost.
(9) In Collect. ad d. Can. 66.
(10) Ad d. Can. 66.
(11) Ad Synops. in Can. 22. Ancyr. Schol. 13.

sibi parare excusationem ex licentiâ data per Patriarcham Lucam ad patrocinium causarum Diacono. Frustra tamen, & inconsultò. Nam licentiam Lucæ indulgentiam quis dicat ad tempus factam, quemadmodum Balsamon interrogatus respondit: & cæteroqui Decretum illud neque Synodicum est, neque derogat constitutis per Patres: Quare & ipsa consuetudine obsolevit, ut videre est, & præfati testantur.

XVI. Ex quibus manifestum est, nihil prodesse Margunii scitis decretum Lucæ Chrysobergæ, quando id neque consuetudine receptum est, nec leges latas circa id ipsum abrogavit. Quod si verum est, quid apertius, quàm Jure nostro abstineri Clericos, Monachosque patrocinio causarum? Lege, quod graviter decrevit Joannes ille (1) Xiphilinus, cujus laus est in Dionis Epitome. Hæc leges. Μηνὶ φεβρουαρίῳ, ἡμέρᾳ τρίτῃ, ἐπινεμήσεως η΄. πολλοὺς τῶν ἐκκλησιαστικῶν, καὶ μοναχῶν καθορῶντες ὑποθέσεις ἀλλοτρίας ὑποδυομένους, καὶ ὑπεραγωνιζομένους τῶν δικαζομένων ἐν πολιτικῷ, καὶ ἐκκλησιαστικῷ δικαστηρίῳ· ἀλλότριον τῆς ἐκκλησιαστικῆς συνηθείας, καὶ τῆς τῶν νομίμων ἀκριβείας τὸ πραττόμενον κρίναντες, διορίζομεθα, μηκέτι τὸ λοιπὸν, μήτε μοναχὸν, μήτε τινὰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀλλοτρίας ἀγωγὰς ὑπεισερχόμενον ἐν δικαστηρίῳ, συνηγορεῖν. ἐργολαβία γὰρ ἄντικρυς τοῦτο, καὶ οὐκ ἄν τις τοιοῦτο τι διαπραττόμενος τὴν ἀπὸ τῆς ἡμῶν μετριότητος ἐπιτίμησιν διαφεύξεται. πλὴν εἰ μὴ ἐκκλησιαστικῆς ὑποθέσεως οὔσης κελευσθείη παρ' ἡμῶν ὑπεραγωνίζεσθαι θατέρου μέρους τῶν δικαζομένων· τηνικαῦτα γὰρ ἕξει σὺν τῷ ἀμέμπτῳ καὶ τὸ ἀνεπιτίμητον· τὸ δὲ παρὸν σημείωμα ἀναγνωσθῆναι ἐκελεύσθη καὶ πᾶσι τοῖς πολιτικοῖς δικασταῖς, ἵνα ἐντεῦθεν εἴδησιν λαβόντες τοῦ ἡμετέρου διορισμοῦ, μὴ προσδέχωνται τοὺς τοιούτους εἰς τὸ τισὶν ὅλως συνηγορεῖν. *Mense Februario, die VI. Feria III. Indictione VIII. Cum multos Ecclesiasticos, & Monachos videamus alienas causas subeuntes, & pro eis decertantes, qui in Civilibus, vel Ecclesiasticis judiciis litigant; alienum ab Ecclesiastica consuetudine, & legum gravitate, quod fiebat, judicantes, statuimus, ut nemo deinceps nec Monachus, nec ullus Ecclesiasticus alienas causas suscipiens in judicio defendat. Id enim est apertè mercenaria opera. Et nemo tale quid agens nostræ moderationis supplicium effugiet, præter quàm si fortè, cùm sit causa Ecclesiastica, à nobis jubeatur alterutrius litigantium partis defensionem suscipere. Tunc enim, præter quàm quòd erit reprehensionis expers, in pœnam quoque non cadet. Præsens autem edictum omnibus, etiam civilibus judicibus, legi jussum est, ut cùm nostri Decreti scientiam habuerint, eos omnino non admittant ad illorum causas agendas.* Consona decrevit & ille ipse Lucas Chrysoberges, cujus authoritate Margunius ineptias suas nititur confirmare; nam in (2) Edicto lato mense Decembri, die VIII. feria II. Indictione VI. gravissimis verbis interdicit Clericis negotiis omnibus sæcularibus, ex (3) illis οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, *nemo potest duobus dominis servire.* Ex quo tamen sequitur, interdictum esse Clericis patrocinio causarum, quod certè laicum negotium est. Adeò falsum est, permitti Clericis Advocati munus; quod tamen, ut ajebam, si dares, non tamen quidquam officeret causæ, quam agimus; quando, quocunque modo asseras, licere Clericis, adesse Actori, aut reo in judicio civili, non tamen in criminali, cùm causa Sanguinis agitatur. Id enim omnino vetitum est: quo fit, ut si quis patronum se in causa sanguinis præbeat accusatori, irregularis censeatur sive Clericus, sive Laicus, si eâ in causa damnum membrorum irrogetur, aut mors. Cujus ea ratio est, quia confert aliquid ad pœnam etiam præmisso edicendi actu, qui erit inutilis, quando oppositum ipso patrocinio suo procurat; inducitque oratione Judicem ad pœnam, cujus proponit meritum, ex quo in judice oritur pœnę inferendæ obligatio, aliquando etiam necessitas. At verò is, qui operam aliquam confert ad mortem hominis, aut membrorum damnum ex communi Nostris, Latinisque sententia amovendus à Clero est: ergo & ex communi Gentis utriusque suffragio, is, quem descripsimus Advocatus ab Ordine removebitur.

(1) *In Jure GR. Tom. 1. Sent. Synod. lib. 1. inter Sent. Jo. Xiphilin. titul. 3. pag. 214.*

(2) *d. lib. 1. Sent. Synodal. in Sent. Lucę tit. 2. pag. 220.*

(3) *Mat. c. 6. n. 24.*

XVII. Neque enim Latini patronos Causarum omnes ab Ordinibus arcent. Quod si dicant Photiani, eos imperitiæ arguent scripta omnia Latinorum, penes quos Laici patroni causarum civilium nullâ notâ sacrâ multantur: imò nec omnes Patroni criminalium etiam in causa sanguinis, si laici sint. Nam advocatus Rei ita immunis censetur Irregularitatis, ut etiam, non præmisso actu illo edicendi, minimè censeatur ex morte, aut damno membrorum accusatoris ineptus sacris Ordinibus, si fortè Accusator ejus eloquentiâ victus appareat Sycophanta, pœnæque talionis subjiciatur. Docent hoc cum cæteris (1) Abbas, atque (2) Villadiego, idemque Nostris insinuat ratio ex præjacto communi principio religiosè descendens. Defensor enim ex naturâ suâ non est ad læsionem, offensionemque; neque patrocinium Rei, aut laico Patrono vetitum est, aut tendit ad pœnam, atque adeò ad eam nihil confert. Quâ ratione neque reus, cùm se se tuetur, huic notæ, qua de agimus, obnoxius est, si fortè delator victus pœnâ talionis damnetur. Hæc ex communi sententia, quæ tamen cautiùs circumscribes ita, ut si Clericus contra jus vetans utrique Genti, ut nuper ostendi, commune, patrocinium impendat reo, irregularis fit ex morte, vel debilitate accusatoris pœna Talionis multati: Dabat enim operam rei minimè licitæ, conferentique admodum ad mortem, & pœnam sanguinis, saltem plerunque. Idem dicendum de reo victore, si petat accusatorem victum puniri, quin ante omnia edicat, se nolle mortem ipsius, membrorumve damnum, neutrumque petere. Nam hæc si omitat, omnino erit irregularis propterea, quòd tunc Actor evadit, agitque id, quod rectà, palamque mortem hominis, debilitatemve deposcit.

(1) *In c. 1. de postul. & in c. sententiã sãguinis. ne Cler. vel Monach.*

(2) *d. c. de Percussore.*

SE-

Digitized by Google

SECTIO VIII.

De Homicidio necessario.

SUMMARIUM.

I. *Duplex necessitas actus, & ex utraque occidentem excusari, authoritate Latina, & Græca, præsertim Prodromi, comprobatur.*

II. *Authoritas Prodromi explicatur præjactâ regulâ, quâ constituitur, occisorem privatum repelli ob culpam, publicum ob notam, undè confirmatur, occidentem ex necessitate non repelli.*

III. *Refellitur dicacitas Coressii, cujus dictum notatur ut ignorantiâ, & mendacitate plenum.*

IV. *Explicatur decretum Constantini Chliareni, & decernitur, furiosum, si occidat, non esse irregularem.*

V. *An Ebrius occidens excusetur? Hujus quæstionis pars affirmans proponitur, ubi multa de ebrietate.*

VI. *Proponitur pars negans.*

VII. *Resolvitur quæstio, decerniturque, quando Ebrius occidens irregularis censendus sit.*

VIII. *An dormiens fiat irregularis ex homicidio patrato inter dormiendum? Ostenditur non esse, & apponitur dicti limitatio.*

IX. *An non solitus in somno furere, si ex præconceptâ in hostem ira, dum vigilat, occidat dormiens, irregularis sit? & an peccet, qui fluxum seminis in somno patitur? ubi refellitur Coressii Calumnia.*

X. *Homicida ex necessitate defendendi se se non est irregularis, si se defendat cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

Inferuntur aliqua ad praxim.

XI. *Non excusatur ab Irregularitate, ob dedecus fugæ, qui occidit, cùm possit fugere: Neque is, qui ad tutelam patris, vel propinquorum occidit, nisi & ipse periclitetur. Denique neque qui occidit ad tutelam bonorum.*

XII. *Si defensioni bonorum misceatur etiam tutela personæ, homicidium non imputatur ad irregularitatem.*

I. HActenus abunde de iis, qui ab Ordinibus arcendi sunt ex homicidio fortuito, seu casuali, videndum nunc de illis, qui homicidium perpetrant necessarium. Hoc à necessitate nomen nanciscitur; necessitas autem duplici in causa est: Nam est necessitas, quæ Vitium libertatis consequitur, atque ex ea necessariò agere dicimur, cùm liberi minimè sumus, neque utimur potentia, sive libero arbitrio: est & necessitas agentis liberi quidem, sed coacti, quod, licèt ex se aliter, ac agit, agere possit, extrinsecus tamen per vim sibi injectam eum in modum comprimitur, ut aliter facere nequeat. Ita prima necessitas intrinsecus sita intima actui est, Secunda extrinsecus illata extima itidem actui est. Jam utrâque hac necessitate excusari, eum, qui utrivis obnoxius occidit, aut mutilat, palam est, atque id Latini docent, neque refragantur Græci. Nam sententia Photianorum infra expugnabitur, nec Græcorum ea esse censetur, quos à Photianis olim secrevimus. Ut rem pressiùs transigamus, audi, quid (1) Prodromus ex Jure nostro Nos docet. τὸν ἐξ ἀνάγκης φονεύσαντα οὐκ ἀπείργει ὁ Κανὼν τοῦ θυσιαστηρίου· ἐν ἀνάγκῃ γὰρ ἐντολῆς ἐνέργεια, καὶ νόμου, ἐκ δὲ τούτου ἀκακία πρὸς κατ' ἰδίαν πολιτευομένους, ἵνα τοὺς δικαστὰς διακρίνωμεν, οὓς διὰ τὴν ἀπήνειαν οὐ χρὴ ἱερεῖς καθιστᾶναι. *Eum, qui ex necessitate occidit, non abstinet Canon Altari: nam in necessitate mandati vis, & legis; ex hac verò innocentia in iis, qui privatim operantur, ut Judices secernamus, quos ob crudelitatem non decet Sacerdotio initiare*: Non potuit breviùs plura, nec acutiùs rationi magis consentanea dare. Prorsus in hoc homine cæteroqui rudi Græcum ingenium ubique deprehendas, hoc verò in loco & videas. Hìc enim non modò servandam toti Ecclesiæ doctrinam constituit, sed rationem doctrinæ, quam Latini plurimis, ac sępe inutilibus verbis circumagunt, brevissimè complexus est.

(1) *De Interpr. ad d. Can. 66. Apostol.*

II. Ad eam tamen luculentiùs intelligendam, prænotandum existimo, non eodem modo censere oportere de publicâ personâ, ac de privata. Nam illam Ecclesia à ministerio sacro ex homicidio repellit non propter crimen, sed propter notam quandam Crudelitatis, quam vel justissimè agens contrahit ultricis Justitiæ minister publicus, quem proinde minimè idoneum arbitratur Ecclesia repręsentandæ sacrâ dignitate Servatoris Christi personæ. Accedit, quemadmodum diximus, Digamum abigendum ab Ordinibus non propter aliquam culpam, sed propterea quòd minimè deceat, eum ad castimoniam hortari alios, qui Veneri, licèt legitimæ, operam imprensiùs dedit, ita planè congruum esse, ut is ministerio sacrorum abstineatur, qui maximè contulit ad supplicium nocentis hominis; eo quòd minimè poterit populos provocare ad mansuetudinem ejus imitandam, qui (1) maledicentibus non maledixit, qui vel (2) adulteram accusatoribus eripuit, qui vel (3) proditorem recepit ad osculum, Petrumque (4) ternæ inficiationis reum peramanter respiciens ad frugem meliorem convertit, conversumque adeò non castigavit, ut & Principem (5) Ecclesiæ suæ clementissimè constituerit. Hæc accuratè omnia Prodromus postremis verbis complexus est: unde sequitur, irregularitatem inferri privato tunc tantùm, cùm ex culpâ quâpiam aliquid ad homicidium confert. Nam, si minister tantùm publicus irregularis est propter homicidium non ex culpa ulla, sed ex merâ notâ crudelitatis, consequens est, privatum hominem tunc solum irregularem fore, cùm ex culpâ aliquâ perpetrat homicidium. Porro, ut acutè insinuat Prodromus, ubi necessitas est, culpa esse non potest; nam necessitas vim legis habet, & vis legis in eo sita est, ut, quæ jubet, licita vel inveniat, vel faciat; quod adeò verum est, ut translativum in (6) Jure effatum sit apertè constituens, eum, qui Juris authoritate peccat, non peccare, quando peccatum transgressio legis est, nec legem transgredi videtur, qui legis authoritate agit: Igitur, qui ex necessitate occidit, aut ut mi-

(1) 1. *Petr. c. 2. n. 23.*
(2) *Jo. c. 8. n. 3.*
(3) *Mat. c. 26. nu. 49. Marc. c. 14. nu. 45.*
(4) *Luc. c. 22. nu. 61.*
(5) *Jo. c. 21. n. 15. & 17.*
(6) *c. qui peccat. 23. q. 4. c. dixit 14. q. 5.*

Digitized by Google

mutilat in culpa non est! Quod si in culpa non est, homo privatus, cùm ex necessitate occidit, vel mutilat, profectò, ex præjactis, atque constitutis, irregularitatem minimè contrahit. Eadem tradit Harmenopulus noster ex Tarasiano Synodico, & verbis Prodromi, quæ ab illo desumpsimus, nam exemplar Prodromi, quod penes Eminentissimum Card. Brancacium Juniorem legimus, mancum erat, atque Asteriscis ubique miserrimè detruncatum.

III. His porro retunditur Coressii malesana dicacitas, qui in famoso libello, quem non è stylo Coressii philosophicam breviloquentiam affectantis conscriptum Latinum fecimus, hortatu Soarii Vassionensis Episcopi τοῦ μακαρίτου, hæc (1) habet: ἡμεῖς οὐδὲ τοὺς ἐξ ἀνάγκης φονεῖς πρὸς ἱερὰν τάξιν ἀναλαμβανόμεθα, ἀναλαβέτωσαν δὲ οἱ ἐξεῖναι νομίζοντες χερσὶν αἱμαχθεῖσιν λειτουργεῖν, καὶ θεμιτὸν λέγοντες ἐν τῷ βήματι αὐτοχειρίᾳ διαχρήσασθαι ἄνθρωπον, καθὼς δὴ συνέβη ἀρχιερέα τινὶ αὐτῶν Στεφάνῳ, κατεγνωκότι τοὺς ἀνατολικοὺς, καὶ Κυπριανοῦ τοῦ ἱερομάρτυρος. *Nos neque ex necessitate homicidas ad Ordines sacros admittimus. Admittant illi, quibus licet cruentis manibus divina peragere, quique fas esse dicunt, vel in Arâ ipsâ manu propriâ hominem obtruncare, ut per illos contigit cuidam eorum Antistiti Stephano, qui Orientales, ac Cyprianum Martyrem condemnavit*. Hoc Epiphonemate primam Declamationis suæ partem absolvit, in quo tamen dubites, an Major sit ignorantia, an manifestior impietas. Certè hi Photiani recentiores vel ab ipsis Majoribus suis Photio, ac Cerulario maximè descivere. Illi enim, si quid objecere Latinis, falsum licet, atque impium, non tamen tam ineptè, tam stolidè? Nos, inquit, non admittimus. Qui? Photani ne, Esto. Innoxios abigitis, noxios retinetis. Eos, quos necessitas excusat, repellitis ne sint homicidæ inter vos; neu cruentis manibus Sacra tractentur. At, admittitis Insularum emptores, institores Ordinum, jure divino, & humano damnatos admittitis, ut Simoniaci Præsules sint apud vos, & rapacissimis ex avaritiâ sacrilegâ manibus Sacra tractentur: Væh vobis, si liberet edere, quos admittitis, qui necem inferentes ex necessitate admittere nefas reputatis. Vos ergo non admittitis, at Græci cum Latinis admittunt: nam hoc testantur & Princeps inter Canonistas Græcos, & Jurisconsultorum nostrorum maximus, nulli Latinorum Secundus. Tu verò quis es, Coressi, cui credendum uni sit? cujus testimonium unius stet? *In* (2) *ore duorum, vel trium testium stat omne verbum*. Produco duos asserti penes nos Juris testes omni exceptione majores; Erit ne, qui tibi uni fidem adhibeat omni exceptioni obnoxio, contraria, uti dicimus, *Singulariter* attestanti? Sic igitur vel nostra Ecclesia docet, licere aliquando, cùm suprema necessitas cogit, post occisum hostem Sacra incœpta peragere, ut mox inferam; neque id soli Latini. Græci ipsi, qui sapiunt, hoc affirmant. Nam quod ais, fas censeri Latinis, vel in Altari, hostem occidere, id Latini, cùm ratio aliter evadendi non suppetit, asserunt, ex communi Ecclesiæ utriusque Suffragio, & Legis tum civilis, tum naturalis præscripto, quo licet vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ. Cùm verò necessitas extrema non instat, id penes Latinos inauditum, nec unquam in Orbe terrarum deductum ad praxim, nisi in Græcia, nimirum à similibus tui Iconoclastis, quorum Princeps Michael Balbus Leonem Armenum, spectante mox, & plaudente Græcia, intra Sacrarium occidit: testibus (3) Michaele Monacho, (4) Ignatio, & (5) Cedreno. Nec prodest Tibi Stephani Pontificis exemplum, quod te ignorantiæ, & impietatis condemnat. Nam hunc, quem contemptim nominas, Græca Ecclesia inter beatissimos Martyres adorat in (6) Menologio, quod si vidisses, qui omnia vidisti, non imputasses Latinis, quod Idololatræ perpetrarunt, nec Sanctissimum Pontificem sugillasses, quòd & Firmiliano restiterit, & Cypriani Martyris opinioni, quam mox tot Concilia reprobavere, non acquieverit, quem tamen neque damnavit, neque anathemati subjecit, ut probat manifestè (7) Baronius, quamvis Firmilianum, aliosque aliquot Asianos Antistites pravo dogmati tumultus addentes, ac turbas, justâ severitate perculerit; quemadmodum ex Dionysio Alexandrino refert (8) Eusebius.

(1) *Libello de Impietat. declamat. 1. in fin.*

(2) *Mat. c. 28. nn. 16. ad Corinth. c. 13. n. 1.*

(3) *In Vit. S. Theod. Studit.*

(4) *In vita S. Tarasii.*

(5) *In Leon. & Michael. Traulo.*

(6) *Augusti.*

(7) *Ad ann. 258. n. 5. & seq.*

(8) *Lib. 7. hist. c. 4.*

IV. Verùm hæc obiter dicta sint: ad propositum redeo. Positâ utriusque Ecclesiæ sententiâ, cui nihil officit Constantini Chliareni (1) decretum pronuncians: οἱ κληρικοὶ, ὁπωσδήποτε φονεύοντες, καθαιροῦνται, μηδεμιᾶς διαφορᾶς οὔσης πολεμίων, ἢ λῃστῶν, ἢ ἑτέρων τινῶν. *Clerici, quocunque modo occiderint, deponuntur, nullâ habitâ differentia hostium, vel latronum, vel aliquorum aliorum*: quippe quod non protenditur ad necessarium homicidium, & in extrema necessitate patratum, ut explicat post (2) Harmenopulum (3) Diplovatacius, & (4) Canonarcha. Positâ, inquam, Ecclesiæ utriusque sententiâ, sequitur, ab omnibus recipiendam esse Constitutionem Clementis V. in Concilio Viennensi, ubi tantus Pontifex sic (5) decrevit. *Si furiosus, aut infans, seu dormiens hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit: & idem de illo censemus, qui mortem aliter vitare non valens suum occidat, vel mutilet invasorem*. Ex hujus celeberrimæ legis authoritate, primò, si furiosus, amens, isque, qui caret usu rationis, homicidium perpetrarit, mox in sanitatem revocetur, ad Ordines recipi poterit. Id, quod confirmatur lege civili, quę penes nos obtinet. Ea enim palam constituit, non esse puniendum amentem ob delictum amentiæ tempore perpetratum. Ita (6) Ulpianus, & (7) Modestinus, quibus adde ex Nostris (8) Attaliaten docentem: ὁ μαινόμενος, καὶ ὁ μὴ ὢν ἑπταετὴς, φονεύοντες συγγινώσκονται. *Furioso, & ei, qui nedum septennis est, si occidant, ignoscitur*. Quod si furiosus in furore occidens nullo modo puniendus est: ergo nulla in eo homicidio culpa, atque ex præjactis nulla Irregularitas.

(1) *In Jur. GR. l. 3. Sent. Synod. l. 1. pag. 211 tom. 1. in fine decreti.*

(2) *d. tit. de homic.*

(3) *d. tit. de homic.*

(4) *De Canon. & ad Can. Apostol. Schol. 69.*

(5) *In Clem. si furiosus, de homic.*

(6) *In L. illud §. sane ff. de injur. L. sed, & si quocunq; §. 2. ff. ad L. Aquili.*

(7) *L. pe, & ultim. ff. ad L. Pompe. de parric.*

(8) *In Synops. tit. 71. i fin.*

V. Et hæc sanè certa, illud anceps, an ex patrato in Ebrietate homicidio irregularis quispiam censeatur? Dissident autem hac in re etiam Latini inter se Doctores, & illi in primis. Nam, cùm Ebrietas non sine culpâ voracitatis alicujus sit, quidquid ex illa sequitur, impu-

(1) *L. respiciendũ §. delinquunt ff. de pæn.*

(2) *in d. §. delinquunt.*

L l impu-

imputandum videtur ebrio; atque adeò ipsum homicidium, ex quo Irregularitas venit. Quòd autem ebrietas non sine culpâ sit, reumque aliquo modo constituat ebrium criminis in ebrietate perafti, videtur probari ratione multiplici. Primò, ex Jure (1) Civili, ex quo (2) Bartholus, & DD. tradiderunt, ebrium, si delinquat, puniendum esse propter ebrietatis culpam: id, quod etiam Jure (3) Pontificio confirmatur, traditque (4) Glossographus ante (5) Romanum. Secundò ex Patribus. Etenim (6) Augustinus docet, Lotum in culpâ fuisse ex ebrietate, quod etiam asseruit (7) Ambrosius, & (8) Hieronymus, ante quos (9) Origenes, cujus verba refert (10) Jo. Arboreus, Denique ex (11) Aristotele affirmante, duplicem pœnam constitutam Ebriis: quam Aristotelis assertionem explicans (12) Eustratius ait, eâ respici legem Pittaci Sapientis κολάζεσθαι τὸν μεθύοντα διπλασίως, τῇ μὲν διὰ τὴν μέθην, τῇ δὲ διὰ τὸ ἐν μέθῃ ἁμαρτάνειν, *plectentem duplò ebrium, tùm propter ebrietatem, tùm propter delictum in ebrietate commissum*. Hinc Joannes (13) Damascenus negat, ebrium ignorantiâ excusari, cujus sententiam ad hoc adducit (14) Margunius, asseverans, irregularem esse ebrium, qui occiderit, vel mutilaverit aliquem. Id, quod & celeberrimi Canonum Latinorum Interpretes docuere (15) Zenzelinus, (16) Cardinalis, & post eos (17) Villadiego, quibus adstipulatur & ex Theologis (18) Silvester.

VI. Oppositum censuit (1) Covarruvias primò, quia ebrius furioso similis est ex dicto (2) Hieronymi: at furiosus excusatur: igitur & ebrius. Secundò: Ebrius caret usu Rationis, non minus, quàm furiosus, infans, ac dormiens; atqui carens usu rationis, si perpetret homicidium, excusatur, quemadmodum nuper probavimus, & constat ex Relatâ constitutione Clementis: & ebrius ergò. Tertiò, ex (3) D. Thoma, qui in homicidio perpetrato per ebrium tria considerat, primum, potationem, secundum ebrietatem, tertium ipsam hominis cædem: mox docet, voluntatem rectà ferri in potationem, obliquè verò, & *indirectè* in ebrietatem, quæ ex se se potationem illam consequitur; at in cædem hominis neque rectà, neque obliquè voluntatem bibentis ferri propterea, quòd ea non ex se, sed tantùm ex accidente ebrietatem consequitur. Quod loco laudato Covarruvias accuratè, & doctè confirmat exemplo Clerici suâ culpâ excommunicationem passi, cui si ceteroqui ante excommunicationem Jus erat conferendi Beneficii, ex constitutis (4) à Jure, non imputatur, post excommunicationem non potuisse beneficium conferre; neque illi interim, uti dicimus, *tempus currit* datum à Jure, ut beneficium legitimè conferatur, quemadmodum notant (5) Doctores cum (6) Felino, (7) Jasone, (8) Ludovico Gomez; (9) Balbo, Rocho (10) de Curte, & (11) Decio. Unde in summâ colligitur, licèt aliquid imputetur alicui, non proinde imputari eidem posse id, quod ex crimine fortuitò sequitur, ut, quemadmodum reus est Causæ; ita reus censeatur effectus non necessarii, sed planè improvisò, atque fortuitò contingentis.

VII. Has inter invicem dissidentes opiniones

(3) *C. sane, & c. inebriaverunt 15. q. 1.*
(4) *In d. c. sanè.*
(5) *In L. 1. 5 princ. ff. de ver. obl.*
(6) *Lib. 22. cōtra Faustum c. 44.*
(7) *Lib. de Abraham Patr. c. 6.*
(8) *Ad Eustoch. de Virginit.*
(9) *Hom. 5. in Genes.*
(10) *Lib. 10. Theosoph. c. 3.*
(11) *Lib. 3. Ethicor. c. 5.*
(12) *In eum locū Aristot.*
(13) *Lib. 2. de Fid. Orthod. c. 24.*
(14) *Not. 59. in d. c. 66. Apostol.*
(15) *In d. Clem. si furiosus.*
(16) *In d. Clem. si furiosus.*
(17) *In d. c. de pœnis, ffere col. 11.*
(18) *In Summ. verb. homicidiū 3. q. 4.*

(1) *In d. Clem. si furiosus inis. p. 3. n. 4.*
(2) *In c. vēter 35. dist.*
(3) *1. 2. q. 76. art. 4.*
(4) *In c. quia diversitatē de cōcess. præb.*
(5) *In d. c. quia diversitatem.*
(6) *In c. 1. de præscrip.*

veritas ponenda est ex prejactis principiis utrique Genti communibus, dicendumque, tunc ex ebrietate patratum homicidium imputari ad irregularitatem, cùm ebrietas sive ex naturâ suâ peculiari connectitur aliquo modo cum homicidio, sive extrinsecùs ad illud dirigitur. Etenim, cùm in utràque circumstantiâ ebrius, non ebrietatis dumtaxat reus sit, verùm etiam actus inde secuti, consequens est, ut ebrius reus homicidii sit, atque adeò etiam obnoxius Irregularitati. At si neque ex se, sive intrinsecùs, neque extrinsecùs in homicidium Ebrietas feratur, profectò, quemadmodum ebrius nullâ actus secuti culpâ tenetur, ita neque pœnâ, neque Irregularitate. Sic igitur reus non erit is, qui vel sine ullâ culpâ temeto est obrutus, vel si cum culpa, tamen sine animo occidendi, planèq; ignorans ingenium ebrietatis suæ pronum ad rixas, & homicidia: denique, si ebrietatem suam norit mitem, & placidam esse solere: & ut (1) ait ille, piam testam, unde ebrius delirat, non querelas, aut rixas, sed jocos, aut insanos amores, aut facilem gerere somnum. Tunc enim neque extrinsecus, neque naturâ suâ ebrietas infert actus secutos, & crimina in eâ perpetrata. Contra verò irregularis erit, qui eo animo immoderatis poculis usus est, natosque (2) in usum lætitiæ scyphos exhausit, ut homicidium committeret. Pariter eodem Jure tenebitur, qui ebrietatem iniit gnarus, se solitum arma sumere, furere, percutere, vulnerare, Lapithæam ebrietatem pati: siquidem cùm in culpâ sit ebrietatis ex se proclivis ad homicidia, & vulnera, reus erit actuum secutorum, atque adeò & homicidii. Atque hinc discedentes invicem Opiniones concordiam ineunt. Nam prima efficaciter probat, criminosam esse ebrietatem, sed non probat ullo modo ream esse criminum, quæ patrata sunt, nisi ea sit, quam secundo loco descripsimus intrinsecùs, extrinsecùsve connexam cum actibus, qui sequuntur. Quo in sensu Aristoteles locutus est, Pittacusque decrevit. At si Ebrietas ea sit, quam primo loco descripsimus, qualis & Ebrietas Loti fuit, quemadmodum illi non imputatur incestus, sed sola ebrietas, ut explicant locis laudatis Doctores, & Patres, ita non imputabitur homicidium Ebrio occidenti. Secunda etiam Sententia congruet veritati, quotiens ebrius ignoravit ebrietatem suam ad illos actus propensam, aut ebrietatem ad hoc non voluit, etenim tunc non censebitur directè, vel indirectè voluisse, quæ ex ebrietate crimina provenere.

VIII. His circa Ebrios ita compositis, videndum est de dormiente, nam de infante occidente extra controversiam est, & planè certum, eum irregularem non esse, cùm nec usum habeat Rationis, neque ullam culpam, neque ullam pœnam mereatur, quod contra (1) Hostiensem sentiunt omnes, ac præsertim Nostri ex traditis ab (2) Attaliata superiùs edicente: ὁ μαινόμενος, καὶ ὁ μὴ ὢν ἑπταετὴς, φονεύοντες, συγγινώσκονται: *furioso, & ei, qui nondum septennis est, si occidant, ignoscitur*. Hoc idem manifestum est ex multiplici (3) Jure, & notat (4) Glossographus cum (5) Cardinali, & (6) Bonifacio. Quod tamen intellige de Infante, qui reipsa sit infans, aut puero nondum doli capace, ut

(7) *In §. rursus n. 26. Instit. de Actio.*
(8) *In d. §. rursus n. 15.*
(9) *De Præscript. 2. p. 4. p. principal. col. 22.*
(10) *De Jurepatro. vers. competit n. 22.*
(11) *In c. 1. de Jud. col. 1. in 2. lectur.*

(1) *Ap. Horat. Carm. l. 3. Od. 2. Stroph. 1.*
(2) *Idem Carm. 1. Od. 27. Stroph. 1.*

(1) *In c. 1. de delict. puer.*
(2) *In Synops. d. tit. 71. in fin.*
(3) *L. infans de Sicar. L. 1. Cod. de fals. mones. L. 1. C. si advers. delict. L. impuberē ff. de furt.*

ce, ut

ce, ut omnes relati perpendunt addito (7) Ancharano, & (8) Imola, quibus adhærent (9) Villadiego, Joannes (10) Igneus, & (11) Soccinus. Nam, si doli puer capax sit ante septimum ætatis annum, manifestum est, eum ex homicidio reum fore, & culpæ unà, ac pœnæ homicidii, atque adeò etiam irregularitati subjectum, quemadmodum tradunt (12) Jo. Andreas, (13) Abbas, (14) Hippolytus, (15) Soccinus, (16) Decius, (17) Villadiego, & (18) Carrerius. Quæ cùm de Infante vera sint, quærendum de dormiente. Et planè dicamus oportet, eum, qui cùm occidit, dormiebat, non esse irregularem ex homicidio: caret enim usu Rationis, ac furioso persimilis est ex (19) Harmenopulo nostro notante, de hoc neminem dubitasse, ne ipsos quidem Philosophos Ethnicos, penes quos adagii loco fuisse: τὸν μεμηνότα καθεύδειν, καὶ τὸν καθεύδοντα μαίνεσθαι. Id, quod confirmat effato Gregorii (20) Thaumaturgi, adducitque integrum Theodoti Patriarchæ Synodicum. (fuisse hunc ex Melissena familia, falsò asserit Nicephorus (21) Melissenus Comnenus Episcopus Crotoniates. Etenim Theodotus Melissenus hæreticus Iconoclastes sedit sub Leone Armeno post Nicephorum, & ante Antonium Cassimatam, anno Christi DCCC. XXXV. ut bene tradit (22) Zonaras, vel juxta (23) Panvinum anno Christi DCCCXV. cùm Theodotum suum Harmenopulus sub Manuele Comneno collocet, quemadmodum & (24) Leunclavius insinuat, hunc Theodotum Nicolai Muzalonis successorem testatus, quod etiam constat ex (25) Panvino, & (26) Marquardo Frehero.) Quo Synodico, peccanti, cùm altè dormit, nullam pœnam, ne sacram quidem infligendam esse constituit: καὶ γὰρ, ait, ἄνευ βουλῆς οὐδὲν ἁμάρτημα. ὁ δὲ καθεύδων οὔτε βούλεται, οὔτε ἐπιθυμεῖ, παντελῶς δίκην ἀλόγων ζώων, τὰ ἐν ποσὶν ἀλόγως διαπράττεται, οὔτ' ἐπιμώμητος ἐν τῷ ἔργῳ ἄξιος, οὔτ' ἐπαίνου. *Nam sine deliberatione nullum est crimen, qui autem dormit, neq; deliberat, neq; desiderat, omnino ad instar animantium, quæ Rationis expertia sunt, quæ præsto sunt, agit sine consilio, neque reprehensione, neque laude dignus*. Consentit Latinorum utrunque (27) Jus. Hæc tamen vera esse putato, si solitus in somno furere, cavit, nequid sopitus committeret: nam si negligat, alioqui solitus inter dormiendum talia patrare, irregularis erit ex traditis per (28) Covarruvias. Verùm quid de eo, qui reipsà non solitus in somno furere, ex præconceptâ tamen in Vigilia contra hostem ira, atque animo occidendi eò adduxit phantasiam, ut mox dormiens surrexerit, arreptoque pugione hostem confoderit?

IX. Modestè Paludanus (1) asseruit, hunc fore irregularem, arroganter idipsum affirmavit (2) Margunius. Contra utrunque tamen existimo, secus censendum. Meo enim judicio, licet ex præconceptâ irâ peccaverit, non tamen erit irregularis eâ ratione, quia præconcepta ira non influit ad homicidium, & siquidem influit, remotè hercle, &, ut ajunt, per accidens. Id, quod contra Paludanum sensere (3) plerique Latinorum, nosque cum (4) Athanasio Scholiaste Basilicon contra Margunium asserimus, cui profligando facit argumentum ex eo, qui dormiens fluxum seminis patitur. Nam is in primis, si nullam causam præstiterit nocturnæ pollutioni, nullo pacto peccasse censetur, aptusque judicatur accessui ad Sacrosancta Mysteria, ut contra rigidos, stolidosque Photianos suos validissimè probat (5) Zonaras, ex Jure constituto per Athanasium (6) Magnum, (7) Dionysium, & (8) Timotheum Alexandrinos Antistites: deinde etiam is, qui ex præconcepta inter vigilandum damnatæ Veneris phantasiâ eam illuviem passus est, quem nostri ὀνειρωξόμενον dicunt, (olim ex Scholiaste (9) Aristophanis ἐξονειρώττοντα prisci appellabant) reus quidem criminis censetur, non tamen criminosæ ipsius pollutionis, cujus argumentum, est, quod expiatus per exhomologesim ad Sacram mensam recipitur, postquam fusæ sunt supra illum preces ad id in (10) Euchologio propositæ, ubi videndus (11) Goarius. Id, quod Jure nostro minimè concederetur, si ὀνειρωξόμενος pollutionis Venereæ haberetur reus, quando ei omnino interdictum est Sacra eo die, licèt expiaverit crimina, contingere, quemadmodum eruditè explicat idem (12) Zonaras. Igitur ex præconceptâ illâ phantasia non censetur à Nostris criminis, quod secutum est, reus. Idipsum Latini censent communi Suffragio, rati pollutum hujusmodi, pollutionis ipsius non teneri, licèt peccet in ejus causa, quemadmodum doctè philosophatur (13) D. Thomas, (14) Paludanus, Jo. (15) Major, D. (16) Antoninus, cæterique, quibus assentiuntur sacri Juris (17) Interpretes cum (18) Glossographo: Hinc non propter illam illuviem, sed propter causam ipsius, & propter culpam pollutionis ex parte causæ, Sacerdos fluxum seminis passus abstinendus est à Sacrificio, necessariò sanè, si culpa illa lethalis sit, ex consilio verò; si venia digna, vel levis, ut ex Jure Latino iidem DD. locis laudatis constanter asserunt], & post illos (19) Silvester in Summa. Quæ quidem postrema non otiosè produximus, tum quia ex his ad id, quod proposuimus de homicida dormiente, argumentum est validissimum, tum quia his apertè refellitur calumnia (20) Coressii tradentis, receptum esse legibus, moribusque Latinorum, ut post nefarium concubitum Sacerdotes ad Sacra peragenda statim accedant: Quod etiam adnotavit (21) Margunius, & Photiani passim Latinis improperant. Quorum tamen adeò severa sententia est, ut, quod, quemadmodum diximus, haud vetitum est Nostris, censeat, non licere Sacris operari ei, qui ex præconcepta Venere non sine gravi culpa nocturnam pollutionem passus est. Fateor Paludanum (22) Sententiam clementissimam nostrorum secutum docuisse, sordidatum seminis illuvie, si pœnitentiam Sacram agat, posse mox ministrare: id quod cum Joanne (23) Majore docuit etiam (24) Silvester. Sed horum sententia communi Latinorum Suffragio

(4) In d. Clem. si furiosus. vers. infans. (5) In d. Clem. si furiosus, opposit. 1. (6) De Malef. Rubr. de homicid. (7) In d. Clem. si furiosus. (8) In d. Clem. si furiosus. (9) d. c. de percussore col. 12. (10) In L. 1. §. impubes n. 18. ff. ad Silanian. (11) d. c. ad audientiã n. 12. (12) In c. 1. de delict. puer. (13) In d. c. 1. de delict. puer. (14) In L. si quis te. Cod. de Sicar. in d. L. infans, & sing. 628. (15) In d. c. ad audientiam. (16) In L. pupillũ, & in L. fure ff. de reg. jur. (17) In d. c. de percussore ibid. (18) In practic. criminal. tit. de homic. §. 6. n. 3. (19) d. tit. de homic. (20) In Can. Pœnitent. (21) In libell. de vit. Græc. c. 7. (22) In Theophilo ann. 6. (23) In Chron. ad ann. 815.

(24) In Jur. Græco-Rom. Tom. 1. l. 3. Sent. Synod. l. 1. pag. 232. in med. ad margin. (25) In Chron. ad ann. 1151. (26) In Chron. præfixo Juri GR. ann. 1151. (27) C. merito c. fane 15. qu. 1. c. majoris §. item quæritur de Baptis. L. si servus servum. §. si fornicatius, ubi Florian. ff. de L. Aquil. (28) In d. init. p. 3. n. 6.

(1) In 4. Sent. dist. 32. qu. 1. art. 3. (2) d. nota 19. ad Can. 22. Ancyr. (3) Socc. in d. c. ad audientiam Villad. d. c. de percussore col. 13. Alfons. de Castr. l. 2. de potest. Leg. pœnal. c. 14. Covarr. ubi supr. (4) Ad tit. de homic. post 1. Confess. (5) Orat. I eos qui, naturalẽ fluxum seminis immũditiem putant. (6) Ad Amunem Monach. Epist. (7) In Epist. ad Basilidẽ. (8) In respon. 4. de hoc ipso. (9) In Nubibus Comœd. (10) Orat. solita dici in illa sionem passum. (11) In Euchol. in eam Orat. nn. 1. & 2. (12) Ubi supr. post med. (13) 2. 2. qu. 159. ar. 5. et in 4. sẽt. dist. 9. q. 4. (14) d. dist. 9. q. 4. (15) In 4. dist. 9. q. 2. (16) 3. p. tit. 15. c. 6. §. 10. (17) In c. testamentum 6. dist. (18) In d. c. testamentum ver. rea. (19) Verb. Eucharistia 3. q. 10. (20) d. lib. de Impiet. declam. 2. (21) d. nota 19. (22) In 4. dist. 9. qu. 4. (23) d. quæst. 2. (24) d. quæst. 10.

rejicitur, ut multis probat (25) Covarruvias, penes quem videant Nostri, quàm perdita sit Photianorum audacia Latinos ejus accersens, cujus oppositum Latini sensère, semper adstipulati religiosè Antiquitati nostræ, cui vetustissimum fuit hoc Sacræ Eucharistiæ debitum obsequium, uti docet liber (26) XXVI. Quæstionum Christianis propositarum ab Ethnicis, qui Justino Martyri falsò tribuitur.

(25) Ubi supr. n. 7.
(26) Quæstione 24.

X. Quod attinet ad homicidium necessarium ex vi nobis illatâ extrinsecus, facilè ex dictis hactenus omnis questio decidetur. Superiùs enim summatim ostendimus, necessitatem excusare: unde sequitur, neque eum repellendum ab Ordinibus, qui ob necessariam sui defensionem *invasorem*, aggressoremque mactavit. Non defuere ex antiquis, qui severiùs, quàm par est, arbitrati, hunc etiam necessarium homicidam rejiciendum asseruerint. Eorum meminit (1) Glossa, eosque secutus est (2) D. Thomas. Sed horum sententia decreto (3) Clementis V. quod retulimus, penes Latinos abrogata est: penes Græcos verò rationibus ex Prodromo, & Harmenopulo productis ita debilitata est, ut vix eam Margunius per contumelias in Latinos jactas tueatur. Certè Jure (4) naturali unicuique concessum est, se ab Aggressore defendere, neque est ad salutem animæ necessarium, ut quis actum moderatæ tutelæ omittat ad evitandam necem alterius, propterea, quòd unusquisque plus debet vitæ suæ, quàm alterius saluti consulere. Quare id palam affirmant Theologi, quos refert (5) Dominicus Soto: & est adeò manifestum, ut de eo (6) Cicero in Senatu eloquentissimè declamaverit his notissimis verbis: *Est enim hæc, Judices, non scripta, sed nata lex; quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus: ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expedienda salutis. Silent enim leges inter arma, nec se expectari jubent; cùm ei, qui expectare velit, ante injusta pœna luenda sit, quàm justa repetenda.* Hæc Cicero, idemque constituitur utroque Latinorum (7) Jure, traduntque Doctores cum (8) Bartholo, (9) Angelo, (10) Hippolyto, (11) Carrerio. Jam si fas est cum moderamine inculpatæ tutelæ in extremâ necessitate aggressorem occidere, consequens est, non esse irregularem homicidam, cum ex prejactis necessaria sit culpa in homicidio per hominem privatum commisso. Ex his porro sequitur primò, irregularem non esse eum, qui alium occiderit ad tutelam non solùm vitæ necessariam, verùm etiam ad necessariam membri defensionem. Quanquam enim hoc (12) Villadiego inficietur, immeritò tamen, cùm nobis æquè Jure naturali concessum sit, non sine moderamine inculpato vitam, & membra tueri, uti lumine naturæ notum est, & testantur (13) Cardinalis, atque (14) Silvester ex constitutis tum in Jurisprudentia, tum in Theologia: Præsertim cùm in hac ipsa Tractatione notarum ad sacros Ordines pertinentium, mors damno membrorum æquiparetur. Secundò sequitur, ne eum quidem à sacris Ordinibus repellendum ex homicidio, qui insidiatorem occiderit: Jure enim hoc naturali licet: Unde est illa (15) Ciceronis interrogatio. *Insidiatori verò, & latroni, quæ potest afferri injusta nex?* & ejusdem affirmata, & penitùs constituta (16) conclusio: *insidiatorem jure interfici posse*. Quod tamen intellige, si periculum imminens, certumque aliter non possit effugere. Et hoc reipsa venit ex dictis, quia cum in modum occidenti homicidium non imputatur, ut Nostris cum (17) Harmenopulo ratio naturalis ipsa probabit, præter quam idipsum insinuat Latinis authoritas (18) Glossæ, & DD. cum (19) Baldo, (20) Jasone, (21) Angelo, (22) Hippolyto, & (23) Carrerio. Quòd si illi homicidium non imputatur, non est ibi culpa, adeòque neque Irregularitas ipsa. Tertiò sequitur, è contra fore irregularem eum, qui percussorem fugientem occiderit: Etenim jam ibi non est defensio, sed vindicta, quæ privato nunquam licuit. Est igitur ibi culpa, & si culpa, profectò & Irregularitas.

XI. Verùm de illo dubitatur, an repellendus sit, qui poterat fuga sibi consulere, eaque omissa invadentem occidit? Sed impugnantibus se se invicem hac super re Authorum sententiis, quorum effata laboriosè conciliat (1) Covarruvias, hoc ego constitutissimum censeo: Irregularem minimè fore, si in fuga mortis adesset periculum, qua in circumstantia facti, & ipse Clericus excusatur, ut docet (2) Felinus, (3) Abbas, (4) Silvester, & nuper Authores (5) relati. Contra existimo, irregularem fore etiam laicum, si potens fuga sibi consulere, citra periculum mortis, non fugiat. Licet enim verum sit, non præcipi laico, ut fugiat, quando turpis est fuga, uti docuere pleno agmine (6) Jurisconsulti, hoc tamen ita intelligendum est, ut lex non puniat eum, qui, cùm turpe est fugere, omissa fuga, quam potest arripere, aggressorem occidit. Lex enim ibi considerat justum dolorem, ut latiùs infra in simili demonstrabimus: Quare occidentem non punit. Quæ ut vera sint, non tamen evincunt, homicidam ejusmodi sine culpa esse, quam certè adesse oportet, ubi ob honorem proprium alteri quis eripit vitam: præsertim cùm is honor ad bonos mores minimè pertineat, nihilque conferat ad utilitatem Reipublicæ, aut commodum Catholicæ Religionis, quemadmodum doctissimè confirmat (7) D. Thomas. Sic eluctato hanc etiam difficultatem illa occurrit, qua quæritur, an excusetur, qui necessarium perpetrat homicidium ad tutelam Patris, & Proximorum? Nec eum excusari censet (8) Glossa, quam probant (9) DD. communiter, ac præsertim (10) Cardinalis, (11) Abbas, (12) Aufrerius, Paulus (13) de Castro, (14) Jason, (15) Soccinus, & (16) Villadiego,

Marginalia (col. 1): (1) In c. si cut dignu vers. consilium de homic. & 3 c. de his, 50. dist. (2) 2.2 q. 64. art. 7. (3) In d. Clem. si furiosus. (4) L. ut vim ff. de Just. & Jur. (5) Lib. 5. de Just. & Jur. q. 1. art. 8. (6) Orat. pro T. Ann. Milone, post Exordiu. (7) In c. significasti 2. de homic. c. de lictlo. de Sent. excom. L. 1. §. vim vi & L. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi arm. L. 1. §. cum amates ff. si quadrup. pauper fecis. dicat. (8) In d. L. ut vim & in L. scientiam, §. qui cù aliter ff. ad L. Aquil. L. is, qui aggressore & L. si quis percussio. C. de Sicar. (9) De Malef. in Glos. dictio. Titius se defendêdo. (10) In L. 1. in limitat. 9. ff. de Sicar.

Marginalia (col. 2): (16) Ibid. paulò post verba citata. (17) Ad tit. Pandect. de Just. & Jur. (18) In c. 3. de homic. & in L. 1. Cod. unde vi. (19) In L. multis. C. de lib. cau. & in L. in lege ff. locat. (20) In d. L. ut vim n. 9. (21) In d. dictio. Titius se defendêdo. (22) Singul. 640. (23) d. §. 6. n. 92.

(1) d. 3. p. §. un. n. 4. (2) In c. suscepimus de homic. (3) In d. c. suscepimus. (4) verb. homicid. 1. q. 9. & homicid. 3. q. 4. (5) Azpilc. in d. c. suscepimus, Hippoly. cons. 25. num. 44. Card. in d. Clem. 1. q. 26. Carrer. d. §. 6. n. 131. (6) Bart. Salic. Bald. in L. 1. C. unde vi. Alex. cons. 109. l. 1. Jas. & Dec. in d. L. ut vim in fin. Hippol. in L. 1. limitat. 9. ff. de Sicar. Carrer. in d. §. 6. nu. 94. et 131. (7) 2. 2. q. 131 art. 1.

(11) In d. pract. Criminali tit. de homic. §. 6. n. 26. (12) d. c. de percussore col. 14. (13) In d. Clem si furiosus. (14) d. verb homic. 3 qu. 4 (15) In d. Milonia paulo ante verba citata.

(8) In d. Clem si furiosus, & in Sum. 23. q. 8. (9) In d. Clem. si furiosus. (10) In d. Clem si furiosus q. 28. (11) In c. si vero col. ult. de Sent. excom. & in c. olim. 1. de restis. Spol. n. 18. in c. Clericos 1. de vit. & honest. Cleric.

go. At oppositum placuit (17) Covaruvias, propter multa, quæ eruditissimè more suo congerit, quibus non moveor, nisi ad asserendum, tunc demum excusatum fore homicidam hujusmodi, cum eodem in discrimine ipse unà cum Patre, aut consanguineis versatur, nec ei à lege civili ejusmodi homicidium imputatur. Existimo tamen, rarissimum fore hunc eventum, ac propterea censeo, universim standum sententiæ communi, quæ etiam Græciæ nostræ est, teste (18) Harmenopulo, & (19) Diplovatacio, licèt non ambigam, posse aliquando excipi ab hac regula, eum, quem excipit etiam lex civilis. In fine quærendum & de illo est, utrum defendens res suas, atque propterea occidens excusetur? Sanè nusquam acriùs sacri Juris Interpretes dissident, quorum discordia inde originem habet, quòd commune Ecclesiæ utriusque axioma minimè respiciunt, nimirum, non esse rejiciendum à sacro ministerio eum, qui cùm privatus sit, sine ulla culpa, quempiam interficit. Hinc non aliter gravissimam hanc quæstionem decides, quàm si circumstantias consideres, in quibus, siquidem sine noxâ est homicidium, amovebitur Sacri notâ. Quapropter male quis de hac re summatim decernet. His ita prælibatis ajo: pro sola defensione rerum citra personæ periculum, non erit licitum homicidium, & contrahetur Irregularitas. Patet hoc, quia in (20) Jure tunc licita censetur cædes patrata, cùm res simul, ac persona defenditur. His vim addit (21) Augustinus docens, ideo fas esse, nocturnum furem occidere, quia nescitur, an ad occidendum venerit, an ad furandum: Diurnum verò nefas esse, quia scitur, furatum venisse. Quo fit, ut verum sit, nefas esse res solas defendere occidendo. Est & acutissima ratio ejusdem (22) Augustini penes (23) D. Thomam. Nam *quomodo* inquit, *apud divinam Providentiam liberi sunt à peccato, qui pro his rebus, quas contemni oportet, humanâ cæde polluti sunt?* Igitur non licebit tantùm pro rebus his defendendis hominem interficere. Adde, vitam hominis pretiosiorem haberi rebus hisce caducis, ac vilibus, idque ex Jure (24) tum Canonico, tum Civili: at unusquisque debet proximum diligere, sicut seipsum ex (25) Decalogo. Igitur, quemadmodum rebus suis vitam suam præferre debet, ita iisdem & vitam proximi.

XII. Idipsum ex eo confirmari potest, quia quisque à Jure (1) res suas dare jubetur, ut periclitanti vitæ proximi consulat; unde constat, vitam proximi rebus propriis præferri oportere. Debebit ergo rerum jacturam suarum malle, quàm occidere proximum. Ea propter, si quid contra hæc, quæ dicimus, sapientissimi inter Theologos aliqui decrevere, ita accipiendum erit, ut liceat defensio rerum, cùm aut miscetur cum tutelâ personæ, aut ex cœptâ rerum defensione eò adigimur, ut simul defendenda persona sit. Tunc enim licebit adversarii, aut hostis cædes. Hinc illa lumine Naturæ nota, atque adeò antiquissimis Philosophis translativa legis XII. Tabularum decreta: *furem manifesto furto deprehensum, si aut, cum furtum faceret, nox esset, aut interdiu se telo, cùm deprehenderetur, defenderet, impunè occidito*; quæ & (2) Cicero produxit dicens: *quòd si XII. Tabulæ furem nocturnum quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderet, interfici impunè voluerunt*, &c. Et jactavit (3) Quinctilianus, & tradidit Jurisconsultus (4), effatus, licitum esse nocturnum furem occidere, modo id cum clamore interfector testificetur, quæ denique (5) Ulpianus probavit, addens, tum fas fore cædem latronis patrare, cùm sine periculo parcere non possumus. Id, quod iteratò colligitur ex (6) Augustino, tunc passo impunè furem occidi, cùm dubitatur, an ad cędem, an ad furtum venerit: nimirum quia mista est Vitæ, ac rerum defensio. Notat idipsum (7) Fortunius Garzia post (8) Glossam. Ex his facilè solves, quæcunque objici, jactarive contra poterunt, qualia sunt, quæ solent afferri ex (9) Platone asserente, noctu ingressum furem qui occidit, eum innoxium esse, quod etiam statutum à Solone, aliisque, docet (10) Demosthenes. Hæc enim & quæcumque alia, vel præcipuè mistam habent vitæ, rerumque defensionem, vel obiter conjungent utrunque, ut pateat, si sola instet rerum defensio, non esse fas, homicidium patrare, & fore irregularem, qui illud patrarit. Quapropter, si quis potens hostem tutò nocturnum capere, aut insequi, ut recuperet, quod furto ablatum est, is non licitè eligit illum occidere, quia ea mera vindicta est, ut omnino censeo, censendumque Nostris propono.

(12) *In Clem. 1. de off. deleg. reg. 3. salle. 5.*
(13) *In L. 1. §. jus autem ff. de Just. & Jur.*
(14) *In L. ut vim, n. 30. ff. eod.*
(15) *In d. c. ad audientiam n. 36.*
(16) *d. c. de percussore col. 15.*
(17) *d. p. 3. §. unic. n. 4. ver. 5.*
(18) *in d. tit. de just. & jur.*
(19) *d. tit. de homic.*
(20) *d. c. 2. de homic.*
(21) *Lib. 2. qq. in Vet. Testam. c. 84. refertur in c. 3. eod.*
(22) *Lib. 1. de lib. arbitr.*
(23) *2. 2. q. 64. art. 7.*
(24) *c. suscepimus, & d. c. 2. de homic. L. sancimus C. de sacros. Eccles.*
(25) *Mat. c. 4. n. 43.*
(1) *In c. pasce 85. dist.*

(2) *Orat. pro Milo. loco laudato.*
(3) *Lib. 5. Inst. Orat. c. 10.*
(4) *In L. 4. ff. ad L. Aquil.*
(5) *In L. furem. ff. ad L. Cor. de Sic.*
(6) *In d. c. 3. de homic.*
(7) *In d. L. ut vim, col. 8.*
(8) *In d. L. furem.*
(9) *Dial. 9. de legibus.*
(10) *Orat. cōtra Timocratem.*

S E C T I O IX.

Error Margunii circa uxoris interfectorem, & filiæ deprehensæ in adulterio Refellitur.

S U M M A R I U M.

I. *Proponitur Sententia Margunii, ejusque obiter inconstantia præstringitur.*
II. *Proponuntur rationes probantes, licitum esse uxorem, & filiam deprehensas in adulterio occidere.*
III. *Leges, quæ idipsum probavere, Græcę, & Latinæ enumerantur.*
IV. *Lex Civilis obligat in conscientiâ, & reddit licitum, quod constituit: ex quo infertur potissima probatio licitæ cædis descriptæ.*
V. *Constituitur, non licere marito, & Patri filiam, Uxoremve occidere. Ratio Turrecrematæ ex Jure divino non admodum efficax ostenditur.*
VI. *Ratio efficax ex Jure Canonico, & explicatur Decretum Stephani Papæ.*
VII. *Argumentatio S. Augustini, & authoritas DD. stans contra Margunium.*
VIII. *Respondetur primæ rationi Margunii, ostenditurque, Jure divino mortem Adulterorum Publicæ tantùm potestati mandatam.*
IX. *Explicatur, quomodo pertineat ad Virum corrigere uxorem, & quatenus id possit, explicaturque duplex ratio pœnæ.*
X. *Ostenditur vanitas secundæ rationis Margunii. Argumentum ab opposito sensu in disparatis non valere, & explicatur decretum*

tum Nicolai, & Alexandri III.

XI. *Explanantur Jura aliquot, & revocantur in concordiam opposita DD. sententiæ.*

XII. *Ultimæ rationi respondetur, ejusque vis perpenditur. Non posse à lege mandari, ut occidatur aliquis privatâ authoritate. Rejiciuntur aliæ responsiones.*

XIII. *Legem justam obligare, non ita injustam. Ostenditur, legem permittentem, occidi adulteras à viris, & Patribus, esse injustam.*

Nullam gentem adulterio mortem decrevisse præter Hebræam, & Germanam.

XIV. *Lege XII. Tabularum, & lege priscâ, ac Moribus Romanorum non esse constitutam mortem Adulterio.*

XV. *Expenditur iniquitas Legis Juliæ de Adulteriis, ad quam multa Jura expenduntur, & explicantur verba Justiniani.*

XVI. *Jus Codicis infligens mortem Adulteris comprobatur, & justum ostenditur, Jurique divino consonum.*

Ejusdem tamen, & Authenticorum inconstantia notatur.

XVII. *Colligitur, interfectorem uxoris, aut filiæ peccare, & irregularem esse, & Concluditur Dissertatio.*

I. JAm finis erat dissertationis hujusce, quæ de sacrà notâ ex homicidio repellente ab Ordinibus est, cùm subit in mentem celeberrima inconstantia Margunii, quam sanè omisissem, ni & ad tractationem pertineret, & contra Ecclesiæ utriusque propositum, expositumque suffragium audacissimè staret. Hic ergo notissimus nostris laboribus vir, hic ille est, qui superiùs tam immitis in immites apparuit, ut abstinendum ab Altari censuerit eum, qui, ne occideretur, occidit, arreptâque (1) Constantini Chliareni periodo: (οἱ Κληρικοὶ, ὁποσδήποτε φονεύοντες, καθαιροῦν). *Clerici, quocunque modo occiderint, exauthorantur*, scommata, convicia, contumelias, & quid non? in Latinos inurbanè, & impiè jaciendo Latinos omnes debellasse sibi uni visus est, atque illud obtinuisse, ne quis deinceps audeat innocuum dicere eum, qui necessariam vitæ tutelam impenderit, tutatumque salutem suam per hostis infensissimi necem posse ad Sacros Ordines recipi. Hic tamen idem oblitus, ut solet, dictorum in Antirrhetico, in (2) Notis insurgit, quemadmodum illi solemne itidem est, in Sophistas illos, (Latinos, & Græcos sanæ mentis hoc nomine vir moderatus ubique dignatur) qui transmarina dogmata convehentes in Græciam, docent, repellendos à Sacris eos, qui uxorem, vel filiam in adulterio deprehensam occiderint. Operæ pretium est ipsum audire. Ubi descripsit, quid sit uxorem, aut filiam in adulterio cum adultero deprehensam mactare, quasi id arcanum sit Eleusiniis, & Pythagoreis occultius, τὸν γυναικοκτόνον ὤν, inquit, καὶ θυγατροκτόνον οἱ σοφισταὶ τῆς χειροτονίας ἀπείργουσιν, οἱ ἑτέρους φονεύσιν τὰ ἅγια ἐπιτρέπουσιν· φεῦ τῆς ἀνοησίας· ἵνα κωλύσωσι τὰ θεῖα τοὺς μὴ τιμωρουμένους, μᾶλλον δὲ τοὺς νόμου ἔχοντας ἐξουσίαν, οἱ μὴ κωλύοντες ἀπείργειν τοὺς καταδικασθέντας παρὰ τῶν Κανόνων. Τί φῄς; διατί τούτους ἀπείργεις; ὅτι γοῦν ἔκτειναν; κἀκεῖνοι λοιπὸν, ὅτι ἔκτειναν. ἐκείνους λέγεις τέλειος νόμος· ἀλλὰ τούτους ἐξουσιάζει· ἀρνήσεις; ἀλλὰ φανερὸν τοῦτο ἔκ τε τῆς ἐντολῆς θεόθεν ἡμῖν ἐντεταλμένην, ἔκ τε νόμων πολιτικῶν, ἔκ τε αὐτῶν τῶν ἀρχιερατικῶν παρὰ Λατίνοις δογμάτων. *Interfectorem uxoris igitur, & filiæ, Sophistæ ab Ordinibus arcent, qui aliis homicidis Sancta concedunt. O inconstantiam! Ut prohibeant à Sacris, quos non punit, imò quos potestate ad id cumulat lex, qui non prohibent à ministerio à Canonibus condemnatos! Quid ais? cur hos arces? quòd occiderunt? ergo & illos, quia occiderunt. Illos dicis lex patitur: sed his potestatem facit. Negabis? Sed manifestum hoc est tum ex mandatis divinitus datis, tum ex legibus, tum ex ipsis Pontificiis penes Latinos Constitutionibus.* Hæc Margunius, qui mox latè prosequitur rationes hujusmodi, ex quibus tandem operosè colligit, is, qui interfectorem quocunque modo ab Ecclesiasticâ familia censuerat abigendum, eum, qui uxorem, vel filiam adulteram cum Adultero simul occidit, ad sacros Ordines provehendum. Quin imò addit, id à se semel, atque iterum usurpatum, actumque, ut idipsum Constantinopoli & probaretur à Sapientissimis Theologis, & penes sacrorum Antistitem usu obtineret. Verùm quidquid sit de facto, de quo tamen haud injuriâ possis ambigere, quippe à mendacissimo homine relatum, præsertim oppositum censente Coressio, qui, quâ tempestate, vel paulo post, quàm hæc docebat Margunius, Architheologum Constantinopoli agebat. Quidquid sit, inquam, de facto, si Jus quæras, hæc omnia, quæ Margunius Græciæ credenda, probanda, usurpanda proposuit, falsissima sunt, addo & inepta. Etenim neque hypothesim thesis probat, neque ipsa thesis ullo argumento probatur. Ais, interfectorem uxoris, aut filiæ in adulterio deprehensæ recipi ad Ordines, quia hoc nomine non peccat. Ostendo primùm, eum hoc nomine peccare, deinde contendam manifestissimè, etiamsi hoc nomine non peccaret, abigendum attamen à sacerrimis dignitatibus.

II. Egit de prima quæstione, quæ in sententia Margunii Thesis obtinet locum, Jo. à (1) Turrecremata inter Latinos datâ opera, ex quo pleraque desumpsit (2) Covarruvias: inter Græcos obiter (3) Diplovatacius, & (4) Coressius, ex quibus nos, quæ ad Jus nostrum pertinent, desumemus. Et quidem non inficior, fuisse aliquos, qui putaverint, fas esse & filiam, & uxorem in traditis circumstantiis occidere: quorum argumenta Margunius arripuit, & Græciæ ostentavit, Latinis armis in Latinos alazonem militem agens. Ea sunt primò ex Jure (5) Divino. Nam, qui legem Divinam exequitur, non peccat, ut certissimum est. Sed Lex divina præcipit adulteras lapidibus obrui, atque adeò necari: Maritus ergo, aut pater occidens uxorem, filiamve adulteram non peccabit. Ea propter Nicolaus (6) Pontifex legem laicam, quâ fit potestas perimendi deprehensos in adulterio, refert, nec reprobat, illudque dumtaxat asserit, non licere Ecclesiæ adulterorum crimen gladio punire. Quod (7) Magister

(1) *In Jure GR. li. 3. Sent. Synod. l. 1. pag. 211. i fine Decreti Tom. 1.*

(2) *Not. 45. in Can. 66. Apost.*

(1) *In c. interfectores 33. q. 2.*

(2) *De Matr. p. 2. ca. 7. §. 7. n. 8.*

(3) *In Synop. juris Græc. tit. de Adul.*

(4) *In Synop. Nili, ad Can. 22. Ancy. Schol. 42.*

(5) *Levit. c. 20. nu. 10 Deut. c. 22. nu. 20. Jo. 8 n. 5.*

(6) *In c. inter hæc 33 q. 2.*

gister præmiserat, & Jus (8) ipsum constituit docens, cùm agitur de uxoris adulterio, *causam criminis esse subtiliter investigandam, & tunc, si ita fuisset inventa, secundum legis tramitem ultionis vindictam accipere debuisse*. Quibus videtur Stephanus (9) Pontifex Juris relati conditor, leges civiles adulterium punientes ratas habere, atque adeò recipere legem edicentem, mœchum deprehensum, & mœcham necato. Secundò idem constituitur ex Jure (10) Canonico: in eo enim Nicolaus laudatus, cùm uxores non sunt adulteræ, earum interfectores homicidas appellat. Unde fas inferre, fore, ut non diceret homicidas, si uxores essent adulteræ. Et roboratur argumentatio ex dicto (11) Alexandri III. cujus authoritate maritus Clericum in uxoris adulterio deprehensum percutiens pœna excommunicationis eximitur, quâ tenentur ex Jure (12) cæteri percussores Clericorum. Congruit & ratio ex eodem Jure Canonico deducta. Nam Callisto (13) decernente, viri est, uxorem suam corrigere, ejusdemque est, prout graviùs uxor peccavit, eam punire. Viro igitur licet, justam uxori pœnam pro adulterio infligere: atqui hæc est mors, ut ex Jure Divino proximè docuimus: ergo licebit viro adulteram uxorem occidere. Tertiò ex Jure civili. Nam, quod legi licet, licet utique & ei, cui lex committit: Sed legi licet pœnà mortis afficere adulteram, idque & parenti, & uxori committit; viro igitur, & parenti idipsum licebit. Propositio manifesta est, & sexcentis in rebus frustra conspicua. Adsumptio verò, quâ parte asserit legi licere plectere adulteram, constat ex relato Jure Divino, quod certè lex humana non solùm potest, sed debet exequi. Quâ parte verò eadem Adsumptio docet, hoc, quod legi licet, parenti, ac marito committi, translativum est Jurisperitis. Nam certum est, lege XII. Tabularum potestatem fieri maritis perimendi Adulteri in ipso adulterio deprehensi, quod intellige & de Uxore.

(7) *Gratianus in §. in hoc capitulo d. 33. q. 2.*
(8) *In c. quicunq; & c. admonere ead. q. 2.*
(9) *In d. c. admonere.*
(10) *In d. c. interfectores.*
(11) *In c. si vero. 1. de Sent. Excom.*
(12) *c. si quis suadente 17. q. 4.*
(13) *c. si cui aliterius. 7. q. 1.*

III. Et ea sanè lex, ut refert (1) Plutarchus, à Solone lata est post Dracontem his verbis, quæ apud Aymarum (2) Rivallium, & (3) Oldendorpium habentur: μοιχὸν ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντα κτεῖνον: *Mœchum obscœna in obscœnis habentem necato*, quemadmodum verba Græca restituta sunt ex Budæo Juri (4) Civili, vel, ut restituit (5) Alciatus, & (6) Haloander, μοιχὸν ἐν ἔργῳ κτεῖνον, in ipso nimirum opere, quibus congruit modestior, & usitatior Græca phrasis, ut habes ex (7) Luciano, placuitque (8) Harmenopulo nostro, & Florentinis Pandectis. Sanxerat idipsum ante Solonem Hyetius Argivus, qui, perempto Moluro in uxoris adulterio deprehenso, receptusque ab Orchomeno in partem Regni, ut cuique deprehensum ἐπ' αὐτοφώρῳ adulterum occidere liceret, edixit, authore Cœlio (9) Rhodigino. Legi XII. Tabularum licentiùs subscripsit Romana Respublica, in qua perdiu licuit maritis, uxores in adulterio deprehensas privata authoritate necare: id, quod refert (10) Gellius ex fragmento Catonianæ Orationis, docetque Julius (11) Paulus. Hanc tamen potestatem uxorum occidendarum sustulit lex Julia de Adulteriis ab Augusto lata, quemadmodum testatur (12) Ulpianus. Quinimò eadem lege cautum est, nequis quencunque deprehensum cum uxore occideret propriâ authoritate, illudque tantùm (13) concessum, ut liceret Marito, vilem, aut infamem dumtaxat cum uxore deprehensum occidere. Produxit mox eam potestatem ita ab Augusto circumscriptam Justinianus Jure Authenticorum, & Novellarum ita, ut possit maritus occidere non deprehensum modò in turpi facto, verùmetiam colloquentem cum uxore in loco suspecto, dummodo eum ter per scripta admonuisset, ne cum uxore in secreto, & suspecto loco clandestina misceret colloquia, ut habes in (14) Authenticis. Porro quod maritis non sine modestià licuit; per leges civiles, profusiùs licuisse certum est Parentibus, quibus potestas facta est occidendi, quencunque cum filia deprehendissent, etiam in domo mariti, dummodo cum adultero unà etiam filiam occiderent. Quod propterea decretum opinor, quoniam paterna pietas plerunque mitius consilium in liberos eligit; & ne inferat liberis necem, sæpe etiam participi parcit ejusdem culpæ. Contra maritos injuria, & furor sæpe rapit ad sæviora, idcirco præ parentibus hi fuerant coercendi magis, iisdemque minor, ac circumscriptior potestas concedenda, quemadmodum autumant (15) Jura. An autem Pater potuerit occidere unà cum adultero filiam, quam non haberet in potestate inutiliter, & infeliciter disputat Margunius, cùm apertè huic quæstioni responderint & (16) Papinianus, & (17) Attaliates (ex quo horum, quæ diximus, plura desumpsimus) asserentes, ei soli licere adulteram filiam cum adultero necare, qui eam habet in potestate. Imò addunt, eam potestatem non esse Patri, qui sit sub alterius potestate, puta qui à vivo patre non sit emancipatus: utrunque enim requiri, ut & pater liber sit, & potestatem habeat in filiam. Idcirco, si filia deprehendatur à Patre non emancipato, & avo, à neutro necari posse, quando nec avo licet deprehensam neptem occidere, neque patri non emancipato, ut (18) Jura cum (19) Glossa constituunt.

(1) *In Solone.*
(2) *In L. quod ait Lex ff. de Adult.*
(3) *In d. L. quod ait Lex.*
(4) *In d. L. quod ait Lex.*
(5) *Lib. de verb. signific.*
(6) *In correct. Pandect. in d. L. quod ait Lex.*
(7) *In dial. Apoll. & Mercur.*
(8) *In Pandect. ad tit. de Adult.*
(9) *Lib. 11. lect. Antiq. c. 25.*
(10) *Lib. 10. Noct. Atticar. c. 23.*
(11) *Lib. 2. Sent. tit. 27.*
(12) *In L. 1. ff. de Adult.*
(13) *L. marito quoque ff. eod.*
(14) *Authen. ut liceat matri, & Aviæ §. his quoq; col. 8. & Authen. si quis. Cod. eod.*
(15) *L. patri L. nec in ea, in fin. ff. de Adult, L. Gracchus ff. eod.*
(16) *In d. L. patri ff. eod.*
(17) *In Synop. tit. 70. §. 9. & 10.*
(18) *In L. sic eveniet. ff. eod.*
(19) *In d. L. sic eveniet.*

IV. Ex his constat, Jure civili fieri potestatem parentibus, & maritis occidendæ filiæ, vel uxoris unà cum adultero, atque adeò idipsum illis committi: unde sequitur, cædem eam fore licitam. Idem hac ratione validissimâ comprobatur. Nam lex civilis in foro interiori animæ, si justa sit, servanda est: id, quod furiosè Jure nostro confirmat (1) Margunius, ut inde in Clericos Latinos insurgat, à quibus, ait, ita contemni, ac conculcari leges Civiles, ut asserant, crimen esse, Jura Cæsarum sequi, parere legibus Rerumpublicarum, Sceptrorum potestati subesse. Quæ omnia vir nequam gratis affirmat. Est enim hæc Latinæ Ecclesiæ certa sententia, lege Civili justa in foro interiori animæ omnes obligari. Hæc Sacri juris interpretibus communis est, & ab omnibus Latinis & recipitur, & asseritur. Cujus veritatis, nequis Græcorum Margunii calumniis deceptus dubitet, non unum testem adduco. Nam hanc sententiam palam approbat (2) Glossa, quam (3)

(1) *d. nota 45. in c. 22.*
(2) *In c. quæ in Ecclesiarum. de Constit.*
(3) *In L. nemo potest. num. 106 ff. de Leg. 1.*
(4) *In c. quia plerique de Immun. Eccles.*
(5) *Cum Bald. & Bar. in d. c. quæ in Ecclesiarum.*

DD. Sin-

Digitized by Google

DD. Singularem, (4) Jason Ordinariam appellant, eamque sequuntur (5) Innocentius, (6) Abbas, (7) Baldus, (8) Decius, (9) Felinus, Ludovicus (10) Messia, (11) Rebuffus, (12) Covarruvias, (13) Berous, (14) Rojas, (15) Tiraquellus, (16) Cassanæus, (17) Antonius Gomez, (18) Didacus Perez, (19) Caballinus, (20) Humada, (21) Menchaca, (22) Matienco, Burgos (23) de Paz, Lancellotus (24) Gallia, Sebastianus (25) Medices, Alfonsus (26) Azevedo, Bernardus (27) Diaz, (28) Avedagno, (29) Menochius, (30) Cenedo, (31) Lodovicus Molina, & ex Theologis post D. (32) Antoninum Dominicus (33) Soto, & omnium solidissimè, & eruditissimè (34) Bellarminus. Et ratio potissima hujus certissimæ Veritatis est, quia lex Civilis justa pars est legis divinæ justissimæ, quemadmodum iu Prælectionibus nostris Rubricam de Constitutionibus explanantes Auditores nostros latè docuimus. Conditur enim authoritate divina, ita insinuante Paulo (35) Apostolo, ita palam effato (36) Sapiente, ita Jure (37) ipso Canonico propalam asserente. Porro, si lex Civilis obligat in foro animæ, utrunque illi concedendum est, ut sive prohibens, sive vetans adigat prævaricatorem ad culpam non solum civilem, sed etiam Ecclesiasticam, eamque, quæ in foro interiori est: & permittens, tunc autem maximè, cùm ut, ajunt, authoritativè permittit, excuset à noxâ eum, qui ex permissione legis operatur. Atqui, uti vidimus, & latè ex omni Jure Civili probavimus, Lex civilis viro, & parenti permittit, & planè confert potestatem occidendorum adulterorum, quos in crimine deprehenderint. Igitur etiam in foro animæ occidentem excusat, qui proinde sine labe lethalis criminis gravissimam injuriam sibi ab adulteris illatam ulciscetur. Hæc sunt, quæ solent adduci ad probationem celeberrimæ innocentiæ. Atque horum aliqua Margunius proterviâ profert tantâ, ut eam si compares Photio, Leoni Acrideno, Nilo Cabasilæ, & Cerulario circa dogma disputantibus, hi celeberrimi Sycophantæ, modesti, pii, addo etiam Veritatis amatores esse videantur. Addit nescio quid ex Prodromo, adeò & obscurum, & incertum, ut illud in libris Prodromi, quamvis illos bis, terque percurrerim (sunt enim perbreves) & laboriosè olim adnotarim, nequiverim usquam deprehendere. Similia sunt, quæ recitat ex Harmenopulo, quem non vidisse constat ex ipso laudandi modo. Nam ejus Orationes laudat, cùm tamen Harmenopulus Commentaria in Jus civile permulta conscripserit, syllogas Novellarum adduxerit, Prochiron Juris utriusque condiderit, Epitomen Canonum, atque hæresum Syllabum, nobilemque Fidei confessionem confecerit, de quibus nos (38) alibi, Orationes tamen nullas aut dixerit vivus, aut fato functus reliquerit. Ipse enim idem initio Commentariorum suorum in Digestum se infacundum, & tardioris pronunciationis hominem fatetur, eamque causam affert, ob quam à dicundis causis, impendendoque Clientibus patrocinio se trânstulit ad quietiorem Legum meditationem.

(6) In Proœm. rex Pacificus col. 4. & in d. c. quia plerique, & in c. 1. de constit.
(7) In Proœm. Feudor. n. 6.
(8) In d. c. 1. de constit.
(9) In d. Proœm. Rex Pacificus, et in d. c. 1. et in ejus repet. vers. Lex Canonica
(10) In Pragm. Taxæ concl. 6. n. 2.
(11) De pacif. possess. in prin. n. 9. & Tom. 1. consil. regal. in proœm. gloss. 1. n. 40. & in repet. c. postulasti n. 40. de Cler. Excom. Ministr.
(12) In d. 2. p. c. 7. §. 7. num. 8. vers. 4. Lex Civilis.
(13) De Constit. n. 222.
(14) De Success. c. 20. n. 142.
(15) In Proœm. retract. nu. 74. & in ll. connubial. glos. 4. n. 20.
(16) In Consuet. Burgun. rub. 4. §. 7. n. 23.

(17) In L. Tauri num. 3. (18) In Proœm. Ordinat. quæst. 10. & lib. 6. tit. 2. L. 1. & lib. 8. tit. 15. L. 2. (19) In Milleloqu. 266. & 530. & 612. (20) In lib. 16. tit. 1. p. 1. glos. 1. (21) Lib. 1. Controver. c. 7. n. 1. & 36. (22) Lib. 5. recollect. tit. 8. de Success. ab intest. L. 6. gl. 1. n. 17. (23) In L. 1. Tauri nu. 453. (24) In Const. Alexan. glos. non possit q. 1. n. 13. & 14. n. 17. (25) De ll. & Statutis. 4. p. q. 9. (26) Lib. 3. novæ Recompil. tit. 3. L. 2. n. 3. (27) Regul. 427. (28) Lib. 1. de exeq. Mand. c. 19. n. 12. (29) De præsump. lib. 1. q. 80. n. 8. (30) Ad Decretal. Collect. 2. à nu. 2. (31) De Primog. Hispan. lib. 2. c. 1. n. 7. (32) 1. p. tit. 18. c. un. §. 2. (33) De Just. & Jur. 1. lib. qu. 4. ar. 4. (34) De Rom. Pont. Controv. 3. lib. 4. c. 16. Tom. 1. (35) Ad Rom. c. 13. n. 2. & seq. (36) Sapien. c. 8. (37) c. omnis, ubi Glos. per DD. de cens.

V. Sed esto vera sint, quæ suffarcinat Margunius, non alia sunt sanè, quàm quæ hactenus pro Innocentia occidentium adulteros fusè proposuimus. Illis attamen minimè obstantibus, opposita sententia, veritati, æquitati, Juri Græco, & Latino, communique Theologorum Opinioni consentanea est magis, imò ita vera, ut contrariam falsam prorsus ostendat. Eam nititur Joannes (1) à Turrecremata probare ex notissimo illo præcepto (2) Numinis. οὐ φονεύσεις: non occides: unde infert, non licere cuiquam propria authoritate quempiam, etsi criminosum, & injurium, occidere. Sed huic argumentationi facilè occurri potest. Primò, qua prima illa propositio ex Jure Divino desumpta meritò in eum sensum explicari poterit, ut non vetet cædem quancunque propriâ authoritate patratam, sed illam tantùm, quæ perpetratur injustè, quemadmodum non vetat omnem omnino hominis cædem, ut est certo certius. Deinde illa consecutio sumpta universim ex dictis non videtur vera, cùm sæpe liceat propriâ authoritate furem occidere, ut superiùs notata conficiunt, & tradunt, post (3) Jura à (4) Cenedo relata, Julius (5) Clarus, Jo. (6) Martinez de Olan, (7) Joannes Medina, (8) Alexander, Jodocus (9) Damhouderius, Petrus (10) Plaza, Jason (11) Maynus, Ludovicus (12) Gomez, Dominicus (13) Soto, Ludovicus (14) Carrerius, Michael (15) Salon, Petrus (16) Follerius, Petrus (17) Navarrus, Ludovicus (18) Lopez, Sebastianus (19) Medices, Antonius (20) Gomez, Simon (21) Majolus, Antonius (22) Corduba, post (23) Bartholum, & DD. quos si viderint rigidi Photiani, non adeò petulanter, quæ non intelligunt, damnabunt, neque ea, quæ perpetua Catholicæ Religionis doctrina docet, contemnent. Igitur hæc ratio, pace dixerim tanti Doctoris, nihil probat.

VI. Probant sanè, & hæc quidem rectâ contra Margunium. Primò, Canonici Juris (1) nobilissimum effatum, quod relatis Civilibus legibus uxoris, vel filiæ in crimine deprehensæ cædem permittentibus, negat, *mundanis illis legibus Ecclesiam constringi*. Porro ibi relati Doctores, & præsertim Turrecremata loco laudato, docent, *mundanas leges* appellari leges hujusmodi, quòd à Deo non sint, sed sint potiùs legi divinæ contrariæ, quòd sint contra Charitatem Christianam, imò potiùs humanam, & duriores, atque crudeliores lege Repudii, quam Moyses non indulsit, sed (2) permisit (audiant Margunius, & Photiani Matrimonia passim dissolventes) *ob duritiem cordis Judaici*, ut uxorum cædes vitaret. His ita compositis, sic argumentor. Lex justa civilis

(38) In Testim. Gregii a Harmenopulo.
(1) In d. c. interfectores.
(2) Ex d. c. 20. nu. 13.
(3) In c. interfecisti suerem, & in c. si perfecderis de homic.
(4) Ad Decretal. collect. 96. n. 1.
(5) In §. homicid. n. 47.
(6) In Antinom. lit. L. n. 1.
(7) c. de restitut. q. 4. vers. est anit.
(8) Cons. 140. vol. 2. n. 1.
(9) In prax. Crim. c. 78.
(10) De Delicto li. 1. c. 36. n. 14.
(11) In §. superest. n. 69. Inst. de Actio.
(12) In d. §. superest, n. 52.
(13) De Just. & Jur. q. 1. art. 8. l. 5.
(14) In prax. tit. de homic. §. 5. excusat. n. 21.
(15) In 2. 2. qu. 64. art. 7. Controv. 2.
(16) In prax. Canon. 2. p. c. 21. n. 4.
(17) Tom. 1. de restit. lib. 2. c. 3. num. 400.
(18) Instruct. Conscien. 1. p. c. 62. fol. 446. (19) De reg. Jur. reg. 5. amplias. 137. (20) Tom. 3. Variar. c. 3. n. 20. (21) De Irregul. l. 5. c. 48. n. 6. (22) Quæst. Theolog. l. 1. q. 38. (23) In L. furem nocturnum ff. ad L. Corn. de Sicar.

vilis obligat in foro animæ omnes, ut ex traditis, & à Margunio in primis receptis, certissimum est. Ergo lex Civilis, quæ lata Ecclesiam nonconstringit, neque obligat, injusta est. Atqui lex permittens homicidium descripta Ecclesiam non obligat; igitur lex illa injusta est. Ex qua consecutione utrumque sequitur, Jure Canonico Latinorum, reum criminis censeri uxorem, vel filiam adulteras occidentem: & hunc peccare lethaliter, quâ ratione agit ex lege injustâ, adeòque nullâ. Urget argumentum, imò utranque Conclusionem confirmat citatus, laudatus, receptus (3) à Margunio Stephanus (4) Pontifex, Astulphum quendam damnans solemni sententiâ. Nam, cùm uxorem suam is interfecisset, eamque, post necem, Adulterii accusaret, ut susceptos ex ea Liberos, tanquam adulterinos exhæredes faceret, Stephanus eum ob iniquissimum facinus increpat primò, quòd sine causâ uxorem necasset, mox, quòd eandem necasset, non priùs criminis causâ curiosè perspectâ, denique, quòd, etiamsi necasset noxiam, compertamque criminis, occidere non potuisset; Quapropter sic scribit. *Nam, si verum, quod absit, fuisset, sicut ille adulter mentitus est, post septem annos pœnitentia peracta, dimittere eam per approbatam causam poteras, si voluisses; occidere tamen eam nullatenus debuisti.* Quibus apertè docemur, non licere viro, adulteram etiam compertissimi Criminis propriâ authoritate perimere.

(1) In c. inter hæc 33. q. 2.
(2) Mat. c. 19. n. 8. Marc. c. 10. n. 5.
(3) loco supra citato.
(4) In c. admonere 33. q. 2.

VII. Hinc Augustinus, quem non semel contemnit (1) Margunius, recipere tamen semper, ac colere debet, quippe quem Sexta (2) Synodus Divinorum Choro Doctorum addidit, laudatque hoc elogio (3) Justinianus: ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Αὐγουστῖνος, *beatæ memoriæ Augustinus.* (4) Augustinus, inquam, hâc vibratissima ratiocinatione Ecclesiæ sententiam validissimè munit, Margunianam autem evertit. *Si, quod veriùs dicitur, non licet homini Christiano adulteram conjugem occidere, sed dimittere: quis est tàm demens, qui dicat: fac, quod non licet, ut liceat tibi, quod non licet? Cùm enim utrunque secundum legem Christi illicitum sit, sive adulteram occidere, sive alteram ducere eâ vivente* (audiant iterum Photiani, quid Augustinus censuerit de repudiis per illos ob adulterium probatis) *ab utroque abstinendum est, non illicitum pro illicito faciendum. Si enim facturus est, quod non licet, jam faciat adulterium, ut non faciat homicidium. Ut vivente uxore sua alteram ducat, & non humanum sanguinem fundat. Quod si est utrumque nefarium, non debet alterum per alterum perpetrare, sed utrunque vitare.* Hæc Augustinus, quibus accedit authoritas (5) Glossę palam asserentis, virum peccare lethaliter, si uxorem etiam in adulterio deprehensam occidat, confirmaturque multiplici Jure (6) Canonico, quo asseritur, solum Judicem, aut ex officio, & authoritate publicâ occidentem innoxium ea cæde censeri. Hanc Glossam, & singularem appellant, & ut veram, certamque recipiunt (7) Ananias, (8) Abbas, (9) Felinus, quos sequitur (10) Jason. Eandem approbant omnes Theologi duce (11) D. Thoma, ante quem (12) Albertus, post quem idem sensere (13) Bonaventura, (14) Hugo, (15) Riccardus, (16) Paludanus, atque (17) Silvester, & cæteri, quibus freqnentissimo calculo adstipulantur, contra humiles quosdam Doctorculos Margunio persimiles, Juris utriusque celeberrimi interpretes Fortunius (18) Garzia, Jo. (19) Faber, & alii, quorum Syllabum penes (20) Tiraquellum invenies. Nec minus, quàm Latini, huic sententiæ subscribunt Græci, nullo præter Margunium refragante, imò palam idipsum testati præter (21) Harmenopulum, & (22) Matthæum Monachum viginti, & duo notissimi nostri Jureconsulti, quos latè enumerat, produciтque (23) Diplovatacius, & ex hoc Jo. (24) Lascares. Unde constat, hanc sententiam communem esse, quam etiam Ratio politica persuadet, quæ prorsus ostendit, potestatem occidendi adulteros in crimine deprehensos perniciosam esse Reipublicæ, quando ea Maritis ansam peropportunam præbet calumniandi uxores, &, siquid amor maritalis tepuerit, ea occasione voluntatem viris parat expediendi se se arctissimo vinculo Matrimonii. Quod brevissime notavit (25) Turrecremata. Ex quo infertur, non esse eam potestatem permittendam, &, si permittatur, iniquam esse, nulloque modo licitam, quam Jus Canonicum utriusque Gentis, & ex illo Theologia improbat, abrogat, damnat.

(1) d. not. 45. & not. 4. ad Can. Ancyr. & not. 11. ad Can. Antioch.
(2) Actione 4. & alibi.
(3) In Edict. ad Orthod. sub fin. in Jur. GR. Tom. 1. lib. ult. pag. 445. ant. med.
(4) Lib. 2. de adult. conjug. c. 15 refertur in c. si quod 33. q. 2.
(5) In d. c. inter hæc.
(6) C. de occidendis c. si non licet c. cum homo c. si homicidium, & fere tot. q. 5. causæ 23. (7) In c. interfecisti de homic. (8) In d. c. interfecisti & in c. veniens de spons. & in repet. c. cum esses de testam. & in c. si vero. 1. de sent. excom. (9) in d. c. interfecisti, & in c. quæ in Ecclesiarum de constit n. 14. & d. c. si vero. (10) In L. ut vim ff. de Just. & Jur. & in L. ubi pactum n. 16. C. de transact. (11) In 4. sent. dist. 37. q. 2. ad 1. (12) d. dist. 37. q. 2. (13) d. dist. 37. q. 2. (14) d. dist. 37. q. 2. (15) d. dist. 37. q. 2.

(16) d. dist. 37. q. 2.
(17) In Summ. verb. homicidiũ. 1. q. 2.
(18) De ultim. fin. illatio 11.
(19) In L. Gracchus Cod. de Adult.
(20) In lib. de jure maritali l. 8.
(21) Ad tit. Pandect. de Adult.
(22) In Schol. Actaliatæ ad tit. de Adult. Schol 9.
(23) In Synops. Juris Græci ad tit. de homic.
(24) In explicat. regul. Nicephori ad reg. 69.
(25) In d. c. inter hæc in princ.

VIII. Supereſſent hæc ad probationem hujus certissimæ sententiæ, ni respondendum esset & futilibus Margunii argumentis, quorum refutatione potissima ratio constituitur evincens, interfectores adulterorum peccare gravissimè, reosque esse homicidii. Nam, si nullâ ratione excusari possunt, sequitur, crimen esse, si adulterium morte ulciscantur. Quòd autem adductæ rationes nihil probent, sic statim demonstro. Nam ad primam dico, maritum, aut Patrem adulteram uxorem, vel filiam occidentes Legem divinam locis productis latam non exequi. Ea enim lex præcipit, ut occidatur adultera, non tamen authoritate privatâ, sed publicâ, ut omnes, quotquot scripsere in ea loca, testantur: præsertimque ex Nostris non priscus aliquis Pater, sed superioris sæculi Patriarcha, & Photianus Patriarcha (1) Jeremias, cujus hæc verba sunt. εἶναι δὲ ἐξεῖναι καὶ ἐν τῇ πολιτείᾳ αὐτῇ νόμῳ Θεοῦ ἐντεταλμένην ἴσμεν βεβαίως, λέγοντος ἐν Δευτερονομίῳ Μωσέως, λιθοβολεῖν τοὺς μοιχοὺς, πολιτικῇ δηλονότι ἐξουσίᾳ, οὐκ ἰδιωτικῇ. Τοῦτο γὰρ τοῖς ἰδιώταις πάντοτε ἀθέμιτον, καὶ ἄδικον, καθὼς ἐν ὑμῖν αὐτοῖς εἴωθεν· εἰσὶ γοῦν ἀρχαὶ κατὰ νόμον Θεοῦ, εἰ κατ' αὐτὸν ποινὴ ἐντεταλμένη μόνον τῆς πολιτείας ἐστί. *Esse autem potestatem in ipsa Republica jussam lege Divina, scimus certissimè, Dicente Moyse in Deuteronomio, lapidibus obruendos adulteros, idest potestate publica, non privata. Hoc enim privatis semper nefas, & injustum, ut apud vos ipsos mos habet. Sunt igitur Principâtus ex lege divina,*

(1) In 2. Respon. ad Germ. c. 3.

Mm *si juxta*

si juxta illam est pœna, jussu tamen Reipublica incutienda. Eadem docet (2) Diplovatacius, & apud eum plusquàm Decas nostrorum priscorum unà, atque recentium, quorum sensa si secutus Margunius de re sacrà philosophatus fuisset, non adeò futili argumento rem gravissimam confecisset. Publicâ ergo authoritate occidi adulteros jubet Divina lex, non privatâ. Quapropter poterit maritus accusando compertam uxorem adulterii agere, ut necetur, non poterit eam ipse occidere; quando non est publica persona, nec Judex uxoris. Eidem argumento aliter Albertus (3) Magnus occurrit, nimirum docens, loca illa vim habere in Lege veteri, non in novâ, & Christianâ, in quâ præceptum illud intra mitiores redactum terminos censetur à Christo Servatore, cum adulteram mulierem supplicio benignus exemit, & idcirco Albertus: *lex*, inquit, *timoris fuit lex vetus, & idcirco crimina atrociùs puniebat, & adulteras condemnabat, & alios criminosos: sed lex nova lex amoris est, & ideò adulteram Dominus non condemnabat.* Quæ explanatio congruit cum traditis (4) à Planude, rudis tamen, nec admodum efficax, ac proinde prima rectiùs retinenda. Quod attinet ad ea, quæ primæ rationi adduntur ex Jure Canonico probaturo Legem divinam, nullam responsionem exposcent post dicta in probatione communis sententiæ. Evictum est enim illis, præsertimque Nicolai Pontificis decreto, nullo modo *mundanas* leges approbari, imo negari, eas ratas esse, quoad judicium Ecclesiæ; In decreto verò Stephani palam est vindictam reprobari sumptam de uxore etiam deprehensâ. Si qua enim ibi vindicta probatur, ea certè, & non alia, quàm quæ à Judice ex officio sumitur de adulterio convicta. Inde porro argumentum à nobis deductum est, Jure Canonico necem, ultionemque hujusmodi damnari, atque ipsas leges id permittentes esse omnino iniquas, uti tradit (5) Fortunius.

(2) *In d. Synops. tit. de homic.*

(3) *In 4. sentent. q. 2. dist. 37.*

(4) τῶν χειροτονιῶν cap. 52.

(5) *d. illa-tio. 11.*

IX. Nec officit, quod jactatur, viri esse uxorem suam corrigere, & ad peccati mensuram punire. Nam cum (1) D. Thoma, quem hanc ipsam ob rem mirificè laudat (2) Coressius Theologus Photianus, & notus Margunio, distinguendum est inter æstimantem pœnam, & emendantem. Illa respicit bonum Reipublicæ, & in crimen invehitur tanquam in malum publicum, ad cujus instar crimen revocat, & quasi expendit, atque æstimat, eidemque ita pœnam adaptat, ut eâ velit Rempublicam malo illo liberare. At pœna emendans bonum privatum etiam hominis criminosi respicit, in cujus crimen fertur, ut in malum ipsius criminosi, illudque criminoso detrahere nititur. Hinc prima vel ipsam necem Rei includit, quando ea sæpe necessaria est ad bonum publicum, ut crimina nocentium interitu castigentur, prosintque infelici exemplo, quæ opere scelesto nocuere. At secunda pœna tantum abest à nece, aut morte emendandi, quantum à supremo ejus malo, quod mors est; nec occidere potest, quem nititur emendare, cùm mortuus emendari non possit. Quapropter & (3) Pontius ille scelestissimus judex, ne innoxium Christum occideret, *emendatum*, inquit, *illum dimittam*: hoc est pœnâ citra supplicium mortis affectum. Porro, quemadmodum duplex pœna est, ita & duplex congregatio, atque societas hominum; Politica quædam, & Publica, ut Civitas, Regnum, &c. OEconomica altera, & privata, ut familia. Jam qui Politiæ præest, veluti Rex, Præses, Judex, cùm bono publico præsit, æstimantem pœnam potest infligere, atque adeò morte multare, quam lex præscribit: at præfectus OEconomicæ, cùm privato præsit bono, solius emendantis potestatem habet, uti Pater-familias, eam videlicet, quam mors criminosi minimè funestat. Igitur, est sanè viri posse privatâ authoritate corrigere, punire, emendare adulteram uxorem pœnâ emendante, at non æstimante, quando, quocunque modo Canonici Juris effatum proferatur in medium, maritis adversus uxores adulteras Jus pœnæ irrogandæ permittens, Jus illud emendantis pœnæ authoritatem, potestatemque non æstimantis permittit, quemadmodum superiùs manifestè probavimus.

(1) *In 4. sent. dist. 37. q. 2.*

(2) *In Nili Synops. ad 22. Can. Ancyr.*

(3) *Luc. c. 23. n. 16.*

X. Quid his reponere queat Margunius, non video, quæ tamen ponenda erant post responsionem, quam statim damus Rationi secundæ ex sacro Jure Latinorum deductæ. Et primò consecutio illa ex dicto Nicolai (1) Pontificis violenter extorta planè ridicula est; cùm quæ ab opposito sensu in non invicem connexis, neque necessariis inferuntur, nulla sint? Ecce, verum est, qui ex nullâ causâ occidit hominem, homicida est: an inferes non esse homicidam, qui ex aliquâ, & quâcunque causâ occidat hominem? Qui non provocatus percutit Clericum, incidit in pœnam latam à Canone, & tamen eidem obnoxius est etiam, qui percutit provocatus, ni se tueatur cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut palam est ex (2) Jure, & docent Theologi penes (3) Laymannum. Non igitur valet hæc argumentatio: interfectores uxorum injusti, homicidæ sunt: ergo non sunt homicidæ, si justè, hoc est, ex causâ occidant. Adde quod notat (4) Turrecremata ex (5) Bonaventura, Nicolaum ibi loqui juxta Leges humanas, sensumque esse, censeri homicidam etiam à Legibus humanis eum, qui uxorem castam interfecerit. Hinc porro quis legitimè inferat, aut inferendum putet, non esse homicidam lege Canonicâ, qui vel adulteram occidit, cùm certum sit multa Jure Canonico prohiberi, quæ Jure civili crimina non censentur. Quod spectat ad effatum (6) Alexandri III. dicendum est, eo minimè probari, percussionem Clerici deprehensi in adulterio licitam fore, sed eo dumtaxat remitti anathematis pœnam, ob justissimum dolorem, à quo perdifficilè quis potest temperare animum. Quod patet ex ipso loco laudato, ubi eximitur eodem anathemate frater etiam, & filius Clericum deprehensum in adulterio cum sorore, vel matre percutiens, cùm tamen fratri, aut filio nullo Jure liceat adulterum matris, sororisve necare. Urgetur vis hujus responsionis. Nam Clericus homo nobilis est ex Jure (7) nostro, Jure autem Latino vilis esse homo minimè censetur, quacunque sit natus in tegete, ut docent (8) Jus, & (9) Glossographus, quibus consonant

(1) *In d. c. interfectores.*

(2) *In c. si verò 1. de senten. excom.*

(3) *Lib. 1. tract. 5. p. 2. c. 5.*

(4) *In d. c. interfectores.*

(4) *In 4. dist. 37. q. 2.*

(6) *In d. c. si verò 1. in fin.*

(7) *Apud Canonarch. de vi Canon. Schol. 19.*

(8) *Ex c. denique 4. dist. & c. satis evidenter 96. dist. c. Sacerdotibus 11. q. 1. c. futurum 12. q. 1.*

(9) *In d. c. denique, & d. c. satis evidenter.*

fonant mores præsertim Nostri, vi quorum penes Nos sive sedendum sit, sive ambulandum Clerici præ Laicis omnibus, etiam principibus eant. Ergo Clericus deprehensus in adulterio, si necetur, etiam Jure civili delictum erit, quo auspice, uti diximus, vir adulterum vilem, & infamem dumtaxat poterit interficere, notatque Attaliates. Proinde percussor Clerici adulteri etiam Jure civili crimen admittit, atque adeò dum ab Alexandro is Clerici percussor eximitur excommunicatione, non eximitur culpâ.

XI. Consonat responsum (1) Modestini referentis, M. Antoninum, & Commodum AA rescripsisse, maritum, si uxorem in adulterio deprehensam impetu tactus doloris interfecisset, non utique legis Corneliæ de Sicariis pœnam exceptururum: nam & D. Pium in hæc verba rescripsisse: *ei, qui uxorem suam in adulterio deprehensam occidisse se non negat, ultimum supplicium remitti potest: difficillimum cùm sit, justum dolorem temperare*. Unde colliges, etiam occidenti uxorem adulteram contra præscriptum Juris civilis partem pœnæ remitti. Ad hoc eum locum Juris notant (2) DD, & (3) Abbas cum (4) Aretino, Jo. Baptista (5) à S. Severino, (6) Jasone, (7) Hippolyto, (8) Felino, (9) Bolognetto. Ex hac responsione in concordiam revocantur difficiles cæteroqui, atque contrariæ Glossæ, quarum (10) altera notat, non esse puniendum eum, qui percussorem insequitur, & ultra moderamen inculpatæ tutelæ, cædit: (11) altera, ex (12) Jure docet oppositum. Utraque vera est vi nostræ responsionis ita, ut prima loquatur de pœnâ plerunque decretâ homicidis, quæ minuenda erit ob justum dolorem, cùm adest: at secunda decernat de pœna minore Ordinariâ irroganda homicidæ, qui ad vindictam, non ad defensionem percussit; quæ pœna nullo modo erit omittenda, licet æquum sit, ut ordinaria condonetur. Aliter etiam huic dicto Alexandri III. respondere fas est, nimirum dato toto eo, quod illo decreto dicitur constitui, & negatâ consecutione. Nam Alexander dicit de percussione, negatque subjectum excommunicationi eum fore, qui percussisset Clericum sua cum uxore concumbentem, non autem asserit immunem fore, & liberum ab excommunicatione, si Clericum hujusmodi occidat. Adeòque, si ex immunitate ab excommunicatione concessa percussori Clerici deprehensi infertur licita percussio Clerici deprehensi, non infertur licita ejusdem nex, cùm nullum sit verbum eximens interfectorem Clerici excommunicatione. Hoc notavit Fortunius (13) Garzia peracutè, & ex eo (14) Covarruvias. Quin etiam (15) Silvester ante hos docuit idem Alexandri decretum expendens, interfectorem Clerici deprehensi cum uxore, filia, matre, vel sorore, si deliberato animo operetur, in Canonis notam incidere, quod verissimum nos quoque censemus, interrogatique de Jure respondimus.

XII. Superest, ut ultimæ rationi faciamus satis. Ea licet à plerisque nostræ sententiæ DD. contemptim prætereatur, negligaturque, non caret suâ vi, & fortassis has inter, quas pro opposita sententiâ retulimus, hæc unica vim aliquam præsefert. Nam, si dicas, legi non licere adulteram interficere, aut interficiendam mandare, desipies, reclamante toto Jure. Si autumes, necem adulteræ non mandari patri, aut certis in causis marito, sed permitti dumtaxat. Verè mirum erit, si quid reperias, quo distinguas mandatum legis à permissione, ut ajunt, *authoritativa*, per quam lex non patitur tantùm, quod fit, sed authoritate sua munit, habetque ratum. Sic lex haud mandat necem Proscripti, cum tamen quilibet impunè potest occidere, quia hostis est Patriæ, aut civitatis, ut docuit (1) Paulus IC. hostis autem civitatis impunè potest occidi, quemadmodum (2) Jure sancitum est, & ex illo notat (3) Bartholus, (4) Abbas, Petrus (5) de Ancharano, (6) Baldus, (7) Antonins, (8) Dominicus, & (9) Felinus. Potest autem quilibet proscriptum occidere propterea, quòd permissio, quâ lex ratam habet necem Proscripti, censetur tacitum mandatum eâ ratione, quia licet non jubeat, factum ipsum approbat tamen, & ratum habet authoritate Legis, aut Statuti. Igitur aliunde, & aliter ea ratio refellenda est. Et refellitur hercle, si dicas, non posse per legem mandari, hoc, quod est propria, atque privata authoritate occidere quempiam compertum manifestissimi criminis. Hoc enim mandatum iniquissimum est: si enim ne ipsi quidem supremo Principi, ne ipsi etiam legi licet, quenquam sine judicio præcedente mactare, nisi cùm imminet periculum gravissimum Reipublicæ, quod amputandas moras suadeat, ut omnes docent, & ipsa praxis, ipsa Natura, atque mens naturali lumine afflata nos admonet, quî id privato homini, imò parti, & quidem in re suspicionum plenâ, calumniis obnoxia, fallaciisque sæpe ipsi visui nostro illudentibus, lex justa, aut Judex æquus mandabit? Licet legi adulteram deprehensam occidere, at licet authoritate publica, non privata: igitur, si quod legi licet, lex mandet, utique occidi adulteram publica authoritate mandabit, non privata occidentis ipsius. Unde acutiùs, & veriùs objectum argumentum retorquebitur. Licet viro, quod legi licet: at legi non licet privata authoritate adulteram occidere; ergo neque viro. Hinc quilibet potest Proscriptum occidere, quia occiditur damnatus publico judicio, & reus capitis ita factus, ut quilibet illi legitimus decreto Judicis carnifex edicatur. Alterutrum igitur dicendum est, vel à lege non mandari necem adulteræ viro, & parenti propria authoritate patrandam, vel mandantem legem iniquam esse, irritam, ac penitùs reprobandam. Hæc est nostra responsio, genuina sanè, & diversa admodum à communi, qua plerique solvere conantur objectam difficultatem. Ajunt enim, servandam omnino in foro animæ legem Civilem justam, eamque eodem in foro excusationi esse, cùm ita permittit, ut actum approbet, eidemque authoritatem confert, quâ tutò agat, qui legis permissu usus operatur. Secus esse, cùm lex permittit dissimulans pœnam operis alioqui criminosi: tunc enim eâ permissione actum non licitum, sed impunem fieri. Jam verò non primo modo, sed secundo lege Civili permitti maritis, vel paren-

(1) *In L. si adulterium cũ incestu §. Imperatores ff. ad L. Jul. de adult.*
(2) *In d. §. Imperatores.*
(3) *In c. 1. de Jurejur. & in c. cum olim, 1. col. 7. de restit. spol.*
(4) *Consf. 33. col. 3.*
(5) *De delit. suspect. & fug. col. 1.*
(6) *In L. ut vim, ff. de Just. & Jur. col. 3.*
(7) *In L. 2. n. 15. C. ad L. Cor. de Sic.*
(8) *In c. delicta col. pen. de excepts. & in c. significasti 2. de homic.*
(9) *Consil. 37. col. 2.*
(10) *In c. 2. 23. q. 1.*
(11) *In c. 3. de homic. vers. secularibus.*
(12) *In c. seditionarios 46. dist.*
(13) *d. illatio. 11.*
(14) *De Matr. 2. p. c. 7. § 7. n. 12.*
(15) *In Summ. verb. excommunicatio 6. casu 10.*

(1) *L. amissione §. 1. ff. de capit. diminut.*
(2) *L. 1. ff. ad L. Cornel. de Sicar. L. minimè ff. de relig. & fun. sumpt.*
(3) *In d. L. ut vim & in L. omnes populi ff. de Just. & Jur. & in L. ubi pactum. C. de trãsact. et in L. 2. C. quãdo liceat se sine ju. vĩd. dom. et in Disput. solemni. Incipit. Lucang Civita.*
(4) *In c. fin. de Consuet.*
(5) *In c. 1. prin. 3. quæst. de Constit.*
(6) *In d. L. 2. & in L. data opera C. qui accus. non pos. & in L. Decuriones C. qui ex cau. inf. irrog.*
(7) *In d. c. si verò 1. de sen. excom.*
(8) *In c. nõ est peccatũ §. his, ita circa med. 6. dist.*
(9) *In d. c. quæ in Ecclesiarum n. 3. de cõstit.*
(10) *In 4. sent. dist. 37. q. 2.*
(11) *d. dist. 37. q. 2.*
(12) *d. verb. homicidiũ. 1. q. 2.*
(13) *In c. Ecclesiæ S. Mariæ nu. 42. d. constit.*

Digitized by Google

tibus, ut uxores, filiasque adulteras occidant. Ita respondet (10) D. Thomas, (11) Paludanus, & plerique Theologorum cum (12) Silvestro, & (13) Felino post (14) Turrecrematam, quorum commune effatum est, lege Civili non approbari cædem uxorum, sed ejus pœnam remitti teste (15) Papiniano. Sed hæc facilè quivis redarguerit producto responso Alexandri (16) Cæsaris, quo censente adulter dicitur legitimè à marito necatus, itidemque Marcelli (17) Sententia, quæ palam asserit, licere marito lenonem occidere, cui consentit (18) Attaliates. Ex quibus, & ex Lege XII. Tabularum receptâ à jure, aliisque superiùs allatis patet manifestè, lege Civili authoritatem, & approbationem, uti dicunt, *positivam* conferri occidentibus adulteros.

XIII. Igitur ea responsione, ut perparum idonea, rejecta, dicendum est, quod prædiximus, legem Civilem servandam, cùm justa est, & cùm justa est, excusare. Id, quod sensere, quotquot relati superiùs argumentum hoc ultimum oppositæ sententiæ in thesi munivere. Atqui leges Civiles uxorum, filiarumque, si quando in turpi commercio deprehenduntur, cædem per maritos, aut Patres factam permittentes, probantesque injustæ sunt. Quis enim justas leges putet, quæ permittunt, & authoritate suâ probant facinorum, ac nequitiatum, calumniarumque opportunissimam occasionem? Quæ id subjectis licere volunt, quod legibus ipsis non licet, quemadmodum supra descripsimus? Certè planè mirum est, imò apertissimè iniquum, quòd, cùm lex civilis ante Jura Codicis nusquam pœnam mortis adulteris deprehensis decreverit, eam tamen licere voluerit à marito latam, atque parente. Id ut manifestiùs appareat, opportunè sciendum est, nullo antiquissimo Jure obtinuisse, ut adulterium lethali supplicio, vel pœna publica plecteretur. Id, quod patet ex antiquissimorum scitis Legumlatorum. Nam neque apud Athenienses, neque apud Spartanos, neque apud Cumæos, & Pisidas, qui omnium primi sub legibus vixere, ne per ipsum quidem Zaleucum adulterio pœna mortis publicè irrogata est. Etenim, si (1) Ravisio Textori credimus, is legem tulit, ut si quis mœchus deprehensus fuisset, erutis oculis pœnas lueret, unde mox illi occasio pietatis unà, & Justitiæ ostentandæ. Apud Cumæos in adulterio deprehensa in forum deducta, & saxo imposita spectanda omnibus proponebatur, inde super Asino lata, urbemque circumducta *ὀνοβάτις* appellabatur teste (2) Plutarcho. Idem de Pisidis ex Joanne (3) Tzetza refert (4) Planudes. Apud Spartanos adulterium impunè grassatum est, penes quos communibus uti uxoribus licuit ad instar Platonicæ Reipublicæ. Quòd si apud eos Alcibiades transfossus unà cum adultera pugione periit, si tamen hoc verum; id Sicariis Atheniensium tribuendum, non Spartanis, inter quos Alcibiades cum Timæa uxore Agidis Regis diu palam libidinem tutam exercuit, teste (5) Plutarcho. Neque abnuo aliquando Mœchos penes priscos impunè occisos, itidemque mœchas: hoc tamen minimè probat id legis alicujus decreto factum. Quin & fabularum odia meruere, qui adulte-

(14) *In d. c. interfectores vers. ad tertium.*
(15) *In L. si adulterii. §. imperatores ff. ad L. Jul. de adult.*
(16) *In L. Gracchus C. de adult.*
(17) *In L. marito ff. eod.*
(18) *In Synop. d. tit. 79.*

(1) *In officina verb. adulteri.*
(2) *In problemat. c. 115.*
(3) *In Carm. de morib. Gentium.*
(4) *In Adag. Cent. 2. n. 93.*
(5) *In Alcibiade.*

ras ausi sunt occidere; damnaturque ab (6) Ovidio Hippomenæ furor, qui Limonem filiam in adulterio deprehensam equo famelico devorandam exposuit: nec absimile est, quod de Phaone (7) Cœlius narrat, qui in adulterio Mitylenæarum mulierum deprehensus jugulatus est. Cæterùm adulteræ mortem lege Civili decretam soli Germanorum populi more recentiori, quod noverim, habuere (nam quod attinet ad Hebræos, iis ex Jure Divino pœnâ mortis adulterium plectebatur) De illis enim apud (8) Tacitum hæc habes: *paucissima in tam numerosa Gente adulteria, quorum pœna præsens, & maritis permissa: accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. Publicatæ enim pudicitiæ nulla venia &c.* Unde satis apparet, si quid Saxonica lege sancitum refert (9) Bonifacius Archiepiscopus, recentioris esse Juris, quàm ut asseritur. Verba Bonifacii habes apud (10) Lipsium. *In antiqua Saxonia, ubi nulla Christi cognitio, si Virgo in materna domo, vel maritata sub conjuge sit adulterata, manu propria strangulatam cremant, aut cingulo tenus vestibus abscissis flagellant eam castæ matronæ, & de villa in villam missæ occurrunt novæ flagellantes, & cultellis pungunt, donec interimant.*

XIV. Constat ex his apud priscos nulla lege, quamvis barbara, pœnam adulteris capitalem irrogatam. Permisit tamen lex XII. Tabularum, ut authoritate privata adulteri necarentur; cùmque ipsa adulteros non necaret, præcipiebat tamen: *adulterum deprehensum necato.* Quis eam legem justam dicat, cui non licuit, quod aliis permittebat, quæque permitteret, quod sibi ipsa interdixerat? Neque æquior lex Romana in Pandectis relata, & more prisco Romanorum recepta. Ea à principio, nimirum sub Romulo, nedum à pœna, vel ab ipso adulterii judicio abstinebat: & matrona ejus culpæ rea marito, cognatisque permittebatur, ut ii, quemadmodum visum esset, punirent, haberentque, ut ait Dionysius (1) Halicarnasseus, arbitrium magnitudinis pœnæ. Quod confirmare licet ex (2) Tacito, penes quem Plautius prisco instituto de capite, famâque conjugis propinquis coram cognovit, & insontem nunciavit. Similia exempla pete ex Valerio (3) Maximo, (4) Plinio, & (5) Tertulliano, queis possis tandem conficere, priscis Romanorum institutis nullam fuisse legem, quæ mortem irrogaret adulteræ. Idcirco apud (6) Plautum maritus Amphitruo

Quid si adduco tuum cognatum huc à navi Naucratem,
Qui mecum unà vectus est una navi: atque is si deneget
Facta, quæ tu facta denegas, quid tibi æquom est fieri?
Nunquid caussam dicis, quin te hoc multem matrimonio?

cui Alcumena uxor respondet.

Si deliqui, nulla caussa est.

Clariùs (7) Valerius, C. Titinium Minturniensem docet Fanniam uxorem, quam de industria impudicam duxerat, crimine repudiatam spoliare dote conatum. Quibus evincitur,

lege

(6) *Carm. in Ibin.*
(7) *Lect. antiq. lib. 11. c. 52.*
(8) *Lib. de morib. German.*
(9) *Epist. ad Ethelbaldum Regem.*
(10) *In notis ad German. Taciti verbo adulteram pag. mihi 555.*

(1) *Lib. 1. histor. Roman.*
(2) *Vide Lipsium in Notis ad Annal. Taciti lib. 4. verb. quanquã pag. mihi 210.*
(3) *Lib. 6. c. 3.*
(4) *Lib. 14. c. 13.*
(5) *Apologet. c. 6.*
(6) *In Amphitruo. act.*
(7) *Lib. 8. cap. 2.*

lege pœnam adulteræ statutam fuisse dotis unius damnum. Quare Porcius (8) Latro contra adulteram sic invehitur. *Illud, judices, mihi tormento est, quòd notata judicio vero, ut multiplicatam dotem perdat, plus tamen ex quæstu habet, plus habitura est, quàm quantum damnatæ perdendum est.* Locus etiam (9) Livii facit, ubi, *Villius Turpillus*, ait, *& M. Fundanus Ædiles Plebeji aliquot matronas apud populum probri accusavere, quasdam ex eis damnatas in exilium egerunt.* Quibus consonat alius ejusdem (10) Livii locus, ubi sic: *eo anno Q. Fabius Gurges Consulis filius aliquot Matronas ad populum stupri damnatas pecuniâ multavit.* Quo in loco stuprum pro adulterio sumitur, quemadmodum & in Jure sæpe, ut eruditè docet Joannes (11) Kalvinus, & (12) Attaliates noster explanat. Hæc palam ostendunt olim à legibus Romanorum, si quando propter negligentiam propinquorum, aut conjugum adulterii crimen apud Ædiles deferebatur, ut ex Livio nuper laudato, & (13) Lipsio deduco, nulla mortis pœnâ adulterium fuisse multatum, sed vel pecuniariâ, ut amissione dotis, vel etiam interdum exilio, ut constat exemplo Vestiliæ apud (14) Tacitum, cui (15) Lipsius calculum addit. Quòd si more prisco Romanorum mors non irrogabatur adulteris, quis æquam dicat legem, quæ illatam authoritate privatâ pœnam mortis approbaret, quam publica omitteret?

XV. Nec latentior iniquitas Legis Juliæ de Adulteriis. Ea cùm permittat patri, ut quemlibet deprehensum in adulterio cum filia mactet, marito, ut adulterum vilem necet, nusquam tamen adulterio pœnam mortis decernit. Quod, licèt à multis revocetur in dubium, mihi certissimum est, & primò ex historia. Nam Tacitus (1) de Augusto legis Juliæ conditore loquens, eumque nimiæ crudelitatis accusans in eos, qui Juliæ, & consanguineis suis stuprum intulerant, *adulteros*, inquit, *earum morte, aut fugâ punivit, clementiam Majorum, suasque ipse leges egrediens.* Apud (2) eundem Vestilia adulterium fassa loco pœnæ in insulam Seriphon abducta est; & (3) superiùs Tiberio Apulejæ adulteræ graviorem pœnam deprecato, per Senatum, exemplo Majorum, ultra ducentesimum lapidem ab Urbe datum exilium est: at adultero Manlio è severitate legis Italiâ, atque Africâ interdictum est. Facit & locus relatus ex declamatione Porcii (4) Latronis, ex quo patet, etiam post latam Juliam legem de adulteriis, quâ posterior floruit ex (5) Lipsio Porcius, pœnam adulterii non mortem, sed multam dotis, & infamiæ notam fuisse. Idipsum confirmant (6) Senecæ tempora, cùm hæc scripsit: *nunquid jam ullus adulterio pudor est? post quàm eò ventum est, ut nulla maritum habeat, nisi ut irritet adulterum:* Quæ certè temporum licentia nunquam fuisset obje-

(8) *In declamation.*

(9) *Lib. 25. histor.*

(10) *Lib. 10. histor.*

(11) *In Lex. Jurid. dict. adulterium.*

(12) *In Synops. tit. 70. §. 5.*

(13) *In Comm. ad li. 4. Annal. Tacit.*

(14) *Annal. lib. 2.*

(15) *In Comment. ad d. l. 2.*

(1) *Lib. 3. Annal.*

(2) *Lib. 2. Annal. cir. fin.*

(3) *Eod. lib. Annal.*

(4) *In Declamat. cit.*

(5) *In Comm. li. 4. Annal. vers. quãquam Lentulus circ. fin.*

(6) *Penes Lipsium ibid.*

(7) *In L. Claudius ff. quib. ut indig.*

(8) *L. ejus, qui ff. de testam. L. qui cum uno §. adulterii ff. de re milit. L. 2. §. miles, ff. de his, qui not. infam. L. miles ff. de adult. L. si quis viduam ff. de quæstio. L. Scio ff. de test.*
(9) d. L. Claudius d. §. miles. d. §. adulterii. (10) In L. inter liberas ff. de adult. (11) In §. item Lex Julia Inst. de pub. Jud. (12) In Legib. Connubial. L. 12. (13) In tit. Pandect. de adult. c. 3. (14) Lib. 6. Observat. c. 11. (15) L. Castitati C. de adult. (16) In c. sup. de Procurat. (17) In L. unic. C. ne Christ. mancip. (18) In Summ. tit. ne Christ. mancip.

cta sæculo, si lex Julia tunc recens præsenti morte adulteria castigaret. Sed hæc patentiùs ex Pandectis, ubi Adulterium neque pœnâ mortis, neque deportatione, neque damnatione ad bestias, aut ad metallum castigatur. Nam ex Responso (7) Papiniani Adulterii damnatus condere testamentum potest, quod non potuisset, si aliqua ex his capitalibus pœnis ei fuisset irrogata, ut certissimum (8) ex Jure est, & notant (9) Glossa, & (10) Bartholus, Joannes (11) Faber, (12) Tiraquellus, (13) Duarenus, atque (14) Cujaccius. Neque obstat effatum Alexandri (15) Cæsaris, quod profert (16) Glossa, quoque asseritur Lege Juliâ pœna capitalis Adulterio decreta. Nam ibi capitalis pœna nihil aliud significat, nisi perpetuum exilium, ut habes ex aliâ (17) Glossa, quam (18) Azo singularem appellat, idemque affirmant (19) Jason, (20) Hippolytus, & Canonici Juris (21) interpretes. Notat tamen (22) Covarruvias pœnam capitalem esse non posse simplex exilium perpetuum, nisi includat rationem deportationis, ut manifestum est (23) ex Jure multiplici, docentque (24) Alciatus, Jo. (25) Igneus, & alii. Id, quod an veritati consonet, nec ne, non est nostrum inquirere, cùm magno utraque opinio Judice se tueatur; & utrolibet modo Veritas habeatur, certum sit, dicto Alexandri (26) Cæsaris non probari ante Constantini tempora, Jusque Codicis pœnam mortis Adulterio per Leges Civiles irrogatam. Verùm aliunde hæc nostra assertio impugnatur validiùs, producto axiomate (27) Justiniani dicentis: *Item lex Julia de Adulteriis, quæ non solùm temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed & eos, qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent.* Quibus verbis videtur evinci, lege Juliâ mortem statutam adulteris, quemadmodum censet (28) Corasius. Attamen Axioma illud Justiniani vel interpetationem, quam asserimus, recipere cogitur, vel teste toto Titulo Pandectarum de homicidiis mendax est. Etenim in Pandectis nulla mentio pœnæ lethalis contra adulterium, cujus certè aliquando meminisset integer Titulus tot Jureconsultorum decretis constans, si lege Julia fuisset constituta. Dicendum igitur, axioma illud loqui de extensione Legis Juliæ per Constantinum, aliosque subsequentes Cæsares factâ, quæ Jure lex Julia appellatur, quando sub eodem titulo, & ad ejusdem criminis coerctionem lata est, quemadmodum docent Raphael (29) Cumanus, & Jo. (30) Faber, & probatur verbis ipsis Justiniani eodem in loco dicentis, pœnam mortis decretam stupratoribus puerorum lege Juliâ, cùm tamen ei nefario crimini nusquam decreta fuerit pœna mortis ante Constantinum (31) & Constantem AA. & ipsum (32) Justinianum, qui eandem hanc explicationem confirmaturus legi Pompejæ (33) tribuit, quod primùm à Constantino statutum est, ut eâdem pœnâ mortis puniretur, qui liberos, ac qui parentes occidisset.

XVI. Et hæc mihi sanè, omnibusque certissima, quorum veritate manifestæ iniquitatis convincitur Lex civilis, quæ cùm sibi publicâ authoritate licere noluerit, pœnam mortis infligere

(19) *In L. transigere n. 9. Cod. de transact.*

(20) *In pract. Crim. §. opportune n. 40.*

(21) *Anan. & Felin. in c. qualiter 2. §. licet nu. 52. de accusat.*

(22) *Ubi sup. n. 16.*

(23) *In §. 1. Inst. de publ. jud. et in L. 2. & in L. capitalium ff. de pœn. et in L. publicorum ff. de publ. jud. & in L. capitalis ff. de verb. signif.*

(24) *In d. L. capitalis.*

(25) *In L. 1. §. ult. ff. ad Sillanian.*

(26) *d. l. castitati.*

(27) *In §. item L. Juliæ inst. de pub. jud.*

(28) *Lib. 2. Miscellan. c. 1.*

(29) *Consf. 154.*

(30) *In d. §. item L. Juliæ.*

(31) *In L. cum vir. C. de Adult.*

(32) *Authen. ut non luxurientur cõtra naturam col. 6.*

(33) *In §. alia deinde lex Inst. de publ. jud.*

Digitized by Google

fligere adulterio, ea, ut à parentibus, ac maritis authoritate privatâ infligeretur, permisit. Hujus inconstantiæ probro se absolvit Jus Civile novum in Codice, ubi adulteri pœna mortis ex Judicis sententiâ puniuntur. Quam legem, & Jus justissimum esse, constat ex sacris literis, quæ, uti supra proposuimus, pœnâ mortis adulterium plectebant, pœnâ tamen ex publicâ Justitiæ penu depromptâ, ut (1) exemplo Susannæ facilè otiosus aliquis posset prolixè probare: & alioqui Respublica potest morte publicâ authoritate decretâ nocentes punire, quâ Ratione habet potestatem irrogandæ pœnæ æstimantis, ut ex (2) D. Thoma supra docuimus. Sed licet Jus Codicis inconstantiam Juris veteris emendarit, non emendavit injustitiam, & iniquitatem, imò etiam Imprudentiam. Nam, ut ostendi, per nullum Jus unquam licebit privato authoritate non publicâ mortem inferre, nisi ubi urget præsens, & gravissimum Reipulicæ malum, aut præsens periculum inferens timorem cadentem in constantem virum, qui Jure naturæ vim vi repellat cum moderamine inculpatæ tutelæ. Iniquum enim est, quod juri Christiano repugnat: at ultio privatâ authoritate sumpta de injuriâ nulli licet ex lege Christi (3) edicente: *diligite inimicos vestros, benefacite iis, qui oderunt vos*: quæ omnia de privata dilectione intelligenda sunt. Privata, inquam, ultio nulli licet, ne ipsis quidem Regibus, qui sunt leges vivæ. Utquid igitur, quod legibus non licet, subjectis legi, & Lege minoribus per leges licebit? Prætereà, quis ferat licitum Patribus, quod & ipsi legi publicâ authoritate sævienti non est permissum. Ecce Jure (4) Authenticorum pœna mortis adulteris fœminis in leviorem mutata est, ut adultera verberata in Cœnobium detrudatur. Ipsis etiam viris remissa est pœna lethalis ob adulterium. Imò, si diligentissimo ex nostris (5) Attaliatæ credimus, nulli Veneris incestæ probro, si nefarium parentum cum liberis excipias, quod morte punitur, mortis pœna, aut capitale supplicium decernitur, sed vel Cœnobium pro Carcere perpetuo, vel narium damnum, aut pœnis: & tamen eadem lege approbante, eodemque (6) Attaliata referente, Pater deprehensam in adulterio necare poterit propriâ authoritate. Ut hinc ne inconstantiam quidem Juri Pandectarum objectam Jus novum, emendatumque per Justinianum effugiat, cùm addat communem utrique imprudentiam, præbeatque occasionem uberrimam calumniarum, atque nequitiarum, quas tædio uxorum inducere mariti poterunt, ut eas necasse jure videantur.

(1) *Daniel. c. 13.*
(2) *2. 2. q. 60. art. 2. & in 4. sent. dist. 37. qu. 1. art. 1.*
(3) *Mat. c. 5. n. 44.*
(4) *Authen. sed hodie. C. de adult.*
(5) *Vide Synops. nov. tit. 70.*
(6) *d. tit. 70. §. 11.*

XVII. Evictum est, leges Civiles facientes potestatem occidendorum adulterorum injustas fuisse, unde sequitur potestatem per illas factam nullam itidem censendam esse, atque adeò eum, qui ex illa agat, reum esse homicidii, & in foro animæ interiori gravissimè peccare. Quòd si occidens adulteros peccat gravissimè, quis dicat eum irregularem non esse? Igitur argumentum peccat in Thesi, deliratque Margunius dicens: interfector uxoris non peccat: quare & ridendus est in consecutione, quam nemo unquam tolerabilem censuit. Ut tamen magis appareat bardę argumentationis stoliditas, demus & Thesim, asseramusque cum Margunio, innoxium esse in foro animæ interfectorem adulteræ: an propterea consecutio illa vera erit: Imò falsissima. Nam, ut cum ipso Margunio comminus congrediar, vel dicitur interfector uxoris innoxius, quòd occidens uxorem potestate publica fungitur, vel quòd ulciscens adulterii crimen ob justum dolorem excusatur à Lege; atqui neutro jure, neutraque ex causâ eximitur ab Irregularitate. Erit igitur irregularis. Adsumptio, vel, uti dicimus, minor positio invicti hujusce dilemmatis ostenditur. Etenim, si primum dicas, manifestum est, fungentem publicâ potestate, atque ex eâ occidentem arcendum à Sacris, quemadmodum superiùs demonstratum est, ex Juris utriusque, & Gentis utriusque suffragio, ac more, & authoritate, quâ constituitur, judicem, & quemlibet alium publicum ministrum Reipublicæ, occidentem irregularem esse ob notam quandam sævitiei non admodum decentis eum, qui Christi Clementissimi Servatoris mitissima ministeria usurpaturus est. Publicus autem minister, & persona publica dicitur non aliunde, quàm ex publicâ potestate, quâ fungitur. Quare & occidens uxorem, si consideretur, ut publicâ fungens in homicidio potestate, publicus minister censebitur, & propterea ex eo homicidio irregularis. Quòd si alteram positionis illius partem eligas, jam videbis, quàm longe peregrinere à Sapientum Gentis utriusque sententiâ. Hi enim privatim hominem interfectorem excusandum docent à nota Canonum abstinentium sacris Ordinibus tunc, cùm aut in culpa non est ob necessitatem intrinsecus, vel extrinsecus illatam, aut vitam, corpusve suum tuetur. Porro in re, de qua agimus, neque necessitas ulla est, neque vitæ, membrorumve defensio. Quapropter irregularis erit. Id, quod cùm Latini omnes contra Margunium censeant, Græci itidem omnes confirmant, præter relatos cum (1) Prodromo, (2) Aristenus (3) Balsamon, Leo (4) Monachus, (5) Blastaris, Niceta (6) Mitylenæus, Nilus (7) Rhodius, Demetrius (8) Syncellus, Eustathius (9) Patricius, Matthæus (10) Monachus, quorum dicta recensuit (11) Diplovatacius, & ex illo Jo. (12) Lascares Rhyndacenus, ex utroque autem (13) Coressius, & (14) Canonarcha, qui sic tandem rem conficit totam: ὁ γὰρ γυναικοκτόνος ἀνάξιος τάξεως μετέχειν ἀπεικονιζούσης τὸ φιλάνθρωπον τοῦ Χριστοῦ, λέγοντος τῇ μοιχαλίδι, οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω. *Nam qui uxorem occidit, non est aptus ei Ordini habendo, qui humanitatem repræsentat Christi dicentis adulteræ: neque ego te condemnabo.*

Hæc de notis, quæ ab Ordinibus arcent, sive recipiendis, sivo exercendis carptim sanè, & sæpe interruptè, semper tamen ad finem nostrum appositè diximus. Nam, cùm eo collimemus præcipuè, ut & corruptores morum nostrorum Photianos refutemus, & Gentis nostræ calumniatores improbos castigemus, ut occasio se obtulit, id egimus, regressi deinde ad institutum, quod & si à pluribus Latinorum sit editum, immanibusque Commentariis exceptum,

(1) *De Interpr. ad Can. 66. Apos.*
(2) *In Notis ad lib. Canon. Prodromi in eum locum.*
(3) *In meditat. de duob. homicid.*
(4) *In Ecthesi Canon. Apost. ad Can. 66.*
(5) *In Epitom. Syntag. ad Can. 66. Apos.*
(6) *Resp. 8. quæ est ad Episc. Dyrrhac.*
(7) *In Synops. ad Can. 66. Apos.*
(8) *In Resp. ad eum, qui uxorem occid.*
(9) *In Meditat. de Matrim. post med.*
(10) *Ad tit. 70. Synop. Attaliat.*
(11) *In Synops. jur. Græc. tit. de homic.*
(12) *In Epist. de dignit. Sacerd. ad Card. Aragon.*
(13) *In Synop. Nili, ad Can. 22. Ancyr.*
(14) *De Can. vi. Schol. 8. ad Synod. Constant. Chliareni.*

ni nos

Digitized by Google

ni nos φιλαυτίᾳ decipit dolo non improbo, ut solet, novum tamen in his Dissertationibus nostris videbitur; quippe non uno Jure Latino munitum, sed Græco etiam, & maximè Græco: ut, ex illo postquam Nostri didicerint, unum esse Ecclesiæ utriusque Suffragium, illud ex Gentis obsequio sequantur, rati hoc uno maximè staturam Græciæ salutem, si has leges, hos mores, hæc documenta secuti Præsules nostri Sacrorum curam aptis, idoneisque committant, post conditionis cujusque absolutissimum Examen, certissimumque, cujus quo securiùs, & pro tantæ rei dignitate satagant, his duobus, quæ sequuntur Responsis de ipso testimonio da has notas deprehendendas necessario ex industria disputabimus.

Finis Responsi Quarti.

DE IPSO EXAMINE ORDINIBUS PRÆMITTENDO

SIVE

DE PROBATIONIBUS, ET TESTIMONIO, Responsum V.

Ad eundem Illustrissimum, ac Reverendissimum

MELETIUM TIPALDUM ARCHIEPISCOPUM, ET METROPOLITEN PHILADELPHIÆ.

SECTIO I.

Utrum Judici judicandum sit secundùm allegata, & probata?

SUMMARIUM.

I. *Initium Dissertationis: Scientiam de modo instituendi Examinis necessariam.*

II. *Proponitur Margunii sententia, simul & calumnia.*

II. *Quot Latini scripserint de hac Quæstione: horum paucos adstipulatos Margunio, plures, & ferè omnes refragari;*

IV. *Judicem in Judicio fungi officio publico, extra judicium privato.*

Duplicem esse in Judice posse scientiam: defenditurque à cachinno Margunii multiplex in Deo scientia.

V. *Duplex in Exhomologetâ Sacerdote scientia. Executorem teneri sententiam licèt injustam exequi: Judicem verò latam sententiam, si tandem injustam agnoscat, retractare non posse.*

VI. *Judicem non posse ferre sententiam ex Instrumentis non productis in Judicio; unde colligitur, Judicem teneri, sequi scientiam publicam.*

VII. *Hoc effatum confirmatur dictis Patrum, & Christi Servatoris.*

VIII. *Sententiam nostram non reprobari ab Ecclesia etiã Photiana, imo hâc maximè cõstitui.*

IX. *Proponuntur Argumenta Margunii à Latinis deprompta.*

X. *Margunianis Argumentis adduntur & alia.*

XI. *Quid sit agere contra fidem, & conscientiam penes Paulum; & quomodo Judex non faciat contra conscientiam, si innocentem ex allegatis damnet.*

XII. *Præstringitur Coressii mendacitas, ostenditurque, Judicem ex allegatis contra id, quod scit, judicantem non mentiri. Mendacium in Judicio dictum non semper crimen esse lethale. Juramentum verò etiam in re levi falsum, esse grave, ac lethale perjurium.*

XIII. *Confirmatur, Judicem non mentiri, si ex allegatis pronunciet contra id, quod scit. Mos Judicium Græcorum jurejurando promittentium, se laturos sententiam ex allegatis.*

XIV. *Quid agendum Judici, cùm rei innocentia sibi constat; an ex allegatis damnare debeat? rejiciuntur variæ sententiæ.*

XV. *Respondetur aliis argumentis, & proponitur, atque explicatur triplex notorium.*

XVI. *Qui, & quatenus Executor parere debeat publicæ authoritati?*

An damnatus ad maritale debitum reddendum teneatur illud reddere, cùm scit uxorem suam non esse?

XVII. *An scientiâ privatâ, quam habet Judex, uti possit ad abrogandam fidem testium?*

I. DIfficillimum opus aggredior, & nisi certis circumscribatur terminis, penè dixerim infinitum; obscurum etiam, & salebrosum; quippe quod non ex Latinorum dumtaxat religiosis, atque accuratis, sæpe etiam otiosis explanationibus, verùm etiam ex Græcorum brevibus, ambiguis, & Oraculorum ritu perobscuris conflandum effatis. Enitendum tamen, ut hæc omnia labore nostro vincatur, resque per se ipsa tricis involuta perpetuis, quoad ejus fieri potest, aperta, & omnibus agnoscenda pro-

da proferatur in medium, quo utiliùs Nostri Ordinum conferendorum negotium peragant grande, evitentque malum illud utrunque, quod nostræ Genti per Photianorum ineptias illatum, facit, ut necessariorum incuriosè, eorum, quæ nihil intersunt nostrâ, curiosissimè satagamus. Vidimus hactenus, antequàm Ordines conferantur, Examen esse penitùs instituendum, revocandumque ad trutinæ aleam, eorum, qui provehendi sunt, & ingenium, & conditionem. Quid in eo Examine dispiciendum sit, latè proposuimus, expendimusque tum vitia, tum culpas, ex quibus rejiciendi sunt Ordinum Candidati, ne quid pollutum, fœdumve, aut criminosum Dei viventis præ se imaginem ferat, aut potestate fungatur. Reliquum est, ut Examinis modum edamus, quando non satis est scire, quid quæras, sed omnino sit opus, ipsam quærendi rationem agnoscere. Notum est illud, ex (1) Eratosthene conterranei mei Epimenidis dictum, quo Cratetis cujusdam Cydonii fastum excepit. Is enim, cùm coram ipso multa de Virtute philosophatus Temperantiæ, ac Fortitudinis laudes eleganter, & atticè descripsisset, absolutoque tandem elogio interrogasset Epimeniden: *εἰ καλῶς; καλῶς ἔφη, νὴ Δία, καὶ εὐγλώττως, καὶ μοχθηρῶς, ἀλλ᾽ οὐδὲ πῶς, οὐδὲ ποῖ. Si bene? Benè inquit, & per Jovem, eloquenter, ac laboriosè, sed neque quomodo, neque quò.* Quasi frustra laboret, qui de Moralibus disputat, ni, post operis faciundi explanationem, modum ipsum, quo fit, viamque, quà ad ipsum itur, exponat. Hinc etiam (2) Socrates, Philosophos illud in primis decere, dictitabat, ut discipulos suos ad præcepta manuducant. *ἄνευ γὰρ ὁδηγίας οὐ λυσιτελῆ τὰ διδάγματα: nam sine manuductione documenta utilia non esse*, & (3) Praxiteles Virtutis Simulacro Tropi adjunxit effigiem, ne quis dubitaret, frustra doceri, quid agendum sit, ni ratio agendi unà doceatur. Et hujus Examinis hercle non pauca obiter nos in primo Responso tradidimus, quæ ad modum pertinent, præsertimque illud, quod nobis occasionem dedit scribendi: nimirum Examen ad Episcopum pertinere. Id, quod ibidem affatim comprobavimus, ostendimusque, planè delirare Sacerdotes quospiam Photianos, qui sibi Examinis hujusce asserunt potestatem. Igitur id unum restat, ut videamus, quâ nimirum ratione probanda sint vitia, culpæque, quæ in hoc Examine cognoscendæ erunt. Id enim ubi egerimus, planè absoluta erit tractatio, certusque modus Examinis, quippe cui apprimè constituerimus & eum, à quo peragendum est, & contra quem, & de quibus, & quomodo. Quibus adjunctis, atque partibus rerum omnium, quas practicas appellamus, vera finitio, clara notitia, ratio denique certissima constituitur, quemadmodum Magentinus (4) noster ex (5) Aristotele, (6) Ephæstione, (7) Aristide, & (8) Dionysio Perihegete doctè, & eleganter edisserit.

(1) *Apud Jodoc. Keller de excell. Medicinæ lib. 2. c. 1.*

(2) *Thomas Magister in vita Socrat. & Marc. Muss. in præfat. ad Rempub. Plat.*

(3) *Refert Theodor. Gaza, ex Athen. et Michaele Ephesio. in Comment. ad statuas Philostr. in Præfat.*

(4) *In princ. ad Nicomach. Aristot.*

(5) *Lib. 1. Moral. c. 1.*

(6) *De Partibus anim. in fin.*

(7) *In Paneg. Alexan. circ. med.*

(8) *In descript. Atticæ.*

II. Antequàm tamen hoc agamus, in hoc ipso Dissertationis hujusce principio, retundenda est Margunii & calumnia, & ignorantia, ne nimirum nobis negotium in secuturis facessat. Docet is, hoc in Judicio, quod circa eos, qui ad Ordines provehendi sunt, Episcopo instituendum est, Judicem non juxta allegata, & probata judicare debere, sed juxta conscientiam suam, quod & probare, & confirmare nititur validissimis argumentis, non tamen è re præsenti petitis, sed translativis illis, quibus hæc celeberrima quæstio solet tractari. Addit sua è penu, hanc Quæstionem à Latinis licet momenti, hercule, maximi, negligi: vixque unum, aut alterum ex illis obiter hac de re dissona rationi, absurdaque, & planè Veritati contraria constituere. Verba Margunii referre placet. Χρὴ δὲ, (1) ait, *γνῶναι τὸν ἐπίσκοπον, ὅτι μέλλων ἐξετάσαι τὸν εἰσαγόμενον πρὸς χειροτονίαν, οὐ δεῖ, αὐτὸν κρῖναι κατὰ τοὺς μαρτυρουμένους, καὶ τὰ προσφερόμενα, ἀλλὰ κατ᾽ αὐτὴν ἑαυτοῦ τὴν συνείδησιν, καὶ τοῦτο δείξομεν καλῶς κατὰ τῶν λατίνων, οἳ περὶ τούτου ἀμαθῶς σιωπῶσιν, ὀλίγοι δὲ αὐτῶν, εἴ τι εἶπον, κατὰ τοῦ νῦν συντεθειμένου ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας λέγουσιν, ἀγνοοῦντες, τί τὸ λεγόμενον. Oportet autem Episcopum nosse, ubi subjiciendus Examini est, qui ad manuum impositionem proponitur, non decere, Judicium juxta testes, & probationes peragere, sed juxta conscientiam ipsius Episcopi. Quod & optimè confirmabimus contra Latinos, qui de hac re ignorantissimè tacent: pauci verò illorum, si quid dixere, contra nunc constitutum ab Ecclesia dicunt, nescientes, quid dicant.* Tria dicit Margunius: primum est à Latinis Quæstionem hanc præteriri adeò incuriosè, ut eorum perpauci de illâ egerint. Secundum, hos paucos Latinorum, qui de illâ egere, in eam quæstionis partem abjisse, quâ constituitur, judicare debere juxta probata, ac testibus confirmata, non juxta conscientiam: Tertium, hanc quæstionis partem damnari ab Ecclesia, & penitùs esse falsissimam. His tribus, queis jure dixeris, funiculum iniquitatis, atque calumniæ triplicem fieri, confidentissimè tribus assertionibus respondemus. Primò, plerosque Latinorum plenissimè, ac sapientissimè hanc ipsam quæstionem expendisse. Secundò, & Latinorum perpaucos partem à Margunio receptam probasse, & plerosque eorum oppositam recepisse, quippe Sanctorum Patrum effatis consonam, rationibus manifestissimis comprobatam. Tertiò, non esse contra Ecclesiæ sententiam eam quæstionis partem, quam opinio communis amplectitur, imò verò juxta Ecclesiæ utriusque; & nostræ maximè suffragium ita censendum, ut non liceat Judici, probationibus, & testibus re constitutâ, aliter judicare.

(1) *In Antirrhetico pro Marco.*

III. Non admodum immoror primæ, atque secundæ assertioni, quæ illi uni ambigua videbitur, qui, quid Latini scripserint, prorsus ignorat. Producam tamen è Scriptoribus aliquot ad rei manifestissimæ testimonium, ut Photiani cognoscant, quanti habendum sit constantissimum mendacium hominis planè deliri, quem non pudet asserere, quod vel pueri refellant. Quid enim facilius, quàm Catalogum dare, & *collectaneum*, uti dicimus, Jureconsultorum proponere, qui, hac sibi quæstione propositâ, mira sanè & omni ex parte doctissima posteris edidere. De illa ex industriâ scribunt (1) Jurisconsulti post (2) Glossam, quam secutus est (3) Abbas Panormitanus, Petrus (4) Rebuffus, Felinus (5) Sandæus, & alii, post quos de eadem

(1) *In L. illicitas §. veritas ff. de off. præs.*

(2) *In c. paratus §. hinc ver. fecit dû leges, 23. q. 1.*

(3) *In c. pastoralis §. quia verò n. 8. de off. deleg.*

(4) *In præfat. L. quod jussit n. 7. ff. de re jud. pag. 46.*

(5) *In repet. ver. Judex debet judicare.*

Nn quæ-

quæstione scripsere (6) Corasius, Paulus (7) Fuscus, Sebastianus (8) Medices, Didacus (9) Covarruvias, (10) Craveta, (11) Cassadorus, Julius (12) Clarus, Marcus Antonius (13) Natta, Marcus (14) Mantua, Guido (15) Papa, Petrus (16) Magdalenus, Gaspar (17) Caballinus, Hieronymus (18) Gigas, Philippus, (19) Decius, Joseph (20) Mascardus, Hippolytus (21) de Marsiliis, (22) Aviles, Bernardus (23) Diaz, Ignatius (24) Lopez de Salzedo, Joannes (25) Matienco, Lancellottus (26) Conradus, Martinus (27) del Rio, Burgo (28) de Paz, Seraphinus de (29) Seraphinis, Flaminius (30) Cartarius, Petrus (31) de Ancharano, (32) Massuerius, Hippolytus (33) Bonacossa, Jo. (34) Gratianus, Petrus (35) Martinez, Arias (36) Pinellus. Quibus adde Theologos Silvestrum (37) Prieras, Michaelem (38) Salonum, Antonium (39) Cordubensem, Dominicum (40) Bannes, & alios, quos refert (41) Cenedo. Hos an Scythas, & Garamantas Margunius putet, interrogo? Quòd si Latini sunt, iidemque inter Canonum, Legumque Interpretes notissimi, quis furor, asserere, à Latinis de hac quæstione sileri, cùm hi Latini palam eam agitent, ejusdemque hinc inde momenta peracutè pensitent, ac peraccuratè? Eadem facilitate refellitur alterum mendacium, quod secundâ nostrâ Conclusione damnatur: Nam constat, Latinorum ex iis, qui hanc quæstionem sibi decidendam proposuere, & paucos Margunio adstipulatos, & cæteros omnes uno ore confirmasse, Judicem ex probatis, confirmatisque ferre sententiam debere, etiam contra privatam, quam habet sententiam, scientiamque. Qui ex Latinis Margunio consentiunt, hi planè sunt, Martinus (42) antiquissimus Legulejus, (43) Calderinus, (44) Abbas, (45) Oldendorpius, & Joannes (46) Corasius: ex Theologis verò Nicolaus (47) Lira, (48) Adrianus, & Joannes (49) Arboreus (quibus & nos consensimus nuper in prælectionibus nostris ita, ut existimaverimus, posse aliquando judicem de re sibi certissima, quam allegata, & probata labefactant, sententiam suspendere, tametsi contra allegata ferre sententiam non possit.) Quoti hi, si cùm iis, qui oppositum sentiunt, comparentur? Scilicet præter relatos longo agmine nuper Authores, damnant Margunii sententiam iterum, iterumque Glossa (50) communis, & Glossa Bartholi (51), atque Alberici, Doctores etiam communiter cum (52) Cardinali, (53) Barbatia, Joanne (54) Andrea, & (55) Alciato; quibus adde (56) Cujaccium, & ex Theologis (57) Div. Thomam, (58) Cajetanum, Joannem (59) Majorem, & Joannem (60) à Turrecremata, post (61) Antoninum: quorum testimonio hæc sententia, quam ignotam Latinis mendacissimè dicit Margunius, Latinis communis est, eandemque Dominicus (62) Soto tuetur. Nec mirum, si hæc sententia Latinorum præcipuis placuit, cùm Juri, & rationi consentanea sit, Patrumque suffragiis comprobetur.

IV. Primò enim, ut ea argumenta omittam, quibus utuntur probatissimi quidam Jureconsulti, præsertimque (1) Alciatus ad confirmandam hanc sententiam, quæ jure Margunius refellit petita ex (2) Ulpiani dicto satis obscuro, & ex aliquot Juribus, violenta ad hujus probationem Sententiæ interpretatione contortis, illud certissimum est, Judicem fungi publico officio, ut docet (3) Ulpianus, & post eum (4) Innocentius IV. cui suffragatur (5) Clemens V. Pontifex, antequem idipsum ex nostris docuere (6) Attaliates, sic dictum explicans Leonis Augusti. Λέγει δὲ, τὸν ἄρχοντα ἔξω τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ ἰδιώτην εἶναι, ὅτι ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ μόνῃ πολιτεύεται· ὅθεν καὶ περὶ δικαστοῦ αἱ βασιλικαὶ βίβλοι λέγουσιν, ἰδιωτεύειν αὐτὸν ἔξω τοῦ κριτηρίου, ἐν γὰρ μόνῳ τῷ κριτηρίῳ πολιτεύεται· καὶ καθὼς ἐν ἐκείνῳ οὐ χρὴ αὐτὸν ἰδιωτεύειν, οὕτω καὶ ἔξω πολιτεύεσθαι, τῷ δικαστῇ ἀπαγορεύεται. *Ait autem, Præsidem extra Provinciam privatum esse, quòd in Provincia sola publico fungitur munere: Quare & de Judice libri Basilici dicunt, privatum eum esse extra Tribunal, quippe in solo Tribunali publico fungitur officio, & quemadmodum in illo non nisi publico fungi potest officio, sic & extra illud publica illi potestate interdicitur.* Idem docet & (7) Balsamon, & post eum Joannes (8) Monachus, & (9) Harmenopulus, quos cum aliis congerit ad id Jo. (10) Lascares. Porro hinc deducitur, eum, in ferendo Judicio, sententiâve, scientiâ publica uti oportere, fidemque præstare his, quæ sibi uti Judici, & publicâ fungenti potestate sunt nota, non autem illis, quæ manifesta sunt ipsi, uti privato. Neque obstat, quod ait (11) Margunius, ridiculum esse in eodem homine duplicem scientiam, notitiamve ejusdem rei agnoscere, quam tamen, ait, *ineptiam* Latini admittunt, qui eandem per summum scelus Deo ipsi tribuunt, alii docentes, in Deo duas esse scientias, alii tres, & fortassis erit, ut aliquando sexcentas comminiscantur. Hæc, inquam, non obstant, quippe quæ reverà & inepta, & ridicula. Nam in homine ejusdem rei notitiam duplicem vel ipse (12) Margunius sæpius admittit. Docet enim, esse scientiam rei, quæ prodi, quæque prodi non possit: Utranque autem in Exhomologeta Sacerdote esse, qui, si quando publico fungatur officio in Ecclesia, rem prorsus eandem scire poterit & scientiâ privatâ, quia vidit, & scientiâ publicâ, quia illi pro Tribunali delata est, & scientiâ habitâ ex ipsâ exhomologesi rei sacrâ in Pœnitentiæ Mysterio. Est autem omnino manifestum, hunc sacerdotem diversimode agere debere ex diversis scientiis ita, ut uti priva-

(6) Lib. 4. Miscell. c. 20. (7) De visit. li. 2. c. 21. n. 20. & sing. 60. litt. L. (8) In Summ. 3. q. 7. art. 3. (9) Lib. 1. Variar. c. 1 per tot. (10) Cons. 198. ex n. 7. (11) In reg. Cancell. decis. 12. n. 2. (12) Lib. 5. §. fin. q. 8. n. 5. & q. 66. n. 2. (13) Cons. 276. n. 3. Vol. 1. (14) Sing. 451. (15) Decis. 29. (16) De numero testium, 3 Testam. 3. p. c. 1. n. 18. & lib. 9. de reg. Jur. pag. 365. ver. Judex an debeat. (17) In Ægidian. Const. l. 4. cap. 3. Gl. B. n. 1. (18) Cons. 45. n. 14. Cons. 48. n. 32. (19) Cons. 176. n. 2. (20) De Probat. Vol. 2. concl. 942. l. 2. (21) Sing. 266. (22) In c. 1. Prætorum. glos. fin. n. 10. (23) *In reg. 377.* (24) *Ad Diaz in d. reg. 377.* (25) *In dial. relat. 3. p. c. 42.* (26) *In Temp. om. Jud. lib. 1. c. 1. §. 3. nn. 11.* (27) *In repet. L. transfigere. C. de trans. 3. p. n. 139.* (28) *In proœm. L. Tauri n. 262. & 264.* (29) *In Privil. juram. privil. 2.* (30) *De execut. Sent. c. fin. n. 365.* (31) *In c. 1. de constit. n. 44.* (32) *In prax. tit. de Judic. nn. 28.* (33) *In Comm. opin. pag. 461.* (34) *Reg. 254.* (35) *In c. afferte ver. date infantem n. 20. de præsump.* (36) *In L. 2. C. de rescind. vendit. 3. p. c. 3. n. 33.* (37) *In verb. Judex 2. n. 5.* (38) *In 2. 2. q. 67. art. 2. col. 384.* (39) *In qq. Theol. lib. 1. q. 37.* (40) *In 2. 2. q. 33. art. 8. 4. concl.* (41) *Ad Decretal. collect. 101. n. 11.* (42) *In d. §. veritas.* (43) *In c. pastoralis §. quia verò, de off. delegati* (44) *In d. §. quia verò.* (45) *Tract. de formul. investit. c. ult. & in lib. de Jur. & æquit. tit. 13.* (46) *d. c. 20.* (47) *In Exod. cap. 23.* (48) *Quodlib. 2. ad fin.* (49) *Theosoph. l. 9. c. 20.* (50) *C. 1. de off. ordin. & in c. judicet 3. qu. 7. & in d. §. si verò.* (51) *In d. §. veritas.* (52) *In d. §. quia verò.* (53) *In d. §. veritas.* (54) *In Specul. tit. de disp. & alleg. §. satis n. 13. & in c. 1. de re jud.* (55) *In d. c. 1. de off. Ord. nn. 83.* (56) *Lib. observat. 12. c. 19.* (57) *2. 2. q. 67. art. 2.* (58) *In eum locum D. Thom.*

(59) In 3. sent. dist. 33. q. 4. (60) In d. c. judicet. (61) 3. p. tit. 9. c. 2. §. 7. (62) De Just. & Jur. q. 4. art. 2.

(1) In d. c. 1. de off. ord. n. 84. (2) Ex d. §. illicitas. (3) In L. Barbarius ff. de off. Præt. (4) In c. 1. de re jud. in 6. (5) In Clem. 1. de seque. st. possess. & fruct. (6) In notis ad Eclogen L. Leo. & Const. A. A. ad tit. 6. n. 2. (7) Ad li. 1. tit. 2. Basilicum. (8) Ad Epit. Legum. tit. 6. (9) In tit. Pandect. de off. Jud. (10) In Not. ad Prochir. Harmen. c. 9. (11) In Antirrhetic. pro Marc. c. 10. (12) Ad Can. Pœnit. Basilii nota 29.

privatam habens possit de illa testimonium ferre, non autem publicè judicare; ex publicâ sententiam ferre possit; ex qua testimonium dicere nequit; neutrum autem præstare queat ex ipsa sacra, & ab Exhomologesi factâ. Adeò verum est, non dedecere rei ejusdem plures esse scientias. Id, quod ad Deum ipsum translatum verissimum est, etiam in Deo: in quo licet una sit rerum omnium simplicissima notitia, atque cognitio, actus æternæ mentis vivus à vivente, & in vivente eternùm manens, tamen idem ille simplicissimus, & unicus actus, si ad illa, quæ illo cognoscutur, modumque, quo cognoscuntur, referatur, non ineptè, imò sapienter, ope mentis nostræ, multiplex scientia censetur ea ratione, qua fiat, ut cùm illa simplicissima cognitio ad rerum, quas cognoscit, naturas refertur, Intelligentiæ simplicis, & necessariæ scientiæ, cùm ad res ipsas, quippe caducas, & contingentes, uti ajunt, existentesque reipsa refertur, Visionis, & liberæ scientiæ, cùm verò ad easdem refertur, ut sunt sub hypothesi aliquâ futuræ, scientiæ Mediæ, habentis nimirum aliquid necessarii, liberi aliquid, nomen aptissimum sortiatur. Est enim omnino certum, Deum necessariò videre, quæ fieri possunt, libere videre, quæ sunt, cùm libere fecerit, quæ videret, non visurus esse; quæ sunt, si non fecisset, quæ facta videret. Denique liberè quidem partim, partim necessariò cognoscere quid futurum sit, si conditio aliqua ponatur, propterea quòd per ipsum unà, & per liberum hominem stat, ut videat, quæ, si conditio ponatur, liberè fient. Qua explicatione scientia illa Media, passim ingeritur, quæ an reverà sit nescio: hoc Scio, hac una profligari penitùs argumenta omnia, quæ vel (13) Coressius pro Physicis prædeterminationibus Græca fecit, vel (14) Gerganus, vel quisquis ille fuit, qui Græco sub nomine multa è cœno Calvinianorum contra liberum Arbitrium hominis, Græciæ proposuit.

(13) *In suaTheolog. tit. de Deo.*
(14) *In exposit. Fidei c. 7.*

V. Sed hæc, ut Margunii convicia retundamus, illud ad rem nostram affatim probatum est, in eodem homine rei ejusdem duplicem esse posse scientiam, eumque hominem diversimodè agere debere ex duplici illa scientiâ. Quod si neges, erit, ut liceat Exhomologetæ Sacerdoti ex notitiâ sacrâ extra Sacramenti forum damnare, vel absolvere; quod certè Latinis erroneum, ut ajunt, est, Juris (1) authoritate sacri, ubi (2) Panormitanus, itidemque Græcis, uti docet (3) Gennadius, & ex eo (4) Diplovatacius. Eadem sententia confirmatur Latinis dicto (5) Innocentii III. Græcis verò Leonis (6) Stipiotæ decreto, quorum Suffragio certissimum utrique Genti est, Executorem ad hoc datum, ut sententiam latam exequatur, posse tutò, imò omnino debere, sententiam exequi, licet norit iniquam esse. Etenim authoritas rei judicatæ prævalet etiam notæ veritati ipsi Executori, cujus id munus unum est, ut sententiam exequatur, non autem, ut anquirat justè ne, an injustè lata sit. Quapropter (7) Aristenus, ὁ ἐντελλαθεὶς, ait, χειρίσασιν δικαστικὴν ἀπτελέσαι, τυφλός ἐστιν ἰδίᾳ, τοῦτο μόνον σκοπῶν, ἵνα συντελέσῃ τὸ ἐντεταλμένον. ἀλλ' οὐδὲ διακρίνει τὴν ψῆφον, ἀλλὰ προφέρει αὐτὴν εἰς ἔργον ὁποιανοῦν. *Qui jussus est sententiam judicis exequi, cæcus est privatim, hoc unum spectans, ut exequatur, quod jussum est; quare neque judicat de sententia, sed illam qualemcunque deducit ad praxim.* Jam verò hinc ad rem nostram infertur, pari sanè ratione judicis officium esse Actorum potiùs probationibus, quæ à Jure authorem habent, ut docet (8) Innocentius III. & (9) Aristenus, fidem præstare, quam iis, quæ privatim novit, & ex quibus ipse injusta, & iniqua putat, quæ probata, confirmataque sunt testimonia. Ratio enim, quæ id, quod diximus, probat in Executore, probat in Judice. Nam quemadmodum Executor, cùm privatum exerceat officium, fungi non potest publico: & omnino peccaret publico fungens, qui debet privato fungi; atque propterea non potest de sententiâ judicare, sed illam exequi qualencunque debet: ita judex, cùm publico fungatur officio, uti privatâ potestate non potest, & omnino peccaret privatum quid publico miscens; ac proinde non potest, ut privatus, judicare. Unde statim consequitur, non posse ex privatâ scientia judicare. Idipsum ulteriùs confirmatur ex nota (10) Juri utrique & (11) DD. Sententia, qua constituitur, judicem, si post latam sententiam certior factus sit ex instrumentis post exhibitis, juris, quod condemnato competit, male actum, processurumque absque publica authoritate, si sententiam latam retractet, quandoquidem functus est officio Judicis, nec per illa instrumenta Jus condemnati probatur eidem uti Judici, sed ut privato, qualis est Judex post latam sententiam. Unde conficitur, judicem debere ex iis ferre sententiam, quæ uti Judici probantur. Nam si & ex iis, quæ uti privato manifesta sunt, cur male aget, & ineptè procedet eam sententiam retractans? Quòd si cogitur Judex, ut Judex, agere, quin privati aliquid miscere Judicio sua ex parte possit, Jam constat, eum ad Judicium privatam, quam habet, notitiam conferre non posse. Id, quod (12) Prodromus noster asseruit dicens. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς τὰ τοῦ Κλήρου δικάζων οὐδὲν ἰδίᾳ αὐτῷ γνώριμον εἰς τὸ δημόσιον τοῦ ἱεροῦ δικαστηρίου προσφέρεται. *Episcopus autem, cùm judicat Clericorum causas, nihil sibi privatim notum ad publicum Sacri tribunalis adducat.*

(1) *c. 2. de off. ordin.*
(2) *In d. c. 2.*
(3) *In Epist. Encycli. de Sacram.*
(4) *In Synop. Jur. Græc. tit. de Pœnit.*
(5) *In c. pastoralis §. quia vero, de off. delegat.*
(6) *Refert Matth. Monach. ad Synop. Attaliat. in titul. 9. init.*
(7) *Ad tit. Basilican. de Probat.*
(8) *c. quoniam de probat.*
(9) *Ad d. tit. Basil. de probat.*
(10) *In L. Imperatores ff. de re jud. L. sub specie Cod. eod. c. inter de re jud.*
(11) *In L. admonendi ff. de Jurejuran. Bald. in L. error cal. 3. C. de Jur. & fact. ignor. Curti. jun. Conf. 18. Abbas. in d. c. inter n. 16. & in c. suberta col. pen. de sen. et re. jud. Lãfranc. in d. c. quoniam verb. Interlocutorię n. 8.*
(12) *De Interpr. ad Can. 9. Apost.*

VI. His congruit notabile dictum (1) Innocentii III. quod Nostris proposuit (2) Eustratius Patriarcha, quorum authoritate Judex non potest ferre sententiam ex instrumento, scriptove non producto in Judicio, tametsi illud privatim sibi ita fuerit lectum, agnitumve, ut ex eo Jus Actoris, Reive apprimè cognoverit. Etenim Eustratius sic scribit: τὰ δὲ πρὸς δίκην συγγράμματα, ἅτε διαδικοῦσι, ὅτι κατηγόρει, ὅτι κατηγορουμένοις συνεργεῖται, ἐν αὐτῇ τῇ δίκῃ τῷ δικάζοντι προσκομίζονται. οὕτω γὰρ ἰσχύειν, καὶ δύναμιν ἀποδείξεως ἔχουσιν. ἔξω γὰρ τότε ἰδίᾳ τῷ δικαστῇ δοθῆναι ἀπορεῖται, κἄνπερ ἐμφανῶς τὴν ἀλήθειαν δηλῶσαι. *Scripta ad Judicem pertinentia, & instrumenta Actorem, vel Reum juvantia in ipso Judicio Judici proponuntur: sic enim potestatem, ac vim probationis habebunt. Nam si præter hæc, privatim Judici exhibeantur,*

(1) *In c. cum dilectus de fid. Instr.*
(2) *Refert Aristenus in d. titul. de probat. Basilic.*
(3) *In c. accepimus, & c. contingit de fid. instrum. & arg. L. adoptio ff. de adopt.*
(4) *In d. c. cõtinget.*

nullius censentur roboris, quamvis manifestè veritatem indigitent. Id, quod juri (3) Latino adeò congruit, ut (4) Glossa, (5) Felinus, (6) Hippolytus, & (7) Covarruvias affirment, non profuturam exhibitionem scripti, aut instrumenti factam coram Tabellione, ac testibus, nisi fiat coram judice; imò (8) Fridericus, & (9) Antonius, & (10) Felinus asserunt, non suffecturum ad probationem instrumentum, si edatur judici ante litis contestationem, nisi postea edatur iterum, cùm principalis causa discutitur. Et idem erit, quando instrumentum post litem contestatam producitur in judicio ad causam litis principalem: non enim sufficiet, ni, præter hæc omnia, exhibitio ipsa scripturæ adversario denuncietur, ut se se ab illa, si potest, defendat, quemadmodum post relatos (11) Baldus ex Latinis, (12) Diplovatacius ex Nostris. Ex his porro illud in summa colligitur, ex instrumentis vel non productis in judicio, vel aliter, quàm jus decernat, productis, judicem ferre sententiam non posse, licèt ex iisdem instrumentis, aut Syngraphis manifestè pateat jus contendentium in judicio. Unde sequitur, judicem posse, imò debere, sententiam dicere etiam contra propriam scientiam ex iis, quæ in judicio cognoscit, quæque in eodem, jurè probantur. Etenim, si judex propriam scientiam sequi potest, vel debet, jam, quæ hactenus diximus, omnia nulla erunt, quæ tamen utriusque Gentis jure censentur constitutissima.

(5) In d. c. contingit. late in c. quoniam de probat. q. 1.
(6) Sing. 17.
(7) Lib. 1. variar. c. 1. sub n. 5.
(8) Cons. 160. col. 2.
(9) In c. cum dilectus de ordin. cogn.
(10) In c. 1. nu. 28. de probat. & in c. causam quæ. 1. n. 6. de test.
(11) In L. eos §. fin. autem col. pen. Cod. de appellat.
(12) d. tit. de probat.

VII. Denique ea, quæ dicta sunt, planè constituuntur Patrum Suffragio. Nam, ut ex multis, quos congerit ad id (1) Diplovatacius noster, unum dumtaxat producam, eundemque Jurisconsultissimum virum, atque Sanctissimum; Nicephorus (2) Patriarcha in Regulis, quas (3) Canonarcha collegit. *Judex*, inquit, *non ex se loquitur, sed quæ testes, & probationes affirmant, ea pronunciat: sententia ex publico ministro est, non ex privato: quod probatur, confirmat, non quod ipse putat. Denique ex fide loquitur, hoc est non ex visu, sed ex auditu*. ὁ δικάζων οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ συλλογίζεται, ἀλλὰ τὰ ὑπὸ μαρτύρων, καὶ παρ' ἀποδείξεων λεγόμενα, ταῦτα ψηφίζεται. ἡ ψῆφος ἐκ τοῦ δημοσίου ἐστὶν, οὐκ ἐκ τοῦ ἰδιώτου. τὸ ἀποδειχθὲν ἐπιψηφίζει, ἀλλ' οὐ τὸ νομιζόμενον. τελευταῖον ἐκ πίστεως λέγει, πιστεύει, οὐκ ἐξ ὁράσεως, ἀλλ' ἐξ ἀκροάσεως. Patri Græco, qui olim in Græcia Iconoclastarum furori pectus opposuit, consentanea prorsus docuerat Latinus Pater, qui Arianam labem in Italia contrivit, (4) Ambrosius, cujus hæc verba sunt à (5) Jure recepta. *Bonus judex nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito voluntatis, sed juxta leges, ac Jura pronunciat: scitis Juris obtemperat: non indulget propriæ voluntati, nihil paratum, & meditatum domo defert, sed, sicut audit, ita judicat*. Audis Ambrosium? *Sicut audit*, inquit, *ita judicat*. quasi dicat, non ut ipse scit, sentitque, sed ut audit, hoc est *ut scit, testium, probationumque documentis admonitus*. Quare & Nicephorus acutissimè Judicem credenti, fidemque divinam exercenti comparat. Nam, quemadmodum ille Dei testimonio ita sententiam accommodat, ut nec iis, quæ videt, ac sensibus experitur, fidem præstare queat, quam scilicet obligatam habet iis, quæ audit à legitimo Ecclesiæ ministro proposita: Ita Judex, dum ex publicâ potestate sententiam dicit, non iis, quæ nota sunt ipsi, sed iis, quæ proponuntur à testibus, cæterisque probationibus, fidem debet. Hinc judex cum (6) Christo dicit: οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐδέν. καθὼς ἀκούω, κρίνω, καὶ ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστίν. *Non possum à me ipso facere quidquam: sicut audio, sic judicio, & judicium meum, justum est*. Quæ verba nihil aliud sonant, nisi hanc ipsam, quam tuemur, sententiam. *Non possum à me ipso*, hoc est ab iis, quæ privatim habeo, ex eo, quod privatus sum, atque adeò neque ex privatâ scientiâ, quam habeo: *facere quidquam*: ergo neque sententiam ipsam proferre; quasi potestas illa publica judicis à nullo ex iis, quæ in judice privatim sunt, pendeat. *Sicut audio, judico*, quippe ex prolatis in judicio, ex dictis testium, ex demonstratione probationum, hoc enim fit, ut judicium meum, verum semper, judicum autem aliorum, etsi quandoque non verum simpliciter, justum simpliciter sit, verumque veritate judiciali. Quapropter sic (7) infert: ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής. *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum*. Quî verum non erit testimonium latum à Christo, ut privato? num falsum Christus quibit asserere? absit: sed verum non erit veritate publicâ, de quâ loquitur, quam insinuat, quod verum erit simpliciter à Numine corporato scilicet affirmatum. Testimonium igitur judicis penitùs reprobatur ita, ut ex testimonio suo ferre sententiam judex non possit. Porro, si ex conscientia suâ causam decideret, testimonio suo decideret, essetque idem judex, ac testis, quæ omnia jure omni penitùs absurda censentur. Adde, judicem, si juxta scientiam privatam, quam habet edicat, ac judicet, judicaturum ex testimonio unius contra probata per plures, id, quod jura prorsus detestantur palam adeò, ut pudeat me idipsum authoritate propositâ confirmare, cum translativum sit axioma: *dictum unius, dictum nullius*.

(1) d. tit. de probat.
(2) Reg. 84. & seqq.
(3) In fin. Synadicorum Niceph.
(4) In Ps. 118.
(5) In c. judicet. 3. q. 7.
(6) Joan. 5. n. 30.
(7) Ibid. n. 31.

VIII. Stet igitur secunda nostra Conclusio docens partem hanc quæstionis propositæ, quâ palam asseritur, judicandum esse juxta allegata, & probata contra conscientiam judicis, veram esse, & alterâ quæstionis parte multo certiorem. Juri quippe consentaneam, congruam rationi, Patrumque suffragio confirmatam, imò Servatoris testimonio probatissimam. Unde statim sequitur tertiæ assertionis apertissima Veritas. Et sanè quî ea quæstionis pars contra sententiam Ecclesiæ asseratur, non video, cùm nullus Canon, nullum Synodi alicujus decretum, nulla Pontificum constitutio afferatur, afferrive possit, quæ partem hujusmodi reprobet. Certè cum Ecclesia, quæ reverà una est, & unica ex ipso Symbolo Fidei, trifariam à (1) Margunio dividatur, ut & Occidentalis sit, & Orientalis, & in ipsa Orientali alia ῥωμαῖα, ῥωμαΐζουσα alia, hoc est, alia Photiana, quam Græcam appellat, alia Græca, quam consentientem Romanæ fatetur; ex his

(1) In d. Antirrhetico pro Marco Ephes. contra Andreã.
(2) Ibid. & 1 not. init.
(3) De Can. vi Schol. de Matrimonio ad Canon. Trull.
(4) In Epist. ad Gregor. Syracus.
(5) Synod. de Judic.
(6) Sy-

his nulla unquam constituit, Judicem juxta privatam Scientiam, vel contra publicam judicare posse. Nam, si aliqua ex his Ecclesiis hoc nempe constituit, cedo Legem, cedo Sententiam, cedo Decretum. Quid? cedo apicem, ex quo sententiam nostram Ecclesia reprobare videatur. Quòd si nulla lex, nullum decretum Ecclesiæ contra nos quibit produci: quâ fronte Photianus ardelio, imo Sycophanta nequissimus Latinorum communem opinionem, imò & Græcorum omnium, damnatam asserit ab Ecclesia? Enimverò, si Ecclesia ore Doctorum suorum loquitur, nulla Ecclesia sententiam nostram non approbat. Et de Latina hoc certissimum est, fateturque (2) Margunius, de Græca etiam idipsum confitetur non sine indignatione: negat de Photiana. Sed Photianæ Ecclesiæ quid principes dixerint, palam est ex (3) Canonarchæ notissima Sylloge. Ibi communi sententiæ subscribunt post (4) Photium sæculo IX. (5) Antonius Cauleas, & Nicolaus (6) Mysticus. Sæculo X. Basilius (7) Scamandrenus, Nicolaus (8) Chrysoberges, atque (9) Sysinius. Sæculo XI. Alexius (10) Studites, Michael (11) Cerularius, & Jo. (12) Xiphilinus. Sæculo XII. Michael (13) Osites, & Nicolaus (14) Muzalo. Sæculo XIII. Manuel (15) Philosophus, & (16) Methodius II. Sæculo XIV. Joannes (17) Glycys, (18) Philotheus, & (19) Nilus. Sæculo XV. (20) Callistus II. & (21) Gennadius. Sæculo denique superiore (22) Hieremias, & (23) Dionysius, quorum decreta, sive Synodica ante Canonarcham ad aliud congessit (24) Diplovatacius, demptis postremis quatuor. Quòd si hi Ecclesia Photiana non sunt, quid Ecclesia Photiana sit, quæro? Nempe hi Antistites ipsius, hi Sacerdotes Summi, quorum nutu reguntur omnia, quorum authoritate, post quam desiit mos Synodorum, Synodicæ sententiæ, atque decreta cuduntur. Photiana igitur Ecclesia vestra nobiscum, & in hoc sentit, nobiscum præ sententiâ, quam damnat Margunius, docet, Judicem ex allegatis, & probatis pronunciare debere. Ut planè constitutum sit contra sycophantam manifestarium, & agi de propositâ quæstione à Latinis, nec omnes Latinos à Margunio dissidere, & plerosque censere, quod ipse damnat, quodque ab eo damnatum est, communi Ecclesiæ utriusque suffragio affatim comprobari.

IX. Non acquiescit his (1) Margunius noster, sed damnatam opinionem nostram ab Ecclesia probare nititur ex eo, quòd paginis Divinis, omnique Juri repugnet. Καὶ τοῦτο, ait, καταδικασθῆναι παρὰ τῆς ἐκκλησίας, φανερόν· τὸ γὰρ ἐναντίον ταῖς θείαις γραφαῖς, καὶ τῷ νόμῳ, βδελύττει ἡ ἐκκλησία, τοῦτο δὲ πάνυ ἐναντίον ταῖς γραφαῖς, καὶ τοῖς νόμοις. *Atque hoc ab Ecclesia damnatum fuisse, constat: nam, quod absonum est sacris Paginis, & legi, detestatur Ecclesia: hoc autem omnino absonum est sacris Scripturis, ac legibus.* Pergit statim translativa illa ex Joanne (2) de Turrecremata, unde illa cæteri desumpsere, proponens. Et primò, peccatum esse, quod ex fide non est, authore Paulo (3) Apostolo, cujus verba repetit Jus (4) Pontificium. Fidem autem ibi pro conscientia poni, quemadmodum post (5) Latinos docuit (6) Bessarion. Nam, sicut fides judicium est, quo credimus quidpiam, ita conscientiam judicium esse, quo peculiariùs judicamus de nostris actibus ethicis. Prætereà conscientiam credulitatem esse quandam, atque propterea fidem appellari à Paulo, quando revera quod ex fide, hoc est, ex conscientia non est, peccatum est, quique agit contra conscientiam, *ædificat Gehennam*, ut verbis (7) Juris utamur. Hinc peccare lethaliter eum, qui aliquid agit, arbitratus id esse lethale crimen: contrà verò innocuum esse eum etiam, qui crimen aliquod perpetrarit, si existimet, illud crimen haud esse: id, quod (8) Theologi asseverant cum D. (9) Antonino, ante quem idem censuit ex Nostris, censendumque constituit posteris Divinus (10) Tarasius. Hæc cùm ita sint, ait Margunius, si Judex assertiones testium, probationesque in judicio factas sequatur, omnino contra conscientiam feret sententiam, quæ proinde non erit ex fide: erit ergo peccatum, atque adeò damnabitur Judex, si privatam scientiam suam minimè sequatur, neglectis publicis documentis, quorum vis unice conferet ad sententiam, cùm aliunde Judex, quid in Judicio sit decernendum, ignorat. Eandem Margunii sententiam (11) Coressius aliter probat ex eo, quòd Judex contra id, quod privatim scit, ferens sententiam & mentitur, & in damnum tertii mentitur. Etenim aliud, quàm scias, sentiasve, dicere, planè mendacium est, ex Jure (12) utroque, quod Joannes (13) Arboreus adducit, & ex illo Coressius, asseruitque ante hos Princeps Philosophorum (14) Aristoteles. Addit Coressius mendacium, licet aliquando lethalem noxiam non inferat, tamen in Judicio lethale esse ex (15) D. Thoma; (quem Coressius Sanctissimum semper appellat, licet Photianos vir planè maximus impugnaverit, & expugnaverit) Imò docet, mendacium in judicio etiam circa leviuscula lethale crimen censeri, quod ex (16) Cajetano didicit, Fretus perjurii similitudine, quod etiam in minimis maximum crimen est. Porro si aliter, ac scis, dicere, mendacium est, mentiturque Judex contra id, quod novit, ac sentit pronuncians, mentiturque in Judicio in damnum Rei; profectò juxta probata pronuncians contra conscientiam suam, peccabit. Quî ergo contra conscientiam suam juxta probata pronunciare debebit, qui peccare non debet. Accedit, Judicis officium esse, judicare juxta veritatem, juxta quam judicare omnino debet, ut Jus (17) Latinorum decernit, & Jus (18) divinum apertissimè præcipit. At, si pronunciet juxta probata, sæpe non juxta, sed contra veritatem judicabit; quando in Judiciis, ut certum est, multa proponuntur, atque probantur omnino contraria Veritati. Quare (19) Augustinus non aliter excusat Judicem, si quando innocentem punit, quàm ex ignorantiâ. Ait enim, *plerunque Ignorantia Judicis est calamitas innocentis*. Igitur, si Judex sciat, ut ut privatim, innocentiam Rei, huic scientiæ adstipuletur oportet, non probationibus falsis, ex quibus quandoque fit, ut innocens occidatur:

quod

nod. de grad. Matrim. (7) Synod. de iniquit. Judic. (8) Synod. de test. authoris. (9) Synod. ut Judices utrinque audiant. (10) Synod. ut testimonium admittat. (11) Synod. de Episc. Judic. (12) Sent. Synod. cōtra iniquos jud. (13) De Matrim. Germanorum. (14) Ne Laici testes sint contra Clericos. (15) Ut nuptiæ judic. ab Episco. (16) Ut mulier à testimon. repellat. (17) Synod. ne recipi. ad Judic. excommunicatus. (18) Ne excom. feratur sine Jud. (19) Synod. ut Jud. patiē. audi. (20) Synod. de pœn. homicid. (21) Ne Christ. testes sint contra Chris. coram Agaren. (22) Synod. excom. in eos, qui Christianos deferunt Agar. (23) Ut null. Clericus sponte judicetur ap. Infideles (24) In Synops. Jur. Græc. tit. de Judic.

(1) Loc. superius laudato (2) In d. c. judices 3. q. 7. (3) Ad Rom. cap. 14. n. ult. (4) C. quæras aliquis de Pœnit. dist. 3. c. ult. de præscript. (5) Glos. in d. c. ult. ex tex. in d. c. quæras aliquis. Antonin. 1. p. tit 3. cap. 10. §. 2. (6) Epist. 2. ad Gennad. (7) C. litteras de rest. Spoliat. c. omnis. 28. q. 1. c. per tuas. 2. de Simon. (8) in 2. Sent. distin. 39. (9) d. c. 10. §. 4. (10) Synod. 2. cōtra Simoniam apud Lascarem. (11) Tract. Theol. de operib. hum. c. 24. (12) C. 1. de Crim. fals. c. super eo de Usur. c. is autem, et c. 1. 22. q. 2. l. ult. ff. de rei vindic. (13) Lib. 11. Theosoph. c. 12. (14) Ethicor. li. 4. c. 7. (15) 2. 2. q. 66. art. 1. & qu. 110. art. 4. ad fin. (16) In eū locum D. Thom. (17) C. per Venerabilem, qui fil. sint legit. (18) Deuter. c. 7. n. (19) Lib. 19. de Civit. Dei c. 6.

Digitized by Google

Id, quod lex (20) Divina nefas esse constituit, imò & lex ipsa (21) Civilis censens, satius esse, nocentem sine pœnâ dimittere, quàm innocentem punire.

X. Hæc sunt, quæ clam à Latinis, quos tamen hæc præteriisse dicit, suffuratus Margunius, frivola contra communem sententiam profert; quæque eo ipso, quo scribebat, tempore (1) Covarruvias ex aliis accepta typis ediderat; ut ea mox (2) Coressius, tanquam sua Græcis proponeret. His addimus & alia, quæ fortassis neuter Photianus vidit, vel certè non intellexit, translativa licet, & obvia. Nam contra eandem opinionem ex Joanne (3) de Turrecremata sic primò poterit argui. Judex, cum judicat, Deum imitari debet, quoniam judicans Dei officio, Dei munere, Dei potestate fungitur, cujus judicium est ex (4) Deuteronomio, & (5) Psalte: at Dei judicium non juxta probationes est, sed juxta veritatem, ut asserit Doctor (6) Gentium, & confirmavit (7) Isaias de Christo vaticinatus: ὁ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ. οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγξει, ἀλλὰ κρινεῖ ταπεινῷ κρίσιν, καὶ ἐλέγξει τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς. *Non secundum visionem oculorum judicabit, neque, secundum auditum aurium arguet, sed judicabit in justitiâ populum, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.* Ita igitur & sententia Judicis non ex auditis feretur, sed notæ Judici veritati congruet. Secundò, propterea probationes in judicio necessariæ sunt, ut ex iis judici Veritas innotescat: quâ ratione in manifestis criminibus, quæ *notoria* dicimus, Ordo judicialis authoritate (8) Juris omittitur. Si ergo Judex per se ipse veritatem cognoscit, frustra probationes respiciet, cùm juxta id, quod novit, possit pronunciare. Tertiò, ubi de crimine agitur, satius est propriam conscientiam, quàm publicam authoritatem sequi. Id, quod exemplo manifestissimo constituitur. Nam da, quempiam per sententiam Judicis condemnari, ut debitum maritale reddat ei, quam scit uxorem suam non esse; is certè stare non debet illi sententiæ, ex probatis, confirmatisque latę; imò nec stare poterit, si sciat legitimum aliquod impedimentum esse: debebit enim sequi conscientiam suam, neglectâ publicâ Judicis authoritate, quemadmodum (9) Jura pronunciant, Græca (10) etiam, quæ explicat Matthæus (11) Monachus, & post eum ejus nomine suppresso (12) Covarruvias. Ratio autem, cur condemnatus hujusmodi stare sententiæ non debet, ea est, quia scit falsum esse judicium, seque peccaturum, si coeat cum fœminâ, quæ sua non est, aut quæ sua esse non potest. Pari ergo modo & Judex propriam conscientiam sequetur, cùm contra eam pronuncians innocentem se damnaturum agnoscit, nec probationes respiciet, quas novit esse falsissimas. Quartò, ex conjecturis, & præsumptionibus poterit Judex testibus fidem inficiari, ut DD. (13) Latini, quibus adstipulatur (14) Diplovatacius noster, affirmant, à pari ergo, imò à fortiori, ex certâ scientiâ suâ testium fidem negligere poterit, si certò sciat falsum testimonium dixisse. Confirmatur hoc ipsum quintò validissima ratione. Idcirco enim in Judicio testium, scripturarum, indiciorum, & præsumptionum probationes adhibentur, ut ratio sint, sive, uti dicimus, *medium* legitimum ad veritatis notitiam Judici faciendam. At *medium*, si fini, qui petitur illo, contrarium sit, rejicitur, neque adhiberi debet; id, quod manifestum erit notissima inductione, & probatur Juris (15) authoritate multiplici. Jam verò testes, & scripturæ, quæ veræ non sunt, fini judicis omnino repugnant. Igitur, his testibus, his scripturis, quas Judex scit falsas, fides à Judice abroganda erit, atque omnino tenebitur, conscientiam suam, privatamque notitiam sequi, quemadmodum, tacente Græcorum Jure, palam edicit Jus (16) Pontificium.

(20) *Exod. c. 23. n. 7.*
(21) *L. absentem ff. de pœn. vide Archidiac. in c. ult. 23. qu. 3. Decium in L. favorabiliores ff. de reg. Jur.*

(1) *Variar. lib. 1. c. 1. n. 1.*
(2) *In Synop. Nili ad Can. Carthagin. & loco supracitato.*
(3) *In d. c. judices.*
(4) *In c. 1. n. 17.*
(5) *Psal. 71. v. 1.*
(6) *Ad Rom. c. 2. n. 2.*
(7) *Cap. 11. nu. 3. & 4.*
(8) *In c. manifesta 2. q. 1. ubi Turrec. ad 2. n. 16.*
(9) *In c. Dominus de 2. nupt. c. inquisitione de Sent. excom.*
(10) *Cōst. Chliaren. titul. de nupt.*
(11) *In tract. de Matr. ad Chliareni decretū.*
(12) *In Epit. de Sponf. 2. p. c. 7. §. 2. n. 7.*
(13) *Bart. in L. Lucius ff. de his, qui not. inf. Paul. de Castr. in L. admonēdi. col. 1. & 2. ff. de jurejur. Bald. in L. testiū. C. de test. Decius in c. 3. n. 3. de probat.*
(14) *d. tit. de probat.*
(15) *L. legata inutiliter ff. de adim. leg. L. qui homin. §. velut si ff. de solut. L. ab empt. in fin. ff. de pact. L. cum his, §. 1. ff. de cōd. indebiti.*
(16) *In c. 1. de re jud. in 6. & in Clem. 1. §. verum de hæret.*

XI. Non video, quid ulteriùs pro hac sententiâ Margunii aut ipse Margunius, aut Coressius produxerit, aut alius producere possit. Vidi enim omnium, quos supra notavi, Authorum scripta, nihilque præter hæc addi posse vel ipsi fatentur. Ea tamen, & quæcunque alia adeò non labefactant veritatem communis sententiæ, ut potiùs eam validiùs confirment, modò stemus iis, quæ per nos latè constituta sunt, nec à quoquam negari queunt. Ex illis enim evincitur, aliud esse agere contra id, quod privatim scitur, aliud contra fidem, seu conscientiam, ut hæc accipitur pro regulâ illâ, quam dictamen practicum agendi nuncupant. Verissimum est, peccaturum judicem, si pronunciet contra conscientiam hoc modo explicatam, quod tunc fit, cùm Judex pronunciat dubitans, credens, existimans, se non posse ferre sententiam ex probationibus contra privatam suam scientiam. Hoc enim est reverà contra conscientiam judicare, & actum agere, non ex fide, sed contra fidem; quemadmodum asserunt, quicunque hanc nostram opinionem amplectuntur, præsertimque (1) Hostiensis, Joannes (2) Andreas, (3) Imolensis, & Martinus (4) Azpilcueta Navarrus. At si Judex contra scientiam, quam habet, & in hac significatione contra conscientiam suam privatam, probationes legitimas, & convincentes secutus existimet, credatque, ex scientiâ, & Officio, quo fungitur, & cui debet fidem ex Juris præscripto præstare, sententiam ferendam esse, is minimè peccabit eâ ratione, quia non judicabit contra conscientiam, ut hæc pro regulâ prudentiæ practicæ sumitur, estque ratio actum ipsum moralem bonum, malumve efficiens. Quo modo DD. pro hac parte quæstionis relati cum (5) D. Thoma censuerunt. Nihil ergo initium difficultatum propositarum oberit, quando eo non probatur, judicem, si contra scientiam, quam habet privatim, pronunciet, pronunciaturum contra conscientiam, quæ fides dicitur, quaque fit, ut actus sit bonus, qua sine malus est actus.

(1) *In c. pastoralis §. quia vero, de off. delegati.*
(2) *In d. §. quia verò.*
(3) *In d. §. quia verò n. 7.*
(4) *In c. si quis autem de pen. dist. 7. n. 128.*
(5) *2. 2. q. 66. art. 1. & q. 110. art. 4.*

XII. Minùs premit, quod additur à Coressio, qui nusquam verè philosophatur, quàm cùm describit mendacium. Notum enim id illi, quippe & familiare. Etenim in plerisque Photianorum ignorantia facit, ut in iis, quæ falsò constituunt, desipiant sanè, non mentiantur. In Coressio ipsa dementia mendacissima est, quippe quæ non excusatur ignorantiâ ejus, qui educatus in Italia, imbutusque perquàm Orthodoxis Doctissimorum Thomistarum discipli-

disciplinis, falsum à se dici, cùm falsa diceret, agnoscebat. Ergo optimè Coressius de mendacio, non tamen conficit quidpiam, qui mentiri censet Judicem, si judicet contra id, quod novit privatim. Nam Judex pronuncians non ita loquitur: Censeo, quia ita mihi videtur. Sed ita dicit: hoc ita censeo, quia ita mihi videtur ex iis, quæ in Judicio legitimè comprobata sunt. Quare hac formulâ utitur. *Viso processu*, quasi edicat, testeturque, sententiam, quam fert, non esse ex scientia privata, sed ex ipsa publica notitia, quam faciunt Probationes legitimæ, certæque ex Jure, procedere. Non ergo mentitur, qui nihil falsi, nihil contra mentem asseverat, sed quæ vera sunt, habenturque in Judicio, & juxta scientiam, & legitimam, & debitam Judici affirmatè decernit. Atque hæc, ut Coressio respondeamus, quem laudavimus in descriptione mendacii summa: summa inquam; Etenim, quæ dicit de mendacio dicto coram Judice, non omnino vera sunt. Etsi enim verum autumo mendacium in Judicio dictum, lethale plerunque crimen esse, non tamen semper. Existimo scilicet contra Cajetanum aliquando & in hoc mendacio, quod ritè judiciale dixeris, *parvitatem*, uti dicunt, materiæ considerandam esse, quâ fiat, ut venia dignum sit mendacium dictum in judicio circa rem ipsam ad judicium pertinentem, levissimam tamen. Neque hæc nostra sententia singularis, ut ajunt, est, quando in eam pedites eunt (1) Navarrus, & (2) Soto ex Theologis, ex Jureconsultis verò (3) Imola, & (4) Alexander, & ex his (5) Covarruvias, quorum sententiam veram esse ipse (6) Margunius fatetur, & ante Margunium Constantinus (7) Chliarenus Patriarcha. Quo fit, ut nihil eidem officiat ratio deducta ex perjurio, quod in re levi gravissimum crimen esse, nemo ambigit, quia etiam in re levi gravissima injuria Deo irrogatur, si producatur testis mendacii, quemadmodum doctè (8) D. Thomas ostendit, ex cujus certissimâ sententiâ, qui obolum promisit jurejurando, si non det, perjurus erit, mortalemque culpam admittet. Id, quod etiam (9) Jura confirmant docentia, jurantem, solvere usuras teneri ad usurariam præstationem, quamvis perparum ea solutio prosit usurario, qui statim usuras cogitur restituere: ne nimirum aut rei vetitæ inficiatio perjurium inducat, Deumque producat ad falsum testimonium, neu religio solventis, quod jurejurando promisit, ei obsit. At hæc ratio in mendacio Judiciali nulla est: neque enim aliam illud malitiam habet, quàm eam, quæ omnibus mendaciis inest, quæque sita est in ipsa infidelitate. Hæc autem crescit, decrescitque ad instar materiæ, quam circa versatur, quare & levissima erit in re levissimâ: licèt & illud in materiâ mendacii ponderandum sit, ut ea non in se tantùm, verùm etiam in circumstantiis suis consideretur. Unde fit, ut in Judiciis plerunque mendacium grave crimen sit, quòd in Judiciis materies infidelitatis ex circumstantiis plerunque crescat, licèt perlevis aliunde.

(1) *In c. ultim. de Pœnit. dist. 5. n. 13.*
(2) *De Secreto membr. 2. q. 7. conclus. 2.*
(3) *In c. 1. de mut. petition. n. 13.*
(4) *In L. qui totã ff. ad Trebel.*
(5) *In d. lib. 1. variar. c. 1. sub n. 2.*
(6) *In d. Antirrh. pro Marco c. 11.*
(7) *Penes Canonarch. Synod. de Perjur.*
(8) *Loco supra citato.*
(9) *In c. debitores de Jurejur.*

XIII. Hactenus, ne quid omittamus, licèt extra disputationis nostræ aleam, Coressio. Cæterùm judicem ex fide publicarum probationum pronunciantem nequaquam mentiri, tametsi privatim rem, quæ illis evincitur, aliter se habere sciat, adeò verum est, ut Manuel (1) Philosophus, judicem, si contra probata, juxta sibi nota, sententiam ferat, asserat mendacem esse, imò etiam perjurum: quod ne imperitis rerum Nostrarum mirum videatur, quemadmodum visum (2) Catumsyrito, & Liguri cuidam, quem Jure Icaromenippum dixeris, scire oportet, olim in Græcia nulli Judici licuisse Magistratum inire, ni priùs jurejurando promisisset, juxta leges, & veritatem sibi ex probationibus legitimis notam se de quolibet laturum sententiam. Id, quod ad vetustissimum Atheniensium morem refert (3) Magentinus, confirmatque Theodorus (4) Metochites, addens eum morem, cùm propter translatam in Græciam *Romanitatem* (nam hoc vocabulo utitur, quo Romanorum significet mores unà cum Imperio ad Nos delatos) obsolevisset, revocatum à Sanctissimo Methodio I. sub Michaele, & Theodora, mox à Successoribus & confirmatum, & religiosè adeò servatum, ut cùm Stauracius quidam Nomophylax Thessalonicæ (Judex is erat, & Præses Thessaliæ, ac Macedoniæ totius) renunciatus non præstito, quod descripsimus, juramento in provinciam abiisset, reclamante Michaele Cerulario, motus fuerit Magistratu. Adeò verum est, mentiri non posse judicem, si pronunciet juxta probata in judicio. Hinc juxta probata pronuncians veritatem dicit, neque ex falsis instrumentis, testibusque sententiam fert, sed ex veris eâ veritate, quam eum oportet sequi, hoc est publicâ, sibique non privatim, sed ut Judici nota. Quare verum erit, male acturum Judicem, si ex falsis instrumentis judicet, modò falsitas sibi, uti Judici constet, nam, si privatim sciat falsa esse, quæ legitimè probantur in judicio, nihil obstabit, quin veram sententiam ex veris probationibus veritate publica, atque legitima ferat. Alioquin, si Judex scientiam, quam habet privatim, præferat publicis documentis, atque probationibus, jam plus fidei præstabit sibi uti testi, & singulari testi, quod contra Jus est, quàm pluribus testibus, pluribus attestationibus à Jure receptis, omnique exceptione legitima majoribus. Id, quod nullum Jus recipit, quippe perniciosum Reipublicæ in expediendis, definiendisque negotiis, imò & contrarium Juri Divino (5) docenti, in ore duorum, vel trium testium stare omne verbum, quod axioma divinum sive explicetur ita, ut affirmet duos, treisve sufficere, sive ita proponatur, ut neget suffecturum unum, semper utique reprobabit eum, qui dicat Judicis testimonium solum posse adducere Judicem ad id, ut juxta propriam scientiam, contra tot testium dicta, contra probationes rei, uti dicimus, *peremptorias* decernat. Neque oppositum docet Augustinus verbis laudatis, imò adstipulatur hactenus dictis. Nam Judex, etiamsi privatim sciat, rem ita se habere, si aliter probetur in Judicio, jam nescit ut Judex, quod privatim scit; fitque reverà, non talis hominis ignorantia, sed Judicis ignorantia calamitas innocentis. Ita verbis acutissimis sententiæ nostræ suffragium suum Augustinus præstat; atque ita fit,

(1) *In admonit. ad Judic. apud Canonarch. de vi Canon. c. 8. & citatur à Catumsyrito.*
(2) *Libr. contr. Arcudium pro Severo c. 3.*
(3) *Libr. de morib. Gentium c. seu titulo 7.*
(4) *[illegible] num. 64. de Perjurio.*
(5) *Mat. c. 18. n. 16.*

fit, ut Judex, si occidat eum, quem ex probatis esse nocentem apparet, non innocentem, sed nocentem occidat. Est enim Judici nocens, qui nocens legitimè apparet.

XIV. Non ambigo tamen, teneri udicem, qui certam scientiam habet innocentiæ Rei confessi, convictive, quidlibet agere, ne Reum condemnet, præsertim si criminalis causa sit, & Reus de capite periclitetur. Cujus ea Ratio est, quia tenetur unusquisque, ne quid damni alius patiatur vel in bonis, vel in corpore, si tamen iniquè, etiam non invocatus, veritatem exponere potenti prodesse, quemadmodum explicant (1) D. Thomas, (2) Cajetanus, (3) Abbas, (4) Felinus, (5) Soto, & (6) Navarrus, & comprobant (7) Jura. Quare poterit, imò debebit circa falsitatem testium diligentiùs inquirere, probationes, quâcunque legitimâ ratione potest, debilitare, denique omni modo ejus satagere, ut ipsius testimonio innocens absolvatur, etiamsi hoc ipsum significandum esset Principi, aut Reipublicæ; fortassis enim Princeps ob Judicis probitatem sibi notam, & publicè cognitam omnibus, assertioni ejus fidem præstabit, atque ex ea reum absolvet, usus potestate supremâ Clementiæ, quâ nulla in Principe sanctior virtus, Deoque similior. Quòd si eo Judicis testimonio Principis Clementia minimè provocabitur, ut velit veniam concedere, nec aliud certæ innocentiæ tutum refugium: ut ajunt plerique; poterit Judex absque animæ periculo, & omnino debebit, sententiam ex probatis legitimè pronunciare. Neque enim assentiuntur nobis, qui consulentes Judici docuimus, causam ad Superiorem remittendam esse, tenerique Judicem, abstinere se munere judicandi. Id, quod censuit (8) D. Thomas, & ex eo (9) Silvester. Nam existimant cum Ulrico penes (10) Turrecrematam, ex quo idem censuit (11) Covarruvias, & ante eum (12) Cajetanus, hac remissione, seu *relatione*, quâ causa ad Judicem superiorem decidenda defertur, non fore cautum, neque Reo, neque Judici remittenti. Nam Reus ad superiorem judicem remissus certiùs damnabitur ex iisdem actis, probatisque, & Judex non erit liber à culpâ, ea relatione causam præbens morti innocentis. Etenim, si sententia potest pronunciari ex iis, quę Judici, ut Judici nota sunt, non poterit sententiam omittere, nisi ut consulat innocenti, qui effectus haud sequitur ex eo, quòd causa ad Superiorem deferatur, qui ex iisdem actis pronuncians damnabit innocentem, eritque utrunque, ut & nihil prosit innocenti remissio illa, & remittens aliquid conferat ipsâ remissione ad innocentis damnationem. Eundem in modum secuti Turrecrematam plerique, & hos inter Covarruvias, existimant falsum esse, quod nonnulli opinantur ex Dicto (13) Pomponii, & consilio (14) Gellii, debere nimirum Judicem pronunciare, sibi de eâ causâ minimè liquere, idipsumque jurejurando confirmare. Sequuntur (15) Angelus, & (16) Alciatus. Nam dictum (17) Pomponii, cui tota hæc opinio innititur, quemadmodum optimè horum Judicio notat Ulricus, in eo Judice versatur, qui cogitur intra certum diem causam definere, nec postremo die satis ei liquet, quid in eâ controversiâ justè decerni queat, quare pronunciare debet, quod est; atque inde petere à Prætore tempus, quo possit causam accuratiùs cognoscere, ut ex liquidò cognitis causam definiat, quando grave est, & non solùm incivile, sed iniquum, teste (18) Gregorio, in re dubiâ certam proferre sententiam. Quod in re nostrâ diversissimum est, in quâ utràvis consideretur, Judex certus est. Sive enim consideretur ut Judex, scit ex probatis, Reum nocentem esse, sive consideretur, ut privatus, scit, Reum esse innocentem. Quâ ratione minimè persuadere sibi possunt, fore licitum Judici jurejurando confirmare sibi non liquere, cùm, utràvis consideretur, Judex sit certus, imò certissimus. Sed de hoc, quippe extra aleam, cujus satagimus hìc, quid sentiamus, incertum esto. Supersit evicisse, Judicem non aliter ferre sententiam posse, quàm ex allegatis in Judicio, probatisque: quippe hoc superest ad retundendam audaciam Photianorum.

(1) 2.2. q. 70. ar. 1.
(2) In eũ locum D. Thomæ.
(3) In c. intimavit. de test.
(4) In d. c. intimavit.
(5) De Secreto memb. 2. q. 7.
(6) In c. ster verba 11. q. 3. coroll. 63.
(7) In c. noli timere 11. q. 3. & in d. c. intimavit.
(8) 2.2. q. 64. art. 2.
(9) In verb. Judex 2. q. 5.
(10) In d. c. judicet, ad 2.
(11) In d. c. 1. sub n. 9. vers. 7.
(12) In d. q. 64. art. 2.
(13) In L. 14. §. ult. ff. de receptis arbitr.
(14) Noct. Attic. li. 14. c. 2.
(15) In L. nõ quemadmodũ. ff. de jud.
(16) In d. c. 1. n. 91. de off. Ord.
(17) In d. L. 14. §. ult.
(18) In c. grave 1. q. 1.

XV. Horum cùm argumentis responderimus, translativisque confirmationibus, reliquum est, ut cæteris, quæ objiciuntur, faciamus satis. Et primum non obstat. Nam, ut loco laudato doctè insinuat (1) D. Thomas, neque in omnibus Deus nobis ad imitationem proponitur; neque id in omnibus fas est, præcipuè verò in ipso Judicio. Deo enim convenit Judicare ex propriâ potestate: quare non juxta testes, & probationes Judicat, sed juxta ipsam rei veritatem, quod etiam de Christo Servatore dicendum est eâ ratione, quia Deus, & homo est, adeòque juxta potestatem propriam Judicat. Non ita homo Judex, qui non ex propriâ potestate Judicat, quare nec ex propriâ scientiâ, sed quemadmodum potestatem, ita & scientiam ab alio debet accipere. Hinc argumenti nulla vis est; quando dispar est ratio in eo ipso, in quo ad parem rationem adsumitur. Similiter nulla vis est secundæ difficultatis, in quâ falsa est propositio; non enim propterea dumtaxat probationes, & cætera, quæ ad ipsas pertinent, in Judicio exposcuntur, ut Judici Veritas innotescat, sed ut publicè manifesta sit, ita ut & Judex, qui audit, & Reus, qui se defendit, & Respublica tota, nihil possit reponere, quod probationes infirmet. Idcirco, quamvis Judici privatim manifesta res sit, tamen adhuc exposcentur probationes, ut inde res nota, & manifesta fiat Judici, ut Judici, adeòque omnibus pateat, quo posito sententia ferenda sit. Non ergo frustra Judex probationes respiciet, tametsi res illi manifesta videatur, cùm hoc non supersit ad ferendam sententiam, quæ de re manifestâ publicè pronuncianda est. Hinc respondetur objectis ex Dicto (2) Ambrosii asserentis, manifesta non indigere accusatione, cui adde dictum (3) Nicolai, & (4) Stephani Pontificum. Ibi enim de manifesto publicè sermo est, quod *notorium* dicimus, ex cujus penitissimâ cognitione fiet, ut unusquisque cognoscat, vera esse, quæ dicimus. Nam Notorium triplex est, Juris, Facti, & Præsumptionis. Juris notorium est, quod ex confessione spontaneâ, vel clarâ probatione, vel justâ, & irrevocabili sententiâ oritur. Etenim (5) in Jure, qui crimen fatetur, non solùm pro convicto habetur, verùm etiam notus peccator est: Pro-

(1) d. q. 64. art. 2.
(2) In d. c. manifesta. 2. q. 1.
(3) In c. quæ Lotharius d. q. 1.
(4) In c. de manifesta d. q. 1.
(5) Tit. de Confess. per tot. c. vestra de cohabis. Cler. & mul.
(6) C. cum olim. de ver. signif.
(7) C. cum inter. de re judic.
(8) L. res judicatæ ff. eod.
(9) L. sed si pupillus §. prescribere ff. de instit. actio. L. palam in princ. ff. de rit. nupt. c. Sacerdotibus 61. dist. L. palam ff. de ver. signif.

Probatio etiam clara notum facit ignotum (6) Juris authoritate; & prolatâ sententia, de veritate minimè ambigit (7) Jus, in quo (8) res judicata pro veritate habetur. Notorium igitur Juris hac triplici ex causâ est; at Notorium facti ex unicâ, nimirum ex evidentiâ criminis, sive ea descendat ex populi testimonio tali, ut dissimulationi locus non sit, quemadmodum ex multiplici (9) Jure Archidiaconus (10) collegit, sive habeatur ex insinuatione famosâ, quæ nullâ possit tergiversatione celari: quando nimirum ita quis in crimine deprehenditur, vel crimen ita manifestum est omnibus, ut nullus inficiationi sit locus. Ita visum ex placitis (11) Legum (12) Hostiensi. Denique Notorium Præsumptionis oritur ex publica opinione, quemadmodum accuratè (13) Turrecremata explicat, & exemplis illustrat. Hac fit, ut præsumatur hæreticus, qui ea dicit, aut facit, quæ communiter propria sunt hæreticorum: & ut filius habeatur certi cujusdam hominis, qui communi opinione filius ejus censetur? & liber esse dicatur, qui ab omnibus liber existimatur. His porro positis, constat, manifestum pro notorio sumptum, uti reipsa sumitur in Dicto Ambrosii, non ad privatam notitiam referri, sed ad publicam, qua constitutâ, nulla necessitas est ulterioris probationis, aut Ordinis judicialis: quin imò nec citatio requiritur ex mente Abbatis à (14) Turrecremata producti. Id, quod non omnino verum est, nisi effatum circumscribas, contrahasque ad illud Notorium, quod nullum defensionis locum Reo relinquit. Cùm enim & citatio propterea necessaria sit, ut Reo fiat potestas legitimæ tutelæ, & hæc potestas in aliquibus Notoriis, quamvis perrarò, nulla sit, sequitur, tunc non fore necessariam citationem. Unde ad concordiam revocabis contraria inter se Jura tum Civilia, tum Pontificia, quorum aliqua (15) vel notoriorum criminum Reis citationem dandam censent, alia (16) verò decernunt, iisdem negandam. Illa enim de iis Notoriis constituunt, quæ aliquatenus defendi queunt; hæc verò de his, quæ citra omnem defensionem sunt. His nimirum ita omnis Ordo judiciarius denegatur, ut plane habeatur supervacaneus: quibus propterea nec appellatio post sententiam conceditur, juxta Hugutionem, & Laudensem, & Archidiaconum in Commentariis (17) Decreti: quod etiam Juri (18) Canonico per quàm consentaneum est.

XVI. Quod attinet ad Tertiam difficultatem, ea perlevis est, quando claudicat in hypothesi. Verissimum est, ne quis peccet, publicam authoritatem negligendam esse, quia ubi authoritas illa ad peccatum trahit, publica minimè censetur authoritas, quippe quæ, cùm peccatum jubere non possit, si id jubeat, nulla esse censetur. Hoc tamen toto admisso, ut par est, nihil infertur contra nos. Non enim dicimus, parendum Judici, cùm per sententiam aliquid, quod nobis certissimè falsum est, imò & crimen, jubet, nisi cæteroqui simus ex publicâ authoritate sententiæ ritè latæ Executores: nam executio mandati, si privata est, quemadmodum non absolvitur à scientia privatâ, ita eam sequi debet. Quâ ratione is, contra quem pronunciatum est, ut debitum maritale reddat mulieri, quam scit aut suam non esse, aut suam esse non posse, scientiæ suæ potiùs adhæreat oportet, quàm publicæ ex sententiâ; propterea quòd illi executio sententiæ, non ut Executori publico committitur, sed uti privato. Contra esset, si executio ex munere publico committeretur: tunc enim omnino authoritas publica præferenda esset privatæ scientiæ, quemadmodum diximus accuratè superiùs. Neque enim audiendus est (1) Coressius docens, Executorem, si norit sententiam injustam, non posse eam exequi: id, quod probatum contendit (2) juribus quibusdam Græcis, quæ nihil aliud evincunt, nisi sententiam palam iniquam non esse mandandam executioni, eam nimirum, quę intolerabilem errorem, & injustitiam planè, uti ajunt, notoriam habeat. Id porro eum Græcis Juribus (3) Latina Latinorum Doctorum (4) interpretationibus passim ingesta docent. Oportet igitur distinguere inter sententiam injustam, & notoriè injustam: illa, licèt injusta, vera tamen sententia est, nec ad trutinam ab alio potest revocari, nisi à Superiore: propterea non licebit Executori ab ea deficere; id enim fieri non potest, nisi publica potestate inquiratur in illam; id, quod Executori nefas est, quia publica hujusmodi potestate non fungitur. Adde, nec Judicem ipsum teneri ei Acta, ex quibus tulit sententiam, ostendere, ut passim in (5) Jure receptum est, & (6) DD. affirmant. Quare publicam notitiam Injustitię non poterit habere, cujus vitio fit, ut omnino debeat sententiam executioni mandare. At injusta sententia *notoriè* nulla eo ipso est. Neque enim lex patitur, ut intolerabilis error, & Judicis effatum, quod apertè contra Jus est, & publicè damnatur, vim ullam obtineat. Hinc nullo modo illam Executor executioni mandabit, quippe non mandaturus executioni sententiam, sed manifestam iniquitatem. Facit locus (7) Danielis, ubi puer ille divino afflatus Numine exclamavit: καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος ταύτης, *Mundus ego sum à Sanguine hujus*: quæ verba difficilem adeò sententiam continent juxta (8) Coressium, ut non dubitet vir doctus, & prudens alterutrum dicere, vel eum locum corruptum esse, vel non esse inter hagiographa reponendum, quemadmodum censuere ante Coressii dubitationes, Coressio persimiles judæi, teste (9) Hieronymo, Ethnici, autore (10) Porphyrio, & damnati à Græcia hæretici, referente, ac laudante (11) Kemnitio. Cùm tamen constitutissimum penes omnes Orthodoxos, & maximè penes Græcos, imò & Photianos ipsos sit, & eum locum non esse corruptum, & Susannæ historiam Canonicam esse. Nam locus ille tum in Græcis, tum in Latinis Codicibus ab utraque Gente recipitur, novissimèque à Photianis (12) editus est; & historia Susannæ à Summatibus utriusque Gentis Patribus, ut Canonica, profertur in medium. Scilicet id agit inter Latinos (13) Tertullianus, (14) Cyprianus, (15) Ambrosius, (16) Augustinus: inter Græcos autem (17) Origenes, (18) Athanasius, (19) Basilius, (20) Epiphanius, (21) Chrysostomus, & (22) Theodoretus, quorum si scripta Magnus ille Photianorum Theologus vidisset, percepisset-

Oo que,

(10) *d. c. manifesta.*
(11) *In d. c. vestra, & c. sua, & c. ult. de cohab. Cler. & c. evidẽtia de accusat. & L. cum sententia C. de pœn. cum simil.*
(12) *Relatus à Turrecrem. in d. c. manifesta n. 14.*
(13) *In d. c. manifesta n. 15. & fin.*
(14) *d. c. manifesta n. 17.*
(15) *c. cũ olim de re judic. c. venerabilem. de Elect. L. 2. ff. de admin. rei ad civi. pertin.*
(16) *In c. fin. & c. 1. de off. deleg. in 6. Clem. pastoralis de re judic.*
(17) *d. c. manifesta.*
(18) *c. cũ sit Romana. c. pervenit. c. cõsuluit. de appell. c. si homo, c. si custos 27. q. 1.*

(1) *Ad Synop. Nili. in Canon. 3. Neocæsar.*
(2) *Synod. Xiphil. Synod. Nicolai Muzal. Synod. Leõ. Stipiot.*
(3) *in d. c. pastoralis §. quia verò, & c. inter cæteras de re jud.*
(4) *Innoc. in c. cũ in Jure de off. deleg. Ancaran. Consl. 374. col. pen. Felin. in c. ut si Clerici col. 4. de Jud. Afflict. in proœm. Const. Regni Neapol. quod incip. post Mundi machinã. num. 55. Luc. jun. & Purpurat. in L. magistratib. ff. de jurisd. om. Jud. in pn. col. Cajet. in quodlib. 67. art 2. ad fin.*
(5) *d. §. quia verò, & c. 2. de except. in 6. & in d. c. 1. de off. Ord.*
(6) *Abb. in d. c. 1. Alciat. ibid. super glos. nolum. Alex. & recent. in d. L. magistratib.*
(7) *Cap. 13. n. 46.*
(8) *In d. Canon. 3. Neocæs.*
(9) *In præfat. ad Daniel.*
(10) *Penes Hieronymum idem.*
(11) *In Exam. Conc. Trid. ad 5. Sess.*
(12) *Edition. Venetæ Glyc.*
(13) *Lib. de Corona militis.*
(14) *Lib. 1. Epist. 8.*
(15) *Lib. 3.*

Digitized by Google

que, vel ante (23) decretum Jerosolymitanæ Synodi hoc sæculo, anno nimirum MDCLXXII, sub Patriarcha Dositheo celebratæ, Susannæ historiam inter hagiographa recepisset, verborumque illorum explanationem reliquisset verè Theologis, imò potiùs cuicunque Sacrarum litterarum mediocriter perito. Neque enim difficilis ille erit locus consideranti, more, ac lege per Deum latâ usitatum Judæis, ut adulteras lapidibus obrueret Populus: id, quod constat ex (24) Deuteronomio, & ex Euangelio (25) Joannis: qua ratione omnes populares executores censebantur sententiæ latæ contra adulteros. Illis igitur verbis Daniel edixit, se minimè executurum sententiam contra Susannam dictam. *Mundus*, inquit, *ego sum à Sanguine hujus*: hoc est; si sententia non esset palam, & ex ordine Juris iniqua, ac penitùs nulla, legis præcepto mihi erat necessitas unà cum aliis hujus interficiendæ, nunc verò sententia nulla est, quare mundus sum, scilicet non inquinabor sanguine innocentis, imò & constantissimę fœminę, quam esse nocentem non constat, constat iniquissimè fuisse damnatam, quippe sine ulla forma judicii, in quo Judices unà, & accusatores, ac testes erant; testes autem cuivis obnoxii exceptioni, quippe soliti hæc facere, & potestate abuti ad labefactandam pudicitiam nobilium matronarum. Singulares etiam, ac planè mendaces, quemadmodum revocata causa ad legitimum judicium patuit apprimè.

XVII. Patet ex his, disparem esse rationem exempli propositi, & Judicis ex probatis, allegatisque sententiam dicentis: nam damnatus ad reddendum debitum maritale sibi relinquitur, sententiamque Judicis exequi debet privatim, quo in loco si certus sit, rem aliter se habere, privatam scientiam sequetur. At Judex ex legum præscripto ferre sententiam debet, quippe fungens legum potestate. Quare non privatæ notitiæ relinquitur, sed potiùs cogitur publicæ notitiæ stare, adeòque ex hac pronunciabit, non ex illâ. Hinc respondetur & quartæ difficultati, admissâ priore positione, & negatâ illâ, quæ inde sequitur. Non enim legitimè sic colliges. Potest Judex ex præsumptionibus fidem testium abrogare: poterit ergo idipsum præstare ex certâ scientiâ, si hæc privata est. Etenim, ut sæpe diximus, Judex, ut judex, non nisi publicâ scientiâ uti potest: Ea igitur si insinuet, propositâ præsumptione, non posse credi testibus, scripturisve, ritè abrogabitur fides probationibus ejusmodi: at privata scientia, cùm nihil possit in judicio, quippe quæ judicem ad conditionem testis, & quidem inepti, ac minimè idonei deducit, profectò minimè poterit fidem testium labefactare. Quòd si opponas dictum (1) Abbatis, quod probant (2) Antonius, (3) Decius, & (4) Felinus docentes, posse Judicem ex conjecturis etiam non apparentibus in ipsis actis, sed ab ipso Judice perceptis testium fidem rejicere, aut exceptionem refellere, si suspicetur eam dolo propositam; dicam quod (5) Covarruvias accuratè notavit, verum id fore, cùm ex conjecturæ judici, ut judici suberunt, hoc est, cùm rei veritatem scrutatur, sive in examine testium, sive in ipsa negotii cognitione. Uno verbo præsumptio labefactatur a testium, instrumento-

de Spir. c.7.
(16) *Tract. 36. in Joan.*
(17) *Hom. 1. in Levit. & Epistol. ad Jul. African.*
(18) *In Synops. ad Danielem.*
(19) *Lib. de Spirit. S. c. 30.*
(20) *In Ancorato.*
(21) *Ser. de Susan. Tom. 1. in fin.*
(22) *In Commentar. Daniel.*
(23) *In respons. ad qu. 3.*
(24) *Cap. 22. à n. 20.*
(25) *Cap. 8. n. 5.*

(1) *In c. licet causam de probat. & in c. ex parte 2. de off. deleg.*
(2) *Utrobique.*
(3) *Utrobique col. 3. & in c. super eo 1. de appell.*
(4) *C. de cætero de re jud.*
(5) *In d. c. 1. l. 1. Variar. n. 7. sub init.*

rumque fidem ad publicam Judicis potestatem referatur oportet. Si ex eâ sit, supererit ad concutiendam fidem ejusmodi, sive habeatur in judicio, sive extra: quòd si ex eâ non sit, nihil aget, quando sententia ferenda est ex notitiâ publicâ. Hâc ratione, atque hâc responsione solvitur etiam postrema difficultas ex objectis. Nam verum est, instrumenta, testes, universim probationes, uti media, in eum finem collimare, ut veritas publica judici appareat, non ut appareat Veritas privata. Propterea tunc ea *media* rejicienda erunt, cùm ad veritatem publicam non deducunt, cùmque publicæ veritati adversantur. Erunt enim *media* prorsus inepta, quæ finem evertunt. At si adversentur veritati privatim notæ, sint tamen legitima, hoc est congrua publicæ veritati, cui habendæ, certòque cognoscendæ supersint, non erunt rejicienda, imò retinenda omnino erunt, quippe quæ deducunt ad finem suum, finemque ipsum Judicis, qui publicam veritatem, ex quâ sententiam dicat, prosequitur.

SECTIO II.

An, & quatenus Episcopus collaturus Ordines agere debeat ex allegatis, & probatis. Et an Ordines in pœnam dari possint?

SUMMARIUM.

I. *Episcopus regulariter stare debet probatis, cùm confert Ordines, vel ab iisdem rejicit.*

II. *Hæc assertio habet exceptionem aliquando, ut Episcopus ex privatâ scientiâ, rejicere aliquem possit, modò ea repulsa non deroget famæ repulsi.*

Si immineat periculum Ecclesiæ ex Ordinatione alicujus hypocritæ, non esse attendendum, ne ex repulsâ fama ejus minuatur.

III. *Exempla ad id confirmandum in Ario, & Gregorio Syracusano.*

IV. *Probationibus legitimis qui ineptus Ordinibus censetur, ex privatâ Episcopi notitiâ ad Ordines recipi nequit.*

Omne officium onus esse, latè ostenditur, & onus in pœnam dari posse.

V. *An Ordines in pœnam dari possint? Clericos Jure divino præesse Laicis. An Clerici Jure divino exempti sint à Jurisdictione Laicorum? Constituitur jure positivo tantùm esse exemptos.*

VI. *In rebus Sacris Clerici jure Divino præsunt Laicis. Dignitas in pœnam dari non potest. Pœnæ ratio in quo sita sit, quisve ejus finis.*

VII. *Non omne onus dari in pœnam posse: neque reum criminis cogi ad Ordines recipiendos. Homo liber, an, & quatenus cogi ad aliquid possit.*

VIII. *Regula semel malus rejecta à Corressio probatur, explicatur, & illustratur.*

IX. *Corressii sententia circa illam Regulam proponitur.*

X. *Respondetur Corressio. Eam Regulam intelligen-*

Digitized by Google

ligendam in eodem genere, & etiam in simili, aut connexo. Ejusdem Regulæ limitatio in emendato.

XI. *Idipsum confirmatur exemplis.*

XII. *Vir probus, & dignus ex necessitate Ecclesiæ cogi potest ad Ordines.*

I. NOn est, ut ulteriùs Margunium impugnemus. Etenim constat ex dictis, Judicem ex probatis, constitutisque in judicio ferre sententiam debere; quò fit, ut idem censendum sit de Episcopo, cùm de rejiciendo, recipiendove ad Ordines quopiam judicat. Plerunque enim, sive, ut vulgò dicimus *regulariter*, standum est iis, quæ legitimè probata sunt. Atque hoc contra Margunium, tacentibus Latinis, docent Nostri communiter; & primò (1) Prodromus: ὁ παρὼν, ait, κανὼν ἐξουσίαν δίδωσι τῷ ἀρχιερεῖ ἐξετάζειν τε, καὶ τιμωρεῖν, ἀμφότερον δικαίως, τουτέστι, τὸ μηδὲν ἀποῤῥήτως μηδὲ πολυπραγμονητικῶς ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Ἐκ τοῦδ' ἕνεκεν ὁ κατὰ τὸ δοξαζόμενον ἰδίᾳ τῷ ἀρχιερεῖ λαμβάνεται, ἢ ἀποδιώκεται ὁ χειροτονίαν ζητῶν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀποδείξεις τοῦ κριτηρίου κατά. *Præsens Canon potestatem facit Episcopo examinandi, & castigandi; utrobique tamen justè tum ad initia Ordinum, tum ad absolutionem Ecclesiasticam. Et hoc, inquam, justè; hoc est, ne quid pronuncietur non curiosè peractum in Tribunali. Atque ideò non juxta sententiam privatam hunc recipiet Episcopus, vel rejiciet eum, qui Ordines petit, sed juxta probationes judiciales.* Consonat (2) Aristenus his verbis: οὐδ' ἄνευ ἐξετάσεως προβιβάζεται τις εἰς τοὺς βαθμοὺς ἐκζητῶν, καὶ ἡ ἐξέτασις ἡ κατὰ τὴν συνείδησιν τοῦ ἀρχιερέως, ἀλλὰ κατὰ τὰ μαρτυρούμενα, καὶ ἀποδεικνύμενα ἐνώπιον αὐτοῦ κρίνοντος τὴν φοβερὰν ταύτην κρίσιν. *Neque sine examine provehitur quis sacros gradus expetens. Examen autem non juxta conscientiam Episcopi, sed juxta ea, quæ testibus, & probationibus confirmata sunt, coram ipso judicante tremendum hoc planè judicium.* Adstipulatur Demetrius (3) Chomatenus dicens. ὁ δὲ κριτὴς, καὶ ὁ ἐξετάζων οὐδὲν διαφέρει. ὁ γὰρ κριτὴς κρίνει ἐξετάζων, καὶ ὁ ἐξεταστὴς, ἵνα κρίνῃ, ἐξετάζει. καὶ ὁ ἀρχιερεὺς λοιπὸν κρινεῖ τὰ τῆς χειροτονίας, ἐξέτασιν ποιούμενος κατὰ τὰ δεδογμένα αὐτῷ ὡς κριτῇ, οὐδ' ἰδίᾳ, τοῦτο γὰρ πάνυ ἀφόρητον, καὶ Χριστὸς λέγει, καθὼς ἀκούω, κρίνω. *Et Judex, & is, qui inquirit, nil differunt: nam Judex judicat inquirens, quæsitor verò, ut judicet, quærit. Itaque Episcopus judicabit, quæ ad Ordinationem pertinent, examen peragens juxta cognita sibi, ut judici, non verò, ut privato. Nam hoc intolerabile; & Christus dicit: sicut audio, judico.* Nimius essem, si omnes huc Nostros congerere pergerem nihil ulterioris momenti receptæ in Græcia sententiæ additturos. Si quis tamen ipsorum plerosque malit curiosiùs agnoscere, fas erit, ut (4) Diplovatacium consulat, Canonarcham (5) percurrat, Harmenopulum (6) videat, penes quos non una Jurisconsultorum Græcorum Decas occurret idipsum asserens, interdicensque Episcopo in ipso Examine, quod ad Ordines conferendos necessarium ubique censent, usu scientiæ privatæ, quam ubique reprobant, & idoneam negant ei sententiæ ferendæ, quâ nempe decernitur, sint ne Ordines cuipiam conferendi, nec ne. Ratio assertionis eadem planè est, quæ universim evincit, abrogandam penitùs esse vim scientiæ privatæ in eo, qui publicè decernit. Etenim inde tum iniquitatis occasio fieret, tum labefactandæ Ecclesiasticæ disciplinæ aditus. Da enim Episcopum, aut iratum alicui, aut alteri esse nimiùm placatum. Hunc sanè, licet ineptus probetur, ex eâ, quam jactat, notitia, provehet: illum verò, quamvis constet esse peraptum, ex eadem notitia rejiciet: eritque, ut omnia non ex æquitate, aut ad instar justitiæ fiant, sed ex libidine sacri Judicis, quæ, tametsi rara præsumenda sit, est tamen aliquando, utinam non sæpe. Quare sic Joannes (7) Lascares colligit. καλῶς ὁ νόμος διατάττει μὴ, κατὰ συνείδησιν δικάζειν, ἢ ἐξετάζειν· πολλὰ γὰρ ἀλλόκοτα συμβαίνει, καὶ πονηρὰ ἐν ταῖς κρίσεσιν ἐκ τῆς κατ' ἰδίαν τοῦ κριτοῦ ἀποφάσεως. *Optimè lex constituit, ne quid quis judicet, vel inquirat juxta conscientiam propriam: nam multa monstrosa proveniunt & maligna in judiciis ex privatim conceptâ judicis sententiâ.*

(1) De Interpret. ad 2. Can. Ancyr. in fin.
(2) In Epit. Syntag. ad d. c. 2. Ancyr.
(3) In respon. 3. ad quæst. Cõstant. Cabas. in med.
(4) In Synops. jur. Græc. tit. de Ordinat. in med.
(5) De vi Canon. ad Ancyr. c. 2.
(6) In Proch. Jur. Can. Tit. de Ordinat.
(7) In defens. Rit. Græcor. c. 8. ad Cardin. Aragon.

II. Hæc ut ut vera sint, ut ajunt, *regulariter*, tamen existimo, non semel fore, ut Episcopus possit ex privatâ notitiâ cujuspiam impedimenti rejicere aliquem ab Ordinibus, dummodo ea repulsa nihil detrahat famæ hominis. Primò namque potest Episcopus quempiam rejicere sine ulla forma Judicii. Neque enim tenetur quemlibet petentem admittere, aut circa quemlibet examen instituere: Quemadmodum & qui Ordines affectat, potest quidem modestè vota sua Præsuli proponere, non autem eum cogere, Ordines sibi concedere, si dignus sit: Ad hanc enim dignitatem planè divinam nemo venit ex se, suisque meritis ad eam contendit. Venit autem vocatus, ut constat ex verbis Pauli (1) dicentis: *nec quisquam sibi sumit honorem, nisi qui vocatur à Deo, tanquam Aaron*: id, quod probat (2) exemplo Christi, *qui non se metipsum clarificavit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, filius meus es tu, ego hodie genui te*. Quòd si is, qui Ordines petit, cogere nequit Episcopum, ut eos sibi conferat, si dignus est, palam erit, Episcopum non teneri examen instituere, & publicè hac super petitione decernere. Poterit ergo privatim consilium capere, atque ex eo petentem rejicere, sive preces negligere petentis initia sacra. Consultò tamen asserui, id verum esse, quoties ex repulsâ famæ hominis rejecti nihil detrahitur. Nam, si ex repulsâ deterior fiat conditio repulsi, profectò existimo, consulendum proximi famæ, si id fieri queat sine ingenti Ecclesiæ periculo: nam, cùm fama sit maximum inter bona, quæ *temporalia* dicimus, ut docuit (3) Anacletus Pontifex, & ante eum (4) Aristoteles, & post eum (5) D. Thomas, quemadmodum sine judicio nemo spoliandus est rebus, quæ possidet, licet alioqui possessor injustus ex notitiâ privatâ, ita nec famâ, quam penes homines obtinet: Quapropter vetustissimum est illud Phocionis Juris nostri Consultissimi viri penes Anonymum Scholiastem (6) Euripidis, ἄνευ δίκης καὶ ὁ φανερῶς ἀδικῶν οὐ τιμωρεῖται: *Sine judicio vel is, qui mani-*

(1) Ad hebræ. c. 5. n. 4.
(2) Ibid. n. 5.
(3) In c. deteriores. 6. q. 1.
(4) Lib. 4. Ethic. c. 3.
(5) 2. 2. q. 129. ar. 1.
(6) In Trag. Hercul. furen.

Digitized by Google

nifestè peccat, non castigatur. Et ex recentioribus (7) Metochites: τὰ δ' πρὸς τιμωρίαν οὐ περαίνεται ἔξω τοῦ κριτηρίου, καίπερ ἡ τιμωρία ἐ πρὸς θάνατον: *quæ attinent ad pœnam, non definiuntur extra Tribunal, quamvis pœna sit citra mortem*. Cautè tamen excepi eam circumstantiam, quæ periculum ingens Ecclesiæ contineat: tunc enim, quemadmodum eò dumtaxat collimandum est, ne quid damni capiat Respublica Sacra, cujus bonum præferendum est omni privato, ut est translativum in Jure, recipiturque passim à (8) Margunio ex Matthæo (9) Monacho, ita si quis clam omnes adeò improbus est, ut censeat Episcopus, cui nequitia fortè hominis nota est privatim, fore, ut, si intra Ecclesiam recipiatur, ei periculum aliquod haud mediocre creet, profectò nulla ratio habenda erit famæ hominis ex occultâ impietate deterioris, rejicieturque justissimè, ne sacra dignitate glitcat in perniciem ejus, cujus obibit munera, & potestate fungetur.

III. Atque huc pertinet exemplum illud notissimum fortissimi Præsulis, inclytique Martyris Petri Alexandrini Patriarchæ, qui, teste (1) Actorum fide, quamvis ad meliorem frugem, ut videbatur, conversum Arium, quamvis palam labis expertem, & planè dignum Sacerdotio, constantissimè tamen semper à tantâ dignitate rejecit, quin imò pro Christo mortem mox subiturus, cùm Achillam sibi successorem vaticinatus fuisset, monuit, ne pestilentissimum hominem, & sub ovina pelle lupum rapacissimum ad Sacra reciperet. Idem usuvenit in Gregorio Syracusano illo, quo Patrono Photius horrendum illud dissidium, quod Nos perdidit, ausus est aggredi, perrexitque perficere. Is enim cùm Lector adhuc miræ videretur & pietatis, & modestiæ adolescens, non tamen obtinuit ab (2) Exhomologetâ Nicephoro, ut hypodiaconi ad gradum adscenderet: cùmque id mirum quibuspiam, iniquum aliis videretur, vir & Sanctus, & jurisconsultissimus respondit: *Nolite fratres secundum faciem judicare. Vobis adolescens hic optimus est, mihi non placet: video enim in illo, quæ vos non videtis. Utinam falsò: si provehetur hic, sedem hanc perturbabit, Ecclesiamque universam magno scandalo concutiet*. ἀδελφοί, μὴ κατὰ πρόσωπον κρίνεσθε· ὑμῖν ὁ νεανίας ἄριστος, ἐμοὶ δ' οὐκ ἀρέσκει· ὁρῶ γὰρ ἐν αὐτῷ τὰ οὐχ ὑφ' ὑμῶν ὁρώμενα. εἴθε ψευδῶς· ἐάν ποτε οὗτος ὁ νεανίας προβιβασθῇ, τὴν προεδρείαν ταύτην καθυβρίσει, καὶ πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν ὑπερμέτρῳ σκανδάλῳ διαφθερεῖ. Ita Nicephorus: atque utinam successores eidem sententiæ institissent; defuisset sanè patronus (3) Photio, ejusdemque initiator, defuisset percussor Ignatii, stimulator Vardæ, & fortassis ea pace frueremur, cujus exitium tanquam ad causam refertur ad Photium, cùm tamen, ut à primâ, veràque origine, à Gregorio Syracusano Archiepiscopo sit. Eum Iconoclastarum partes secutum Theodotus (4) Melissenus brevibus intervallis ad Sacerdotium provexit, mox Antonius Cassimates ad Pontificias infulas transtulit, quas omni scelere maculavit: eundem ab hæresi redeuntem recepit Methodius, nec multò post ob nefanda crimina Sacro piorum cœtu prohibuit, quem mox turbas miscentem, contemnentemque Methodii interdictum Ignatius, exauthoravit, ut à reprobato per Exhomologeten Nicephorum, à perculso per Sanctissimum Methodium, ab Exauthorato per Divum Ignatium Photianismus inciperet, ac prologum haberet illa Tragœdia, quæ funestâ, si Superis placet, catastrophe à Regno ad Servitutem Græciam nostram traduxit. Adeò verum est, ejus satagendum Episcopo, ut, cùm periculum grande instat Ecclesiæ, vel ex privata notitia ab Ordinibus clam scelesti homines repellantur.

(7) περὶ κακοπιστίας τιτλ. 31.

(8) Nota 15. in Canon. Apostol.

(9) In Synops. Astral. tit. 2. vide ver. divis. in fin.

(1) Extãt ejusd. Surium Tomo 6. die 25. Novem. & vide Athan. Orat. 1. cõtra Arian.

(2) Vide Alex. Monach. in vita S. Nicephori P.

(3) Vide Nicetam in Vita S. Ignatii P.

(4) Vide Joseph. Methonensem in Antirrhetico contra Marcum Ephesiũ.

IV. Illud tamen notandum est, non fore fas Episcopo, eum, qui testibus, & probationibus ineptus esse sacris videtur Ordinibus, ex privatâ innocentiæ notitiâ Sacris initiare. Omnino enim oportebit, licèt innoxium, rejicere, quemadmodum accuratè docuit (1) Diplovatacius, & ex eo Joannes (2) Lascares. Cujus ea Ratio est, quia, si secus fieret, sacrorum Ordinum dignitas penes opinionem Vulgi damnum caperet manifestum, quando, qui scelestus habetur, aut minimè idoneus, facti quâdam infamiâ laborat. Eo autem ipso non est capax Ordinum. Facit exemplum Tarasii, qui juniorem Methodium à Clero rejecit, teste Ignatio (3) Monacho, quòd à plerisque sacris Ordinibus ineptus censeretur, licet ab ineunte ætate, & jam tum ingentis sanctimoniæ fundamenta jaceret, quæ nota privatim Tarasio in hæc eum verba coegere: Hunc, quem rejicimus, hæc Sedes Doctorem accipiet, Orbisque universus Religionis murum invictum impensiùs venerabitur. Τοῦτον ὃν νῦν ἀποβαλλόμεθα, οὗτος ὁ θρόνος λήψεται διδάσκαλον, καὶ ἡ οἰκουμένη τεῖχος τῆς εὐσεβείας ἀπόρρηκτον σεβομένη ἐν μεγάλῃ ἕξει τιμῇ. Consonant, quæ tradit (4) Veccus, (5) Gennadius, & ex utroque Joseph (6) Methonensis Antistes. Quibus tamen illud repugnare videtur, quod tum Ordines, tum dignitates Ecclesiasticæ Officia sunt, ut est certum, & obvium: Officia verò onera sunt ea ratione, quòd omne Officium est onus. Nam Officium summâ definitione describitur, ut sit id, quod qui habet, debet ex vi Officii aliqua facere, quæ aliàs non deberet, sive breviùs, onus obligans ad aliquid specialiùs faciendum: quæ Officii descriptio à nobis fusiùs alibi comprobata est longâ inductione Officiorum, quæ Jus (7) ipsum Canonicum constituit, in quibus hæc semper obligatio manifesta est: id, quod asseverat & Jus Civile, Etenim Officium (8) Urbanæ præfecturæ adigit ad solicitudinem, curamque propulsandæ annonariæ necessitatis: & Magister (9) militum debet securitati publicæ, per deductionem militum à locis, in quibus consistunt, consulere. Quæstori (10) etiam custodiendum erat laterculum minus, quod cum Alciato (11) nihil aliud fuisse conjicimus, quàm scrinium aliquod, ubi servabantur rationes numariæ Ærarii, dicebaturque minus, ut à majore differret, quod Sacrum appellabant, adservabatque secreta Reipublicæ. Denique ad plurima ratione officii olim adstrictos fuisse eos, qui Officiis Magistri officiorum, sacrarum largitionum, rerum privatarum, sacri Palatii, Proconsulis, aliorumque ejusmodi, fungebantur, facilè deduces ex (12) Codice: videndusque ad

(1) dict. de Ordinat.

(2) dict. 1. defens. ritus Græc. ad Card. Aragon.

(3) In Vita S. Tarasii.

(4) Synod. de Cler. Ordinat. apud Leonarch.

(5) Synod. ne quis indignus &c. apud eundem.

(6) In Antirrhetic. contra Marcum.

(7) C. 1. 2. 3. 6. 7. de off. Archid. c. 1. 3. de off. Archipresb. c. un. de off. primic. cũ simil.

(8) L. 1. C. de off. præf. Urban.

(9) L. milites. C. de off. magist. mil.

(10) L. tenus C. de off. quæst.

(11) Lib. 1. prætermiss.

(12) Lib. 1. L. 4. de off. magist. offic. & ll. seqq. ac titul.

(13) In L. 1. Pãdect. & Cod.

(14) In Clem. dispendiosam ver. beneficiis de Jud.

ad id Franciscus (13) Duarenus. Ex quo, & aliis hactenus recitatis apparet manifestissimè, Officium onus esse. Unde statim sequitur, posse in pœnam dari. Nam onus posse in pœnam decerni alicui, manifestum est, & probatur ex dicto (14) Glossæ inter Officia, atque adeò inter onera sacra, *Monachatum*, ut ajunt, enumerantis: quod etiam sensit (15) Imolensis, (16) Innocentius, & (17) Hostiensis. Et confirmari potest ex alia (18) Glossa, ac (19) DD. communiter. Atqui *Monachatus* in pœnam dari potest, & dabatur hercle olim, cùm vigebat maximè Ecclesiastica disciplina. Quare Clericus, si quando crimini deprehendebatur obnoxius, detrudi solebat in Cœnobium aliquod, ut Monachi deinceps officio fungeretur. Quemadmodum constat ex Leone (20) Magno, & (21) Hieronymo, & ex Aurelianensi (22) Concilio, quorum sententias profert more suo eruditissimè (23) Cabassutius. Sequitur ergo onus, & officium in pœnam dari posse, atque adeò & Ordines, qui officia sunt, & planè onera. Quare fas erit Pontifici, etiam, quos fama criminosos edicit, Sacris initiare, non quidem ut tanto dignos honore, sed ut oneris gravitate pœnas criminum luant.

(15) In d. Clem. dispendiosam. (16) In c. Officii de Elect. (17) In d. c. Officii. (18) In c. indemnitatibus §. si verò de Elect. in 6. (19) In d. §. si verò. (20) Epis. 29. inquisit. 2. (21) Epis. 48. ad Sabinianũ. (22) Canone 4. (23) In Notit. Concil. & Can. ad Concil. Carthag. IV.

V. Hoc argumentum adeò placuit Coressio, ut non dubitarit Græcam Ecclesiam damnare, quòd in ipsis initiis, uti primo Responso docuimus, τὸ ἄξιος intonat, idemq; pluries repetit. Quare tertius è Cœlo Cato censet, ex corruptela subrepsisse cæremoniis Nostris, quibus eliminandum docet illud epitheton, quod Episcopis interdicit potestate conferendi onera planè gravissima iis, quos criminum pœnitebit. Hinc ejus hæc est solemnis opinio, posse Ordines in pœnam concedi vel iis, quos plebs Christiana criminosos existimat. Imò & cogi eos posse, putat, ut Ordinum onus subeant: quod de innoxiis inficiatur, ratus, hos cogi non posse: quando nemo, nisi noxius, ad onus adigi potest. Hæc Theologus vester, Photiani, qui, nequid supercilii posteris reliquisse videretur, acriter Euchologium nostrum castigavit, semelque pius, impiè tamen, erga Latinos, hos laudat, quòd sententiam suam more receperint. Sed in primis hoc postremum falsissimum est, neque enim penes Latinos viros sapientissimos hæ Minervæ Coressianæ rudes ineptiæ locum habent. Apage, ut putes id sentire Latinos, quod Juri abionum utriusque Ecclesiæ, quod inauditum quindecim sæculis post Christum natum, quod vetustissimæ Religionis Orthodoxæ cæremoniæ, ut falsum, falsissimum, damnant. Nam quî licebit Ordines in pœnam dare, qui nisi *irreprehensibili*, & *inconfusibili* dandi sunt? Quilibet Ordo potestatem aliquam habet, honorem aliquem continet, dignitatem aliquam præ se fert: quare Jure (1) divino Clerici præsunt Laicis, ut Jura autumant Latina suffragantibus (2) Græcis. Unde aliqui opportunè duce (3) Bonifacio VIII. inferunt, Jure divino Clericos exemptos esse à Jurisdictione Laicorum: quod non facilè concesserim, quando, ut Græca (4) Jura omittam, quæ plerumque Laicis Clericos subjiciunt, præsertimque ubi res agitur (5) criminalis; ipsa Latina Jura docent passim, Clericos jure humano à potestate Laicorum eximi, quorum Jurisdictioni eos in plurimis subjectos aut edicunt, aut faciunt. Nam Concilium (6) Matisconense *Officialibus* publicis permittit judicia de Clericis postulatis gravium criminum, homicidii, furti, maleficii. Concilium (7) Epaunense ita juxta receptam Sirmundi editionem decernit. *Clerici sine ordinatione Episcopi sui adire, vel interpellare publicum non præsumant: sed si pulsati* (hoc est in Jus vocati) *fuerint, sequi ad sæculare judicium non morentur*. Concilium (8) etiam Aurelianense I. sanctissimis viris frequens, vetat, quempiam Sacris initiari citra Regis consensum, aut judicum Regiorum, & Toletanum (9) à Gratiano productum affirmat, Regem adiri posse, ut negligentiam suppleat Episcopi non coercentis Rectores abutentes Ecclesiæ opibus. Sic & Martinus (10) V. Pontifex Gallicanis indulsit Curiis judicia de possessorio Beneficiorum, id, quod ipsa consuetudo & Reipublicæ nostræ concessit, & universim penes omnes Gentes consuetudo facit, ut Clerici in multis subjiciantur Laicis. Quo fit, ut (11) Bellarminus, Jurium cæteroqui sacrorum tutor acerrimus, asseveret, *exemptionem* in Politicis Clericorum Jure humano introductam esse, non divino: nam, si isto, non hercle aut Decretis Conciliorum, aut indulgentia Pontificum, aut ipsa consuetudine potuisset *exemptioni* ejusmodi derogari.

(1) C. in Sancta, 2. q. 7. (2) Passim in Novell. Justin. & Leonis. (3) In c. quanto. de censib. in 6. (4) Passim in dd. Novell. (5) Novell. Justin. 83.

(6) Canone 7. (7) Canone 11. (8) Canone 4. (9) In c. filiis 16. q. 7. (10) Diplom. dato anno 1429. refert Guido Papæ q. 1. (11) Tom. 1. de Cler. c. 28.

VI. Quidquid tamen hac super re, quam mihi intactam volo, censendum sit (quippe non minoribus in partem oppositam argumentis agitatur) illud certissimum est, Clericos in re divinâ, sacrâ, ac spiritali superiores Laicis, eisdemque præfectos esse. Id, quod ex verbis (1) Christi, & (2) Apostoli, Tridentinoque (3) decreto sapienter (4) Cabassutius evincit, additis Jurium (5) Civilium effatis, quæ per (6) Ambrosium, (7) Sozomenum, & (8) Ruffinum, (9) Epistolamque Theodosii, & Valentiniani absolutissimè comprobantur. Hinc porro sequitur, quod dicebamus, Ordines potestatem habere, honorem continere, præ se dignitatem aliquam ferre. Quis porro unquam comminisci potuit, in pœnam potestatem dandam, tribuendum honorem ad vindictam criminis, dignitatem irrogandam, ut supplicii sit loco? Ea ratio pœnæ est, quæ possit à culpis deterrere, quando non aliam ob causam pœna proponitur, nisi ut improbi timeant, armenturque timore ipso contra delicta. Scilicet *medium*, ut ajunt, sive instrumentum pœna est, quo dum crimina puniuntur, utrumque Judex procurat, ut & emendentur homines, qui delinquunt, quemadmodum (10) Jureconsultus constituit, & proponatur exemplum Civibus cæteris. Pœna enim unius metus est multorum, ut Jura (11) pronunciant, cæterosque abstinet à similibus facinoribus, ita docentibus (12) Jurisperitis. Quod adeò certum est, ut in Brutis quoque animantibus, atque adeò feris id deprehendatur. Scribit enim (13) Plinius, visos fuisse in Africa cruci affixos leo-

(1) Joan. c. 20. (2) Actor. 20. & ad hebræos. c. 13. (3) Sess. 23. Can. 4. & 6. (4) In Notit. Concil. ad Can. 11. Concil. Cabilon. (5) L. 1. C. de Episc. audien. et L. ut veneratio 2. L. graviter cod. L. quoniã 20. Cod. quor. appell. non recip. L. Clericos 41. L. quicunq; redeuntibus. L. ult. C. de Episc. et Cler. in Theodos. (6) Epis. ad Valẽtin. Junio. A. (7) Lib. 6. hist. c. 7. (8) Lib. 1. hist. c. 2.

(9) *In Act. Synod. Ephes.* (10) *In L. si pœna ff. de pœn.* (11) *In L. 1. C. ad L. Jul. repetund.* (12) *L. bona fides ff. depositi L. capitalium. §. famosos ff. de pœn.* (13) *Lib. 8. hist. nat. c. 16.* (14) *In Gorgia.* (15) *Ad tit. ff. de pœn. c. 1.* (16) *In L. 131. in prin. n. 25. & 28. ff. de verb. sign.* (17) *In Lexic. Juris verb. pœna.* (18) *In L. 1. ff. de Just. & Jur.*

Digitized by Google

leones, à quibus fuerant urbes obsessæ, quò cæteri metu pœnæ similis abstinerentur eadem noxa. Hinc illud Senecæ ex (14) Platone penes (15) Duarenum, (16) Geddęum, & Joannem (17) Calvinum lexicographum: nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur; quò etiam respexit (18) Ulpianus, cùm diceret, Jurisconsultos tàm metu pœnarum, quàm præmiorum exhortatione bonos efficere. Quòd si ad terrorem pœna imponitur, idque poscit pœna, ut exemplo puniti à simili flagitio alios deterreat, non video, quî honor, potestas, & dignitas in pœnam conferri possit, quando hæc ingentes habet illecebras, quibus adeò non abstinet à flagitio, ut potiùs ad omne flagitium ambitiosos homines rapiat. Neque enim homines satis fidei adhibent iis, quæ de calamitate regnantium, aut Chori Tragœdiarum vibratè cum (19) Seneca concinunt, aut Satyri rabiosè cum (20) Juvenali contemnunt. Antigonum dicere solitum refert (21) Athenæus, si homines scirent, quot sentibus, quàmque asperis Regum diademata cervices coronatas sauciant, vix non summæ crudelitatis facinus putaturos, si ea imponerent vel asello. Is tamen, qui hæc tam tragicè dictitabat, quid non egit, ut spinis vallatum diadema retineret? Ipsi isti Photiani vestri, quos hâc pœnâ puniri posse censetis, quàm difficilè, quas auro emunt Infulas numosioribus emptoribus derelinquunt. Nec mirum: nota sunt, quæ author ipsorum Photius perpetravit, ut ad sacrum imperium convolaret. Ut inde manifestum sit, esse pœnam non posse, quod adeò appetitur. Nam pœna malum est punito: malum autem esse non potest, quod plerique appetunt ex dictis Philosophorum, quos in Physicis nostris (22) Commentariis adduximus, & explanavimus. Adde nihil vilius esse criminoso; nam peccatum ducit ad non esse, ut probat (23) Glossa, & miseros facit, ut loquitur Augustinus (24) relatus à (25) Glossa: vilibus autem dignitas conferri non debet, ut constitutissimi (26) Juris est, & probat (27) Glossographus.

VII. At, inquit, onus est Ordo, quippe Officium. Ita sanè, sed non omnibus onera omnia conveniunt, aut omne onus dari potest in pœnam: alioquin furi crumena ipsa auro plena, quam nempe furto subripuit, dari posset in pœnam, & raptori Virginis ipsa Virgo deferenda dabitur, grande sanè supplicium, quia onus. Amove istas ineptias, quæ tamen ex Theologico effato Coressii legitimè deducuntur, reprobando propterea non solùm ex iis, quæ hìc hactenus tradita sunt, sed validiùs ex iis, quæ toto Tertio Responso hujus Operis fusè tradidimus. Ex quibus & illud sequitur, reum criminis probationibus publicis factum cogi non posse ad Ordines sacros recipiendos: quî enim ineptum muneri cogas ad munus? aut quî vel invitum obtrudas dignitati sacræ, qui volens repellitur? Cogi liberum hominem ad aliquid invitum incivile est: vis enim omni (1) Jure prohibetur, ni ea obligationem spontaneam cogendi sequatur, aut ad publicam utilitatem spectet, tunc enim cogi quilibet potest eâ ratione, quia

(19) *In Hercul. OEtæo in Chor. Act. 3. sub finis.*
(20) *Satyra 10.*
(21) *Apud Planud. 1 Adag. cent. 3. c. 3.*
(22) *Controvers. 2. disp. de Arte.*
(23) *In c. convertimini vers. velut de pœn. dist. 1.*
(24) *In c. quotidie ad fin. de cons. dist. 2.*
(25) *In c. quia corpus vers. Læsa. de cōs. dist. 2.*
(26) *c. inter dilectos de excess. Prælat. c. querelam de jurejur. L. una. C. de infam. li. 10. L. nec famosis C. de dignit. lib. 12.*
(27) *In c. nihil est, vers. suspēdatur de Elect.*

(1) *L. extat. ff. quod met. cau. L. pen. ff. de vi priv. L. si quis in tātum C. unde vi. L. miles. §. judicati ff. de re judic. L. hi, qui ædes ff. ad L. Jul. de vi publ. in Cod. Theod. eod. Constit. ad vers. illatam vim.*

(2) *L. item si verberatum §. 1. ff. de rei vindic. L. venditor. §. si constat. ff. comm. prædior.*

pars, etiam cum damno sui, consulere toti debet. Quare, licèt ne ipse quidem Princeps privatum dominium tollere possit, tamen ex causâ utili potest, uti testantur (2) Jura, & (3) Bartholus, cum (4) Fortunio, quos ad id producit elegantissimè (5) Covarruvias: &, licèt ad emendum, vendendumque, & simpliciter ad contrahendum, nemo cogi possit, ut manifestum est ex decreto Arcadii, (6) & Honorii AA. tamen & Judæus cogitur vendere Christianum mancipium, & habens viam ad sepulcrum eandem sepulcrum habenti; quæ cum aliis rata sunt Juris (7) authoritate. Porro, cùm criminis reus publicè habitus ex crimine se se ad pœnam obligaverit non ad dignitatem; cogi ad eam nequibit quasi ex obligatione delicti. Non itidem ex publicâ utilitate, quæ nulla est in Ordinibus criminosi famam habenti collatis, quando ex illis oritur scandalum, quo nullum Ecclesiæ capitalius malum: Oritur contemptus rei sacræ, quo nihil Ecclesiæ periculosius: Oritur denique discrimen ejusdem Ecclesiæ præsens, quando ab iis, qui criminosi censentur, non nisi crimina sperari queunt, ita Juris (8) præsumptione censente, ut semel malus semper sit malus in eodem genere mali.

VIII. Quod dictum, licèt iniquum videatur Theologo Constantinopolitano, tamen justissimum est, sive præsens nequitia præsumatur à præteritâ, sive à præsenti præteritâ, sive futura ab utrâque, aut alterutrâ. Nam à præsenti præsumi præteritam docet Cicero (1) his verbis: *perinde ut opinio est de cujusque moribus, ita, quid ab eo factum sit, existimari potest.* Cujus hanc verissimam rationem tradit alibi (2) dicens: *nemo repente fit turpissimus, omnibus in rebus, qui graviores, majoresque sunt, quid quis voluerit, cogitarit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus ejus, qui arguitur, est ponderandum: neque enim potest quisquam repente vitâ mutari, aut natura converti.* Quasi dicat: cùm nemo repente pessimus evadere queat, nec fas sit, vitam mutari, aut naturam ita improvisò, ut turpissimus fit, qui bonus fuerat, legitimè argumentabimur, eum, qui malus est, malum fuisse. Quin imò hoc adeò verum est, atque adeò verum (3) DD. putant, ut viduam libidinosam adulteram fuisse censeant, &, ut loquuntur IC. *præsumant*, vivente marito. Quos inter (4) Castrensis intulit, legem multantem dote uxorem ob adulterium perpetratum, protendi etiam ad viduam, quæ stupri damnetur post mortem mariti, eo, quòd ex præsenti stupro præ-

(1) *In L. ult. C. si contra jus vel util. publ.*
(4) *In L. Gallus. §. & quid si tantum col. 18. ff. de lib. & post.*
(5) *Var. resol. li. 3. c. 6. n. 6.*
(6) *L. nec emere C. de jur. delib.*
(7) *C. 1. & 2. de Judæ. L. si quis sepulchrū ff. de relig. & sump.*
(8) *In c. semel. de reg. jur. in 6.*

(1) *Orat. pro A. Cluentio.*
(2) *Orat. ad Senat. post reditum.*
(3) *In §. ult. Auth. de resti. Alc. regul. 2. præsum. 9.*
(4) *In L. sororem, n. 4. C. de his, quib. ut indig. & cons. 147.*
(5) *In d. L. sororē. & in L. fideicommissum. Cod. de fideicom.*
(6) *In d. L. fideicommissum.*
(7) *In c. 1. §. item si fideles col. 1. quibus mo. feud. amitt. & in c. 2. de feud. fin. cul. amitt.* (8) *Sing. 48.* (9) *In d. L. sororē. & in Invest. feud. verb. dicti Vaßalli Cau. 9.* (10) *In L. 1. à n. 48. C. de raps. Virgin. & Sing. 410.* (11) *In Tract. feud. p. 4.* (12) *In Rub. de donat. in. vir. & uxor. col. 4.* (13) *Bertrand. cons. 23. n. 6. li. 2. & cons. 38. lib. 3. Nevit. lib. 2. Sylvæ Nuptial. n. 44.* (14) *Cons. 67. mulier accusata.* (15) *In d. L. sororem.* (16) *In L. 2. ff. solut. Matr. & d. L. fideicommissum.* (17) *In d. L. 2. in princ. n. 8. & in L. 4. §. Cato. 1. & 2. lectur col. pen. vers. septimo ff. de VO.* (18) *In L. quædam puella col. 2. ff. de Jurisd. & in c. pastoralis col. ult. de Judic.* (19) *De Nobilit. 3. p. nu. 98.* (20) *Brun. Tract. quod stantibus art. 6. n. 305. Rip. in L. 2. in princ. n. 8. ff. sol. Matr. Guliel. Mayner. in L. ambiguis n. 208. de reg. jur. Boer. q. 338. n. 10. & seq. Soccin. Jun. cons. 111. li. 3. Craves. cons. 205. n. 24. Roland. cons. 87. lib. 3.* (21) *In §. stuprum. ver. sed nunquid.* 22) *Lib. 5. Inst. Orat. c. 10.* (23) *In L. ult. col. pen. C. de quæstio.* (24) *In L. 1. in princ. ff. de quæst. & sing. 217.* (25) *De præsump. reg. 2. præsum. 7. n. 1.* (26) *In L. in ipsius cod. fam. erciscund.* (27) *In d. L. in ipsius.* (28) *In c. cum inter nu. 7. de Elect.*

Digitized by Google

præteritum adulterium deducatur. Quam sententiam sequuntur cum (5) Corneo, & (6) Saliceto, (7) Præpositus, (8) Petrasancta, (9) Jacobinus, (10) Marsilius, Curtius (11) Junior, Joannes (12) Lupi, & (13) alii. Quibus tamen minimè adstipulor authoribus Friderico (14) Senensi, (15) Alexandro, (16) Jasone, (17) Croto, (18) Decio, Bono (19) de Curtili, aliisque (20) plurimis, quos refert, ac sequitur (21) Clarus additis Conrado, Bellono, Guillelmo de Benedictis, Pinello, & Didaco, quo teste hæc sententia communis est ea ratione, quia, licèt à præsenti ad præteritum valeat argumentatio, tamen, cùm ea præsumptio sit, non sufficit, ut ex ea mulier damnetur, nisi adsint alia argumenta, quæ præsumptionem hanc Juris roborent, eique vim addant, ex qua rea damnari queat præsumpti adulterii. Eodem modo licet præsumere à præterito ad præsens ita, ut, qui malus fuit, censeatur reipsa & in præsentiarum malus. Id, quod eleganter tradidit (22) Quinctilianus: *spectanda*, inquit, *sunt ante acta, dictaque: ex præteritis enim æstimari solent præsentia. Quis ullam ullius boni spem habebit in eo, cujus primum tempus ætatis palam fuerit ad omnes libidines divulgatum?* Quare & is, qui semel homicidium patravit, censetur occidisse eum, cujus homicida ignoratur: Ita docentibus (23) Saliceto, (24) Marsilio, & (25) Alciato: & is, qui semel inimicus fuit, adhuc inimicus præsumitur, ut ex rescripto (26) Alexandri Cæsaris docet (27) Baldus, & is etiam, qui ob vitium repulsam passus est ab electione, nunquam deinceps admittitur, quòd vitium durare præsumatur; quemadmodum (28) Abbas asseruit. Denique præsumptio est à præterito, & præsenti ad futurum, atque adeò qui fuit, vel est malus, censetur malus fore. Hinc (29) Ulpianus dicit, eum, qui semel calumniatus est, calumniaturum præsumi: & tradit Arrius (30) Menander, militem, qui semalè in militia gessit, putari malè acturum in posterum. Quemadmodum censuit & (31) Hieronymus docens, negligentem semel, præsumi deinceps negligentem: Unde multa (32) DD. inferunt, quibus consentanea tradunt Baldus, Romanus, & Glossa rimati Caji IC. (33) sententiam, quorum decisiones recipiunt (34) Aretinus, (35) Marsilius, & (36) Igneus. Huc pertinet illud, quod passim ex (37) Jure dicimus, confirmatque (38) Alciatus, & Lucas (39) de Penna, semel perjurum adeò deinceps perjurum reputari, ut rejiciatur propterea à juramento præstando: Id, quod ante hos adnotavit (40) Cicero dicens, ubi quis semel pejeraverit, ei credi postea, etiamsi per plures Deos juret, non oportet. Idipsum docent (41) Salicetus, & (42) Aretinus de eo, qui reus falsi convictus est; ajunt enim, eum & in posterum falsarium censendum: quod & ad dolum protendit (43) Romanus, & ad hæresim (44) Menochius.

IX. Ex his porro palam est, quanti facienda sit Photiani Theologi censura, quâ solemniter excipit illam regulam tot DD. essatis certam, tot Juribus in Græcia receptis constitutam, cui nihil obest, quod superciliosè vir legum imperitissimus undequaque congerit sic (1) declamans. οὐδ' ἀγνοῶ μὲν, ὅτι παράπτει τοῦτό γε ἀξίωμα γέγονε, καὶ γνώμη νομοθετοῦσα, καὶ νομοθετηθεῖσα. ἀλλὰ καὶ ἄδικος, καὶ σφαλερὸν ἐν πλείστοις, καὶ ταῖς ἱεραῖς διατάξεσιν ἐναντία, πρῶτον μὲν οὐχ ὅτι τις φιλάργυρος, καὶ φιλήδονος, ὅθεν κακὸς ἐν πᾶσι, εἰ δ' οὐκ ἐν πᾶσι, κατὰ τὸ συμβεβηκὸς κακὸς, καὶ ὁ περαίνεται τὸ ἐπιχείρημα. δεύτερον δὲ οὐχ ὁ ποτὲ κακὸς, πάντοτε κακός. εἰ μὴ δυσσεβῶς λέγοις κακοὺς τοὺς κορυφαίους τῶν ἀποστόλων, ὅτι πρῶτον οὗτος τὴν ἐκκλησίαν ἐδίωκε, κἀκεῖνος τὸν Χριστὸν ἠρνήθη. τρίτον κατὰ τοὺς νόμους, καὶ τὰ σημειώματα τῶν μεγάλων πατριαρχῶν φανερῶς τοῦτο δὴ τὸ ἀξίωμα τὴν κακίαν ἐκ τῆς κακίας ἀναφέρον, καὶ συλλογιζόμενον, κακὸν σόφισμα λέγεται. ἀνάγνωθι γοῦν τὰ τοῦ κυροῦ Μανουὴλ, καὶ κυροῦ Ἀλεξίου, καὶ κυροῦ Στυπιώτου, ἔτι δὲ καὶ νεαρὰν τοῦ Κομνηνοῦ Μανουὴλ περὶ ὑποψίας, καὶ νεαρὰν τοῦ Ἀγγέλου Ἰσαακίου περὶ βίου, καὶ διαίτης κληρικῶν. πλὴν ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο τὸ λόγιον οἱ πολλοὶ τῶν Λατίνων πάνυ γελοῖον λέγουσι, καὶ μέμφονται, διδάσκοντες οὐδ' ὑποψίαν ἐμποιεῖν. *Neque ignoro, hoc axioma penes quospiam haberi pro lege præcipiente, & præcepta: sed lex injusta est, & in plerisque falsa, sacrisque constitutionibus contraria. Nam primò, non quia quis avarus, propterea illecebris Voluptatum addictus: quare malus in aliquo, non in omnibus, quòd si non in omnibus, jam ex accidente malus, & argumentatio perparum conficit. Secundò, non qui semel malus semper malus, ni irreligiosè dicas, & impiè malos Apostolorum proceres Petrum, & Paulum, quòd ante, hic quidem hostili in Ecclesiam animo functus sit, at ille Christum fuerit inficiatus. Tertiò, juxta leges & subsignationes Magnorum Patriarcharum palam hoc dictum nequitiam ex nequitia colligens, ac deducens, malum sophisma dicitur. Lege sis, quæ constituit D. Manuel, D. Alexius, D. Stipiotes; præterea Novellam Comneni Manuelis de Suspicione, & Novellam Angeli Isaacii de vita, vitaque Clericæ instituto; denique hoc effatum plerique Latinorum planè ridiculum dicunt, & damnant docentes, ne suspicionem quidem eo fieri.*

X. Hæc, inquam, Photiani Theologi captiosa, imò inepta sophismata nihil obsunt Regulæ à Jure utrique Genti notissimo receptæ, totque Sapientum Suffragiis constitutæ: quorum nominibus per nos recitatis tollitur ultima Coressii ratio, quæ non falsa modò, mendax etiam est. Quis enim dicat, à Latinis eam regulam ridiculam censeri, quam tot Summates Jurisconsulti veram affirmant, reverà docentes veram, certamque præsumptionem ex ea fieri, sive præsumptio dicenda sit hominis, ut Albericus (1) censuit, sive ut veriùs tradit (2) Menochius, præsumptio Juris. Ajunt illi quidem egregiè, hanc præsumptionem locum non habere in occultis criminibus; in his enim interpretationem faciundam in optimam partem ex Juris (3) ipsius authoritate. Quare eum, qui clam peccavit, censeri, vel pœnituisse criminis, vel pœnitere, quemadmodum confirmat post (4) Belvisium, & (5) Albericum, (6) Alciatus, & ex eo (7) Menochius. At hoc circumscribit quidem, & intra limites certos generalem illam regulam cogit, non tollit, aut abrogat. Imò confirmat, quando notum illud

(29) In L. si cui §. iisdem ff. de accusat.
(30) In L. non omnis §. à barbaris ff. de re milit.
(31) In c. scribam de præsum.
(32) Jo. Andr. Abb. Imol. Felin. in d. c. scribebam.
(33) In L. Lege Cornelia ad SC. Sylla.
(34) Tract. malef. ver. publica fama vers. quarto notandũ.
(35) In L. maritus ff. de quæstio
(36) In d. L. Lege Cornelia.
(37) c. parvuli 22. q. 5. c. literas de præsum.
(38) d. regul. 2. præsump. 10.
(39) In L. 3. vol. 2. vers. 31. præsum. cod. de Apoth. public. li. 10.
(40) Orat. pro Rabirio.
(41) In L. si ex falsis colum. pen. C. de transact.
(42) In d. L. si ex falsis.
(43) Cons. 54. n. 6.
(44) Lib. 5. præsum. 18. n. 15.

(1) In Synop. Nil. ad Can. nis. septimæ Synodi.

(1) In L. omni modo n. 6. C. de inoff. test.
(2) Ex d. c. semel l. 6. præsum. 32. n. 17.
(3) C. si omnia 6. q. 1. c. ex tuarum de sortileg.
(4) d. L. omnimodo.
(5) d. L. omnimodo.
(6) d. regul 2. præsump. 7. in fin.
(7) d. præsump. 32. n. 46. & seq.

Digitized by Google

lud lippis, & tonsoribus soli Coressio potuit ignotum esse, exceptione firmari regulam, ut, qui dicit regulam in aliquo veram non esse; eam veram esse in cæteris hoc ipso constituat. Jam, quid rudius prima ratione? Repete, sis quam damnas regulam, nosces te non intellexisse quid damnes, *Semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, non in diverso*. Nam in diverso genere mali, consecutio infirma est, ut autumant omnes cum relatis Belvisio, & Alberico verba (8) Justiniani explanantibus, quorum sententiæ suffragantur (9) Bartholus, Petrus (10) de Ancharano, Joannes (11) de Anania, (12) Marsilius, (13) Alciatus, (14) Grammatica, & (15) Cassanęus, ante quos Baldus, & Imola quod scripsit (16) Paulus IC. explicantes, idipsum censuerunt, quemadmodum (17) & alii, quorum tamen opportunâ adnotatione novimus, licet non valeat à scelere ad scelus diversum, valituram tamen consecutionem etiam ad diversum, si diversa connexa sint. Ita, licèt ab avaritiâ inferri nequeat ad Voluptatem, aut prodigentiam, quæ Vitia diversa, & contraria sunt, valebit tamen ab Avaritiâ ad fraudem, dolumque malum in contractibus, ad furta, ad usuras, & vice versâ, quemadmodum à superbiâ ad vanam gloriam, ad Simoniam, & alia hujusmodi, nimirum propter connexionem, quam hæc invicem Vitia naturâ sua aut nacta sunt, aut plerunque habent. Qua ratione (18) Felinus, & (19) Tiraquellus dixere, luxuriosam mulierem prodigam etiam præsumi, licet luxuries, & prodigentia longè diversa sint Vitia, quod etiam docuit (20) Glossa. Eadem facilitate secunda ratio Coressii tollitur. Neque enim regula, quam tuemur, de eo est, quem anteactorum scelerum religiosè pœnituit, aut de eo, qui semel malus in meliorem mox frugem conversus à malo saltem per triennium abstinuit se; Nam huiusmodi semel malos non præsumi deinceps malos constitutissimi Juris est ex Authentico (21) Justiniani, ubi Angelus. Idem censuere (22) Salicetus (23) Albericus, & (24) Romanus, & Antonius (25) Corsetus cum magistro suo (26) Barbatia, & (27) Felino, quibus consentanea tradit (28) Gomez, (29) Boerius, (30) Cassanæus, (31) Rolandus post (32) Bartholum, quem sequitur (33) Alciatus illud rigidè notans, eam regulam intelligi etiam de pœnitente, si magna ejus pœnitentia non fuerit, quæ constantiam hominis futuram indicet, qualem dixeris Religiosæ familiæ institutum susceptum. Quod tamen non placet; existimo enim, eum, quem simpliciter facti pœnituit, dummodo id innotescat verbis ipsius, vel factis, non præsumi malum deinceps. Id, quod Bartholus, & Baldus constituere ex verbis (34) Justiniani, arbitrati post peractam pœnitentiam, receptamve ab Exhomologeta Sacerdote veniam, quod attinet ad præsumptionem,

(8) In d. L. omni modo n. 5. (9) L. Cassius ff. de Senat. & in d. §. iisdem. (10) In d. reg. semel mal. (11) In c. Petrus Diaconus de homic. (12) Cons. 15. n. 9. et in Pract. Crim. §. constante n. 45. (13) d. præsump. 7. n. 2. (14) Decis. 25. n. 7. (15) Cons. 58. col. 3. (16) In L. ult. ff. de hær. instis. (17) Luc. de Pen. in L. quemadmodũ. C. Agric. & censit. li. 10. Felin. in c. cum in jure n. 2. de off. deleg. (18) In c. pastoralis col. 3. de Judic. (19) De ll. connub. L. 9. n. 06. (20) In L. & mulieri ff. de curat. furios. (21) §. hinc autem ver. nam, etsi vitium. Auth. de Monachis. (22) In L. ult. §. si fundam. 1. ff. qui satisd. cogant. & in L. si minorem ff. de in integ. restit. min. (23) In d. L. omni modo (24) Cons. 236 ut præmissa num. 6. (25) In sing. verb. præsump. incipit reg. quod semel. (26) In c. testimonium ad fin. de testib (27) In c. cum deputati col. 1. de Judic. (28) In reg. Cancell. prœf. ad Reg. de Triennal. ad fin. (29) In Additio ad Dynum in reg. semel de reg. iur. in 6. (30) Cons. 60. n. 4. (31) Cons. 63. n. 12 lib. 3. (32) In L si prius n. 18. ff. de nov oper. nunciat (33) d. præsum. 7. n. 2. (34) In L. Imperialis Cod. de Nupt. (35) In d. L. Imperialis.

eum, qui deliquit, haberi, ac si non deliquisset. Imò addit (35) Bartholus, perjurum, tametsi cæteroqui non admittatur ad testimonium, peractâ Pœnitentia, admitti oportere, quam decisionem probavit (36) Afflictus, licèt de ea (37) Jason maximopere dubitet. Huc pertinent tum quod (38) Baldus docuit, & post eum (39) Fulgosius, licèt mater meretrix filiam exhæredem facere non possit, posse tamen, si eam criminum pœnituerit: tum quod (40) Jason asseruit ex sententia Speculatoris, Antonii de Butrio, Abbatis, & Alexandri, quos ille producit, filiam quamvis pater alere, & dotare, si sui corporis alicui potestatem fecerit, minimè cogatur, dotandam tamen, & alendam post pœnitentiam. Cui persimile est, quod tradit (41) Alexander, filium, licèt causa ingrati animi pater possit exhęredem facere, ea ex causa post pœnitentiam exhæredem fieri non posse. Id, quod etiam Curtius (42) junior asseruit. Imò idem (43) Jason ingratum filium exhæredem factum, post reconciliationem cum patre, putat hæreditati restitui, quasi exhęredatio ex illa reconciliatione revocata censeatur.

XI. Similia scribit (1) Bartholus, & (2) Soccinus Junior, & apud eum Marsilius: ex quibus constat, Regulâ, quam laudamus, nihil contra Principes Apostolorum constitui; quando hi adeò ante acta delicta odere, ut Petrus amarè fleverit, Paulus Ecclesiam fortiter tutatus sit: uterque Pietati sanguinem, & vitam impenderit. Quò fit, ut à præteritis peccatis non potuerit ad futurum præsumptio institui, quando vitæ emendatio, cùm bonum faciat, intercipit præsumptionem. Cæterùm non video, quid obsit præsumptioni hujusmodi, si aliquando ex malitiâ non inferatur malitia: quòdque hæc argumentatio consecutionem deducat per accidens. An putat Coressius, in judicio Judicem eo planè modo argumentari, quo Socrates in Pyræo aut Plato in Academia, aut in Stoa Zeno, aut in Peripato Stagirites? Ita, si existimavit Coressius, planè, quid sit Judicium, haudquaquam intellexit. In eo adeò argumentum ex accidente non respuitur, ut in iis, quæ manifesta non sunt, à plerumque accidentibus, à similibus vero, à probabilibus, & indiciis Judex concludat, quemadmodum tritum est Jurisperitis omnibus. Hinc Juribus per eundem Coressium ineptè productis nihil respondendum esse censemus. Eius dumtaxat Photianis authores sumus, ut loca per Coressium prolata perlegant, agnoscantque Theologi sui vel ignorantiam, vel perfidiam, cùm viderint in ipsis palam agi de iis, qui, vel cùm uno peccarint in genere, arguuntur in alio, multis, uti Græci dicimus, disssito parasangis, vel post vitæ, morumque emendationem improbi judicantur, vel denique, ut in Novellis relatis, de iis delictis sermo est, quæ ipso temporis cursu, ætateque ipsa altera, aut etiam alia fiunt. Nam Manuelis Novella, itidemque Isacii de vitio libidinis agunt, decernuntque, etsi vehemens fuisse probetur in adolescentia, & juventute, attamen extinctam in senectute præsumi. Id, quod Latini etiam Doctores, incolumi Regulâ, quam defendimus, ultrò concedunt, confirmatque, tum ex traditis,

con-

(35) In d. L. Imperialis. (36) Decis. 36. n. 4. (37) In L. in arenã n. 5 C. de inoff. test. (38) In d. L. in arenam. (39) In d. L. in arenam n. 5. (40) In d. L. in arenam n. 6. (41) In d. L. 1. col. ult. n. 45. ff. solut. Matrim. (42) In L. admonẽdi n. 73. ff. de jurejurando. (43) In d. L. in arenam n. 8.

Digitized by Google

constitutisque in Jure Pontificio, tum ex propositis per Bartholum, Felinum, & Alciatum, quibus, ac cæteris, quos hucusque produximus, uti fatuo inclamantibus Coressio, ea Regula stabit, evincetque, eos, qui apparent criminosi, talesque vulgò censentur, criminosos etiam in posterum censeri futuros, atque adeò neque recipi, neque cogi ad Ordines posse, ne quid videatur Ecclesiæ ex tam profanis initiis impendere periculi.

XII. Cessat hoc, si vir pius, doctus, & tanto munere dignus cogatur ad Ordines; quare universim dicendum est contra Coressium, posse Antistitem subjectum sibi hominem, si aptus sit, idque poscat Ecclesiæ necessitas, ad Ordines suscipiendos adigere. Scilicet Ordines Officia sunt, ut accuratè docuimus, Officia verò onera sunt: Præses autem obligare potest ad onus quodlibet aptum oneri ferendo, si è Republica sit talis obligatio. Id, quod potiori jure tribuendum est Sacrorum Principi, ut nimirum cogere possit subjectum ad subeundam Officii aleam, atque adeò Ordinis, ac dignitatis Ecclesiasticæ cujuscunque. Nam, cùm ea sit Principis potestas, ut in bonum publicum sive *directum*, uti dicunt, sive *indirectum*, imperare possit subjectis, atque eos obligare ad aliquid, ut patet ex Tractatione (1) nostra de Constitutionibus, ubi illud ostendimus non modo ex recentissima decisione Innocentii XI. verùm ex ipso Juris utriusque præscripto, posse Principem legem condere, aut mandatum dare etiam in foro interiori animæ obligans, quod & in hoc Opere (2) nostro delibavimus. Cùm, inquam, Princeps ad bonum publicum obligare possit, potest utique etiam obligare ad onus per se obligans ad aliquid specialius faciendum, hoc est, ad Officium, ac proinde obligare non modò *directè*, verùm etiam *reflexè*, uti dicimus, nempe non modo obligare, sed etiam ad obligans obligare. Etenim manifestum est, cùm de publica utilitate agitur, posse Principem circa nos, quod nos ipsi. Cùm igitur nos ipsi, & nos obligare, & nos ipsos addicere oneri per se obliganti possimus; utrunque Princeps potest. Et ratio *à priori*, ut ajunt, hoc est, à causà deducta, ea est, quia bono publico debemus omnia nostra, nosque: Quapropter non obligamur modò à Natura ad publicam utilitatem, verùm etiam obligamur ad hoc, ut si quando necesse, aut utile sit, teneamur obligare nos ad id, quod interest Reipublicæ. Hinc est, cùm nostrum sit, & debere omnia Reipublicæ, & hoc ipsum, ut quodlibet onus subeundem sit nobis pro viribus, cùm Reipublicæ interest; quòd Princeps non modò cogere nos possit ad præstandum, quod debemus *directè* bono Reipublicæ, sed & ad id, quod *reflexè* debemus eidem; atque adeò cogere nos potest ad onus subeundum, cùm id suadet publica utilitas; hoc est cogere nos potest ad Officium quodcunque. Nec luculentissimæ rationi vis deest ex Juris, & Vetustatis authoritate. Ecce delegationis Officium non confertur illæsa libertate accipientis, sed mandato delegantis confertur, ut patet ex (3) Jure: si autem per mandatum confertur, Delegatus per illud cogitur, quod illi ex imperio confertur, accipere, nec potest jubente Principe Principis jussibus [obluctari. Quod etiam protendendum est ad quemlibet Delegatum Ordinarii, cui si is, qui datur Judex, subjectus sit, cogitur parere in eo, quod est assumere imperatam, mandatamque jurisdictionem, procurationemque commissi negotii, ut constat ex Jure (4) utroque, & asserunt uno ore Canonistæ cum (5) Abbate. Authoritati Juris adde sacrorum exempla Virorum, qui ex imperio Ecclesiæ, vel summorum Antistitum Officia suscepere gerenda, & quidem nec sponte, neque cum tergiversatione mediocri: adeò quandoque inviti, ut quidam vim sibi illatam per dolum, quò reciperent Ordines, scipione ulcisci nisi sint, uti de Macedonio Monacho narrat (6) Theodoretus; alii verò modestiùs ad evitandum periculosæ dignitatis imperatum licet, in vectumque munus nequicquam exilia maluerint, silvarum, antrorumque latebras adierint, lacrimis denique, ac toto pallidæ formidinis terrore, quin etiam aliquando pià criminum jactantià tutos se frustra à formidatis honoribus exoptaverint. Neque aliter actum est, ut aut Ambrosius Mediolanensem Infulam, aut Gregorius I. Pontificiam Tiaram tandem adsumerent, nisi Ecclesiastico jussu, quem illi frustra vitaverant, quando Numinis providentià nobili à fuga revocati, inviti suscepere, quod summ`i Ope, totisque viribus (7) declinarant. Adeò verum est, posse à Principe vel invitum subditum cogi ad Officium, tametsi plurimum oneris habeat. Quod ut recentioribus exemplis certiùs innotescat, Sacram Societatis Jesu Familiam attentiùs perpendamus. Quæ ab ultimà stirpe, ipsisque cunabulis Veritati edicendæ, instituendisque ad Sapientiam animis data est, ea, quam asserimus contra Photianum Rabulam, Thesim manifestissimam dabit: quæque Philosophiæ olim pueriliter deliranti virilia contulit sensa, Theologiæ disputanti confusiùs splendorem fecit ab Ordine: scientiis denique cæteris vim, robur, sinceram, certamque normam una conscripsit, ea etiam sacri Juris Interpreti, qui eam semper amabit matrem, matrem semper habebit, conferet aliquid exemplo ad propositi confirmationem. Scilicet in ea quicunque solemnibus nodis Numini c[...]ecrant libertatem, fugam honorum omniu[m], ac dignitatum solemniter profitentur: ex qua tamen jussu Pontificum revocantur: quibus jubentibus Magistratum, imperantibus dignitatem, parere necesse est. Ita obsequio ad Infulas, ad Purpuram eunt, quique aliis votum est, honor, nec nisi efflagitantibus datur, his obsequium unum est, quibus, non nisi parentibus, dari potest. Ut hinc Pliniana tandem adulatio similia ὑπερβολικῶς jactare desinat in Trajano suo: ratumque sit, quod contra Coressianas ineptias asserimus, posse subjectorum quemlibet, si tamen aptus sit, cùm è Reipublicæ utilitate est, ad Officium cogi posse quemlibet, si dignus sit, idque Ecclesiæ utilitas, aut necessitas poscat, ad sacros vel invitum Ordines adigi.

(1) *Prælect.* 12.

(2) *Responso* 4. *sect. ult.*

(3) *L.* 1. §. *qui mandatam. L. mādata, & ss. ff. de off. ejus &c.*

(4) *C. pastoralis in princ. de off. deleg. c. pastoralis de off. Ordin. L. un. Cod. quā pro sua jurisd. dare jud. darive poss.*

(5) *In c. prudentiam.* §. *adjicimus. n.* 5. *de off. delegat.*

(6) *Hist. Relig. c.* 13.

(7) *Vid. Paul. in vit. Ambros. & Baron. ad ann.* 374. *Jo. Diacon. in vita S. Gregor. Papæ lib.* 1. *c.* 44. *Gregor. Turon. hist. Frā. li.* 10. *c.* 1. *in fin. D. Greg. M. Pastor. li.* 6. *Ep.* 4. *& l.* 2. *Ep.* 10. *Baron. ad ann.* 596.

Digitized by Google

SECTIO III.

Quid Sit Probatio. Deque Baptismo Latinorum, & Spiritus S. Processione.

SUMMARIUM.

I. *Proponitur sententia Margunii circa nomen Græcum Probationis:*

II. *Refellitur Margunius, & dari scientiam demonstratur Juris humani authoritate.*

III. *Idem probatur Ratione, & Jure Divino.*

IV. *Docentur Photiani, unde sit scientiæ in nobis, & explicatur effatum Socratis.*

V. *Explicatur, quâ ratione omnis peccator dicitur ignorare.*

VI. *Ritè à Græcis Probationem Demonstrationem appellari: Definitionem Probationis traditam ab Azone ambiguam esse, ac proinde non bonam.*

VII. *Reprobatur definitio Goffredi, & Recentiorum, statuiturque optima cum Baldo. Eam congruere Jurisprudentię Gręcæ ostenditur.*

VIII. *Rabies Margunii in eam Definitionem. Demonstratur ejus stoliditas in clarissimo Anachronismo. Matthæus Monachus quantò antiquior Baldo.*

IX. *Amplecti Latinorum sententias, si rationi consentaneę sint, non esse indecorum Gręcię. Ab hac nunquam Latinos fuisse damnatos ex effato Photiani Jurisconsulti.*

X. *Idem confirmatur validiùs multiplici, & ineluctabili Photianorum authoritate.*

XI. *Horrendum dogma Margunii, & Coressii de baptizandis iterum Latinis quàm detestabile, quàm absonum Juri sit, ostenditur.*

XII. *Refelluntur calumniæ Coressii: & primò illa, quâ arguuntur Latini duo principia Spiritus sancti constituere. Probatur, etiam hoc dato, non esse iterùm baptizandos.*

XIII. *Argumentum Photianorum probantium, Spiritum S. à duobus principiis esse, si à Patre, & Filio procedit, quàm ridiculum sit, hypotyposi quadam proponitur.*

XIV. *Etiamsi, quod Orthodoxi negamus, duo essent principia Spiritus, non tamen Spiritus duo: argumentum ad hoc Vecci.*

XV. *Ostenditur, unam actionem à duobus coalescentibus in unum principium esse posse argumento ineluctabili.*

XVI. *Latini Baptisma conferunt ternâ immersione, quâ immersio etiam ad infusionem extenditur: ratio hujus trinæ immersionis ex Patribus.*

XVII. *Non esse necessariam immersionem propriam in Baptismo; sufficere infusionem, probari moribus Græcis.*

XVIII. *Idipsum probatur rationibus ex Jure Græco petitis, & ex Antiquitate.*

XIX. *Idem constituitur authoritate Jurisconsultorum Græcorum.*

XX. *Idem confirmatur sententia Margunii, more Majorum, & Ritualibus libris.*

XXI. *Immersio, vel infusio trina ad ritum pertinet: una sufficit ad valorem Sacramenti. Probatur Jure Latino, & Græco, & solvuntur argumenta Coressii.*

I. MAnifestum est ex his, licèt possit Episcopus Ordines collaturus aliquando ex propriâ scientiâ Examen instituere, Candidatique Ordines exposcentis conditionem æstimare, plerunque tamen, & tutiùs semper, contra ea, quæ Margunius commentus est, facturum, si Examen, judiciumque hoc sacrum, periculosæ plenum aleæ negotium, ex Probationibus exequatur. Hinc porro necessarium omnino videtur aliquid de Probationibus dicere, ut tandem constituamus eas, quibus Episcopo utendum erit in Disquisitione hac & difficili, & crebrâ. Et primò videor mihi operæ pretium facturus, si & Probationem definiam, &, quotuplex sit, ostendam. Quamvis enim nota hæc Latinis, ac translativa sint, atque à nobis hoc ipso, quo scribimus anno, publicè Auditoribus nostris proposita, tamen habent multa, quæ Photianorum dementiam, & improbitatem præseferunt, quæ à nobis omnino castiganda est; quippe propterea scribentibus, ut, quod sæpe diximus, & Græci cognoscant, qui sint, fuerintve illi, quorum stolidissimis technis perculsa Gens nostra pessundata est; & Latini fateantur, non Græcis adscribendas ineptias esse, quas inter Græcos aliqui effutiunt, sed Photianis, quos ubique æquè Nostrarum, ac Latinarum hostes sententiarum ostendimus, dum commune ubique Ecclesiæ utriusque Suffragium vel in levioribus demonstramus. Ergo nulla esto mora propositi, cujus quando breviter satagendum est, omittimus ipso in limine pueriles Etymologias, in quibus plus æquo medius fidius placuere sibi Doctores, quos de ipso Probationis vocabulo disceptantes, & in re nullius planè precii magnis animis contendentes refert Joseph Mascardus. Illud dumtaxat hìc doctis hominibus deridendum propono, quod (1) Margunius noster ex (2) Balsamone, Georgio (3) Cyprio, (4) Palama, aliisque cordatissimis Photianis pronunciat. Probationem à Nostris ἀπόδειξιν *demonstrationem* dici per catachresin, quòd ea nihil demonstretur. Nam quî, inquit, demonstrari aliquid possit, cùm nulla detur Scientia, cùm ii simus, qui Vespertilionum more lumen veritatis aspicimus? ἰδὲ ἀδύνατον τὸ γνῶναι. πόθεν γάρ; ἐκ τῆς αἰσθήσεως; ἀλλὰ σφαλεραί. ἐκ τῆς διανοίας; ἀλλ' ὑπόκειται ἐν τῷ νοεῖν ταῖς αἰσθήσεσι, καὶ τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγῶν εἰς κρημνὸν εἰσάγει τῆς ἀγνωσίας. λοιπὸν καλῶς ὁ Σωκράτης, τοῦτο οἶδα, ἔφη, ὅτι οὐδὲν οἶδα. οἱ δὲ πνευματομάχοι τἀναντία περὶ αὐτῶν διαθρυλλοῦσι, καὶ λέγουσιν· ἡμεῖς οἴδαμεν, ἡμεῖς ἀποδείξεις βεβαίους ἔχομεν. πῶς; καταπολεμεῖτε τὴν θείαν γραφήν; ἐν αὐταῖς γὰρ πᾶς ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς, καὶ οὐδεὶς ἄμοιρος ἁμαρτίας, οὐδὲ νήπιον μιᾶς ἡμέρας ἐπὶ τῆς γῆς. ἔτι δὲ φησὶν, ὅτι πᾶς ἁμαρτωλὸς ἄφρων· λοιπὸν καὶ πᾶς ἄνθρωπος. *Ecce scire ipsum ex iis est, quæ esse non possunt, Unde enim? E sensibus? Sed errori obnoxii sunt. Ex intelligentia? At hæc subest sensibus, dum cognoscit: cæcus autem si cæcum ducat, in præcipitium ignorantiæ deducit. Quare optimè Socrates, hoc unum, inquit, scio, quòd nihil scio. At hostes Sancti Spiritus contraria de se ipsis jactant, & dicunt: Nos scimus, nos probationes habemus certas. Quo pacto? impugnatis Paginas sacras? In illis enim omnis homo* pec-

(1) *In Antirrhetico pro Marco c. 11.*
(2) *In respons. ad Episc. Cypri.*
(3) *In Epist. ad Gregor. 2.*
(4) *Orat. 3. contra Barlaam.*

Digitized by Google

peccator est, & nemo purus à crimine, ne infans quidem unius diei super terra. Est autem manifestum, quemlibet desipere peccatorem. Igitur & omnis homo.

II. O miram isthanc Ignorantiam vestram, Photiani, quæ ubique constans, sibique æqualis, vel cùm se ipsam tuetur, Ignorantia est, Ignorantiamque se prædicat! Quid igitur? Credemus ne Ignorantiæ? An laborabimus Ignorantiam rejecturi? Apage fidem non debitam, imò nequaquam præstandam: Amove laborem inutilem, qui, si quid unquam contendat, aut enitatur, nil ultra evincet, quàm quod fatentur Photiani ipsi. Id ergo unum agemus, ut à manifesta calumniâ linguæ nostræ proprietatem vindicemus, æquitatemque doceamus Judiciorum nostrorum, quæ, si nulla probatio est, iniquissima erunt. Quî enim justam sententiam dicas, quæ ex probationibus, hoc est, ut Margunius, & Photiani autumant, ex Ignorantiâ procedit. Unde sic licet argumentari. Omne judicium definiens aliquid, si justum, ex rei, quam definit, scientiâ necessariò est: At Judicia justa multa sunt: datur ergo, & reipsa dari potest Scientia. Major Syllogismi positio manifesta est; nam omne Judicium definiens certò asserit, quod definit. Definitio enim sive à Philosophis petatur, sive à Jurisconsultis, omnino, ac semper certum facit, ac notum id, quod definit. Etenim (1) Philosophis definitio est certa explicatio rei per causas intimas, quas *formales* appellant, Jurisconsultis verò est firma, & indubitata responsio, ut ab opinione secernatur, quæ est responsio cum dubitatione, quemadmodum & (2) Harmenopulus Nos docet, & Latinos (3) Glossographus. Definitio igitur certò asserit, quod definit: esset autem injusta, si certò definiret, quod planè ignorat. Scilicet esset temeraria; temerarium porro Judicium injustum est. Ergo, si justum, non temerarium, si non temerarium, ex certâ notitiâ necessariò; patetque manifestè prima positio. Nec manifestè minus secunda. Esse enim multa judicia justa adeò constat, ut si secus asseras, asserendum sit, nullam esse in Orbe Terrarum Justitiam, verum esse, non hyperbolicum, quod Poetæ cum (4) Juvenale deplorant.

Paulatim deinde ad Superos Astræa recessit,
Hac Comite atque duæ pariter fugere sorores.

Quid quod, si nulla Justitia Terras incoleret, fallum Numen ore (5) Sapientis pronunciat. *δι ἐμῦ βασιλεῖς βασιλεύοσι, κ οἱ δυνάσαι γράφοσι δικαιοσύνω. Per me reges regnant, & legum Conditores justa decernunt: per me Principes imperant, & potentes decernunt justitiam.* Imò & absurdum, quod imperat ejuidem (6) Sapientis effato: *ἀγαπήσατε δικαιοσύνω οἱ κρίνοντες τὼ γῆν: diligite justitiam, qui judicatis terram.* Quî enim diligant, quod haberi non potest? aut quî jubentur diligere, quod, testibus Photianis, nefas est? Sunt igitur multa judicia justa, ne aut Deus mentitus, quod impium est: aut Principes nulli, Respublicæ, leges nullæ esse dicantur: quod ritè dixeris sacrilegium. Unde subsequitur, Scientiam esse, ne, dum Ignorantiam adstruimus, non solùm licitam, sed etiam necessariam injustitiam asseramus.

(1) *Quos adduximus in Summul. C. de definit. Controv. 3.*
(2) *In Tit. Pandect. de Just. & Jur.*
(3) *In §. responsa ver. sententiæ, & ver. opinionis. Inftit. de Jur. nat. Gent. & civil.*
(4) *Satyr. 6. sub init.*
(5) *Prover. c. 8. n. 16.*
(6) *Sapien. c. 1. n. 1.*

III. Et sanè nihil hac Veritate manifestius, de qua unus dumtaxat cum Scepticis (1) Pyrrho de omnibus dubitans dubitavit. Nam (2) Plato novàm hercle inficiatus, scientias omnes nobis inditas à Naturâ, constituit; & quicunque in Græciâ nostrâ philosophati sunt, id in primis certissimum habuere, acquiri posse scientiam, quam amando quærebant, non quæsituri, si putassent inveniri non posse. Quo fit, ut (3) Augustinus existimaverit, delirare eos, qui Scientiam, & Veritatem inficiantur, quando hoc ipso, quo utrumque illud pernegant, affirmant utrunque. Nam hoc ipsum, quod negas, affirmatève constituis, non dari scientiam, atque veritatem: vel verum, vel falsum est: vel verum, vel falsum scis? Si verum: datur igitur veritas in hoc ipso, quod negas. Si falsum, est igitur veritas: quam falsò inficiare, Si verum scis; scis igitur. Itidemque scis, si falsum scis. Utrobique igitur scis: estque in te, qui negas scientiam, scientia ipsa, quam pernegas. Adde scientiam negari non posse, quin Sacræ Paginæ falsi, absurdive damnentur. Hac implevit Deus Beseleel in (4) Exodo, & hanc omnes homines docet ex effato (5) Psaltæ. Hanc *imprudentes oderunt, Sapientes abscondunt, versuti celant, astuti expectant, diligunt amatores Disciplinarum. Hanc, cùm custodiant oculi Domini, cor autem rectum inquirat, impii*, quales Jure dixeris Photianos; *ignorant*: quæ omnia (6) Parœmiastes asseruit; falsa sanè, si nulla esset Scientia. Dies me deficeret, si loca omnia litterarum sacrarum, queis esse in hominibus scientiam docemur, mihi hìc adnotanda essent. Videant Photiani, si Alphabetum conjugare norunt, aut, his ignorantibus legere, videant Græci nostri, quid censeat (7) Ecclesiastes, quid (8) Sapiens, quid (9) Siracides, quid (10) Isaias, & cum (11) Jeremia, (12) Malachias; quid denique Paulus (13) Apostolus: atque inde cognoscant, an receptis, ut planè necesse est, sacris Paginis, negari possit humanæ mentis Scientia.

IV. Sed unde, inquit, scientia in nobis? Hoc volo: Interrogent ignorantissimi homines, ut discant, non doceant, ut cum plebeculis suis planè desipiant. Quæris, unde ad nos scire ipsum adveniat? Nempe à sensibus plerunque; aliquando ab ipsa mente nostra veræ cognitionis capace. At fallaces natura sua sensus sæpe decipiunt. Ita sanè, non tamen semper, cùmque idipsum semper, constanterque nobis credendum objiciunt, naturaliter falli non possunt. Nonne, amabo, desipies, si de eo, quod vides, idemque, & eodem semper modo vides, quod audis, eodemque modo audis, semper, dubites, ambigas, incertusve sis? Vix te totâ Anticyrâ redimes à dementiâ, si neque cæcus, neque lippus, aut strabo, apertis oculis, quod vides, nescire te dicas: aut si vigilans somniare te autumes, aut satur dubites, modò an bene cœnaveris. Quòd si aliquando fallaces sunt sensus, non inde scientia fit: fit ex eo sensuum judicio, quod naturaliter fallere, fallique non potest. Insunt menti nostræ principia, uti dicunt, prima, quæ semina quædam veritatis sunt; His ducibus fallacia sensuum deprehenditur, quæ etiam nobis

(1) *Vide Diog. Laert. in Pyrrho. Suid. & Lexicograph. cũ Calep. in dictio. Pyrrho.*
(2) *Penes Arist. in Poster. li. 1. et Plut. de plac. Philosoph.*
(3) *Citatur ab omnib. in lib. periherm. c. de veritate.*
(4) *C. 13. n. 3. c. 35. n. 31.*
(5) *Psal. 93. ver. 10.*
(6) *Prover. c. 1. n. 22. cap. 8. nn. 15. cap. 10. n. 14. cap. 12. n. 23. cap. 14. n. 18. cap. 12. nn. 1. cap. 15. n. 2. & 7. cap. 22. n. 12. cap. 27. n. 21. c. 29. n. 7.*
(7) *C. 1. n. 18. & c. 2. n. 26.*
(8) *C. 7. n. 17. c. 8. n. 8.*
(9) *C. 1. n. 24. c. 4. n. 21. & 29. c. 5. n. 12. c. 17. n. 6. c. 21. n. 16. c. 38. n. 6.*
(10) *C. 33. n. 6.*
(11) *C. 3. n. 15.*
(12) *C. 2. n. 7.*
(13) *Ad Rom. c. 15. Corinth. c. 1. & 8. et ad Cor. 2. c. 6. c. 8. & 11. & ad Philip. c. 1. ad Coloss. c. 1.*

bis per disciplinas ingeritur, exponitur, indigitatur ita, ut minimè timendum sit, ne Photianorum ritu, uno sensu ducti, abeamus in equos, & mulos, *quibus non est intellectus*. His adde lumen Fidei divinæ, quod lucidissimâ caligine ita mentem Christianorum illustrat, ut norint, certòque norint, si quid ex Naturæ imbecillitate non vident. Hoc discimus, hoc persuademur, hoc suaviter ad id adigimur, ut testimonio sensuum Dei testimonium præferamus, credamusque, non esse Panem, cujus extima species panem præsefert: non esse Tria Trinum, esse Tres unum. Hos Tres idem esse, cùm tamen alter generet ingenitus, alter genitus sit sine principio ad tempus relato, Tertius ab utroque procedat, non hercle ut à duobus, sed ut ab uno. Id, quod suâ confessione ignorantissimi Photiani non intelligunt, facillimè intellecturi, si contemptis Doctorum suorum, qui se ignorantes fatentur, ineptiis, impendant operam acquirendis scientiis, quas esse, acquirique, atque haberi posse cognorint. Neque enim officit quidquam Socratis Apophthegma. Si dictum illud, ut sonat, intelligas, non falsum modò, tantoque Sapiente, imò inter Sapientes Græcos Sapientissimo, indignum, verùm etiam sibi ipsi repugnans, &, ut Græci dicimus, κτ̀ λέξιν ἀντίθετον, καὶ ἀντίλογον est. Hoc, inquit, unum scio, quòd nihil scio. Si hoc unum scis: ergo aliquid scis; si scis aliquid, falsum est, te nihil scire. Contra si nihil scis, neque unum scis: si unum haud scis, falsum erit te hoc unum scire. Quòd si emphaticè dictum illud, uti decet, accipias, intra commodissimos, vulgaresque dicendi terminos, quasi dicat: nihil mihi certius, compertumve magis ignorantiâ meâ, verissimum est, addo etiam Sapientissimum, & Græco Sapientissimo dignum, quippe modestum, & certum. Quò enim magis scimus, hoc magis agnoscimus, cùm multa sciamus, plurima nos ignorare; nec mediocritate hâc nostrâ contenti paratis scientiarum opibus superbimus, sed ultra tendimus, contemplatique immensitatem eorum, quæ sciri queunt, nesciunturque, quamvis obvia, occulisque subjecta, rerum, quas scimus, comparatione factâ cum rebus, quas ignoramus, ignorantiam nostram adspicimus, ut inde de nobis deinceps modestiùs sentiamus. Ita dictum illud Socraticum Scientiam non negat, sed circumscribit, ut quæ superbæ ignorantiæ maxima videtur, cùm nulla sit, minima Sapienti modestiæ videatur, cùm tamen adsit.

V. Minus premit argumentum deductum ex Sacris paginis. Quisquis peccat, ignorat: omnis homo peccat; igitur omnis ignorat. Damus totum, eoque dato nil damus Margunio. Nam Argumentatio sic data ridicula est; constat enim positionibus, quæ peculiariter prædicant, licet subjiciant universim; quo modo nihil universim colligitur. Sic enim explicatur argumentatio illa, ut vera sit. Quisquis peccat, in eo, quod peccat, ignorat; omnis homo peccat aliquid: igitur omnis homo aliquid ignorat. Id, quod verissimum est. Neque enim, qui scientiam tuemur, omnia dicimus ab hominibus sciri. Vis tamen, ut collectio universalis sit; sic argumentare. Quisquis peccat, ignorat omnia: omnis homo peccat: ignorat ergo omnia. Admitto consecutionem, si vera sit Major: at illam non ego unus, omnes homines, vosque ipsi Photianorum recentium Coryphæi negabitis. An qui peccat, hoc ipsum ignorabit, quod peccat? At ignorabit hoc ipsum, si omnia ignorat. Quòd si ignorat hoc ipsum, jam non peccat: error enim ex Jure inimicus consensui est, atque adeò qui errat, non consentit, qui autem non consentit, non peccat. Vides, quàm falsa sit illa positio: ex falso autem quid inferas, nisi falsum? Qui peccat, utique ignorat, non tamen omnia, sed ea, quæ si sciret, si consideraret, si attentiùs vellet meditari, profectò non peccaret. Atque inde peccatum est, quod, quemadmodum non omne in omni homine, ita non omnis ignorantia. Erit ergo scientia aliqua in homine, in quo omnis ignorantia non est: colligiturque ex ipsa Thesi Margunii, dari Scientiam.

VI. Hinc ex ipso nomine Græco Probationis ritè colligimus, omnem probationem Judicialem, aut quancunque aliam optimè à Majoribus nostris ἀπόδειξιν *demonstrationem* appellatam, non quòd sola demonstratio probet in Judicio, sed quòd omnis plena probatio in Judicio demonstrationis munere fungatur. Quemadmodum enim Demonstratio, (1) ex Aristotele, ejus notitiæ parens est, quâ simpliciter scimus; ita probatio ejus cognitionis est causa, quâ Judex dicitur scire, quæ pertinent ad Judicium. Hinc deducitur vera probationis definitio, quam dabimus statim, ac aliorum definitiones expenderimus. Et primò, non placet data per (2) Azonem docentem, esse rei dubiæ ostensionem per argumenta: id, quod censuere post (3) Accursium (4) Hostiensis, & (5) alii communiter. Non placet, inquam, quia manca est, & ex parte etiam ambigua. Nam in primis non solùm, quæ dubia sunt, verùm etiam certa deducuntur ad judicium, atque adeò est & probatio rei non dubiæ, ut evici hoc anno in (6) Prælectionibus meis. Deinde argumenti nomen ambiguum est, cùm aliquando Dialecticas rationes significet, aliquando modos ipsos, quibus in judicio probatur aliquid, longè à Dialecticis diversos. Argumentum est etiam Philosophorum, versaturque circa disputationes, ut Jura (7) pronunciant; & argumentis plerunque evincitur, quod dilucidè probari non potest; ut autumat Arrius (8) Menander. Quare & (9) Harmenopolus noster, οὐκ ἐπιχειρήμασιν, inquit, ἡ δίκη περαίνεται, ἀλλ' ἀποδείξεσιν ἀξιόχρεοις, καὶ τεχνικαῖς, ἃς λέγομεν δικαστικὰς εἶναι. *Neque argumentis disceptantur judicia, sed probationibus idoneis ad legum instar compositis, quas dicimus judiciales esse*. Idem scripsit (10) Matthæus Monachus iisdem verbis, quæ ex eo videtur decerpsisse Harmenopulus. Nec prodest Azonianæ finitioni id, quod in ejus patrocinium respondit Hostiensis, ibi latè sumi argumenti vocabulum. Etenim in finitionibus, propriis maximè verbis utendum est, ne in re, cujus id unum munus, ut ignotum manifestet, ex ancipiti potestate verborum obscuritas generetur. Quâ ratione omnis

(1) *l. Poster. c. 1.*
(2) *In Sum. Cod. de Probat.*
(3) *Ad rubr. Cod. eod.*
(4) *In Sum. tit. de probat. in princ.*
(5) *Abb. Deci. & alii in rubr. de probat.*
(6) *Prælect. 1. §. 4.*
(7) *C. forus §. argumentū de verb. signif. L. qui filiū. ff. ad Trebell. Bald. in rubr. Cod. de probat. col. 1.*
(8) *L. non omnes §. à barbaris ff. de re milit.*
(9) *d. tit. Pand. de Just. & Jur.*
(10) *In Attaliat. ad tit. de probat.*

omnis finitio difficilis est, & periculosa, ut asserit (11) Jurisconsultus, notavitque (12) Tipucitus noster his verbis: ὅρος δὲ δυσχερέστατον νόημα, ὅτι καὶ τὰ κρυφία φανεροῦν δεῖ αὐτόν, καὶ ἰδίοις τοῖς ῥήμασι φανεροῦν. *Finitio autem difficillimum mentis inventum est, quòd oporteat, eo abdita manifestari, & propriis hercle verbis manifestari*. Cùm igitur argumenti vox trahi possit vel ad argumentum minimè pertinens ad judicium, ambiguum est, totamque Definitionem Azonis pessumdat adeò, ut mirer, esse, qui illam probaverint.

VII. Nec minus miror fuisse, quibus placuerit finitio (1) Goffredi, qui primus finitionem Azonis damnavit, quique ita probationem descripsit, ut sit rei dubiæ per testes, & instrumenta, & plerunque indicia, & præsumptiones ostensio. Etenim hanc ipsam finitionem & Nos ex primo capite mancam edicimus, cùm & rei certæ probatio sit; & mutilam demonstrat Hostiensis propterea, quòd pluribus aliis modis probatio fiat, quos Goffredus omisit. Nam per confessionem partis fit probatio plena, uti dixit Antoninus (2) Cæsar, & Paulus (3) Jurisconsultus: & aptè probamus per evidentiam rei, vel facti, authore eodem (4) Paulo, & (5) Cajo: & Jusjurandum optimè probat in Judicio, quemadmodum constat ex dicto (6) Ulpiani: quò fit, ut hanc definitionem nemo laudaverit, licèt eam defendi posse (7) Decius putarit: id, quod recentiores impugnare conantur, quorum tamen descriptio mihi placere itidem nequit. Sic enim cum (8) Mascardo Probationem definiunt: *ostensio rei dubiæ per modos legitimos judici facienda, in causis apud ipsum Judicem controversis*. Quæ verba primò quidem cæterarum vitium habent ad rem dubiam probationem redigentia, cùm & res non dubiæ Judici probandæ sint, & pleonasmum habent inutilem in illis: *in causis apud ipsum judicem controversis*. Quæ sanè omitti poterant: cùm, si ostensio facienda est judici, ut judici, certè rerum coram ipso in controversiam deductarum. Amplector igitur (9) Baldi sententiam, & cum illo probationem definio: *fidem veri legitimis modis, atque temporibus factam cognitori causæ*. Hæc finitio numeris omnibus absoluta est. Primò enim (id, quod mihi maximè placet) congruit Juri nostro. Nam Matthæus (10) Monachus probationem eam esse dicit, δι' ἧς πίστις τινὸς πρὸς ἀλήθειαν κατὰ τοὺς νόμους τῷ κρίνοντι. *Per quam fides fit alicujus ad veritatem juxta leges ei, qui judicat*. Quæ verba approbat, laudatque (11) Harmenopulus, placueruntque tum (12) Diplovatacio, tùm (13) Lascari, viris mea sanè sententiâ Jure Græco consultissimis. Probatur autem hæc definitio ipsâ sui explicatione. Dicitur fides, ut scias hanc esse quodammodo animam omnium Judicis decretorum, quæ cùm sint actus morales, uti certum est, vitam, hoc est bonitatem, accipiunt ex fide, quando, uti docet Paulus (14) Apostolus, *omne, quod non est ex fide, peccatum est*. Dicitur veri; nam falsa probatio non est probatio, etenim nec testamentum falsum testamentum est, authore Paulo (15) IC. cujus effatum explicans (16) Accursius docet, iniquum

(11) In L. omnis definitio ff. de regul. jur.
(12) Ad tit. Pand. de regul. jur.
(1) In Sum. tit. de probat. n. 1.
(2) In L. 1. C. de Confessis.
(3) In L. 1. ff. eod.
(4) In L. vulneris ff. de jurejur.
(5) In L. si irruptione ff. fin. regund.
(6) In L. 1. ff. de jurejur.
(7) In d. rubr. de probat.
(8) De probat. vol. 1. qu. 2 n. 17.
(9) In d. rubr. C. de probat.
(10) Ad d. tit. Atal. de probat.
(11) In d. tit. Pand. de Just. & Jur.
(12) In Synop. jur. Græci de prob.
(12) In defens. Rit. Græc. de Ordin.
(14) Ad Rom. ca. 14. n. 23.
(15) In L. Paulus ff. de verb. signif.
(16) In d. L. Paulus.

modium, modium non esse, facitque, quod dicit (17) Ulpianus, & ipse (18) Baldus hæc explicans. Neque obstat, quod (19) Mascardus objicit dicens, etiamsi probaretur falsum, probationem adhuc legitimam fore, quando ex iis, quæ diximus, in judicio tametsi falsum ex allegatis probaretur, judex eas probationes sequi deberet: Nam vox illa veri, neque sumitur hìc, neque sumi potest pro vero *materialiter*, uti dicunt, sed *formaliter*, ut apparet: idemque est dicere, fides veri, ac fides ejus, quod verum apparet. Neque enim in Judicio Judex veritatem simpliciter prosequitur, sed veritatem Judicialem, quæ est probabilis, & invicta veri apparentia. Hinc dicitur legitimis modis facta, quibus verbis circumscribitur Veritas, ut ea huc venire censeatur, quæ fit modis à Lege propositis, à Lege decretis, receptisque. Sic exposita definitio caret vitiis aliarum: nam neque ambigua est, neque manca, neque redundans. Verba enim accipiuntur, ut sonant penes Jurisconsultos, quibus hæc finitio ingeritur: nec aut materiem probationis singillatim attingit, sed omnem complectitur, rationem quandam universalem præscindens à singulis; nec modos enumerat, quos tamen universim proponit, dum legitimos nominat; denique nihil habet superfluum, quippe quæ naturam Probationis unam explanat, ut in eo sita sit, quòd fidem facit, modumque ipsum naturæ, quo fidem facit, eum etiam, cui fidem ejusmodi facit: quæ omnia necessaria sunt, ut intelligatur apprimè actus ex naturâ suâ, qui refertur ad alium, & modum certum habet, extra quem nullus est.

VIII. Hæc finitio tamen maximè displicuit (1) Margunio, & post eum (2) Coressio, præsertimque propterea, quòd sensis Latinorum videatur adstipulari: quare eam definitionem Latinam appellant contemptim, Matthæumque Monachum damnant, quippe reum maximi criminis *Latinismi*, quo nihil penes Photianos scelestius, ausos asserere satius esse parentis guttur impia manu frangere, stuprare Virginem, ædes Numini dicatas incendere, Turcarum, ac Saracenorum Sectam amplecti, quàm *Latinismi* aliquid præseferre, nam & Coressius docuit, hac eadem in Matthæum Monachum declamatione, Latinos iterum aquis lustralibus intingendos, quòd neque per *trinam immersionem baptizent*, &, receptis duobus Spiritus Sancti principiis, non in Triade, sed in Tetrade *baptizent*, & Margunius eodem loco expendens, quantum facinus sit, & quale piaculum *Latinismus*; mulierculæ cujusdam è trivio sceleratum dictum commendat, quæ interrogata, an filium suum ad Ritus Latinorum transire sivisset: *non sivi*, inquit, *Turcam fieri, sinam fieri Latinum*? Quapropter sic probationem definiunt: γνῶσις τῆς ἀληθείας, ἢ τῷ νομικῷ τρόπῳ, ἢ τ' ἔργῳ θαυμασίῳ γινόμενον. *Cognitio veritatis vel modo per legem præscripto, vel facto mirabili facta*. Quæ postrema verba non aliam ob causam apposuere stolidæ finitioni, quàm ut damnatas Jure utroque Probationes Legitimas impudenter probationibus accenserent. Id nos mox refutabimus; interea imperitiam utriusque Photiani nota-

(17) In L. 2. §. 1. ff. quemad. testa. aperian.
(18) In c. licet cau. sa. col. 5. de prob.
(19) d. q. 2. n. 14. in med.
(1) d. Antirrhetico c. 11.
(2) Tract. Theol. de operibus hom. c. de Judice.
(3) Tom. 1. lib. 2. pag. 169.
(4) In Schol. Attaliat. ad tit. 64.
(5) Tit. de grad. sept. cōsang. ant. fin.
(6) Tit. de affin. ant. med. & tit. eund. nō deber. duas sobrinas ducere.

Digitized by Google

notamus. Nam, finitionem datam à Matthæo Monacho cùm Latinam dicunt, scire vellem, an autument, eam è Latinorum libris à Matthæo fuisse desumptam? Id sanè dicunt, id autumant, sed hercle stolidè, dementerque. Quî enim eam à Latinis Matthæus acceperit, quæ primùm à Baldo, uti diximus, data est? Neque enim ante Baldum ullus Latinorum ita probationem descripsit, quemadmodum apertissimum est omnibus, ut ut levissimè legum peritis. At Baldum Matthæus prævertit annis circiter CLXX. Nam vivebat Matthæus sub Isaacio Angelo, cujus Novellam, quæ in Jure Græco (3) Romano extat, tanquam viventis Principis recitat: (4) ait enim, ὁ θεῖος βασιλεὺς ἡμῶν Ἰσαάκιος ὁ τῶν ἀγγέλων ἐπώνυμος νεωστὶ διέταξε τὸ βασιλικὸν σημειώματι. *Divinus Imperator noster Isaacius, idem habens cum Angelis cognomen, nuper constituit scriptum imperatoria manu subsignatum*, &c. & in Tractatu de Matrimonio nullius Patriarchæ, aut Principis decreta producit, quæ plurima lata sunt de Matrimoniis sub Palæologis Principibus, & Lascaribus, sed (5) Manuelis Comneni (6) Sysinii, (7) Nicolai, (8) Stypiotæ Patriarcharum tantùm effata commemorat. Adde in (9) fine Scholiorum suorum ad Attaliaten ab eo tradi, scripta fuisse, quæ ibi laboriosissimè exantlaverat, eo ipso anno, quo Saladinus Ægypti Dominus Jerosolyma Christianis eripuit, qui ex supputatione Marquardi (10) Freheri, fuit annus Christi MCLXXXVII. cui consentit (11) Panvinus, (12) Platina, Corradus, ac Terricus penes (13) Rogerium, ex quo Odoricus (14) Rainaldus, quibus adde ex Nostris (15) Planudem. At Baldus floruit sub Urbano VI. pro quo bis scripsit contra Pseudo-Pontificem Clementem: Atque adeò vixit post Tertium decimum sæculum, ut ex eodem (16) Frehero, & (17) Panvino constat, quibus adde (18) Petavium. Unde palam est, adeò Matthæum eam finitionem à Latinis non accepisse, ut potiùs eam Latini à Græco desumpserint: atque adeò eam ab origine Græcam esse.

IX. Sed demus, esse Latinam, quid id obest, si vera, si proba est? An non Latina sunt, quæ (1) Corressius ex Thomistarum Gymnasio, utinam ut pura, & integra acceperat, docuit? An non Latina, quæ (2) Margunius pro Conciliis in Græcia celebratis hoc sæculo Græciæ proposuit? Latinum est, Virginem Deiparam sine labe criminis ex delicto Protoplastæ contracti fuisse conceptam? De hoc ante Latinos nullus Græcorum aut disputavit, aut dixit: Primi Latini hanc piam sententiam, & rationi maximè consentaneam, & ab Œcumenica Synodo laudatam, &, quod caput est, sensis Ecclesiæ nostræ, quæ supra omnes Ecclesias Virginem Virginum impensiùs veneratur, receptam; Primi inquam Latini hanc sententiam protulere, tutati sunt, tutanturque: eam tamen (3) Coressius, Thomista licet, amplectitur, (4) Margunius, cæteroqui impius, probat. Plurima essent hìc explicanda, quæ tametsi Latina, Græci, & Photiani recipiunt, & hi singillatim, qui adeò Latina omnia detestantur, ut iterum lustrandos Latinos, subscribendumque potiùs Maumethæ deliriis censuerint, quàm sententiis Latinorum. Et hoc ultimum sanè horrendum auditu, ne asperrimi quidem illi Photiani dixere, inter quos Demetrius Chomatenus Archiepiscopus Bulgariæ synchronos, ut videtur, Matthæo Monacho, licet acerrimus Photianus, ut constat ex pluribus ejus responsis, præsertimque ex (5) duobus ad Constantinum Cabasilam Archiepiscopum Dyrrhachii: Ad quem (6) scribens relatam sententiam Balsamonis, quà Latinos à Sacris omnibus abigendos omnino pronunciat, sic apertè refellit. Τῇ τοιαύτῃ δὲ ἀποκρίσει τοσοῦτον πολλοὶ τῶν ἐλλογίμων ἐκ ἔδωκαν, διὰ πολὺ ἔχειν τὸ ἀπηνὲς καὶ ἐπαχθὲς, καὶ μὴ προσῆκον μέμψει λατινικῶν τύπων, καὶ ἐθῶν· ὅτι τε, φασὶν, ἐκ ἀποκηρύχθησαν ταῦτα συνοδικῶς, καὶ οὐδ᾽ αὐτοὶ ὡς αἱρετικοὶ ἀποβλητοὶ δημοσίᾳ γεγόνασιν, ἀλλὰ καὶ συνεσθίουσιν ἡμῖν, καὶ συνεύχονται· καὶ δύναταί τις, φασὶν, τὸν λογισμὸν τοῦτον ἐκ τοῦ ιε. κανόνος τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει ἁγίας συνόδου τῆς λεγομένης πρώτης, ἢ δευτέρας καλῶς ἀναδέξασθαι. *Huic autem responso* (Balsamonis nimirum eliminantis ab Ecclesia nostra Latinos) *præclari multi viri tunc non sunt suffragati, ut quod multum duritiei, & acerbitatis haberet, nec convenientis reprehensioni Latinarum formarum, & morum. Et quòd, inquiunt, hæc synodaliter decreta non sunt, neque ipsi ut hæretici publicè rejecti fuerint; sed & simul nobiscum cibum sumant, & precentur. Et potest quis, ajunt, ratiocinationem probè hanc colligere ex canone XV. Constantinopolitanæ synodi, quæ prima, & secunda appellata est*, estque ipsa Synodus Photiana.

X. Ecce Photianus, ne à communione quidem Latinos rejicit, tu verò, vir nequam, deteriores Maumethanis appellas? Ecce Synodus Photiana ἡ λεγομένη: (nam quæ hìc prima, & secunda dicitur, ea est, quam Photius celebravit, ordine Photianis Octava, ut constat ex (1) Harmenopulo) Synodus, inquam, Photiana, Synagoga Cacodæmonis, iniquitatis Palæstra, Concilium malignantium, quod Photium neophytum, exauthorandum, occupatoque per nefas solio justè dejiciendum, vel instituit, vel restituit, suo Canone non Christianos modò, sed Orthodoxos, recipiendosque ad Sacra nostra Latinos monet. Tu his omnibus longè dementior, magis impios Turcis ipsis affirmas? Adde, quæ dicit Theophylactus (2) Bulgarorum Episcopus, ille sapientiâ, & eruditione omnium Photianorum celeberrimus, ex quibus apertissimè constat, adeò non rejici Latinos, ut non à Græcis modò, qui fratres illos agnoscunt, & in omnibus venerantur, sed & ab ipsis Photianis, si unam de Spiritus Sancti processione Controversiam excipias, palam uti Orthodoxi recipiantur. Quid Basilius Achridenus? non ne Schismaticus? non ne Photianus? & Leonis illius discipulus, quo Achate Cerularius cornua extulit in Latinos? At is quomodo rescribat Adriano IV. Pontifici, audire (3) par est. Ἀπεγνωσμένοι τὴν ἐπιστολὴν, ἁγιώτατε πάτερ, καὶ κατανοήσαντες ἐξ αὐτῆς τὸ ὕψος τῆς διανοίας σου, τὸ βάθος τῆς ταπεινώσεως, τὸ πλάτος τῆς κατὰ θεὸν ἀγάπης, καὶ διαθέσεως, ὑφ᾽ ἧς ἡ στενοχωρεῖται σου ἡ ἀποστολικὴ καρδία, ἀλλὰ πλατύνεται μᾶλλον τοὺς συλλέγχειν εἰς ὑποδοχὴν, καὶ περιποίησιν τῶν ἐν ἁπάσαις ταῖς ἐκκλησίαις χριστιανῶν ἐπεγνωσμένοι τὴν φωνὴν διὰ γραμμάτων λαλήσα-

(7) d. tit. eundem nō deber. duas sobr. ducere.
(8) Tit. de matr. ex trib. diver. gener.
(9) Ad tit. Attal. 95. in fin.
(10) In Chronol. ad eum annum.
(11) In Chron. ad eum ann.
(12) In Vita Urbani VI. ant. fin.
(13) In Annal. ad eum an.
(14) In Append. Annal. Baron. ad an. 1187. à n. 4.
(15) Ad Myriobibl. Photii in Matthæo.
(16) In Chronol. ad an. 1356.
(17) In Chron. ad an. 1352.
(18) In Ratio. nar. p. 1. lib. 9. c. 5.

(1) In lib. Theologicis præser. de Deo, & de Incarn.
(2) In Synodica historia, in Proleg.
(3) In Additio. ad Biblioth. Photii ad Damascenum.
(4) In Notis ad Metaphr. ad festum Conceptio S. Annæ.

(5) In jur. GR. Rom. Tom. 1. li. 5. l. 1. Respõs. pag. 311. & seqq.
(6) d. lib. 1. Respõs. Respons. 2. ad ult. interrog. circ. med. pag. 322.

(1) In Epit. Can. 1 Proœm. ant. med.
(2) In Orat. seu Epist. ad Diacon. et Castrẽsem Nicolaum ejus fragmen. apud Chomatenum in Resp. 1. ubi suprà ad 3. interrog. pag. 318.

(3) In Rescripto extat in Jur. GR. li. 5. Tom. 1. respons. lib. 1. pag. 307. initio.

Digitized by Google

λύσασαν ἡμῖν εἰς τὰ ὦτα, καὶ τὴν διάνοιαν, ἠκούσαμεν λαλοῦντος ὡς πατρὸς, ὡς ποιμένος, μᾶλλον δὲ ἀρχιποιμένος, καὶ τὰ ἑξῆς. *Legimus tuam Epistolam, Sanctissime Pontifex, ex qua perspeximus ingenii tui sublimitatem, humilitatis profunditatem, latitudinem tuæ erga Deum dilectionis, & affectionis, per quam non coangustatur Apostolicum cor tuum, quin potiùs viscera dilatantur ad suscipiendum, acquirendumque omnium Ecclesiarum Christianos. Vocem tuam agnovimus per literas alloquentem nos ad aures, mentisque intima. Audivimus loquentem ut Patrem, ut Pastorem, vel potiùs Archipastorem.* &c. Quid verò sentiat

(4) *Ibid. post med.* (4) Basilius hìc de Latinis, mox profert his notabilibus verbis. καὶ τὰ αὐτά σοι φρονοῦμεν, καὶ διδάσκομεν, ἐγώ τε, καὶ πάντες οἱ τοῦ μεγάλου, καὶ ἀποστολικοῦ Κωνσταντινουπόλεως θρόνου. καὶ εἷς ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ἐκκλησίαις ὁ λαλούμενος λόγος τῆς πίστεως, καὶ ὁ αὐτὸς ἀμνὸς θύεται ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ Κόσμου, Χριστὸς ἔν τε τοῖς κατὰ δύσιν ἀρχιερεῦσι τοῖς ὑπὸ τὴν σὴν τελοῦσι κορυφαίαν ἀκρότητα, καὶ ἡμῖν τοῖς ἐξ ἡλίου ἀνίσχοντος τοῦ ὑψηλοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνου δεχομένοις τὰς τῆς ἱερωσύνης αὐγάς. εἰ καί τινα βραχέα προσκόμματα εἰς μέσον ἀναρριφέντα διέστησαν ἡμᾶς, καὶ πολλοὺς πεποιήκασι τοὺς ἑνὸς, καὶ αὐτοῦ πνεύματος, ἃ πάντως ἐξελεῖν ἐκ τοῦ μέσου, καὶ ὡς λίθους τινὰς ἐκ τῆς ὁδοῦ διαρρίψαι κατὰ τὸν προφητικὸν λόγον, καὶ ἀπρόσκοπον τὴν ἑνότητα τῶν ἐκκλησιῶν καταστῆσαι, τῆς σῆς ἔσται ἁγιότητος, τῆς χρηματίσαντος ὡς ἐξ οὐρανοῦ διακύπτουσα, καὶ τὰ διεστῶτα συνάπτειν, καὶ βουλομένης, καὶ δυναμένης εἰς ἕν. καὶ κάτω. ἡ δέ γε σὴ τελειότης, καὶ τοῦ παντελείου Χριστοῦ εἰκόνα, καὶ ὁμοίωμα φέρουσα κατά τε τὸν θρόνον, κατά τε γνῶσιν, καὶ τὴν τοῦ βίου λαμπρότητα, δυνατὴ πάντως ἔσται, καὶ τὰ διεστῶτα σκάνδαλα διελεῖν, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις ἀποκαταστῆσαι τὸ ἑνιαῖον, καὶ ἀδιάσπαστον. *Et eadem tecum prædicamus, & docemus, ego, iique omnes, qui ad magnam, Apostolicamque Sedem CP. pertinemus: & Unus, qui in utrisque Ecclesiis, personat sermo fidei, idemque sacrificatur Agnus, qui tollit peccata mundi, Christus inter Occidentales Antistites, qui sub tuo Principali culmine agunt, & nos, qui ab Oriente sole sublimi CP. Sede Sacerdotii accepimus splendorem. Quamvis parva quædam offendicula in medio interjecta nos separarint, & ex uno, eodemque spiritu plures fecerint: quæ omnino tollere de medio, & veluti lapides, juxta propheticum sermonem, è via projicere, unitatemque Ecclesiarum sine offendiculo constituere tuæ Sanctitatis erit, quę Christi exemplo velut è cælo prospiciens dirempta denuo copulare vult, & potest.* Et (5)

(5) *Ibid. circa fin.* paulò inferiùs. *Tua autem integritas undique Christi perfecti tam sede, quam peritia, & vitæ splendore imaginem, & similitudinem referens poterit omnino, dissidio causam præbentia scandala removere, & Ecclesiis unionem, soliditatemque restituere.*

XI. Hæc Basilius Achridenus ex celeberrimis Photianis sub Manuele Comneno: ex quibus ostenditur, quæ fuerit, vel penes acerbissimos hostes, Latinorum existimatio, quos ineptus, & impius homo, hoc nostro sæculo, ipsis Ethnicis deteriores ostentat Græciæ, quò magis absurda, quam retulimus, Coresii sententia penes barbaros quospiam Photianos confirmetur, edicens, iterum sacro fonte lustrandos esse, qui à Latinis Baptismum acceperint. Eam fuisse olim qui & probarint, & usurparint ex Photianis, testis est (1) Innocentius III, penes quem doleo Græcos appellari tanti criminis reos, qui neque Græci fuerunt, neque esse potuerunt, quando Photianus homo Græcus non est, sed hostis Græcorum, dedecus Græciæ, nostræque Gentis exitium. Quî enim Græcus sit, censeaturve, qui hæc aut dixit, aut perpetrarit? Ut demus iniquitati, mendacio, & manifestæ calumniæ, Latinos hæreticos esse, quod falsum est, ipsique, ut proximè penes (2) Chomatenum vidimus, Photiani palam inficiantur. Attamen hæreticos non esse iterum aquæ lustrali subjiciendos Majores nostri, imò Ecclesia universa, reprobato Cypriani (3) Carthaginensis, Dionysii (4) Alexandrini, & (5) Firmiliani Cæsariensis decreto, sensere, sentiendumque omnibus decrevere. Scilicet hoc refert (6) Augustinus, hoc (7) Hieronymus, hoc (8) Eusebius noster: hoc denique probare licet ex ipsa Nicæna (9) Synodo I. quæ cùm solos Cataphrygas, & Paulianistas regressos ad Ecclesiam initiandos denuo Baptismo statuat, omnino confirmat, hæreticos cæteros non esse iterum baptizandos. Id, quod si quis unquam Græcus inficiatus est, cedo rebus omnibus, vitàque ipsa, quam ex hac parte tutissimam novi, cùm sciam, in Græcia, post Constantinum, neminem unquam fuisse, qui dixerit, hæreticos iterum aquis abluendos esse lustralibus, nisi ex iis fuerint, qui vel aliquid omnino necessarium ad Baptisma, vel Triadis nomen omitterent. Constat hoc ex omnibus Conciliis, & præsertim ex iis, quę producit eruditè (10) Harmenopulus: in quo tamen cautè legendus Magni (11) Basilii Canon geminus; hinc quidem: ἀδεκτον, dicens, τὸ τῶν αἱρετικῶν βάπτισμα, δεκτὸν δὲ τῶν σχισματικῶν, καὶ παρασυναγόγων, hinc vero docens: οἱ καθαροὶ, οἱ πλεῖστοι ἐπισκόπων δόξῃ κρίσει, ἀναβαπτιζέσθωσαν. Nam primus Canon ita explicandus est, ut vel decernat de Paulianistis, & Phrygibus, de quibus & Synodus (12) Nicæna I. & Laodicenum (13) Concilium, quippè haudquaquam in nomine Triadis baptizantibus, vel asserat, non esse tolerandum, ut hæretici baptismum Orthodoxis conferant; atque adeò lustratos ab illis non sine cœremoniâ recipiendos, de quâ idem Laodicenum (14) Concilium. Secundus verò in eam sententiam traducendus est, ut jubeat, eos Novatianos iterum initiari baptismate sacro, qui judicio plurium Episcoporum, re cognitâ, visi fuerint non validè, seu meliùs, rectè sacris undis abluti: ne Canon Basilii repugnare Laodiceno (15) Canoni, mox etiam Gregorio (16) Dialogo videatur.

(1) *c. ubi de Baptis.* (2) *Locis superius relatis.* (3) *Vid. Cyprian. in Ep. 73. ad Julian. & Ep. 74. ad Pomp.* (4) *Vide Euseb. li. 7. c. 6.* (5) *Extat de hoc ejus Epist. inter Epist. Cyprian. Ord. 61.* (6) *Lib. 2. de Bapt. cōtr. Donatist. c. 4. & Ep. 48.* (7) *Lib. contr. Luciferian.* (8) *d. lib. 7. hist. c. 2.* (9) *Can. 19. in c. si quis 1. q. 1.* (10) *In Epit. Can. Sect. 5. prim. §. quinque.* (11) *Can. 1. & Can. 47.* (12) *d. Can. 19.* (13) *Canone 8.* (14) *Canone 7.* (15) *d. Canone 7.* (16) *Lib. 9. Epist. 61. ad Quirin.*

XII. Quæ cùm ita sint, consequens est, non esse iterandum Baptisma circa Latinos, tametsi detur, eos hæreticos esse, quod falsissimum est, quando hæretici revera sunt, aut saltem deliri, qui hoc per summum nefas dicere ausint. Insurgit Coressius, & ex dictis hunc arguit in modum. Ii, quibus Baptisma in necessariis vitiosum est, iterare Baptismum debent. Latini porro vitiosum Baptisma ejusmodi ha-

(1) *In proœm. Theolog. suæ.* (2) *In Præfat. ad notas in Synops. Nili.* (3) *In E-*

Digitized by Google

di habent, quando neque ter immergunt, neque admissis duobus principiis Triadem agnoscunt. Sed hoc postremum falsissimum ab aliis Photianis dicatur, cùm dicitur à Coressio, loquar parumper latinitate seposita, *diabolicum* mendacium est. Quid enim? Theologus in schola Thomistarum eruditus, qui ubique se Summam D. Thomæ percurrisse centies, ejusdemque Opuscula eviscerasse (1) autumat, jactat, ostentat: qui Concilia omnia vidisse, Canones, ac definitiones omnes à Patribus sive legitimè, sive perperam congregatis latas rimatum se (2) dicit: qui sensa Latinorum omnia nosse, eorumque argutias omnes quocunque propositas modo (3) fatetur ad trutinam revocasse: Is ut dicat à Latinis duo principia Spiritus Sancti constitui? Cùm Latini omnes, (4) D. Thomâ clarissimè præcinente, decernente Florentino (5) Concilio, (6) Theologis ad unum omnibus millies asserentibus, unum Divini Spiritus, æternumque, ac homousion principium affirment in Patre, & Filio, à quo, ut ajunt, *indivisibiliter* ab uno tanquam, soloque principio procedat? Siquidem hoc non est mentiri, ò Gentes, ò homines, quotquot mendacium nostis, quid sit mendacium, interrogo? Fatentur, inquit, Latini, unum Spiritus Divini principium, cùm tamen ex Patre, & Filio Spiritum procedentem affirmant, jam duo principia constituunt. Demus & hoc saltim, ut fatuum hominem refellamus. Esto ponant, quod duo Principia infert. Hæc tamen cùm non affirment, nec in ipso Baptismo pronuncient; jam in Triade conferunt aquam Lustralem. Baptismus igitur ita collatus ratus, & validus, omnique ex parte perfectus est. Neque enim fides ministri requiritur, dummodo in fide Triadis baptizet. Nam etiam à Pagano collatum Baptisma validum est teste (7) Isidoro, & (8) Nicolao I. & per bonum æquè, ac per malum ministrum aqua Baptismatis ministratur, auctore (9) Augustino, quia, ut idem asserit (10) Augustinus, non merita ministrorum, sed Virtus Christi, quod ibi fit, efficit. Hinc ab Hæreticis, Schismaticis, Ethnicis, à quocunque collatum sacrum illud piaculum, uti diximus, ratum est, ut probat (11) Augustinus, & post Augustinum Gregorius (12) Magnus Nobis Dialogus. Dato igitur eo etiam, quod petis ineptè, quodque mendacissimè asseris, Coressi, Latinos id asseverare, unde duplex principium Spiritus sequitur, cùm id neque in Baptismo profiteantur, imò universim negent, jam Triadis Mysterium confitentur, & in Triade ritè, ac rectè nativi expiant criminis sordes.

XIII. Hæc, ut etiam data hypothesi Coressii, doceam, Coressium ineptire? quid si negem, quæ Latini orthodoxè contra dementissimos Photianos cum Majoribus nostris affirmant, ea esse, unde colligi queat duplex illud principium? Scilicet hoc ipsum illud est, quod vobis uno ore Latini pernegant, hoc sapientes Græci mecum vobis perpetuò inficiabuntur. Nam cedo locum è sacris Paginis, cedo authoritatem aliquam ex sanctis Patribus, cedo rationem, unde sequatur tam absurda connexio. Sæpe mihi vobiscum, Photiani, pugna est, eritque, dum vixero pugna vobiscum mihi quidlibet ausuro, ut vos Veritati conciliem, Gentique meæ, quam unicè diligo, suppetias feram, planè securus præmiorum, quæ Græcus à Latinis frustra petierit, frustra speraverit. Ergo, cùm initur pugna, sic ante paciscor, ut Judex disceptationi Photianus aliquis ex cerebrosis istis consideat. Ubi consedit, sic mihi Actori simul, ac Reo præfari liceat. Natura te, Clarissime Judex, Græcum, Secta Photianum, Judicem partis utriusque fecit arbitrium: peto, ac præsens efflagito, ut cùm è Græcia ingenium, acumen, mistamque utrique æquitatem habeas, è Sectâ stoliditatem, & ignorantiam, nativamque utrique perfidiam; cùmque ex Officio Judicis has odisse jussus, illas amare, pro Tribunali Photianus esse non possis, Græcus scilicet sis, & Græcus Judex, quem non ineptiæ moveant, sed ratio, quem non maledicta suadeant, sed certa probatio; denique, à quo victoria fit non ex impudentiâ, sed ex æquitate. Hæresis accusamur, quotquot Latinis dogmatibus circa divini Flaminis æternam Processionem subscripsimus. Hanc nobis dicam præter Cerularios, Pectoratos, Cyprios, Cabasilas, similisque farinæ homines, quos longo agmine in Latinam producit Ecclesiam Marcus Eugenicus Ephesinus Antistes; hoc seculo Margunius, Coressius, Meletius, Severus, Critopulus, inscripsere, rati hæreticum esse dogma, & religione ipsa Turcarum deterius aliquid, Divini Spiritus à Patre, Filioque Processio. Nos contra Orthodoxum hoc esse censuimus semper, adeòque ab hæresis alienum labe, ut eum, qui dixerit Spiritum à Patre solo procedere, non excusemus ab hæresi. Id tamen in præsentiâ non contendimus, alibi de hoc peractum esto, & alioqui non est obiter agitandum, quod integram, plenamque tractationem exposcit. Illud igitur in hac disquisitione, te Præside, agendum erit, ut Nos hæresis convinci non posse doceamus: Jube proinde, hinc inde argumenta producantur in medium, si quid erit, aut è divinis Paginis, aut è Patribus, quos Magistros, divinique Verbi præcones adorat Ecclesia utraque, quod nos hæreticos doceat, quod dogma illud, cui parati sumus vitam impendere, falsum evincat, sint Photiani victores: Quod si nihil inde probationis advenerit, tum ratio ipsa Sectæ, quam defenditis, opem ferat: quæ si ridicula fuerit, quid erit, æquissime Judex, quin nos crimine, quo provocamur, absolvas, calumniatoresque hos jubeas lubenter pœnæ nomine, eleganterque desipere. Hæc ego Judici Photiano pro Tribunali sedenti, quo annuente, vos omnes Photianos interrogo, ut ex Sacris paginis procedentis ex uno Patre Divini Flaminis testimonium detis. Præsto est, inquiunt, notissimum (1) illud. ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. *Cùm venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum Veritatis, qui à Patre procedit*: ergo non ex Filio.

Findor, (2) *ut Arcadiæ pecuaria rudere credas*. Nam quis, aut quotusquisque, qui ferat nobilem hanc consecutionem? procedit ex Patre: ergo non procedit ex Filio. Hoc modo termi-

nis

pist. ad Corydal. in fine Notarū.
(4) *In lib. contra Græcos.*
(5) *In decreto fidei.*
(6) *Ubiq; & vide Bellarm. Tom. 1. Contr. de Christo li. 2. c. 27. vers. ultimo.*
(7) *In c. Romanus de cons. dist. 4.*
(8) *Ad Consulta. Bulgar. c. 3. in c. à quodam de cons. dist. 4.*
(9) *Libr. contr. Crescen. Gramat. refer. in c. si inter de cons. eod. tract. 5. in c. 1. Jo. refert. in c. aliud ead. dist.*
(10) *Tract. 1. p. 1. in Jo. refertur in c. Baptismus ead. dist. & li. 5. c. 20. de Bapt. refert in c. quomodo ead. dist.*
(11) *Ep. 11. ad Vincentium refertur in c. in nobis ead. dist. & lib. 1. de Bapt. c. 1. refertur in c. nullus ead. dist.*
(12) *d. Ep. 61. ad Quirinū.*
(1) *Jo. c. 15. n. 26.*
(2) *Satyra 3. Persius.*

Digitized by Google

nis colligam, circumscribi Divinitatem (3) ex illis: *Pater noster, qui es in Cœlis,* πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Inferam enim: ergo in Terris non est: ergo ubique non est: ergo neque immensus, qui circumscribitur penitùs Cœlo, falsumque quod, (4) Psaltes cecinit: ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ. ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει. ἐὰν ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ᾽ ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης. καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἡ δεξιά σου. *Si ascendero in Cælum, illic tu es, si descendero in Infernum, ades: si sumpsero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris; etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Inepta igitur consecutio illa, neque aliud apta à viris cordatis impetrare, quàm risum, quo ab adsessoribus Judicii hujusce sapienter excipitur. Sic ego, non sine Auditorum risu, qui ubi cessit, me quoque, stultis, Photiani, inquam, audite. Spiritum à Patre simul, Filioque procedere nobis comprobant illa: (5) πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστι. *omnia, quæ habet Pater, mea sunt*: hic non loqui Christum de eo, quo à Patre ipse distinguitur, palam est: id enim, quo Filius à Patre distinguitur, commune utrique esse non potest: loquitur proinde de eo, ex quo Filius à divino Parente nequaquam discernitur: sensusque est: omnia ea, quæ habet Pater, Patrem à Filio non distinguentia, habet & Filius. Hanc positionem admittitis Photiani? Admittimus, inquitis. Sic igitur argumentor: esse προβολέα, seu *Spiratorem* divini Spiritus habet Pater: Hoc illud non est, quo Pater ab æterno Nato distinguitur, quando ab hoc Paternitate distinguitur: Igitur esse Spiratorem Divini Spiritus habet & Filius. Huic argumento sacris è Paginis deducto respondete Photiani, si fas; neque enim urgebo vos illis: τὰ ἐμὰ (6) πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά: *omnia mea tua sunt, & tua mea.* ἐκ τοῦ (7) ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν: *de meo accipiet, & annunciabit vobis*: ἐὰν δὲ (8) πορευθῶ, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς: *Si abiero, mittam eum vobis.* ὃν ἐγὼ (9) πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρός: *quem ego mittam vobis à Patre.* ἐνεφύσησε (10) καὶ λέγει αὐτοῖς. λάβετε πνεῦμα ἅγιον; *insufflavit, & dixit: accipite Spiritum Sanctum*, εἰ δέ τις (11) πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus*: ἐξαπέστειλεν (12) ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, κρᾶζον, ἀββᾶ ὁ πατήρ. *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem, Abba pater.* Et cæteris, quæ Veccus produxit, & ex (13) Vecco, Vecci nomine dissimulato, ne quid Græcis tribueret, (14) Bellarminus, quæque ita Patrum authoritate interpretari fas esset, ut planè constaret, verbo Divino constitui, Spiritum etiam à Filio procedere, cujus Spiritus est, ut & Patris, à quo absolutè mittitur, ut à Patre, qui Filio communis cum Patre est, cum quo Filius habet omnia communia, præter esse Filii. Non ita irati reponitis. Argutiæ sunt istæ, sunt splendida obstetricantis ingenii sophismata, ingeniosa sunt ludibria veritatis. Sint, ut insipienter asseritis, neque enim hic locus cogendi vos ad rectam responsionem. Sit ea censura doctissimis, certissimis argumentis: At Judicem statim interrogo: An ex his quidquam possit alterutri Parti profuturum decernere? Ut ut à parte Photianorum stet, affirmabit, nil posse decerni: nam quæ dicitis, palam absurda sunt; arguta, docta, ingeniosa, quæ dixi. Igitur è sacris Paginis, queis si sapienter utamur, Hæresis accusamini, nihil concluditur contra nos. Veniamus ad Synodos. Do Liciensem, in qua vos refutavit Anselmus, teste (15) Coressio: Do Lateranensem sub Alexandro III. in qua Archididascalus vester, Legatusque Nectarius convictus obstupuit, teste Theodoro (16) Metochita: Do Lugdunensem, in qua Orthodoxæ sententiæ subscripsistis, ut author est (17) Gennadius, (18) Plusiadenus, (19) Pachymeres, (20) Gregoras: Do denique Florentinam. Hanc cum cæteris detestamini: omnia ibi venalia (ò vestrum inde decus!) omnia vi fuisse peracta. Ergo, boni viri, date vos aliquam, in qua damnati Latini à vobis ipsis, in qua vel à Vobis constitutum sit, Spiritum à solo Patre procedere. Nullam habetis: Nam, quæ dicitis, CP. I. Synodum addi aliquid Symbolo vetuisse, quid nisi vos stultos ostendunt? Quid enim hinc inferas? vetuit addi: igitur additum falsum est. Nempe si addidero Symbolo sic: *Credo in unum Deum immensum*, falsum erit, quod dixero? si dicam: *ex Spiritu Sancto, & Maria Deipara Virgine*, falsum erit, Virginem fuisse Deiparam? Non ergo consequitur, vetuit addi: ergo additum falsum est: quòd si hoc non consequitur, quid interdictum illud objicitis? Num addidisse aliquid Symbolo post interdictum tanti Concilii grande piaculum est? At primùm, quis adeò, præter vos hominum ignorantissimos, nesciat, vel Conciliorum OEcumenicorum præcepta, si extra Fidei sint aleam, usu, consuetudine, lege contraria posse mutari, & abrogari etiam, ut agnoscat, vel interdictum tanti Concilii facto Latinorum rumpi potuisse? Deinde quid notius responsione Latinorum negantium, à se additum Symbolo, quod verbo illo, *Filioque* fuisse à se autumant explicatum? Verùm demus & hoc, Latinos additione illa peccasse: An qui addentes peccarunt, addentes, quod verum est, hæretici sunt dicendi? Nulla igitur Synodus, neque Orthodoxa ex iis, quas recipimus, neque Photiana ex illis, quas adoratis, hoc dogma damnavit, cùm tamen ex iis, quas probastis aliquando, nunc verò rebelles lumini detestamini, multæ Latinorum pro dogmate steterint, ut, si Judex Photianus non sit, nobis hoc uno ex capite debeat victoriam. Eam tamen ut per summam injuriam nobis inficietur, quid aliud vobis utcunque propitius è Synodorum authoritate conficiet, nisi non constare? Procedant Patres: Sexcentos profero, Latinos primùm, (21) Hilarium, (22) Ambrosium, (23) Hieronymum, (24) Augustinum, (25) Leonem, (26) Gregorium, quos omnes ex VI. (27) Synodo, vel inviti recipitis, Doctoresque, ac Patres Sanctissimos appellatis, quique clarissimis verbis, Spiritum à Patre, & Filio procedere, & ex Filio, constituere. His addo Græcos, quorum effata idipsum palam confirmant, videnda (ne prolixiùs infinita recitans vos scilicet moror) penes (28) Blemyden, (29) Veccum, Jeannem

(3) Matt. c.6.n.9.
(4) Psal. 138.v.8. & seqq.
(5) Joan. c.16.n.15.
(6) Joa.c. 17.n.10.
(7) Joa.c. 16.n.15.
(8) d.c.16. n.7.
(9) d. c. 16.n.15.
(10) Joan. c.20.nn. 22.
(11) Ad Rom.c.8. n.9.
(12) Ad Galat. c. 4.n.6.
(13) In Antirrhet.in animadvers. Andreæ Camateri.
(14) Tom. 1.Cõtrov. 2.lib.2.c. 22.
(15) In Synop.ad Syn.1.& 2.i princ.
(16) Ἐν καταστάσει vnln. 5.
(17) Cap. 5.defens. Decreti Florentini.
(18) In Dial. pro Concil. Floren.
(19) Lib. 12. hist. undecim. in Michaele Palæol.
(20) Lib. 5. hist. in eod. Michael.
(21) Lib. 2. de Trinit.
(22) Lib. 2. de Spiritu S.c. 12.
(23) Epist. ad Hebidiã.
(24) Tract. 99. in Jo.lib.15. de Trinit.c. 17. 26.27.& lib.contra Maximin. 3. c. 14.
(25) Epist. ad Turbium 91. alias 93. c.1.
(26) Dialog.lib. 2. c. 2.
(27) Actione 4.
(28) In utraque Orat. de Process. Spir.S.
(29) In Tract. de Process. in Orat. de ead. & unio. Eccl. & in Antirrhet.
(30) In scripto ad Magnum Ducem.
(31) Orat. ad Imper. Trapezũ.
(32) Ad Jo. Cubeclesium.

nem (30) Argyropulum, Gregorium (31) Protosyncellum, Georgium (32) Trapezuntium, Joannem (33) Cuboclesium, Constantinum (34) Meliteniotem, Georgium (35) Metochitem, Manuelem (36) Calecam, Gennadium (37) Scholarium, P. Josephum (38) Methonensem, Maximum (39) Chrysobergen, & alios. Hos tamen vos Patres rejicitis, Latinos quidem, quòd Latini sint: eos tamen adoratis, ò boni. Latinos tamen rejicitis, ut Latinos, Græcos verò à nobis corruptos dicitis, quamvis nullo exemplo, id à nobis factum, possitis evincere: quamvis Scripta vetustissimis manibus, & ante dissidium nostrum scripta, Orbi terrarum universo hæc ita scripta proferant Bibliothecæ quamplurimæ, quemadmodum producuntur, typisque eodem modo sint edita per ipsos hæreticos Latinorum hostes acerrimos. Esto, ut vultis; Vos proinde Patres opitulaturos sententiæ vestræ producite: Tres, vel quatuor invitos trahitis ad Tribunal: quorum dicta non intelligitis, aut more Photiano truncatis, aut denique palam corrumpitis. Nam hoc vobis usitatum ex Actis (40) publicis probare licet, quæ subdolè Canonarcha omisit, licet à (41) Diplovatacio, cujus fidem ubique sequitur, relata, & ab (42) Allatio proposita. Quid? jactatis ne, quæ aut (43) Nilus congessit, aut Philadelphiensis (44) Severus ex illo corrasit? Si quid cordis habetis, pudebit vos merarum ineptiarum. Nam quid ibi, quod probet? Quæcunque proferunt, Patrem esse Spiritus causam affirmant, non negant idipsum & Filio. Da Patrem, qui dixerit, esse Spiritus non haberi à Filio; Da Patrem, qui affirmarit, productioni Spiritus nihil Filium conferre; Da Patrem, qui censeat, solum Patrem eum esse, unde Spiritus hypostasis est. Nullum dabis ex autographis, ex editis, ex agnitis ab antiquitate. Nam quod quispiam Patrem solum in Triade causam, originem, fontem esse confirmat, id ita intelligendum est, ut de ea causa sermo sit, quæ causam non habet, estque simpliciter causa, quia rationem ipsam causæ non habet ab alio. Hoc autem, ut solius est Patris, ita Filio non obest, quin ab ipso quoque Spiritus procedat, & sit.

XIV. At, inquiunt, hoc palam (1) Athanasius fatetur, Patremque solum causam Spiritus dicit. Primò eadem responsio est, quà etiam tollitur petita per fas, nefasque ex Damasceno difficultas: deinde, non ne pudet ex Quæstionibus ad Antiochum authoritatem Athanasii mutuari? Quis unquam ex vobis adeò imperitus, qui Quæstiones illas non fuerit arbitratus, aut ab Ariano quopiam conscriptas, aut ab Ariano aliquo fuisse corruptas. Eas (2) Margunius non recipit, eas damnat (3) Coressius, eas (4) Planudes detestatur, ut planè furentis sit, molem inde adstruere aliquam illico ruituram. Tale & illud est, quod ex (5) Damasceno producitis: ἐκ τοῦ πατρὸς λέγομεν, ἐκ τοῦ υἱοῦ οὐ λέγομεν: *ex Patre dicimus, ex Filio Spiritum non dicimus*, quodque, ut ineluctabile Photianismi telum, jactant ubique Macarius (6) Ancyranus, Gregorius (7) Palamas, Joseph (8) Briennius, Manuel (9) Palæologus Imperator, Georgius (10) Scholasticus, Matthæus (11) Blastaris, (12) Margunius, (13) Severus, atque (14) Coressius, quorum tamen insaniam, ut & Latinorum quorundam ex illo dicto inter Photianos sapientissimum Damascenum recensentium eruditissimè ulti sunt (15) Blemydes, (16) Bessarion, Demetrius (17) Cydones, Joseph (18) Methonensis, Gregorius (19) Protosyncellus, (20) Gennadius, apprimè constituentes, illis Damasceni verbis nihil Photianæ sententiæ conficì profuturum: hoc tantùm affirmari, tempestate Damasceni Græcos, ne viderentur eadem, quæ & Eunomius, dicere, cavisse ex Filio procedentem Spiritum asserere, idemque cavisse Damascenum, quamvis ex Filio procedere Spiritum, sciret. Ita Virginem, quam apertissimè agnoscit Deiparam, & Christiparam, quippe quæ Deum, & Christum pepererit, ait, non dici Christiparam, ne cum Nestorio vocabulo eodem uso, eadem, aut similia dicere videatur. Sunt scilicet multa, quæ, licèt sint, non dicuntur tamen. Adde, penes Nos præpositione *ex* Procatarcticam causam significari. Quare cum Procatarctica Spiritus causa, solus sit Pater, ne plures Damascenus causas ejusmodi tradere videretur, negavit Spiritum ex Filio dici, quem tamen per Filium esse affirmavit, quà præpositione ita constituitur, hypostasim Spiritus tanquam ad Principium, vel quemadmodum Græci loquimur, tanquam ad causam ad Filium referri, ut asserente (21) Damasceno Patrem esse προβολέα διὰ λόγου τοῦ ἐκφαντορικοῦ πνεύματος, *productorem per Filium explanantis Spiritus*, hàc Damasceni sententia integrum Concilium Photianorum Veccus ineptire coegerit, ut non Latinus aliquis, aut Latinophron, sed Photianus narrat (22) Pachymeres. Constat ex his nihil contra nos confici à Photianis authoritate Patrum. Quare, ut ut Judex suis faveat, id unum his auditis pronunciare quiverit, non constare de Jure partium ex Patribus, contra quos à nobis productos excipitis, rati, quamvis injuriâ, corruptos à nobis; contra quos à Vobis propositos excipimus nos quoque, quippe qui testati sanctè, eos à vobis vel corumpi, vel non intelligi; quando, quæ sine dolo ex illis producitis, doctè cum Sapientibus explicamus. Stet ergo, nos esse hæreticos, neque ex Sacris Paginis, neque ex fide Conciliorum, neque ex authoritate Patrum probari. Quid reliquum est, nisi ut rationibus disceptemus? Eatur igitur in ultimam disputationis partem, proferanturque rationes, quibus agamus ex bono, & æquo. Sic ratiocinamini. Si ex Patre, & Filio Spiritus Sanctus, ergo ex duobus: si ex duobus; ex duobus principiis: si ex duobus principiis; ex duabus actionibus. Si ex duabus actionibus, duplex hypostasis Divini Spiritus, & duplex Actum, duplexque Spiritus; atque adeò Tetras, non Trias. Hoc unum est argumentum vestrum, atque hoc ostentant ex Theophylacto, quotquot in Latinam Ecclesiam calamum expedivere. Sed pudeat vos veritatem fateri, qui mendacissimi estis. Pudeat vos hoc argumento prodere ignorantiam vestram, quam nempe hoc argumento celare conamini. Quid? non ne hæc tam inepta argumentatio vos expertes ne dicam Theologiæ, sed & Philosophiæ demonstrat? Nam primùm, ut universim philo-

sopher,

(33) Orat. de Proceff. (34) Orat. utraq; de Proceff. (35) In responf. Planud. & contra Manuel. Cretensf. (36) In lib. de fide contra Græcos. (37) In defenf. 1. cap. Decreti Floren. (38) In responf. ad Marc. Ephefi. (39) Orat. ad Cresten. de Proceff. (40) Synod. Vecci Menf. Maii die 3. Fer. 6. Ind. 8. hoc est anno 1280. (41) In Syntag. juris Græci c. 13. (42) In Græcia Orthod. Tom. 1. pag. 166. (43) Lib. 18. de Spirit. S. cõtra Latinos. (44) Different. 1. pag. 22. & feqq.

(1) Quæst. 11. (2) In notis ad Metaph. in Vita Athanaf. (3) Ad Biblioth. Photii in Athanasio. (4) In addit. ad Myriobibl. Photii in Athanasio. (5) Lib. 1. de Fide Orthod. c. 12. (6) Cõtra Barlaam, & Acindynum c. 46. (7) Orat. 1. & 2. de Spir. S. (8) Lib. 7. de Trinit. (9) Tract. de Proceff. c. 100. (10) Lib. 1. de Proceff. (11) Respons. ad Argum. Latin. (12) Lib. 2. de Spirit. S. (13) d. differ. 1. ibid. (14) Dial. de Spirit. S. Proceff. (15) Orat. ad Jaco. Bulgar. Archie. (16) Ep. ad Alex. Lascar. Philanthropenũ. & Orat. Dogmat. (17) Opusc. de Proceff. Spirit. S. (18) Antirrh. cõtra Marc. Ephef. (19) Apolog. cõtra eundem. (20) In defenf. 1. cap. Florent. (21) d. lib. 1. c. 15. (22) Lib. hist. 7. & vide Allat. de Consens. lib. 2. c. 2. n. 11. pag. 497. & seqq.

sopher, extra hanc ipsam materiam, quæ præ manibus est, falsissimum est, planèque fatuum sic colligere: duplex est actio, ergo duplex est actum. Etenim si neutra actio tanta sit, quanta sufficiat rei agendæ, duplex actio unum aget, propterea, quòd duplex ea una est, quæ tota dicitur, ac dumtaxat sufficiens, coalescitque ex duplici non tota, una tota, atque integra, per quam effectus producitur. Deinde tametsi duplex, & integra sit utraque, non bene universim inferes duplex ex ea Actum, quando recipitur in Philosophiâ ejusdem effectus duplex actio integra, in quâ alterutra actio totum id agat, quod agit altera. Constat ex his, argumentum vestrum ignorantissimum esse, si universim positiones assumat. Id, quod acutissimè (23) Veccus prosecutus est his verbis. ἀκούσατε, εἰ οὐδὲ ἐν τοῖς κάτω τούτοις, καὶ φαινομένοις, ἔνθα ἂν πράγματα εἰσί τινα δύο αἰτιατὰ ἐκ πρώτου αἰτίου προϊόντα, ὧν διὰ θατέρου τὸ θάτερον, δύο ὑπάρξεις ἔστιν εἰπεῖν τοῦ τρίτου τῇ τάξει, ὃ μὴ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου αἰτίου ὑπάρχοντος· ἵνα γὰρ εἰς ἀπόδειξιν ὧν βούλομαι τοῖς παραδείγμασι χρήσομαι, οἷς καὶ τῷ προτεθέντι κεφαλαίῳ. εἴπατε ἡμῖν οἱ τοιαῦτα διαπορoῦντες, ἐὰν δύο τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς ὑπάρξεις εἰσί, μία ἐκ τοῦ δίσκου, καὶ διὰ τῆς ἀκτῖνος ἑτέρα; Γνωρίσατε ἡμῖν ἐὰν δύο ὑπάρξεις τοῦ ἑνὸς εἰσὶ ποταμοῦ, μία ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ, καὶ ἑτέρα ἡ διὰ τῆς πηγῆς; *Audite, neque in hisce inferioribus, & sensui subjectis, in quibus duo effectus conspiciuntur, ex prima causa provenientes, quorum unus per alium est, duas existentias dici posse illius, quod est tertium ordine, nec continenter ex prima causa subsequitur. Et ut rursus ad demonstranda ea, quæ volo, exemplis iis utar, quæ in præcedenti capite usurpavi. Dicite nobis, qui de similibus dubitationes injicitis, an duæ solaris luminis existentiæ sint, una ex disco, altera per radium? Palam facite nobis, an duæ existentiæ unius sint fluminis, una ex oculo, altera ex fonte?* Hæc Veccus, quibus ostendit, etiam si demus, idem esse ex duobus principiis, non propterea duplex dicendum: Quando lumen ex Disco, & Radio promanans idem, unumque est ex utroque, & licet fluvius ex origine abdita, & ex fonte publico prodeat, unus tamen ex utroque ripas mordet, camposque peragrat. Ut in re etiam, de qua agimus ineptum argumentum vestrum ostendam, nego Spiritum Sanctum si ex duobus sit, hoc est ex Patre, ac Filio, ex duobus principiis esse. Nam ubi una actio ex duobus, non duo Principia, sed unum duo illi sunt. Etenim quemadmodum à termino actio speciem habet, ut una sit, quia unum agit, & talis sit, quia tale quid agit: ita Principium speciem habet ab Actione, ut unum sit, quia unius actionis, & Spirator sit, quia principium Spirationis. Quapropter sic potiùs arguite. Unus est Spiritus Sanctus, & una in eo Divina hypostasis: ergo una ejus Spiratio. Si una Spiratio, unum principium Spiratoris, quod ex Patre, & Filio *indivisibiliter* est. Sic decet verè Theologos ratiocinari: hæc vera Theologiæ, atque sincera professio. Neque enim quidquam huic nostræ *retorsioni*, uti ajunt, quibitis respondere. At, quî fieri possit, ut unum principium Spiratoris in duobus sit non intelligitis. Esto: Quid ad nos? Nam, quòd ignorantissimi Photiani estis, aliter habere se se Veritas quibit, quam nempe non intelligitis? Medius fidius nihil hoc manifestius: unum Principium duobus constans. Nam unum dicimus ex duobus, cujus una est Actio, una processio *indivisibiliter*, uti dicimus, ab utroque proveniens; Quid hoc manifestius? Adhuc tamen non intelligitis, & de illo maximopere dubitatis, an à duobus eadem *indivisibiliter* actio esse possit.

(23) *De Process. Spir. S. c. 6. n. 2. in fine.*

XV. Imò hoc negatis, Coressiusque (1) vester vix tenet cachinnum hæc audiens. γελᾶν ἔξεστιν, ait, ἀκούοντι μίαν ἐνέργειαν ἀδιαιρέτως ἐκ δυοῖν προϊοῦσαν: *ridere licet audienti actionem unam è duobus indivisibiliter prodeuntem*. Ridere licet? Ita sanè, sed fatuo; *audienti*, sed non intelligenti, quæ audit. Nam quî id rideas sanus, quod, ne palam hæreticus tibi ipsi sis, admittere, recipere, affirmare seriò tibi ipsi necesse est? Peto enim, cùm homo producitur, actio illa, quâ homo producitur, individua ex Deo, atque homine est, an partem, ac partem habet? Si individua ex Deo, & homine est: inferre licebit: ergo actio ex duobus esse poterit, quando ea, quâ homo producitur, actio est Dei unà, atque hominis individuum, & continenter hominem producentium. Si partem, & partem habet, pars illa, quæ ad hominem producentem spectat, & ab homine est, utrum ex vestra sententia sit etiam à Deo, quæro, an solùm ab homine? Si à Deo etiam dicatur esse: Ecce pars ipsa Actionis, qua homo dicitur agere, in se individua ex Deo, & homine est, atque absurdè partem, & partem in Actione ponitis, cùm utraque pars à Deo sit; altera à Deo solo, altera à Deo simul, & homine. Id, quod vos à fuga retrahit, revocatque ad eandem necessitatem admittendi unius ex duobus per indivisum, & individuum aliquid, quod est ab utroque. Si verò pars illa, quæ ad hominem spectat, à Deo nullo modo est, sed ab homine solo: infero, poni aliquid minimè dependens à Deo extra Deum, contra Symboli verba: ποιητὴν ὁρατῶν τε πάντων, καὶ ἀοράτων, *Creatorem visibilium omnium, & invisibilium*: contra dictum (2) Joannis: πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲν: *omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*: quæ omnia Sanctissimi Patres ad continentem, ut vulgò dicimus, *dependentiam* Creaturarum omnium, ac singularum à Deo solemniter comprobandam adducunt: quemadmodum & illa (3) Christi Servatoris verba: Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν: *sine me nihil potestis facere*, & Pauli (4) docentis; οὐχ ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυτῶν λογίζεσθαί τι, ὡς ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ. *non sumus sufficientes aliquid cogitare à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est*: quæ si quidem in Moralibus vera sunt, in quibus libertate utimur, multò magis in Naturalibus, in quibus non ut liberi operamur. Quod verò illa actio hominis, quæ cum actione Dei hominem facit, si continenter à Deo non est, à Deo minimè pendeat, manifestum est vix Physicorum vestibulum ingressis hominibus, quibus illud certissimum, actionem ab eo pendere, à

(1) *Tract. Theolog. de Trinit. c. 11.*

(2) *Joan. c. 1. n. 3.*

(3) *Joan. c. 15. n. 5.*

(4) *2. Ad Corinth. c. 3. n. 5.*

Digitized by Google

quo scilicet continenter est. Nam ab eo dumtaxat actio pendere dicitur, cui agentis Nomenclaturam attribuit: Porro liquidò constat, ei soli nomen agentis ab actione tribui, à quo continenter est. Etenim, ut ut causa causæ sit causa ejus, qui à causa producitur, tamen Agens Agentis non est Agens ejus, quod agitur ab Agente, alioquin & ea, quæ non sunt, agere dicerentur, cui tota Philosophia cum Jure repugnat affirmante, *non entium nullas esse actiones*, ex communi Proloquio. Actio igitur ab eo uno dependet, à quo continenter est; atque adeò Actio hominis hominem producentis, si à Deo continenter non est, à Deo minimè pendet, eritque, ut barbarè loquar, *Creatura independens à Deo*: id, quod Photianis ipsis authoribus hæreticum est. Ne igitur vestrâ etiam sententiâ hæretici censeamini, ea ipsa Actio, quâ homo producit hominem, à Deo unà, & homine est individua, & indivisa. Unde sequitur, à duobus unam actionem sine absurdo ullo esse posse: nec valere: ex duobus est; ergo per duplicem Actionem. Porro, si consecutio illa non valet, jam duo illi, unde una Actio est, unum sunt, individuumque principium Actionis ejus, quæ ex illis est. Quamvis enim in se duo, ea ratione tamen, qua Principium sunt, unum sunt, quòd coalescant in unum, unde una est Actio: Quemadmodum unum principium Deus, & homo constituunt hominis ejusdem, quòd unâ actione hominem ipsum progignant. Ut hinc manifestum sit, duos eadem, & individuâ actione agentes duo Principia dici non posse, ni velis in Voce rixari. Quòd si hæc ita se habent, ibit in plausus Oratio, concludetque, unum Principium Divini Spiritus esse ex Patre, & Filio in Spiratorem coalescens, quia Pater, & Filius unâ, uti ajunt, *Spiratione* individua, & indivisa Divinum Spiritum spirant. Sic osculum à duobus unâ invicem osculatione productum unum est à duobus, id, quod nobis vaticinata est Salomonis (5) Sponsa, cùm dixit: *φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ: osculetur me osculo oris sui*: ubi nomine osculi Spiritum Sanctum (6) Bernardus intelligit inter Latinos, inter Græcos Joannes (7) Carpathius, quo authore numerus osculorum, qui Græco textu proponitur ejusdem Spiritus, uniusque charismata plura significat.

(5) Cãtic. c. 1. n. 1.
(6) In d. locum Cantic.
(7) Capitum suorum cent. 2.

XVI. Quid his auditis responsurus sit Photianus Judex, expecto: Me licet dissimulante hìc rationes, queis palam evincitur Divini Spiritus à Patre, Filioque processio, quasque, si Superi mihi tandem propitii, vitam, pacemque concesserint, paratas jampridem prælo in Responsis Dogmaticis dabo, obmutescet profectò, aut ridiculum illud, at solitum Photianis pronunciabit: non credendum Græcis Latina probantibus, quia docti sunt. Quâ tamen decisione, quæ Photianos convictos ostendit, nos in Coressium armati negamus iterum, probari posse à Latinis quidpiam dici, quod inferat, duo esse Principia Flaminis sempiterni: atque adeò Latinorum Baptisma palam asserimus numeris omnibus absolutum esse, in quo nomine Triadis optimè cognitæ, sapienter explicatæ, orthodoxè propositæ omnia peraguntur. Neque officit quidquam solemnis illa sive calumnia, sive cavillatio, qua Baptismus idem impetitur à Coressio negante, hoc à Latinis conferri per *trinam immersionem*, uti loquimur vulgò. Nam hæc *immersio*, vel ita sumitur, ut & *infusionem*, *& adspersionem* significet, vel ita, ut ad solam veram, ac propriam immersionem rigidè contrahatur. Si primum, calumnia putida est, stultumque mendacium, inficiari per trinam infusionem (quam & immersionem (1) Jura passim appellant) Baptismum à Latinis conferri. Dabo testimonium, cui refragari nemo sanæ mentis audebit. Ritualis liber Romanus rationem, praximque conferendi Baptismi describens, sic ministros omnes (2) instituit. *Sacerdos vasculo, vel urceolo haurit aquam baptismalem de fonte, & cum ea, sub trina supra caput in modum Crucis infusione, baptizet electum, vel electam in nomine S. Trinitatis, sic dicens: Ego te baptizo in nomine Patris, ✠ & infundat primò, & Filii, ✠ & infundat secundò, & Spiritus Sancti, ✠ & infundat tertiò*. Id ipsum docet in (3) Summa descriptione Baptismi, idipsumque perpetuò usuvenit penes omnes Latinos, ut cuicunque Photiano palam erit, si semel Latino Baptismati interfuerit. Nec mirum, ter immergi eum, infundive lustralem aquam ei, qui Christo dat nomen, quando hac trina immersione, quam ab (4) Apostolis traditam, utraque semper Ecclesia constantissimè custodivit, multa significantur. Etenim ea, uti docet (5) Augustinus Christi sepultura significatur, quam Triduum circumscripsit, id, quod & (6) Damascenus adnotavit. Significatur etiam Triadis Divinæ Mysterium, quemadmodum post (7) Chrysostomum docuit Nostros Thessalonicensis (8) Simeon, & Latinos (9) Gregorius M. post (10) Hieronymum. Denique hac triná infusione nobis ingeritur efficacitas maximi Sacramenti, quo, uti dixit (11) Hieronymus, à triplici vitiorum origine, de qua Joannes (12) Apostolus, liberamur: quo adversus tria peccatorum genera, quæ cogitatione, verbis, factisque patrantur, munimur, authore (13) Hugutione vetustissimo Canonista: quo tres Virtutes maximè necessarias Fidem, Spem, Charitatem induimus, ut tradit (14) Bonaventura. Unde obstruitur os pestilens (15) Catumsyriti, ausi Græcos iterùm superstitionis accusare, quòd trinam hanc immersionem mordicus teneant, quam tamen tot authoribus, tot viris Sanctissimis probatam, atque ab utrâque jussam Ecclesia non ignorabat.

(1) Vide c. postquã de consecrat. dist. 4.
(2) Tit. Ord. Bapt. Parvulor. pag. mihi 18. & titul. Ord. Bapt. Adultor. pag. mihi 40.
(3) In d. Ritual. rubr. de Sacram. Bapt. titul. 3. de form. Bapt. vers. Baptismus.
(4) Canone 40.
(5) Relatus in d. cap. postquam.
(6) Relatus à Turrec. in d. c. postquã n. 2. ant. med.
(7) In illud Jo. nisi quis renatus fuerit.
(8) In tract. de Sacram. lib. 1. refertur à Goar. in Euchol. ad off. Bapt. not. 22. pag. 365. col. 2. in princ.
(9) Relatus in c. de trina d. dist. 4.
(10) In Epist. ad Philipp. & refertur in c. eodem modo d. dist. 4.
(11) d. c. eodẽ modo.
(12) d. c. postquã.
(13) In d. cap. postquam.
(14) Relatus à Turrecr. d. n. 2. post med.
(15) In Apolog. lib. 1. c. 3.

XVII. Sed ad Coressium regredior, quem ubi calumniatorem ostendi, si vocem immersionis latè sumat, ut passim usuvenit, dementem ostendo, si vocem immersionis ad propriam rigidè significationem coarctet. Nam quorsum reprehendat Latinos, quòd ter non immergant, qui justas ob causas nec semel immergunt, infusione contenti, quæ planè superest? Hoc, inquit, est, quod vitupero, hujus Latinos accerso, eorumque Baptisma detestor. At si Latinos accusatis, quòd non immergant: ergo & plerosque Græcorum, imò Photianorum accusetis, necesse est, quòd nunquam

quam immergentes Christianos faciant. Peritissimus Morum nostrorum ipso (1) Coressii testimonio Goarius sic de ipsa praxi, quâ utimur, cùm Baptisma damus, (2) notat. *Quamvis infusione nunc sæpius utantur Græci: Quoad enim licuit observare, puerum sedentem ἐν κολυμβήθρᾳ, vase, vel pelvi ad cubitum profundâ (sic Baptisterium hodie vocant à Piscina, in qua cæcus lavit, & venit videns) ter infusâ non modicæ quantitatis aquâ calidâ (frigida nanque pueri tenelli corpus nimio dolore perstringeret) purificant. Vel certè, ne aquæ copia obruatur, & fortè nimiam epotet, pronum positum, & sinistrâ in ventre sustentatum, Sacerdos capite, & toto corpore Salutaribus aquis abluit, ac lustrat*. Quid rei certæ testem Latinum adduco? Neophytus (3) Rhodinus, & Græcus, & in Græcia diu versatus, & Græcis scribens sic Baptismum nostrum describit: τρεῖς βολαῖς χύνομεν τὸ νερὸν ἐπάνω εἰς ἐκεῖνον, ὁποῦ βαπτίζεται, διὰ νὰ σημαδεύσωμεν τὴν ἁγίαν τριάδα, εἰς τῆς ὁποίας τὸ ὄνομα βαπτιζόμεθα. *Ter aquam super eum, qui baptizatur, infundimus, ut S. Trinitatem, in cujus nomine baptizamur, declaremus*. Vides infundi etiam à Græcis, & sæpe Baptismati Nostro immersiones deesse, reputantibus Nostris perinde esse, ut validè habeatur Baptisma, si aquam expiando infundas, ac si eundem immergas. Quare has ipsas infusiones Rhodinus mox nomine immersionis excipit (4) dicens: καὶ ἀκόμη διὰ νὰ σημαδεύσωμεν μὲ ταῖς τρεῖς καταδύσεις τὸν θάνατον, ταφὴν, καὶ ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ, *& ut insuper tribus illis immersionibus mortem, sepulturam, resurrectionemque Christi confiteamur*. Quòd si Græci ipsi, ipsi Photiani sæpe immersionibus infusiones substituunt, quis furor, quæ veriùs belluina dementia in Latinis vituperare, quod statim in Græcis, inque tuis ipsis vituperes?

(1) *Epist. 1. 2. 3. ad Goar.* (2) *In Euchol. ad off. Bapt. not. 24. pag. 365. ad fin.* (3) *In Synop. decir. Christian. ubi de Baptism.* (4) *Loco citat. statim.*

XVIII. Demus tamen, & hoc, Græcos inter, atque Latinos, inter alia cæremoniarum discrimina, esse sanè peculiare, ut semper immergant Nostri, ac ter immergant, quem lustrant, Latini verò neque unquam immergant, nec semper ter superinfusâ frigidâ expient: utrum doctus Theologus Coressius alterutram ob causam Latinorum Baptisma damnabit? At neutra pertinet ad integritatem, uti dicunt, essentialem Baptismi. Primò enim, ut Baptismus verus, & integer, validusque sit, nulla immersio necessaria est. Secundò, Baptismus integer, validusque habetur vel in unica sive immersione, sive infusione, sive adspersione: Prima conclusio probatur ex ipsa significatione Baptismi. Hic enim lotionem significat, ut constat ex (1) Ambrosio, unde cæteri omnes, inter quos ex Photianis tum (2) Balsamon, tum (3) Aristenus, tum (4) Hieremias Patriarcha CP. quos refert (5) Rhodinus, & (6) Canonarcha. At lotio non per solam immersionem, & per infusionem, & aspersionem habetur, ut constat ex Vaticinio (7) Danielis prædicentis Nabuchodonosor fore, ut *rore cæli infunderetur*, hoc est lavaretur: & ex verbis (8) Psaltæ precantis, *asperges me hyssopo, & emundabor, lavabis me, & super nivem dealbabor*: ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ καὶ καθαρισθήσομαι· πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι: ergo non per solam immersionem habetur Baptismus, verùm etiam per infusionem, & aspersionem. Id, quod confirmatur exemplo Apostolorum, qui sæpe contulisse Baptismum videntur infusione, vel etiam aspersione. Nam in (9) Actibus habes, unâ die, vi Concionis habitæ à Petro, ad Christi fidem conversa, & sacro fonte lustrata tria circiter hominum millia: quod mox etiam quinque millibus accidisse sacer (10) Historicus narrat. Jam quî fieri potuisse dicamus, ut tria virorum millia, imò & quinque unâ die per immersionem undis lustralibus purgarentur? Quare cogimur prorsus asserere, tantam frequentiam, vel per infusionem aquæ, vel potiùs per aspersionem fuisse lustratam. Idem evincitur ex (11) Actis Magni Martyris Laurentii, quæ non solum (12) Ambrosius, & (13) Augustinus, & Ecclesia nostra sequitur, approbatque, sed vel ipsi (14) Coressius, & (15) Margunius laudant, incorrupta illa, atque illibata pronunciantes. Porro in laudatis Actis asseritur, Romanum à Laurentio purificatum undæ Salutaris infusione, quando ibi solius urcei cum aquâ fit mentio.

(1) *Lib. 1. de Sacr. c. 4.* (2) *Immediat. de Sacram. post init.* (3) *In explicat. Sacram. c. de Baptis.* (4) *In 2. exposit. Cathol. Fidei ad Germanos.* (5) *In Orat. 1. de Sacram. sæpe.* (6) *In lib. de vi Canon. c. 38. ubi Synod. de Sacram.* (7) *Cap. 4. n. 22.* (8) *Psal. 50. v. 9.* (9) *Cap. 2. n. 41.* (10) *Cap. 4. n. 4.* (11) *Extant apud Lippom. & Sur. 10. Augusti.* (12) *Lib. 1. de Off. c. 41.* (13) *Serm. 30. de Sanctis.* (14) *Libr. de Persecut. Eccles. ad Corydal. c. 30.* (15) *Ad Metaphr. 10. Aug.*

XIX. Sed hæc omnia cessent, quid de his censuerint Græci, videamus. Prodromus (1) ante omnes hunc in modum Coressii stultitiam damnat: εἰσὶ δὲ, ait, οἱ ἀναγκαίας πάντως τὰς καταδύσεις νομίζοντες, ὥστε φάναι, μὴ γίνεσθαι βάπτισμα, μὴ καταδυομένου, καὶ καταδυομένου τοῦ πρὸς κολυμβήθραν ἐληλυθότος. Σφάλλονται δὲ, τοῦ Κανόνος οὐ τοῦτο φανερῶς ὁρίζοντος. τὰς γὰρ καταδύσεις οὐκ εἰς κατάστασιν τοῦ μυστηρίου ἐντέλλει, ἀλλὰ εἰς τελειότητα, ἵνα σημαίνῃ τὸν τοῦ Χριστοῦ τάφον τὸν τριήμερον. ἔστι γὰρ καὶ βέβαιον βάπτισμα διὰ τῆς τοῦ ἱεροῦ ὕδατος ἐγχύσεως, καὶ ὅπως ἂν οὖν τὸν ἄνθρωπον τῷ ἱερῷ νάματι ἐπιψαύσεις τὰ θεῖα ῥήματα, καὶ τὴν ἐπίκλησιν τῆς τριάδος ἐπαγγέλλων, βαπτίσεις αὐτόν. τοῦτο δὲ εἰδέναι ὠφέλιμον, ἵνα μήποτε ἐν ἀνάγκῃ ἡ τοῦ βαπτίσματος βοήθεια λείψῃ, καὶ διδακτέαι πάντως αἱ μαῖαι ὡς κινδυνεύοντος ἐν τῇ γεννήσει τοῦ βρέφους, ἴσασιν αὐτὸ βαπτίσαι, ἐν ᾧτινι γοῦν μέλει προφαίνῃ ψαύσασαι μετὰ τοῦ ὕδατος, καὶ τῶν ἱερῶν ῥημάτων. καὶ εἰ μὲν ψαύσοιεν τὴν κεφαλὴν, ἢ τὰ στέρνα, καὶ στῆθος, οὐκ ἀναβαπτίζεται τὸ βρέφος, ἀλλ' ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ παρέκβατα συμπληροῦται πρὸς τελειότητα, εἰ δ' ἴσως τῶν ἄλλων μελῶν, ἀναβιῶσαν τὸ βρέφος ἀναβαπτίζεται πρὸς ἀσφάλειαν, ἄπορον γὰρ τὸ μυστήριον. *Sunt, qui adeò necessarias immersiones existiment, ut dicant, non conferri Baptismum, non immerso illo, qui venit ad Baptisterium. Errant hi tamen, quando id apertè Canon minimè jubet. Is immersionem non ad constitutionem Sacramenti decernit, sed ad ejusdem perfectionem, ut triduo sepultum Christi Corpus commemoret. Fit enim verum Baptisma per aquæ consecratæ infusionem, & quocunque modo hominem contingas unda sacra, recitans divina verba cum invocatione Triadis, eum baptizabis. Hoc autem scitu perutile, ne cui Baptismatis in necessitate desit auxilium. Et docendæ hoc ipsum Obstetrices, ut in Nativitate periclitantem puellum norint Salutaribus undis intingere, quocunq; in membro prodeunte illum tangentes aquâ cum sacris verbis. Et siquidem caput contingant, aut pectus, & sinum, non iteratur Baptismus, sed in Ecclesiâ, quæ desueve,*

(1) *De Interpret. ad Can. 50. Apostol.* (2) *Synod. de Sacr. Myster.* (3) *Synod. de Bapt. particular.* (4) *Synod. de offic. Parochi.* (5) *Synod. quom. Sacramẽta ministr. debeant.* (6) *Synod. de trin. immers.* (7) *Synod. de Baptismo.* (8) *In Exemp. Synod. de Mysteriis.* (9) *In Encyclic. de virt. Sacram.* (10) *Ad d. Canon. 50. Apost. Hol.*

quo scilicet continenter est. Nam ab eo dumtaxat actio pendere dicitur, cui agentis Nomenclaturam attribuit: Porro liquidò constat, ei soli nomen agentis ab actione tribui, à quo continenter est. Etenim, ut ut causa causæ sit causa ejus, qui à causa producitur, tamen Agens Agentis non est Agens ejus, quod agitur ab Agente, alioquin & ea, quæ non sunt, agere dicerentur, cui tota Philosophia cum Jure repugnat affirmante, *non entium nullas esse actiones*, ex communi Proloquio. Actio igitur ab eo uno dependet, à quo continenter est; atque adeò Actio hominis hominem producentis, si à Deo continenter non est, à Deo minimè pendet, eritque, ut barbarè loquar, *Creatura independens à Deo*: id, quod Photianis ipsis authoribus hæreticum est. Ne igitur vestrâ etiam sententiâ hæretici censeamini, ea ipsa Actio, quâ homo producit hominem, à Deo unà, & homine est individua, & indivisa. Unde sequitur, à duobus unam actionem sine absurdo ullo esse posse: nec valere. ex duobus est; ergo per duplicem Actionem. Porro, si consecutio illa non valet, jam duo illi, unde una Actio est, unum sunt, individuumque principium Actionis ejus, quæ ex illis est. Quamvis enim in se duo, ea ratione tamen, qua Principium sunt, unum sunt, quòd coalescant in unum, unde una est Actio: Quemadmodum unum principium Deus, & homo constituunt hominis ejusdem, quòd unâ actione hominem ipsum progignant. Ut hinc manifestum sit, duos eadem, & individuâ actione agentes duo Principia dici non posse, ni velis in Voce rixari. Quòd si hæc ita se habent, ibit in plausus Oratio, concluderque, unum Principium Divini Spiritus esse ex Patre, & Filio in Spiratorem coalescens, quia Pater, & Filius unâ, uti ajunt, *Spiratione* individua, & indivisa Divinum Spiritum spirant. Sic osculum à duobus unâ invicem osculatione productum unum est à duobus, id, quod nobis vaticinata est Salomonis (5) Sponsa, cùm dixit: *φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ: osculetur me osculo oris sui*: ubi nomine osculi Spiritum Sanctum (6) Bernardus intelligit inter Latinos, inter Græcos Joannes (7) Carpathius, quo authore numerus osculorum, qui Græco textu proponitur ejusdem Spiritus, uniusque charismata plura significat.

XVI. Quid his auditis responsurus sit Photianus Judex, expecto: Me licet dissimulante hìc rationes, queis palam evincitur Divini Spiritus à Patre, Filioque processio, quasque, si Superi mihi tandem propitii, vitam, pacemque concesserint, paratas jampridem prælo in Responsis Dogmaticis dabo, obmutescet profectò, aut ridiculum illud, at solitum Photianis pronunciabit: non credendum Græcis Latina probantibus, quia docti sunt. Quâ tamen decisione, quæ Photianos convictos ostendit, nos in Coressium armati negamus iterum, probari posse à Latinis quidpiam dici, quod inferat, duo esse Principia Flaminis sempiterni: atque adeò Latinorum Baptisma palam asserimus numeris omnibus absolutum esse, in quo nomine Triadis optimè cognitæ, sapienter explicatæ, orthodoxè propositæ omnia peraguntur. Neque officit quidquam solemnis illa sive calumnia, sive cavillatio, qua Baptismus idem impetitur à Coressio negante, hoc à Latinis conferri per *trinam immersionem*, uti loquimur vulgò. Nam hæc *immersio*, vel ita sumitur, ut & *infusionem*, *&* *adspersionem* significet, vel ita, ut ad solam veram, ac propriam immersionem rigidè contrahatur. Si primum, calumnia putida est, stultumque mendacium, inficiari per trinam infusionem (quam & immersionem (1) Jura passim appellant) Baptismum à Latinis conferri. Dabo testimonium, cui refragari nemo sanæ mentis audebit. Ritualis liber Romanus rationem, praximque conferendi Baptismi describens, sic ministros omnes (2) instituit. *Sacerdos vasculo, vel urceolo haurit aquam baptismalem de fonte, & cum ea, sub trina supra caput in modum Crucis infusione, baptizet electum, vel electam in nomine S. Trinitatis, sic dicens: Ego te baptizo in nomine Patris, ✠ & infundat primò, & Filii, ✠ & infundat secundò, & Spiritus Sancti, ✠ & infundat tertiò.* Id ipsum docet in (3) Summa descriptione Baptismi, idipsumque perpotuò usuvenit penes omnes Latinos, ut cuicunque Photiano palam erit, si semel Latino Baptismati interfuerit. Nec mirum, ter immergi eum, infundive lustralem aquam ei, qui Christo dat nomen, quando hac trina immersione, quam ab (4) Apostolis traditam, utraque semper Ecclesia constantissimè custodivit, multa significantur. Etenim ea, uti docet (5) Augustinus Christi sepultura significatur, quam Triduum circumscripsit, id, quod & (6) Damascenus adnotavit. Significatur etiam Triadis Divinæ Mysterium, quemadmodum post (7) Chrysostomum docuit Nostros Thessalonicensis (8) Simeon, & Latinos (9) Gregorius M. post (10) Hieronymum. Denique hac triná infusione nobis ingeritur efficacitas maximi Sacramenti, quo, uti dixit (11) Hieronymus, à triplici vitiorum origine, de qua Joannes (12) Apostolus, liberamur: quo adversus tria peccatorum genera, quæ cogitatione, verbis, factisque patrantur, munimur, authore (13) Hugutione vetustissimo Canonista: quo tres Virtutes maximè necessarias Fidem, Spem, Charitatem induimus, ut tradit (14) Bonaventura. Unde obstruitur os pestilens (15) Catumsyriti, ausi Græcos iterùm superstitionis accusare, quòd trinam hanc immersionem mordicus teneant, quam tamen tot authoribus, tot viris Sanctissimis probatam, atque ab utrâque jussam Ecclesia non ignorabat.

XVII. Sed ad Coressium regredior, quem ubi calumniatorem ostendi, si vocem immersionis latè sumat, ut passim usuvenit, dementem ostendo, si vocem immersionis ad propriam rigidè significationem coarctet. Nam quorsum reprehendat Latinos, quòd ter non immergant, qui justas ob causas nec semel immergunt, infusione contenti, quæ planè superest? Hoc, inquit, est, quod vitupero, hujus Latinos accerso, eorumque Baptisma detestor. At si Latinos accusatis, quòd non immergant: ergo & plerosque Græcorum, imò Photianorum accusetis, necesse est, quòd nun-

quam

(5) Cãtic. c.1.n.1.
(6) In d. locum Cantic.
(7) Capitum suorum cent. 2.

(1) Vide c. postquã de consecrat. dist. 4.
(2) Tit. Ord. Bapt. Parvulor. pa. mihi 18. & titul. Ord. Bapt. Adulter pag. mihi 40.
(3) In d. Ritual. rubr. de Sacram. Bapt. titul. 3. de form. Bapt. vers. Baptismus.
(4) Canone 40.
(5) Relatus in d. cap. postquam.
(6) Relatus à Turrec. i d. c. postquã n. 2. ans. med.
(7) In illud Jo. nisi quis renatus fuerit.
(8) In tract. de Sacram. lib. 1. refertur à Goar. in Euchol. ad off. Bapt. not. 22. pag. 365. col. 2. in princ.
(9) Relatus in c. de trinæ d. dist. 4.
(10) In Epist. ad Philipp. & refertur in c. eodem modo d. dist. 4.
(11) d. c. eodẽ modo.
(12) d. c. postquã.
(13) In d. cap. postquam.
(14) Relatus à Turrecr. d. n. 2. post med.
(15) In Apolog. lib. 1. c. 3.

Digitized by Google

quam immergentes Chriſtianos faciant. Peritiſſimus Morum noſtrorum ipſo (1) Coreſſii teſtimonio Goarius ſic de ipſa praxi, quâ utimur, cùm Baptiſma damus, (2) notat. *Quamvis infuſione nunc ſæpius utantur Græci: Quoad enim licuit obſervare, puerum ſedentem ἐν κολυμβήθρᾳ, vaſe, vel pelvi ad cubitum profundâ (ſic Baptiſterium hodie vocant à Piſcina, in qua cæcus lavit, & venit videns) ter infusâ non modicæ quantitatis aquâ calidâ (frigida nanque pueri tenelli corpus nimio dolore perſtringeret) purificant. Vel certè, ne aquæ copia obruatur, & fortè nimiam epotet, pronum poſitum, & ſiniſtrâ in ventre ſuſtentatum, Sacerdos capite, & toto corpore Salutaribus aquis abluit, ac luſtrat.* Quid rei certæ teſtem Latinum adduco? Neophytus (3) Rhodinus, & Græcus, & in Græcia diu verſatus, & Græcis ſcribens ſic Baptiſmum noſtrum deſcribit: τρεῖς βολαῖς χύνομεν τὸ νερὸν ἐπάνω εἰς αὐτὸν, ὅπου βαπτίζεται, διὰ νὰ σημαδεύωμεν τὴν ἁγίαν τριάδα, εἰς τῆς ὁποίας τὸ ὄνομα βαπτιζόμεσθα. *Ter aquam ſuper eum, qui baptizatur, infundimus, ut S. Trinitatem, in cujus nomine baptizamur, declaremus.* Vides infundi etiam à Græcis, & ſæpe Baptiſmati Noſtro immerſiones deeſſe, reputantibus Noſtris perinde eſſe, ut validè habeatur Baptiſma, ſi aquam expiando infundas, ac ſi eundem immergas. Quare has ipſas infuſiones Rhodinus mox nomine immerſionis excipit (4) dicens: καὶ ἀκόμη διὰ νὰ σημαδεύωμεν μὲ ταῖς τρεῖς καταδύσεις τὸν θάνατον, ταφὴν, καὶ ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ, *& ut inſuper tribus illis immerſionibus mortem, ſepulturam, reſurrectionemque Chriſti confiteamur.* Quòd ſi Græci ipſi, ipſi Photiani ſæpe immerſionibus infuſiones ſubſtituunt, quis furor, quæ veriùs belluina dementia in Latinis vituperare, quod ſtatim in Græcis, inque tuis ipſis vituperes?

XVIII. Demus tamen, & hoc, Græcos inter, atque Latinos, inter alia cæremoniarum discrimina, eſſe ſanè peculiare, ut ſemper immergant Noſtri, ac ter immergant, quem luſtrant, Latini verò neque unquam immergant, nec ſemper ter ſuperinfusâ frigidâ expient: utrum doctus Theologus Coreſſius alterutram ob cauſam Latinorum Baptiſma damnabit? At neutra pertinet ad integritatem, uti dicunt, *eſſentialem* Baptiſmi. Primò enim, ut Baptiſmus verus, & integer, validuſque ſit, nulla immerſio neceſſaria eſt. Secundò, Baptiſmus integer, validuſque habetur vel in unica ſive immerſione, ſive infuſione, ſive adſperſione: Prima concluſio probatur ex ipſa ſignificatione Baptiſmi. Hic enim lotionem ſignificat, ut conſtat ex (1) Ambroſio, unde cæteri omnes, inter quos ex Photianis tum (2) Balſamon, tum (3) Ariſtenus, tum (4) Hieremias Patriarcha CP. quos refert (5) Rhodinus, & (6) Canonarcha. At lotio non per ſolam immerſionem, & per infuſionem, & aſperſionem habetur, ut conſtat ex Vaticinio (7) Danielis prædicentis Nabuchodonoſor fore, ut *rore cæli infunderetur*, hoc eſt lavaretur: & ex verbis (8) Pſaltæ precantis, *aſperges me hyſſopo, & emundabor, lavabis me, & ſuper nivem dealbabor*: ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ καὶ καθαρισθήσομαι· πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι: ergo non per ſolam immerſionem habetur Baptiſmus, verùm etiam per infuſionem, & aſperſionem. Id, quod confirmatur exemplo Apoſtolorum, qui ſæpe contuliſſe Baptiſmum videntur infuſione, vel etiam aſperſione. Nam in (9) Actibus habes, unâ die, vi Concionis habitæ à Petro, ad Chriſti fidem converſa, & ſacro fonte luſtrata tria circiter hominum millia: quod mox etiam quinque millibus accidiſſe ſacer (10) Hiſtoricus narrat. Jam quî fieri potuiſſe dicamus, ut tria virorum millia, imò & quinque unâ die per immerſionem undis luſtralibus purgarentur? Quare cogimur prorſus aſſerere, tantam frequentiam, vel per infuſionem aquæ, vel potiùs per aſperſionem fuiſſe luſtratam. Idem evincitur ex (11) Actis Magni Martyris Laurentii, quæ non ſolum (12) Ambroſius, & (13) Auguſtinus, & Eccleſia noſtra ſequitur, approbatque, ſed vel ipſi (14) Coreſſius, & (15) Margunius laudant, incorrupta illa, atque illibata pronunciantes. Porro in laudatis Actis aſſeritur, Romanum à Laurentio purificatum undæ Salutaris infuſione, quando ibi ſolius urcei cum aquâ fit mentio.

XIX. Sed hæc omnia ceſſent, quid de his cenſuerint Græci, videamus. Prodromus (1) ante omnes hunc in modum Coreſſii ſtultitiam damnat: εἰσὶ δὲ, ait, οἱ ἀναγκαίως τοσοῦτον τὰς ἀναδύσεις νομίζοντες, ὥστε φάναι, μὴ γίνεσθαι βάπτισμα, μὴ ἀναδυομένου, καὶ καταδυομένου τοῦ πρὸς κολυμβήθραν ἐληλυθότος. Σφάλλονται δὲ, τοῦ Κανόνος οὐ τοῦτο φανερῶς ὁρίζοντος· τὰς γὰρ καταδύσεις οὐκ εἰς κατάστασιν τοῦ μυστηρίου ἐντέλλει, ἀλλὰ εἰς τελειότητα, ἵνα σημαίνῃ τὸν τοῦ Χριστοῦ τάφον τὸν τριήμερον. ἔστι γὰρ καὶ βέβαιον βάπτισμα διὰ τῆς τοῦ ἱεροῦ ὕδατος ἐγχύσεως, καὶ ὅπως ἂν οὖν τὸν ἄνθρωπον τῷ ἱερῷ νάματι ἐπιψαύσῃς τὰ θεῖα ῥήματα, καὶ τὴν ἐπίκλησιν τῆς τριάδος ἀπαγγέλλων, βαπτίσεις αὐτόν. τοῦτο δὲ εἰδέναι ὠφέλιμον, ἵνα μήποτε ἐν ἀνάγκῃ ἡ τοῦ βαπτίσματος βοήθεια λείψῃ. καὶ διδακτέαι τοῦτό γε αἱ μαῖαι ὡς κινδυνεύοντος ἐν τῇ γεννήσει τοῦ βρέφους, ἴσωσιν αὐτὸ βαπτίσαι, ἐν ὅτῳ γοῦν μέλει προφαίνηται ψαύεσθαι μετὰ τοῦ ὕδατος, καὶ τῶν ἱερῶν ῥημάτων. καὶ εἰ μὲν ψαύσωσι τὴν κεφαλὴν, ἢ τὰ στέρνα, καὶ στῆθος, οὐκ ἀναβαπτίζεται τὸ βρέφος, ἀλλ᾽ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ παρέκβατα συμπληροῦται πρὸς τελειότητα, εἰ δ᾽ ἔν τινι τῶν ἄλλων μελῶν, ἀναβιώσαν τὸ βρέφος ἀναβαπτίζεται πρὸς ἀσφάλειαν, ἄπορον γὰρ τὸ μυστήριον. *Sunt, qui adeò neceſſarias immerſiones exiſtiment, ut dicant, non conferri Baptiſmum, non immerſo illo, qui venit ad Baptiſterium. Errant hi tamen, quando id apertè Canon minimè jubet. Is immerſionem non ad conſtitutionem Sacramenti decernit, ſed ad ejuſdem perfectionem, ut triduo ſepultum Chriſti Corpus commemoret. Fit enim verum Baptiſma per aquæ conſecratæ infuſionem, & quocunque modo hominem contingas unda ſacra, recitans divina verba cum invocatione Triadis, eum baptizabis. Hoc autem ſcitu perutile, ne cui Baptiſmatis in neceſſitate deſit auxilium. Et docendæ hoc ipſum Obſtetrices, ut in Nativitate periclitantem puellum norint Salutaribus undis intingere, quocunq; in membro prodeunte illum tangentes aquâ cum ſacris verbis. Et ſiquidem caput contingant, aut pectus, & ſinum, non iteratur Baptiſmus, ſed in Eccleſiâ, quæ defuere,*

(1) *Epiſt. 1. 2. 3. ad Goar.*
(2) *In Euchol. ad off. Bapt. not. 24. pag. 365. ad fin.*
(3) *In Synop. doctr. Chriſtian. ubi de Baptiſm.*
(4) *Loco citat. ſtatim.*
(1) *Lib. 1. de Sacr. c. 4.*
(2) *Immediat. de Sacram. poſt init.*
(3) *In explicat. Sacram. c. de Baptiſ.*
(4) *In 2. expoſit. Cathol. Fidei ad Germanos.*
(5) *In Orat. 1. de Sacram. ſepe.*
(6) *In lib. de vi Canon. c. 38. novi Synod. de Sacram.*
(7) *Cap. 4. n. 22.*
(8) *Pſal. 50. v. 9.*
(9) *Cap. 2. n. 41.*
(10) *Cap. 4. n. 4.*
(11) *Extant apud Lippom. & Sur. 10. Auguſti.*
(12) *Lib. 1. de Off. c. 41.*
(13) *Serm. 30. de Sanctis.*
(14) *Libr. de Perfect. Eccleſ. ad Corydal. c. 30.*
(15) *Ad Metaphr. 10. Aug.*
(1) *De Interpret. ad Can. 50. Apoſtol.*
(2) *Synod. de Sacr. Myſter.*
(3) *Synod. de Bapt. parvulor.*
(4) *Synod. de offic. Parochi.*
(5) *Synod. quom. Sacramẽta miniſtr. debeant.*
(6) *Synod. de trin. immerſ.*
(7) *Synod. de Baptiſmo.*
(8) *In Exemp. Synod. de Myſteriis.*
(9) *In Encyclic. de virt. Sacram.*
(10) *Ad d. Canon. 50. Apoſtol.*

Digitized by Google

fuere, supplentur ad perfectionem. Quod si tetigerit aliud aliquod membrum, superstes infans iterum baptizatur, quò sit securior: nam anceps est Sacramentum. Hanc Prodromi sententiam, imò hæc ipsissima Prodromi verba approbant publica authoritate sex Patriarcharum Synodica, Catholicorum (2) Nicephori, (3) Methodii, & (4) Vecci, Schismaticorum Nicolai (5) Muzalonis, Georgii (6) Xiphilini, & Philothei (7) Palamitæ, quos refert accuratè, ac laudat (8) Canonarcha. Eadem recepit (9) Photius, & post eum (10) Aristenus, (11) Balsamon, Leo (12) Numodotes, Georgius (13) Syncellus, quos vide penes (14) Diplovatacium.

(11) *Respons. ad Episc. Cypri.*
(12) *In d. Canon. 50. Apostol.*
(13) *In d. Canon. 50. Apostol.*
(14) *In Synops. jur. Græc. tit. de Baptismo.*

XX. Eadem recitat, & apertè commendat ipse (1) Margunius, quo authore idem erit de Baptismo collato puero, qui sontico laboret, aut morti sit proximus: itidemque de eo, qui sordes alvi retinere non possit: Ne *Natatoria* sacra coram omnibus inquinetur, Quin imò addit idem usurpandum cum viris adultis ex consilio, prorsus tamen, & omnino cum adultis fœminis, ne coram hominibus denudentur, aut Presbytero baptizanti criminis impudici, turpisve speciem objiciant cogitationis. Quæ omnia eruditè comprobat, in eo tamen falsus, quòd ait, nunquam in Ecclesiâ fuisse ad Baptismum fœminas denudatas, neque unquam adultos viros immersione lustratos, cùm tamen ex historia constet, priscis illis temporibus, tum viros, tum fœminas nudatis corporibus immergere aquæ lustrali morem fuisse. Etenim non solùm frons illorum, illarumque sacro Chrismate mungebantur; sed totum corpus, ut palam est ex (2) Dionysio Areopagita, & Cyrillo (3) Jerosolymitano. Hinc Cononis Presbyteri apud Joannem (4) Moschum à mulieribus initiandis fuga, & animi non modica trepidatio, cùm speciosissimæ puellæ è Perside adventanti sacrum hoc officium esset præstiturus. Hinc ex adverso (5) mirum (si tamen verum) Constantini Magni nuditatis pudorem magnanimè contemnentis exemplum; cùm ultimam lætus tunicam exuit, probrumque carnis subjecit oculis piscinam sacram ingressus, mox coram omnibus unctus. Facit & quod habes penes Antiquitatem de Officiis tum Diaconissarum, tum Diaconorum. Nam de utrisque (6) Clemens sic statuit, Τὸν μὲν ἄνδρα ὑποδεχέσθω ὁ διάκονος, τὴν δὲ γυναῖκα ἡ διάκονος, ὅπως σεμνοπρεπῶς ἡ μετάδοσις τῆς ἀθραύστου σφραγῖδος γίνηται. *Et virum quidem suscipiat Diaconus, mulierem verò Diaconissa, ut honestè signi minimè violandi* (Baptismum intellige) *communicatio peragatur*. Et antea (7) de fœminis dixerat. ἐν τῷ φωτίζεσθαι γυναῖκας, ὁ διάκονος χρίσει μὲν μόνον τὸ μέτωπον αὐτῶν ἐν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, καὶ μετ' αὐτὸν ἡ διάκονος ἀλείψει αὐτάς· οὐ γὰρ ἀνάγκη γυναῖκας ὑπὸ ἀνδρῶν θεωρεῖσθαι. *Cùm Mulieres baptizantur, unget quidem earum Diaconus frontem tantùm oleo Sancto, post eum verò illinict eas Diaconissa: non enim mulieres conspici à viro necesse est*. Et (8) inferiùs de iisdem. Διακόνισσα οὐκ εὐλογεῖ, ἀλλ' οὐδὲν, ὧν ποιοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι, ἢ οἱ διάκονοι, ἐπιτελεῖ· ἀλλ' ἢ τὸ φυλάττειν τὰς θύρας, καὶ ὑπηρετεῖσθαι τοῖς πρεσβυτέροις ἐν τῷ βαπτίζεσθαι τὰς γυναῖκας διὰ τὸ εὐπρεπές. *Diaconissa non benedicit, neque facit aliquid eorum, quæ Presbyteri, aut Diaconi faciunt: nisi quòd januas custodit, & Presbyteris ministrat, cùm mulieres Baptizantur, propter decorum, & honestatem*. Ex quibus manifestum est, olim nudos, nudasque ad Baptismum processisse, quæ, quive lustrabantur, non sine aliquo tamen verendorum tegumento. Id, quod consultiùs ætas posterior emendavit, censuitque hujusmodi viros, ac fœminas infusione purgandas: quo tamen denique constituitur, non esse necessariam immersionem, planèque sufficere infusionem, aut etiam aspersionem juxta morem unicuique Genti traditum, quemadmodum opportunè subnotat Ritualis Latinorum liber (9) his verbis. *Licèt Baptismus fieri possit, aut per infusionem, aut per immersionem, aut per aspersionem, primus tamen, vel secundus modus, qui magis sunt in usu, pro Ecclesiarum consuetudine, retineatur ita, ut trina ablutione caput Baptizandi perfundatur, vel immergatur in modum Crucis uno, & eodem tempore, quo verba proferuntur, & idem sit aquam adhibens, & verba pronuncians*.

(1) *Nota 12. ad d. Can. 50. Apost.*
(2) *De Eccl. Hierarch. c. 2.*
(3) *Catech. 2. Mystago.*
(4) *In Prat. Spirit. penes Goar. in Euchol. in off. Bapt. not. 18. pag. 365. col. 1. initio.*
(5) *Apud Metaphr. in Vit. S. Sylvestri.*
(6) *Const. Apost. l. 3. c. 16.*
(7) *d. l. 3. c. 15.*
(8) *d. Const. l. 8. c. 28.*
(9) *Rubr. de Sacr. Bapt. tit. 3. de forma Bapt. vers. Baptismus.*

XXI. Venio ad secundam Conclusionem, ac quemadmodum ostendi nullam, immersionem esse necessariam Baptismo, cùm hic prorsus haberi integer queat, per infusionem, vel aspersionem, ita convenienter ostendo, minimè requiri trinam immersionem, infusionemve. Nec difficilis demonstratio rei per se notæ, & (1) Theologis ex (2) D. Thoma, & (3) Turrecremata passim, ac penitùs constitutæ. Nam ea, quæ pertinent ad Naturam, &, ut ajunt, *essentiam* Baptismi à verbis Christi desumenda sunt, ut omnium sententia docet, & tradit apertissimè (4) Prodromus, post quem (5) Harmenopulus idipsum affirmat, confirmatque sapientissimè: At ex verbis Christi, nullo modo deducitur hæc tam severa ter immergendi necessitas. Etenim iis dumtaxat jubemur, *baptizare in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*: Atquè autem *baptizamus*, hoc est immergimus, abluimus, purgamus, intingimus prolatâ forma Sacramenti, si semel baptizemus, & immergamus, ac si ter, bis, vel quater, aut quinquies, ut est penitùs manifestum: ergo repetitio immersionis, infusionisque non pertinet ad naturam, sive dicas *essentiam* Sacri Baptismi. Huic argumento, quod eluctari Theologus Chius minimè Gentium quibit, video, quid objiciat: Canonem nimirum toties productum (6) Apostolorum. Sed eum olim profligavere doctissimi viri cum (7) D. Thoma, nequis deinceps Photianorum mutire audeat, ac inde necessario trinam immersionem requirere. Certè si legere, & intelligere queunt Photiani, eo in loco minimè asseritur necessaria immersio trina; tantùm ii reprehenduntur, qui sub unâ immersione conferebant Baptismum, docebantque contra communem Ecclesiæ utriusque consuetudinem, perperam conferri sub trinâ. Neque ex eo ibi Baptisma collatum irritum dicitur (si tamen dicitur: neque enim id ex Canone ipso apparet) sed ex eo, quòd in morte Christi conferebatur. Nam sic Apostoli decreti sui rationem reddunt: οὐ γὰρ εἶπεν ἡμῖν ὁ Κύριος,

(1) *In 4. Sententiarum.*
(2) *In 3. p. citatus à Turrecremata.*
(3) *In c. si quis n. 1. & 2. de Cons. dist. 4.*
(4) *Ind. Can. 50.*
(5) *Ad Novel. Leon. de Baptis.*
(6) *d. Can. 50. Apost.*
(7) *Ubi suprà.*

Digitized by Google

ειϑ, ἐν τῷ θανάτῳ μου βαπτίζετε, ἀλλὰ πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. *Non enim dixit nobis Dominus: in morte mea baptizate: sed euntes docete omnes gentes, &c.* Sed opponit Coressius Latinis Pelagii Pontificis (8) decretum, quo asseritur à Christo jussa trina purgandi hominis immersio. Respondet (9) D. Thomas, dictum Pelagii sano modo intelligendum; ut Pontifex asserat trinam immersionem jussam à Christo non in se, sed in re rei à se jussæ persimili. Qui enim immergi mandavit, vel ablui in nomine Triadis, videtur Ecclesiam afflasse, ut, quam ipse non jusserat, trinam immersionem ipsa juberet. Hæc D. Thomas, quæ tamen pace tanti Doctoris, non sine summo erga summum Doctorem, Patronumque studiorum meorum obsequio, licet ingeniosa, non planè Coressianam retundent audaciam. Nam, si jussam à Christo trinam immersionem admittimus, palam, clamve dicamus, perinde erit; eamque Baptismo dicemus penitùs necessariam: nec solvitur difficultas, sed implicatur magis. Quare & ipse respondeo, confusè loqui Pelagium, cùmque duo arguat, Baptismum in nomine Christi collatum, & sub unâ datum immersione; ad hanc non protendit mandatum Christi, sed solùm ad illud, ut nempe colligat, non esse sacro fonte expiandos homines in nomine Christi, neque una tantùm immersione: hoc, ne Traditio Ecclesiæ, quæ consuetudine perpetuâ nititur, abrogari videatur, illud, ne fortè Baptismus ita collatus irritus sit, & infirmus, quippe palam Christo edicente: *Baptizate omnes Gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Hanc responsionem confirmat (10) Gregorius Magnus nobis Dialogus sic Leonardo Episcopo scribens: *de trinâ mersione Baptismatis nil responderi verius potest, quàm quod ipsi sensistis: quia in una fide nil officit Sanctæ Ecclesiæ consuetudo diversa. Nos autem, quòd ter mergimus, triduanæ sepulturę sacramenta significamus, & dum tertio infans ab aquis educitur, resurrectio triduani temporis exprimitur. Quòd si quis fortè pro summæ Trinitatis veneratione existimet fieri, neque hoc aliquid obsistit, baptizandos semel in aquis mergere: quia, dum in tribus subsistentiis una substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in Baptismate vel ter, vel semel immergere; quoniam etiam in Tribus mersionibus Personarum Trinitas, & in una potest Divinitatis singularitas designari.* Adstipulatur, quod refert (11) Gratianus ex Concilio Toletano IV. decernente, ut unicâ, simplaque mersione Baptismus in posterum conferretur: idque, ut ibi dicitur, ad evitandum Schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis usum. Nam, cùm Donatistæ Baptismum iterarent, trinaque mersio populis iteratio videretur, quo fiebat, ut irrepentibus clam hæreticis via sterneretur ad pervadendos plebeculæ simplicis animos, Hispani Patres consuetudini totius Ecclesiæ derogandum censuere, ne saluberrima cæremonia, non tamen penitùs necessaria, saluti populorum obesset. Sic & ex nostris (12) Prodromus in fine relatorum superiùs verborum, ubi opportunè quæsivit, an, dum fœtus vivus è ventre matris educitur, timeturque, ne protinus moriatur, unâ tantùm infusione lustrari possit, lustrarique una dumtaxat debeat; statim respondet: ἀναμφισβητήτως βαπτιστέον τὸ βρέφος ἐπὶ μιᾶς ἀναδύσεως, ἢ, ὡς ἔλεγον, ψαύσεως τοῦ ἱερωῦδατος σταυροειδῶς ἅμα τῇ ἐπικλήσει τῶν θείων ῥημάτων. οὐδ᾽ ἀναβαπτιστέον τὸ βρέφος, εἴπερ ἐπιβιώσῃ· αἱ γὰρ ἀναδύσεις, καὶ ὁ αὐτῶν ἀριθμὸς ἐν ἐθιμῷ ἐκκλησίας, ἧς πέπαυται δύναμις ἐν ἀνάγκῃ. *Omnino lustrandum infantem esse unicâ mersione, vel, ut ajebam, tactione sacræ aquæ in formam Crucis unà cum invocatione divinorum Verborum. Neque iterandum Baptisma eum in modum expiati pueri: nam mersiones, earumque numerus, ex lege Ecclesiæ est, cujus vis quiescit in ipsâ necessitate.* Non potuit breviùs, aut sapientiùs rem totam conficere contra Coressium, cui proferenti (13) Scholiasten Harmenopuli brevissimè respondendum est, eum, quicunque ille fuerit, de illâ necessitate loqui, quæ aliquam potestatem ter immergendi reliquam facit: in ea autem, licet per simplam immersionem collatus Baptismus sit ratus, non tamen per simplam immersionem collatus sine gravi conferentis crimine erit. Etenim dicimus, hunc Ritum mersionis trinæ, sine gravi piaculo omitti non posse, quemadmodum omnes Latini cum (14) Div. Thoma fatentur. Sic tamen collatus, criminosè licèt, validus erit, verusque Baptismus, ad quem lotio sola, & forma per Christum Servatorem tradita planè superest, quod attinet ad valorem.

(8) Ep. ad Gaudentium habetur c. mul. i Juns de conf. dist. 4.

(9) Ubi supra.

(10) Lib. 1. Epi. 12. habetur c. de trina de Conf. dist. 4.

(11) Inc. propter de conf. dist. 4.

(12) In ed. can. 50.

(13) In Epitom. Canonum Sect. 4. tit. primo ad Can. 14.

(14) Ubi supra.

SECTIO IV.

Probationes vulgares, peregrinæ, non communes ingestæ à Coressio reprobantur.

SUMMARIUM.

I. *Proponitur sententia Coressii, in qua ostenditur ignorantia, mendacitas, & imperitia ejusdem.*

II. *Evincitur, Probationum Vulgarium, seu peregrinarum impietas, & iniquitas, illisque Deum tentari.*

III. *Ex illis probari sæpe falsum; quod exemplis confirmatur. Conficiturque eas omni Jure reprobari.*

IV. *Proponuntur rationes Coressii pro his Probationibus damnatis.*

V. *Quod à lege Divina solùm permittitur, posse prohiberi: & explicatur difficultas petita ex Sacrificio Zelotypiæ.*

VI. *Tentari Deum non posse; non semper Sortibus tentari Deum: explicantur plura loca S. Scripturæ.*

VII. *Utrum in electione Matthiæ Apostoli usi sint fortibus; Variæ opiniones Patrum; eligiturque optima, & opportuna refellendo Coressio.*

VIII. *Canones probantes has Probationes reprobatos fuisse: usuvenisse, ut priores Canones à posterioribus abrogarentur, & emendarentur: quod longâ constituitur Inductione.*

IX. Eccle-

Digitized by Google

IX. *Ecclesiam universam errare non posse, posse peculiarem aliquam.*

X. *Non quod Canones aliqui abrogantur, errasse conditores ipsorum. Ratio, cur aliquando in quibusdam Ecclesiis permissum, his probationibus uti.*

I. Diu à re nostra divertimus, dum Photianorum ineptias castigamus, si tamen res nostra ipsa non est, ut quolibet in loco Photianorum ineptias castigemus. His igitur hactenus abunde retusis, finitionis, quâ Probationem descripsimus, veritas, probitasque iterum confirmatur, quemadmodum & allata per Coressium ejusdem Probationis finitio stulta, & inepta rejicitur. Nam, cùm ita Probationem proponit, ut & minimè licitas probationes finitione suâ complectatur, quid aliud facit, quàm probationem proponere nullo modo in Jure probantem? Ais, probationem esse γνώρισμα τῆς ἀληθείας, ἤτοι νομικῷ τρόπῳ, ἤτοι ἔργῳ θαυμαστῷ γινόμενον. *Cognitionem veritatis seu modo legitimo, seu miro facto factam.* Si illis verbis ἔργῳ θαυμαστῷ, miracula divinitus expectanda significas, jam non de probatione, cujus naturam prosequimur, agis; estque finitio importuna, saltusque desipientis Choragi extra Chorum; Si verò humanam ipsam probationem miris operibus fieri posse contendis, jam damnatas probationes, uti ratas, receptasque commemoras, & Juri utriusque Ecclesiæ palam inimicus repugnas. Imò, inquit, hoc ago, ut probationes in Ecclesiâ semper probatas, & recentibus Latinorum constitutionibus damnatas immeritò, recipiendas ostendam. χρὴ εἰδέναι, (1) ait, ἐνεστάλας ἐν τῇ χριστιανῶν πολιτείᾳ ἰδιωθείσας τὰς ἱερὰς ἀποδείξεις, ἅσπερ ὀνόμαζον καθάρσεις κανονικὰς, καὶ παρ' ἡμῖν, καὶ παρ' αὐτοῖς δὴ τοῖς λατίνοις. Καὶ ἦν ἀληθῶς κοσμιώτατον τῇ ἐκκλησίᾳ τὸ αὐτῶν ἔθος συνεργοῦντος θεοῦ τῇ ἀληθείᾳ, ὅταν μονομαχίαις τὸ δίκαιον ἐκρίνετο, καὶ πυρὶ ἡ συκοφαντία ἐφωρᾶτο, καὶ τὸ ἀθῷον τῆς παρθενίας διὰ τῆς ὑδρουργίας θαυμαστῶς ἐγνωρίζετο. καὶ περὶ τοῦτο συχνάκις οἱ τῶν λατίνων κανόνες μετὰ τῶν ἡμετέρων διατάττουσιν. ὁ δὲ Ῥόφρεδος ὁ αὐτῶν ἀρχικανονιστὴς θαυμαστὰ διαιρεῖ, καὶ καθίστησιν. *Oportet nosse, olim in Christiana republica usitatas Sacras probationes, quas purgationes canonicas appellavere tum Nostri, tum ipsi Latini. Et erat reipsâ ornatissimus in Ecclesia mos ipsarum, Deo Veritati opitulante, cùm duello Justitia judicabatur, & igne calumnia palam agnoscebatur, & innocentia Virginitatis per Operationem aquæ nota mirè fiebat. De hoc persæpe Latini Canones cum Nostris decernunt.* (2) *Roffredus autem princeps Latinorum Canonistarum mira distinguit, atque constituit.* Ambigas Jure, an his tribus, quatuorve periodis major appareat Ignorantia, an mendacitas, an imperitia Scribentis. Imperitia sanè, sed planè miserabilis est, cùm Roffredus princeps Latinorum Canonistarum dicitur, cujus vix nomen penes (3) Mascardum, qui Canonistarum exemplaria perpetuò versamus, audivimus. Mendacitas verò, sed manifesta, cùm persæpe harum probationum usus probari dicitur Græcis Canonibus, & Latinis, quando hi, si unum, alterumve excipias, eosque & ignobiles, & penitùs redactos in ordinem, omnes hujusmodi purgationes propalam detestentur. Ignorantia denique, sed supina, & undique criminosa, cùm hæ ipsæ probationes probantur, quas nulla Lex patitur, nulla Respublica recipit, nulla ratio persuadet, imò quas omnis Lex reprobat, omnis Respublica damnat, omnis ratio detestabiles esse pronunciat.

(1) *Lib. 2. de error. Italorum prope finem.*

(2) *De Jure Pôtif. p. 7. titul. de purgat. Canon. in rub. quid sit purgatio, & seqq.*

(3) *De probat. vol. 1. qu. 4. à nu. 6. ad 10.*

II. Nam primò id, quod Cacodæmone struente repertum, inventumque est, malum est, detestabile, perniciosum: neque enim ab illâ malignissimæ Intelligentiæ semper ad nocendum paratâ sapientiâ quidquam boni, aut non planè perniciosum prudenter poterit expectari; Quare à (1) Petro Leoni rugienti comparatur, euntique circum, ut devoret, disperdat, ac laniet: & inimicus à (2) Christo dicitur, & seductor (3) à Joanne, paterque peccati, à (4) Paulo insidiator: at purgationes hujusmodi sive adigant ad monomachiam, sive ad ferrum candens, sive ad aquam frigidam, tepidamve, quemadmodum explicant (5) Roffredus, & (6) Turrecremata, Cacodæmone struente repertæ, inventæque sunt, authore (7) Gregorio nobis Dialogo: malæ igitur sunt, detestabiles penitùs, ac prorsus perniciosæ. Præterea id, quod Deum tentat, licitum minimè dixeris ex effato (8) Servatoris, & Deuteronomii decreto. Cujus ea ratio est, quia tentatio Dei irreligiosum animum, petulantemque proterviam hominis tentantis indicat; atque adeò vel palam explorantis, an Deus sit potens, sapiens, misericors, aliamve habeat perfectionem, eamque experiri cupientis, vel certè id à Deo temerè petentis, quod suapte naturâ eodem referri videtur propterea, quòd se se præsenti periculo committat, à quo vel nullo modo, vel vix possit eripi sine miraculo. Id, quod acutè explicat, & latè prosequitur post (9) D. Thomam, (10) Navarrus, (11) Sanchez (12) Lessius, & (13) Laymannus. Atqui Probationes, quas probat Coressius, Deum tentant, ut asseruit (14) Honorius III. & inter Nostros ex multiplici recensione Synodicorum (15) Diplovatacius, probaturque manifestissimè. Nam Deum tentare nihil aliud est, uti dicebamus, quàm ab eo citra necessitatem miraculum petere, eundemque in testem producere veritatis, quam Deus vel occultam vult, vel potest aliunde reddere manifestam. Quod ex verbis (16) Christi confirmatur. Eum enim cùm Cacodæmon ad pinnaculum Templi sustulisset, petiissetque, ut ad comprobandam Divinitatem, inde se se deorsum mitteret, respondisse narrat Matthæus, Deum non esse tentandum: quasi dixisset, cùm per me hinc pedibus meis queam descendere, non est, cur sine necessitate miraculum petam, cùmque adhuc occultam Divinitatem meam supremum Numen decreverit, quæ etiam sine hoc miraculo opportuno tempore patebit, frustra miracula patravero: tentabiturque utroque Deus, quò colligi possit, Dei tentationem nihil aliud esse, quàm citra necessitatem mira Deum flagitare. Porro qui Coressianas probationes init, quid aliud agit, nisi ad testimonium veritatis vel justo Dei judicio occultandæ, vel aliunde manifestandæ Deum ad miracula provocare? Tentat igitur Deum, peccat-

(1) *Ep. Ca. Canon. 1. c. 5. n. 8.*

(2) *Mat. c. 13. n. 39.*

(3) *Apocal. c. 20. n. 10. & Ep. Can. 1. c. 3. n. 8.*

(4) *Ad Ephesios c. 6. n. 11.*

(5) *Loco supra laudato.*

(6) *In c. consuluisti 2. q. 4.*

(7) *In Regest. ad Brunichil. Reg. Ep. 332. refert. in c. Mennã. 2. q. 4.*

(8) *Mat. c. 4. n. 7.*

(9) *2. 2. q. 94. art. 1.*

(10) *In Manual. c. 11.*

(11) *In Decal. li. 2. c. 34.*

(12) *De Just. & Jur. lib. 2. c. 45.*

(13) *Lib. 4. tract. 10. c. 5.*

(14) *In c. dilecti de purg. vulg.*

(15) *In Synops. titul. de probat.*

(16) *d. c. 4. n. 7.*

Digitized by Google

peccatque gravissimè, quando, ut relati DD. explicant, Dei tentatio lethale crimen plerunque complectitur.

III. His adde, id, quo fit, ut plerunque innocens puniatur, iniquum esse, nec idoneum probationi, quam probabilem esse oportere, constat ex ipsa Etymologia nominis; & probat (1) Aristoteles, atq; ex eo (2) Majoragius, & ex utroque latissimè Jacobus (3) Menochius. Jam verò ex hujusmodi probationibus sæpe fit, ut innocentes puniantur, quod apprimè confirmat (4) Innocentius III. eleganti narratione, idemque præstat (5) Aspasii Monachi damnata per Theodorum Studiten temeritas. Narrat Innocentius, quendam furti accusatum, coactumque inire duellum, cùm in eo cecidisset, fuisse furti damnatum, quod mox apud alios deprehensum est. At Aspasius, cùm provocasset Ethnicos, ut sibi per ignem Religionis nostræ veritatem comprobaturo frequentes adessent, fornacem ingressus, ibidem periit, & in favillam redactus est. Ecce, ex probationibus hisce, nec probatur innocentia Rei, nec Veritas confirmatur. Scilicet, ut optimè notat Guido (6) Carmelita, candens ferrum, & ignis eodem modo, quo Reos, innoxios urit, nec se se decreto ullo libero Numen ad prodigium obligavit, si hoc ad Veritatis probationem ab hominibus postuletur. Hinc probationes hujusmodi omni Jure vetantur præsertim Ecclesiastico. Ut Latinum (7) seponam, cui haice probationes exosas ipse Coressius fatetur, quodque olim (8) Templarios Equites vel ex hoc capite reos fecit; Jus nostrum hanc perniciosissimam probandi ratione solemniter detestatur, teste Matthæo (9) Monacho, penes quem, si tot Jurisconsultorum nostrorū effata, tot Patriarcharum decreta, tot Patrum sententias vidisset Coressius, fortassis hunc morem probandi, non κεκωλυμένον, sed ἀθέμιτον, ἀσελγὲς, καὶ πλανοειδὲς, καὶ παρὰ τῆς ἐκκλησίας ὁμογνώμως καταδικασθὲν ἀποδείξεως εἶδος, *vetitum, impium, & perniciosissimum, atque ab Ecclesia concordi semper sententia damnatum morem* cum eodem Matthæo Monacho prædicasset, quemadmodum eundem Theologis omnibus censendum proposuit D. (10) Thomas, tum quia nullâ authoritate scitus est, tum quia fertur ad occultissima judicanda, quæ solius Dei judicio seponuntur ex verbis Pauli (11) Apostoli monentis: μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. *Nolite ante tempus judicare, quoad usque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.*

(1) *Lib. 1. Rhetor. c. 6.*
(2) *In eum locū Aristot.*
(3) *Lib. 1. de præsum. q. 4. per tot.*
(4) *In c. significātibus de purgat. vulgari.*
(5) *Epist. ad Marcum solitarium mihi 68.*
(6) *In Summa refertur a Turrecrem. in d. c. consuluisti, nu. 3. sub inis.*
(7) *In dic. consuluisti c. dilecti, & tt. de purg. vulg.*
(8) *Vid. Bern. Guid. in Chron. Rom. Pontif. & Diplom. Clem. V. datū Pictavii 12. Aug. anno 3. sui Pontif.*
(9) *Schol. 6. ad tit. Attal. de probat.*
(10) *2. 2. q. 85. art. 8.*
(11) *1. Ad Corinth. c. 4. n. 5.*

IV. His objicit Coressius, quæ hinc inde corrasit. Et primo: eam probationem, quę originem suam refert ad Legem divinam, vetari non posse: cur enim aut vetes, quod malum non est, aut malum sit, quod ex Lege Divina descendit? At sanè probationes, de quibus hìc agitur, originem duxere à lege divina: id, quod ex celebri Sacrificio Zelotypiæ, cujus institutionem, rationemque verbosè ex Sacris (1) Paginis explicat, probasse sibi apprimè videtur. Secundò, non obesse, si hisce probationibus tentetur Deus. Etenim posse tentari Deum, ut sortibus veritatem criminis manifestet, quod ostendit exemplo (2) Achor, & (3) Jonathæ, quorum crimina, primi sanè furtum, secundi verò contumacia sortibus comprobantur; & confirmari posse ex eo, quòd non minus tentetur Deus, si per sortes fiat electio, ac si per easdem probatio: utrobique enim peti miraculum, ut per rem planè fortuitam veritas, aut meritorum, aut criminis innotescat: at non reprobari Electionem per sortes, quando eam Apostoli, cùm Judæ suffectus est Matthias, (4) usurpaverunt: non reprobari proinde probationem per sortes, quæ ad idem genus miræ probationis refertur. Tertiò idipsum colligi ex frequentissimo Latinorum Jure. Nam (5) Canon Guarmaciensis Concilii, sive potiùs Uvormatiensis, *sæpe*, inquit, *contingit, ut in Monasteriis Monachorum furta perpetrentur: Idcirco statuimus, ut, quando fratres de talibus expurgare se debent, Missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo ex præsentibus fratribus, & sic, expletâ Missâ, omnes communicentur in hæc verba: corpus Domini sit tibi hodie ad probationem.* Et Canon (6) alter ejusdem Concilii: *interrogatum est*, ait, *si duo de adulterio inculpati fuerint, & unus profitetur, & alter negat, quid inde agendum sit? Decretum est, in S. Concilio, ut ille qui negaverit, probabili judicio*, (hoc est purgatione vulgari, ut hìc explicant (7) DD.) *se expurget, & qui professus est, dignam pœnitentiam agat.* Idem (8) Concilium, utrunque accusatum Adulterii, inficiantemque, eidem subjicit probationi, & in Concilio (9) Triburiensi, uti Palea refert, idem statuitur his verbis: *Si autem deprehensus fuerit in furto, aut perjurio, aut falso testimonio, ad juramentum non admittatur, sed, sicut qui ingenuus non est, ferventi aquâ, vel candenti ferro se expurget.* Ex quibus ritè inferri posse, has probationes latinis Legibus, Latina authoritate, Jure Latino sacrosanctas esse, ut mirum sit, si postea fuerint reprobatæ; Reprobationem autem ejusmodi stare non posse; atque hàc validissimâ argumentatione convelli. Nefas est aut dicere, aut cogitare, errasse Ecclesiam aut in dogmatibus Fidei, aut in Decretis ad Justitiam publicam pertinentibus: hæc enim duo, cùm sint firmamenta Reipublicæ cujuscumque, invicta esse debent in ea, quę in soliditate Angularis Petræ à fundamentis ædificata est, nititurque fortiter adeò, ut portæ Inferi contra eam prævalere non possint. Atqui, si probationes ejusmodi reprobarentur, omnino dicendum esset errasse Ecclesiam, quæ Paginas sacras recepit, queis illæ probantur, quæ tot Canones in Juris Codicem retulit, quibus illæ jubentur, ingeruntúrque. Igitur hæ probationes reprobari non possunt.

V. His rationibus Coressius definitionem suam tuetur, quas, ut ajebam, à Latinis desumpsit, ac præsertim ex D. (1) Thoma, ex quo easdem cæteri omnes acceptas, solutasque in penum suam frequentissimè transtulere, in eo à Coressio longè diversi, quòd illi difficultates hujusmodi proferunt, eas ut sapienter resolvant; at hic easdem exscripsit, ut dementissimè confirmaret. Ajo, nihil illis constitui, quod probationibus per Latinos damnatis quidquam possit prodesse. Prima enim Thesim ipsam universim propositam falsam habet. Nam, licèt verissimum

(1) *Numer. c. 5. à n. 12. & deinc.*
(4) *Actor. 1. n. ult.*
(5) *In c. sæpe contingit. 2. q. 4.*
(6) *c. interrogatū ead. q.*
(7) *Hug. Turrecr. Archid. Præpos. Bellamer. in d. c. interrogatum.*
(8) *C. Statuit. 2. q. 4.*
(9) *C. Nobilis 2. q. 4.*
(1) *2. 2. q. 85. art. 8.*

sit, id, quod ex lege divinâ jubente descendit, vetari non posse, attamen falsissimum est, vetari non posse, quæ descendunt ex lege divina permittente. Lex enim Dei dumtaxat permittens, licèt semper bonum permittat, attamen non semper bonum simpliciter, sed bonum vel ex circumstantia, vel ex comparatione majoris mali. Sic dicitur (2) Osee: *βάδιζε, λάβε σεαυτῷ γυναῖκα πορνείας: Vade, & sume tibi uxorem fornicariam.* Unde non inferes, coitum cum meretrice non esse vetandum, quando ex Lege divina descendit. Etenim ea Lex ingressum ad meretricem permisit, etiam authoritate permittentis interposita, uti bonum ex circumstantiis, quas ibi Vates enumerat, ut susceptis inde filiis scelera, & pœnæ populi prædicerentur. Sic etiam libellus repudii permissus Judæis, ut iidem Christo Servatori (3) objecerunt, ex quo tamen haud erit fas ullo pacto colligere, vetari non posse repudium, quando permissio illa eam ob causam lata est, ne quid pejus crudelissimi conjuges perpetrarent. Id, quod nobis ingerunt notissima (4) illa: *ὅτι Μωσῆς, πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, ἐπέτρεψεν ὑμῖν ἀπολῦσαι τὰς γυναῖκας ὑμῶν. Quoniam Moyses, ad duritiam cordis vestri, permisit vobis dimittere uxores vestras.* Quibus objectæ per Pharisæos difficultati respondit Christus, quo scilicet authore, etiam quod ex lege Divina descendit, eo, quo diximus, modo, vetari potest, quando reipsà libellum repudii lege per Moysen à Deo lata permissum (5) Christus Servator propalam vetuit. Convulsa primæ difficultatis Thesi, cætera corruunt, & illa præsertim, quæ ex Sacrificio Zelotypiæ deducuntur. Manifestum est, illud ex peculiari indulgentia Numinis institutum, ne mariti Zelotypi, gliscente suspicione, uxores perimerent, quemadmodum doctè explicat Alexander Halensis, cujus explanatione relicta, rem aliter illustravit Guido Carmelita, cui adstipulatur Lyranus, quorum doctissimis interpretationibus, ita claré res à nobis nuper, ni fallimur, clariùs enucleata proponitur, ut nihil inde, quod Veritati obesse queat, deduci posse videatur.

VI. Minùs premit altera difficultas, cujus omnino falsa, &, ut ajunt, prorsus erronea Prothesis est. Nam, cùm Deus (1) edixerit, Numen non esse tentandum, idemque Salutis nostræ Author confirmarit, quis dicat, licere hoc ipsum, quod Numen vetuit, quod vetitum Christus asseruit? Certè, cùm à Christo Cacodæmon (2) audivit: *γέγραπται: οὐκ ἐκπειράσεις κύριον τὸν θεόν σου: Scriptum est: non tentabis Dominum Deum tuum*, reveritus unà & authoritatem dicentis, & dicti veritatem, nihil reposuit: inventus est ipso Cacodæmone Photianus deterior, qui, quod Cacodæmon dicere non est ausus, confidentissimè dicat, impudentissimè asserat, dementissimè probare conetur. Nam quid dementius, quàm ad positionis à Numine reprobatæ tutelam exempla sacris deducta Paginis ostentare, quæ nusquam Gentium ad rem propositam faciunt? Ais, licitè tentatur sortibus Deus: ergo etiam ingestis probationibus. Nego, semper tentari sortibus Deum. Etenim Jure divino, & humano licuit, licetque sine ullâ tentatione Numinis sortibus uti. Ecce, inter duos Hircos, quorum unus erat immolandus, alter in desertum abigendus, sors jacienda præcipitur (3) in Levitico. Aaron, sic Deo ipso (4) jubente, ad summum Sacerdotium sorte prælatus est aliis. Ejusdem (5) jussu Samuel Saulem adhibitis sortibus elegit in Regem. Terra Promissionis sorte (6) divisa est inter Tribus. Quin imò Sacerdotalia munera sorte (7) obtingebant, eamque ob causam narrat (8) Lucas, sorte obtigisse, ut Zacharias Joannis Pater thura Deo intra Sacrarium adoleret. Jura etiam Civilia sæpe sortis remedium præscribunt. Nam cohæredes inter se (9) sortiri possunt, penes quem ex ipsis remansuræ sint cautiones hæreditariæ. Sortitio etiam hæreditatem (10) dividit, & in Judiciis Familiæ erciscundæ, Communi dividundo, Finium regundorum, quibus confines possessores, vel hæredes, vel socii de partitione decertant; si quæratur, litis ordinandæ gratia, uter Actor sit, uter Reus, res sorte (11) discernitur. Denique, si plures Legatarii inter se circa rerum legatarum optionem dissentiant, sorte dirimitur controversia, ut, ad quem sors venerit, illius sententia in optione præcellat, ut loquitur (12) Theophilus noster. Hinc (13) Parœmiastes: *ἀντιλογίας*, inquit, *παύει κλῆρος, ἐν δὲ δυνάσταις ὁρίζει. Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque dijudicat*; & (14) Augustinus, *sors*, ait, *non aliquid mali est, sed in dubitatione humanâ res est divinam indicans voluntatem*: id, quod iteratò confirmat (15) alibi, & ex eo (16) D. Thomas. Quid ergo colligat Coressius argumento suò, viderit, quando nihil ex falso colligi potest. Illud etiam subnotato, exemplis illis, quæ profert, nihil omnino confici. Nam Achan miro illo sortium usu à Deo singillatim, atque ea vice peculiariùs jusso deprehensus est: Nec nobis unquam venit in mentem negare, posse usurpari probationem prodigiosam, si à Numine peculiariter imperetur. Inficiati sumus, iterumque inficiamur, posse sine noxâ usurpari probationes Coressii, quæ neque à Deo jubentur, & ab Ecclesia palam vetantur. Id, quod & de sortibus, quibus usus est Saul ad deprehendendam prævaricationem Jonathæ dicendum est, quas vel criminosè usurpavit vir solitus (17) aliàs superstitiosè delinquere, vel divinitus afflatus easdem admisit, qui vel Dei judicio reprobatus inter Prophetas (18) potuit mirè vaticinari.

VII. Hinc respondetur & Confirmationi, cujus propositio ex dictis falsa est; non enim æquè tentatur Deus per sortes, ac per probationes damnatas. Nam illis sæpe nullo modo Deus provocatur ad miraculum sine necessitate, his semper. Præterea illis usi sunt aliquando homines Divino Numine adacti, ad harum usum Deus homines nunquam provocat, quas nimirum & ratio fallaces, & Ecclesia detestabiles docet. Quod pertinet ad Matthiæ notam Electionem per sortes, dicimus, falli Coressium, si cum Beda in eum Actorum locum putat, Christianæ reipublicæ Proceres per sortes ad Electionem illam processisse. Nam Electionem duorum per suffragia factam, certum est; atque hac ratione constitisse, duos præ reliquis Apostolico fastigio digniores. Asserunt hoc præcipui Patres, Origenes, Chrysostomus, Augustinus,

& cum

(2) Ose. c. 1. n. 2.
(3) Mat. c. 19. n. 7.
(4) Mat. c. 19. n. 8.
(5) d. c. 19. n. 9.
(1) Deut. c. 6. n. 16.
(2) Mat. c. 4. n. 7.

(3) c. 16. à n. 7. & seq.
(4) Numer. 17. per tot.
(5) 1. Reg. c. 10. n. 11.
(6) Numer. c. 26. n. 55.
(7) 1. Paralip. c. 24. n. 5.
(8) Cap. 1. n. 9.
(9) L. si quæ cautiones ff. fam. ercisc.
(10) L. 2. C. quan. & qui quar. pars debe. lib. 10.
(11) L. sed cū ambo ff. de Judic.
(12) In §. optionis Instit. de Leg.
(13) Cap. 18. n. 18.
(14) In Psal. 30. Ser. 2. habes. in c. 1. 26. q. 2.
(15) Epistol. ad Honoratum.
(16) p. 2. q. 95. art. 8.
(17) 1. Reg. c. 28. n. 7.
(18) 1. Reg. c. 19. à n. 23.

Digitized by Google

& cum his longè maximâ Theologorum pars. Etenim (1) Chrysostomus sic eum locum exponit: *Quamobrem exordiens Petrus dicebat*: Viri fratres oportet eligere ex nobis: *multitudini permittit judicium, simul eos, qui eligebantur reddens reverendos, & se ipsum liberans ab invidiâ, simultateque, quæ poterat à cæteris oboriri: nam hæc semper ingentia gignit mala. Quòd igitur sic oportuit fieri, docuit adducto Prophetæ testimonio. Ex quibus autem oporteat fieri electionem, ipse interpretatur dicens, ex congregatis nobis per omne tempus.* Διὰ τοῦτο ἀρχόμενος ἔλεγεν. Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐξ ὑμῶν. Τῷ πλήθει τὴν κρίσιν ἐπιτρέπει, πάντε γινομένους αἰδεσίμους ποιῶν, καὶ αὐτὸς ἀπαλλαττόμενος ἀπεχθείας τῆς πρὸς ἄλλους· μεγάλα γὰρ ἀεὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάζεται κακά. ὅτι μὲν οὖν δεῖ γενέσθαι, τὸν προφήτην εἰσάγει μάρτυρα, ἐκ τίνων δὲ δεῖ, αὐτὸς ἑρμηνεύει λέγων, ἐκ τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἐν παντὶ χρόνῳ. At (2) Origenes longè antiquior Chrysostomo sic testimonium perhibet veritati. *Invenio, inquit, quòd aliquando, cùm deesset numero Apostolorum unus Apostolus, & esset necessarium, in locum Judæ alium subrogari, convenientes Apostoli, qui utique sapientiores erant, quàm ii, qui nunc Episcopos, & presbyteros, vel Diaconos ordinant,* elegerunt duos, *& statuerunt in medio, nec tamen de his semetipsis judicium permiserunt, ut illum facerent, quem ipsi volebant, sed orantes, inquit, miserunt sortem ex illis duobus, quos statuerant in conspectu Dei, idest Joseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus, & Matthiam. Et cecidit, inquit, sors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim discipulis: Præcedente namque Oratione, non jam casu, sed providentiâ sors judicium deferebat.* Quæ verba Origenis, ut ut Græcè non sint edita, quod sciam; attamen Græcè ea fas erit legere Photiano in Notis Margunii ad Metaphrasten, ubi notissimus Coressio Photianus, & Photianorum deterrimus hoc ipsum, quod nempe probamus, ex verbis Origenis, quem retulimus, Græcè propositis eleganter edisserit, dum Matthiæ Apostoli τὴν διαψήφιστον ἐκλογὴν, coacervatis Patrum effatis, illustrat. Ergo ita Origenes. At (3) Augustinus, *fors*, ait, *non aliquid mali est, sed res in dubitatione humana divinam indicans voluntatem. Nam & sortes miserunt Apostoli, quando Judas, tradito Domino, periit: &, sicut de illo scriptum est, abiit in locum suum. Cœpit quæri, quis in locum ejus ordinaretur*: electi sunt duo *judicio humano, & electus de duobus unus judicio divino*. His testibus quis dubitet, Electionem illam non per sortes factam, sed permissam suffragiis? Idem recentiores affirmant cum (4) Lyrano, qui explanans eundem locum: *Statuerunt*, ait, *duos. Non distinxerunt ab aliis per sortem*, sed per electionem, *tanquam magis notabiles in scientiâ, & factorum Christi experientia*: & inferiùs: *& orantes dixerunt, tu Domine: Licet enim istos elegissent, ut notabiliores aliis, sicut dictum est, tamen ignorabant, quis eorum esset dignior ad Apostolatum: propter quod imploraverunt super hoc divinum judicium per temperationem sortium, secundum quod dicitur in Proverbiis*: (5) *fortes in sinum mittuntur, & à Domino temperantur.* Non igitur ibi per sortes Electio, sed per suffragia facta est: ubi electi magis idonei, pares meritis, pares virtutibus, pares rei Christianæ notitiâ visi sunt, Deo per efficacissimas preces permissa ipsius Dignitatis in Christianâ Republicâ summæ, ut loquimur, *collatio*, quò certiùs dici posset, omnes Apostolos, Christo vocante, Christo demonstrante, Christo renunciante, fuisse Sponsæ præfectos suæ. Unde fas accuratè colligere, Matthiam à Discipulis electum, à Christo factum Apostolum, quæ duo tum Græcus Textus Actorum, tum vulgata Versio Latina mirum prorsus in modum respexere, cùm hæc annumeratum dicat cum Undecim, *collationem* à Christo factam significans; ille tradat, καὶ συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἕνδεκα Ἀποστόλων, hoc est juxta Joannem (6) Gagnæum Parisiensem Theologum, *suffragiis, & calculis omnium cooptatus est cum undecim Apostolis*, juxta (7) Franciscum Vatablum Regium Parisiis sacrarum literarum Professorem: *suffragiis additus est ad numerum undecim*, juxta Xanten (8) Pagninum, & (9) Ariam Montanum, *simul suffragiis electus est cum undecim*: Denique juxta Cornelium (10) à Lapide, *communibus calculis cooptatus est*, quibus & (11) Salmeron adstipulatur, & celeberrimus Psalmorum interpres (12) Lorinus.

> (1) In c. 1. Actor. in illa verba.
> (2) Hom. 23. in Josue.
> (3) In Psal. 30. Serm. 2.
> (4) In c. 1. Actor. in ea verba.
> (5) Cap. 16. n. ult.
> (6) In versione sua in Act.
> (7) In Correct. Bibl. ad Act.
> (8) In versione sua ad Act.
> (9) In eadem vers. eod. loco.
> (10) In Commẽt. ad Act. Apost.
> (11) In Commẽt. ad eum locum.
> (12) In Psalm. 30.

VIII. Tertia difficultas facilè tollitur, primò si dicas, eos Canones fuisse reprobatos penitùs ab Ecclesia. Id, quod non in his tantùm, sed & in aliis sæpissimè usuvenit, ut palam est peritis Jurium tum Civilium, tùm Sacrorum. Ut, illis omissis, de his aliquid dicam. Quis nostrûm ignorat Eliberini Concilii rigidissimam severitatem, quam tamen, ut ipse (1) Coressius, testatur, sciverè sanctissimi Patres, καὶ μόνον οὐχ ὁμομάρτυρες, *& penè non Martyres*. Ea tamen (2) decernens non dandum Christianæ salutis fertulum, ac Viaticum, ne in ipso quidem vitæ exitu, reprobata est per Concilium (3) Ancyranum, (4) Nicænum I., (5) Agathense, (6) Carthaginiense IV. Idem Concilium (7) sanxit ad Cœmeterium, Bustetumve non esse lampadas inferendas, cui decreto derogavit palam vetustissima consuetudo. Teste nimirum (8) Nysseno Gregorio funus Macrinæ sororis Clerici comitati sunt τὰς ἐν τῇ χειρὶ λαμπάδας ἔχοντες πάντες, *qui cereas lampadas haberent præ manibus*, id, quod & in funere Paulæ contigisse, narrat (9) Hieronymus. Sic ejusdem Concilii (10) decreto picturæ in Ecclesia prohibentur, ne, quod colitur, & adoratur, in parietibus depingatur, cùm tamen & consuetudo, & Acta (11) Septimæ Synodi hunc Canonem abrogarint. Sed, ut Latinis etiam Juribus amandatis, rem ad nostra penitùs contraham, manifestum est, in Concilio (12) Neocæsariensi, quod ex Quinisexta (13) Synodo à Græcia totâ receptum est, numerum certum Diaconorum decerni, ne nimirum Septenarium excedant: hoc tamen decretum reprobat eadem Synodus (14) Quinisexta. Præterea Gangrensis (15) Synodus recepta per eandem (16) Quinisextam, εἴ τις, inquit, γυναικῶν, διὰ νομιζομένην θεοσέβειαν, ἀποκείροιτο τὰς κόμας, ἃς ἔδω-

> (1) In Proleg. ad Synops. Nili c. 4.
> (2) Can. 1. & 2. & 6. & 7.
> (3) Can. 6.
> (4) Can. 12.
> (5) Can. 11.
> (6) Can. 77. & seqq.
> (7) Can. 34.
> (8) In vita S. Macrinæ.
> (9) In vita S. Paulæ.
> (10) Can. 36.
> (11) Actione 5.
> (12) Can. 14.
> (13) Can. 2.
> (14) Can. 16.
> (15) Can. 17. refert. in c. quæcunque mulier 30. dist.
> (16) d. Canon. 2.

ἔδωκεν ὁ Θεὸς εἰς ὑπόμνησιν τῆς ὑποταγῆς, ὡς ἂν παραλύουσα τὸ πρόσταγμα τῆς ὑποταγῆς, ἀνάθεμα ἔστω. *Si qua mulier, propter divinum cultum, ut existimat, crines attondeat, quos ei Deus ad subjectionis memoriam dedit, tanquam praeceptum obedientiae dissolvens, anathema sit.* Et tamen Ritus nostri sanctissimi sacratarum Deo Virginum, mulierumque comas attondent, ut constat ex (17) Euchologio, ubi parvi habitus tradendi Cæremonia cùm communis sit viris, atque mulieribus, tonsuram præscribit. Quin imò tondendarum sacrarum Virginum mos antiquissimus penes Nos est. Nam (18) Athanasius, ejusdem cum Gangrensi Synodo ætatis, de Virginum ejusmodi cultu differens hęc tradit. ἡ ὑπόστασις τῶν ἱματίων σου μὴ ἔστω πολύτιμος, ὁ ἐπενδύτης σου μέλας, μὴ βεβαμμένος, ἀλλ' αὐτοφυής, ἰδιόχροος, ἢ ὑποχίζον, καὶ τὸ μαφόριον ἀκρόσωτον, ὡσαύτως καὶ τῆς αὐτῆς χρόας, καὶ χειρίδια ἐρεᾶ περικαλύπτοντα τοὺς βραχίονας, ἕως τῶν δακτύλων τῶν χειρῶν. τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς κεκομμένας, καὶ κεφαλοδέσμιον ἐρεοῦν περισφίγγον τὴν κεφαλήν, καὶ κουκούλλιον, καὶ ἀνάβολον ἀκρόσσιον. *Materia tuarum vestium ne sit pretiosa. Indumentum tuum* (idest tunica) *fuscum sit, non tinctum, sed nativi coloris, aut saltem subrufum, sive purpurascens, & Pallium, sive mandyas fimbriis careat: ejusdemque coloris sint manicæ laneæ, brachia obtegentes ad usque digitos manuum. Capilli circumtonsi: crinalis vitta sit ex lana, Caput adstringens. Cuculla, atque analabus lacinias non habeat, hoc est superhumerale.* Eadem habes ex (19) Palladio post Gangrense Concilium sic: τῶν ἐν ἄλλοις παρθένων τὸ σχῆμα ἦν κεκαρμένον, ἐχουσῶν κουκούλλια ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. αὕτη δὲ ῥάκος ἀναδήσασα τὴν κεφαλήν. *Aliarum Virginum erat hujusmodi habitus, ut essent tonsæ, & haberent cucullos in capite: ipsa verò panno caput obvoluta, &c.* Atque his congruit mos hodieque in Græcia receptus, ubi hæc omnia in Sanctimonialibus videbis, præter cucullum.

(17) *in Off. parvi habitus, & observat. ibi Goar. pag. 496. med.*
(18) *Lib. de Virginit.*
(19) *Hist. Lausiac. c. 41.*

IX. Sexcenta essent, quæ possem Juris nostrique, & Latini authoritate proferre, unde mox liceret manifestè colligere, plurimos ex priscis Canonibus fuisse per posteriores, aut etiam ipsâ consuetudine abrogatos. Nec mirum, quando Canones leges sunt, licèt sacræ: Lex autem tum consuetudine contrariâ legitimè nimirum præscripta, tum lege posteriori tolli potest, quemadmodum omnia Jura pronunciant, iis dumtaxat ignota, qui, quid Jurisprudentia, imò quid litteratura sit, prorsus ignorant. Neque hinc inferes, ut in Confirmatione postremæ difficultatis Coressius: siquidem admittamus Canones, quibus probationes vulgares probatæ sunt, abrogatos esse, errasse Ecclesiam. Nam in primis, quid oberit hæc conclusio, si de peculiari aliqua Ecclesia dicat? Errasse Ecclesiam Africanam cum Cypriano, iterandum hæreticorum Baptisma docente, errasse cum Dionysio Alexandrinum, & cum Firmiliano Cæsariensem idipsum affirmantibus, (1) manifestum est. Sic & Asianæ Ecclesiæ prorsus (2) errarunt cum Polycrate, & Polycarpo Quartadecimanam sententiam diu tutatæ, ne quid hìc dicam de (3) Constantinopolitanâ sæpe, nec turpiter minus cum Pontificibus suis Nestorianam, Eutychianam, Severianam, Iconomachorum, Iconoclastarumque hæreses amplexâ. Ut inde palam sit, cùm dicitur Ecclesiam errare non posse, vel de illâ Ecclesiâ peculiari esse intelligendum, quæ Caput, & Mater, atque Magistra est omnium Ecclesiarum, quæque hactenus nunquam errasse dicitur; vel de ipsâ universâ Ecclesiâ, cui in Petro Servator invictam in Veritate constantiam & promisit, & dedit. Porro ii Canones peculiarium Ecclesiarum decreta sunt, nunquam, & nusquam ab universâ Ecclesiâ probata, seu recepta, quando, licèt in farraginem Canonum à Gratiano compactam deducta, nullam vim habent, ut pote Jura, quæ confarcinator ille Canonum non publicâ authoritate collegit. Esto igitur erraverint illi, qui Canones illos condidere viri privati, si cum Universâ Ecclesiâ conferantur; quid id oberit Ecclesiæ, ut si reprobentur, quæ Patres Uvormatienses, aut Tribunienses edixere, ab Universâ Ecclesiâ erratum esse dicatur?

(1) *Ex Hierony. contr. Luciferian. August. lib. 2. de Bapt. cōt. Donatist. cap. 4. & Ep. 48.*
(2) *Vide Canon. 1. Aurelian. & ibi Cabassut.*
(3) *Vid. Bell. lib. 4. de pot. Pap.*

X. Sed nec Patres illi erravere, quos & doctissimos, & religiosissimos fuisse ex Actis earum Synodorum conjicio; nec ex eo, quòd Canones ab illis conditi abrogati sunt, errasse Canonum illorum authores Jure colliges. Nam primò ex abrogatione legis, non infertur Legislatoris, qui abrogatam legem tulit, error; alioquin leges Cæremoniales, & Judiciales Judæorum à Christo abrogatæ penitùs, atque in eam conditionem redactæ, ut non solùm inanes, & nullæ sint, verùm etiam lethales; errorem probarent in Deo, quod absit cogitasse, Legislatore. Deinde Canones illi, ut ex ipsis constat, non decernunt, aut jubent, sed permittunt dumtaxat, id, quod adnotavit Halensis penes (1) Turrecrematam. Cùm enim ea tempestate, quæ ad Nonum à Septimo sæculo porrecta est, probationes hujusmodi, quæ vulgò usurpabantur, dictas propterea vulgares, Civilia Jura Barbarorum, qui Occidentem invaserant, tuncque legitimè ex diuturnitate possessionis obtinebant, palam confirmassent; visum est prudentissimis Patribus, non obniti, ne quid deterius accideret, sed potiùs indulgere temporum corruptelis, quas ætas mox felicior averruncaret. Quapropter ineptas hasce probationes, quas passim temerè vulgus usurpabat, certis terminis concludere, statutisque suis ita circumscripsere, ut non probaverint, quod malum est, sed, quod malum est, permiserint, ne præsentiùs, ac pestilentiùs obesset. Hæc vera esse, nemo Antiquitatis peritus negabit. Nam hasce probationes fuisse constitutas Longobardorum legibus, affirmat (2) Cabassutius, comprobatas etiam Jure vetustissimo Gallorum, testatur liber (3) Capitularis Caroli Magni. Iisdem perhibentur usi nonnulli Germanorum Cæsares, quos inter Lotharius, in Judicio Teutbergæ uxoris, de qua suspicionem adulterii conceperat, jussit duos milites monomachiâ decertare; ut refert (4) Rhegino. Cunegundis Imperatrix Sanctissima apud Sanctissimum conjugem Henricum se suspicione adulterii malè conceptâ nudis pedibus super candentes laminas incedendo, liberavit, teste (5) Surio. Otho etiam III. uxorem Mariam rege Aragonum natam flammis addixit adulterii accusatam, ubi accusatrix illius vidua (cu-

(1) *In d. c. consuluisti n. 3. ante fin.*
(2) *Ad Can. 22. Tribur. vers. in Lege in Nouis. Concil.*
(3) *Lib. 4.*
(4) *Chron. lib. 2.*
(5) *In Vit. S. Cunegund.*

Digitized by Google

(cujus maritus solicitantis Reginæ stuprum ex Dei timore recusaverat, ideòque ab eâ criminationibus apud Othonem adulterii attentati circumventus neci fuerat addictus) illæsa ardentem laminam contrectavit, ad faciendam sceleris fidem, quemadmodum referunt Gotfridus Viterbiensis, & Albertus Crantzius penes (6) Cabassutium. Quid mirum igitur, si passim usu receptas, lege profanâ munitas, adeòque firmas probationes, ut nullo modo convelli possent, Patres peritissimi, pejora præcaventes permiserint? Aut quis error imputari queat iis, qui, quas permittebant, probationes, non uti bonas, sed ut tolerabiles, licèt malas, fieri patiebantur? Certè ex antiquis Ivo (7) ille Carnotensis, quo nemo suâ ætate in Gallia Canonum consultior, has ipsas probationes passim damnat, at reprobat, quas tamen quibusdam in circumstantiis ferendas docet, si nimirum aliæ non suppetant idoneæ Probationes, nec desint probabiles gravis delicti præsumptiones, & præcedat post legitimam accusationem sententia Judicis eas admittentis. Quare sic scribit (8) Radulfo Rhemensi Antistiti. *non negamus tamen, quin ad divina aliquando recurrendum sit testimonia, quando, præcedente Ordinariâ accusatione, omnino desunt humana testimonia: non quòd lex hoc instituerit divina, sed quòd exigat crudelitas humana.* Quibus verbis Canonum probantium improbas has probationes germanam sententiam nobis edisserit: ut putemus, ab illis illas permissas tantùm, non quasi lege divinâ ratas, sed quòd propalam constitutas ab inhumanâ Populi, legisque Populo morem gerentis crudelitate.

(6) Ad d. Can. 22. vér. in Lege ad fin.

(7) Epist. 74. 205. 252. & 280.

(8) Epist. 252.

SECTIO V.

Quotuplex sit Probatio: quid Evidentia, quid Confessio: ac de Forma Eucharistiæ.

SUMMARIUM.

I. *Evidentia criminis, vel Vitii rejicit ab Ordinibus. Refellitur ex absurdis Sententia Margunii.*

II. *Evidentiam esse omnium probationum maximam, probatur exemplis practicis.*

III. *Quid sit agendum Antistiti ante, quàm Ordines conferat, exemplo Tarasii demonstratur. Explicatur Sententia Christi à Margunio objecta contra Evidentiam: ostenditurque, Evidentiâ, ut probatione fortissima, usos Apostolos.*

IV. *Confessionem Rei esse firmissimam probationem post evidentiam.*

V. *Refelluntur Margunius, & Coressius asserentes, confessionem Rei à ratione probationis rejici Jure Christiano. Ostenduntur sordes Photianorum judiciorum ex testimonio Photiano.*

VI. *Constituitur ex omni jure, Confessionem Rei probare in judicio.*

VII. *Duplex confessio Rei consideratur, explicatur, atque describitur.*

VIII. *Sex necessaria, ut confessio Rei legitimè probet.*

IX. *Tria præterea ad id necessaria penitùs.*

X. *Referuntur argutiæ aliquot ineptæ Photianorum, & refelluntur.*

XI. *Confessionem jurejurando firmatam æquiparari evidentiæ, & maximam probationem esse. Proponitur argumentum Bessarionis colligentis ex publicâ confessione populi, Verbis Christi confici Eucharistiam.*

XII. *Margunii debacchantis in Bessarionem ineptiæ, calumniæ, mendacia manifesta.*

Ejusdem responsio, quâ tuetur se contra Bessarionem, plures hæreses complexa.

XIII. *Refellitur ea responsio ex absurdis, ostenditurque, nos non esse idem cum Christo, Christum, ut hominem, non esse ubique, & habere duas voluntates divinam, & humanam.*

XIV. *Argumentum Bessarionis non tanti esse, quanti fit à Photianis: eo non niti Orthodoxam sententiam docentem, verbis Christi fieri Eucharistiam: Illa sententia primò probatur, asseriturque, Sacerdotem, cùm consecrat, idem operari, quod Christus operatus est, & eodem modo.*

XV. *Ostenditur, Christum verbis illis Dominicis consecrasse, idque probatur ex ipsis Photianis antiquioribus: recentiorum scelus exponitur.*

XVI. & XVII. *Probatur secundò eadem sententia ex effatis SS. Patrum receptorum à Photianis.*

I. Eluctati difficultates Coressii, traditam à nobis finitionem probationis affatim comprobavimus, quam proinde oporteret dividere. Sed ne id operis & immensum, & rei nostræ importunum, inutile nobis negotium facessat, supererit rem penes Jurisconsultos obviam, confusè à (1) Mascardo, superstitiosè à (2) Menochio traditam, obiter, atque, uti ajunt, summis labiis delibasse: ut, relictis aliis probationum generibus, ea tantùm & proponamus, & curiosiùs vestigemus, queis uti decet Episcopum ad Examen eorum, qui ad Ordines recipiendi sunt, aptè, ac sapienter instituendum. Igitur triplex probatio utilis est in re nostrâ. Prima per Evidentiam, Secunda per Famam, Tertia per Testes. Et Evidentia sanè plura complectitur: nam cùm in re, de quâ agimus, haberi possit vel per adspectum culpæ, aut vitii, vel per confessionem legitimam ejus, cujus conditio expenditur, vel per violentissimas præsumptiones, sive indicia, probatio per evidentiam hæc omnia sinu suo continet, probatura statim, rejiciendum ab Ordinibus eum, in quo est. Quare & is, qui hac evidentiâ convincitur, ne ad Examen quidem recipiendus erit, ut docuit Matthæus (3) Blastarius, & post eum Joannes (4) Lascares ex decreto Alexii (5) Patriarchæ: & facit exemplum in Vita S. Methodii clarissimum, de quo Ignatius (6) Monachus. Nam, cùm Irene Augusta precibus apud ipsum instaret, ut Leonem Patritium affectati recens Imperii suspectum tonsum reciperet ad Ordines Sacros, quòd reus adulterii palam fuisset, à S. Pontifice rejectus est: cùmque urgeret Regina, ut culpæ quæstio haberetur, Methodius respondit: τὸ φανερὸν ἀνεξέταστον, *quod palam est, capax examinis esse non potest.* Similiter & Leo Stipiotes Lectorem admo-

(1) De probat. vol. 1. q. 4. per tot.

(2) De præsump. q. 2. 3. & 4. lib. 1.

(3) Ad Canon. 8. Apostol. in Epito. Syntag.

(4) In desf. Ritu. Græcor. titul. de pœn.

(5) Synod. de duobus cōsanguí. matrim. conjunctis.

(6) In Vita S. Method. post med.

admotum Sacrario; moxque in hypodiaconum initiandum, cùm repente morbus Epilepticus corripuisset, statim rejecit, nec unquam adduci potuit, ut ad ulteriora proveheret, effatus, sibi certius, quod viderat, omnibus testimoniis humanis, quæ contrarium comprobarent; narrat Alexius (7) Aristenus. Et hæc sanè certa, cùm de evidentia illa sermo est, quæ vitium, culpamve oculis subjicit: Quare ea nemo sanæ mentis negaverit; alioquin adscribendus insanis, quibus & (8) Margunium adscribimus declamantem contra Latinos, quod evidentiam facti certissimis argumentis adnumerent, quando, ut dementissimè sentit, nulla est in hac Ignorantiæ sede rerum evidentia. Id, quod consequitur ab eo dicta de scientia, quæ cùm sit evidens notitia rei; qui hanc inficiatus est, ei necessariò neganda erat & evidentia. Igitur authore Margunio, Episcopus, eum, qui pollicitus numos ad obtinendos Ordines, licèt eos ipsi Episcopo polliceatur, & manibus offerat coram, non existimabit Simoniæ reum, neque ex eà pollicitatione ab Ordinibus Sacris rejiciet, damnabimusque Injustitiæ, ac Sinisteritatis Apostolum Petrum, quòd offerentem pecuniam Simonem, (9) dicentemque: *date & mihi hanc potestatem, ut, cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum Sanctum.* Δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα, ᾧ ἂν ἐπιθῶ τὰς χεῖρας, λαμβάνῃ πνεῦμα ἅγιον: rejecit illa (10) pronuncians: *pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri:* τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι. Similiter Episcopus, qui bis aliquem, ut Græci dicimus, coronavit, hoc est matrimonio conjunxit, digamum sibi notissimum, Sacris Ordinibus insignibit; fuitque insipiens Magnus ille Basilius, qui, ipso (11) Margunio referente, quem bis, ipse coronaverat, severè à Sacris rejecit, idemque contra Margunium docuit ex recensione (12) Harmenopuli.

II. Sexcenta colligere absurda, & impia fas esset ex declamatione Margunii, quam tamen, quippe penitùs fatuam, & dementem vel pueri planè deriserint, quos Natura docuit, ea, quæ vident, certissima reputare; atque adeò evidentiam facti omnium probationum liquidissimam esse. Nec dissentiunt Juris effata, Doctorumque sententiæ, hanc probationem certissimam esse docentes. Meritò sanè: Nam, cùm nullam aliam ob causam probationes requirantur, nisi ut veritas prodeat in apertum, & nota sit Judici, ut accuratè probat (1) Covarruvias, & manifestum per se ipsum est, unde clariùs, & manifestiùs Judex veritatem cognoscere queat, quàm si res ipsa ipsiusmet oculos obversaretur? Quotiescunque hoc ipsum habetur, habetur hercle validissima probatio: Porro hoc habetur evidentià rei, factive, ut palam est. Quocirca, quemadmodum tradidit (2) Augustinus, evidentia patrati criminis non indiget clamore accusatoris, & ut docet (3) Accursius, veritas illa nuncupatur, quæ per evidentiam patet. Hinc est quòd cuicunque probationi hæc una præferatur, ut post (4) Azonem, & (5) Baldum, tradidere (6) Abbas, (7) Jason, (8) Albanus, & (9) Soccinus, quorum

(7) *f. Append. ad Nomocan. tit. de austeritate.*
(8) *Nota 4. in Can. 4. Apost.*
(9) *Actor. c. 8. n. 19.*
(10) *d. c. 9. n. 20.*
(11) *In not. ad Metaphr. in Vita S. Basil.*
(12) *In Epit. sect. 2. titul. 1. Canon. 2. qui est Basilii 12.*
(1) *Variar. lib. 1. c. 1. n. 7.*
(2) *In c. evidētia de accusat.*
(3) *In authen. de instrum. cau.*
(4) *In Sum. tit. ad L. Aquil.*
(5) *In rubr. de probat. col. 1. in fin. in L. 1. C. si advers. lib. & in L. pen. C. de peric. tut. & in L. 1. C. si. rescin. nō poss. & in L. contra negātem. C. ad L.*

effato contra evidentiam probatio non admittitur, adeòque prævalet omnibus evidentia, ut cæteras una ipsa subruat, invicta ipsa una cæteris omnibus: atque hoc sanè (10) Alciatus affirmat, cui adstipulatur (11) Alexander, Curtius (12) Senior, (13) Tiraquellus, & Franciscus (14) Casonius; illud verò probatur ex (15) Baldo docente, licet lege Municipali, quam *Statutum* dicimus, caveatur, ut de illato damno stetur juramento ejus, qui læsus est, læsusque juraverit se in centum damnum accepisse, posse tamen contrarium probari per evidentiam. Imò etsi lege Municipali palam sancitum sit, ne contra juramentum læsi probatio admittatur, quasi juramentum illud plenissimę probationis loco censendum sit, adhuc id locum sibi non vindicat, si per evidentiam rei contrarium probaretur. Etenim nihil obstiturum, quin evidentia hæc omnia superet; ut colligere est ex multis à (16) Tiraquello productis, quibus ante Tiraquellum subscripserat Hippolytus (17) de Marsiliis. Eundem prorsus in modum, licèt maximè valida probatio sit, quæ fit per testes oculatos, ut idem (18) Casonius probat, atque adeò post quàm res testibus hujusmodi plenè cognita, atque confirmata est, non recipiatur probatio; tamen id non obstat, quin locus sit probationi per evidentiam, teste (19) Baldo, (20) Jasone, (21) Saliceto, (22) Romano, Stephano (23) Bertrando, Matthæo (24) Afflicto, aliisque, quos ad id profert (25) Tiraquellus. Atque hinc fit, ut, si velim probare, mihi illatum, aut non illatum fuisse vulnus, id agere queam omissis testibus, & quâcunque aliâ probatione per ipsam ostensionem loci, cui asseritur, negaturque vulnus inflictum, ut ex Jure (26) decretum est, ubi Baldus; eruiturque ex dicto Pauli (27) IC., cui adstipulatur idem (28) Baldus, (29) Hercules, (30) Hippolytus, & (31) Angelus Aretinus. Etenim sic cæteris probationibus Evidentiam præfero, quæ, ubicunque produci potest, omninò producenda erit ab eo, qui probare plenissimè percupit. Quare non aptiùs controversiam de limitibus dirimes, definiesve, quàm per solam loci inspectionem, ut constat (32) ex Jure: idemque dicendum de expensis factis in aliquo loco, quæ aptissimè per facti evidentiam comprobantur, ut notavit Jodocus (33) Damhouderius. Quin imò utiliter docuit (34) Baldus, ubicunque per evidentiam constat de iniquitate sententiæ, eam sententiam nunquam transire in rem judicatam, rejicique semper posse etiam sine appellatione ex (35) Juris authoritate, cui fortiter innituntur tradentes idipsum cum (36) Baldo, & (37) Alexandro (38) Innocentius & DD. producti per (39) Jasonem, qui idem probat relatus, receptusque per (40) Tiraquellum.

III. Ex

Aquil.
(6) *In c. 1. de purg. Canon.*
(7) *In L. 1. ff. de nov. op. nunci. n. 10. & in L. de perjurio ff. de in lit. jurar.*
(8) *In Cōs. 16. n. 8. & Cons. 97. n. 3.*
(9) *Cons. 61. nu. 1. vol. 3.*
(10) *De Præsum. 2. p. n. 19.*
(11) *Cons. 55. col. 3. n. 8. vol. 4. Cōs. 39. n. 23. & 24. vol. 6. Cons. 166. in fin. vol. 1.*
(12) *Cons. 69. n. 6.*
(13) *De retract. §. 4. glos. 1. à nu. 13. & seqq.*
(14) *De jud. tract. 10. c. 1. in princ.*
(15) *In d. L. contra negātem.*
(16) *Ubi supra à n. 13. & seqq.*
(17) *In L. 1. §. si servum ff. de quæstio.*
(18) *In d. c. 1. nu. 1. & 2.*
(19) *In L. si quis testibus in fi. C. de testibus.*
(20) *In d. L. de perjurio n. 4.*
(21) *In d. L. si quis testibus col. ult. vers. quæro, an potest.*
(22) *In L. si vero §. de vero 31. fallen. ff. solut. matr.* (23) *Cons. 337. non puto col. 2. lib. 1.* (24) *Decis. Neapol. 216. quotidie n. 2.* (25) *Ubi supr. n. 36.* (26) *In L. vulneris ff. de injur.* (27) *In L. fin. C. de reb. credit.* (28) *In L. pediculis §. Horatius ff. de aur. & arg. Leg.* (29) *De proban. negat. n. 246. & seqq.* (30) *In d. §. si servi n. 11.* (31) *In lib. malef. vers. cicatrix. col. 1.* (32) *In L. si irruptione ff. fin. regund.* (33) *In prax. civil. c. 127. n. 4.* (34) *In L. 1. C. sent. rescin. non poss.* (35) *L. confessionibus ff. de interr. act.* (36) *In d. L. 1. Cod. sent. rescind. non pos.* (37) *Cons. 248. stantibus col. 8. lib. 2.* (38) *In c. fraternitas de frig. & malef.* (39) *In d. L. de perjurio n. 5. & in d. L. 1. n. 10. de nov. oper. nunciat.* (40) *d. glos. 1. n. 36.*

III. Ex his porro infero, cùm in examine provehendorum ad Ordines Episcopus tutissimas probationes debeat omnino sequi, quippe qui ea de re judicat, quæ maximum, aut damnum afferre, aut certam utilitatem auferre possit, hanc scilicet probationem, ubi fas fuerit, adhibere teneri. Id, quod in vitiis sine culpâ, non facile modò, verùm etiam obvium erit, quare & initiandum inspiciet ante, eique colloquetur, multa audiet ab eo, multa de illo interrogabit. Id, quod usurpasse fertur Magnus ille Tarasius, quo vindice Sacris Iconibus redditus cultus palam in Græciâ. Dicitur enim non unquam alicui manus imposuisse, quem secum in Patriarchio per hebdomadas aliquot non detinuisset, ut inde præsens agnosceret in hospite, quæ vitia, quæ virtutes: Narrat Leo (1) Numodotes. Adeò hæc probatio initiandi hominis viris Sanctissimis curæ fuit, quæ nunc Photianis nulla est, atque utinam & Orthodoxis non minima. Scilicet Jurisconsultorum sententia est, vitia hominum, & ea maximè, quæ sine Vitiosi crimine ineptum sacris Muneribus exercendis reddunt, oculis maximè deprehendi; id, quod acutè ex nostris illis Philosophis quidam (2) asseruit. Interrogatus enim, an aliquid objiciendum Theoni modestissimo Æginetarum Navarcho haberet: *neque adspexi*, inquit, *hominem unquam, neque sub eodem tecto unquam diversatus cum illo sum*: οὐδ' ἑώρακα τὸν ἄνθρωπον, οὐδ' ὁμωρόφιος τῷ δόματι. Neque officiunt, quæ Margunius objicit (3) ex illis: μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε: *nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate*: Ex quibus postremis verbis infert, judicium ex iis, quæ oculis judicis patent, factum, injustum esse; quando si non licet secundum faciem judicare, non licet ex visu judicare; atque adeò non erit sufficiens ad justam sententiam evidentia, quæ nobis ingerit, quæ videmus. Quis hæc non videat esse manifesta Sophismata, qualia sanè perpetuo usu mihi sæpe cum Photianis familiaria sunt. Hi enim cùm ingenio Græco sint præditi, sed vel ignorantiâ, vel etiam apertâ impietate corrupti, ita, quod à Gente nostra scilicet accepere, grande Naturæ donum in Veritatis detorquent exitium, ut, acutè cùm dicant, manifestè sanè desipiant. Ecce, cùm Christus Servator vitium illud in Judice maximum, ac perniciosissimum, quod vulgò dicimus προσωποληψίαν, quam (4) negant in Deo sæpissimè Sacræ Paginæ, Lethalisque causam criminis in Judice testatur (5) Siraoides: cùm, inquam, Christus *acceptionem personarum* damnet illis verbis, ea trahit Margunius ad reprobationem probatissimæ omnibus evidentiæ. Contendebat eo in loco Salutis Author ostendere, potuisse se sanitatem Paralytico impertiri, quin ullo modo legem Sabbati frangeret. Id hoc argumento demonstrat. Potuit Moyses vobis permittere, ut Sabbato apellam hominem faceretis, quo animus hominis à nativo crimine sanaretur. Ergo mihi quoque licuit, Sabbato corpori sanitatem tribuere, ut unà corpus, & animus sanaretur. Si consecutionem negabitis, jam personas accipietis; quando non aliunde vobis effugium est, nisi si dicatis, Moysi licuisse, quia Moyses fuit, mihi non licuisse, quia non sum Moyses: at enim acceptio personarum Judici prorsus nefaria: quare, *nolite*, inquit, *judicare secundum faciem, ut justum judicium judicetis*; non judicaturi justum judicium, si faciem meam, humilemque, uti vobis videtur, conditionem respicientes, ex ea, non ex miraculis, quæ coram vobis creberrimè perpetro, de me judicium feratis, pronuncietisque sententiam. Hæc genuina est loci illius sententia: neque ullam aliam comminisci quibit Photianus, ni illis verbis nihil constitutum dicat à Christo. Nam, si illis verbis hoc voluit Christus, quod asserunt, nempe evidentiæ probationem damnare, sanè Judæis non licebat fidem adhibere miraculo, quod apertè viderant, & certè patratum. Quòd si non licebat fidem adhibere miraculo, jam justè, ac sapienter damnabant eum, qui Sabbato, Grabatum, ut tolleret, præceperat Paralytico. Cæterùm adeò Evidentia etiam penes sacras Paginas vim habet numeris omnibus absolutæ probationis, ut hinc plerunque Veritatis, quam Gentibus constanter annunciabant, Christianæ Reipublicæ Proceres argumenta desumerent: Quare Joannes (6) Apostolus sic orditur Epistolam suam. ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς· καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ καταγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν· ὃ ἑωράκαμεν, καὶ ἀκηκόαμεν ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν. *Quod fuit ab initio, quod audivimus, & vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt de Verbo Vitæ, & Vita manifestata est: & vidimus, & testamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis: quod vidimus, & audivimus, annunciamus vobis*. Nota, quot vicibus visum ostentat, evidentiamque ex oculis habitam jactet, ut hinc Veritatem, quam propositurus est, comprobet, atque inde cognosce, quàm probetur per evidentiam facta probatio, quâ potissimè & Apostolus, & Apostolorum Theologus utitur ad Veritatis penitissimam probationem.

IV. Diximus, non solis oculis evidentiam fieri facti, vitii, vel criminis: fieri etiam ipsâ confessione ejus, qui ad examen, aut judicium adducitur, estque reus, vel quasi reus. Hujus Confessionis hìc notitia tradenda est, quo manifestiùs concors utriusque Ecclesiæ sententia contra communes Photianorum ineptias innotescat. Et primò illud certissimum autumo, contra Doctorum quorumpiam antiquam opinionem, quos refert, ac sequitur (1) Jason, hanc, de quâ dicimus, confessionem probationem esse, quemadmodum post relatam Priscorum sententiam decidit (2) Decius, penes quem fas erit multa cognoscere veritatem hanc confirmantia, quæ referre immensi laboris, & inutilis

(1) *In Orat. de S. Tarasio.*
(2) *Planud. 1 Adag. cent. 2. c. 4.*
(3) *Joan. c. 7. n. 24.*
(4) *Paralip. 2. c. 19. num. 7. ad Rom. c. 2. n. 11. ad Ephes. c. 6. n. 9. ad Coloss. c. 3. n. 25. 1. Petri c. 1. n. 17.*
(5) *Eccli. c. 20. n. 24*
(6) *1. Joan. c. 1. ab initio.*

(1) *In L. cum te transegisse n. 10. C. de transact.*
(2) *In rubr. de probat. à n. 4.*
(3) *In Auth. si quis in aliquo C. de eden. et ibi gloss. ver. probatio.*
(4) *In d. auth. si quis in aliquo.* (5) *Schol. 108. in Codicem.* (6) *In Synop. Attal. titul. de probat. Schol. antepen.* (7) *In Schol. ad Novell. 10. Leon.* (8) *In lib. 18. Pandect. init.* (9) *In Synop. Jur. Græc. tit. de prob.* (10) *In Collect. Jur. Græc. eod. tit.* (11) *In prax. tract. de confess. in princ.* (12) *Loco supr. cit.* (13) *In Auth. sed jam necesse C. de donat. prop. nupt.* (14) *In d. auth. sed jam necesse.* (15) *In d. L. cum te transegisse.* (16) *In d. L. cum te transegisse.*

(17) In d. L. cum te transegisse. (18) Loco suprà citato. (19) In rubr. de probat. (20) De praesump. p. 2. n. 8. (21) Loco laudato. (22) Decis. 56. n. 66. (23) Conf. 39. n. 16. lib. 2. (24) Loco supra laudato. (25) Apud Cravet. loco infer. citato. (26) Conf. 61 nu. 3. & Conf. 121. n. 4. (27) Conf. 5. num. 4. lib. 1. (28) De recuper. poss. remed. 1. n. 117.

lis esset operae, cùm id, quod asserimus, manifestum sit ex Oraculis (3) Justiniani docentis, probationem fieri vel per testes, vel per confessiones, idemque sensit inter Latinos (4) Accursius ante Decium, & ex Graecis (5) Harmenopulus, Matthaeus (6) Monachus, Eustathius (7) Antecessor, & omnium latissimè (8) Tipucitus, ex quo pleraque suppresso nomine (9) Diplovatacius, & Joannes (10) Lascares. Secundò, & illud recipiendum est, post evidentiam facti, Confessionem Rei, vel quasi Rei firmissimam omnium esse, si ritè fiat, ut ex Latinis Lanfrancus (11) de Oriano, ex Nostris asseruit (12) Harmenopulus eâ ratione, quòd licet, propositâ Juris, & de Jure, ut Latini loquuntur, ut Nostri: τῇ τοῦ νόμου προλήψει, legis praesumptione, probatio nulla contra recipitur, tamen recipitur Confessio adversarii, quemadmodum (13) Justinianus noster decrevit, teste (14) Glossographo, cui subscribunt (15) Cynus, (16) Angelus, & (17) Jason. Hinc illa penes (18) Tipucitum nostrum: ὁμολογία τὴν μεγίστην ἔχει τῶν ἐν ἀποδείξει ἀσφάλειαν: *confessio maximam habet inter probationes securitatem, ac certitudinem*: sequunturque (19) Aretinus, & (20) Alciatus, confirmatque iterum (21) Tipucitus dicens: τὴν ὁμολογίαν τὴν ἐνδεικτικὴν ἀπόδειξιν, καὶ τῶν ἄλλων ἀληθεστέραν, καὶ δυνατωτέραν, *confessionem esse probationem demonstrativam, & caeteris veriorem unà, & potentiorem*; quibus adstipulatur Thomas (22) Grammatica, (23) & Soccinus Junior. Denique & illa Harmenopuli (24) asserentis: πλέον πιστεύειν τὴν ὁμολογίαν τῆς διαγραφῆς δημοσίας γεγενημένης, *plus fidei adhibendum confessioni, quam scripturae cuilibet publicae*, quod etiam docuit (25) Baldus, (26) Craveta, & (27) Zasius, sequiturque (28) Menochius.

(1) In Synop. Nili, ad Can. Neocaesar. (2) Nota 19. ad eosd. Can.

V. Quò magis mihi mirum videtur, quod scripsit ante (1) Coressium (2) Margunius: Confessionem Rei à Sacris Canonibus, & omni Jure Christiano prorsus vetari, quasi corruptelam Judiciorum, & laqueum animorum, unde mox occasionem arripuit insultandi Latinorum Judiciis, quae Laniaenas innocentiae, publicasque nundinas iniquitatis appellat, quasi vero his in Judiciis id, quod penes Photiana judicia, usuveniat, quae neque redduntur, nisi ubi lucrum affulserit, neque aliter terminantur, nisi auro emptis Anathematibus. Id, quod non aliquis Graecus ex Orthodoxis, aut dixit, aut affirmavit: ipsi vos dicitis, ipsi vos affirmatis. Nam Metochites (3) Theodorus, nondum Byzantio in potestatem Tyrannorum redacto, haec scribit, sordes Tribunalium vestrorum diris excipiens omnibus. τὰ δικαστήρια τὰ λοιπὰ, ὦ πατέρες παναγιώτατοι, καὶ ἁγιώτατοι, καὶ πανιερώτατοι, καὶ θεοφιλέστατοι, ὁ κατὰ τὸν κωμῳδὸν Ἀριστοφάνην μιαρὸς, καὶ τυφλὸς, καὶ φιλάργυρος θεὸς διαφθείρει. ὠνηταὶ ὑμῖν αἱ ἀποφάσεις γεγόνασι νεωστὶ, καὶ ποῦ τιμὴ τῆς δικαιοσύνης; καὶ ποῦ ψῆφος εἰς ἄμυναν ἀδικίας; φορητὰ ταῦτα. οὐδὲ τάξιν δίκης, καὶ νόμων ἔχουσι γνῶσιν οἱ τὰ πάντα δικάζοντες. κατὰ τὸ θέλημα, κατὰ πλεονεξίαν, κατὰ πονηρίαν, καὶ ἀμαθίαν πάντα πράττεται. *Tribunalia vestra igitur, ò Patres suprasanctissimi, & Sanctissimi, & Sacratissimi, & amicissimi Christo* (quibus titulis dignitates Sacras jurisdictionem habentes complexus est; Patriarchae nimirum CP. primo, secundo caeterorum Patriarcharum, tertio Metropolitarum, Episcoporum quarto) *ille penes Comaedum Aristophanem sordidus, & Caecus, & avarus Deus* (Plutum (4) intellige) *corrumpit. Venales vobis sententiae nuperrimè* (nota Photiana tempora, nam haec sub Andronico Seniore Palaeologo dicta, scripta sunt) *factae sunt. Et ubi honor Justitiae, & ubi Suffragium ad ultionem iniquitatis? Toleranda tamen haec: neque Ordinem judicii norunt, neque legum notitiam habent, qui omnia judicant; ex libidine, ex avaritia, & malignitate, ex ignorantia omnia peraguntur.* Et ne post amissam libertatem in meliorem Vos frugem conversos, quod pertinet ad judicia, aliquis putet; quando (5) μετὰ θάνατον ἀκοὴν συνετιζόμεθα: *vexatio dat intellectum*: quid de vobis censuerit Manuel (6) Malaxus, qui nempe Superiore saeculo inter vos floruit, & linguâ vernacula scripsit, audite. Ἐπειδὴ ἐχάσαμεν τὴν βασιλείαν, ἐκλείσθησαν τὰ δικαστήριά μας τὰ πολιτικὰ, ἀλλ᾽ ὄχι τὰ ἱερά. Ἐν τούτοις οἱ ἐπίσκοποι κρίνουσι, καὶ οἱ πρωτοπαπάδες, καὶ οἱ τῶν μοναστηρίων προεστῶτες ἡγούμενοι. ἀλλ᾽ ἐκεῖ τὰ ἁμαρτήματά μας καὶ αὐτὰ ἀπὸ πολλὰ διεφθάρησαν, οὐδὲ εὑρίσκεται ἐν αὐτοῖς δικαιοσύνη. πάντα πωλοῦνται, καὶ τὸ ἀργύριον κυβερνᾷ τὰ ἱερά. ὁ πλουσιώτερος πάντα νικᾷ, καὶ ὁ πτωχὸς ἔχει ἄδικον. αἱ τιμαὶ, αἱ τιμωρίαι, τὰ ὀφφίκια, καὶ τὰ ἐπιτίμια, τὰ λάφυρα τῆς φιλαργυρίας, ὅτι κρίνει, εἰς τόσον, ὅτι πολλοὶ, ἵνα μὴ ἀδικηθῶσι, τὰ τῶν ἀλλοφύλων δικαστήρια προτιμῶσι, καταφεύγοντες, ἢ εἰς τὴν δίκην τῶν Λατίνων, ἢ εἰς τὴν ἀδικίαν τῶν Τούρκων. *Postquam Regno excidimus, clausa sunt civilia Tribunalia nostra; non ita Sacra. In his Episcopi sententiam dicunt, & Archipresbyteri, & praefecti Caenobiis Abbates. Sed heu, quò crimina pertigere nostra! Hac quoque pessundata sunt, nec in illis Justitiam reperire est. Omnia veneunt, & pecunia Sacra gubernat. Ditior omnia vincit, & pauper ubique causa excidit. Honores, & poenae, dignitates, & reprehensiones spolia sunt avaritiae judicantis, adeò ut plurimi, ne injusta sententia percellantur, alienigenarum Tribunalia frequentent, confugientes ad judicia Latinorum, vel ad iniquitatem Turcarum. &c* Haec Photiani ipsi de Judiciis vestris, quae non Reorum confessio, sed sordidissimum vitium omnia diripiens, sus omnia deque vertens incubat, corrumpitque.

(3) περὶ κατασχέσεως vulnere. 14. quod est Avaritiae. (4) Comaed. 1. Pluto. (5) Isaiae. 28. n. 19. (6) In libell. de vitiis Ecclesiastic. in Calce Nomocan.

VI. Caeterùm confessionem Reorum adeò à probationibus legitimis nullum Jus abigit, ut omni jure, tanquam probationum omnium post Evidentiam facti firmissima Reorum confessio censeatur. Et de Jure civili communi, quod unà Graecum, Latinumque est, nemo non Photianus, hoc est hominum omnium, quot sunt, quotque fuerunt, imperitissimus, post ea, quae nuper produximus, dubitabit. Idipsum ratum est ex Jure Divino. Furtum Achor Israelitae (1) primò vestigatur per sortes, mox convincitur confessione furis ipsius, denique rei furto sublatae evidentiâ comprobatur. Protoplastae (2) crimen, quamvis Deo notissimum, non ante poenis excipitur, quàm confessione Rei probetur. Idem usuvenit in judicio (3) Caini, idem in Poenitentiâ (4) Davi-

(1) Josue c. 7. per tot. (2) Genes. c. 3. n. 9. (3) Genes. c. 4. n. 13. (4) 2. Reg. c. 12. n. 13.

Digitized by Google

Davidis, &, ne te mover, pleraque crimina in sacris Paginis Reorum confessione probata, neque aliter castigantur. Adeò in Jure divino probatur Confessio, quæ etiam Jure Euangelico validissima est, quando Rex ille, qui domum regressus de commissis ad lucrum talentis inter servos examen instituit, otiosum, timidumque servulum damnat ex ipsa ejus confessione (5) dicens: ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε, πονηρὲ δοῦλε: *ex ore tuo te judico, serve nequam*. Adde Jus Pontificium, quo palam inter probationes legitimas Confessio recipitur, ut constat ex decreto (6) Innocentii III., aliisque ex libris (7) Decretalium Responsorum; agitque de illa fusè (8) Gratianus. Quid de Jure nostro? Sanè Rei confessio inter validissimas probationes recensetur. Consule: si libet, (9) Prodromum, μετὰ τὸ ὁμολογῆσαι, inquit, ὁ ἐλεγχόμενος οὐκ ἔχει ἀντίληψιν, ἀλλὰ τιμωρίαν· τὸ γὰρ ἔγκλημα φανερόν. *Post quam fassus est, qui accusatur, non habet defensionem, sed pœnam: nam crimen manifestum est*. Vide (10) Balsamonem: ἡ ὁμολογία, ait, ἰσχυροποιεῖ τὴν τοῦ κατηγόρου γραφὴν, καὶ ἀήττητον ἀποδείκνυσι. *Confessio roborat accusatoris libellum, & invictum demonstrat*. Idem (11) Aristenus docet, Idem Leo (12) Monachus, & cæteri Canonum nostrorum Interpretes, quos ad id refert (13) Diplovatacius: facitque decretum (14) Neocesariensis Concilii, quo statuente, statur confessioni Presbyteri. Nec desunt Photiana decreta, & quidem plura penes (15) Diplovatacium, sed illud pervulgare, notumque omnibus in Jure Græco-Romano. (16) Constantinus Lychudes Byzantinus Antistes sic de Sacerdote cædis Reo sententiam dicit. ἐντεῦθεν καὶ ὁ δεῖνα ἱερεὺς τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας περιβόλων ἔνδον γενόμενος ἐξηγόρευσε, τοὺς οἰκείους υἱοὺς προτρέψασθαι συνεπελθεῖν τῷ λοιπῷ ὁμίλῳ τοῦ χωρίου αὐτοῦ, καὶ συνεργῆσαι εἰς τὸν τοῦ Χαλκεοπούλου Κατακαλὼν φόνον· τοῦτο ἐξαγορεύσας τοῦ ἱεροῦ καταλόγου κατὰ τοὺς θείους κανόνας, διὰ τὸ γεγονὸς τοῦ φόνου μύσος, ἐξέπεσεν. *Proinde & hic Sacerdos N. cùm intra Sacra Ecclesiæ septa se recepisset, confessus est, se suis authorem fuisse filiis, ut cum reliqua agri sui multitudine pergerent, eamque in perpetranda Catacalonis Chalceopuli cæde juvarent. Qua confessione facta, Catalogo sacro, juxta divinos Canones, ob admissum cædis piaculum, excidit*, &c.

VII. Quid his reponere audeant Photiani Doctores? Aut quid oberit, quin iterum cum Latinis omnibus, imò cum Jure nostro, ipsorumque Photianorum asseramus, Confessionem inter probationes potissimam esse? Sciendum tamen est, duplicem esse Confessionem, alteram, quæ fit in judicio, vel examine, alteram extra utrunque. Et prima etiam duplex est, altera, quæ in Judicio præsente accusatore, actoreve, aut in examine; altera, quæ in Judicio fit, absente actore, vel accusatore. Secunda hæc plerunque non probat, & de illa hìc nobis nulla quæstio est. De illa agimus, quæ fit in Judicio præsente parte, & pressiùs in re nostrâ, de illa, quæ fit coram Episcopo, vel in Ecclesiâ ipsâ coram omnibus; utraque enim hæc plenè probat adversus confitentem, ut Jura (1) pronunciant. Etenim nullæ sunt partes Judicis in hujusmodi confitentem, nisi ut eum vel condemnet, vel abigat, quemadmodum (2) Jure utroque constitutissimum est. Nam ita confessus pro convicto habetur in (3) Jure, videturque se ipsum ante Judicis sententiam damnare, ut notavit (4) Bartholus, deduciturque ex nuper citatis Euangelici (5) Regis verbis, atque ex illis, quæ narrat Michaeli Principi nostro (6) Nicolaus I. notatque (7) Speculator ante (8) Tancredum. Scio hujus effati omni, ut ostendimus, Jure recepti certissimam veritatem quibusdam exceptionibus impugnari, cavillis etiam pluribus impeti per Photianos, non nisi ad vituperandum potentes. Nam, licèt Confessio, quam hic laudamus, ex communi sententia probationes alias destruat, & extinguat, ut tradidit Joannes (9) Andreas, & (10) Baldus, quos refert (11) Damhouderius, tamen id non obtinet in mutuo, quod licet fateare per Syngrapham, & in ipso judicio, non tamen extinguit probationes cæteras, imò infra biennium probari potest, pecuniam non fuisse numeratam, ut dixit (12) Baldus, & relatus (13) Damhouderius, confirmaturque ex Jure. Id, quod etiam protenditur ad Dotem, quemadmodum docet (14) Speculator ex dicto Antonini, (15) & Severi Cæsarum. Verùm hæc peculiaria. Illa magis premunt, quæ Photiani DD. ad labefactandam Confessionis fidem ineptè comminiscuntur, quæ ne singillatim refutatione digner inutili, propositis legitimæ Confessionis, atque omnino probantis conditionibus dissipo. Est enim legitima illa confessio, quæ à Majore, & sciente, sponte, in Judicio contra se fit, si ei neque hostis, neque Natura, neque lis, Jusve repugnet. Hæc omnia manifesta sunt, ipsaque explicatione certissimè confirmantur.

VIII. Primò namque, ut Confessio legitimè probet, major sit oportet, qui confitetur. Nam pupillo confessio non præjudicat, qui scilicet ab omni præjudicio tutus est, ut tradidit Matthæus (1) Monachus dicens: Τοὺς ἀφήλικας, καὶ ἀνήβους οὐδὲν τὸ ζημιοῖ, *nihil nocet minoribus, & impuberibus*: & latè probat (2) Mascardus. Secundò necesse est, ut, qui fatetur, sciat id, quod ipse fatetur. Etenim confessio per errorem facta nil probat, quippe quæ quolibet ante sententiam tempore potest revocari. Nam (3) Harmenopulus ait: τὸν σφαλέντα ἐν τῇ ὁμολογίᾳ ἀναδέχεσθαι ἄξιον εἰς παλινῳδίαν τοῦ ῥηθέντος, *eum, qui in Confessione erravit, recipere par est ad inficiationem dicti*: Idemque sanxit (4) Gregorius IX. ea ratione, quia, qui errat, non fatetur, ut (5) Ulpianus dixit, & asserunt (6) Imperatores, ex quibus idem constituit (7) Damhouderius. Id, quod tamen intellige de errore, qui Juris minimè sit; nam Confessio per errorem Juris facta nocet confesso; quando Juris ignorantia neminem excusat, ita (8) Legibus tùm Sacris, tùm profanis decernentibus. Tertiò, & illud necessarium est, ut Confessio spontanea sit: nam facta per metum, vel fraudem, vel in tormentis, irrita

Ss est,

(5) *Luc. c. 19. n. 22.*
(6) *c. cum super de Confess.*
(7) *tot. titulo eod.*
(8) *Can. 15. q. 3. 6. 8. et c. nos in quenquam, & seq. 2. q. 1.*
(9) *De Interpret. ad Can. 9. Neocæsar. Cōcil.*
(10) *In Nomoc. ad d. c. 9.*
(11) *In Collect. Can. ad d. c. 9.*
(12) *In Schol. Can. ad d. Can. 9.*
(13) *In Synop. jur. Græc. titul. de probat.*
(14) *Canone 9.*
(15) *Eodem tit. de probat.*
(16) *Lib. 4. Tom. 1. Sent. Synod. lib. 2. Const. Lychud. tit. 2. pagin. 265. & seq. ante fin.*

(1) *L. 1. ff. de Cōfess. L. 1. C. eod. L. fine fi. ne ff. de interrog. act.*
(2) *L. proinde §. 1. ff. ad L. Aquil. c. præterea de transact.*
(3) *L. unica C. de Confess.*
(4) *d. L. 1. ff. de Confess.*
(5) *Luc. c. 19. n. 22.*

(6) *Refertur in c. nunc autem 21. dist.*
(7) *In princ. tit. de Cōfess.*
(8) *De Ord. Judic. titul. de Cōfess. in Jur.*
(9) *In c. bonæ de Elect.*
(10) *In L. §. ex cautione q. 10. Cod. de non numer. pecun.*
(11) *In pract. Civil. c. 172. n. 4.*
(12) *In L. generaliter. 1. qu. C. de non numer. pecun.*
(13) *Loco supra laudato.*
(14) *In d. titul. de Confess. §. sequitur in fin.*
(15) *In L. 1. C. de dot. Caut. non numer.*

(1) *In Synop. Attaliat. tit. de Minoribus.*
(2) *De Probat. vol. 1. concl. 371.*
(3) *Schol. 108. in Codicem.*
(4) *In c. ult. de Confess.*
(5) *In L. 2. ff. de Confess.*
(6) *In L. error. C. de Jur. & fac. ignor. L. 1. C. de fals. cau. adject. L. de ætate §. qui jusso ff. de interrog. actio.*

(7) *In d. prax. Civil. c. 173.* (8) *C. si laicus 38. dist. L. 2. & L. cùm quis C. de jur. & fac. ignor.* (9) *In argum. Novell. 13. Leon.* (10) *C. 1. quod met. cau. & c. Lotharius 31. qu. 2.* (11) *In L. 1. §. 1. ff. de quæst.* (12) *Tract. de proban. negat. n. 196.* (13) *Cons. 5. in princ. lib. 1.*

est, nec præjudicat confitenti. Quod obtinere dixit (9) Harmenopulus Novellam Leonis explicans, & Jure (10) Canonico certum est, itidemque (11) Civili, docuitque (12) Herculanus cum (13) Alexandro. Quartò & illud notandum est, in Judicio faciendam confessionem esse, ut probet, alioquin minimè valituram, saltem si sine causa aliter fiat, ut docuit (14) Speculator. Attamen hoc verum plerunque est, &, uti dicimus, regulariter. Aliquandò enim, etiam extra Judicium, facta confessio nocet confitenti, præsertim cùm ex confessione obligatio oritur: tunc enim vim pacti nanciscitur, ut notavit (15) Tancredus, & ex Nostris (16) Jo. Lascares, uterque productis (17) Juribus validissimis: vel cùm oritur, uti loquimur, scandalum: nam tunc etiam confitenti præjudicat. Id, quod notandum duxi in re nostrâ. Existimo enim eum, qui extra judicium de se turpia, & ab Ordinibus repellentia fassus sit tantâ constantiâ, ut inde prava de eo existimatio dilabatur in vulgus, repellendum omnino, quippe præjudicium passum sufficiens repulsæ. Quod Pontifex (18) Alexander decreto suo munit, & in re nostrâ docet ex Jure Nostro (19) Diplovatacius. Quod diximus de confessione extra judicium facta, dicendum puta de eâ, quæ fit coram judice non suo, vel non habente jurisdictionem, ut palam est ex (20) multiplici Jure: idemque censere fas erit de eâ confessione, quæ pro confitente fit. Nam quintò prorsus oportet, confessionem esse contra confitentem, alioquin nullius erit ponderis, ut ex Pandectis probat (21) Gratianus: cùm contra, si fatentem impugnet, rata sit, & præjudicet ex decreto (22) Innocentii III. aliisque plurimis juribus, quæ congeruntur. Sextò, requiritur, ut parte præsente fiat, hoc est coram hoste, vel ejus procuratore, non nocitura, si aliter fiat: quod Juris (23) communis constitutissimi est, & refert ex Nostris (24) Harmenopulus. Hoc tamen ita intellige, ut verum sit extra rem nostram: nam in re nostra pars non requiritur, cùm vel nulla sit, vel loco sit partis Ecclesia, vel ipse Episcopus examen ex Officio constituens.

IX. Septimò, dictum est oportere, confessionem fieri de iis, quæ non repugnant Naturæ, proptereà, quòd Confessio de eo facta, quod est contra naturam, nulla est. Nam (1) Paulus IC. respondit, confessiones debere naturalibus convenire, habesque exempla plurima confessionum hujusmodi contra naturam (2) in Jure, quæ proinde nihil oberunt confitenti. Quò fit, ut mirum sit, quod olim Photiana sapientia decidit, narratque non sine stomacho Photianus & ipse (3) Corydaleus: nimirum, quendam, cui à barbaris execta fuerat virilitas, cùm primùm rejectus fuisset ab Ordinibus, ob vitium virilitatis, probassetque non legitimè se repulsum ex (4) Canone Nicæno, fuisse Sacris initiatum, mox exauthoratum, quòd fassus esset, adulterium perpetrasse. Adeò rigida disciplina Photianorum est, ut prorsus ineptiat. Octavò, additum opportune est, confessionem non debere repugnare favori. Nam, si huic repugnet, nulla censetur. Sic, si ingenuus fateatur se servum, confessio non nocebit, libertatis favore, cui Jus (5) maximè indulget. Id tamen verum est, nisi se servum fateatur in judicio Status, sive de Statu: idem enim (6) Jus, quod in aliis judiciis libertati favet, in hoc plane quiescit. Favor etiam Matrimonii efficit, ut nulla confessio conjugum contra Matrimonium publicè contractum, Matrimonio queat obesse, quemadmodum Matthæus (7) Monachus, & (8) Canonarcha constituit ex Jure nostro, & certissimum est Jure (9) latino. Nonò, adnotavimus, confessionem non debere liti repugnare, hoc est, ad ejus rei, qua de agitur, confirmationem esse debere. Nam, si liti repugnet, aut inter eos cedat, qui disceptare in judicio non possunt, confessio nullam vim habebit, eritque penitùs irrita. Id, quod constat ex Jure (10) latino, nec ignotum est Juri nostro, ut evincit (11) Diplovatacius. Quod in re nostrâ maximè cavendum est, ut infra, ubi de Testibus, observabimus. Nam si controversia sit inter Exhomologeten, & Pœnitentem, quemadmodum videtur usuvenisse sæpe penes Photianos ex iis, quæ decernit Lucas (12) Chrysoberges, confessio pœnitentis non oberit, quando lis inter homines hujusmodi in rebus ad Sacramentum pertinentibus nulla esse potest: Censentur enim Jure (13) nostro Pater, & filius, quos inter lis nulla vim habet ex dicto (14) Caii. Denique omnia definivimus monendo, confessionem nullam futuram, si sit contra Jus. Etenim confessiones ita demum ratæ sunt, si id, quod proditur per eas, Jus, & natura potest admittere, ut inquit (15) Javolenus, confirmatque (16) Ulpianus docens, in iis, quæ contra Jus sunt, neque pactum, neque confessionem valere, idemque tradit (17) Augustinus, & (18) Gregorius IX. Hinc fit, ut, cùm Jus (19) non patiatur, Christianum esse Judæi Mancipium, si Judæus noxaliter conventus fateatur, Christianum, qui noxam dedit, suum esse Mancipium, id non præjudicet Christiano. Qua collectione videor mihi abunde respondisse impudentissimo (20) Liguri, qui censuit arcendos ab Ordinibus sacris Græcos omnes proptereà, quòd ex Turcarum solemni confessione ipsorum sint servi. Putidæ stoliditati Jura omnia reclamant, quæ Nos licet agnoscant magnâ ex parte durissimâ servitute premi, liberos tamen appellant. Etenim quod (21) Candidatis legum translativum est, mirum tamen Liguri videbitur, qui exlegem colit Theologiam, alia est servitus facti, alia juris: & illam quidem patimur plerique, qui sub Tyrannide vivimus, hanc verò nequaquam, qui ingenuis orti natalibus, nec ullo justo prælio debellati, Christiani, Orthodoxi sumus. Porro servitus facti non reddit Sacris ineptos, quemadmodum libertatem non tollit, ad quam scilicet possumus proclamare. Ut hinc manifestum sit, quàm ineptè quidam Nostra contemnunt, non contempturi, si scirent, quod sæpe diximus, vivere adhuc in Græcia, qui stolidam quorumpiam dicacitatem justissimè norint ulcisci.

X. Ut ad propositum redeam, cùm confessio Rei, vel quasi Rei his conditionibus prædita fuerit, optimè adhibebitur ab Episcopo

Vitia

(15) De Ord. judic. d. c. de Confess.
(16) In Collectā jur. Græc. titul. de probat.
(17) L. frustra L. in contractibus C. de non numer. pecun.
(18) c. quam sit grave de excessib. Prælat.
(19) In d. Synop. d. tit. de probat.
(20) In c. etsi de Judic. c. ad nostrā de cōsuet. c. cum in Clericorū 15. q. 1. c. ut debitus de appell. L. 1. ff. de Confess.
(21) §. nulli in 4. q. 3.
(22) C. cū super electione de Conf. c. 1. 14. q. 1. L. de ætate § 1. ff. de interrog. actio.
(23) L. certum §. si quis absēte ff. de Cōfess. c. 2. eod. L. fin. ff. de interro. actio.
(24) Schol. 2. in d. Novell. 13.

(1) In L. Confessionibus ff. de interrog. actio.
(2) §. Cum ergo 27. q. 2. & d. L. Confessionibus, & L. seq. L. inde Neratius §. fin. ff. ad L. Aquil.
(3) In suis Summulis seu Isagog. ad Logicam c. de antilogia.
(4) Can. 1.
(5) L. interrogata ff. de lib. cau.
(6) d. L. interrogata & L. pen. in fin. ff. eod. L. 1. §. plane ff. de appellat.
(7) Ad Assal. tit. de sponsal. Scholio 4.
(8) De vi Can. tit. de Matr. c. 2.
(9) C. ex Literis de divort.
(10) d. L. in Confessionibus, & c. cum olim de off. deleg.
(11) In d. Synops. titul. de Judic.
(12) In Jur. GR. Tom. 1. li. 3. Sēt. Synod. lib. 1. in Decr. Luc. tit. 7. pag. 223. in fin.
(13) Ex d. tit. 7. Lucæ Decretorum.
(14) In L. lis nulla ff. de Jud.
(15) In L. in, cujus §. fin. ff. de interrog. act.
(16) In L. Jurisgentium §. præterea it, & §. seq. ff. de pact.
(17) In c. solet quæri 32. q. 2.
(18) In c. fin. de pact. & c. fin. de condit. apposit.
(19) L. 4. C. de Episcop. & Cler. c. 1. & fin. de Jud. & Sarac. (20) Contra hæres. lib. 2. c. 9. (21) L. cui quoque, & glos. fin. in L. item ei, quoque ff. de cap. dimin.

Digitized by Google

Vitia ejus, qui Ordines petit, accuratè consideraturo. Is enim, si vitium, culpamve fateatur, repellendus erit, judicandusque ex ore suo minimè aptus Sacris Ordinibus, quibus se ineptissimum dicit. Id, quod tamen ita intellige verum esse, ni aliunde pateat, confessionem fieri generalibus verbis, aut ex humilitate Christianâ conceptis: verba enim certa esse debent, & vitium ipsum indigitantia, confessioque ipsa ex rei veritate facienda est. Adnotavimus hoc contra Photianos ausos asserere, ex quâcunque confessione rejiciendum esse eum, qui fatetur: tanta pax est Photianarum sententiarum: his planè admittentibus confessionem, illis rejicientibus, utrisque tamen ineptè. Sunt ex iisdem Photianis alii miram argutiam commenti. Ajunt enim, repellendum eum, qui se se dixerit indignum, non tamen illum; qui se affirmarit non dignum. Id, quod illa respicit, quæ solemni sententia decrevit Michael (1) Anchiali, cùm quærentibus in Synodo Episcopis; an Antistes quidam, qui se sacro Magistratu abdicaverat, iterum ad contemptum gradum Ecclesiasticæ Dignitatis resilire posset, respondit: si se se abdicasset, effatus se indignum, recipi ulteriùs non posse; posse, si abdicasset se, se non dignum affirmans. Mihi tamen, velim sapientissimi viri breviter indicarent, quid sit discriminis inter ἀνάξιον, καὶ μὴ ἄξιον, certè non aliud, quàm quod interest inter μὴ σοφὸν, καὶ ἄσοφον, inter ἄνισον, καὶ μὴ ἴσον: ubique enim α præpositum vim habet inficiantis particulæ, quâ fit, ut idem utrunque sonet, atque significet. Sed quidquid sit, falsissimum est, confessionem generalibus verbis factam Juris authoritate ratam censeri: nam cùm omnino necesse sit, in confessione causam confessionis adducere, ut fusè probat (2) Mascardus, confessio verò generalibus verbis exposita certam causam sui afferre non possit; nil aget. Eodem modo, quæ ex Christiana demissione ortum habet, confessio nocere fatenti non potest, primò, quia, licèt mendax non sit, quòd cum virtute, qualem Christianam animi demissionem inter præcipuas agnoscimus, mendacium stare non possit; tamen falsa plerumque est: confessio autem, ut probet, vera esse debet, ut (3) Jura constituunt. Imò tota vera esse debet: nam ex parte falsa corruit in totum, quemadmodum censuit (4) Decius, quem sequitur (5) Herculanus. Addo, etiam vero similem esse oportere, ut probet, sic docente eodem (6) Decio, cum (7) Parisio, & (8) Romano, quos refert, ac sequitur idem (9) Herculanus. Deinde Confessio ex mente, ac proposito promanare debet: Quare facta ex ira, aut ex vehementi aliqua animi affectione non nocet, teste Lanfranco (10) de Oriano, eodemque (11) Herculano. Porro humilitas Christiana vehemens affectio est, in tantumque potens, ut vel opera optima referta vitiis ipsi operanti repræsentet. Facta ergo ex humilitate nil oberit confessio, nec ea erit Episcopo, ex qua hominem sanctè demissum repellat à Sacris, ad quæ scilicet omnibus modis provocandus erit, ex Christi (12) Servatoris consilio, vocantis ad sedem superiorem eum, qui ad postremam omnium secedebat.

(1) Refert Harmenop. in Epit. Can. Sect. 1. tit. 8. §. 4.
(2) De Probat. Vol. 1. conclusio. 345
(3) L. inde Neratius §. ult. & L. seq. ff. ad L. Aquil. L. cum falsa C. de jur. & fact. igno.
(4) Consil. 536. num. 10.
(5) In d. tract. de prob. negat. num. 222.
(6) Consil. 396. num. 10.
(7) Consil. 153. col. pen. n. 4.
(8) Consil. 420. num. 10.
(9) In d. tract. num. 198.
(10) In prax. c. 7. de Confess. cir. princ.
(11) d. n. 198. vers. 4. fallit.
(12) Luc. c. 14. n. 10.

XI. Facta igitur confessio eum in modum, quem hactenus accuratè descripsimus, maxima erit probatio, & penè non vim Evidentiæ nanciscetur. Id, quod habebit, aut habere reputabitur, si jusjurandum Confessionem confirmabit: hoc enim, licèt inter probationes recenseri non debeat, ut contra (1) Salicetum, & (2) Bartholum relatos à Francisco (3) Vivio, quos probant (4) Cravetta, & (5) Oldendorpius, validissimè tuentur Duce Joanne (6) Andrea, Augustinus (7) Berous, (8) Marsilius, (9) Alexander, (10) Gomez, (11) Capicius, (12) Boerius, & Franciscus (13) de Accoltis Aretinus, quem (14) Vivius refert; tamen additum probationi, cui addi potest, eandem roborat penitùs, planeque confirmat, quemadmodum notavit (15) Tipucitus noster his verbis. Ὁ δὲ ὅρκος δύναμιν ἔχει στεῤῥὰν ἀρκοῦσαν τὰ ἐξαγορευθέντα ὑπὸ τοῦ ἐλεγχομένου ἔμπροσθεν τοῦ δικάζοντος· ἐστὶ γὰρ σφραγὶς ἀληθείας ἡ ἐν τῇ δίκῃ ἐπωμοσία, καὶ κατὰ τὰς βασιλικὰς βίβλους ἀληθείας ἔχει ἰδέαν τὰ ὑπὸ ὅρκον λεγόμενα. ὅθεν κἀκεῖνο τοῖς νομικοῖς βέβαιον, οὐκ ἐστὶ πρόληψις κατὰ τοῦ ὀμνυμένου, καὶ τοῦ δικάζοντος. *Jusjurandum autem vim habet idoneam confirmandis iis, quæ prodita sunt à Reo fatente coram Judice. Est enim sigillum veritatis jusjurandum in Judicio factum, & juxta libros Basilicos locum habet Veritatis id, quod dicitur sub juramento, Quare & illud Jurisconsultis certum est, non esse præsumptionem contra jurantem, & judicantem.* Hinc olim (16) Bessarion argumentum deduxit ad hominem contra Photianos dicens: εἰ γὰρ ὁμολογία ἔμπροσθεν τοῦ βήματος βεβαιωθεῖσα μετ' ἀληθείας ὁρκώματος, ἀπόδειξίς ἐστι τοῦ βεβαιουμένου. τοῦτο γὰρ καὶ νόμοι διατάττουσι, καὶ πᾶσα γλῶσσα σοφῶν μαρτυρεῖ. τί δ' ἐκ τούτου ἐρεῖς ἑπόμενον; φημί, ἀληθὲς εἶναι, καὶ ὑφ' ὑμῶν γοῦν ὁμολογούμενον τὸ τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἀναμφισβητήτως πιστευθὲν, ὅτι τὰ θεῖα λόγια τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ μετουσιάζει τὸν ἄρτον, καὶ τὸν οἶνον, ἃ προτίθεμεν ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ. τί γὰρ τὸ ἀμὴν, ὃ λέγομεν μετὰ τὴν ἐκφώνησιν τῶν θείων λόγων; ἀμὴν φαμὲν, τουτέστιν οὕτως ἐστὶ μετὰ τῆς ἀληθείας. τοῦτο γὰρ τὸ ἀμήν. καὶ ταῦτα λέγομεν ἐνώπιον τοῦ βήματος τοῦ φοβεροῦ. ἀληθῆ λοιπόν. εἰ δ' ἐξ ὁμολογίας τῆς ὑμετέρας ἀληθῆ, πῶς ἀνοήτως τἀναντία λέγετε ἔξω τοῦ βήματος οἱ ἐν τῷ βήματι τὴν ἀλήθειαν ὁμολογοῦντες. *Confessio coram Tribunali confirmata cum jurejurando Veritatis, assertæ rei probatio est. Hoc enim & leges constituunt, & omnis lingua Sapientum testatur. Quid porro dices hinc sequitur? Ajo, verum esse, & à vobis confessione probatum id, quod Patres nostri sine controversia credidere: nimirum divinis verbis Christi Servatoris transmutari panem, & vinum, quod obtulimus in sacra mensa. Quid enim Amen, quod dicimus post exclamationem divinorum verborum? Amen dicimus, hoc est, sic est per Veritatem. Nam hoc significat Amen. Et hac dicimus coram Tribunali timendo. Vera igitur. Quod si ex vestra confessione vera: qui dementer contraria dicitis extra Tribunal, qui in Tribunali veritatem confitemini?*

XII. Hoc argumentum mirè deridet (1) Margunius. Ait, ex hoc posse cognosci, quis fuerit ille Bessarion, qui Græciam prodidit, qui fi-

(1) In rubr. Cod. de probat.
(2) In Auth. non licet novo Jure col. fin. C. si cert. pet.
(3) In Com. Opin. ver. juramentum.
(4) Consil. 207.
(5) In suo brevi Comp. Probat.
(6) In rubric. de Probat.
(7) In ead. rubr. nu. 76.
(8) In ead. rubr. E. col. 26.
(9) In L. Imper. col. 1. ff. de Leg. 1.
(10) In §. item si quis Inst. de actio.
(11) Decis. 91.
(12) Decis. 85. n. 2.
(13) In c. 2. not. 12. de probat.
(14) Ubi supr. ver. Juramentum.
(15) Ad Rubr. Pand. de probat.
(16) Epist. 3. ad Lascarē Philanthropenū de Euchar.

(1) Nota ultim. ad Canon. 9. Neocæs.

dem ad mercaturam deduxit, qui ausus est barbam deponere, ut galerum indueret, qui, ut purpuram pretium perfidiæ acciperet, monasticam vestem abjecit. Denique, ubi rabiosè in Virum summum declamavit, sic (2) respondet. τὸ ἀμὴν λέγομεν, διὰ τὸ σημειοῦσθαι, ὅτι εἶπε τὴν ἀλήθειαν ὁ χριστός. ἡμεῖς τὸ λέγομεν, ὥσπερ χριστός, ἐπειδὴ καὶ καθεῖς ἡμῶν ἐστὶ χριστός. ἡ γὰρ φύσις χριστοῦ, καὶ ἡμῶν μία, οὐ κατ' εἶδος, ἀλλὰ κατ' ἰδίωμα, ὡς λέγει ὁ θεολόγος Γρηγόριος. καθεῖς ἡμῶν ἐστὶ χριστός. χριστὸς γὰρ πανταχοῦ, λοιπὸν ἐν ἡμῖν. καθεῖς ἐστὶ χριστὸς κατὰ τὴν ὁμοίωσιν. ἓν γὰρ τὸ νοερὸν, καὶ θελημματικὸν ἐν ἡμῖν, καθὼς καὶ ἐν χριστῷ. ἐὰν λοιπὸν καθεῖς ἐστὶ χριστὸς, τὸ ἀμὴν λέγομεν σημειοῦντες, ὅτι ὁ χριστὸς εἶπε τὴν ἀλήθειαν, λέγοντας τὰ εὐχαριστικὰ λόγια. *Amen dicimus, ut indicemus, verum à Christo dictum. Nos dicimus, ut Christus, nam unusquisque nostrûm Christus est. Etenim natura Christi, & nostra una est, non secundùm speciem, sed in proprietate, uti dicit Theologus Gregorius. Unusquisque nostrûm est Christus; nam Christus ubique est; ergo & in nobis. Unusquisque nostrûm Christus est secundum similitudinem: nam, quod intelligit, & vult in nobis, unum est, ut & in Christo. Si igitur unusquisque nostrûm est Christus, Amen dicimus, ut ostendamus, Christum vera dixisse, cùm dixit Eucharistica verba.* Fateor argumentum Bessarionis ductum ex voce *Amen*, qua Consecrationis verba confirmamus Græci ex vetustissimo more, à me hactenus non tanti habitum, quantum fortasse meretur. Ejus pretium video in Margunio, quem Sapientissimum omnium hoc sæculo Photianorum ita conturbat, ita percellit, ut ad eam responsionem cogat, in quâ sunt quot uerba, tot hæreses. Nam, ut effugiat vim nostræ confessionis, eam Christi esse respondit. Id porro cùm mirum cuilibet fore cognosceret, idem nos esse cum Christo impudenter asseruit; eamque thesim absurdam, hæreticam, impiam, icto cum quatuor celeberrimis Sectis fœdere, confirmavit. Prima est veterum Philosophorum, quæ delirans cum Xenophane Gnidio, Parmenide Eleate, & Melisso Samio, de quibus (3) Plato, (4) Aristoteles, & (5) Plutarchus, unum omnia esse, docuit. Secunda est Ubiquistarum, quam cum Luthero plerique Sectariorum amplexi sunt, de quibus doctissimus (6) Bellarminus. Tertia, & Quarta Monotheletarum, & Eutychianorum, quam infelicissimâ Eutyches impietate protulit, Dioscorus vero Ethnica barbarie defendit, ut constat ex Concilio (7) Chalcedonensi. Has tres theses in responsione Margunii clarissimè esse, manifestum est, easdem absurdissimas esse, manifestissimum.

XIII. Quid enim absurdius, quàm non dicam asserere, sed cogitare, nos Christum esse ita, ut natura uniuscujusque nostrûm eadem cum Christi naturâ sit. Id admitte: admittes, naturam nostram hypostaticè cum Deo conjunctam: admittes, nos esse θεανθρώπους: nos olim Cruci affixos, mortuosque; admittes, eandem naturam sedere ad dexteram Patris, & subjici Luciferi pedibus: eandem naturam impotem peccandi, & potentem, imo peccantem esse; Christum peccasse, & peccare, cùm natura, quæ unita est Verbo, eadem sit cum nostra, quæ peccavit, & peccat. Quæ omnia quis non horreat, quis non detestetur? Similia deduces ex altero Axiomate Christum ubique esse docente. Quod sanè repugnat Christo (1) dicenti de se ipso: Λάζαρος ἀπέθανε, καὶ χαίρω δι' ὑμᾶς, ἵνα πιστεύσητε, ὅτι οὐκ ἤμην ἐκεῖ: *Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, ut credatis, quia non eram ibi*, & Sacro (2) Historico referenti, turbam vidisse, ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ, *quia Jesus non esset ibi*: Et Angelis (3) asserentibus post Anastasim: οὐκ ἔστιν ὧδε, ἠγέρθη γάρ: *non est hic, surrexit enim*. Repugnat Fidei docenti, Christum fuisse hominem, & quà hominem creaturam Dei, dicente (4) Apostolo: ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον. *Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege*: At esse ubique solius est Dei idioma, quo nempe à Creaturis discernitur: nam ita loquitur per (5) Jeremiam: μὴ οὐχὶ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; *nunquid non Cœlum, & terram ego impleo?* Et (6) alibi: ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου φύγω; ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ, ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει. *Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? si ascendero in Cœlum, ibi tu es; si descendero in infernum, ades.* Neque aliter Patres (7) Ambrosius, (8) Hieronymus, (9) Augustinus, (10) Fulgentius, (11) Vigilius inter Latinos; (12) Basilius, & (13) Cyrillus inter Græcos Spiritum Sanctum Deum esse confirmant, quam illis: (14) πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην: *Spiritus Domini replevit Orbem Terrarum*; quibus, ut ita liceat loqui, *Ubiquitas* Spiritus affirmatur. Repugnat idipsum Patribus nostris Cyrillo (15) Jerosolymitano, Joanni (16) Chrysostomo, Cyrillo (17) Alexandrino, ac (18) Theodoreto: Latinis verò (19) Augustino, (20) Ambrosio, (21) Leoni, Gregorio (22) Dialogo, (23) Fulgentio, (24) Ruffino, (25) Vigilio, quorum dicta vide penes (26) Bellarminum accuratè congesta, & à cavillis dementium hæreticorum accuratiùs asserta. Ut mirum sit planè, hominem inveniri potuisse, qui testimonio tantorum Patrum, quos adorat, colit, ac laudat, ausus fuerit refragari. Quid dicam de utraque hæresi reliqua? Has non Scythes, aut Nasamon, ille Nomas, & rapto vivens, hic exlex, & naufragio potens, sed Græcia ipsa publicis conventibus habitis palam damnavit in Synodis (27) Chalcedonensi, & (28) Constantinopolitana III. quæ est OEcumenica Sexta: quorum est notissimum anathema in eum, qui ausit asserere, unam esse voluntatem in Christo, unamve naturam: cùm omnino dicendum sit iisdem Conciliis authoribus: (29) *Confitemur, in novissimis diebus Filium Dei unigenitum in duabus naturis inconfusè, immutabiliter, indivisè, inseparabiliter agnoscendum, nunquam sublatâ differentiâ Naturarum propter unionem.* Τέλειον (30) θεὸν, καὶ τέλειον ἄνθρωπον, τὸν αὐτὸν ἐν δυσὶν φύσεσιν ἀσυγχύτως, καὶ ἀδιαιρέτως δύο φύσεις τῷ λόγῳ τῆς διαφορᾶς, οὐ τῷ λόγῳ τῆς διαιρέσεως, ἐν μιᾷ ὑποστάσει συνελθούσας,

καὶ ὅτω

bo. (30) Vide Cicalam in Chronographo. tit. nova Synops. de fol. pa. 501. (31) d. act. Can. 2. (32) Consule ult. c. 4. & 6.

sar. & in Antirrhetico pro Marco, & alibi.
(2) d. nova sol. in Canon. 9. Neocæsar.
(3) In Phædro, & in Sophista.
(4) Lib. 1. Physicor. & lib. 3. de Cæl. & 1. Metaphysic.
(5) Lib. 1. de Placit. Philosoph.
(6) Tom. 1. Controv. 2. de Christo lib. 3. c. 10.
(7) Actio. 3. & Act. 5.
(1) Joa. c. 11. n. 7. & 8.
(2) Joan. c. 6. n. 24.
(3) Mat. c. ult. n. 6.
(4) Ad Galat. c. 4. n. 4.
(5) Cap. 23. n. 24.
(6) Psal.

138. vers. 8. & 9.
(7) Lib. 1. de Spirit. S. c. 7.
(8) In Psal. 138. ubi, & Cassiodor.
(9) lib. 3. contr. Maximin. c. 21.
(10) lib. ad Donatum c. 8.
(11) In dispus. Athanas. &c.
(12) lib. de Spirit. S. c. 22.
(13) lib. 7. de Trinit.
(14) Sapien. c. 1. n. 7.
(15) Catech. 14. in fin.
(16) In c. 3. Joann.
(17) lib. 11. in Joann. c. 21.
(18) Dialog. 2. & 3.
(19) Tractat. 11. in Jo. & Epist. 57. ad Dardanum.
(20) lib. 2. de fid. c. 4.
(21) Ser. 2. de Ascens.
(22) Hom. 29. de Ascens.
(23) Li. 2. ad Trasimund. c. 17.
(24) In Symbolum.
(25) Li. 1. Contr. Eutyches.
(26) d. lib. 3. cap. 14. per tot.
(27) Actio. 1. vers. confitemur circ. med.
(28) Act. 4. & 17.
(29) Chalcedo. act. 5. i Symbo. 4. Synod.

Digitized by Google

(31) Cap. 5. & 6.
(32) Cap. 13.
(33) To. c. 10. n. 30.
(34) To. c. 8. n. 58.
(37) Joa. c. 5. n. 18.
(38) Epistol. ad Epictetum.
(39) Heres. 76. & in Ancorat. pag. 357.
(40) In Epist. ad Nestor. nomin. Synod. Alex.
(41) Lib. 4. de pass. et impassib. Christi.
(42) Lib. 3. c. 4.
(43) Lib. 10. in Luc. c. 49.
(44) Lib. de heres. c. 73.
(45) Epistol. 10.
(46) Lib. 4. contr. Eutych.
(47) d. lib. 3. cap. 3. vers. adde.

ὡς ὄντα μάλιστα καθ' ἑαυτάς. Id, quod ante Synodum sextam (31) Synodus V. constituit, mox Lateranense (32) Concilium sub Martino I. (33) Toletanum XI. & (34) Hispalense II. Neque enim, non convulsâ funditus Religione Christianâ, una in Christo natura affirmari potest, quam si solam ponas, sive divinam fuisse dicas: ipsaque tristata in Gethsemani, ipsa mortua in Cruce, ipsa contumeliis affecta, passaque contumelias dicenda est, ut Deum his affectionibus subjectum asseras, quo nihil horribilius: sive creatam dicas, eritque Christus non Deus, sed purus homo, nec nisi falsissimè dicta censebuntur, quæ de se ipso (35) Christus asseruit: ἐγὼ, καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν: *ego, & pater unum sumus*: (36) Et: πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμί. *antequam Abraam fieret, ego sum*: imò justè damnatus dicetur, qui si homo dumtaxat fuisset, impiè affirmasset, se esse æqualem Deo, (37) irreligiosè solvisset Sabbatum, falsòque Patrem suum dixisset Deum. Si denique eam Naturam unam, Divinam unà, & humanam affirmes, jam planè desipies, quando æternum cum creato, caducum cum perpetuo, mortale cum immortali, expers materiæ, cùm materiâ concreto unum fieri non possit, propterea Philosophis omnibus deridentibus Ideas extra Deum à Platone propositas, si tamen extra Deum eas ille proposuit. Quapropter omnes unà Patres sanctissimi iis verbis, quibus Eutychis impietatem detestati sunt, ignorantiam, protervinamque impii Photiani diris devovent omnibus, (38) Athanasius, (39) Epiphanius, (40) Cyrillus, (41) Anastasius, (42) Damascenus, ut seponam Latinos (43) Ambrosium, (44) Augustinum, (45) Leonem, (46) Vigilium, quos accuratè proponit (47) Bellarminus, quem, quisquis Margunium legeris, consulito.

XIV. Manifestum est, responsionem Margunii hæreticam esse, & quidem quadruplici ex capite: non igitur labefactat Bessarionis argumentum. Nam cùm nemo nostrûm Christus sit, Amen illud non Christus effatur, sed homo servus Christi. Confessio igitur illa nostra, non Christi est: quòd si nostra, manet argumentum Bessarionis invictum. Etenim, si coram æterni Judicis tribunali, in ipsa Ecclesia, coram omnibus, Photiane, fateris, verum esse, quod Christi personam referens dicit Sacerdos: *hoc est corpus meum, hic est Sanguis meus*: quî poteris inficiari, quod fatebare; cùm confessio coram Judice, in loco Judicis, & Tribunali ipso facta probet amplissimè? Non ambigo, hoc argumentum Bessarionis infirmum, licet illud fortissimum reputarit (1) Coressius, quanquam Photianus, contra Cabasilianos tamen acerrimus. Quamvis tamen infirmum hoc planè censeam, infirmum hoc nihilominus à Photianis non solvitur, quos inter si quis unquam fuerit mediocris ingenii vir, qui illud solvat, sciat, eo non niti sententiam Latinorum, atque Græcorum asserentium verbis Christi, ut ajunt, *formaliter*, Eucharistiam fieri, non verbis Sacerdotis, quemadmodum post Nicolaum (2) Cabasilam Photiani tuentur. Etenim hæc sententia toti Græciæ communis, quam veram sine controversia censuit (3) Prodromus, dicens:

(1) Epistol. 6. ad Gearium in Syllog. Justin.
(2) In Explicat. Liturgiæ.
(3) In lib.

de Interpretat. in Canones Trullanos tit. de tremend. Myster.
(4) In Exposit. Concil. Chalcedon. ubi de Diacono.
(5) In Schol. ad Balsam. Schol. 68.
(6) Regula 29.
(7) In Explicat. regular. S. Nicephori nota 29.
(8) Libell. de missa, & Antimensiis in medio.
(9) De ritib. Græcor. tit. de Liturgia.

ὁ μεταποιηθεὶς τῷ θείῳ λόγῳ τοῦ Χριστοῦ ἄρτος ἀνέπαφος τῷ Διακόνῳ τοῖς δακτύλοις, ὃν δεῖ λαμβάνειν κοίλῃ τῇ παλάμῃ: *transmutatus divino Christi verbo panis tangi non potest à Diacono digitis, quem recipere debet vola manus*: quæ verba refert, ut jacent, (4) Aristenus, Leo (5) Numodotes, & ante hos omnes Magnus (6) Nicephorus Homologetes, quem ad id refert (7) Diplovatacius in notis ad Epistolam Orthodoxam Bessarionis, ex quo eadem retulit in Codicem suum (8) Cariophyllus, ac (9) Melissenus Comnenus. Hæc, inquam, sententia ex verbis Christi, ac testimoniis Patrum validissimè comprobatur, atque adeò manifestè, ut ii soli de ea dubitare possint, qui Photianum in morem mirè desipiunt, disputantque, id, de quo disputant, penitùs nescientes. Id alibi fusè constituam: nunc obiter, ne quid intactum Photianis relinquam reputaturis formidinis, quod erit modestiæ, duo argumenta proponam. Primum est. Sacerdos, cùm consecrat, id agit, quod Christus egit, eodemque modo agit, quo Christus. At Christus, cùm illa verba dixit, reverà consecravit, & illis verbis consecravit: Igitur Sacerdos, cùm illa verba dicit, reverà consecrat, & illis verbis consecrat. Argumentatio ex modo consecutionem habet adeò legitimam, ut negari ex lege syllogismi non possit. Thesis in prima sui parte constat ex verbis Christi, (10) dicentis: *hoc facite in meam commemorationem*: Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, quæ nihil aliud sonant, nisi præcipio, ut consecretis, &, ut consecretis, quod ego facio, facite. Quare, si Sacerdos consecrare vult, id agere debet, quod Christus, nam si aliud aget, non aget, quod Christus, nec parebit (10) dicenti: *hoc facite*. Pars altera deducitur manifestè ex authoritate (11) Chrysostomi asserentis, Consecrationem nostram esse repetitionem primæ illius, quæ à Christo facta est. Porro si non eodem modo fieret Consecratio à nobis, quo facta à Christo est, non esset repetitio illius, sed alia: Nam ea, quæ sita sunt in certâ formâ, qualia esse Sacramenta omnes fatemur, atque ipsi in primis Photiani, ausi hinc Latinos damnare, & Sacramenta ipsorum sanctissima parvipendere, quòd non eadem formâ materiali, uti dicimus, quâ Nostri, utantur: id, quod constat ex (12) Coressio, (13) Margunio (14) Palama, Marco (15) Ephesio, aliisque hujusmodi hominibus. Ea, inquam, quæ in certa aliquâ formâ sita sunt, atque modo; mutatâ formâ, modove, neque illa, neque illis censentur esse similia. Si ergo nostra Consecratio repetitio ejus est, quæ à Christo facta est, eodem modo eam fieri debere dicendum erit, quo factam scimus à Christo.

(10) Luc. 22. n. 19.
(11) Hom. 83. in Matth. et vid. Gennad. de Azymo.
(12) Lib. 2. contra Latinos, qui est de Sacram. c. 2.
(13) In Antirrhetico pro Marco c. 6.
(14) Orat. 4. de Spirit. S.
(15) In Apolog. 1. de fuga sua.

XV. Altera Syllogismi positio, quæ primæ accedit, certissima est, de quâ nemo dubitavit præter (1) Innocentium III. Pontificem, qui tamen, quod dixerat, arbitratus à Christo nullis verbis Consecrationem fuisse peractam, emendavit ex Vaticano, potestate supremâ (2) decernens, Christum verbis relatis Consecrationem peregisse: id, quod asseruerunt post (3) Tertullianum Latini omnes, probantque Theologi dictum Innocentii III. primum refellentes, teste (4) Bellarmino. Idipsum etiam Græci omnes affirmant, quos (5) Bessarion

(1) Lib. 3. de Myst. Missæ c. 6.
(2) In c. cùm Marthæ de celebr. Missæ.
(3) Lib. 4. contra Marcion.

rion doctissimè suo more insipientibus quibusdam Photianis objecit, tantâ testimoniorum ubertate, ut deinceps nemo ausus sit contrahiscere, non Hieremias, non Gabriel Severus, non ipse Margunius palam Cabasiliani. Nec Mirum, etenim & iple (6) Cabasilas hoc idem fatetur, & Simeon (7) Thessalonicensis Antistes unà Sedis, & hæresis à Cabasila productæ Successor his verbis: *ἔπειτα τὸ μέγιστον πάντων τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ ἀνυμνήσας ὁ ἱεράρχης, τὴν τοῦ μονογενοῦς ἐνανθρώπησιν, τὸ μέγιστον πάλιν τῆς οἰκονομίας αὐτοῦ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον, εἰς τὴν ἀνάμνησιν τῶν μυστηρίων χωρεῖ, καὶ τοὺς ἱεροὺς ἀνακράζει λόγους, οὓς εἶπεν αὐτὸς ἱερουργῶν ὁ σωτήρ. Deinde Pontifex laudato divinorum operum maximo Unigeniti Incarnatione, rursumque præclarissimo opere dispensationis ejus, morte scilicet pro nobis oppetitâ, ad recolenda mysteria progreditur, & sancta verba, quæ Salvator ipse sacrificans protulit, clarè pronunciat.* Constat proinde utrunque, & Christum illis verbis operatum, & Sacerdotem eodem modo operari, quo Christus. Proinde (8) Chrysostomus ubique asserit sacrificantem Presbyterum in personâ Christi sacrificare, idque ipsum agere, quod Christus, modumque ipsum repetere, quo Christus usus est. Sequitur ergo, illis verbis facere Sacerdotem, queis Christus, adeòque verbis Christi, quæ ineptè quidam, & impiè quasi more tantùm historico dici censuerunt, Id, quod penes nullum ex Patribus invenies, ut mox patebit, nec congruit moribus (9) nostris, qui quidquid historicum est in loco illo Liturgiæ clam, submissâque voce ubi recitarunt mox palam à præcedentibus historicis, verba Christi ut ita dixerim *activa*, sejungentes exclamare jubent Sacerdotem, populoque confessionem, ac testimonium peracti Sacrificii post illorum exclamationem verborum protinùs imperant. Quin imò etiam iis in Regionibus Photianâ infectis labe, quas rudior Barbaries ab impietate tuetur (felices dicas, quia miseras) teste Ludovico Colartio (10) Gallo, adhuc exclamante Sacerdote verba illa divina, populus procul ab exedris (*στασίδια* dicimus) inclinatò capite, jam peractum Sacrificium adorat. Id, quod testibus omni exceptione majoribus usuvenisse penes Moscos hac nostrâ ætate scio, donec Pseudomonachi quidam conterranei, ac tribules Ulissei (qui olim à ligone ad Cœnobium, mox à Cœnobio ad vagam peregrinationem profecti, nescio quibus nunc titulis ad nomen, ac titulum *βασιλικῶν διδασκάλων*, Pædagoguli rudes, ac bipedum stolidissimi gliscunt) eò delati malâ avi nefas id esse dixerunt, obtinueruntque ab ignorante popello, nefas esse, dum verba Christi planè divina resonant, sacratum illis panem adorare, qui tamen oblatum dumtaxat, certoquè certius nondum sacratum panem plusquam adorant, futuri deinceps qui *χορτολάτρας* esse dedignantur, propulam *ἀρτολάτρας*.

(4) Tom. 3. Contro. 3. de Euchar. lib. 4. cap. 13. vers. tertia ratio.
(5) d. Epist. 3. ad Philanthropenū Lascarē.
(6) In d. explic. Liturg. c. 30
(7) De Templo, & in enarratione Missæ longe post med.
(8) Ubi supra, & passim.
(9) Vid. Liturg. Chrysost. & Basil. in eo loco.
(10) Epist. hist. 12. de Syria, & Albania et interiore Asia.

XVI. Hi tamen à nobis alibi fusiùs ex merito vapulabunt, quos, interim ut audio, dum hæc cuduntur, carcer, quem olim meruere, habet apud easdem Gentes, quas ulteriùs corrupere; nunc alterum argumentum exequimur, quo nimirum idipsum, quod superiore docuimus, ex Patrum sententiâ confirmamus. Nam cùm de forma Eucharisticæ Consecrationis Sanctorum Patrum nostrorum quipiam subobscurè loquantur, nullâ eorum authoritate, nulloque argumento inde deducto probari potest aliis, quàm verbis Christi, consecrationem fieri, cùm contra ex iisdem Patribus multi apertissimè doceant, panem in Christi corpus mutari divinis verbis. Igitur his fit consecratio. Hæc consecutio vera est, & Cabasilianis omnino accipienda, qui nihil aliud ad tutelam sententiæ suæ, nisi obscura quædam effata Patrum, clarisque aliorum Patrum effatis explicanda proponunt, quemadmodum Petrus (1) Arcudius doctè notavit. Ea proinde si nihil obsint communi, ac veræ sententiæ, simulque hanc si plerique Patrum admittant, apertisque Suffragiis comprobent, hæc omnino tenenda est. Tota ergo probatio ad Thesim revocatur, quæ sanè facilè, non dico palam constituitur, sed omnino demonstratur. Primò enim interrogo, si recipitis inter Patres, Ecclesiæque Doctores Justinum Martyrem, Irenæum, Gregorium Nyssenum, Chrysostomum, Eusebium Emessæ, Hesychium, Damascenum, Ambrosium, Augustinum, Cyprianum Martyrem? Quid ni primos, cum Græci sint? Sed & secundos licet Latinos: nam alibi ostendimus (2) Augustinum à Nostris inter Doctores receptum, Ambrosium etiam, quem & Simeon (3) Thessalonicensis admittit, & inter Divos adoramus Græci cum Cypriano, sive eum ex inscitia cum Palæstino (4) confundimus, ut sæpe usuvenit; sive eum Antistitem Carthaginiensem agnoscimus, ut constat ex Synodo (5) Quini-sexta. Jam Martyr (6) Justinus apertissimè docet, panem fieri corpus Christi *δι' εὐχῆς λόγου θεοῦ per preces verbi Dei*. Et ne Cabasiliani vocem *preces* putent quidquam sibi favere (licet preces, queis Eucharistiam fieri dicunt, preces verbi Dei non sint, sed preces Sacerdotis) mox addit, preces illas in Euangeliis haberi, inque illis verbis sitas esse, quæ Christus dixit: *hoc est corpus meum* &c. (7) Irenæus etiam Orthodoxæ sententiæ suffragatur, affirmans; calicem mistum, & panem percipere verbum Dei, & tunc fieri Eucharistiam: At verbum Christi non est illa periodus, qua fieri consecrationem Cabasiliani asseverant, est reverà verbum Sacerdotis. Sequitur, illa periodo ex Irenæi sententiâ Eucharistiam minimè fieri. Eadem asseruit (8) Nyssenus Gregorius; non enim solùm docuit, panem verbo Dei sanctificatum mutari in corpus Christi, verùm etiam addidit: *ὁ ἄρτος εὐθὺς διὰ λόγου εἰς σῶμα μεταβάλλεται, ὡς εἴρηται λόγος, τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα. Panis statim per verbum mutatur in corpus, ut dictum est à Verbo, hoc est corpus meum*. Quibus in verbis nota, *τὸ ὡς* vel sumi ita, ut ad *statim* referatur, indicatque apertissimè, Sacerdotem in ipso actu consecrationis Christi persona fungi, atque eum in modum agere nunc, quo Christus: nam loquitur non de Consecratione facta à Christo, alioquin diceret, panis statim in corpus mutatus est, ut dictum est à Verbo &c. Si verò dicas, *τὸ ὡς* sumi ibi ad eam vim, ut *quemadmodum* significet, idipsum probat, quod diximus, sensusque erit: panis mutatur in cor-

(1) Lib. 3. de Sacr. c. 31.
(2) Vide Justinian. in Edicto fidei, quod est in fine Tom. 2. jur. GR. et Concil. General. 5.
(3) De Templ. & Miss. initio.
(4) Vide Goar. in Euchologio.
(5) Can. 2. in fin.
(6) In 2. Apolog. prope fin.
(7) Lib. 5. c. 1.
(8) In Orat. Catechet. apud Euthym. in Panopl. tit. 22.

in corpus eum plane in modum, quo mutatus est, cùm Christus dixit: hoc est Corpus meum: At, cùm Christus verba illa pronunciavit, Eucharistiam fecit: ergo & nunc, cùm illâ verba pronunciamus, illis verbis fit Eucharistia.

(1) *Orat. de predit. Judæ. Tom. 3.* XVII. Manifestiùs (1) Chrysostomus, imò manifestissimè: hoc est, ait, corpus meum: τοῦτο τὸ ῥῆμα μεταρρυθμίζει τὰ προκείμενα: *hoc verbo proposita transmutantur, seu consecrantur*. Hoc apertissimum Chrysostomi testimonium infeliciter nisi sunt & (2) Cabasilas, & Marcus (3) Ephesius cavillis excipere, quos tamen (4) Bessarion ita rejecit, ut ne ipse quidem Gabriel (5) Severus ausus sit quidquam reponere. Adeò certum est Chrysostomum nobiscum stare, quem tamen Cabasiliani stultissimi, cùm opposita doceant, planèque contraria, & adorant, & damnant. Chrysostomo subscribit Emessenus, Antistes (6) Eusebius his verbis: ὁ ἀόρατος ἱερεὺς τὰ ὁρατὰ εἰς ἰδίαν σώματός τι, καὶ αἵματος αὐτοῦ τῷ αὐτοῦ λόγῳ, ἀποῤῥήτῳ δυνάμει μεταρρυθμίζει, οὕτως λέγων, λάβετε, φάγετε. τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, καὶ πάλιν ἁγιάζων. πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες: τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα. *Invisibilis Sacerdos res visibiles in substantiam Corporis, & Sanguinis sui verbo suo secretà potestate convertit, sic dicens: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, & iterum Sanctificans: bibite ex eo omnes; hic est Sanguis meus*. Adstipulatur (7) Hesychius tradens: *per ejus virtutem, & prolatum ab eo verbum, quæ videntur, tam sanctificata sunt, quàm cunctum carnis sensum excedant*. Græcè in Decreto Callisti: τῷ αὐτοῦ λόγῳ καὶ ἡγιασμένα, καὶ πᾶσαν σαρκὸς αἴσθησιν ὑπερβεβηκότα. Quæ palam placuere etiam (8) Damasceno, cujus testimonium hoc est: *Dixit Dominus: hoc est corpus meum: hoc facite in meam commemorationem; & omnipotenti ejus præcepto efficitur, donec veniat*. εἶπεν ὁ κύριος. τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, καὶ τῷ παντοδυνάμῳ αὐτοῦ προστάγματι, ἕως ἂν ἔλθῃ, γίνεται. Addo Latinos Patres, & in primis Martyrem (9) Cyprianum eloquentissimè contra Cabasilianos declamantem. *Hoc est*, inquit, *corpus meum: Manducaverant, & biberant de eodem pane secundùm formam visibilem: sed ante illa verba cibus ille communis tantùm nutriendo corpori commodus erat, & vita corporis subsidium ministrabat. Sed ex quo à Domino dictum est, hoc facite in meam commemorationem, hæc caro mea, hic est Sanguis meus, quotiescunque his verbis, & hac fide actum est, panis iste substantialis, & calix benedictione solemni sacratus ad totius hominis vitam, salutemque proficit, simul medicamentum, & holocaustum ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates existens*. Clariùs (10) Ambrosiùs: *cùm*, ait, *venitur, ut conficiatur venerabile Sacramentum, jam non suis sermonibus Sacerdos, sed utitur sermonibus Christi*. Et rursum quærens, quæ nam verba sint Christi, queis conficitur Sacramentum, asserit hæc esse: *hoc est corpus meum &c.* & alibi *ipse*, inquit, *clamat Dominus Jesus: hoc est corpus meum: ante benedictionem verborum cælestium alia species nominatur, post consecrationem corpus est Christi*. Sed omnium clarissimè (11) Augustinus; *Dixi vobis*, ait, *quòd ante verba Christi, quod offertur in Altari, panis dicitur: ubi verba Christi deprompta sunt, jam non panis dicitur, sed corpus appellatur*, & alibi dixerat, eandem esse Eucharistiam à bono, & à malo consecratam, quia non merito precantis, sed verbo efficitur creatoris.

(2) *In d. explicat. Miss. c. 30.*
(3) *Relatus a Goar. in Euchol. ad Miss. Chrysost. not. 39. pag. 140.*
(4) *Relatus ab eod. ibidem.*
(5) *Lib. de Sacr.*
(6) *Serm. 5. de Paschat.*
(7) *Lib. 6. in Levit. c. 22.*
(8) *Lib. 4. de fid. c. 14.*
(9) *Serm. de Cœn. Dom.*
(10) *Lib. 4. de Sacr. c. 4. & lib. de initian. Myster. c. 9.*
(11) *Serm. 28. de verb. Dom.*

SECTIO VI.

Cabasilianorum enodantur difficultates.

SUMMARIUM.

I. *Sententia Cabasilianorum ex ignorantiâ nata. Eorum prima difficultas deducta ex ipsa Liturgia.*

II. *Quatuor ex hac difficultate argumenta, & respondetur ultimo, ac tertio.*

III. *Respondetur cæteris argumentis.*

IV. *Secunda Cabasilianorum difficultas deducta ex verbis Damasceni, & aliorum PP. Verborum Damasceni scopus inquiritur.*

V. *Infertur ex dictis, vetustissimam esse in Ecclesiâ sententiam docentem, verbis Christi fieri Eucharistiam. Explicantur verba Damasceni, & illustrantur propositis verbis Basilii.*

VI. *Dona consecrata posse appellari Antitypa: Explicaturque latè vox* Antitypa, *quâ ratione possit convenire Sacratis donis.*

VII. *Respondetur difficultati petitæ ex verbis Dionysii. Verba:* hoc facite in meam commemorationem, *olim præposita verbis consecrationis.*

VIII. *Respondetur difficultati depromptæ ex aliis Patrum locis: Apostolos usos prolixis precibus in consecratione panis.*

IX. *Voce precum significari ipsam Liturgiam latè probatur. Verba Christi vim precum, & invocationis habere.*

X. *Rejiciuntur ii, qui Liturgias nostras vituperant. sententiam docentem, verbis Christi fieri Eucharistiam, esse communem Græcis, & Photianis, oppositam ab horum paucis defendi. Testimonium Græciæ in Concilio Florentino.*

XI. *Eucharistiam Sacratam à Cabasilianis veram esse Eucharistiam, & uti veram adorandam: oppositum sentientes quanti damni sint Ecclesiæ.*

XII. *Liturgiam nostram non esse corrigendam detractis precibus illis, queis innititur sententia Cabasilianorum; Explicatur duplex Scandalum.*

XIII. *Theologia recens quàm inutiliter disputet. Hæc sine scientiâ Canonicâ sæpe decipitur. Rejicitur impudentia quorundam Theologorum.*

XIV. *Cur preces illæ, de quibus agitur, quasque abradere Censores Liturgiarum nostrarum conantur, Ecclesia nostra recitet: Duæ rationes ad id.*

XV. *Adduntur duæ aliæ rationes, & Responsum concluditur.*

I. QUid his Cabasiliani tot, tantisque, ac tam manifestis authoritatibus Græcorum, ac La-

Digitized by Google

ac Latinorum Patrum queant reponere, nemo unquam viderit sanus. Si verbis Christi fit Eucharistia, non precibus Sacerdotis; idque Græci, & Latini testantur: neque ex Patribus ullus est, qui aliter sentiat, quis dicat illis: *καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον. & fac hunc quidem panem &c*: quæ verba sunt, & preces Sacerdotis, non Christi, miraculorum maximum fieri? Hanc tamen pestilentissimam opinionem Cabasiliani ignorantissimi hauserunt ex duplici difficultate, in quam cæteroqui nodosam, pertricosamque cùm incidissent, cùmque per se solvere non possent, eam sibi laqueum fecere. Prima est in iis precibus, quæ à Sacerdote funduntur post verba Christi: Illis enim prolatis (1) memorat Sacerdos præcipua Christi opera; mox altâ voce, quæ sacravit, Deo offert, quod etiam secretò præstat, & Spiritus Sancti allapsum, ad se, & ad Oblata prorsus afflanda, supplex efflagitat: denique petēte, vel potiùs monente, aut provocante Diacono sic: εὐλόγησον, δέσποτα, τὸν ἅγιον ἄρτον: καὶ ὁ ἱερεὺς ἀνιστάμενος σφραγίζει τρὶς τὰ ἅγια δῶρα, καὶ λέγει μυστικῶς· ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ ὁ διάκονος, ἀμήν· καὶ αὖθις ὁ διάκονος δεικνύων τὸ ἅγιον ποτήριον· εὐλόγησον, δέσποτα· ὁ δὲ ἱερεὺς εὐλογῶν λέγει· τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου· ὁ διάκονος· ἀμήν· καὶ αὖθις ὁ διάκονος δεικνύων μετὰ ὠραρίου ἀμφότερα τὰ ἅγια λέγει, εὐλόγησον, δέσποτα, ὁ δὲ ἱερεὺς εὐλογῶν μετὰ χειρὸς ἀμφότερα τὰ ἅγια λέγει, μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ· ὁ διάκονος· ἀμήν, ἀμήν, ἀμήν· καὶ τὴν κεφαλὴν ὑποκλίνας ὁ διάκονος τῷ ἱερεῖ, καὶ εἰπὼν τὸ μνήσθητί μου, ἅγιε δέσποτα, τοῦ ἁμαρτωλοῦ, μεθίσταται ἐν ᾧ πρότερον ἵστατο τόπῳ, καὶ λαβὼν καὶ τὸ ῥιπίδιον αὖθις ὡς πρότερον· ὁ δὲ ἱερεὺς ἐπεύχεται μυστικῶς, ὥστε γενέσθαι τοῖς μεταλαμβάνουσιν εἰς νῆψιν ψυχῆς, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς κοινωνίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς βασιλείας οὐρανῶν πλήρωμα, εἰς παῤῥησίαν τὴν πρὸς σέ, μὴ εἰς κρίμα, καὶ εἰς κατάκριμα. *Benedic, domine, Sanctum Panem; & Sacerdos erectus signat ter Sancta dona, & dicit secretò: fac hunc quidem panem pretiosum Corpus Christi tui, & Diaconus dicit, Amen. Et iterum Diaconus ait: Benedic, domine, Sanctum Calicem: Sacerdos autem benedicens dicit: quod autem est in Calice hoc, pretiosum Sanguinem Christi tui. Diaconus respondet: Amen. Et iterum Diaconus ostendens stolâ utraque Sancta dicit; Benedic, domine: & Sacerdos benedicens manu utraque Sancta dicit, immutans, vel cùm immutaveris Spiritu tuo Sancto. Diaconus respondet. Amen, Amen, Amen. Et caput inclinans Diaconus dicit Sacerdoti, memento mei peccatoris, Domine Sancte, revertitur in eum, in quo priùs steterat, locum, accepto quoque rursus flabello. At Sacerdos orat secretò: ut fiat accipientibus in sobrietatem animæ, ad remissionem peccatorum, in communicationem S. Spiritus, in Regni cœlorum plenitudinem, in fiduciam erga te, non in delictum, aut condemnationem.*

(1) *Post consecrat. in Liturg. vide Euchelog.*

II. In hac cæremoniæ, verborumque serie cùm pingui Photianorum Minervæ multa objiciantur subobscura, tria conflantur argumenta, queis veritatem impugnent. Primum deducunt ex eo, quod etiam post verba Christi panis appellatur, non corpus id, quod Benedictione sacratur, non ita nimirum vocandum, si panis non esset. Secundum inferunt ex eo, quod petitur fieri corpus Christi: Ergo, inquiunt, factum non est verbis Christi, post quæ non peteretur fieri, si censeretur illis jam factum. Tertium comminiscuntur ex illis: *μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, immutans Spiritu tuo Sancto*. Nam si jam mutata sunt, quî tunc dicuntur mutari? non igitur putantur mutata per verba Christi. Quartum protulit & (1) Margunius ex illis σφραγίζει τρὶς τὰ ἅγια δῶρα. Notat enim, dona vocari, quòd nondum immutata sint: etenim si mutata, jam non dona sunt, sed ipse donator. Verùm hoc ultimum Margunianum est, nempe stolidum, certè ex more Margunii penitùs inconsideratè deductum. Nam etiam post preces Sacerdotis, queis Eucharistiam fieri Cabasiliani asserunt, Corpus jam certissimè Christi, Sanguisque divinus, ἅγια (2) δῶρα, τίμια (3) δῶρα, προσκομισθέντα, (4) καὶ ἁγιασθέντα τίμια δῶρα: *Sancta dona, pretiosa dona oblata, & sanctificata, pretiosa dona* passim occurrent: ut scilicet eadem sint donum, & donator, munus, & muneris author, quemadmodum reverà sunt eâ ratione, quòd Christus se se in tanto mysterio nobis donavit, factus proinde nobis donum, qui donat, & munus, qui muneratur. Tertio argumento facilè respondetur, illa verba μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, si quidem sine parenthesi legenda sint, ut nequitiâ Photianorum nunc ea typis edit, omnino conjungi debere cum verbis cæteris Sacerdotis, ὥστε γενέσθαι, καὶ τὰ ἑξῆς, *ut fiat, &c.* ita, ut sensus sit, immutans Spiritu tuo Sancto, ut fiant accipientibus ad *sobrietatem animæ &c.* Qui sensus non indicat, tunc fieri mutationem Sacramentariam, neque hoc ibi peti: peti, ut, quæ mutata sunt physicè, factaque sunt Christi Sanguis, & Caro, mutentur moraliter, ut sint nobis utilia. Uno verbo, non petitur ibi mutatio physica, sed moralis, utque ea, quæ transtulit Deus in naturam aliam verbo Christi, Spiritus Sancti virtute transferat ad nostram utilitatem. Quòd, si ea verba intra parenthesim sint, ut sunt penes antiquissima Euchologia manuscripta, teste Rhodino (5) nostro: jam illa μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ sic erunt explicanda, *cùm transtuleris, sive quæ transtulisti Spiritu tuo Sancto.* Id, quod etiam citra Parenthesim explicari legitimè potest, quando illud *Participium* vim nativam habet præteriti, cùm sit ἀόριστος, ut norunt nostri Grammatici, licèt aliquando per catachresin etiam ad præsens trahatur. Nec video, quid juris ignorantia Cabasilianorum habeat, ut, reclamantibus tot sacris Doctoribus, impropriè intelligendum velint illud *Participium*, quod nos consonas Patribus nostris cæremonias nostras demonstraturi, juxta nativam vim suam propriè, ac sapienter intelligimus, explicamusque.

(1) *In Antirrhet. pro Marco c. 16.*
(2) *In commemor. altâ voce facta à Diacono Episc. & offerentis i Euchol.*
(3) *In Orat. Diaconi post commemorationes ibid.*
(4) *In iisdem Orationibus.*
(5) *In Synops. Doctr. Christia. ubi de Euchar.*

III. Secundum argumentum eâdem responsione tollitur. Dicimus enim, ibi non peti, ut fiat corpus Christi, sed factum ita conditioni nostræ ut adaptetur, fiatque non simpliciter, sed nobis accipientibus ad sobrietatem animæ, &c. Quare illud ποίησον non est absolu-

(1) *Joan. c. 6. n. 52. et eo cap. sæpissime.*
(2) *d. c. 6. nu. 51. & 52.*

Digitized by Google

solutum; sed omnino refertur ad nos. Ad primum pudet me sanè, præter dicta à Bessarione, aliquid ulteriùs conferre. Quid enim apertius, quàm Christi Corpus passim Panem, Sanguinem Vinum vocitari? ὁ ἄρτος, (1) inquit, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μου ἐστίν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς: *panis, quem ego dabo, caro mea est pro Mundi vita*. Et (2) alibi: ὁ πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν· ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ: *Pater meus dat vobis panem de Cælo verum: panis enim Dei verus est, qui descendit de Cælo, & dat vitam Mundo*. Et (3) rursus: ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθῶς ἐστι πόσις: *Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus*. Et (4) iterum, ὁ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον, ζήσει εἰς τὸν αἰῶνα: *qui manducat hunc panem, vivet in æternum*. Et per (5) Psalten: ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς. ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος: *panem Cæli dedit eis: panem Angelorum manducavit homo*. Et per (6) Apostolum: ἓν σῶμα οἱ πολλοὶ ἐσμέν, οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν; *unum corpus multi sumus, qui de uno pane participamus*: Et (7) ibidem: τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστι; *Panis, quem frangimus, non ne communicatio Corporis Christi est?* Id, quod sæpius repetit. Idipsum occurrit penes vetustissimos Patres, penes (8) Dionysium Areopagitam, Justinum (9) Martyrem, (10) Irenæum, (11) Tertullianum, (12) Origenem, Cyprianum (13) Martyrem, Cyrillum (14) Jerosolymitanum, (15) Ambrosium, (16) Gregorium Nyssenum, (17) Chrysostomum, (18) Hieronymum, (19) Augustinum, quorum dicta percensere nimium esset, cùm alioqui etiam ex ipsâ Liturgiâ nostrâ certissimum sit: in (20) qua post consecrationem pretiosorum munerum, postque omnes commemorationes, quinquies mirabile Sacramentum panis dicitur Sanctus, & simpliciter panis. Nam ante quàm Sacerdos dicat, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις: *Sancta Sanctis*, sic habetur: ὁ διάκονος, ὅταν ἴδῃ τὸν ἱερέα ἐκτείνοντα τὰς χεῖρας, καὶ ἐφαπτόμενον τοῦ ἁγίου ἄρτου. *cùm viderit Diaconus Sacerdotem manus extendentem, & Sanctum panem tangentem*. Et ubi se præcinxit Diaconus, in formam crucis Orarium ducens, στὰς ἐκ δεξιῶν τοῦ ἱερέως κρατοῦντος τὸν ἄρτον, λέγει: *stans à dextra Sacerdotis tenentis panem, dicit*. Et cùm divisio instat, Diaconus dicit: μέλισον, δέσποτα, τὸν ἅγιον ἄρτον: *Divide, Domine, sanctum panem*. Et post divisionem Sacerdos. Λαμβάνει τὸ ἓν μέρος τοῦ ἁγίου ἄρτου, *accipit unam sancti panis partem*. Et post infusionem aquæ ferventis: ὁ ἱερεὺς κρατῶν τὸν ἅγιον ἄρτον. *Sacerdos tenens sanctum panem*: Et post quam dedit Sacramentum Diacono, Sacerdos: Λαμβάνει τὸν ἅγιον ἄρτον, *accipit sanctum panem*. Quæ omnia fiunt, dicunturque post consecrationem certissimam Cabasilianis ipsis; ut planè desipiat, qui, quòd panis dicatur verum Corpus Christi, post verba Christi Sacramentum nondum esse factum existimat.

IV. Altera difficultas depromitur ex verbis Joannis Damasceni, qui palam (1) affirmat, à Basilio in Liturgiâ panem, & vinum Eucharistiæ Corporis Christi, & Sanguinis ἀντίτυπα appellari ante consecrationem, non autem post illam. Id, quod etiam in VII. Synodo asseruit (2) Epiphanius ille, qui ibidem disputat contra Iconomachos. Jam verò in Liturgia Basilii illa vox ἀντίτυπα habetur post verba Christi, & ante preces Sacerdotis, ut constat ex Euchologio, constatque ævo Damasceni, & Epiphanii eandem vocem fuisse post verba Christi; ut manifestum est ex Germano: Quare sic argumentum instituunt Cabasiliani. Cùm Antitypa dicuntur Sancta dona in Liturgiâ Basilii, dona Sacrata non sunt, authore Damasceno: sed Antitypa dicuntur post verba Christi: ergo post verba Christi non sunt consecrata: atque adeò per verba Christi non consecrantur. Adsumptio certa est ex Damasceno, & Epiphanio relatis: hypothesis negari non potest Euchologio: consecutio fluit ex forma Syllogismi. Et confirmatur ex Dionysio (3) Areopagita docente, consecrationem fieri post illa verba: *hoc facite in meam commemorationem*; at hæc verba dicuntur post verba Christi: igitur consecratio verbis Christi non fit: precibus ergo, quæ subsequuntur, tantum Mysterium conficitur. Id, quod roborari videtur ex eo, quòd passim à Patribus affirmatur, Eucharistia fieri precibus mysticis, invocatione S. Spiritus, benedictione solemni, ut constat ex (4) Justino, (5) Augustino, (6) Cypriano, Cyrillo (7) Jerosolymitano, & (8) Alexandrino, Eusebio (9) Emesseno, & (10) Irenæo. Igitur non verbis Christi, sed verbis Sacerdotis, quæ reipsà preces sunt, invocantque divinum Spiritum, Crucisque sigillum imprimunt Sacris muneribus. Hæc est difficultas altera, & quidem primâ validior; etenim illam neque (11) Bessarion, neque Bellarminus eluctatur. Nam ille argumentum præcipuum refellere nititur inficiatus hypothesim, quòd existimet, Damasceni, & Epiphanii tempestate alium ordinem fuisse Liturgiæ nostræ, ac fortassis vocem Antitypa præpositam fuisse verbis Christi. Reprobat hanc responsionem (12) Bellarminus ex authoritate Germani, quæ quanta sit dicant eruditi Censores Antiquitatis, penes quos translativum est, Explicationem Liturgiæ, quæ sub nomine Germani I. circumfertur, vel Germani II. (13) Opusculum esse, vel certè ab Interpolatoribus, additis, detractisve quamplurimis, fuisse corruptam: atque adeò minimam ejus fidem censendam, habendamve. Vide, si libet, Jacobum (14) Gretzerum, Casimirum (15) Oudinum, & eruditissimum (16) Richardum Simonem, (17) nosque etiam, ni grave erit. Quapropter non ex hoc reprobandam censeo responsionem Bessarionis, sed potiùs ex eo, quòd neque authoritate ullâ nititur, neque congrua sit moribus nostris, quibus placuit sacrarum constantia cæremoniarum usque adeò, ut nullum chirographon Euchologium reperire sit, in quo Liturgiæ Ordo aliter se habeat, ac nunc habetur. Nec felicior (18) Bellarmini Responsio, quæ potiùs difficultati videtur succumbere, ad tropos recurrens ingeniosè sanè, sed in re ipsâ ingeniosè nimis: quo fit, ut à Cabasilianis solemni risu palam excipiatur. Propterea nos hîc difficultatem hanc discu-

(3) d.c.6. n.56.
(4) d.c.6. n.59.
(5) Psal. 77.n.25.
(6) 1. Ad Corinth. c.10.n.17.
(7) Ibid. n.16.
(8) De Eccl.Hierar. c.3. p.3.
(9) In 2. Apolog. ad fin.
(10) Lib. 4. contra hær.c.34.
(11) Lib. 2. ad uxor. & libr. de Coron. Militis.
(12) Hom. 7.in Numer.hom. 5.in Evang. ubi de filio Centur.
(13) Serm. de Cœn. Domin.
(14) Catech.4.Mystag.
(15) Lib. 4.de Sacramen. c.4.
(16) Lib. de vit. Moysis, ubi de Manna.
(17) Hom. de Euchar. in Encæniis & Hom. 24.s 1.ad Corinth.
(18) Cõm. in Psal. 109.et Epist.ad Hedib. q.2.
(19) Ep. 86. ad Casul. tract.26. in Joan. Serm. 2. de Verbis Apost. ser. 2. de Temp.& alibi.
(20) Vide Liturg. Chrysost. post cõsecrat. et illa verba fac hunc quidē panem &c.

(1) Lib.4. de fid. c.14.
(2) Extat Act. 6. Tom.3.
(3) d.c.3. p.3.
(4) In 2. Apolog. 2.
(5) Lib.3. de Trin. c.4.
(6) Lib. 1. Epist. ult.
(7) Catech.3. & 4.Mystag.
(8) Lib. 11. in Joan. c. 24.
(9) Serm. 5.de Paschate.
(10) Lib. 4.c.57.
(11) d. Epist. ad Philanthropen. Lascari.
(12) Tom. 3. de Sacr. Euchar. lib. 4. c. 14. vers. respondeo aliqui.
(13) Theoria rerū Ecclesiasticarum.
(14) In notis ad Tom. 2. de Cruce.
(15) In supplem. de Script. Eccl.pag. 193.
(16) In Notis uberiorib. in Opusc. Gabriel. Severi de participiis à nu. 13. à pag. 249. col. 1. in fin. & deinceps.
(17) In testim. Græc.Sapien.in Germano I. & II.
(18) d.c. 14. vers. alia igitur.

Digitized by Google

discutiemus crassiori Minervâ sensa Damasceni rimati. Contendit verbis laudatis summus & Theologus, & Philosophus demonstrare, panem Sacratum non esse imaginem Christi, sed ipsum Christum (quippe hoc semper Græcia censuit, velint, nolint Moriones è Sodalitate Calvini) Cùm objiceretur, vel objici posset authoritas Basilii in Liturgiâ dicentis post verba Christi panem, & vinum ἀντίτυπα τοῦ ἁγίου σώματος, καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου: *Imagines Sancti Corporis, & Sanguinis Christi tui*; Respondet, Antitypa vocari ante Consecrationem, non verò post. Hæc est sententia Damasceni, cui adstipulatur Epiphanius adeò, ut responsio, quam damus, pro Damasceno, eadem sit etiam pro Epiphanio.

V. Jam ex hac sententiâ primò infero, sententiam docentem, consecrationem fieri verbis Christi, esse in Ecclesia nostra vetustissimam. Nam quî hæreticus, vel Ethnicus Orthodoxo potuisset objicere vocem Antitypa propositam à Basilio, ut inde inferret, vel post consecrationem oblata non esse ipsum Corpus, & Sanguinem Christi, sed ejus imagines, nisi convenisset inter Orthodoxos, verbis Christi consecrari Proposita? Si ex doctrina Catholicę Ecclesię non adsumpsisset hæreticus hunc in modum: *Verbis Christi sacrantur Proposita*, hoc argumentum hæretici: post verba Christi, Proposita vocat Basilius figuras Corporis Christi: igitur post consecrationem Proposita figuræ sunt Corporis, non Corpus Christi: ridiculum planè fuisset, & huic persimile, Antequam consecrentur Proposita, figuræ vocantur: ergo Proposita consecrata non sunt Corpus Christi: nec dignum fuisset, cui ullo modo tantus Philosophus, tantusque Theologus seriò responderet. Quod ne dicamus, omnino dicendum est, adsumptam hanc veritatem Orthodoxis communem: per verba Christi consecrantur Proposita: cui subdebat hæreticus: atqui post verba Christi Proposita figuræ vocantur à Magno Basilio: ergo figuræ sunt vel post verba Christi, ipsamque consecrationem. Igitur huic argumentationi respondet acutissimè Damascenus inficiatione Minoris. Reverà enim nusquam Basilius dicit, Antitypa esse Proposita post verba Christi; sed post verba Christi asserit, ea, quæ oblata sunt, fuisse, cùm offerrentur, Antitypa Corporis, & Sanguinis Christi. Notent Cabasiliani, si pinguissimâ Minervâ homines aliquid intelligunt, id, quod dicimus, planèque cognoscant, nihil officere Veritati authoritatem Damasceni. Asserit hic, vocem Antitypa cadere super oblata, cùm offerrentur ante verba Christi, non autem super eadem post verba Christi, licèt à Basilio dicantur post verba Christi: quando Basilius, licet post verba Christi Proposita Antitypa vocet, non tamen dicit Antitypa esse post verba Christi, sed fuisse, cùm offerrentur. Uno verbo; post verba Christi docet Basilius, Proposita fuisse Antitypa ante verba Christi; atque adeò ex authoritate Basilii Damascenus ostendit, nihil inferri posse ab hæretico: quando, ut concludat argumentatio hæretici, oportet, ut Basilius dixerit, post verba Christi Proposita esse figuras post verba Christi; id, quod Basilius non dixit, quippe qui in precibus, quas fundendas post verba Christi proposuit, figuras dixit oblata, cùm offerrentur. Hęc sunt Damasceni sensa, quæ planè congruunt dictis Basilii, cujus hæc sunt (1) verba. Διὰ τοῦτο, Δέσποτα πανάγιε, καὶ ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ, καὶ ἀνάξιοι δοῦλοί σου, οἱ καταξιωθέντες λειτουργεῖν τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, οὐ διὰ τὰς δικαιοσύνας ἡμῶν, οὐ γὰρ πεποιήκαμέν τι ἀγαθὸν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ διὰ τὰ ἐλέη σου, καὶ τοὺς οἰκτιρμούς σου, οὓς ἐξέχεας πλουσίως ἐφ᾽ ἡμᾶς, προσεγγίζομεν τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, καὶ προθέντες τὰ ἀντίτυπα τοῦ ἁγίου σώματος, καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου. *Propterea, Domine Sanctissime, nos quoque peccatores, & indigni servi tui, qui digni habiti sumus, qui Sancto Altari tuo serviremus: non propter justitias nostras, non enim fecimus aliquid boni in terrâ, sed propter misericordias, & miserationes tuas, quas affatim in nos effudisti, tuo Sancto Altari appropinquamus, & cùm proposuerimus, & obtulerimus figuras Sacri corporis, & Sanguinis Christi tui &c.* Vides non dici προτιθέμενοι τὰ ἀντίτυπα, *proponentes figuras, sed* προθέντες, *cùm obtulerimus*, quod est præteritum, adeòque vi suâ nomen Antitypi ad oblata ante verba Christi, cùm προθέντα sit, revocat. Disce igitur, Antitypa dici post verba Christi Sacra dona, non ut post verba Christi, Antitypa esse affirmentur, sed quòd Antitypa fuerint ante verba Christi, cùm offerrentur. Atque hinc elice, optimè dictum à Damasceno, Antitypa vocari Proposita ante consecrationem ita, ut τὸ *ante consecrationem* non cadat supra *vocari*, sed supra *Proposita*; quasi hoc dicat, Basilium etiam post consecrationem vocasse Antitypa Proposita ante consecrationem.

(1) *In Liturg. Basilii: post verba Christi in Euchol.*

VI. Atque hæc abundè ad solutionem difficultatis à Damasceno, & Epiphanio petitæ: cæterùm, si licet & homuncioni aliquid post tantos Doctores ad Veritatis tutelam addere, dicam, optimè etiam post consecrationem potuisse à Basilio Corpus, & Sanguis Christi appellari Antitypa. Nam, sepositis iis, quæ ad id congerunt (1) Bessarion, & ex eo (2) Bellarminus, (3) Arcudius, (4) Perronius, Primò ἀντίτυπον, spectatâ vocis origine, τὸ ἀντὶ τοῦ τύπου. *quod vice typi est*, omnino significat. Veritas autem in lucem edita figuras, & typos, atque umbras eliminat: atque adeò est ἀντὶ τοῦ τύπου, & Antitypon. Hac ratione verum Christi corpus mille figuris præmonstratum, typis, & figuris, ceu lux umbris succedens, ἀντίτυπον illarum non immeritò potuit appellari: Quemadmodum (5) Petrus Baptismum Antitypon Diluvii dixit, quòd illa diluvies Baptismum præmonstravit. Secundò, ἀντίτυπον figura est, & Typus: Corpus autem Christi in Eucharistiâ figura est æterni, ac felicissimi Convivii, in quo Paterfamilias *præcinget se, & faciet illos discumbere: ac transiens ministrabit illis*; Typusque est vitæ æternæ, quæ dum animum Sacramento reficit, sanitatem penitissimam habendam in Cœlo pollicetur. Quare (6) Ambrosius de illo Pane sic loquitur: *Umbra in Lege, Imago in Euangelio, Veritas in calestibus*, & Maximus (7) Dionysii interpres τὰ ἅγια, inquit, δῶρα σύμβολα τῶν ἄνω, καὶ ἀληθεστέρων εἰσί. *Sancta munera superiorum, veriorumque sunt Symbola*, & (8) Damascenus ad

(1) *d. Epist. ad Philanthropenũ.*
(2) *De Sacram. Euchar. lib. 2. c. 15. & seq.*
(3) *Lib. 3. de Sacr. c. 34. & seq.*
(4) *De Sacram. Euchar. titulis de SS. Basilio, Clemente, Gregorio Naz. & Damasceno.*
(5) *1. Epist. c. 3. n. 21.*
(6) *Lib. 1. de off. c. 48.*
(7) *In Comm. Dionys. Areopag.*
(8) *Lib. 4. de fid. c. 14.*

ad rem nostram apposité: ἀντίτυπα δὲ, ait, τῶν μελλόντων λέγομεν, οὐχ ὡς μὴ ὄντα ἀληθῶς σῶμα, καὶ αἷμα, ἀλλ' ὅτι μὲν νῦν δι' αὐτῶν μετέχομεν τῆς Χριστοῦ θεότητος, τότε δὲ νοητῶς διὰ μόνης θέας. *Antitypa verò futurorum dicimus, non quòd non sint verè Corpus, & Sanguis, sed quia per ipsa Christi Divinitatis nunc sumus consortes, tunc autem intellectuali ratione per solam visionem percipiemus.* Tertiò, cùm figurarum altera umbram tantùm, ac speciem referat, altera veritatem ita repræsentet, ut etiam contineat; illam in picturâ cognosces, quæ extranea rei reprǽsentatæ est, ac diversæ prorsus naturæ: hanc deprehendes in eo, qui repræsentat se ipsum, puta in Davo Davum in Scena repræsentante: ubi Davi figura, & typus ipse Davus est, typus, inquam, intimus Davum repræsentans illo actu in peculiari. Jam Christus sub Munerum divinorum speciebus hoc secundo modo figura est eâ ratione, quâ seipsum per se ipsum repræsentat in peculiari illo, ac mirabili actu mortis quondam pro Nobis fortiter oppetitæ, mirèque superatæ. Quare quemadmodum Exemplari, si probatum sit, quod dicimus *Authenticum*, eadem fides præstatur, ac Autographo, quamvis illius imago sit, propterea quòd illi substituitur, eademque omnino complectitur, exhibetque, ut notavit Michael (9) Moschopulus; ita Corpus Christi in Eucharistiâ, quia sui ipsius typus est, & exemplar in Cruce pro nobis se se hostiam Deo Parenti offerentis, utrobique veritatem eandem, eandemque præsentiam poterit obtinere, ut pote ἀντίτυπον sui ipsius, & quasi, ut Moschopuli verbis utar, τὸ μεταγεγραμμένον, τὸ ὅμοιον τύπον ἔχον. Hinc (10) Chrysostomus ait: τοῦτο ἐκείνης θυσίας τύπος, καὶ αὕτη ἐκείνης· τὸν αὐτὸν γὰρ ἀεὶ προσφέρομεν· οὐ νῦν μὲν ἕτερον, ἀλλ' ἀεὶ τὸν αὐτόν. *Hoc illius Sacrificii typus est, & hoc Sacrificium illius. Eundem enim semper offerimus, non nunc alium, nunc verò alium, sed semper eundem*, Eadem docet (11) Nazianzenus, & (12) Ambrosius. Quartò, ipsæ species Eucharisticæ figuræ sunt tum panis, tum Corporis Christi. Et panis quidem, quòd, cùm panis in se acceptus, & ante consecrationem oblatus Deo, nuda figura sit Corporis Christi, ejusque typus, eæ species, quæ perseverant post consecrationem, ejus vice funguntur, suntque ἀντὶ τοῦ τύπου, καὶ ἀντίτυπα. Eædem species Antitypa sunt Corporis Christi in Eucharistiâ, quòd, cùm in primâ Liturgiæ Prothesi panis tanquam Christi figura fuerit immolatus, transfossus lancea, Deoque Patri oblatus; cùmque ex Fide, ac communi Theologia, eædem species etiam post consecrationem perseverent, illæ ipsæ, quemadmodum vice panis fungentes, motum, passiones, & nomen, quæ poterant pani contingere, vel recipiunt, vel conservant; ita hoc ipsum nomen, quod pani contigerat, ut esset figura Corporis Christi in se ipsis recipiunt, vel conservant, dicique reverà poterunt Christi Corporis Antitypa pretiosa. Præsertim, cùm Christus non nudè, sed sub speciebus offeratur, & immoletur, propterea que dicatur, immolari, & offerri in Symbolis, authore (13) Andrea Cretensi ἱεροθυτούμενος ἐν ἀντιτύποις συμβόλοις: *immolatus in Antitypis Symbolis*, vel ex Magno (14) Euthymio ἐνδεδυμένος ἀντιτύποις: *sub speciebus inclusus*.

(9) In Onomast. in voce Antitypa.
(10) Hom. 17 in Ep. ad Hebr.
(11) In Orat. funeb. Gorgon. Soror.
(12) Lib. 1. de his, qui initiantur, c. 8.
(13) Orat. in Ramis Palmar.
(14) In Orat. de Euchar.

VII. Ostendimus Basilium, etiamsi Antitypa reputasset Munera sacrosancta post consecrationem, adhuc nihil inde in Orthodoxam sententiam potuisse Cabasilianos depromere: quid, cùm, quemadmodum diximus, Antitypa dicat nondum sacrata, cùm offerrentur? Hoc igitur argumentum nihil oberit Veritati, nihil proderit Photianis Cabasilam secutis. At neque depromptum ex authoritate Dionysii. Nam, ut respondet Bessarion, non constat, quid sibi illis verbis Dionysius voluerit, neque ibi, quibus verbis fieret consecratio, constituitur: videturque consentaneum vero, ea verba: *hoc facite in meam commemorationem*, in Liturgiâ Dionysii locum habuisse inter preces verba Christi præcedentes, ut nimirum illis Sacerdos provocaret se præcepto Christi ad tantum opus occipiendum. Ita (1) Bessarion, cujus nomen hoc loco præterit (2) Bellarminus, solitus tunc tantum Bessarionem adducere, cùm, productis responsionibus ejus, addendum est, *minus solidæ esse videntur*. Adeò vir cæteroqui religiosissimus, & aliquando arâ, temploque colendus, Græcos amavit, quorum tamen ope sæpe indiguit, sæpe usus est. Neque Bessarion authoritati ex Dionysio productæ hunc in modum ex arbitrio respondet. Nam idipsum (3) Tarasius docuit, cùm interrogatus: an in Liturgia Chrysostomi addendum esset, τὸ τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν: *hoc facite in meam commemorationem*, ait: οὐ προσθετέον, ὅτι οὐδὲ σύνηθες ἐν τῇ τοῦ Χρυσοστόμου, καθάπερ ἐν τῇ τοῦ Βασιλείου, οὐδ' ἀναγκαῖον. καὶ γὰρ πάλαι, κατὰ τὸν Μάξιμον, ταῦτα τὰ ῥήματα πρὸ τῶν θείων τοῦ Χριστοῦ ῥημάτων, ἃς μεταρρυθμίζεται τὰ προκείμενα (notent Cabasiliani) ὁ διάκονος ἔλεγε τῷ ἱερεῖ καθιστῶν αὐτὸν πρὸς τὴν φρικτὴν ἱερουργίαν: *non esse addendum, quòd neque usitatum in Liturgia Chrysostomi, ut in Basiliana, neque necessarium. Etenim olim, juxta Maximum, hæc verba, ante divina Christi verba, queis immutantur Proposita, Diaconus dicebat Sacerdoti, provocans eum ad tremendum Sacrificium*. Eadem refert (4) Prodromus Junior ex hymno Hierothei Synchroni Dionysio. Eadem cum utilibus aliis permultis congessit (5) Canonarcha, & (6) Diplovatacius. Sic Dionysii authoritas sententiam nostram tum authoritate suâ intactam vult, tum authoritate & Tarasii, & Prodromi sacrarum Odarum interpretis munit.

(1) In d. Epist. ad Philanthropenũ.
(2) In d. lib. 4. de Euchar. cap. 14. vers tertio deniq; in fin.
(3) In respons. ad interrog. solitarii; extant apud Canonarch. & Diplovat.
(4) In explicat. hymni, qui incipit τελετῆς ἁγίας etc.
(5) In Syllog. Regul. SS. PP. tit. Regul. S. Tarasii.
(6) In Synop. Jur. Græc. tit. de Sacramen. sect. de Euchar.

VIII. Quod attinet ad id, quod Patres asserunt, Eucharistiam fieri Mysticis precibus, invocatione, benedictione: scio, aliquos putasse, ab initio præsertim Apostolos celebrare solitos nulla adhibita prece, nudisque Christi verbis, aut si aliquid precum immiscuissent, preces illas fuisse vel Psalmos, vel Orationem Dominicam. Ita ex (1) Gregorio Dialogo (2) Bellarminus: imò audacior (3) Bessarion refert, Apostolos absque sacris vestibus, sumptaque cœnæ refectione Sacris se faciendis applicuisse. Id tamen cautè intelligendum, ut verum sit de uno, alterove ex Apostolis, vel temporis angustiâ, vel inopiâ loci, vel

(1) Lib. 7. Epist. 63.
(2) d. lib. 4. cap. 13. sub init.
(3) d. Epistol. ad Philanthrop.

metu insequentium pressis. Nam plerunque, eos dum Sacra peragerent, prolixis precibus operam dedisse videtur manifestè deduci ex (4) Actibus, ubi *perseverantes in Orationibus, & fractione panis* describuntur. Et apertè idipsum constituitur ex eorundem Liturgiâ penes Clementem, itidemq; ex prolixissimo Jacobi Ritu, profiteturque palam (5) Chrysostomus dicens: *ἐννόησον, ὅτε μετέλαβον οἱ ἀπόστολοι τοῦ ἱεροῦ δείπνου ἐκείνου, τί ἐποίουν; οὐχὶ εἰς εὐχὰς ἐτράποντο, καὶ ὑμνῳδίας; οὐχὶ εἰς παννυχίδας ἱεράς; οὐχὶ εἰς διδασκαλίαν τὴν μακρὰν ἐκείνην, καὶ πολλῆς γέμουσαν φιλοσοφίας; Considera, cùm Sacras illas Cœnas accipiebant Apostoli, quid tum faciebant? Nonne in preces convertebantur, & hymnos? non ne in Sanctas vigilias? non ne in longam illam doctrinam, & multa plenam philosophia?* Et apertiùs idipsum confirmat (6) Proclus. Ait enim, antequam in universum Orbem Terrarum Euangelium promulgaturi dispergerentur. *ὁμοθυμαδὸν ἀρξάμενοι εἰς προσευχὰς πλειονάκις ἐτρέποντο, καὶ τὴν τοῦ δεσποτικοῦ σώματος ἱερουργίαν παραμύθιον εὑρηκότες διεξοδικώτατα αὐτὴν ᾖδον. τοῦτο γὰρ καὶ τὸ διδάσκειν προεργιαίτερον ᾔροῦντο. πολλῷ δὲ μᾶλλον μετ' εὐφροσύνης, καὶ πλείστης χαρᾶς ἤδη προσκαρτεροῦντες τῇ τοιαύτῃ θείᾳ τελετῇ. ἀεὶ τοῦ κυριακοῦ μεμνημένοι λόγου: τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· καὶ ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. διὸ καὶ πνεύματι συντετριμμένῳ πολλὰς εὐχὰς ἐμελῴδουν τὸ θεῖον ἐκλιπαροῦντες· οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ ἰουδαίων, καὶ ἐθνῶν νεοφωτίστους τοῖς τῆς χάριτος ἐθίζοντες, καὶ τὰ πρὸ τῆς χάριτος παραλείπειν διδάσκοντες σκιὰ τῆς χάριτος ὑπάρχοντα, εὐσεβῶς ἐπαιδαγώγουν: διὰ τούτων τοίνυν εὐχῶν τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος προσεδόκων, ὅπως τῇ θείᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ τὸν προκείμενον εἰς ἱερουργίαν ἄρτον, καὶ οἶνον ὕδατι μεμιγμένον αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποφήνατε, καὶ ἀναδείξῃ. Concordibus animis convenientes ad preces tota die per solvendas convertebantur. Cùmque multam consolationem in mystico illo dominici Corporis Sacrificio reperirent, fusissimè, longoque verborum ambitu decantabant illud: Id enim pariter, ac docendi munus cæteris omnibus tanquam præstantius anteponendum existimabant. Maxima sanè alacritate, plurimoque gaudio huic divino Sacrificio tempus insumentes instabant impensè, jugiter memores illorum Domini verborum: hoc est Corpus meum, &, hoc facite in meam commemorationem: & qui manducat meam carnem, & bibit meum Sanguinem in me manet, & ego in eo. Quare & contrito Spiritu multas preces decantabant, impensè divinum implorantes numen. Quinetiam eos, qui ex Judæis, & Gentibus illuminati erant recens, his gratiis assuefaciebant, docentesque ea, quæ ante Gratiæ tempus erant, utpote divinæ Gratiæ umbram, relinquere, piè, religiosèque instituebant. Ejusmodi igitur precibus Spiritus S. adventum præstolabantur, ut divina ejus præsentia propositum ad Sacrificium panem, & vinum permistum aqua, ipsum illud Corpus, ipsumque Sanguinem Servatoris nostri Jesu Christi palam faceret, consecratumque demonstraret.*

(4) Cap. 2. n. 42.

(5) Hom. 27. in 1. ad Corinth.

(6) Orat. de tradit. S. Liturg.

IX. Constat igitur, universim esse recipiendam SS. Patrum sententiam docentem, prece mysticâ, & invocatione fieri Eucharistiam; quando certum est, ab ipsis Apostolis preces in Liturgia plerunque fuisse adhibitas. Nec tamen hinc aliquid adstruitur contra veritatem. Nam ibi preces primò sumuntur pro tota Liturgia, quæ tot preces continet, & invocationem creberrimam Numinis exprimit. Notat hoc non Latinus aliquis, sed ipse (1) Bessarion, & post Bessarionem (2) Gennadius, atque ex utroque (3) Diplovatacius, quorum, licet non Photianorum, dicta congruunt sententiis Photianorum. Nam Michael (4) Anchiali Patriarcha CP. initium, & finem Liturgiæ describens hunc decernit in modum: *αἱ δὲ ἱεραὶ ἡμῶν εὐχαί, δι' ὧν ἱερουργοῦμεν τὴν θείαν εὐχαριστίαν ἄρχονται ἐκ τοῦ, εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς, μετὰ τὴν ἁγίαν πρόθεσιν, καὶ τελειοῦνται ἐν τῇ εὐχῇ πρὸ τοῦ ἀντιδώρου. At sacræ nostræ preces, per quas conficimus divinam Eucharistiam, incipiunt ab illis: Benedictum sit regnum Patris post sanctam Prothesim, & finiunt in illâ prece, quæ distributioni benedicti panis præit.* Quin & ipse (5) Philotheus Patriarcha, quo non ullus Photianus, aut Palamita severior, nihil addendum decernens Liturgiæ Chrysostomi. *τὰς θείας*, inquit, *τοῦ χρυσοστόμου εὐχὰς, δι' ὧν συμπεραίνομεν τὰ θεῖα μυστήρια, καὶ τὸν ἄρτον τὸν ἐπουράνιον θύομεν, οὐδεὶς μήτε περικοπτέτω, μήτε προστιθέτω, ἀκεραίους, καὶ καθὼς παρεδόθησαν, ἐκφωνείτωσαν τῷ λαῷ, καὶ τῷ ἱερῷ πρεσβυτερίῳ, ὁ δὲ τἀναντία πράξας, ἢ δογματίσας, ἀνάθεμα. Sacras Chrysostomi preces, per quas sacra Mysteria conficimus, & cælestem panem sacrificamus, nemo mutilet, nemo producat: integræ, quemadmodum traditæ sunt, proferantur Populo, & sacro Presbyterio: qui secus egerit, vel docuerit, anathema sit.* Vides vocem *preces* ad totam Liturgiam significandam testimonio, imò usu Photianorum ipsorum adsumi: Collige proinde, hanc esse Patrum sententiam, Eucharistiam fieri per Liturgiam, Liturgiâ, in Liturgia: id, quod verissimum est; ex quo tamen minimè sequitur, fieri consecrationem precibus totius Liturgiæ, aut precibus Sacerdotis personam privatam, atque hominis solius gerentis, sed, ut iisdem Patribus placuit, precibus verbi Dei, quas mysticè fundit Sacerdos, ut personam Christi repræsentat. Id, quod accuratè explicat (6) Ambrosius, & accuratissimè (7) Augustinus dicens: Mystica prece, & invocatione Eucharistiam fieri: Quæ verba nobis ingerunt, quidquid Cabasiliani nequaquam intelligunt. Nam Mystica deprecatio illa est, quæ palam deprecationem minimè præ se fert, licèt eam reverà contineat. Est enim mysticum id, quod est, & non apparet, ut peritis Linguæ nostræ constitutissimum erit. Porro verba Christi, cùm à Sacerdote proferuntur, enunciantur que, neque speciem precum, aut invocationis habent, & reipsà precantur, atque invocant. Etenim omnis forma cujuslibet Actionis ex illis, quæ pactum tacitum continent, quo Potestas validior obligatur, & ex obligatione quodammodò adigitur ad aliquid faciundum, quales omnino sunt formæ, quæ moraliter, uti Theologi loquuntur, operantur, precem, & invocationem continent: Qua ratione signa magica, & male-

(1) d. Epist. ad Philanthrop.

(2) Epist. Cathol. ad Bessario.

(3) In Schol. 8. Epistol. Bessario.

(4) Apud Cananarch. de vi Can. ad Trullan. c. 8.

(5) Apud eundem ibidem.

(6) Lib. 4. de Sacr. c. 4.

(7) Lib. 3. de Trinit. c. 4.

Digitized by Google

maleficia ope Cacodæmonis perpetrata crimen impietatis, & Idololatriæ censentur præ se ferre, quia, licèt palam non obsecrent Cacodæmonem, eumque non invocent palam, id tamen præstant clam ipsa magicorum pronunciatione verborum, ipsaque positione signorũ hujusmodi. Jam verba Sacramento faciendo præstituta sunt forma moralis moraliter operans, propterea quòd illis propositis, ac recitatis, clementissimum Numen, ex pacto cum hominibus liberrimè inito, quodammodo obligatur faciundo mirabili operi illi, quod omnem hominum intelligentiam superat, solaque fide credendum proponitur. Ea igitur, licèt neque precem, neque invocationem præ se ferant, habent tamen; suntque proinde preces mysticæ, & arcana Numinis, quod omnipotentiam suam ipsis promisit, invocatio. En, ut consecratio fit precibus non μυστικῶς recitatis, sed mysticis: neque enim Patres dixere, fieri Eucharistiam precibus secretò pronunciatis, sed precibus mysticis, id, quod addendum fuit, ne Cabasiliani ex Liturgiâ Chrysostomi occasionem ulterioris insipientiæ caperent.

X. Sed, rejectis Cabasilianis, breviter & ii, qui Ritus nostros calumniantur, conscriptasque à maximis Ecclesiæ utriusque Doctoribus Liturgias damnant, refellendi sunt. Huc pertigit quorundam Latinorum dicacitas, ausa asserere, delendas à nostris Euchologiis tot preces inutiles, præsertimque illas, quæ post verba Christi funduntur, quippe quæ fuerint *petra scandali, & lapis offensionis*. Hoc docent Antonius (1) Caucus Archiepiscopus Corcyrensis, quem doctè refutavit (2) Allatius, (3) Catumsyritus (4) Ligus, & (5) Doctorculus quidam recentissimus, quem in Defensione Spanopuli probè dedolavimus. Horum tamen intemperiæ, sive potiùs ineptiæ, quanti nobis stent, Nos novimus, quorum Sacra detestantur Populi, quorum Eucharistia (proh nefas intolerabile!) spernitur, non sine publicæ potestatis invidia. Quasi verò olim Græci omnes negaverimus verbis Christi panem, & vinum in Christi Corpus, & Sanguinem transmutari, cùm hæc sententia, ne omnium quidem Photianorum suffragiis probetur, imò omnium Græcorum fide, plerorumque Photianorum reprobetur propalam calculis. Eorum nomine unus loquatur (6) Coressius, qui Symbolum explicans, ubi corporati Numinis miracula explanat: κἀκεῖνο δὲ, ait, θαυμαστὸν γέγονε μέγιστον ὑπ' αὐτοῦ, ὅταν λαβὼν τὸν ἄρτον ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ λέγων· Λάβετε, φάγετε. τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα· καὶ τὰ ἑξῆς. ἔπειτα δὲ καὶ αἰώνιον ἀπέδειξε τὸ θαυμασιώτατον τοῦ ἔργου εἰπών, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· δι' ὧν ἐδίδαξε τὸν τρόπον, ᾧ δεῖ ἁγιάζειν τὰ προκείμενα, τοῖς αὐτοῖς δηλαδὴ ῥήμασι, καὶ σημείοις ἐμῶν, ἀλλὰ καὶ καταδικάζει (ι) τὸ καινοτερικὸν τῶν γνωμῶν, ἃς εἰσήνεγκε τῇ ἐκκλησίᾳ Νικόλαος ὁ Καβάσιλας, τὸν ἱερασμὸν τῶν ἁγίων δώρων εἰς εὐχὰς ἀναφέρων, ὃ οὐδὲ τῶν ἁγίων πατέρων τις εἶπεν, οὐδὲ κανὼν διέταξεν, οὐδὲ συμφωνεῖ τῇ πίστει τῆς ἐκκλησίας, τῆς δεομένης διὰ τῶν εὐχῶν τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ ποιῆσαι τὸν ἄρτον σῶμα, τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ αἷμα οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὥστε γενέσθαι ἡμῖν, εἰς ὠφέλειαν. *Atque illud etiam ab ipso miraculorum maximum patratum est, cùm acceptum panem dedit discipulis suis dicens: accipite, & comedite, hoc est corpus meum: &c. Deinde æternum constituit mirabilissimum factum dicens: hoc facite in meam commemorationem. Per quæ docuit modum, quo decet sacrare Proposita: iisdem nimirum verbis, & signis. Quinimò damnatur novitas sententiarum, quas invexit in Ecclesiam Nicolaus Cabasilas, consecrationem Sanctorum munerum ad preces referens: quod neque Sanctorum aliquis Patrum dixit, neque Canon ullus constituit, neque consonat Fidei Ecclesiæ petentis per preces Adventum Spiritus Sancti, ut faciat panem Corpus, quod autem in Calice, Sanguinem, non absolutè, & simpliciter, sed quò fiat nobis ad utilitatem.* Adeò verum est, ne Photianos quidem omnes probare Cabasilę Nicolai deliria. Quid Græci? Audiantur in Concilio Florentino loquentes. Interrogati namque à supremo Ecclesiæ Pastore, Gentisque nostræ amantissimo Eugenio IV. cur preces illas quasi consecrationem à Deo postulantes adderent, perinde ac si nondum foret Sacramentum peractum, fidem, sensumque Ecclesiæ suæ professuri quatuor præcipuos è suis, qui totius Gentis nomine responderent Pontifici, Archiepiscopos Russiæ, Nicææ, Trapezuntis, & Mitylenes delegerunt: hique Eugenio retulere: nullum Ecclesiam Græcam de consecratione tenere sensum, qui foret Orbi toti Christiano contrarius. Ex (7) Actis ipsis hoc accipe. Περὶ τῆς θείας ἱερουργίας ἐζητήθη πρὸς τῶν λατίνων, πῶς τῶν τοῦ Χριστοῦ ῥημάτων λαληθέντων, τὸ, λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ τὸ, πίετε πάντες, καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ τῶν ἁγίων δώρων διὰ τούτων τελειωθέντων, ὑμεῖς μετὰ ταῦτα ποιεῖτε εὐχὴν, καὶ λέγετε· καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου, μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ. Ἐλύθη καὶ τοῦτο οὕτως. ἡμεῖς εἴπομεν, ὅτι ὁμολογοῦμεν διὰ τῶν ῥημάτων τούτων τελειοῦσθαι τὸν θεῖον ἄρτον, καὶ γίνεσθαι σῶμα Χριστοῦ, ἀλλ' ὕστερον, καθὼς καὶ αὐτοὶ λέγετε, κέλευσον, προσενεχθῆναι τὰ δῶρα ταῦτα διὰ χειρὸς ἁγίου ἀγγέλου εἰς τὸ ὑπερουράνιόν σου θυσιαστήριον. οὕτω καὶ ἡμεῖς εὐχόμεθα λέγοντες, κατελθεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ποιῆσαι ἐν ἡμῖν τὸν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ μεταβαλεῖν αὐτὰ τῷ πνεύματι αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ, ὥστε γενέσθαι τοῖς μεταλαμβάνουσιν εἰς νῆψιν ψυχῆς, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. μὴ γένοιτο εἰς κρῖμα, ἢ εἰς κατάκριμα ἡμῶν. *De Divino item Sacrificio quæsitum est à Latinis, quomodo, prolatis Christi verbis, accipite, & comedite, hoc est Corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum: & illis, bibite ex hoc omnes; hic est &c. & Sanctis donis per hæc perfectis, sive sacratis, vos postea additis orationem dicentes: & fac panem quidem hunc pretiosum Corpus Christi tui; quod verò in calice hoc est, pretiosum Sanguinem Christi tui, transmutans Spiritu tuo Sancto. Id etiam sic resolutum est. Fateri nos, diximus, per hæc verba transmutari Sanctum panem, & fieri Corpus Christi. Sed postea, quemadmodum & ipsi dicitis: Jube, perferri dona hæc per manus Angeli tui in supercoeleste Altare tuum:* ita

(1) *In libello de error. Græcor. c. 9.*

(2) *De Consens. utriusq. Eccl. lib. 3. c. 16. n. 2. pagin. 1254.*

(3) *In Palinod. c. 9.*

(4) *Lib. 2. de hæres. c. 16.*

(5) *Conf. contra sectam. Spanopuli n. 69.*

(6) *In Synops. Nili, ad Canon. CP. Synodi I. in explicat. Symboli.*

(7) *Sess. ultima in MS. Bononien. Vatican. Allatian. & Impresso Romæ, & in histor. Concil. ejusd. Syropuli.*

ita nos quoque oramus dicentes, ut Spiritus Sanctus descendat super nos, & faciat in nobis panem hunc pretiosum Corpus Christi, &, quod est in Calice, pretiosum Sanguinem Christi, transmutetque illa Spiritu suo Sancto, ut fiant accipientibus in emendationem animæ, in remissionem peccatorum, non in judicium, & condemnationem.

XI. Hoc luculentissimo, ac publico testimonio sententia Græciæ comprobatur, quam proinde scelestissimi hominum immeritò prorsus insectantur, id agentes, ut robustissima causarum, queis Schisma stat, vivat diutiùs, maneatque, jurgiis ineptis, injustisque contumeliis, atque perpetuæ dicacitatis absurdis planè calumniis confirmata. Quid enim calumniosius, & injuriosius, quàm sacrata vel à Photianis Cabasilam secutis Munera Corpus Christi, Christique Sanguinem inficiari, cùm certum sit, vel à Cabasilianis sacratum panem veram esse Eucharistiam? Cùm enim hi veri sint Sacerdotes (nam hos fidem Orthodoxam professos non iteratis Ordinibus ad Ordinum usum admittit Apostolica Sedes) cùmque non negent verba Christi necessaria ad consecrationem, sed sufficientia tantùm inficientur, atque adeò vel in verbis Christi, quippe necessariis omnino ad tantum mysterium, *actualem*, ut ajunt, vel *habitualem* habeant consecrandorum Munerum *intentionem*, omnino dicendi sunt validè, si non licitè, atque adeò rectè, tametsi non ritè in Liturgiâ, quam celebrant, consecrare, quemadmodum & qui lustralibus aquis initiat, ut ut putet non suffectura ad effectum Baptismi verba. *Ego te Baptizo, &c.* addatque alia ut omnino necessaria, adhuc si & verba illa præscriptæ ab Ecclesia formulæ necessaria putet, velitque, quod facit Ecclesia & ipse facere, prorsus initiat, sacratque hominem illa cæremoniâ lustratum; id, quod ex communi (1) Theologia certum est. Quòd si vel Cabasiliani revera consecrant, panis ille verum est corpus Christi, atque adeò omni cultu, atque obsequio excipiendum, adorandum in viâ, in itinere stipandum, ne horreant Græci Latinorum sinisteritatem à pace, atque concordia deterriti; nec injuriâ contemptores, derisoresque venerabilis Sacramenti tanquam impios detestentur. Me miserum, cùm hæc audio, cùm hæc video, quibus doloribus torqueor! qua animi ægritudine penè conficior! Audio enim in his nostræ Salutis desperationem: Video provocari animos ad æternam rixam: Agnosco deteriorem fieri Orthodoxorum causam hac præposterâ severitate. Esto, Photiani hæretici sint, itidemque Cabasiliani ob hanc ipsam sententiam, quam impugnavimus: quamvis non defuere post, & ante Synodum Tridentinam, qui hanc eandem tutati publicè sunt ex Latinis non pauci, (2) Angelus, (3) Laudulphus, Petrus (4) de Aquila, (5) Pelbartus, Maturinus (6) Bretius, Nicolaus (7) Dorbellis, Petrus (8) Tartareus, Doctores (9) Colonienses, (10) Lindanus, Ambrosius (11) Catharinus, quos refert, ac sequitur De capite (12) Fontium Minister Generalis totius Ordinis Minorum, mox Archiepiscopus Cæsariensis. Sed sint hæretici propterea, non abnuo, sint etiam, uti ajunt, *formales* hæretici (licet hi paucissimi sint, invictâ eos, & plerunque probabili ignorantiâ excusante.) An idcirco verum Corpus Christi, latum præ manibus hæretici contemnendum? Adorares Corpus Christi manu Judæ delatum, non adores illud idem exceptum manibus innoxii fortassis hominis, quippe ignorantissimi? Ubi sub ditione Christiana Photiani vivunt, unà cum Latinis conveniunt, unà supplicationes publicè deducunt, unà laudes divinas utrâque concinunt linguâ: quod usuvenit & Corcyræ, & reliquis in Insulis Serenissimæ, ac triumphali Reipublicæ nostræ subjectis. Interrogo: Communicant in re sacrâ Latini cum Photianis passim, conspirantque unà ad laudes æterni Numinis; ubi agitur de cultu Corporis Christi, quod verum est, discedent, negabuntque publicum cultum ei Sacramento, quod Sacramentum verum negare non possunt? Dices, hos Græcos Insularum incolas censeri Catholicos. Utinam Photiani non essent. Sed si Photiani sunt, cur Sacris utuntur communibus, quorum Eucharistia negligitur, si Orthodoxi censentur, cur tanto horrore à divino ferculo, quod sacrificant, Religio latina recedit? At inquies fortassis, quid si horum aliquis nolit verbis Christi Sacra peragere? An non adorabitur panis merus? Quis autem novit, an Cabasilianus Sacerdos velit verbis illis facere Eucharistiam? Respondeo, eandem dubitationem esse posse de Orthodoxo presbytero. Quis enim te certum faciat voluntatis à Sacerdote interpositæ, addictæque verbis Sacrantibus? Quòd si Sacerdos illa verba divina pronuncians animum consecrandi non habeat, non ne adorabitur panis merus? Vides periculum utrobique esse idem prorsus, cui evitando suppetias Theologia præsentes affert, docens, adorandum esse Corpus Christi in tanto Mysterio non sine tacita quâdam hypothesi, quâ fiat, ut adorentur species illæ, si sacratæ sint. Hanc nempe hypothesim implicari dicunt à quâlibet adoratione speciebus exhibitâ sacris, atque hac docent, omne ἀρτολατρείας vitari periculum. Eodem modo philosophator de pane à Photianis sacrato. Adorandum erit sub illa hypothesi, quâ fiet, ut nihil eveniat aut Fidei, aut Pietati contrarium, cùm contra ex contemptu ingens damnum utrinque paretur, quando eo sæpe verissimum Corpus Christi contemnitur, eodemque proritantur ad odium animi Gentis, quæ rerum suarum non tenax modò, sed miratrix quantò certius blanditiis, beneficiisque ad amorem allicitur, tantò præsentiùs injuriis, contumeliisque provocatur ad manifestam vesaniam.

XII. Sed & illorum ineptiis respondendum est, qui censent, preces illas, quarum occasione Cabasiliani tam dementer de forma Eucharistiæ censuere, à Liturgiâ expungendas, quippe inutiles, aut perniciosas. Cur verò perniciosas? quòd, inquiunt, *petra scandali, & lapis offensionis*. Verùm, hic si quid valeret cavillus, multa etiam expungenda essent ex Euangelio. Occurrunt enim plurima ibi, unde hæretici dementer ineptiunt. Expungendæ & illæ preces ex (1) Liturgia Latinorum:

Jube

(1) *Vide Filliuc. de Sacr. tract.* 2. c. 30. *Layman. lib.* 5. *tract.* 1. c. 4. *Bonacin. disp.* 2. q. 2. p. 4.
(2) *Summa Ver. Eucharistia*.
(3) *In* 4. *Sent. dist.* 8.
(4) *In* 4. *Sent. dist.* 8.
(5) *In Rosario Theologiæ*.
(6) *In* 4. *Sent. dist.* 8.
(7) *In* 4. *dist.* 8.
(8) *In d. dist.* 8.
(9) *In Antididagmate cõtra Lutherum*.
(10) *Apud Simonem Richard. in notis uber. in Apolog. Severi pag.* 169. *col.* 2.
(11) *Utraq; dissertat. de hac sententia*.
(12) *In Tract. de hac materia oblato Sixto V. P. M. & Vide Richard. à pag.* 165. *& seq. loco citato*.

(1) *Post Consecrationem*.

Jube hæc perferri, &c. quòd inde (2) Cabasilas ad confirmationem erroris sui argumenta desumpserit. Vetandum, ne sacris Muneribus consecratione dedicatis Crucis imprimatur signum, quòd inde Photiani deducant, non esse sacrata. Infinita sunt, quæ petra scandali fuere tum in Ritibus nostris, atque Latinis, tum in Paginis sacris, quæ tamen retinentur, & retinenda omnino sunt. Cujus ea ratio est, quia, ut vocem Græcam retineam, *scandalum* duplex est, alterum, quod agit, quod patitur, alterum: & illud sanè malum ex se est, quando ex se trahit ad malum, estque intimè ipsa occasio peccati. At hoc ex se malum non est, quando neque trahit ad malum, neque ex se peccandi causam præbet, licèt extrinsecùs, hominum nequitiâ fiat, ut ex eo homines aliqui peccandi occasionem accipiant. De illo loquitur, cùm, (3) ait: *væ homini illi, per quem scandalum venit*; & (4) *qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt*, &c. De eodem intellige, cùm dicitur de filiis (5) Heli. *Erat peccatum puerorum grande nimis, quia avertebant populum à Sacrificio Domini*, & cùm toties (6) de Jeroboamo repetitur, *qui peccavit, & peccare fecit Israel*. At de hoc ea sunt, quæ occurrunt in verbis Simeonis Sanctissimi senis de Christo (7) vaticinantis: *positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum*: quemadmodum de eodem sub lapidis allegoria (8) dicitur, *super quem autem ceciderit, conteret eum*. Quapropter Christum ipsum Paulus (9) Apostolus appellat, *Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam*. Unde apertissimum est, non omne scandalum esse tollendum, sed illud dumtaxat, quod ex se ad peccatum inducit: ni dicas, vel ipsum, quod absit, Servatorem Christum perperam operatum, quòd ejus operibus visis, licèt miris, & optimis, ut verbis utar sacris, *scandalizarentur* perfidissimi Pharisæi. Porro preces illæ in Liturgia nostra, licèt scandalum sint Cabasilianis, non tamen *activum*, ut ajunt, *scandalum*, sed *passivum*, uti dicimus. Non enim ex se trahunt ad perditissimam opinionem, ut apertè docuimus, ipsique Nostri publicè interrogati publicè professi sunt. Sunt porro preces à Sanctissimis Patribus institutæ, quin imò ab Apostolis ipsis usurpatæ, ut constat ex Liturgia Jacobi, & Marci, in qua recitantur eædem. Iis usa est Ecclesia nostra annis ferme sexcentis supra millenos, iisdemque utitur etiamnum, non in Græcia modò, sed in ipsa Romanâ luce, sciente, approbante Apostolica Sede. Quis ergo illas damnandum scandalum dicet, aut affirmabit perniciosas sine nota temeritatis? Quòd si neque scandalum vetandum sunt, neque ullius unquam exitii occasionem fecere, cur erunt à Ritualibus libris expungendæ?

(2) In Expos. Missæ d. c. 30.
(3) Mat. c. 18. n. 7.
(4) d. c. 18. n. 6.
(5) 1. Reg. c. 2. n. 17.
(6) 4. Reg. c. 3. nn. 3. & cap. 10. n. 29. & 31. & c. 13. n. 2. & alibi sæpe.
(7) Luc. c. 2. n. 34.
(8) Mat. c. 21. n. 44.
(9) 1. Ad Corinth. c. 1. n. 23.

XIII. Desipit prorsus, quisquis hoc dicit, desipietque manifestiùs, qui post hæc scripta nostra hiscere contra Sacratissimas Cæremonias audebit, demonstraturus sanè stupiditatem suam, quam hostes nostri truculentissimi ubique jactant, arbitrati præpostero sanè ausu Theologiam, quam profitentur, Philosophicis dumtaxat tricis armandam, queis possit Veritatem tutari, cùm Theologia plerunque pudendis erroribus obnoxia sit, quando à normâ Conciliorum, à regulis Juris Canonici, & à notitia Christianæ vetustatis abscedit. His siquidem habendis operam darent recentiores Theologi, tricasque prorsus inutiles amandarent, queis fit, ut, penè dixerim, de omnibus dubitemus, non his ineptiis dicundis tererent tempus, nec se viris eruditissimis deridendos exponerent. Neque enim aliter excipiendi sunt, qui preces illas inutiles dicunt. Quid? Ajo, contumeliis excipiendos, castigandosque publicè, qui de rebus Sacerrimis obloquuntur. Ullus si pudor haud est damnandi integram Gentem, & quidem Orthodoxam, imò partem alteram Orbis Christiani: At esto aliquis pudor damnandi Antiquitatem Sanctissimam, quæ preces illas instituit, atque utilissimas esse duxit. Esse autem utilissimas non quidem Sacramento, aut ex toto, aut ex parte conficiendo, sed proposito, Actionique celebrantis Presbyteri, stipandisque, ut ita dixerim, efficacissimis Christi verbis, palam est. Preces enim illæ, ut ipse (1) Cabasilas testatur, Sacerdotem virtute quadam divina afflant, ac quodammodo consecrant, ejusque mentem à terrenis rebus purgatam ad Cœlestia subvehunt, Populum etiam expiant, & pro eo ad Deum fusæ ad Sacramentum adorandum, atque suscipiendum digniùs præparant, sanctiusque. Actioni prætereà ornatum plurimum afferunt, ne leviter, cursim, hæc Sacra absolvantur, quemadmodum fusè docet (2) Bessarion, & post eum ex eo (3) Arcudius, penes quos etiam causas reperies, ob quas Jacobus, Marcus, Basilius, atque Chrysostomus, post prolata verba Christi, queis panis, & vinum, in ejus Corpus, & Sanguinem convertuntur, velut pro iisdem consecrandis, supponendisque speciei Eucharisticæ Spiritu Sancti virtutem Ecclesiam docuere precibus advocare. Quæ illi dixere, intacta sunto: dabo hìc altiores causas ex recentioribus Nostris desumptas, quas etiam (4) Goarius edidit de rebus Nostris optimè meritus.

(1) In Explic. Liturg. c. 1.
(2) d. Epist. ad Philanthro.
(3) Lib. 3. sue Concord. c. 31.
(4) In Euchol. ad Missam Chrysost. not. 139. pag. 140. col. 2.

XIV. Primò igitur id ita factum existimo ex (1) Coressio, quia, licèt certo certiùs credat Ecclesia, solis verbis Christi hoc Mysterium confici posse, horret attamen animus, mens titubat, refugit affectus, sine precibus aut divinissimam hostiam consecrare, aut penè irreligioso more consecratam excipere. Ea propter gnara ejus, quod sibi expedit magis, & initiando Mysterio congruit, ad laudes Dei, verbi ejus præconium, precesque maximè pro ipsa Consecratione fundendas regreditur. Licuit enim; imò & Deus ipse gaudet, nos promissa ejus, quibus tamen eum non stare nefas est, precibus nostris solicitare, &, ut adimpleantur, urgere. Spontanea quippe est, & libera æquè, ac donum, doni promissio, & uti spontanea doni pretio comparatur. Ut itaque Doni à Deo promissi nullâ vi impedienda, nullâque arte defectura præveniri potest donatio, multarum precum impendio (nam & Ecclesia latina pro Consecratione certissimâ diu precatur, & multùm) ita doni jam recepti, supraque vires, ac merita collati possessio votis omnibus expeti potest, & postulari; non eo quidem fine, ut denuo

(1) In d. Explicatione Symboli CP.

denuo comparetur, sed ut pacificè teneatur, & voluptas ex eo orta crescat, foveatur, confirmeturque. Id, quod in Liturgiâ nostrâ maximè præstandum occurrit, ubi, cùm ante consecrationem nullæ, quæ eam peterent, fundantur preces, cùmque ipsa consecratio Sacerdotis, & vires, & merita superet, secum saltem, ut comites, preces debitas opus est, ut deducat. Hinc spacio aliquo dato post consecrationem è latente mentis, cordisque sinu educitur, & Deo offertur comparata non tempori, quo profertur ore, sed potiùs præterito consecrationis momento, quo fieri debuerat. Sic sanè, cùm Deum panem, & vinum producentem, *vivificantem* dona illa sacrâ, & mysticâ mutatione, *benedicentemque* jam consecrata celebrare deberet Ecclesia, aliis, quibus eo in actu occupabatur, non amplius detenta, cùm hoc se debito exolvere molitur, quasi pro beneficio tunc conferendo omnipotentiam, benignitatemque Dei vocibus his commendat, ac prædicat. *Hæc* (2) *omnia, Domine, semper bona creas, &c.* cùm tamen longè ante illa creata, per Verbum ejus *Sanctificata*, & in Vitam, Sanctitatemque populi destinata, cælestique, uti dicimus, *benedictione* cumulata jam jam præstituta sint per sui susceptionem ad venturæ felicitatis promissum. Secundo ex (3) Gennadio, cùm ad consecrationem præstandam duo efficientia principia coeant, Christus, & homo, convenit, utrunque in tam difficili opere edendo non tantùm actionem conjungere, exercere virtutem, sed & agendi rationom ipsam statûs sui conditioni congruentem manifestare. Porro Christus, ut Deus, vel imperio, vel certè verbo opus illud aggreditur, homo velut minister in opere agendo licèt à Christo dependeat, virtutemque suam omnem ab eo, ceu *Subjectum*, ut ajunt, *instrumentale*, mutuetur: quare loco Christi loquitur, verba Christi usurpat, præcipuam Christi potestatem sibi arrogat; tamen sui tandem status memor, suæ *humilitatis* conscius, suæ infirmitatis reus, quod non nisi precibus; quantum in se est, posset obtinere, precibus quoque exposcit, & quod jam effectum vires suas superare cognoscit, velut efficiendum comparare molitur.

(2) *In Liturgia Latina post memento mortuorum.*
(3) *In Epist. Catholic. ad Bessarie.*

XV. Tertiò ex (1) Diplovatacio, licèt Christo, ut præcipuæ causæ, Sacramentorum virtutem concedat Ecclesia nostra, solet tamen similes, paresque vires Spiritui Sancto tribuere. Hinc in (2) Baptismo, (3) Chrismate, & Oleo Infirmorum, quemadmodum & in (4) Pœnitentia, & in (5) Ordinibus Spiritus S. virtutem invocat. Cùm igitur Christi virtutem Verba Christi manifestaverint; effectum itidem Spiritus Sancti supplex efflagitat, ut opus ipsum à Spiritu Sancto pendere profiteatur. Neque hi Anachronismi in rebus Nostris novi. Nam & in Ordinibus Pontifices nostri post formam ipsam Verborum, qua jam collati sunt Ordines, gratiam Spiritus invocant, (6) ajuntque, Εὐξώμεθα ὑπὲρ αὐτοῦ· ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ παναγίου πνεύματος, *Oremus pro ipso, ut super eum veniat gratia sanctissimi Spiritus*, quæ tamen eundem ad gradum Ecclesiæ provectum, adoptumque Ordines demonstrarat. Quartò ex (7) Arcudio, licèt momento factam Munerum conversionem verbis Christi prolatis fateamur Græci, tamen illa mutatio habet dispositiones prævias, subsequentesque, non sine multa, & copiosâ serie precum, quas & efficaces, & utiles asserit (8) Basilius his verbis: τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἁγίου ἄρτου τῆς εὐχαριστίας τίς τῶν ἁγίων ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀπόστολος, ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν, καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον ἰσχὺν, ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες. *Invocationis verba in Consecratione Sancti Panis Eucharistiæ, quis nobis Sanctorum reliquit? Non enim his contenti sumus, quæ vel Apostolus, vel Euangelium commemorat; sed & ante, & post dicimus alia, uti magnam ad Mysterium habentia vim, quæ nimirum à scripta Traditione accepimus.* Nec mirum, prævias, subsequentesque dispositiones in tanto Mysterio esse, quando in eodem antecedentes, subsequentesque mutationes agnoscimus plures, morales sanè, sed physicam illam stipantes, qua ex pane fit Corpus Christi. Vide plures penes (9) Goarium ex Arcudio desumptas, atque inde confice, precibus illis moralem mutationem indicari, non verò physicam illam, atque præcipuam, quæ facta jam creditur ex iisdem precibus, ut ante docuimus perpendentes illud μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, quod ex præterito mutationem physicam jampridem factam protestatur. Hæc de celeberrima Sententia obiter dicta sufficiant, quam in tractatione judicialis Confessionis delibare oportuit, ut Margunii fastum ignorantissimum, ingestumque fastu illo errorem refelleremus.

(1) *In Synops. tit. de Sacr. Sect. 3. de Euchar.*
(2) *In Euchol. tit. off. S. Baptis. in 2. Orat. ante fin. ubi Goar. n. 7. pag. 363.*
(3) *In off. S. unguenti in 1. Orat. ubi Goar. not. 20. pag. 636.*
(4) *In omnibus Orat. Pœniten. Euchológ.*
(5) *In qualibet forma Ordinum. Vide Euchol. in Ordinat. Lecto. Subdiaconi, Diac. Sacer. & Episc. & ubique. Goar.*
(6) *In Ordinat. Sacer. post formam in Euchol.*
(7) *In respons. ad Caramsyrit. c. 6.*
(8) *Lib. de Spirit. S. c. 27.*
(9) *Ad Missam Chrysost. not. 139. pag. 140. Euchol.*

Finis Responsi Quinti.

EXA-

EXAMINIS, AC TESTIMONII SACRIS ORDINIBUS PRÆMITTENDI RELIQUA.

Responsum VI.

Ad eundem Illustrissimum, ac Reverendissimum

MELETIUM TIPALDUM ARCHIEPISCOPUM, ET METROPOLITEN PHILADELPHIÆ.

SECTIO I.

De Præsumptionibus, ubi Obiter de Suprema Potestate Rom. Pontificis.

SUMMARIUM.

I. *Præsumptionem tertiam Evidentiæ publicæ speciem esse. Dementia Margunii Præsumptionem ignorantis: eiusdem calumnia in Latinos. Ab his præsumptiones temerarias reprobari, quemadmodum, & non certas, deductasque à Natura.*

II. *Præsumptio Juris quænam sit. Ejus duplex ratio, quæ latè describitur. An contra Præsumptionem Juris, & de Jure probatio sit?*

III. *Præsumptionibus Juris utendum Episcopo in Examine, & probatione Candidati Ordinum. Ratio, propter quam Photiani præsumptionem reprobant.*

IV. *Latini Potestatem Rom. Pontificis à Præsumptione non probant. Probant à potestate Monarchica, quæ asserenda est, in Ecclesia. Ea constituitur, omissis cæteris, Patriarcharum CP. Synodicis.*

V. *Ea Synodica ab interpretatione Margunii defenduntur.*

VI. *Ostenditur ex Synodicis, ut explicantur à Margunio, nihil confici utile Scopo, ob quem lata sunt.*

VII. *Constituta Monarchia in Ecclesiâ, proponitur argumentum illam tribuens Rom. Pontifici: ostenditurque, potestatem eandem esse in Successore, & in Prædecessore Principe.*

VIII. *Suprema potestas in Petro argumento communi ex Bessarione constituitur, authoritate Verbi Divini, & Patrum.*

IX. *Confirmatur idipsum ex Patribus Græcis, & cavillationes Photianorum refelluntur.*

X. *Idem cōprobatur clarioribus Patrum effatis, & tandem ipsâ Photianorum authoritate.*

XI. *Romanum Pontificem Successorem esse Petri.*

XII. *Rejectâ responsione Margunii, ex Græcorum testimonio decernitur, nullum posse Successorem Petri dici, præter Rom. Pontificem.*

XIII. *Proponuntur ineptiæ Nili Cabasilæ, ostenditurque discrimen inter Petrum, & successores ejus non pertinere ad potestatem.*

XIV. *Romanum Pontificem posse appellari Apostolum. Etiamsi appellari non posset Apostolus, id nihil officere, quin non Apostolus sit Successor Apostoli. Eundem esse Pastorem, ac Doctorem Orbis universi.*

XV. *Posse ad insulas Orientis provehi Episcopos à Romano Pontifice, probatur authoritate Græcâ. Ex diversitate morum non probari diversam potestatem in Successoribus Petri.*

XVI. *Eodem modo immediatè à Deo confertur Rom. Pontifici, ac collata fuit Petro eadem potestas solvendi, & ligandi, quæ decet solvere, & ligare. Sententiam docentem, potestatem Jurisdictionis dari Episcopis immediatè à Deo, esse probabilem, & invidiosam minùs Rom. Pontifici.*

I. PRolixitas Tractationis facit, Sacratissime Antistes, ut, quæ pertinent ad Examen, ac Testimonium, uno Responso dari non possint, præsertim cùm ubique nobis Photianus occurrat, ut olim Herculi in Amazonas contendenti creber Pygmæus, non sine crebrâ, longâque parenthesi refellendus. Patior igitur, quod olim Judæi, cùm, (1) Esdrâ Duce, diruta jampridem Patriæ mœnia reficerent, quibus unà erat ædificandum, pugnandumque, ne aut hostium subinde irrumpentium audacia munitionem Urbis moraretur, aut mœniendæ Urbis pacatum studium pios opifices, ædificatoresque in periculum traheret, ac præsens exitium. Neque, ut olim his, hactenus mihi felicitas defuit. Etenim

(1) *Esdr. li. 1. c. 4. n. 17. & 18.*

Digitized by Google

nim ita, ni fallor Margunii; Severi, Coressii, cæterorumque Photianorum conatus, meque, ac tractationum mearum interpellantes importunè iter, compescui, ut non tamen Operis structuram mei otiosus omiserim. Id, quod & in Responso postremo præstiti, ultus unà & Cabasilianorum dementiam, & vesaniam hostium nostrorum. Quapropter ad propositum redeo, eluctatusque notitiam Confessionis probaturæ Ordinum obices, ad tertiam Evidentiæ speciem propero, quæ Præsumptio dicitur, non illa sanè qualiscunque, sed Præsumptio Juris, & de Jure. Nam præsumptionum multa esse genera, & ante nos Jurisconsultissimi Græcorum, ut Latinos omittam, videndos penes (1) Alciatum, & (2) Menochium, agnovere cum (3) Matthæo Monacho post (4) Attaliaten, & post utrumque cum (5) Tipucito, & (6) Harmenopulo, quos latè producit (7) Diplovatacius, & unus ignoravit Græcorum (8) Margunius inter lethalia crimina legitimam hanc probationem recensens, non sine Jurisperitorum risu, & stomacho. Quid enim aut insulsius, aut ineptius, quàm, quòd aliqua præsumptio temeraria sit, ac jure damnetur, propterea præsumptionem omnem damnandam asserere? Quò fit, ut æquè demens appareat Margunius, cùm ad invidiam etiam ex hoc capite vocat Latinos his verbis: *οἱ αὐτῶν κρίσεις κατὰ τὸ πλεῖστον, ὡς λέγουσι, προλήψεσι γίνονται, ἤγουν διὰ ματαίας κατακρίσεως, καὶ πάντῃ νόμῳ καταδικασθείσαις*. *Eorum judicia præsumptionibus plerunque, uti dicunt, fiunt, hoc est, per vana præjudicia, & omni lege damnata*. Manifesta Calumnia est: Latini enim leves, ac temerarias præsumptiones ubique repellendas docent. Certè, quemadmodum Jura nostra relata per (9) Harmenopulum palam decernunt, his præsumptionibus animum Judicis minimè obnoxium esse debere, ita & (10) Latina: Quin imò utraque Ecclesia eandem, & utrique communem legis Civilis (11) Sententiam secuta docet, in dubio nullam esse præsumptionem delicti. Quare consilium, quod in utranque partem accipi potest, ad æquiorem sumendum asseritur tum per (12) Tipucitum, tum per (13) Jasonem, & (14) Alciatum, uno suffragio Græcis, Latinisque idem probantibus, quippe veritatem professis deductam ex eodem principio, quod inter Juris (15) regulas ritè recipitur, atque ex doctrinâ Doctoris (16) Gentium comprobatur, docentis, Christianam Charitatem benignam esse, ut neque: *ζηλοῖ, οὐ φυσιοῦται, οὐ περπερεύεται, οὐκ ἀσχημονεῖ, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακόν, οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ*: *æmuletur, neque infletur, neque agat perperam, non cogitet malum, nec gaudeat super iniquitate, congaudeat autem Veritati*. Eodem modo, cùm de plena probatione agitur, utriusque Gentis Jurisprudentia naturæ præsumptionem repellit. Neque enim in filium, qui malum nactus est Patrem, aliquid audet, quamvis aliquando hæc præsumptio non minimi ponderis sit, præsertim cùm favendum alicui est. Quare semper à Patre filios diligi, parentesque à filiis amari, præsumimus, ut docuit (17) Paulus IC. & notat (18) Innocentius, quem refert Hippolytus (19) de Marsiliis, idemque dixit ante hos Matthæus (20) Monachus; ex quo infert id, quod post eum tradidit (21) Tipucitus: etiam si pater filium suum nocentem obtulerit Judici, non præsumi obtulisse ultimo supplicio puniendum, quemadmodum ex antiquis asserit (22) Martianus IC. Eodem modo, si pater exhæredem filium esse jubeat, non præsumimus filium exhæredem factum causa ingrati animi propterea, quòd naturaliter filii grati parentibus sint, ut post eundem Matthæum (23) Monachum, & (24) Tipucitum docuit (25) Accursius, rejiciens eam ob causam onus probandi vitium ingrati animi in ipsum hæredem. Nec desunt alia plurima exempla videnda penes (26) Alciatum, quibus evincitur, hanc præsumptionem Naturæ utilem esse, quam tamen, quippe fallacem, in plurimis à Ratione plenæ probationis, atque adeò legitimæ evidentiæ Latini unà, Græcique penitùs abstinent; quemadmodum & hominis præsumptionem, eam nimirum, quam Jus non decernit, sed Judicis arbitrio committit, ut de eâ, an fide digna sit, ipse dispiciat: juxta ea, quæ passim occurrunt (27) in Jure. Hæc enim etiam falso subest, & sæpe Judicium hac duce decipitur. Quare, licèt nemo prodigus præsumatur, ut (28) Leges docent, & unusquisque bonus esse censeatur, ut alibi ostendimus, & Juris (29) authoritate certissimum est, tamen, ubi agitur de præjudicio alterius hæc minimè præsumuntur, quemadmodum constituit (30) Glossa (31) ante Felinum, ante quem idipsum tradidit (32) Harmenopulus.

II. Quò fit, ut præsumptiones hujusmodi in re, de quâ agimus, locum non habeant: neque enim favori operam damus, sed examinamus rejiciendum, si dignus nota videbitur. Accedit, agi de damno Ecclesiæ, cujus Sacris, si ministrum minimè idoneum præficias, non minimum imminebit Sponsæ Christi periculum, populisque tali ministro usuris certissimum damnum. Igitur præsumptio, quam prosequimur, Juris authoritate constat, eaque, ut Latinorum definitiones omittam, sic à (1) Tipucito universim describitur: *πιθανὴ τῆς ἀληθείας προσβολὴ ἐκ βεβαίου σημείου ἀναδύουσα, καὶ ἀληθείας ἰσχὺν ἔχουσα ἐν τῇ δίκῃ*. *Probabilis veritatis processus ex certis signis adveniens, & Veritatis vim obtinens in judicio*. Huic definitioni videtur adstipulatus (2) Alciatus asserens, Præsumptionem esse probabilem conjecturam ex certo signo. Nec mirum: quando doctus ille Jureconsultus, qui inter primos Jurisprudentiam erudivit, sæpe ex Tipucito multa, & acuta magis, magisque docta, suppresso nomine, ut moris jampridem Latinis est, mutuatur. Dixi tamen, hujus præsumptionis descriptionem datam à Tipucito summam esse, & universim conceptam. Etenim Præsumptionis, quæ à Jure est, duplex est ratio: aliam Juris esse dicimus, aliam Juris, & de Jure. Et illa quidem probationem contrariam admittit, ut post (3) Speculatorem IC. Latini omnes asseverant,

(1) *De præsump. reg. 1.*
(2) *De Præsump. q. 1. & seqq.*
(3) *In Synops. Attal. ad ti. de Præsump. schol. 1.*
(4) *d. tit. de Præsump. per tot.*
(5) *ad li. 22. Pandect. ti. 3.*
(6) *Ad novell. 8. Leon. in princ.*
(7) *In Synop. Jur. Græc. tit. de prob.*
(8) *nos. 12. in Apost. Con.*
(9) *in d. Novell. 8. in med.*
(10) *c. 1. 12. q. 1. c. oves 6. q. 1. c. si quis verò 86. di. c. licet heli. de Simon.*
(11) *in l. merito ff. pro soc.*
(12) *Ubi supra ad l. 8. eod. titulo.*
(13) *in l. 1. col. 6. C. de ser. fugit.*
(14) *de Præsump. reg. 3. præsū. 1.*
(15) *in c. estote de reg. Jur.*
(16) *1. ad Corinth. c. 13. n. 4.*
(17) *in l. ipsi quidē in fin. ff. quod met. causa.*
(18) *in c. cum locū de Spons.*
(19) *in repet. l. un. ff. de rap. Virg. col. 3. n. 7.*
(20) *Schol. 8. ad Synop. Attal. tit. de præsump.* (21) *ad d. lib. 22. tit. 3. l. 3.* (22) *in l. milites la 2. ff. de re militar. §. pen.* (23) *Ubi supra Schol. 9.* (24) *Ubi supra d. l. 3.* (25) *in l. fin. in princ. ff. quod met. cau.* (26) *de præsump. Reg. 1.*

(27) *l. minor 25. annis ff. de minor. l. verū ff. de donat. inter vir. & uxor. l. ob carmen §. si testes ff. de test.*
(28) *l. cū pan. ff. de oper. lib.*
(29) *c. dudum. de præsump. l. merito ff. pro soc. l. servus l. jurisjur. C. de probat. glos. in c. 1. de scrutinio.*
(30) *in c. statutum §. cū verò ver. ab aliquo de rescrip. in 6.*
(31) *c. cū in jure col. 1. de off. deleg.*
(32) *Ubi supra in fine*

(1) *d. tit. 3. l. 3.*
(2) *d. regula 1.*
(3) *tit. de præsump. §. species n. 4. sequitur Barth. in l. sive possidetis C. de prob. & in l. sciendum ff. de Ver. oblig. Abbas in c. is qui de sponsal.*
(4) *In d. Novell. 8. āte fin.*
(5) *in c. proposuisti de Probat.*
(6) *Penes Canonar. ch. de vi can. tit. de prob. ad Synod. Trull.*
(7) *l. ātiq. C. ad Vellejan. l. fin. C. ad macedon. l. à D. Pio. §. si pignora ff. de re jud. specul. ubi supra n. 5.*

Digitized by Google

rant, & ex Nostris docuit (4) Harmenopulus, nec repugnat aut Jus (5) Pontificium, aut Jus (6) nostrum. At hæc adeò certa est, ut, si tentes oppositâ probatione vim ejus effugere, nihil agas: Id, quod multiplici (7) Juris communis authoritate manifestum est; quare necessaria dicitur, quia super hac Præsumptione lex firmum sancit Jus, eamque pro certissimâ veritate habet, ut (8) Speculator edisserit, exemplisque demonstrat, quod præstat etiam in re hæreticorum fusiùs, & doctiùs (9) Simancea, Franciscus (10) Pegna, Ludovicus (11) à Paramo, Martinus (12) del Rio. Vel potiùs, ut mihi videtur, necessaria dicitur eò, quòd cogat, & adigat judicem ad præstandam fidem, ferendamque sententiam juxta ea, quæ per ipsam probantur, quòdque nec tergiversatione aliquâ refelli queat, orta ex violentis, convincentibus, & coercentibus conjecturis, ut asserit, & multis probat (13) Eymericus. Vide hac de re multa utilia penes Prosperum (14) Farinaccium, & plura penes (15) Diplovatacium nostrum ex Græco Jure deprompta, quæ frustra convellere tentat (16) Rojas, arbitratus, contra hanc Præsumptionem admitti probationem posse, & quidem, uti ajunt, *directam*. Nam de eâ, quæ *indirecta* dicitur, sive obliquâ, non ambigo. Novi enim admitti posse, quemadmodum & (17) Simanca docuit, & Pegna (18) recipit, & probat (19) Farinaccius, quorum opinionem veram esse pronunciarunt Jurisconsulti nostri, qui, duce Matthæo (20) Monacho, palam tradidere: *τὴν μεγάλην πρόληψιν ἀποδεῖξαι ἐναντίως καταπολεμῆσαι οὐκ ἔξεστιν, εἰμὴ βουλομένῳ ἀποδεῖξαι, ὅτι ψευδὲς ἐκεῖνο, ὃ προτίθενται οἱ ἀντίπαλοι, ὡς τοῦ νόμου ποιοῦν τὴν μεγάλην, καὶ ἀήττητον πρόληψιν. Magnam Præsumptionem* (Juris, & de Jure intellige, maximèque violentam) *probatione contrariâ superare non licet, nisi ei, qui velit ostendere falsum illud, quod proponunt adversarii quasi Legis faciens magnam, & invictam Præsumptionẽ.* Quibus verbis, quæ aliunde invicta præsumptio dicitur, unà vinci posse dicitur, si obliquè labefactetur id, unde videtur exorta. Quò fit, ut penes utranque Gentem Præsumptio hæc validissimè probet, & ad rei legitimam evidentiam referri queat, ut ex illa ritè sententia, vel repulsa lata probatissima sit.

III. Hinc Antistes hac etiam utetur in hoc Examine. Ex eâ enim si rejiciet, ritè rejiciet. Neque obsunt, quæ ex Juribus perperam intellectis, & ridendum prorsus in modum explicatis objiciunt Photiani, rati ex Præsumptione nullo modo judicandum esse. Ea enim omnia, quæ (1) alibi protulimus, & profligavimus ulti Doctoreculi cujusdam in Gentem nostram contumelias, ea, inquam, omnia, & quæcunque alia sive (2) Margunius, sive (3) Coressius, sive (4) Corydaleus congessit de levi, ac temerè conceptâ præsumptione intelligenda sunt, ex quâ potest quidem aliquando, & in gravissimis criminibus oriri suspicio, ut apertè docet effatum (5) Justiniani utrique Genti receptum, atque universim constituens, *adversis sanctionibus debere succumbere eos, qui vel ex levi argumento à judicio Catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deviare*: non tamen potest judicium plenum, & certa sententia ferri: cùm contra ex Præsumptione Juris, & de Jure certissima, efficacissima, probatissima condemnatio ferri queat, quemadmodum post (6) Harmenopulum, & (7) Diplovatacium, Latini docent cum Joanne (8) de Anania, (9) Geminiano, & (10) Franco, quibus adstipulatur Umbertus (11) Locatellus, & author (12) Repertorii Inquisitorum, (13) Squillacensis etiam, & (14) Carrerius, (15) Bossius, (16) Eymericus, (17) Pegna, (18) Decianus, (19) Menochius, quos refert, & approbat (20) Farinaccius. Quorum omnium authoritate, quæ Græca simul, & Latina est, constituta Præsumptio hæc potentissima, ad adstruendum, constituendumque idipsum, propter quod à Photianis passim rejicitur, & propalam reprobatur, utilissima erit. Etenim non aliam ob causam Præsumptionem ii, quos superiùs retuli, aliique ex Photianis quamplurimi receptam palam Jure utriusque Gentis clarissimo, manifestissimo, damnant, nisi quòd ea validissimè, uti existimant, comprobatur suprema Romani Pontificis Authoritas nulli subjectorum Pontificum comparanda, quippe quæ supergreditur omnes, & in omnes apprimè dominatur. Testatur hoc Magnus ille Theologus Byzantinus, quem Photiani hoc sæculo Theologicè delirantem Oraculi ritu auribus arrectis, bibulisque audierunt, ne nimirum novus Orpheus deesset Græciæ, qui contra quàm priscus ille, non saxis adderet sensum, sed hominibus demeret. Is porro in Libello, quem sæpe produximus, quoque Nili Rhodii crassas ineptias commentario dignatus est, sic (21) notat. *ἀλλὰ τῶν λατινικῶν ἐπιχειρημάτων τὸ ἰσχυρότατον ἐκ τῶν προλήψεων ἀναδίδοται. λέγουσι γὰρ, ἔκτε παραδόσεως, ἔκτε νόμων κανονικῶν φανερὸν εἶναι, ὅτι ὁ τῆς Ῥώμης ποιμὴν, ποιμήν ἐστι τῆς οἰκουμένης, τοῦτο λεγόντων τῶν τε κανόνων, καὶ τοῦ ἔθους. ἡμεῖς δὲ δυσχερὲς λογιζόμεθα περὶ τούτων πολυπραγμονεῖν. εἴδομεν γὰρ, ἀποφαίνεσθαι, ὅτι ἐκ προλήψεων οὐδεμία ἀπόδειξις· καὶ τοῦτο διαμαρτυρούμεθα βεβαίως τὰς ἀγχινοίας πάσας χλεύην τιθέμενοι, καὶ γέλωτα. Sed Latinarum argumentationum robustissima ex præsumptionibus proponitur. Dicunt enim & ex Traditione, & ex legibus Canonum manifestum esse, Romanorum Pastorem Pastorem esse Orbis Terrarum universi, hoc dicentibus tum Canonibus, tum consuetudine ipsa. Nos verò difficile reputamus de his superstitiosis agere. Novimus enim inficiari, ex Præsumptionibus ullam esse probationem: atque hoc certissimè testamur deridentes argutias omnes.*

IV. Hæc aliquando ingenuè Coressius, fassus palam, qui omnia Latinorum argumenta futilia nuncupat, hoc unum difficile. Quod tamen reipsà adeò Latini contemnunt, ut illud ad rei aliunde certissimæ, solisque fortassis in Græcia Photianis obscuræ probationem minimè conferant. Quare eo neque (1) Bellarminus, neque (2) Allatius utitur ex recentioribus, neque ex Antiquis Hugo ille (3) Heterianus, qui multa scripsit in Photianos diu inter ipsos versatus in aula Manuelis Comneni, neque Manuel (4) Calecas, aut Joseph (5) Methonensis hoc argumentum adduxit, ut dementiam Eugenici Marci retunderet. Et sanè præsto sunt argumenta robustissima aliunde deducta, queis

(8) d. §. *species n.* 5.
(9) *Cath. Instit. tit.* 50. n. 26. *& in Enchir. rub. de præsump.* n. 4. *seq.*
(10) *In Additio. ad Eymeric. lit. D. vers. hæc præsump.*
(11) *de Origin. Inquisitio. l.* 3. q. 4. n. 29.
(12) *Disquisit. Magic. lib.* 5. *Sect.* 12.
(13) *In Direct. Inquis. p.* 2. q. 26. n. 10.
(14) *De hæres. q.* 187. à n. 45. *et seq.*
(15) *d. tit. de Prob.*
(16) *Singul.* 163.
(17) *Cath. Instit. tit.* 51. n. 13.
(18) *ad Eymeric. p.* 2. q. 55. *Commen.* 80. *vers. fin.*
(19) d. q. 187. n. 50.
(20) *Sch.* 13. *in tit. Attaliat. de præsump.*

(1) *Respons.* 3. *in caus. Spagnoli* à n. 8.
(2) *In Antirrh. pro Marco c.* 13.
(3) *De error. Ital. lib.* 1.
(4) *In* 1. *lib. Arist. Ethic.*
(5) *in l.* 2. *in fin. C. de hær.*
(6) *Ubi supra.*
(7) *Ubi supra.*

(8) *in c. ad abolendam* n. 26. *col. pen. de hæret.*
(9) *in d. c. ad abolendam.*
(10) *in d. c. ad abolend.* n. 12.
(11) *in Judic. Inquis. vers. præsump.* n. 4 & 19. & *verb. suspicio* n. 9.
(12) *Verb. præsump. vers. sed nota.*
(13) *de fid. Cath. c.* 31. n. 3. & c. 32. n. 2. *ad fin.*
(14) *de hæret.* n. 118.
(15) *de hæret.* n. 5. *vers. quod etiam.*
(16) *In direct. p.* 2. q. 55. n. 10.
(17) *In addit. ad Dir. lit. I.*
(18) *In Tract. Crim. l.* 5. c. 20. n. 23.
(19) *de præsump. lib.* 1. q. 100. n. 15.
(20) d. q. 187. n. 46.
(21) *In Calce ad Syn. Nili in ipso libro de Primatu Papæ.*

(1) *Tom. Contr. de Rom. Pon. Tom.* 1.
(2) *De cõsens. utriusq; Eccl.*
(3) *In libris contra Græcos.*
(4) *in libris de Error. Græcor.*
(5) *In antirrhet. contra Marcũ.*

queis Romanæ Ecclesiæ Sacer Principatus adstruitur adeò manifestè, ut nullus Perfidiæ nequicquam oblatraturæ sit locus. Amabo, qui ductum ex præsumptione argumentum unum difficile creditis, cætera omnia contemnitis, quid ex Monarchia Ecclesiæ, argumento per (6) Bessarionem deprompto, quid, inquam, quod sapiat, respondebitis? Non ego cum Lutheranis, Calvinianisve negaturis, quod ipsi recipitis, disputo: Vobiscum mihi quæstio est. Ecce, vos ipsi Authores estis, Ecclesiam non Aristocratico, ut quidam ex vobis dixere, aut dicere voluere, sed imperio Monarchico gubernari. Probent id alii, quòd Monarchia optimum sit inter Regimina ex (7) Homero, ex (8) Isocrate, ex (9) Herodoto, ex (10) Platone, (11) Aristotele, & (12) Plutarcho, relatisque Græcis à (13) Stobæo, cui palam adstipulantur plerique Latinorum cum (14) Seneca. Probent ex plurimis Monarchiæ conditionibus, effectibus, Virtutibusque, quas latè descripsit (15) Bellarminus. Probent ex comparationibus, & Allegoriis, queis Ecclesia proponitur in Sacris Paginis, nunc (16) Exercitui similis, nunc (17) Gregi: itidemque ex effatis Verbi divini, quæ Ecclesiam (18) Regnum appellant: Quæ omnia Monarchiam planè præseferunt. Mihi enim non aliunde verissimum hoc Axioma, quàm ex Photianorum, ex vestris, inquam, assertionibus probandum est. Sit, nec ne aliunde hæc veritas certa, haud sedulus curo; contendo, certissimam esse vobis fidejubentibus. Nam primò id docuit Pater ille vester (si semivir filios habere legitimos potuit) (19) Photius, cujus hæc verba luculentissima sunt. *ἱεραρχίαν ἔλαβεν ἡ ἐκκλησία ἐκ τοῦ αὐτῆς νυμφίου Χριστοῦ, καὶ ἱεραρχία αὐτοῦ μοναρχία ἐστί. Τὸ γὰρ ἀριστοκρατικὸν, κρεῖττόν γε τοῦ δημοκρατικοῦ τελειότερον, ἀτελές, τοῦτο καὶ φύσεως δογματιζούσης ἐφ' ἑνὶ μέλει τὰ λοιπὰ τεθεικυίας: Sacrum Ecclesia imperium accepit à suo Sponso Christo, & Imperium hoc sacrum Monarchia est. Nam Aristocratia, tametsi Democratiâ perfectior, imperfecta est: hoc nimirum docente ipsa Natura, quæ uni membro cætera membra subjecit*. Secundò, idipsum censuit (20) Cerularius. Nam sic in Synodico contra rebelles Abbates: *ἀγνοοῦντες δὲ τὴν μοναρχικὴν δύναμιν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ὅτι εἰς τὸ ἓν πάντα τὰ ἅγια καταφέρεται κυβερνώμενα, πολυκράτειαν ἑαυτοὺς πεποιήκασιν. Ignorantes vim Monarchicam Ecclesiæ, quòdque ad unum omnia Sancta regimini subjecta referuntur, se ipsos Polycratiam fecere*. Tertiò (21) Nicolaus III. Patriarcha circa annum Christi MLXXXIV. adversus eos, qui Stauropegia Patriarcharum (hoc nomine subductas jurisdictioni Ordinariorum Antistitum, subjectasque uni Patriarchæ CP. Ecclesias censent, de quo vide (22) Goarium, & Codicem Juris (23) Græco-Romani) damnabant, Jus illud *Patriarcharum* supremâ penes Nostros authoritate constituens, *καὶ τοῦτο*, inquit, *δῆλον ἐκ τῆς μοναδικῆς, καὶ μοναρχικῆς ἱεραρχίας, ἣν οἱ ταπεινοὶ, καὶ ἀνάξιοι Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος χάριτι πολιτευόμεθα· εἷς γὰρ ποιμὴν ἐν ὁποίᾳ ἂν ἐκκλησίᾳ, καὶ οὐ πολλοὶ, ᾧ τὰ πάντα ὑπόκειται· καὶ εἷς ἐν ποιμέσι τοῖς ὑποτεταγμένοις ποιμὴν αὐτοῦ, οὗ ἀκούειν ἀνάγκη ἀκούοντα τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀοράτου ποιμένος. Hoc autem manifestum ex singulari, & Monarchicâ Hierarchiâ, quam nos humiles, & indigni Christi Servatoris gratiâ regimus. Nam unus in unâquaque Ecclesiâ Pastor, & non multi, cui omnia subsunt. Et unus inter Pastores subjectos eorum Pastor, quem audire necesse est audientem verba Christi Pastoris, qui non videtur*. Eadem docuit eandem ob causam (24) Joannes VIII. circa annum Christi MCXI. & (25) Leo Stipiotes; Quæ mox eodem sæculo confirmavit Michael (26) Oxites. Sæculo verò XIII. Manuel (27) Philosophus, & post eum (28) Germanus II. Imò & Georgius (29) Cyprius, qui Sanctissimo Viro Joanni Vecco insidias struens ad vilissimam Democratiæ conditionem Ecclesiam deduxerat, ubi pretium perfidiæ præfectas toti Græciæ Infulas nactus est, contraria penitùs docuit, (30) edixitque: *ἀνάθεμα τῷ τολμῶντι λέγειν, ὅτι οὐ μοναρχικὸν τὸ πολίτευμα τῆς ἐκκλησίας: Politiam Ecclesiæ non esse Monarchicam*. Quare à Metochita (31) Georgio acerrimè vapulavit toti Græciæ inconstantia, & hypocrisis ejus apprimè descripta, atque eleganter proposita. Similia occurrent in Decretis pro Palama, & in ejusdem Palamæ defensione penes Archiphotianum, & Palamitam (32) Philotheum. Quin imò (33) Hieremias Pontifex Photianus superioris sæculi his ipsis verbis Orthodoxi Gennadii usus: *τὸ δὲ*, ait, *τὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πολιτείαν μοναρχικὴν πᾶσα ἡ οἰκουμένη ὁμολογεῖ, καὶ διαμαρτύρεται· ἡμεῖς δὲ οἱ Γραικοὶ πάντοτε οὕτως δεδογματίσμεθα, καὶ βεβαίως πιστεύομεν, καὶ καλῶς ἔχομεν ἐν πράξει, αἱρετικούς τε νομίζομεν τἀναντία διδάσκοντας. Esse autem in Ecclesiâ regimen planè Monarchicum totus Terrarum Orbis fatetur, & testatur. Nos autem Græci semper hunc in modum credere docti fuimus, & certissimè credimus, & bene ad praxim deducimus: hæreticos autem judicamus eos, qui contraria docent.*

V. Manifestum est ex ipsâ Photianorum sententiâ, Ecclesiam Imperium Monarchicum esse, atque adeò Principem in eâ omnium unum recipi oportere, eumque sanè subjectum oculis, & à Christo, qui extra obtutus nostros est Princeps, & pastor Ecclesiæ, ut Patres dicunt, ἀόρατος, planè distinctum. Id, quod constat ex Juribus Photianis hactenus productis, ne quis Lutheranorum, Calvinianorumque ridendas ineptias secutus Monarchiam putet Ecclesiam, quòd uni Principi Christo subest. Non hoc probant Jura Photiana relata, quemadmodum neque illud, quod (1) Margunius cum recentioribus quibusdam repentè Theologis asserit: Monarchiam sub Principe dignitatem, non potestatem supremam habente. Nam, si utrunque hoc Juribus illis probari velis, in primis palam fatebere, ea manifestè desipere: deinde & illud constitues, iis nihil confici ex illis, propter quę lata sunt. Nam solemnis, & aperta dementia est, si Monarchiam eam dicas, ubi Princeps ex se nihil potest: in quâ, sedente Principe, alienis omnia suffragiis peraguntur. Quæ enim Aristocratia, imò quæ Democratia hoc non habet? Reges habuisse Spartam, Archontas Athe-

(6) In Epist. Circ. ad Gennad. c. 3. (7) Iliados β. (8) Orat. ad Nicoclem. (9) In Thalia hoc est li. 3. (10) ἐν πολιτικῷ nl. ... ra med. (11) libr. 8. Ethic. c. 10. (12) opusc. de monarch. & in Solone. (13) Sermone 45. (14) lib. 2. de Benef. (15) Tom. 1. Cōt. ult. de Rom. Pōt. l. 1. c. 2. per tot. (16) Cant. c. 6. n. 3. (17) Act. c. 20. n. 28. (18) Psal. 2. n. 6. & Luc. c. 1. n. 33. (19) In Epist. Encyclic. extat inter Orat. Palamæ, & inter libros Philothei, citaturque à Canonarcha de Vi Canon. c. 12. (20) Extat apud Canonarcham ubi supra c. 24. de schismaticis, & eod. tit. apud Diplovat. (21) apud Canonarch. ibidē. tit. de Staurop. c. 20. (22) In Euchol. tit. observat. circ. crucifix. not. 1. pag. 612. (23) Tom. 1. lib. 3. Jur. Synod. lib. 1. in Decr. Germani p. 235. (24) apud Diplovat. tit. de exemption. & apud Canonarcham. (25) apud Canonar. in form. Synodic. n. 6. (26) apud eundem ibidem n. 29. (27) apud eūdem ibid. n. 12. (28) apud eūdem ibid. n. 64. (29) In Orat. 1. contra Veccum. (30) apud Canon. ibid. n. 32. (31) refutat. 1. cōt. Cyprium circ. med. (32) Penes Con. eod. loco n. 42. & in Ora. 3. pro Pal. (33) In resp. ad Martinū Crus. extat in Syllog. Just.

(1) In antirrh. pro Marc. c. 2.

Digitized by Google

(2) *Annal. lib. 1. sub init.* (3) *In Politico.* (4) *lib. 3. Polit. c. 5. & li. 8. Eth. c. 10.* (5) *lib. de confus. linguar.* (6) *Orat. exhortat. ad Gent.* (7) *Orat. adversus Idola.* (8) *Tract. de Idolor. Vanitat.* (9) *Epist. ad Rustic. monach.* (10) *1. p. q. 103. ar. 3. & l. 4. contr. Gent. c. 76.*

thenas, Historia docet: illam tamen Aristocratiam nemo non dixerit, in quâ ab Ephoris, Rege otiante, procurabatur Respublica: hanc verò sine controversiâ Democratiam novimus, in quâ, præsidente publicâ Dignitate, potestas omnis penes Populum fuit. Ipsa Romana Respublica non sub Consulibus tantùm geminis, aut sub Decemviris, sed etiam sub Dictatoribus, jure popularis Politiæ pessundata est, donec omnia in Augustum cessere, qui, ut ait (2) Tacitus, cuncta discordiis civilibus fessa nomine Principis sub imperium accepit, cui adeò suprema potestas necessaria, si Princeps est, ut neque Monarchia sine uno Principe, neque Princeps sine potestate suprema esse possit, quemadmodum apertè colligitur tum ex (3) Platone, & (4) Aristotele, tum ex (5) Philone, Justino (6) Martyre, (7) Athanasio, seclusis etiam (8) Cypriano, (9) Hieronymo & (10) D. Thoma, quos non agnoscunt Photiani. Sequitur ex his, Monarchiam illam esse, quâ per Principes supremâ fungentes potestate, omnia gubernantur, eosque planè desipere, qui Monarchiam sine uno Principe, eodemque potestatem, ac dignitatem habente constituunt. Quod ne dicas, neve de Patriarchis tuis OEcumenicis asseras, Photiane, cogeris fateri, Ecclesiam, si Monarchia est, sub uno Principe esse potestatem unâ, dignitatemque præ se ferente.

VI. Accedit, uti dicebam, si vera Margunius comminiscitur, nihil confici decretis illis Photianis. Illis enim Constantinopolitani Patriarchæ nihil aliud affectarunt, quàm supremam in Ecclesia potestatem, paremq; titulo OEcumenici, quod à Jejunatore Joanne impotenter adsumptum Gregorius ille Dialogus validissimè impugnavit: Atqui si Monarchia esse posset sine Principe cum dignitate suprema parem potestatem habente, frustra ex Monarchiâ Ecclesiæ supremam sibi potestatem arrogassent. Igitur vi decretorum illorum infertur, Monarchiam sine Principe supremam potestatem habente esse non posse. Constat Syllogismi consecutio ex formâ legitimâ argumentationis. Minor positio manifesta est. Nam, si illa decreta percurras, invenies, Supremam potestatem in Ecclesia asseri Patriarchis Byzantinis, quòd Ecclesia Monarchia sit. Consecutio autem hujusmodi nulla esset, siquidem Monarchia esse sine principe supremam potestatem habente posset. Quòd autem illis decretis supremam potestatem sibi asserere Patriarchæ affectarint: atque adeò, quòd Propositio Syllogismi nostri sit vera, manifestissimum est. Etenim locus Photii contendit, Constantinopolitano Antistiti Patriarchas omnes esse Subjectos, quod probat ex Urbe ipsa Constantinopoli, quæ totius Orbis Princeps cùm esset, translato in eam Româ Imperio, præesse omnibus Sacris etiam videbatur, quemadmodum olim Romanus Pontifex. Unde infert, parem esse & Pontificis potestatem, atque æque patentem, illam, quod ad Sacra pertinet, hanc, quod attinet ad profana: ac quemadmodum dignitas Constantinopolitani Principis in omnem Orbem, ut ipse ineptè docet, Christianum porrigitur potestate, authoritateque profanâ, ita protendendam Constantinopolitani Pontificis potestatem Sacram in totum Orbem Christianum. Id, quod ex Monarchia mox confirmat. Nam si Monarchia Ecclesia est, unus erit in Ecclesia Princeps, subjecti cæteri: atque adeò unus Patriarcha jurisdictionem habens in omnes. Hoc admisso, hunc Patriarcham CP. affirmat, quod Constantinopolis Princeps sit Urbium. Vides, nullam vim habiturum Photii argumentum, si Monarchia in Principe sit dignitatem, non potestatem habente Supremam. Idipsum sequitur ex decreto Cerularii, qui non aliunde detrectantes parere sibi Cœnobiarchas, asserentesque se Antiocheno subjectos Antistiti, anathemate percutit, quasi rebelles, ac refractarios ei potestati supremæ, quam sibi asserit ex Ecclesiasticâ Monarchiâ. Quid Cyprius? Et is negat, esse posse Christianum ullum, qui sese potestate Byzantini Pontificis jure subducere queat, quòd Monarchia sit in Ecclesia, quâ scilicet ipse fungeretur. At Palamam Philotheus ab obtrectationibus, & maledictis Gregoræ cùm defendit, palam inficiatur, posse ab Albo Divorum abradi eum, quem Byzantinus Antistes inter Divos retulerit, quòd in Antistite Byzantino omnis potestas sit, quam probat ex Monarchia. Idem somniantur cæteri, quos retulimus, quando hanc potestatem, & quidem eximiam, subducendi subjectos potestati Episcoporum, sibique subjiciendi, Constantinopolitano Pontifici collatam tot Synodicis asseverant, atque ex Ecclesiæ Monarchiâ iterum, iterumque confirmant. Ut planè certissimum sit, Jure Photiano eam recipi Monarchiam, quæ non dignitatem supremam, sed potestatem præseferat, eamque non ἀόρατον, sed ὁρατὸν, non in Christo, sed in Præsule aliquo, qui mortalis Princeps Ecclesiæ sit militantis. Nam si dicas Monarchiam Ecclesiæ ad Christum referri, atque in hunc sensum à Photianis Monarchiam Ecclesiam appellari, eadem stultitia Decretorum illorum procedet in medium, ostendetque, quemadmodum in cæteris, in hoc etiam Jus Photianum desipere.

VII. Hoc igitur caput esto, hoc fundamentum, uti dicimus, inconcussum stet, recipiendum, agnoscendumq; imò agnitum, receptumque Photianis ipsis, esse in Ecclesia Monarchiam veram, ac propriam, atque adeò esse in Ecclesia ὁρατὸν Principem fungentem, functurumve, cùm oportuerit, supremâ potestate. Hoc admisso, receptoque, quis iste sit Princeps, videamus. Contendo, manifestum esse, id imperii, atque Principatus soli Romano Pontifici tribuendum. Certè, si alicui tribuendum est, (tribuendum autem omnino ex dictis alicui est) Ei, qui Petri Successor est, Ei, quem OEcumenicæ Synodi Principem Ecclesiæ nuncuparunt, Ei, quem Patres & Sanctissimi, & Sapientissimi Ecclesiæ utriusque lumina fulgidissima Pastorem omnium, Patrem, Magistrum asseruere, Ei, quem appellare unum omnibus ultimum licuit: Ei, denique, qui omni ævo hanc potestatem supremam, & Monarchiæ sacræ consentaneam usurpavit, nemine reclamante; interposuit tacentibus omnibus; exercuit omnibus approbantibus. Atqui is Romanus est Pontifex: huic ergo id imperii tribuendum, huic Principatus asserendus. Propositionem si ne-

Digitized by Google

si neges, primùm oportet, stupidos omnes affirmes, quotquot ante Octavum Sæculum vixere Patres, qui supremæ munia potestatis usurpantem tulere, summâ jurisdictione fungentem laudavere, ac Tyrannidem, si vera dicitis, exercentem passi paruere imperio non legitimo, probavere mandata non valida, authoritatem malè conciliatam venerati sunt. Deinde damnes opus est Appellationes omnes contra morem, ritumque Judiciorum oppositas: dicta Patrum Sanctissimorum contra Jus, fasque prolata, sententias Conciliorum iniquas. Denique alterutrum necesse est affirmatè constituas, vel Successori negandam Antecessoris Potestatem, vel Petro supremam in Ecclesia potestatem defuisse. Porro, cùm ea omnia impia, totique Ecclesiæ prorsus injuriosa sint, ipsisque Photianis nefaria, utrumque hoc postremum absurdissimum erit. Nam, si inficias eas, deberi Successori potestatem eandem, quâ functus Præcessor est, jam ritè negabimus, eam in Episcopis potestatem esse regundæ Ecclesiæ, quæ in Apostolis fuit. Unde enim ostendes, posse Antistites, id, quod possunt, esse Christi Vicarios, supra Presbyteros esse, appellarique Hierarchas, Principes Sacerdotum, Pastores Ecclesiarum: quæ omnia passim (1) Photiani ipsi cum totâ Græciâ docent, affirmant, religiosèque contra Pestes Arctoas tuentur: nisi ex eo, quod Successores Apostolorum censeantur, ac sint, ut palam edicit omnibus Neocæsariense (2) Concilium, Leo (3) Magnus, (4) Augustinus, (5) Hieronymus. Ea igitur ipsa potestas in Successore est, quæ in Præcessore; nec minor, si de potestate, & imperio sermo sit, Constantinus XII. quo ultimo liberi viximus, quàm Constantinus I. quo authore nostrum cœpit Imperium. Unde statim infertur, eam esse potestatem in Successore Petri, quam Petrus habuit.

(1) *Vide Balsam. in c. 13. Neocæs. Blastar. aliosque om. Balsam. in meditat. 1. & in respons. ad Mar. Alex. Nectar. Abb.* in *Epist. ad Georg. Corcyrē. & alios.*
(2) *Can. 13.*
(3) *Epist. 88.*
(4) *in psal. 44. in illa: pro Patribus nati sūt tibi filii.*
(5) *In Epist. ad Marcell. lā de erroribus Mōtani.*

VIII. Jam hæc Petri potestas suprema est, porrectaque ad omnes, ac toti Ecclesiæ præfecta. Id, quod ostendi posset, si vacaret, quòd fundamentum appelletur Ecclesiæ ex illis (1) Christi: καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν: *& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, quæ hanc in sententiam accipienda, intelligendaque esse, Ecclesia nostra, ut omittam Latinos, (2) Tertullianum, (3) Cyprianum, (4) Hilarium, (5) Ambrosium, (6) Hieronymum, (7) Augustinum, Leonem (8) Magnum, quos vos ipsi Photiani recipitis; Ecclesia, inquam, nostra fatetur. Scilicet in Chalcedonensi (9) Concilio Petra dicitur Petrus, & crepido Ecclesiæ: illum fundamentum Ecclesiæ, ac petram solidissimam, in qua Christus fundavit Ecclesiam (10) Origenes asserit, & (11) Athanasius: *tu es*, inquit, *Petrus, & supra fundamentum tuum Ecclesiæ columnæ, id est Episcopi, sunt confirmatæ*: σὺ εἶ πέτρος, καὶ ἐπὶ τὸν θεμέλιόν σου αἱ στῦλαι τῆς ἐκκλησίας, οἱ ἀρχιερεῖς, ἐστηρίχθησαν. (12) Basilius: *Petrus*, ait, *propter fidei excellentiam Ecclesiæ ædificationem suscepit*. Τὸν διὰ πίστεως ὑπεροχὴν ἐφ' ἑαυτὸν τὴν οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας δεξάμενον: (13) Nazianzenus sic loquitur: *Petrus petra vocatur, atque Ecclesiæ fundamenta fidei suæ credita habet*. Πέτρος πέτρα καλεῖται, καὶ τοὺς θεμελίους τῆς ἐκκλησίας πιστεύεται. Epiphanius (14) etiam: *Dominus*, inquit, *constituit Petrum primum Apostolorum, Petram firmam, super quam Ecclesia Dei ædificata est*. Τὸν πρῶτον τῶν Ἀποστόλων, τὴν στερεὰν πέτραν, ἐφ' ἧς ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ᾠκοδόμηται. At (15) Chrysostomus Petrum Basim Ecclesiæ nuncupat, (16) Cyrillus Lapidem firmissimum, in quo totius Ecclesiæ constructum est ædificium. Clarissimè (17) Psellus noster magnus æquè Theologus, ac sapiens Jurisconsultus, Verba Sponsi crura Sponsæ columnis marmoreis æquiparantis explanans: ἐν ταῖς κνήμαις, ait, νόησον πέτρον τῶν Ἀποστόλων τὸν Κορυφαῖον, ἐφ' ᾧ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ οἰκοδομῆσαι ὑπέσχετο: *per crura Petrum intellige Principem Apostolorum, super quem Dominus in Euangelio Ecclesiam suam se ædificaturum promisit*. Huic (18) Theophylactus subscripsit explicans relata verba Christi: *post me*, inquit, *Petra es, & fundamentum Ecclesiæ*. Μετ' ἐμὲ πέτρα εἶ, καὶ θεμέλιος τῆς ἐκκλησίας: Quæ omnia confirmat (19) Euthymius dicens: *ponam te fundamentum credentium, ædificabo super te Ecclesiam meam*. Θήσω σε θεμέλιον τῶν πιστῶν, ἐποικοδομήσω σοι τὴν ἐκκλησίαν μου. His porro probari Principatum Petri, supremamque ejus authoritatem non Latinus aliquis ex iis, quos rejicitis, sed (20) Ambrosius, quem adoratis, sed Gregorius (21) Dialogus, quem etiam Græcum fecistis, affirmant: confirmatque amplissimè magnus ille (22) Chrysostomus, cui Photiani quam exceptionem opponent? Idipsum constitui posset ex illis ejusdem (23) Christi verbis: καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν: *& tibi dabo claves regni Cœlorum*: Et (25) ex illis: ποίμαινε τὰ πρόβατά μου: *pasce oves meas*, ex quibus supremam potestatem Petro collatam asseruere relati Gregorius, & Chrysostomus locis laudatis, & (26) alibi, queis adde (27) Epiphanium, (28) Ambrosium, (29) Leonem, & (30) Theophylactum, quo teste, illis: *pasce oves meas*, finito prandio præfecturam Orbis Terrarum Petro commisit, non alii, Theophylactus, inquit, sed huic, Petro scilicet, tradidit: τῷ Πέτρῳ τὴν προστασίαν τῶν τῆς οἰκουμένης προβάτων ἐγχειρίζει, οὐκ ἄλλῳ δὲ, ἀλλὰ τούτῳ ταύτην δίδωσι. Quid apertius haberi potuit à Græco, & Photiano?

(1) *c. 16. Matth. n. 18.*
(2) *lib. de præscrip.*
(3) *In Epist. ad Quintū.*
(4) *in c. 16. Matthæi.*
(5) *Serm. 47.*
(6) *In d. c. 16. Matth.*
(7) *Serm. 15. de Sanctis.*
(8) *Serm. 2. de anniverſ. suæ assumpt.*
(9) *Act. 3*
(10) *Hō. 15. in Exod.*
(11) *In Epist. ad Felic. Papam.*
(12. *li. 2. in Eunomium.*
(13) *Orat. de moderat. Servan. in disput.*
(14) *In Ancor.*
(15) *Hō. 4. in c. 6. Isaiæ.*
(16) *li. 2. c. 2. in Joan.*
(17) *in c. 5. Cantic. extat in Commēt. Theodor. in Cant.*
(18) *In c. 22. Lucæ.*
(19) *In d. c. 16. Matth.*
(20) *d. Serm. 47.*
(21) *li. 4. Ep. 32.*
(22) *Hō. 55. in Matth.*
(23) *V. d. c. 16. Mat. n. 19.*
(24) *d. c. 16. Mat. n. 19.*
(25) *c. ult. Joān. n. 18.*
(26) *In illa verba Joān. Pasce, &c.*
(27) *In Ancorato.*
(28) *In c. ult. Lucæ.*
(29) *Sermo. 3. de Assump. suæ.*
(30) *In c. ult. Joānnis.*

IX. Sed mihi hæc Veritas, seclusis omnibus, quæ hactenus produximus ex (1) Bessarione, unde ea, suppresso nomine, sibi vindicavit (2) Bellarminus, certissimè constat ex ipsis SS. Patrum nostrorum effatis, quæ apertè supremam Ecclesiæ potestatem Petro datam à Christo, & affirmavere, & palam confirmavere. Primus ad testimonium prodeat (3) Origenes, cujus hæc verba sunt: *Petro cùm summa rerum de pascendis ovibus traderetur, & super ipsum, velut super terram fundaretur, Ecclesia, nullius confessio Virtutis alterius ab eo, nisi Charitatis, exigitur.* Quæ Verba habes Græcè relata in celeberrimo sermone de Charitate Simeonis Theologi, unde Photiani hæc non esse à Latinis, aut à Bessarione conficta, ut passim jactant, agnoscent. Audis summam rerum, pascendarumque ovium Christi munus Petro fuisse commissum? Quid hæres, ex his verbis, summam in Petro potestatem agnoscere?

(1) *In Epist. Encyclica ad Græc.*
(2) *lib. 1. de Rom. Pont. à c. 10. & seqq.*
(3) *in c. 6. ad Romanos.*

An

Digitized by Google

An hæc ambigua? Audi Clariora. Eusebius (4) in Chronico de Petro loquens: *Petrus*, inquit, *Apostolus, natione Galilæus, & Christianorum Pontifex primus*. χριστιανῶν ἀρχιερεὺς πρῶτος. Quid his oppones Photiane? cùm de Jacobo agitur, Jerosolymorum Episcopus appellatur; cùm de Euodio, Antiochiæ præfectus dicitur, & sic de cæteris peculiaria proponuntur: cùm Petrus describitur, Sectæ totius Antistes, Christianorumque Pontifex nuncupatur. Idem (5) Eusebius eundem Petrum omnium Apostolorum probatissimum dicit, & maximum, primorum principem, ac ducem, & magistrum militiæ Dei; ut ex tot, tantisque noscas Epithetis, vel à tertio Ecclesiæ sæculo Græcis nostris fuisse constitutissimum, Petro potestatem summam Ecclesiæ fuisse concessam. Hinc (6) Basilius: *ille*, ait de Petro differens, *ille beatus, qui cæteris prælatus discipulis fuit, cui claves regni cælestis commissæ*. ὁ πάντων μὲν τῶν μαθητῶν προκριθεὶς, καὶ μακαρισθεὶς, ὁ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πιστευθεὶς, & (7) Nazianzenus de Hierarchiâ Ecclesiasticâ loquens: *Vides*, inquit, *quemadmodum ex Christi discipulis magnis utique omnibus, & excelsis, atque electione dignis, hic Petra vocetur, atque Ecclesiæ fundamenta fidei suæ credita habeat, ac reliqui discipuli post haberi se æquo animo ferant?* ὁρᾷς τῶν Χριστοῦ μαθητῶν πάντων ὄντων ὑψηλῶν, καὶ τῆς ἐκλογῆς ἀξίων, ὁ μὲν πέτρα καλεῖται, καὶ τοὺς θεμελίους τῆς ἐκκλησίας πιστεύεται, καὶ φέρουσιν οἱ λοιποὶ τὴν προτίμησιν; Utrunque, inquit Photianus, hunc Patrem de dignitate loquentem intelligo, non de potestate. *At præferri, & fundamentum* esse, ex hactenus dictis, potestatem significant, quare & (8) Photius, ante quàm planè desiperet, Aristotelem explicans ὁ προκείμενος, ait, τοῦτο σημαίνει, ὃ καὶ ὁ ἄρχων ἐξουσίαν ἔχων, ἐν ᾧ προκείμενός ἐστι, καὶ λέγεται. *Prælatus idem sonat, ac Princeps habens potestatem ejus, cui prælatus dicitur*, & ancipitis Sectæ, nec tam noster, quàm vester (9) Planudes Adagium illud enucleans, τεῖχος ἐπὶ ψάμμῳ. *murus super arena*. τὸ θεμέλιον, ait, πανταχοῦ ἀρχὴν ἐμφαίνει, ἀλλὰ διαφόρως. ἐν γὰρ τοῖς ἀψύχοις ἀρχὴν τοῦ πράγματος, ἐν δὲ τοῖς ἐμψύχοις ἐξουσίαν δηλοῖ. *Fundamentum ubique principium significat, sed diversimodè: nam in inanimis initium, in animatis potestatem demonstrat*.

X. Sed esto hæc non planè persuadeant Photianum, num ne illa quidem, quæ uterque Cyrillus ad eandem sententiam comprobandam edisserit? Jerosolymitanus (1) Petrum Apostolum excellentissimum Principem asserit, Alexandrinus (2) Principem, & caput cæterorum. Quid Joannes Chrysostomus? *Petrum*, (3) inquit, (Christus) *Ecclesiæ futuræ pastorem instituit*. Ἀνίστησι αὐτὸν τὸ φρόνημα, καὶ ποιμένα ποιεῖ. Cujus porro Ecclesiæ? an peculiaris alicujus, & quæ pars dicatur Ecclesiæ? Audi, quid (4) addat: *Deus concedere solus potest, ut futura Ecclesia tot, tantìsque fluctibus impetu irrumpentibus immobilis maneat*. Ecce Ecclesia illa, quam futuram appellat, universa Ecclesia est: Huic enim Deus uni concessit, immotam esse, invictamque omnibus perfidiæ nequicquam insidiantis artibus, cùm interea peculiares Ecclesiæ sæpe concussæ, sæpe fuerint etiam superatæ. Huic ergo futuræ Ecclesiæ, quam Deus immotam, invictamque voluit, Petrum Pastorem constituit: Quare (5) addit, *cujus pastor, & caput homo piscator, atque ignobilis*: Ἄνθρωπον ἁλιέα πέτρας πάσης στερρότερον ἀπέφηνε ποιμένα, Quæ omnia mox colligens sic breviter universa (6) complectitur: *Hieremiam uni Genti Pater, hunc autem universo Terrarum Orbi Christus præposuit*. Ἐκεῖνον μὲν ἑνὶ ἔθνει, τοῦτον δὲ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης. Eadem, & similia sæpe aureum Os illud asseruit, quæ plane consonant Epiphanio (7) dicenti: *Petrum elegit, ut dux esset Discipulorum*. καὶ ἐξελέξατο τὸν Πέτρον, ἀρχηγὸν εἶναι τῶν αὐτοῦ μαθητῶν. Si dux, ergo major potestate. An enim audeas comminisci impotem ducem, aut parem cum militibus, quorum dux est, potestatem habentem? Porro si dux discipulorum: omnium igitur, quotquot Christo crediderant; hoc enim vocabulo Christiani omnes ab initio censebantur ex (8) Actis: Quare idem Epiphanius (9) alibi: *hic est*, inquit, *qui audivit, pasce agnos meos, cui creditum est ovile*. Ovile, ait, non hoc, aut illud, sed uti dicimus, *indefinitè*: ut inde tandem intelligas, Petro curam ejus Ovilis creditam, de quo Servator ait, *fiet unum Ovile*, totius nimirum Ecclesiæ. Hæc apertissima Patrum nostrorum effata, ut Latinos omittam, (10) Cyprianum, (11) Ambrosium, (12) Augustinum, (13) Hieronymum, (14) Leonem, (15) Gregorium, (16) aliosque: Hæc, inquam, effata Photianis abunde constituent, Petri potestatem fuisse supremam, nec unius aut Urbis, aut Gentis, aut Cœli finibus circumscriptam; sed toti Terrarum Orbi præpositam. Id, quod & Sapientissimi Photianorum contra recentiores hos rabulas, quos passim insectamur, apertissimè (17) fassi sunt. Nam (18) Euthymius non semel asserit, Petrum fuisse Discipulorum præsidem omnium; additque: Si dicas: Quî ergo Jacobus sedem Jerosolymis accepit? Responderi à se: hunc (Petrum scilicet) totius Orbis magistrum esse constitutum: Quasi dicat: Præfectum quidem Jerosolymis Jacobum, ut Pastorem peculiarem, at Petrum Toti Ecclesiæ præfectum. Adstipulatur (19) Theophylactus apertiùs his doctissimis verbis locum illum: *confirma fratres tuos*, explanans. *Planus hujus intellectus is est: Quia te habeo, ut Principem discipulorum, postquàm, negato me, fleveris, & ad pœnitentiam veneris, confirma cæteros: hoc enim decet te, qui post me Ecclesiæ Petra es, & fundamentum*. στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου. τὸ μὲν πρόχειρον τοιοῦτον· τουτέστιν, ὅτι ἐπειδὴ σε τῶν μαθητῶν ἔξαρχον ἔχω, μετὰ δὲ ἀρνησάμενός με κλαύσῃς, καὶ εἰς μετάνοιαν ἔλθῃς, στήριξον τοὺς λοιπούς· τοῦτο γὰρ προσήκει σοι, ὃς μετ' ἐμὲ εἶ τῆς Ἐκκλησίας πέτρα, καὶ στήριγμα. Et (20) paulo post. *Tu Petre conversus bonum exemplum Pœnitentiæ eris omnibus, qui cùm Apostolus fueris, & negaveris, iterum receperis primatum omnium, & præfecturam Orbis*. σὺ γὰρ, ὦ Πέτρε, ἐπιστρέψας καλὸν ὑπόδειγμα γενήσῃ πᾶσιν εἰς μετάνοιαν, καὶ οὐδεὶς τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ ἀπογνώσεται, ἀποβλέπων πρός σε, τὸν ἀπόστολον μὲν ὄντα, ἀρνησάμενον δὲ, καὶ πάλιν τὰ πρωτεῖα πάντων, καὶ τὴν προστασίαν τῆς οἰκουμένης λαβόντα διὰ τῆς μετανοίας. Sequitur (21) OEcumenius, sen-

(4) ad ann. Christi 44.
(5) lib. 2. histor. c. 14.
(6) Serm. de Judic. Dei.
(7) Orat. de moderat. in disput. habend.
(8) in c. 1. li. Periherm.
(9) In Adag. Cet. 3. n. 12.
(1) Catechesi 2.
(2) li. 12. in Joan. c. 64.
(3) Hom. 55. in Matth.
(4) ibidē paulo post.
(5) ibidē inferius.
(6) Hom. ult. in Jo. & in c. 9. Act. & in c. 2. eod. & in c. 17. Matt. in illa da illis pro me & te & in c. 21. Joan. in illa pasce oves meas & alibi.

(7) hæres. 51.
(8) c. 11. n. 26.
(9) In Ancor.
(10) In Epist. ad Quintū, & ad Jubajan. & l. de unit. Eccl. seu de simpl. Prælat.
(11) in c. ult. Luc. et in c. 12. 2. ad Corinth. & in c. 11. ad Galat. & Serm. 11
(12) li. 1. de bapt. c. 1. et ser. 124. de temp. et in qq. Veter. & novi Test. q. 75. extat tom. 4. oper. Aug. cui tribuuntur.
(13) li. 1. in Jovin.
(14) Serm. 3. de Assūp. sua et Ep. 84. ad Anastasiū.
(15) li. 4. Ep. 32. ad Mauris.
(16) Vide Bellar. ex Bessar. li. 1. di Rō. Pōt. c. 25.
(17) Deducitur ex defēs. Decreti florentini apud Gennad. ad c. 5. versionis latinæ sect. 3. & 9.
(18) In c. ult. Joānis.
(19) In c. 22. Luc. in illa cōfirm. fratres tuos.
(20) Ibid. inferius.
(21) In c. 1. Actorum.

tentiamque utrique Genti communem confirmat hac luculenta periodo: *Surgit Petrus, non Jacobus, & veluti ferventior, & velut is, cui Discipulorum præsidentia commissa erat.* Ἀνίσταται ὁ Πέτρος, οὐχ ὁ Ἰάκωβος, καὶ ὡς θερμότερος, καὶ ὡς τὴν προστασίαν τῶν μαθητῶν ἐγκεχειρισμένος. Eadem proponit (22) Balsamon, eadem Arsenius (23) Hieromonachus, eadem (24) Harmenopulus, eadem Philotheus (25) Patriarcha Photianorum omnium pessimus, qui pro Palama contra Gregoram scribens, repetita horum omnium, quos hactenus produximus, Patrum, Photianorumque sententiâ, sic tandem perorat. ἡ κορυφὴ τῶν ἀποστόλων ἐν Πέτρῳ, τὸ πρωτεῖον τῆς ἐκκλησίας ἐν αὐτῷ, ἡ ἐξουσία τῶν πάντων, καὶ πανταχοῦ ἐπὶ Πέτρῳ παρὰ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἐδόθη, καὶ ἁμαρτωλὸς ὁ ποτὲ, ἀρνησάμενος διὰ τὸν φόβον τὸν Κύριον, ἄρχων πάσης τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἀποστόλων αὐτῶν ἡγεμὼν γίνεται, τὸ ἀνυπεύθυνον τῆς ἱερᾶς δυναστείας ἀναλαβών. τοσοῦτο τῆς μετανοίας τὸ κῦδος. *Cacumen Apostolorum in Petro, Principatus Ecclesiæ in ipso: potestas omnium, & ubique uni Petro à Christo Servatore collata est, & qui quondam peccaverat, inficiatus ob timorem Dominum, Princeps totius Ecclesiæ, atque Apostolorum ipsorum Dux sit; scilicet cùm accepisset sacri Principatus potestatem nulli prorsus obnoxiam. Tanta est Pœnitentiæ Gloria.*

(22) In medit. ad Marc.
(23) In 2. Collect. Can. c. 8.
(24) In Proch. Juris Canon. c. de Patriarchis.
(25) li. 7. contra Gregorā pro Palama.

XI. Evicimus, Petro summam rerum Sacrarum potestatem uni factam à Christo: Ergo Successor ejus ex dictis eandem habebit; majorque illa propositio argumentationis præjactæ nulla Photianorum inficiatione labefactabitur. Nempe, si ulli summum in rebus Sacris imperium tribuendum est, erit autem alicui omnino tribuendum, idipsum tribuatis oportet ei, qui Successor est Petri; quando & Petrus summum in res sacras imperium habuit, & Successori ea concedenda potestas est, quam habuit, & Præcessor. Jam verò Romanum Pontificem Successorem esse Petri, cum ab OEcumenicis Synodis Ecclesiæ Principem nuncupatum, eundem Pastorem, Patrem esse, atque Magistrum, fassos Patres Sanctissimos; cum semper appellare cuilibet ultimum licuisse, eundemque functum omni ævo hac, quam illi adstruimus, potestate, manifestissimum est: idque singillatim ostendo. Etenim, cùm prisci Photiani argumentationis nostræ positionem primam admiserint, quam pernegant recentiores, hanc secundam uno suffragio tum prisci, tum recentiores pervicacissimè inficiantur. Ergo Romanum Pontificem Petri Successorem esse, palam est argumento (1) Georgii Metochitæ, quod suum (2) Bellarminus fecit. χρὴ μὲν διάδοχόν τινα τῆς τοῦ Πέτρου ἐξουσίας, καὶ ἀρχιερατικῆς ἄκρας φροντίδος ὁμολογεῖν· τίνα δὲ, ὦ ἀνόητοι, εἰ μὴ τὸν μέγαν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἀρχιερέα; τοῦτον οὖν ἀντικρυς Πέτρου γνωρίσατε. *Oportet, successorem potestatis, summæque Petri solicitudinis aliquem confiteri. Quem porro, ò stupidi, nisi magnum Veteris Romæ Pontificem? Hunc igitur successorem Petri cognoscite.* Hæc argumentatio invicta est, quam nunquam eluctabitur Photianus, si non omnino desipiat, planèque contraria dicat iis, quæ jure Photiano superiùs constituta sunt. Nam admittendum esse aliquem Potestatis Petro collatæ Successorem, frustra ex fine Potestatis ejusdem probabit Photianis (3) Bellarminus, cùm penes Photianos hoc Patriarchæ constituant, agnoscentes Monarchiam in Ecclesia, summamq; Potestatem post Petrum in Ecclesia relictam. Ergo Jure Photiano negari non potest, jure successionis esse in Ecclesia potestatem supremam. Id, quod Ordine ipso, quo hæc potestas producitur, probatur. Nam hæc potestas à Christo in Ecclesiam fluxit credita Petro; per Petrum igitur in Ecclesia manet, ut Photiani recipitis. At si per Petrum certè non aliter, quàm successione ipsâ: non enim aliter Monarchica Jurisdictio transmittitur Ordinaria, nisi per successionem, aut hæreditate factam, aut electione. Ergo successione fit, ut remaneat hæc potestas in Ecclesia suprema, successione, inquam, non hæreditariâ, sed per electionem celebratâ. Quare (4) Chrysostomus: *quanam, inquit, de causa ille* (Christus) *sanguinem fudit suum? certè ut pecudes illas acquireret, quarum curam tum Petro, tum Petri successoribus committebat:* Διατί γὰρ τὸ αἷμα ἐξέχεεν; ἵνα τὰ πρόβατα κτήσηται ταῦτα, ἃ Πέτρῳ, καὶ τοῖς μετ' ἐκεῖνον ἐνεχείρισεν. Et Leo (5) Magnus, ubi eadem fenia produxit, sic tandem concludit: *Perseverat videlicet Petrus, & vivit in successoribus suis;* Quibus tandem conficitur, potestatem Ecclesiæ summam in successore Petri constituendam. Hic verò Metochites vos ipsos interrogat, quem Petri successorem putetis? Agite, si libet, unum aliquem producite ex summatibus Patriarchis, qui se Petri successorem appellaverit, præter Romanum Pontificem. Proponite aliquem, qui se Petri successorem dixerit præter Romanum Pontificem. Date aliquem, præter Romanum Pontificem, qui se tanquam Petri successorem gesserit, omniumque curam Ecclesiarum constanter adsumpserit. Hæretis, agnosco: & à Diacono Sapientissimo improvisa interrogatione perculsi, quid respondendum sit, ignoratis.

(1) Orat. 1. contra Cyprium. post proœmium.
(2) De Rom. Pōt. li. 2. c. 12. vers. primū ergo.
(3) Ibid. Vers. nec ergo.
(4) li. 2. de Sacerdotio sub initium.
(5) Serm. 2. de assump. sua.

XII. Etenim apertissimum est, id nominis, id muneris, id Privilegii solis Romanis Pontificibus usurpatum, solis Romanis Pontificibus datum, solis Romanis Pontificibus usitatum. Constat hoc (1) omnibus Romanorum Pontificum Epistolis, quotquot ab anno Christi CCC. (nam vetustiores, utpote incertæ fidei sepono) ad DCCC. post quem grande dissidium cœpit, scripsere aliquid, aut aliquid edidere: cùm contra nusquam reperias ex Patriarchis ullum, qui se Petri dixerit successorem, aut se dici Petri successorem audierit. Est aliquis, inquit (2) Margunius. Quis porrò, amabo, quis iste? Euodius, inquit, primus post Petrum Antiochenus Antistes. O virum planè Photianum, audacem scilicet, & ignorantem! Nostin, quid intersit, vir sapiens, inter constitui Episcopum à Petro post se, ac Petro succedere? Si nosti, quorsum, Veritati fucum facturas ineptias sciens effutis? Sin autem ignorans, quid audacter, quod ignoras, objicis Veritati? Constitutus est, sanè post Petrum à Petro Episcopus Antiochiæ Euodius, non tamen Petro successit Euodius. Nam succedere est, relictam ab aliquo potestatem accipere. Id, quod vos ipsi testamini cum

(1) Vide Bellar. ubi sup. c. 14. et Gēnad. ubi supra sect. 5.
(2) Nota 74. in c. 36. Chalcedon.

(3) Pla-

Digitized by Google

(3) li. seu Orat. de veritate cir. med.
(4) In explic. brevi Novellarũ.
(5) In notis ad Novellas Leonis.
(6) In Syntagmate Novellar. omnium ad Novell. 11.
(7) ad Novell. Alexii Comn. 3. Scholio 4.
(8) In Novellas Leonis Synopsi 7.
(9) in Canon. Nicænum 8. & ad Chalced. Can. ult.

(3) Planude docente: ἡ δὲ διαδοχὴ ἀνάδοχη λέγεται τῶν ἐκ τόπου καταλειφθέντων, *successio autem est adsumptio eorum, quæ aliquis destituit*; quodque Græcos omnes docuit (4) Psellus, Stephanus (5) Jurisconsultus, (6) Thalelæus Antecessor, Eudoxius (7) Nomicus Judex Veli, & (8) Calocyrus Monachus inter Legum nostrarum Interpretes nobilissimus, quorum primus, ἰδοὺ, ait, διαδέχεται κατὰ νόμον οὐδεὶς ἀρχὴν, εἰ μή τις αὐτὴν ἀπολείψῃ, ἢ τ' ἐθελοντὴ, ἢ τ' ἄκων. *Nemo successione, juxta legum locutionem, potestatem adsumit, nisi quis eam destituat, vel sponte, vel invitus.* Cæteri verò uno ore confirmant, ὅτι οὐκ ἔστι διάδοχος, εἰμὴ τοῦ παραχωροῦντος, *non posse successorem esse, nisi ejus, qui loco cedat*, sive is loco cedat naturali morte interceptus, sive civili, quæ est exauthoratio. Porro Petrus post se Euodium Antiochenæ Urbis Episcopum constituens non cessit potestate sua, ut est manifestum, sed illam totam, plenamque retinuit. Igitur Euodius non fuit Successor Petri. Quod etiam validiùs confirmatur ex dicto (9) Prodromi, qui hoc ipsum argumentum, quo quidam nitebantur Antiochenam Sedem Byzantinæ præferre, sic opportunè refellit. οὐδ' ἔστιν, οὐδ' ἀπεφήνατό τις, εἶναι διάδοχον Πέτρου τὸν τῆς μεγαλοπόλεως Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον· εἰ γὰρ διάδοχος Πέτρου, ὁ πρῶτος τῶν ἐπισκόπων, καθὼς πρῶτος τῶν ἀποστόλων ὁ Πέτρος· ἔστι δὲ τὴν τάξιν ὁ τρίτος, μετὰ τὸν Ἀλεξανδρείας, καὶ τὰ ἑξῆς. *Neque est, neque quisquam dixit, Antiochenum Episcopum esse Petri Successorem: Nam si Successor Petri, erit Primus Episcoporum, quamadmodum Petrus est Primus Apostolorum. Est autem Ordine tertius post Alexandrinum &c.* Id, quod ex Nicæno Concilio manifestissimè probat: Mox apertissimè conficit, Successorem Petri Romæ veteris Antistitem esse, his verbis verè solemnibus, quæ quemadmodum Græcum ingenium, Græcamque fidem, hoc est Orthodoxam docent, sic utinam Photianos ad Græcum ingenium, Græcamque fidem, veritatemque revocent aliquando. Ait (10) igitur: τὸ λοιπὸν διάδοχον τοῦ Πέτρου, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀρχιερωσύνης λέγομεν τὸν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἀρχιεπίσκοπον, ᾧ ὁ Πέτρος ἐπὶ σταυροῦ ἀποθνήσκων τῷ ἰδίῳ αἵματι τὴν πάσης τῆς ἐκκλησίας ἀρχὴν βεβαίως ἐκύρωσε. *Ergo successorem Petri, & Sacri ipsius Principatus dicimus Archiepiscopum Veteris Romæ, cui Petrus in cruce moriens proprio Sanguine totius Ecclesiæ Principatum confirmavit.*

(10) ibidem nurobique.

(1) in explic. Ps. 4. in fine.
(2) In explic. Ps. 2.
(3) In Epist. ad Episc. Cypri.
(4) In Proœm. Nomoc. ad Manuel Imperat.
(5) In Cõpẽd. Syntagmatis Elem. γ'.
(6) In Eccl. est Ca-

XIII. Huic testimonio Viri Jurisconsultissimi, Sapientissimi, quo Magistro Nicetas (1) Paphlago gloriatur, cujus dicta summis laudibus effert Nicephorus (2) Blemmydes, cujus sententias omnium probatissimas palam affirmat cum (3) Balsamone, (4) Aristenus, (5) Blastarius, (6) Harmenopulus, cæterique omnes, qui Canones interpretati sunt nostros: quem Theologum maximum, & simpliciter, κατ' ἐξοχὴν, Magistrum ipse appellat (7) Margunius, Huic, inquam, testimonio quid objicient Photiani? Nempe (8) Nili Cabasilæ ridendas ineptias, quas post Cabasilam à Cabasila mutuati sunt Georgius (9) Coressius, (10) Philadelphiensis Severus, & recentissimus omnium Nectarius (11) Patriarcha. Ajunt, non successisse Petro Romanum Pontificem, primò, quòd Petrus à Christo, Romanus Episcopus à Patribus Pontificatum acceperit. Secundò, quòd Romanus Episcopus, id, quod fuit Petrus, non sit Apostolus; Tertiò, quòd Petrus Pastor, & Doctor Orbis dicitur universi, Romanus Episcopus, præter hunc titulum, nihil habet. Quartò, quòd Petrus & Alexandriæ, itidemque Antiochiæ Infulas contulit: at Romano Episcopo id non licet. Quintò, effata Petri verbum esse divinum, non ita Romani Pontificis. Denique, Petro absolutè potestatem ligandi, solvendique fuisse collatam, at Romano Pontifici præscriptum, ne quid liget, aut solvat, quod ligandum, solvendumve non sit. His ergo contendunt, diversam omnino esse conditionem Petri, & Romani Pontificis; unde inferunt, Romanum Episcopum minimè succedere Petro. O homines verè dementes! ò Græciæ dedecus! ò spurios filios Gentis nostræ! Hæccine ut homines rationis compotes dicant? Hæc ut Sapientiam professi blaterent? Quid hæc aliud præseferunt, nisi Petri conditionem à conditione Romanorum Pontificem aliquatenus fuisse diversam? Id esto: quid inde? An propterea non eadem Potestas? Sic quòd Cæsar (12) Dictator, quòd Victor Orbis Terrarum, quòd sibi ipse pararit Imperium, quòd Regna aliis donaverit, quod Leges multas condiderit, quòd ex arbitrio Rempublicam administrarit: Vespasianus verò neque Dictator, & Palæstinæ victor solius, à Militibus, & Muciano Imperium oblatum adsumpserit, nec Regna largitus, qui potiùs avidus, nec Legumlator ex æquitate Rempublicam gubernavit, non Successor Cæsaris, sed privatus aliquis Princeps feretur? Miror igitur, quòd & hoc discrimen Petrum inter, & Romanos Pontifices Cabasilam fugerit: nempe illum suffixum Cruci obiisse, quod nulli Pontificum contigit. Ut ad rem aliquid, boni viri, dicatis, hoc ipsum probate, quod malè scelerati deducitis, non esse potestatem eandem in Petro, & in Romano Pontifice. Quid quòd & inepta sunt, quæ gratis assumitis. Nam unde probatis, Romanum Pontificem non à Christo, sed à Patribus potestatem accepisse? Ex (13) Chalcedonensi, inquiunt, Synodo. Ita cæci, ut in eadem Synodo, imò eodem in loco, minimè videatis, eum Canonem, quo ista scilicet decernuntur, palam à Lucentio Episcopo Sedis Apostolicæ Legato fuisse (14) damnatum? Ita stupidi? ut ex lectione ejus Canonis non agnoscatis dementiam illorum, illum qui procudere, sapientiam eorum, illum qui rejicere, Canonem inconstantem, ineptum, sibique repugnantem ipsi? Ut non eleganter minus, quàm acutè, breviterq; demonstrat Jo. (15) Laurentius Lucchesinus è Societate Jesu vir Gentis nostræ amantissimus, cujus unâ charitate Græci Romæ defendimur, cujus unâ sapientia Romæ Græci instituimur, armamurque ad avitæ tutelam Religionis. Hunc, nuperrimè Canonis illius rimatum ineptias, legite; Ut ut rationis expertes, intelligetis subinde, quàm ex merito Romanę Sedis Legati Canonem illum palam damnaverint. Extant porro Acta ejus Concilii typis edita penes hæreticos, Romanæque Sedis infensissimos hostes: Autographa vestra verba Lucentii Legati palam reclamantia iniquo Canoni ostentant. Quid Græciæ ingeni-

nonum 20. hoc est Nicænorum.
(7) In Proœmio Notarũ, & alibi sæpe.
(8) li. de Primatu Papæ.
(9) Ad Synopsin Nili ad 1. 12. & 32. Trullan. Can.
(10) In Differẽtia 2. de Primatu papæ passim.
(11) In Antirrhetico contra Fratres passim.
(12) Suetonium vide in Vita Cæsaris, & Vespas.
(13) Actione 16.
(14) Ibidẽ in quæst. super hoc decreto.
(15) In signis verę fidei signo 23. l. 3. à n. 3. ad 9.

Xx tis;

Digitized by Google

tis; quod ipsa scit spurium? Quid Latinis obtruditis, quod ipsi, totâ Græciâ vidente, audiente, tacentes, damnarunt? Canon, inquiunt, licet in Chalcedonensi Synodo à Latinis damnatus in Quinisexta Trullana Synodo receptus est. O ignorantiam hominum audacem, & pervicacem! Qui fieri potuit, ut Latini probaverint in Trullano aliquid, cui non interfuerunt? quam, teste toto Terrarum Orbe, damnarunt, abrogaruntque? Repetite, si libet, quæ primo Operis hujusce Responso produximus, indeque tandem agnoscite, non probari Canone Chalcedonensi, quod clam, palam adstruitis.

XIV. At Romanus Pontifex Apostolus non est. Respondet (1) Gennadius ex (2) Vecco, ex quo Græco omnia, suppresso nomine, (3) Bellarminus: (4) cui tamen hoc est esse Græcum, quod esse levem, & garrulum: Adeò vir ille doctissimus Græcos amavit, ac tam benignis illecebris ad mutuam caritatem, more Latinorum quorundam, Gentem nostram provocavit. Respondet, inquam, Gennadius, etiam Romanum Pontificem Apostolum posse dici: ἡ γὰρ ἀποστολὴ ἀξίαν σημαίνει ὑπὸ Θεοῦ ἀποσταλέντος εἰς σωτηρίαν τοῦ Κόσμου μετ' ἐξουσίας ἱκανῆς πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ἀνδραγαθίας. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ὁ διαδεξάμενος τὴν τοῦ Πέτρου ἀρχὴν ἐκ Θεοῦ πρὸς σωτηρίαν τῆς οἰκουμένης παραγίνεται, καὶ ἐξουσίαν ἔχει πρὸς τοῦτο ἄκραν. *Nam Apostolatus dignitatem significat Delegati à Deo ad salutem Orbis universi cum Potestate idonea magnitudini operis tanti. Pontifex autem, qui Petri Principatum excepit, à Deo mittitur ad salutem Orbis Terrarum, & potestatem ad hoc summam habet.* Hunc in modum Gennadius, quem libenter Cabasilæ Nilo opponimus, ne omnis Græcus levis appelletur, & garrulus: imò ne quis ulteriùs Græcus levis audiat, & garrulus. Idipsum tota Græcia professa est palam, cùm in Chalcedonensi (5) Concilio Romani Pontificis dignitatem *Apostolatum* affirmatè dixit, & sanxit. Demus tamen & hoc Photianis, Romanum Pontificem Apostolum non esse, quis ferat, quod inferunt? Igitur nec Petri Successor. Imò verò, qui Apostolus non est, Successor Apostoli esse poterit. In Apostolo enim aliud Apostolatus est, aliud suprema Potestas. Quod si neges, desipies, quando non omnes Apostoli supremam penitùs habuere potestatem. Habuere sanè supremam in subjectam Ecclesiam, ipsi tamen subjectam Petro, quam nacti supremam fuerant, potestatem habuere. Potuit ergo, qui non successit in Apostolatu, in potestate succedere; atque adeò & non esse Apostolus, & esse Petri Successor. Hinc mentiuntur Photiani commenti, Romanum Pontificem non dici Pastorem, Doctoremque Orbis universi. Nam in Concilio (6) Chalcedonensi Romanus Pontifex *caput* appellatur *Ecclesiæ*, & Romana Ecclesia (7) dicitur *caput omnium Ecclesiarum*. Idem (8) ibidem *universalis Archiepiscopus, & Patriarcha, custosque Vineæ Servatoris* nuncupatur: ibidemque (9) *Dominum nostrum* Romanum Pontificem Patres appellant, ejusdemque dignitati *summitatis* vocabulum aptant. Ni hæc supersunt ad profligandam mendacitatem Photianorum; Legant Nostri, quæ scripsit (10) Ambrosius, quæ docuit Gregorius (11) Dialogus, quæ (12) Principes etiam Laici comprobarint: &, ne tot Scriptorum per scripta vagentur: Ea omnia congesta videant penes (13) Joannem Laurentium Luchesinum, quem nuper laudavimus: noscent, Romanum Pontificem *Pastorem ovilis Dominici, Rectoremque Domus Dei* vocari, *Sacerdotem etiam summum, & summum omnium Præsulum Pontificem, Sacerdotum Principem, Regemque sacrorum appellari*. Porro quid hæc aliud significant, nisi Romanum Pontificem æquè, ac Petrum, Pastorem, Doctoremque Orbis esse universi? Peto, quid majus dicturus esses de Petro scribens his, quæ de Romano Pontifice, citra omnem inficiationem, passim ex relatis dicuntur? Fatere igitur, te mentitum, cùm affirmasti, Romanum Pontificem Romanæ dumtaxat Urbis Episcopum appellari. Dices, hæc scilicet ignota tibi, invisa, inaudita. At pleraque Græca sunt, quæ nosse debueras, at omnia tibi per (14) Gennadium, & (15) Bessarionem proposita, quos poteras vidisse, at palam à Latinis inter contumelias ingesta, congesta, quæ nisi stupido inaudita esse non poterant. Esto tamen & hoc Photianæ ignorantiæ, quando & quod sequitur ejusdem est.

XV. Ais, non licuisse Romano Pontifici ad Vittas Orientis quemquam provehere, cùm tamen Petro licuerit. At falsissimum hoc dicit acta Chalcedone (1) Synodus, in qua Maximus Antiochenus Antistes propterea recipitur, quòd illi Leo Romanus Pontifex Antiochenas Infulas confirmasset. Idipsum mendacitatis convincit authoritas (2) Nicephori, ac (3) Zonaræ Photianorum, ut Latinum hominem (4) Liberatum prætercam, narrantium, ab Agapeto Romano Pontifice exauthoratum fuisse Constantinopolitanum Antistitem Anthimum, substitutumque Anthimo Mennam Sanctissimum Patriarcham. Imò (5) Zonaras addit, Proclum etiam authoritate Romani Pontificis Sacris Byzantinis præfectum. Peto, cui licet Patriarchas confirmare, non liceat Patriarchas, si causa adsit, si sacræ intersit Reipublicæ, renunciare? Cui fas est deturbare Solio Constantinopolitanum Hierarcham, & Infulas Byzantinas largiri, idipsum nefas erit in Alexandrinâ Sede, in Orientis Episcopo? Licuit ergo Petro Patriarchas efficere, licuit & Successoribus Petri, licebitque, si unquam resipuerint Photiani, detestatique rixas exitiosas pacatam veritatem amaverint: quâ magistra dicent, nihil ad quæstionem, cujus satagimus, attinere, si Romanus Pontifex quidquid aut dicit, aut scribit, Divini flaminis haud censeatur Oraculum; id, quod Petro contigisse non dubitamus. Nam hic non de eo quærimus, an omnia Privilegia Petri sint in Successoribus Petri? Utrum Romanus Pontifex falli possit? atque his similia: altioris hæc aleæ disputatio, receptâ supremâ Pontificis potestate, perpenditur. De eo quærimus, an Privilegia, quæ ad potestatem, jurisdictionemque pertinent, eadem in Petro fuerint, sintque in Successoribus Petri? Damus Romanos Pontifices non æquè sanctos, non æquè pauperes, non æquè afflatos divino Spiritu esse, ac Petrus fuit; hoc dicimus, posse in administrandâ Christiana re æquè, ac Petrus potuit, Romanos Pontifices.

Non

(1) In Epist. Encyclica ad Græcos in med.
(2) In Epist. Parenet. ad Unionē.
(3) d. lib. 2. c. 12. à vers. Prima Nili objectio.
(4) ibidē vers. respondeo nihil hoc argumēto.
(5) Act. 1.
(6) In Epist. Concilii ad Leonem.
(7) Ibidē Action. 1.
(8) Act. 3. & in Epistolis diversorum ex nostris ad Leonem.
(9) Actius Episcop. Actio. 2.
(10) In Epist. 81. ad Siricium. & in 1. ad Tim. c. 3.
(11) li. 1. Dial. c. 4.
(12) Ep. Valent. ad Theodos. extat ante Cōcil. Chalcedon. Tom. 1. concil.
(13) lib. laudato Signo 22. per tot.
(14) d. Epist. Encyclica.
(15) d. Epist. Encyclica.

(1) Act. 7.
(2) li. 17. hist. Vide Vers. Gēnad. de Primatu Papæ. sect. 10. lōge post med.
(3) In Justiniano.
(4) In Breviar. c. 21.
(5) penes Gennad. ubi supr. ante finē.

Digitized by Google

Non enim nisi risu excipienda est quorumdam Photianorum barda, & inficeta stoliditas, quæ tunc sibi videtur argutula, cùm quòd Petrus patrare miracula potuerit, ea Pontifex Romanus non possit, hunc illius Successorem inficiantur. Hoc iniquissimo jure, inquit (6) Gennadius, negabitis Successorem Marci Alexandrinum Episcopum, Successorem Ignatii Deiferi Antiochenum Antistitem, Successorem Andreæ Protocleti recentioris Romæ Patriarcham: Quod quis ferat ex Vobis, quisve ex Nobis Vobis permittat? Cùm olim (7) Thomas ille Theologus, cui Angelici nomen, & planè Angelica mens, Bonifacium IX. Pontificem adiisset, numerantemque pecunias deprehendisset pauperibus distribuendas, Pontifex, Nobis, inquit, non licet, quæ dixit Petrus asserere: *argentum* (8), *& aurum non est mihi*. Cui Thomas seriò facetus: at nec licet, ait, Vobis, Beatissime Pater, quæ Petrus addidit, addere: *in nomine* (9) *autem Jesu Christi surge, & ambula*.

(6) *In defens. c. 5. Decret. flor. sect. 4. post med.*
(7) *habetur in ejus Vita.*
(8) *Act. c. 3. n. 6.*
(9) *d. n. 6.*

XVI. Ecce Latini, & quidem primi nominis homines non confingunt miracula, quemadmodum mentitur (1) Margunius, Pontificibus tribuenda Romanis, quò eos pares Petro confirment. Apertè dicunt, raros esse Pontifices Thaumaturgos; quos tamen hac in parte, atque in aliis plerisque impares Petro propalam asseverant, pares potestate, pares affirmant imperio. Id, quod & ultimam difficultatem à Photianis ex Nilo propositam prorsus enodat. Qui enim parem Romano Pontifici jurisdictionem, potestatemque asserimus datam, dicimus eodem dici modo Romano Pontifici, ac Petro, *quidquid ligaveris, erit ligatum, quidquid solveris, erit solutum*. Petro, uti ajunt, *immediatè* id Muneris contulit Christus: idem Muneris Romano Pontifici Christus *immediatè* confert, non Petrus. Romano Pontifici, non sine conditione illa clam semper intelligendâ, confertur, ut solvat, ligetve liganda, solvendave: Petro etiam eodem modo, nec sine hypothesi illâ clandestinâ eadem potestas collata est. Quod si neges, asseras oportet Petro licuisse ligare, quod meritò ligandum non esset, id, quod apertam impietatem præsefert, quando impium est asserere, jurisdictionem Petro collatam, ut ei fas esset, injustum esse. Primum etiam, Photiane, concedas oportet, non à Petro Romanis Pontificibus potestatem tribui supremam, sed prorsus ab ipso Christo. Quod sanè negare non potes, qui contra recentiores quosdam, cum Venerabili antiquitate, potestatem etiam extimam Episcoporum ab ipso continenter Deo esse doces, nempe, cum (2) Dionysio, cum (3) Cypriano, cum (4) Augustino, quibus adstipulatur ex Latinis (5) Franciscus Victoria, Alfonsus (6) Castrensis, & apud hos alii, favetque Florentina (7) Synodus, & (8) Tridentina, queis præluxit Apostolus indicens (9) Episcopis: προσέχετε ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος: *attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, pascere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo*: & (10) alibi: αὐτὸς ἔδωκε τοὺς μὲν ἀποστόλους, τοὺς δὲ προφήτας, τοὺς δὲ εὐαγγελιστάς, τοὺς δὲ ποιμένας, καὶ διδασκάλους. *Ipse dedit, quosdam Apostolos, alios Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores, & Doctores*: quo nomine Episcopos censeri docuit affirmatè Hieronymus. Nimirum his, aliisque, quæ infirmè refellit, & invita ad rem suam explicat (11) Bellarminus, potestas ipsa Jurisdictionis à Deo Episcopis continenter tradi, validè adstruitur. Quam sententiam nos quoque sequimur ultrò, non quòd & oppositam probabilem, tutamque haud reputemus, sed quòd hæc nostra neque Romano Pontifici injuriosa sit, sitque eidem minùs invidiosa. Etenim, licèt potestatem Episcoporum continenter à Deo proficisci, putemus: eam tamen tradi à Deo dicimus supremo Pastori subjectam, à quo ex causa rei Christianæ utili, aut necessariâ, augeri, diminui, tolli etiam possit: quemadmodum & minoribus Principe Magistratibus Lex Ordinariam tribuit potestatem, parituram tamen Principi ipsi, atque ab eo ad bonum publicum in peculiaribus dirigendam. Quæ cùm ita sint, qui mecum existimas, (12) Photiane, potestatem sacram non à Præcessore Successori tribui, sed à Christo, Deoque, cogeris mecum asserere, potestatem illam supremam, quam, Te invito, Romano Pontifici tribuendam ostendimus, non à Petro, sed à Deo continenter conferri supremam. Quòd si non confertur à Petro, jam falsissimum est, hypothesis alicujus diversæ ab illa, sub qua Petro collata est, terminis circumscribi.

(1) *Not. 8. in can. 36. Chalced.*
(2) *de Ecclef. Hierarch. c. 6.*
(3) *lib. 3. Ep. 9. ad Rogatiã.*
(4) *in ps. 44. in illa verba pro Patribus tuis, &c.*
(5) *In relect. de Potest. Eccl. q. 2.*
(6) *de Just. hær. punit. l. 2. c. 24.*
(7) *In Instruct. Armen.*
(8) *Sess. 23. c. 4.*
(9) *Act. c. 20. n. 28.*
(10) *ad Ephes. c. 4. n. 11.*
(11) *lib. 4. de Rõ. Pont. c. 25. per tot.*
(12) *passim Margun. Coress. Nilus. Synodic. apud Canon. Vide Dipl. in Synops. Jur. Græci tit. de potest. Eccl.*

SECTIO II.

Suprema Potestas Romani Pontificis Patrum, Conciliorum, ac Sæculorum authoritate comprobatur.

SUMMARIUM.

I. *Proponitur Canon Nicænus cum explicatione Bessarionis, & uterque à Margunii vesania defenditur.*

II. *Jus appelland. Rom. Pontificem constituitur ex Sardicensi, & refellitur Severus.*

III. *Potestas Rom. Pontificis agnita à Synodo Ephesina, & Chalcedonensi, cæterisque usque ad Trullanam Quini-Sextam.*

IV. *Refellitur Coressius parem Romano, & Byzantino Episcopo potestatem tribuens ex Trullana. Reliquarum Synodorum fides, usque ad Florentinam.*

V. *Sanctorum Patrum effatis idem constituitur usque ad S. Basilium: & latè refellitur Nectarius.*

VI. *Refellitur Photianorum responsio, & simul adducitur testimonium Chrysostomi, & Cyrilli Alex.*

VII. *Ejusdem Cyrilli authoritas ulteriùs producitur ad ejusdem Veritatis confirmationem.*

VIII. *Theodoreti in eandem rem Testimonium, Sozomeni, & Acacii.*

IX. *Justiniani A. constitutionibus idipsum latiùs confirmatur.*

X. *Septimi sæculi suffragium, & præsertim Maximi Martyris.*

XI. *Octavi sæculi fides, & in ea Theodori Studitæ confessio multiplex.*

XII. *Reliquorum ad nostra usque sæcula Græcorum testimonia, & sententiæ delibantur brevissimè. Cerularius, & Balsamon oblocuti, de Romano Pontifice ignorantissimi. Siqui docti Photiani, hanc controversiam dissimularunt.*

XIII. *Colligitur, malè universim Græcos appellari Schismaticos: cùm eorum pars potior aut pro Rom. Pontifice steterit, aut contra ipsum non steterit.*

XIV. *Jus appellandi Romanum Pontificem praxi perpetua Græcorum constituitur; & Canone Sardicensi. De ea Synodo Margunii sententia.*

XV. *Cur Sardicensis Synodus non dicatur secunda OEcumenica? Sardicensem OEcumenicam esse; ejus Canones, ut ut Topici dicantur esse Concilii, recipiuntur à Græcis. Explicatur à Bessarione Canon Chalcedonensis, ne obsit appellationi, quam defendimus.*

XVI. *Explicatio Bessarionis confirmatur ex notitiâ Appellationis, ostenditurque, eo Canone non tribui Episcopo Byzantino ultimam appellationem.*

XVII. *Neminem reclamasse Rom. Pontificibus Supremâ potestate fungentibus, præter hæreticos homines, & damnatos.*

XVIII. *Rom. Pontifex supremâ potestate functus in Græcia inductione historicâ comprobatur.*

XIX. *In Causa Joannis Talaidæ, & Acacii manifesta Romani Pontificis authoritas summa ex confessione Nostrorum.*

XX. *Idem mos supremæ potestatis à Rom. Pontificibus in Græciâ usurpatæ evincitur in cæteris sæculis. Anacephalæosis totius Argumenti, & refutatio ineptæ responsionis Margunii.*

I. DOcuimus, Romanum Pontificem Successorem esse Petri: quod primum confirmandum erat in hypothesi argumentationis nostræ: Reliquum est, ut cætera, quæ in eadem legitimè adsumpsimus, comprobemus. Et primò illud manifestum est, omnibus OEcumenicis Synodis receptam, assertam, agnitamque palam fuisse supremam Romani Pontificis potestatem. Nicænum (1) Concilium sic statuit: τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν. *Antiqui mores serventur in Ægypto, Libya, & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium potestatem habeat, quandoquidem & Episcopo Romano hoc est consuetum*: quæ postrema verba, ut bene adnotavit ante (2) Bellarminum (3) Bessarion, causam reddunt, explicantque Decreti, vi illius particulæ ἐπειδὴ καὶ, *quandoquidem*, quæ rationem semper præcedentis, consequentisque sententiæ præstat. Quare non eo modo explicanda sunt, quo ea reddidit aut (4) Rufinus ineptè, aut subdolè (5) Balsamon, & ex hoc (6) Nilus, ut comparationem præseferant, sonentque præficiendum Ægypto Alexandrinum Episcopum, sicuti Romanus Episcopus aut Urbi Romæ, suburbanisque Ecclesiis, aut toti præfectus est Occidenti; sed ita, ut vim decreto addant ex consuetudine receptâ, probataque per Romanum Pontificem: atque adeò sensus sit. Antiquum morem, qui singulis Patriarchis Provincias ex potestate regundas constituit, servandum esse, quoniam idipsum confirmat mos Ecclesiæ Romanæ, sive Romani Pontificis authoritate præscriptus. Gratis hoc dicit Bessarion, inquit, (7) Margunius. καὶ ἔστι σόφισμα φανερὸν, μαθὼν ὑπὸ τῶν Λατίνων, ὅταν ἔκειρε τὸν πώγωνα, παραβὰς τὰ τῆς πατρίδος ἔθη, καὶ προδότης τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ καταπολεμήσας ἡμῶν τὴν Ἐκκλησίαν. *Et est manifestum Sophisma, quod à Latinis accepit, cùm barbam totondit, prævaricatus mores patrios, & Nostræ proditor Gentis factus, ac debellator Ecclesiæ nostræ.* Sed an Vir ille clarissimus, qui vel in Purpurâ mores semper Græcos (8) retinuit, barbamque prolixam derasæ tunc ex more Gentis Romæ semper (9) objecit, cujus domus patens, ac clemens asylum (10) fuit Sapientiæ Græcæ profugæ post expugnatam Constantinopolim, cujus ingeniosissimi, eloquentissimi in omni disciplinarum genere Commentarii, expugnatâ Photianorum Synagoga, fidem Ecclesiæ nostræ omnis expertem labis, Orthodoxámque planè (11) demonstravere: An, inquam, Vir ille sapientissimus gratis in eam sententiam Canonem Nicænum adduxerit, censebit Chalcedonense (12) Concilium; in quo tota Græcia audiente, nec reclamante, Paschasinus Romanæ Sedis Vicarius eundem Canonem sic recitat: *Ecclesia Romana semper habuit Primatum: antiqui autem Mores serventur, &c.* Quo Canonis initio integræ Synodi taciturnitate probato, evincitur, agnitum à Nicæna Synodo Principatum Romani Pontificis: unde statim infertur, non potuisse: τὸ, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν, ad comparationem adduci. Quæ enim inepta sententia, tantoque Patrum consessu prorsus indigna fuisset hæc, quam subjicimus: *Pontifex Romanæ urbis est omnium Primus: Mores igitur antiqui serventur, ut Alexandrinus præsit Ægypto, quia Romanus Occidenti præest.* Ut ut gluten Syeniticum has partes Orationis interfundas, vix hærebit sententia hujusmodi ex se, nec sibi constans, quæ, si ad sensa Bessarionis revocetur, aptissima erit, sonabitque: *Pontifex ipse Romanus primus est, omnium autem more receptum est, ut ab eo secundus sit Alexandrinus, qui præsit Ægypto, quòd Romanus Episcopus, qui primus est, id consuetudine probat.* Vides dignam Sapiente sententiam, quam non argutulus aliquis profert in medium, sed Præses Chalcedonensis Concilii (13) Paschasinus, cui eum in modum recitanti Nicænum Canonem adeò Græcia non est refragata, ut, per Concilii ejusdem Judices, sit palam potiùs suffragata: Nam post relatum hunc Canonem Nicæni Concilii, atque eo modo recitatum, Judices affirmatè (14) respondent. *Perpendimus omnem Primatum, & honorem præcipuum, secundum Canones,* Anti-

(1) *Can. 6.*
(2) *de Rō. Pont. l. 2. c. 13. vers. hæc quidem sententia.*
(3) *In Epist. Encyclica cir. med.*
(4) *li. 10. hist. c. 6.*
(5) *ad d. Can. 6. Nicæn.*
(6) *de Primatu Papæ.*
(7) *Not. 6. in d. Can. 6. Concil. Nicæn. I.*
(8) *Vide Michael. Justin. Ep. 12. inter sacras.*
(9) *Vide Hist. Conclav. habiti post Mortem Pii II.*
(10) *Vide Jovium in Elogio Bessariō.*
(11) *Vid. Niceph. Melissenum de retib. Græcor. c. 31.*
(12) *Act. 16.*
(13) *d. Act. 16. cir. med.*
(14) *d. Act. 16. in fin.*

Digitized by Google

Antiquæ Romæ Deo amantissimo Archiepiscopo conservari: Συνορῶμεν πρὸ πάντων μὲν τὰ πρωτεῖα, καὶ τὴν ἐξαίρετον τιμὴν, κατὰ τοὺς Κανόνας, τῷ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης θεοφιλεστάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ φυλάττεσθαι. *Secundum Canones* inquiunt. Quos verò Canones? Nempe relatos à Paschasino. At hi quipote? nimirum Canon Nicænus. Nicæno igitur Canone omnis Primatus, & omnis honor præcipuus Romano Pontifici. Quid? confirmatur ne? Minimè gentium: neque enim Romani Pontificis Principatus, & honor Apostolicæ Sedi supra cæteras debitus Conciliorum indiget confirmatione. Quid igitur? *conservatur*, inquiunt; hoc est obsequentissime custoditur. Si Photianus (id, quod secus esse contendo) animal esset rationis compos, obiter hìc, opportunè tamen interrogarem, an major adhibenda sit fides Chalcedonensi Concilio effata Paschasini recipienti, imò per Judices suos ea propalam approbanti, an Balsamoni mendacissimo Canonum Corruptori, & ignorantissimo Nilo? Certè, si quis penes eum, quem sic interrogarem, pudor esset, OEcumenicam Synodum privatis hominibus, ac penè non furiosis præferret. At hæc, eo ipso Canone, quo Balsamon, & Nilus, cæterique Photiani privatam Eparchiam Romani Pontificis nituntur ostendere, asserit Romano Pontifici omnem Primatum, primas nimirum tum dignitatis, tum potestatis, honoremque præcipuum, qui extra Principatum non est, sanctissimè conservari. Igitur, nequicquam oblatrantibus Photianorum perfidiosissimis, verum est, certum est, manifestū est, Canone Nicæno palam assertam supremam Romani Præsulis potestatem.

II. Hactenus in re, quam probamus, aliquid occurrebat difficultatis, cætera manifesta sunt planè, quæque ne ipsi quidem Photiani queant inficiari. Nam in (1) Concilio Sardicensi, cujus Canones à nobis passim recipiuntur, ut constat ex (2) Harmenopulo, ter asseritur, posse Episcopos ad Romanum Episcopum proclamare, provocare, appellare. Ita sanè respondet (3) Marguniūs: sed quid inde? Scilicet id, quod contendimus, supremum Judicem esse Romanum Pontificem. Nam Appellatio quid aliud est, quàm provocatio ab inferiori ad superius Tribunal, per quam totum Jus agnoscendę causæ devolvitur ad Judicem superiorem? Id, quod ignotum solis Photianis ignorantissimis omnium hominum esse potest, cùm cæteroqui vel ipsis Cerdonibus notissimum sit, atque de eo (4) Jureconsulti omnes palam, passimque constituant. Unde statim infertur, si omnibus licet Romanum Pontificem appellare, supremum Judicem omnium esse Romanum Pontificem. Vidit, agnovitque vim Argumentationis manifestissimæ Gabriel (5) Severus, quàque potuit (potuit autem vir mediocris ingenii, nulliusque planè literaturæ perparum) illud in adsumptione debilitare conatus est. Ea propter Controversias inter Cælestinum, & Africanos Antistites protulit, quod fecerat ante ipsum & (6) Nilus. De illis videat, studiosus Lector, quę doctè (7) Baronius, quæque eruditè (8) Cabassutius edisserit, ac rideat utriusque Photiani deliria, imò potiùs contemnat crassissimam ignorantiam, ratam, ab Africanis negatum Jus appellandi Summum Pontificem, quando illi hoc solum inficiabantur: id Juris non asseri Romano Pontifici ex Canone Nicæno, quem Cælestinus producebat in medium ex Sardicensi, cujus Synodi decreta Nicænis Canonibus Antiquitas immiscuerat, cujusque decreta Synodi Africa nondum receperat. Et hæc sanè ex relatis Authoribus manifesta, aptaque refellendis Photianorum ineptiis, quas nobis pressiùs aggressis supererit omnem earum causam averruncare hac notulâ, & brevissimâ, & verissimâ. Etiam si demus, Africanos Antistites Jus appellandi Romanum Pontificem pernegasse (id, quod perlecto (9) Baronio falsissimum est) adhuc Nostris nefas est id, quod illi negarunt, inficiari. Etenim id illi negarunt, si tamen negarunt, propterea, quòd Canones Sardicenses neq; norant, neque receperant, ut ex ipsâ eorum (10) Expostulatione compertum est; testaturque (11) Augustinus, qui interfuit Concilio illi. At nos Canones illos recipimus, agnoscimus, veneramur; præsertimque hos ipsos, qui de Jure appellandi Romanum Pontificem apertè constituunt, quemadmodum videre est apud (12) Harmenopulum, qui eos ipsos Canones juri Græcorum Canonico adscripsit, totique Græciæ, etiam Photianæ, servandos proposuit. Quid igitùr senserint Africani Patres, quid ad nos? Si nos id usquequaque recipimus, quod ex nostrâ Sententiâ Jus appellandi Romanum Episcopum adstruit ex Actâ Sardicæ Synodo: atque adeò fatemur Sardicensi Concilio receptam, agnitamque supremam Potestatem Romani Pontificis.

III. Eandem fassum est Tertium Universale Concilium, quod est Constantinopolitanum I. Hoc scribens Damaso duo constanter affirmat. Primum, se jussu Damasi ipsius, litteris ejusdem Pontificis ad Cæsarem missis sibi proposito convenisse in Urbem CP. Secundum verò, se membra esse, Romanam autem Ecclesiam caput esse. Quod utrunque Eâ Concilii epistolâ contineri, Nobis non Latinus aliquis tradit: Gręcus est, Episcopus Græcus est, Vir Græcus doctissimus est, qui proponit, atque asserit. An (1) Theodoretum hæc ementitum dicetis? Is tamen hæc narrat, recitatâque Epistolâ OEcumenicæ Synodi, utrunque ingerit Græciæ, Romanum Pontificem jussu congregare Concilia: Romanam Ecclesiam caput esse omnium Ecclesiarum, quas OEcumenica Synodus repræsentat. Quæ an supremam potestatem præseferant, videant Photiani, quibus eadem objiciunt Ephesinum Concilium inter OEcumenica Tertium, & Chalcedonense inter OEcumenica Quartem. Nam Ephesina Synodus, cui Romani Legatus Episcopi præfuit Cyrillus, Nestorium sacro Solio dum deturbat, affirmat, id à se fieri mandato Cælestini Romani Pontificis. Et in Epistola ad Cælestinum eundem scribit, se causam Joannis Antiocheni, qui se conterraneo suo Nestorio adversus Cyrillum adjunxerat, reservare judicio Antistitis Romani, quippe difficiliorem, ac dubiam magis. Narrat, & refert utrumque Græcus (2) Euagrius, Chalcedonensis autem Synodus, præter ea omnia, quæ superiùs crebra, certa, manifesta retulimus, (3) passim Leonem Magnum appel-

(1) Can. 3.4.& 7. (2) In Proœm. Ep. Can. cir. med. (3) nota 4. in Sardicens. Canon. (4) ad Tit. Decret. de Appellat. & ff. ac Cod. eod. Nostri in lib. 9. Hexicontabibli. Astal. in Synop. ad tit. 94. & ibi Mat. Monach. & Dipl. ubi supr. tit. de appell. & alii cum Eustath. Antecess. de intervall. tēporis de sex diebus. n. 3.7.9. (5) differ. de Prim. Papę. (6) in lib. de Prim. Papę.

(7) ad an. Chri. 419. n. 59. & seq. (8) In Notit. Concil. & Can. ad 3. Can. Sardic. ad Can. 22. Milevit. & in expos. hist. Carthagin. VI. ab initio. (9) ubi suprà. & Cabass. ad d. c. 22. Mil. (10) Vide Acta Cōcil. Carthag. VI. sive Afr. (11) lib. 3. cont. Cresc. c. 34. (12) In epitom. Can. sect. 1. tit. 1. Can. ult. & ead. sect. ti. 4. Can. 38. & 40.

(1) lib. 1. hist. c. 9.

(2) lib. 1. hist. c. 4. (3) Act. 1. 2. & 3.

Digitized by Google

X. *Septimi sæculi suffragium, & præsertim Maximi Martyris.*

XI. *Octavi sæculi fides, & in ea Theodori Studitæ confessio multiplex.*

XII. *Reliquorum ad nostra usque sæcula Græcorum testimonia, & sententiæ delibantur brevissimè. Cerularius, & Balsamon oblocuti, de Romano Pontifice ignorantissimi. Siqui docti Photiani, hanc controversiam dissimularunt.*

XIII. *Colligitur, malè universim Græcos appellari Schismaticos: cùm eorum pars potior aut pro Rom. Pontifice steterit, aut contra ipsum non steterit.*

XIV. *Jus appellandi Romanum Pontificem praxi perpetua Græcorum constituitur, & Canone Sardicensi. De ea Synodo Margunii sententia.*

XV. *Cur Sardicensis Synodus non dicatur secunda OEcumenica? Sardicensem OEcumenicam esse: ejus Canones, ut ut Topici dicantur esse Concilii, recipiuntur à Græcis. Explicatur à Bessarione Canon Chalcedonensis, ne obsit appellationi, quam defendimus.*

XVI. *Explicatio Bessarionis confirmatur ex notitiâ Appellationis, ostenditurque, eo Canone non tribui Episcopo Byzantino ultimam appellationem.*

XVII. *Neminem reclamasse Rom. Pontificibus Supremâ potestate fungentibus, præter hæreticos homines, & damnatos.*

XVIII. *Rom. Pontifex supremâ potestate functus in Græcia inductione historicâ comprobatur.*

XIX. *In Causa Joannis Talaidæ, & Acacii manifesta Romani Pontificis authoritas summa ex confessione Nostrorum.*

XX. *Idem mos supremæ potestatis à Rom. Pontificibus in Græciâ usurpatæ evincitur in cæteris sæculis. Anacephalæosis totius Argumenti, & refutatio ineptæ responsionis Margunii.*

I. DOcuimus, Romanum Pontificem Successorem esse Petri: quod primum confirmandum erat in hypothesi argumentationis nostræ: Reliquùm est, ut cætera, quæ in eadem legitimè adsumpsimus, comprobemus. Et primò illud manifestum est, omnibus OEcumenicis Synodis receptam, assertam, agnitamque palam fuisse supremam Romani Pontificis potestatem. Nicænum (1) Concilium sic statuit: τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω τὰ ἐν αἰγύπτῳ, καὶ λιβύῃ, καὶ πενταπόλει, ὥστε τὸν ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνηθές ἐστιν. *Antiqui mores serventur in Ægypto, Libya, & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium potestatem habeat, quandoquidem & Episcopo Romano hoc est consuetum:* quæ postrema verba, ut bene adnotavit ante (2) Bellarminum (3) Bessarion, causam reddunt, explicantque Decreti, vi illius particulæ ἐπειδὴ καὶ, *quandoquidem*, quæ rationem semper præcedentis, consequentisque sententiæ præstat. Quare non eo modo explicanda sunt, quo ea reddidit aut (4) Rufinus ineptè, aut subdolè (5) Balsamon; & ex hoc (6) Nilus, ut comparationem præseferant, sonentque præficiendum Ægypto Alexandrinum Episcopum, sicuti Romanus Episcopus aut Urbi Romæ, suburbanisque Ecclesiis, aut toti præfectus est Occidenti; sed ita, ut vim decreto addant ex consuetudine receptâ, probataque per Romanum Pontificem: atque adeò sensus sit. Antiquum morem, qui singulis Patriarchis Provincias ex potestate regundas constituit, servandum esse, quoniam idipsum confirmat mos Ecclesiæ Romanæ, sive Romani Pontificis authoritate præscriptus. Gratis hoc dicit Bessarion, inquit, (7) Margunius. καὶ ἔστι σόφισμα φανερὸν, μαθὼν ὑπὸ τῶν λατίνων, ὅταν ἔκειρε τὸν πώγωνα, παραβὰς τὰ τῆς πατρίδος ἔθη, καὶ προδότης τοῦ γένους, καὶ καταπολεμήσας τὴν Ἐκκλησίαν. *Et est manifestum Sophisma, quod à Latinis accepit, cùm barbam totondit, prævaricatus mores patrios, & Nostræ proditor Gentis factus, ac debellator Ecclesiæ nostræ.* Sed an Vir ille clarissimus, qui vel in Purpurâ mores semper Græcos (8) retinuit, barbamque prolixam derasæ tunc ex more Gentis Romæ semper (9) objecit, cujus domus patens, ac clemens asylum (10) fuit Sapientiæ Græcæ profugæ post expugnatam Constantinopolim, cujus ingeniosissimi, eloquentissimi in omni disciplinarum genere Commentarii, expugnata Photianorum Synagoga, fidem Ecclesiæ nostræ omnis expertem labis, Orthodoxámque planè (11) demonstravere: An, inquam, Vir ille sapientissimus gratis in eam sententiam Canonem Nicænum adduxerit, censebit Chalcedonense (12) Concilium; in quo tota Græcia audiente, nec reclamante, Paschasinus Romanæ Sedis Vicarius eundem Canonem sic recitat: *Ecclesia Romana semper habuit Primatum: antiqui autem Mores serventur, &c.* Quo Canonis initio integræ Synodi taciturnitate probato, evincitur, agnitum à Nicæna Synodo Principatum Romani Pontificis: unde statim infertur, non potuisse: τὸ, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνηθές ἐστιν, ad comparationem adduci. Quæ enim inepta sententia, tantoque Patrum consessu prorsus indigna fuisset hæc, quam subjicimus: *Pontifex Romanæ urbis est omnium Primus: Mores igitur antiqui serventur, ut Alexandrinus præsit Ægypto, quia Romanus Occidenti præest.* Ut ut gluten Syeniticum has partes Orationis interfundas, vix hærebit sententia hiulca ex se, nec sibi constans, quæ, si ad sensa Bessarionis revocetur, aptissima erit, sonabitque. *Pontifex ipse Romanus primus est, omnium autem more receptum est, ut ab eo secundus sit Alexandrinus, qui præsit Ægypto, quòd Romanus Episcopus, qui primus est, id consuetudine probat.* Vides dignam Sapiente sententiam, quam non argutulus aliquis profert in medium, sed Præses Chalcedonensis Concilii (13) Paschasinus, cui eum in modum recitanti Nicænum Canonem adeò Græcia non est refragata, ut, per Concilii ejusdem Judices, sit palam potiùs suffragata: Nam post relatum hunc Canonem Nicæni Concilii, atque eo modo recitatum, Judices affirmatè (14) respondent. *Perpendimus omnem Primatum, & honorem præcipuum, secundum Canones, Anti-*

(1) *Can. 6.*
(2) *de Rō. Pont. l. 2. c. 13. vers. hac quidem sententia.*
(3) *In Epist. Encyclica cir. med.*
(4) *li. 10. hist. c. 6.*
(5) *ad d. Can. 6. Nicen.*
(6) *de Primatu Papæ.*
(7) *Not. 6. in d. Can. 6. Concil. Nicæn. I.*
(8) *Vide Michael. Justin. Ep. 12. inter sacras.*
(9) *Vide Hist. Conclav. habiti post Mortem Pii II.*
(10) *Vide Jovium in Elogio Bessariō.*
(11) *Vid. Niceph. Melissenum de reïb. Græcor. c. 31.*
(12) *Act. 16.*
(13) *d. Act. 16. cir. med.*
(14) *d. Act. 16. in fin.*

Antiquæ Romæ Deo amantissimo Archiepiscopo conservari: Συνορῶμεν πρὸ πάντων μὲν τὰ πρωτεῖα, καὶ τὴν ἐξαίρετον τιμὴν, κατὰ τοὺς Κανόνας, τῷ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης θεοφιλεστάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ φυλάττεσθαι. *Secundum Canones* inquiunt. Quos verò Canones? Nempe relatos à Paschasino. At hi quipote? nimirum Canon Nicænus. Nicæno igitur Canone omnis Primatus, & omnis honor præcipuus Romano Pontifici. Quid? confirmatur ne? Minimè gentium: neque enim Romani Pontificis Principatus, & honor Apostolicæ Sedi supra cæteras debitus Conciliorum indiget confirmatione. Quid igitur? *conservatur*, inquiunt; hoc est obsequentissime custoditur. Si Photianus (id, quod secus esse contendo) animal esset rationis compos, obiter hìc, opportunè tamen interrogarem, an major adhibenda sit fides Chalcedonensi Concilio effata Paschasini recipienti, imò per Judices suos ea propalam approbanti, an Balsamoni mendacissimo Canonum Corruptori, & ignorantissimo Nilo? Certè, si quis penes eum, quem sic interrogarem, pudor esset, OEcumenicam Synodum privatis hominibus, ac penè non furiosis præferret. At hæc, eo ipso Canone, quo Balsamon, & Nilus, cæterique Photiani privatam Eparchiam Romani Pontificis nituntur ostendere, asserit Romano Pontifici omnem Primatum, primas nimirum tum dignitatis, tum potestatis, honoremque præcipuum, qui extra Principatum non est, sanctissimè conservari. Igitur, nequicquam oblatrantibus Photianorum perfidiosissimis, verum est, certum est, manifestū est, Canone Nicæno palam assertam supremam Romani Præsulis potestatem.

II. Hactenus in re, quam probamus, aliquid occurrebat difficultatis, cætera manifesta sunt planè, quæque ne ipsi quidem Photiani queant inficiari. Nam in (1) Concilio Sardicensi, cujus Canones à nobis passim recipiuntur, ut constat ex (2) Harmenopulo, ter asseritur, posse Episcopos ad Romanum Episcopum proclamare, provocare, appellare. Ita sanè respondet (3) Margunius: sed quid inde? Scilicet id, quod contendimus, supremum Judicem esse Romanum Pontificem. Nam Appellatio quid aliud est, quàm provocatio ab inferiori ad superius Tribunal, per quam totum Jus agnoscendę causæ devolvitur ad Judicem superiorem? Id, quod ignotum solis Photianis ignorantissimis omnium hominum esse potest, cùm cæteroqui vel ipsis Cerdonibus notissimum sit, atque de eo (4) Jureconsulti omnes palam, passimque constituant. Unde statim infertur, si omnibus licet Romanum Pontificem appellare, supremum Judicem omnium esse Romanum Pontificem. Vidit, agnovitque vim Argumentationis manifestissimæ Gabriel (5) Severus, quàque potuit (potuit autem vir mediocris ingenii, nulliusque planè literaturæ perparum) illud in adsumptione debilitare conatus est. Ea propter Controversias inter Cælestinum, & Africanos Antistites protulit, quod fecerat ante ipsum & (6) Nilus. De illis videat, studiosus Lector, quę doctè (7) Baronius, quæque eruditè (8) Cabassutius edisserit, ac rideat utriusque Photiani deliria, imò potiùs contemnat crassissimam ignorantiam, ratam, ab Africanis negatum Jus appellandi Summum Pontificem, quando illi hoc solum inficiabantur: id Juris non asseri Romano Pontifici ex Canone Nicæno, quem Cælestinus producebat in medium ex Sardicensi, cujus Synodi decreta Nicænis Canonibus Antiquitas immiscuerat, cujusque decreta Synodi Africa nondum receperat. Et hæc sanè ex relatis Authoribus manifesta, aptaque refellendis Photianorum ineptiis, quas nobis pressiùs aggressis supererit omnem earum causam averruncare hac notulà, & brevissimâ, & verissimâ. Etiam si demus, Africanos Antistites Jus appellandi Romanum Pontificem pernegasse (id, quod perlecto (9) Baronio falsissimum est) adhuc Nostris nefas est id, quod illi negarunt, inficiari. Etenim id illi negarunt, si tamen negarunt, propterea, quòd Canones Sardicenses neq; norant, neque receperant, ut ex ipsâ eorum (10) Expostulatione compertum est; testaturque (11) Augustinus, qui interfuit Concilio illi. At nos Canones illos recipimus, agnoscimus, veneramur; præsertimque hos ipsos, qui de Jure appellandi Romanum Pontificem apertè constituunt, quemadmodum videre est apud (12) Harmenopulum, qui eos ipsos Canones juri Græcorum Canonico adscripsit, totique Græciæ, etiam Photianæ, servandos proposuit. Quid igitùr senserint Africani Patres, quid ad nos? Si nos id usquequaque recipimus, quod ex nostrâ Sententiâ Jus appellandi Romanum Episcopum adstruit ex Actâ Sardicæ Synodo: atque adeò fatemur Sardicensi Concilio receptam, agnitamque supremam Potestatem Romani Pontificis.

(1) Can. 3. 4. & 7.
(2) In Proem. Ep. Can. cir. med.
(3) nota 4. in Sardicens. Canon.
(4) ad Tit. Decret. de Appellat. & ff. ac Cod. eod. Nostri in lib. 9. Hexicontabibli. Attal. in Synop. ad tit. 94. & ibi Mat. Monach. & Dipl. ubi supr. tit. de appell. & alii cum Eustath. Antecess. de intervall. tēporis. de sex diebus. n. 3. 7. 9.
(5) differ. de Prim. Papæ.
(6) in lib. de Prim. Papæ.
(7) ad an. Chri. 419. à n. 59. & seq.
(8) In Notit. Concil. & Can. ad 3. Can. Sardic. ad Can. 22. Milevit. & in expositi. hist. Carthagin. VI. ab initio.
(9) ubi suprà. & Cabass. ad d. c. 22. Mil.
(10) Vide Acta Concil. Carthag. VI. sive Afr.
(11) lib. 3. cont. Cresco. c. 34.
(12) In epitom. Can. sect. 1. tit. 1. Can. ult. & ead. sect. ti. 4. Can. 38. & 40.

III. Eandem fassum est Tertium Universale Concilium, quod est Constantinopolitanum I. Hoc scribens Damaso duo constanter affirmat. Primum, se jussu Damasi ipsius, litteris ejusdem Pontificis ad Cæsarem missis sibi proposito convenisse in Urbem CP. Secundum verò, se membra esse, Romanam autem Ecclesiam caput esse. Quod utrunque Eâ Concilii epistolâ contineri, Nobis non Latinus aliquis tradit: Grçcus est, Episcopus Græcus est, Vir Græcus doctissimus est, qui proponit, atque asserit. An (1) Theodoretum hæc ementitum dicetis? Is tamen hæc narrat, recitatâque Epistolâ OEcumenicæ Synodi, utrunque ingerit Græciæ, Romanum Pontificem jussu congregare Concilia: Romanam Ecclesiam caput esse omnium Ecclesiarum, quas OEcumenica Synodus repræsentat. Quæ an supremam potestatem præseferant, videant Photiani, quibus eadem objiciunt Ephesinum Concilium inter OEcumenica Tertium, & Chalcedonense inter OEcumenica Quartum. Nam Ephesina Synodus, cui Romani Legatus Episcopi præfuit Cyrillus, Nestorium sacro Solio dum deturbat, affirmat, id à se fieri mandato Cælestini Romani Pontificis. Et in Epistola ad Cælestinum eundem scribit, se causam Joannis Antiocheni, qui se conterraneo suo Nestorio adversus Cyrillum adjunxerat, reservare judicio Antistitis Romani, quippe difficiliorem, ac dubiam magis. Narrat, & refert utrumque Græcus (2) Evagrius, Chalcedonensis autem Synodus, præter ea omnia, quæ superiùs crebra, certa, manifesta retulimus, (3) passim Leonem Magnum appel-

(1) lib. 5. hist. c. 9.
(2) lib. 1. hist. c. 4.
(3) Act. 1. 2. & 3.

appellat Universalis Ecclesiæ Pontificem : & in Epistola (4) ad Leonem ipsum Dioscori supremum piaculum proferens. *Post hæc*, inquit, *omnia, & contra ipsum, cui Vineæ custodia à Salvatore concessa est, extendit insaniam, idest contra tuam Apostolicam Sanctitatem.* Καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν ἔτι καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ τῆς ἀμπέλου τὴν φυλακὴν παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐπιτετραμμένου τὴν μανίαν ἐξέτεινεν· λέγομεν δὴ τῆς σῆς ὁσιότητος. Quæ omnia quid aliud prædicant, quàm repetitum Ecclesiæ nostræ testimonium de Romani suprema Pontificis potestate? Ex V. Synodo nihil est, quod Photianis objiciamus: in eà enim non de Fide actum est, sed de Personis, ut docet eruditè (5) Cabassutius. Præterea, quæ circa illam acta sunt, adeò seditiosa, adeò perturbata esse videntur in Actis ipsis ejusdem, ut diu dubitatum sit, num inter OEcumenicas Synodos recensenda esset, donec more ipso recepta est, ut idem (6) Cabassutius fusè demonstrat. Ex ea tamen, etsi non palam, clam tamen erui argumentum potest pro suprema potestate Pontificis. Nam si V. Synodus OEcumenica dogmata Chalcedonensis Concilii omnia confirmavit, ut palam testatur (7) Harmenopulus noster: cùm in Chalcedonensi, uti vidimus, recepta fuerit suprema potestas Romani Pontificis, dicendum erit, vel ab ipsâ Synodo Quintâ hanc potestatem supremam agnitam, receptamque. Sed, quam clam agnovit, recepitque V. Synodus, potestatem palam professa est acta ante illam Constantinopoli (8) Synodus sub Menna Sanctissimo Patriarcha. Hæc enim sic loquitur: *Nos Apostolicam Sedem sequimur, & obedimus, & ipsius communicatores communicatores habemus, & condemnatos ab ipsa, & nos condemnamus.* Quid VI. Synodus, quæ Tertia Constantinopolitana est OEcumenica? Nihil illa sanè, aliquid tamen Quinisexta, quæ Sextæ Canones addidit. Hæc porro licet & spuria, & nullo modo legitima, ac penè non Schismatica, quin imò aliquâ ex parte hæretica, ut alibi (9) ostendimus, hanc tamen supra omnes Sedes Romanæ Sedis authoritatem agnovit, cùm Byzantinam sedem ita paribus cum Romanâ privilegiis (10) ornavit, ut fassa sit à Sede Romanâ secundam.

IV. Paribus, inquit, privilegiis (1) Coressius: ergo pari potestate. Respondeo: paribus privilegiis, sed citra potestatem supremam. Hæc enim in unâ tantùm Sede esse potest: quippè in uno quoque genere summum, atque supremum unum est, ut tute ipse, Vir bone, Triadis adoranda Mysteria, non ex tuâ penu, sed ex Thomistarum doctissimis elucubrationibus explicans (2) asseris. Jam ex vestrâ sententiâ Photiani, suprema in Ecclesia potestas est: Etenim Monarchiam in Ecclesia agnoscitis, & imperium, uti superiùs demonstravi. Ergo ea suprema potestas in una Sede, non in duabus, collocanda erit. Per Superos omnes, per Theologiam isthanc vestram, per vos ipsos vos rogo. Si unâ in Sede Potestas hæc summâ est, an non potiùs in prima est? Ergo in Romanâ, quæ prima est. Nam, si Byzantina summam habet potestatem, cur dicitur secunda? An quòd posteriùs instituta? at & post Hierosolymitanam, post Antiochenam,

(4) *Extat in Actib. ejus Concil.*
(5) *in d. Notitia ad Conc. CP. II. post med. Vers. Cassiodorum quoque.*
(6) *ibid. ante fin. vers. admonet.*
(7) *In Proœm. Epitom. ãte med.*
(8) *Act. 4.*
(9) *responso I. sect. 3. n. 12. & in Testimonio in Trull.*
(10) *Can. 36.*
(1) *Ad Synops. Nili ad Can. 36. Trull.*
(2) *Tract. Theolog. de Trin. in prima Thesi de Unitate Dei.*

post Alexandrinam, post Ephesinam, etiam post Patrensem, imò etiam post Patmiam. Non ergo prima Romana propter antiquitatem, sed propter aliud quidpiam. At hoc aliud quidpiam quid est, nisi potestas? Ut, quemadmodum major est potestas Byzantini, quàm Ægyptii Pontificis, ut Vos (3) ipsi palam argumentamini contra (4) Balsamonem, ita major potestas Romani sit Præsulis, quàm Byzantini, quemadmodum nos ritè contra Vos ex vestris ipsis effatis argumentamur. Fit igitur, ut quæ Synodus asserit, primum esse Patriarcharum Romanum Pontificem, ea ipsa asserat, supremam potestatem esse in Romano Pontifice, quem ei præfert, cui Vos supremam potestatem in Ecclesia tribuitis. Idem censuit Septima Synodus, quæ Nicæna II. est. Ea solemnibus verbis & laudat, & recipit, & probat Epistolam Adriani I. Pontificis ad Tarasium Patriarcham. Nam palam interrogantibus Petro Archipresbytero Romano, & (5) Petro Monacho Sedis Apostolicæ Legatis: *num Sancta Synodus reciperet Sanctissimi Papæ Veteris Romæ literas, an minus? Sancta Synodus respondit: sequimur, recipimus, probamus.* Λεγέτω ἡμῖν ἡ ἁγία Σύνοδος, εἰ προσδέχεται τὰ γράμματα τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης; ἡ ἁγία Σύνοδος εἶπεν, ἑπόμεθα, καὶ δεχόμεθα, καὶ προσιέμεθα. Jam in ea Epistola (6) Suprema Romani Pontificis authoritas affirmatè proponitur his clarissimis verbis: *cujus sedes per totum Terrarum Orbem Primatum obtinens lucet: omniumque Ecclesiarum Dei Caput existit. Unde & ipse B. Petrus Apostolus, Dei jussu, Ecclesiam pascens, nihil omnino prætermisit, sed ubique principatum obtinuit, & obtinet.* Hoc igitur Septima Synodus sequi se, à se recipi, probarique testata est, atque adeò testata est, à se recipi, à se probari Supremam potestatem Romani Pontificis assertam, prædicatamque in eâ ipsâ Epistolâ, quam probabat, recipiebatque. Addere his septem, vel potiùs octo, (si à Nicæna Sardicensem liceret sejungere, quam Antiquitas Nicænæ succenturiavit, quòd iidem utrobique Patres, eademque utriusque cogendæ causa). Addere, inquam, his septem OEcumenicis Synodis calculum ad eandem sententiam possent, & aliæ Synodi Septima posteriores, ni eas olim Photiana exauthorasset impietas, quæ tamen haud obtinebit unquam; quominus maximi fiant à Græcia nostrâ, quæ iisdem interfuit, in iis suffragium tulit, quæ eas palam probare se, probandasque palam asseruit. Has Synodos non Photianis objicimus, Nostris quippe proponimus, quò magis fidem teneant, quàm constantissimè profitentur, magisque damnent Photianam vesaniam, non Septem tantùm Conciliis Generalibus, sed omnibus iteratò damnatam. Ecce Octava (7) Synodus, quę Constantinopolitana est IV. ubique supremam potestatem Romani Pontificis ingerit. Ecce Lateranense (8) Concilium sub Innocentio III. in quo & Græci sedere, Romanam Ecclesiam supra omnes alias obtinere asserit *Ordinariæ potestatis Principatum*. Ecce Lugdunense (9) Concilium, cui Nostri Principis, nostrique Patriarchæ Legati interfuere,

Vi-

(3) *Coress. in d. Synops. in proœ. Synodi I. & 2. quæ est Synodus Photiana. Marg. in Antirrhetico pro Marco, & alii.*
(4) *Medit. de Privil. Patriarch.*
(5) *Act. 2. circa finem.*
(6) *In Epist. ipsa quæ ext. in ead. Act. 2. Nicæn. 2. c. 5.*
(7) *passiũ, & præsertim. Act. 7. in Actis Synod. Rõ. & Can. 21.*
(8) *Cap. 5.*
(9) *habetur in c. ubi periculum de Elect. in 6. & refert Cabassut. in Not. ejusdem Concil.*

Digitized by Google

Vicarium Christi, Successorem Petri, Rectoremque universalis Ecclesiæ Romanum Pontificem nuncupat, cui sententiæ, communique suffragio solemniùs assensa est Græcia in Florentino (10) Confessu. Ibi, quæcunque hactenus diximus, ad confirmationem Veritatis producta sunt, probata sunt, laudata sunt, communique calculo recepta, confirmata, uno tantùm in tantâ Græcorum turbâ integræ Synodo, tantis Patribus, toto Orbi Terrarum, quæ gerebantur, spectanti, & tunc gesta probanti, reluctante. Quid, inquam, toti Terrarum Orbi tunc, quæ gerebantur, spectanti, probantique? Imò Orbi Terrarum, omni ævo eadem celebranti, omnibus Patribus eadem affirmatè, palamque docentibus.

(10) C. 5. Decreti; de quo Vide Gennadium.

V. Non enim sola Concilia supremam hanc potestatem, quam in Romano Pontifice veneramur, asseruere. Majores nostri omnes, iique præsertim, quibus Magistris utimur, passim, quam in Romano Pontifice potestatem Synodi fassæ sunt, agnovere, comprobavere. Dedit horum syllabum accuratè, & fusè (1) Bessarion, eademque locupletiùs concinnatum Græciæ legendum objecit (2) Gennadius, ex quo, quæ profert (3) Bellarminus, si quædam, quæ nihil probant, excipias, mutuatus est: ut mihi nihil aliud supersit, ni actum agere velim, quàm quædam excerpere, queis nihil ausint Photiani reponere. Nam quid audeant reponere his apertissimis Irenæi (4) Verbis? *Ad hanc Ecclesiam* (loquitur de Romana) *propter potentiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est omnes, qui sunt undique, Christianos*; εἰς ταύτην γὰρ τὴν ἐκκλησίαν, διὰ τὴν ἰσχυροτέραν ἀρχαιότητα ἀναγκαῖον πᾶσαν συνελθεῖν ἐκκλησίαν, τουτέστι τοὺς ἁπανταχοῦ πιστούς, ἐν ᾗ ὑπὸ τῶν πανταχοῦ, διαφυλάχθη ἡ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων παράδοσις. Cogeris, inquit, Photiane, hanc Ecclesiam adire, ut inde Apostolica dogmata, è quibus mores Christiani pendent, Apostolicas Traditiones, unde firmitas Fidei est, tibi constituas, nam ad hanc convenire necesse est, qui sunt undique fideles, in quâ semper viguit Apostolorum traditio. At cur cogeris hanc Ecclesiam adire? Audiamus, si libet, (5) Nectarii Jerosolymitani Patriarchæ (si tamen ejus sunt, quæ Photiana nuperrimè Typographia Jasii ad Transistranam Daciam cudit) facunda deliria. οὐ θαυμαστὸν, inquit, τὸν θρόνον Ῥώμης ὑποκείμενον, τοὺς ὑπ' αὐτὸν εἰς τὴν τελείαν αὐτῆς ὑποταγὴν τηρούμενον ἐκκαλεῖσθαι, ἀλλὰ δὴ καὶ τοὺς ἁπανταχοῦ εἰς τὴν αὐτῆς ἕνωσιν διὰ τὴν ἰσχυροτέραν, ὥς φησιν, ἀρχαιότητα· ὅθεν συνάγομεν ἐκ τούτου σύγκρισιν πρὸς αὐτὴν, καὶ Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἀντιοχείας. τὸ δὲ ἰσχυρότερον τῆς ἀρχαιότητος τῇ Ῥώμῃ ἀπονέμομεν, καὶ διὰ τὸν χρόνον, ὅτι ἐκ Πέτρου, καὶ διὰ τὴν ἁγιότητα τῶν προεδρευσάντων, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν μαρτύρων ἐκεῖ διαγωνισαμένων, καὶ διὰ τὸ ἀρχικὸν τῆς πόλεως, καὶ διὰ τὸ πλείστας ὑπ' αὐτὴν ἐπαρχίας τελεῖν, οἷα ἡ ἑσπέρα σχεδὸν ἅπασα, καὶ τέλος διὰ τὸ συγκρίσει πρὸς τὰς λοιπὰς ἁπάσας ὑπερέχειν· δεῖ τοιγαροῦν ἵνα, εἴ ποτε συναθροισθῇ οἰκουμενικὴ, ταύτην προτιμᾶσθαι, τὰς λοιπὰς εἰς αὐτὴν συνέρχεσθαι, οὐχ ὑποταγῆς ἀνάγκῃ, ἀλλὰ τάξεως, καὶ ἑνώσεως νόμῳ. *Non mirum, si is, qui Sedi Romanæ suberat, conabatur, sibi subjectos ad perfectum ejus obsequium provocare: quin & omnes ubique, qui essent fideles, ad unitatem ipsius propter potentiorem principalitatem, ut ait. Unde colligimus, comparationem ipsius fieri, & Alexandriæ, atque Antiochiæ: potentiorem autem principalitatem Romæ tribuimus, & ob tempus, quòd à Petro sit, & propter Sanctimoniam Romanorum Pontificum, & ob multitudinem Martyrum, ibi qui pugnavere, & propter Principatum Urbis, quòdque plures provinciæ subsint eidem, nempe Occidens propè dixerim universus: Denique, quia, si comparetur, superat reliquas omnes. Necesse igitur est, si Orbis Universus coeat, congregeturque, hanc primum locum habere, cæteras verò huic adhærere, non necessitate subjectionis, sed Lege Ordinis, & unitatis.* Hæc Nectarius ad rem: Nam, quæ addit contumeliosa Romanæ Sedi, quippe extra aleam disputationis nostræ, alibi refellenda relinquimus. Porro quis non videat hominis intemperias? Primò, partium accusat fortissimum Martyrem, quasi, quòd Romano subesset Episcopo, nisus sit eidem Orbis Ecclesias Universi subjicere: nam quod ait, ea verba eo collimasse, ut subjectos Irenæo Populos Romanæ Ecclesiæ perfectè subjicerent, ignorantiam hominis, & imperitiam ostentat, quando neque ejus tempestatis orthodoxi Populi parænesi ad perfectum erga Præsules obsequium indigebant, & Opus Irenæi hæreticos provocat ad obsequium, non Orthodoxos. Demus tamen homini, præter elegantiam styli, nihil, quod sapiat, præseferenti: demus, inquam, hunc Irenæi Scopum fuisse: id, ex quo ad Scopum collimat, rimemur. Suadet obsequium sibi subjectis: ergo, & cæteris Christi fidelibus: nam cur sibi subjectis obsequium, bone Vir, doces insinuari verbis illis, reliquis verò Ecclesiis unitatem, non autem obsequium, &, uti dicimus, *Subjectionem*? Agnosco Photianum ingenium inconstans, & stolidum, ausurumque eandem sententiam ad diversa, & opposita trahere: Si ergo subjectis sibi hoc suadet Irenæus, ut Romanæ subsint Ecclesiæ, profectò, & omnibus τὰς ἁπανταχοῦ ἐκκλησίας, quas non εἰς τὴν ἕνωσιν tantùm αὐτῆς, ἀλλὰ εἰς τὴν τελείαν αὐτῆς ὑποταγὴν verbis illis, quæ eadem omnibus sunt, provocat. Quòd si omnes Ecclesias ad ὑποταγὴν provocat, supervacanea sunt cætera, queis oppositum niteris dementer adstruere. Colligo, inquit, comparationem ibi fieri Romanam inter Ecclesiam, & Alexandrinam, atque Antiochenam. Itane Photianus homo colligere poterit? At, vobis hoc piaculum est Homicidio, Sacrilegioque gravius, è Patrum effatis aliquid collectione deducere: hujus Latinos accusatis perpetuò, illudque ante omnia jactatis, Patrum Sententias, uti sonant, & jacent, intelligendas. Gratulamur igitur, vos aliquando sapuisse, ut admissis tandem collectionibus, usuque penes vos receptis, manifestissimè pateat, in his vos semper apprimè desipere. Ergo ibi Irenæus Romanam Ecclesiam Alexandrinæ, Antiochenæ, imò reliquis omnibus comparat. Non ne, & præfert? Annititis. At quamobrem præfert? διὰ τὴν ἰσχυροτέραν ἀρχαιότητα,

(1) In Epist. ad Philantropen. Lascar. 2.
(2) In Encyclica ad omnes Græcos in med.
(3) lib. 2. c. 15. per tot.
(4) lib. 3. de hær. c. 3.
(5) In Antir. rhet. de Princip. Papæ 1 demōstr. 4. in resp. pag. 127. l. 10.

Vobis

Digitized by Google

Vobis jamdudum probantibus collectiones, licet ne & nobis aliquid pace vestrâ colligere? Modestè dicemus: igitur Romana Ecclesia potentior est omnibus, atque adeò potentissima: Igitur summa potestas Romanæ Ecclesiæ est. Quid, Nectari, nasum corrugas? Hanc, quæ primam subsequitur, Collectionem, datâ primâ, negare insania est: primam porro quî neges Irenæi sententiæ, in quâ Romanæ Ecclesiæ *ἰσχυροτέρα ἀρχαιότης* propalam constituitur? Omnis Comparatio duorum, vel plurium in aliquo, vel in omnibus est: hic comparatio est Ecclesiæ Romanæ cum cæteris, te idipsum fatente, igitur vel in aliquo, vel in omnibus. Si in omnibus; quæ comparatione ipsa præfertur, in omnibus præfertur, atque adeò in ipsâ potestate. Quòd si in aliquibus; utrum ne in iis, quæ tu ineptè comminisceris aliena prorsus à verbis antiquissimi Patris, an potiùs in eo, de quo palam loquitur Irenæus? At *ἰσχυροτέραν ἀρχαιότητα* loquitur Irenæus. Quid hæc, nisi potentiam, & Principatum, præferunt? Hic igitur comparationis Cardo; ut præferri dicatur cæteris Romana Ecclesia, quòd *ἰσχυροτέραν ἔχει τὴν ἀρχαιότητα*, potentiorem habeat Principatum. Si legere nostis, Photiani, & intelligere, utroque vocabulo potestas ingeritur, non tempus, non origo, non sanctimonia Pontificum, non Martyrum frequentia, non latitudo Diœcesis, non Urbis profanum Imperium. Nam quid hæc cum potentiori Principatu? Quid quod & inepta ea sunt, planèque absona rei, cujus satagit Irenæus, fatente Nectario. Nam cùm verbis illis necessitatem probet, qua Christi fideles adigimur, vel obsequi Romanæ Ecclesiæ, vel adhærere: Quorsum causam necessitatis rejicere in profanum Imperium Urbis Romanæ? An ad instar Laicæ potestatis sacram potestatem metimini, ut major sit ejus urbis Episcopus, quæ dominatur in plures? Ite ergo detractum Antiocheno decus Damasceno Antistiti date, vel Berrhœensi, redactoque in Ordinem Alexandrino, Ægypti, ac Libyæ jura Memphiticæ conferte Babylonis Episcopo. Quid his ineptius dici posset ab insano, vel ebrio? At Romana Eparchia cæteris Major. Primùm hoc falsum: nam latiùs patuit, vivo Irenæo, sacra Præfectura Orientis, quâ fungebantur Antiocheni Pontifices, quàm Romana. Illa, quà latè porrigitur Asia, potestatem Patriarchæ peculiaris exercuit, donec Pontifices Byzantini eam magnâ ex parte multavere: at hæc vix totâ Europâ contentâ angulum Africæ extra Europam vix tenuit. Non igitur potentior principatus Romæ sacer, ex latitudine Diœcesis. Deinde, quis unquam potentiorem dixit Ecclesiam, quòd ampliore Diœcesis pomœrio uteretur? Certè major Alexandrini dignitas, quàm Antiocheni, cùm tamen Antiochena Diœcesis Alexandrina longè diffusior. Cætera quàm insulsa! Nonne pudet prælatam dicere Romam cæteris ob sanctimoniam Pontificum, ob Martyrum copiam? Numera hinc latinos Episcopos, inde Alexandrinos, Antiochenosque Patriarchas, quot Romæ ad Irenæi tempora sedisse reperies Ara dignos, ac templo, totidem, si non plures, fas erit enumerare & Antiochiæ, & Alexandriæ Præsules Divorum colendos honoribus. Quî ergo Irenæus Romam ob virtutem Antistitum prætulerit cæteris, quam in cæteris non minorem sciebat. Idem de Martyrum Copiâ judicium. Neque enim plures Romæ mactati pro Christo, quàm alibi. Imò, si sacra potestas auctior, ubi Martyrion crebrius, numerosius, quid obstabit, quin Principem omnium Ecclesiarum dicamus Nicomediam, cujus infinitos Martyres (6) Margunius celebrat, aut Petram Arabiæ, ubi idem (7) Margunius Martyres innumeros numerat? Sed longè relatis hactenus à Nectario ridicula magis est ratio prima, qua verba Irenæi ad prærogativam temporis revocat. Hæc ne diceretis, si Sapientiæ vena ulla paternæ viveret in vobis, ignorantissimi Photiani, *διὰ τὸν χρόνον, ὅτι ἐκ πέτρου*? nonne Romanâ Jerosolymorum antiquior Ecclesia, nonne & Antiochena, nonne & Alexandrina ipsa, si Margunio, & Coressio credimus, docentibus, Petrum, antequàm Romam ascenderet, proficiscentem Alexandriâ, ibi Pontificem Marcum initiasse? Tres igitur illæ Ecclesiæ Româ antiquiores, & quidem à Petro, qui primæ cum Apostolis cæteris elegit, postremæ ipse solus constituit Episcopum, ipse in Antiochena sedit Episcopus. Si ergo *διὰ τὸν χρόνον, ὅτι ἐκ πέτρου, ἡ ἰσχυροτέρα ἀρχαιότης*, his positis, non Romæ conveniet. Quæ quis ferat? quisve potiùs, damnata audacia vestrâ, non dicet, ideò cæteris præferri Romanam Ecclesiam, quòd summam habet, habueritque semper potestatem. Neque enim audiendus est Margunius, qui præferri ab Irenæo dixit Romanam Ecclesiam propter Patrum decreta. Quæ enim ista Patrum decreta, cum ante Irenæum nullum fuerit Concilium potestatis supremæ, nisi Apostolorum, cujus Acta penes Lucam extant nullum ex ejusmodi decretis præseferentia? Cogeris igitur Photiane germanæ Irenæi sententiæ subscribere, atque ita colligere: *δεῖ τοιγαροῦν ὑποταγῇ οἰκουμενικῇ ταύτην πρωτεύεσθαι, τὰς λοιπὰς δὲ αὐτῇ συνέχεσθαι ὑποταγῆς ἀνάγκῃ, οὐ τάξεως μόνον, καὶ ἑνότητος νόμῳ*. *Oportet igitur, hanc obsequio Mundi totius primum locum habere, cæteras huic adhærere necessitate subjectionis, non Ordinis sola, & unitatis lege.* Confirmant Irenæi antiquissimi Patris effatum, quæ Dionysio Alexandrino Patriarchæ sub ejusdem nominis Romano Pontifice contigere. Cùm Dionysius quædam scripsisset, quæ religiosis auribus non admodum placuerant: *Quidam*, inquit (8) Athanasius, *ex Ecclesia rectè sentientes, sed ignari ejus causæ, cur ita ab eo scriptum esset, Romam ascenderunt, ibique eum apud Dionysium Romanum Præsulem accusaverunt*. *Τινὲς τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀδελφῶν φρονοῦντες μὲν ὀρθῶς, μὴ ἐρωτήσαντες δὲ αὐτὸν, ἵνα παρ' αὐτοῦ μάθωσι, πῶς ἔγραψεν, ἀνῆλθον πρὸς τὴν Ῥώμην, καὶ κατηγόρησαν αὐτοῦ παρὰ τῷ ὁμωνύμῳ αὐτοῦ, Διονυσίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης.* Eadem (9) sæpius usuvenerunt in Græcia. Accusatur Cœlestino Nestorius, Leoni Dioscorus, Innocentio I. Theophilus. Quæro, quid hæc aliud significant, quàm Summam Romani Pontificis Potestatem? Non ita, inquit (10) Nectarius: hoc unum ostentat, primum Ordine Roma-

(6) *In notis ad Metaph. in Proœmio, ante med.*
(7) *ibidē in med.*
(8) *lib. de sententia Dionysii Episc. in ult. edit. Coloniensi Tom. 1. pag. 558.*
(9) *Vide inferiùs hac ead. sect.*
(10) *In d. Antirrhet. 2. pag. 75.*

Digitized by Google

ne Romanum Pontificem eſſe. At quæ nam unquam accuſatio, niſi ad judicem? aut quis unquam accuſatione poſtulatus, niſi apud ſuperiorem judicem? apud Superiorem, inquam, juriſdictionis compotem, ejuſque juriſdictionis, quâ poſſit in accuſatum jus dicere. Deerant, inquies, Superiores. At ubi nam, cùm deeſt Superior, itur ad eum, qui pari Poteſtate fungitur? Quis hoc unquam Canon aſſeruit, quis paſſus eſt Juris, rationiſve peritus, quæ lex hoc unquam conſtituit? Cogenda erat Synodus, ut eſſet ſuperior, ne par in parem exerceret imperium. Quòd ſi jure hæc acta ſunt, neque his actis unquam reclamavit Antiquitas, Jure à Patriarchis itur ad Romanum Pontificem, quo Judice, vel Patriarchę in jus vocantur. Jam ſi Romanus Pontifex Patriarcharum judex legitimus eſt, profectò & cæterorum Epiſcoporum, qui ſubjecti ſunt Patriarchis, atque adeò Chriſtianorum omnium. Hæc ante Conſtantinum nobis omnibus certa demonſtrant, primis Eccleſiæ ſæculis à Sanctiſſimis Patribus agnitam ſummam poteſtatem Romani Pontificis. Eadem Majoribus noſtris maniſeſtiùs recepta ipſo Conſtantino imperante, reliquiſque ad Schiſma uſque temporibus. Etenim (11) Athanaſius ſic Felicem alloquitur: Διότι ὑμᾶς, καὶ τοὺς πρὸ ὑμῶν ἀποστολικοὺς ἀρχιερεῖς ἐν τῷ ἄκρῳ κατέστησε, καὶ πασῶν κήδεσθαι τῶν ἐκκλησιῶν ἐνετείλατο, ἵνα ἡμῖν βοηθήσητε. *Ob id vos, prædeceſſoreſque veſtros Apoſtolicos viros, & præſules in ſummo conſtituit, omniumque Eccleſiarum curam habere præcepit, ut nobis ſuccurratis.* Quod nam apertius teſtimonium ad veritatis hujuſce probationem afferri potuit? Ni fallor, qui in ſummo conſtitutus eſt, hoc eſt in ipſo cacumine collocatus, ſub ſe cacumina Eccleſiæ habet. Summus eſt omnium, cui conceſſa eſt omnium Eccleſiarum cura: juriſdictionem habet in omnem, ac totam Eccleſiam is, ad quem pertinet Patriarchis ipſis opem ferre, & Patriarcharum primo, ſcilicet Alexandrino, qui poſt Romanum primus ante Synodum CP. ab omnibus habebatur. Is, inquam, & Poteſtatem habet, & ſupremam Poteſtatem habet: Nam ſi ſine Poteſtate, quî opem ferat? Si ſine Poteſtate, ipsâ Patriarcharum Poteſtate majore, quî opem ferat Patriarchæ primi Ordinis primo? Vident vim ineluctabilem effati Photiani: quare uno ſimul Ore (12) Margunius, (13) Coreſſius, cæterique Fidem Epiſtolæ, unde depromitur, abrogant. Non moror; at, ut ut Epiſtola Athanaſii non ſit, antiqua eſt, ut fatentur Photiani ipſi Nilus (14) Damylas, (15) Planudes, (16) Cyprius, (17) Philotheus, qui fruſtra tantæ authoritati niſi ſunt reſpondere, quorum ita ſequimur dicta, ut ſententiam, quam retulimus, non ut habetur edita typis, ſed, ut ab ipſis producitur, ediderimus. Antiquitate igitur Teſte, ſin minus Athanaſio, veriſſimum eſt, ad Romanum Epiſcopum pertinere omnium Eccleſiarum curam, ipſorumque etiam Patriarcharum. Hinc fit, ut Romano Pontifici, Sanctorum Patrum effato, illa poteſtas aſſeratur ubique, quâ queat & libellos Epiſcoporum ab hæreſi revertentium recipere, & iiſdem criminum veniam impertiri: quâ poſſit ex officio inviſere Orientis Eccleſias, & vel Generalium conventuum decreta, ſi bona, ſancire; ſi mala, reſcindere. Conſtant hæc omnia teſtimonio (18) Epiphanii, penes quem Urſacius, & Valens cum libellis ad Julium I. Pontificem proficiſcuntur ſui rationem criminis reddituri. Teſtimonio (19) Athanaſii, quo authore, iidem Epiſcopi à Julio Romano Pontifice veniam conceptæ, probatæque hæreſis petivere. Teſtimonio (20) Baſilii, cujus hæc ſunt verba notiſſima: *Viſum eſt conſentaneum, ſcribere ad Romanum Epiſcopum, ut videat res noſtras, & judicii ſui decretum interponat: ut, quia difficile eſt inde aliquos è ſententiâ Concilii mitti, ipſe authoritatem rei tribuat delectis viris, qui laborem quidem itineris perferre poſſint, lenitate verò, ac facilitate morum, tum commodâ, & prudenti Oratione eos, qui à recta via deflexerunt, monere: quique acta Ariminenſis Concilii ſecum ferant, ad reſcindenda ea, quæ illic violentè acta ſunt.* Ἐφάνη δὲ ἡμῖν ἀκόλουθον, ἐπιστεῖλαι τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης, ἐπισκέψασθαι τὰ ἐνταῦθα, καὶ δοῦναι γνώμην, ἵνα, ἐπειδὴ ἀπὸ κοινοῦ, καὶ συνοδικοῦ δόγματος ἀποσταλῆναί τινας δύσκολον τὴν ἐνθένδε, αὐτὸν αὐθεντῆσαι περὶ τὸ πρᾶγμα, ἐκλεξάμενον ἄνδρας ἱκανοὺς μὲν ὁδοιπορίας πόνους διενεγκεῖν, ἱκανοὺς δὲ πρᾳότητι, καὶ εὐτονίᾳ ἤθους τοὺς ἐνδιεστραμμένους τῶν παρ' ἡμῖν νουθετῆσαι, ἐπιτηδείως δὲ, καὶ οἰκονομικῶς κεχρημένους τῷ λόγῳ, καὶ πάντα ἔχοντας μεθ' ἑαυτῶν τὰ ἐν Ἀριμίνῳ πεπραγμένα, ἐπὶ λύσει τῶν κατ' ἀνάγκην ἐκεῖ πεπραγμένων.

VI. Hæc Epiphanius, hæc Athanaſius, hæc Baſilius, cujus tamen ſententiam, quam more Photiano non integram producit (1) Nectarius, inutilem prorſus rei, quam aſſerimus, putat; mox Græcos admonet, meminiſſe alterius Epiſtolæ Baſilii, in quâ tantus Doctor idem, quod etiamnum Græci patimur, infortunium paſſus, ut perparum fidei iis, quæ dicimus, à Latinis præſtetur, non nihil bili conceſſit. Quaſi vero quòd Magnus Baſilius curioſam nimis Latinorum prudentiam, ſiniſteritatemque, faſtu quodam nunquam Græcis placituro, bono tamen (an enim faſtum bonum neges, & meritis quæſitam ſuperbiam, cùm & dolus quandoque ſit bonus?) prætumidam exoſus, de eâ modeſtiſſimè queſtus ſit, propterea aut Eccleſiæ ſummatis mores damnaverit, aut inficias iverit poteſtatem. Cùm potiùs ex ipsâ vituperatione Baſilii palam inferatur, Romanam Eccleſiam juriſdictionem maximam habuiſſe, ſupremæque munus certiſſimum Poteſtatis. Fas ſit verba (2) Baſilii producere. Τῷ ὄντι, inquit, θρυπτόμενα τὰ ὑπερήφανα ἤθη ἑαυτῶν ὑπεροπτικώτερα γίνεσθαι πέφυκε· καὶ γὰρ ἐὰν μὲν ἱλασθῇ ἡμῖν ὁ Θεὸς, ποίας ἑτέρας προσθήκης δεόμεθα; ἐὰν δὲ ἐπιμένῃ ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ, ποία βοήθεια ἡμῖν ἐκ τῆς δυτικῆς ὀφρύος; οἵ γε ἀληθὲς οὔτε ἴσασιν, οὔτε μαθεῖν ἀνέχονται· ψευδέσι δὲ ὑπονοίαις προειλημμένοι ἐκεῖνα ποιοῦσι νῦν, ἃ πρότερον ἐπὶ Μαρκέλλου, πρὸς μὲν τοὺς τὴν ἀλήθειαν αὐτοῖς ἐπαγγέλλοντας φιλονεικήσαντες, τὴν δ' αἵρεσιν δι' ἑαυτῶν ἐπιβεβαιώσαντες· ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτὸς ἄνευ τοῦ κοινοῦ σχήματος ἐβουλόμην αὐτῶν ἐπιστεῖλαι τῷ Κορυφαίῳ περὶ μὲν τῶν ἐκκλησιαστικῶν οὐδὲν, εἰ μὴ ὅσον παραινίξασθαι, ὅτι οὐδὲ ἴσασι τῶν παρ' ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν, οὔτε τὴν ὁδὸν, δι' ἧς ἂν μάθοιεν,

(11) *In Epiſt. ad Felic. Papam.*

(12) *Nota 44. ad Canones Trull.*

(13) *In Synop. ad Canones Chalced.*

(14) *Li. de Primatu Papæ c. 8.*

(15) *In additio. ad Biblioth. Photii in Athanaſio.*

(16) *Orat. 3. contra Veccum.*

(17) *Libr. vel orat. 12. Cōtra Gregorā. pro Palama.*

(18) *hæreſ. 68. Meletianorum.*

(19) *Apologia ſecunda.*

(20) *Ep. 52. ad Athanaſ.*

(1) *d. Antirrhet. Sect. 2. demonſtrat. 1. pag. 70. in fin.*

(2) *Epiſt. ad Euſebium Samoſatenum.*

θεῖν, ἀναδέχονται· καθ' ὅλου δὲ περὶ τοῦ μὴ δεῖν ὑπὸ πειρασμῶν πεπιεσμένοις ἐπιπηδᾶν. *Reipsa, quò magis deferes superbis moribus, eò solent despicaciores se ipsis fieri. Et quidem, si Dominus miserebitur nostri, & fiet propitius, quo adminiculo indigemus? Sin autem ira Dei permanserit, quale nobis auxilium ab Occidentalium supercilio? Qui veritatem neque norunt, neque discere sustinent, falsis verò suspicionibus praeoccupati, ea nunc faciunt, quæ priùs in causa Marcelli, contendentes cum iis, qui eis detulerunt veritatem, confirmantes autem hæresim per se ipsos. Et ego quidem ipse sine Communi sententia volebam ad ipsorum Principem mittere de Ecclesiæ quidem rebus nihil, nisi quantum sat esset, ut significarem, eos neque scire veritatem rerum nostrarum, neque viam recipere, qua discat: Universim autem de eo, quod non oportet illis, qui calamitatibus pressi sunt, insultare.* Hunc in modum Basilius: An etiamnum vera, viderint alii. Certè vera tunc, cùm petentibus Nostris Latinam opem ad refringendam Eunomianorum, aliorumve hæreticorum audaciam, hanc Latini vel aliter, ac petebatur, futuramque prorsus inutilem concedebant, vel suspicionibus vanis necessariam differebant. Sed enim & in his questibus nostris quis, nisi Nectarius, non videat Latinam potestatem maximam omnium? Superbiæ accusantur, negatique passim efflagitantibus auxilii. An in pari cum pare, aut in deteriore erga meliorem superbia, ac supercilium? Quis non à potentiore præsidium petat? Aut cur Basilius Alexandrino, Antiocheno neglecto, Romanum efflagitavit auxilium? An verò petitum auxilium profanum? imò verò sacrum. Quod nam autem illud? ipse dicat (3) Basilius, μίαν ἐπέγνων ὁδὸν βοηθείας ταῖς καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίαις, τὴν παρὰ τῶν δυτικῶν ἐπισκόπων σύμπνοιαν. *Unam Nostris Ecclesiis novi salutis viam reliquam è consensu Occidentalium Episcoporum.* Quasi ad profligandas hæreses non satis sit Orientis sententiâ, nisi Occidentalis Ecclesiæ, cujus è Romana, & in Romana principalis authoritas, consensus accesserit. Quapropter alibi (4) Basilius idem Occidentalibus quidem scribens, at peculiariùs Romanam potestatem ad opem Orienti præstandam provocans, qui Occidentalibus scribit, Romanum Episcopum τῷ ὄντι ἄξιον, appellat, τῆς ἐξοχωτάτης ἐκείνης φωνῆς, δι' ἧς μακάριος ἀνηγόρευσεν, ὅτι τῇ σῇ θεοσεβείᾳ ὑπὸ κυρίου δεδόσθαι, τὸ κίβδηλον διακρίνειν ἀπὸ τοῦ γνησίου, καὶ καθαρῶς διηγεῖσθαι, καὶ τὴν πίστιν ἀνυποστόλως κηρύττειν: *revera dignum excellentissimæ vocis illius, qua te beatum declaravit: quoniam Tuæ erga Deum religioni à Domino datum est, spurium nempe à legitimo, & puro discernere, & fidem securè prædicare.* Cuinam Patriarchæ his, vel similibus verbis (nam cùm aliter ea referat (5) Nectarius, idem omnino sonant) Basilius detulit laudem? cui dixit discernendi bonum inter, & malum Dogma potestatem datam, prædicandæque ἀνυποστόλως Veritatis munus? Fatere igitur, demens, his omnibus Basilii locis, quæ ineptè corrupta, καὶ ψευδολογία (6) mentiris, hoc agi, ut palam pateat sententia summi Doctoris summam in Romano Pontifice potestatem agnoscentis, quâ scilicet monstrante, quid in Fide γνήσιον, καὶ καθαρὸν, Subjecti cognoscimus: quâ nempe decernente, quidquid vel in Synodis perperam est actum, rescinditur: à quâ denique unâ utile ad internecionem hæresum auxilium flagitandum est vel Græcis hominibus, queis utinam Romana Sedes aliquando propitia ea largiatur, quæ flagitant, atque ita largiatur, quomodo flagitant, non aliter profutura, quàm eum, quo petuntur, in modum clementissimè concedantur. Scilicet hac supremâ potestate stipati Græci non scripto tantùm, sed re ipsâ, factoque Photianorum proterviam refellemus, ne, rejecto Nectario fucum faciente Basilii sensibus, Epiphanii, Athanasii, Basilii sententias proximè datas Margunii (7) furor adigat ad ineptias. Is eas ita explicat, ut illa Potestas, quæ triplici hoc testimonio Romanis tribuitur Antistitibus, non aliam ob causam tributa per sanctissimos Patres Romanis Antistitibus censeatur, nisi quòd Roma Romani esset ea tempestate Caput Imperii. Sed hoc falsissimum: nam, cùm hæc à sanctissimis Viris asserebantur, narrabanturque, Romanum Imperium Româ in Thraciam navigaverat, relictisque Romanis, subjectam pridem Romanis Gentem Romæ ipsi præfecerat. Ea propter, tam fatuâ responsione neque his omnibus clarior enervatur (8) Nazianzeni sententia, qui palam affirmat, Romanam Ecclesiam vera semper arbitratam de Deo, ut Urbem decet, quæ toti præsidet Orbi, ἡ πρεσβυτέρα ῥώμη, ait, ἀπὸ χρόνων ἀρχαίων τὴν ὀρθὴν ἔχει πίστιν, ὡς ἔπρεπε πόλιν πάσης προκαθημένην τῆς οἰκουμένης εἰλικρινῆ περὶ θεοῦ ἀεὶ κατέχειν πίστιν. Quæ verba non, ut penes Nazianzenum vincta numero habentur, produximus, sed ut ea recitat (9) Nectarius, ne quis de eorum fide dubitet Photianus. His porro tantus Theologus de laico Principatu, prophanaque non loquitur potestate, quæ tunc Romæ nulla, tota Constantinopolim commigrarat, sed de ipso Principatu sacro, qui, translatâ potestate profanâ, Romæ relictus est. Jam Chrysostomus, jam Cyrillus Alexandrinus, quàm crebrò supremam Romani Pontificis potestatem ingerunt, profitentur, ac probant. Chrysostomus iniquissimè per Theophilum Alexandrinum Antistitem exauthoratus Romani Pontificis, precibus fusis, authoritatem implorat, quæ illatam sibi per summum nefas injuriam ulciscatur, quæ contra se per manifestam calumniam Acta rescindat. Audi, quid (10) dicat: *obsecro, ut scribas, quòd hæc tam iniquè facta non habeant robur: illi autem, qui iniquè egerunt, pœnæ Ecclesiasticarum legum subjaceant.* Ἐπιστεῖλαι παρακαλῶ, τὰ μὲν οὕτω παρανόμως γεγενημένα, ἀπόντων ἡμῶν, καὶ ἐκ μιᾶς μοίρας, καὶ οὐ παραιτησαμένων κρίσιν, μηδεμίαν ἔχειν ἰσχὺν, ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἔχει τὴν οἰκείαν φύσιν, τοὺς δὲ παράνομα διαπραξάντας ἐλεγχθέντας τῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεσθαι τῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων. Agnoscit ergo Chrysostomus Romanum Pontificem, uti supremum etiam Græcorum Antistitem, qui de actis in Græciâ per Patriarchas possit cognoscere, qui decreta perperam in Synodis nostris

(3) Ep. 2. ad Athanas.

(4) Ep. ad Rom. Pôt. & cæteros occident. per Sabinũ.

(5) d. Sect. 3. Demonstr. 2. pag. 100.

(6) d. pag. 100. lin. 13. in margine.

(7) d. nota 44. ad Trull.

(8) In Carmine de Vita sua.

(9) d. Sect. 3. demonstr. 4. pag. 115. lin. 5.

(10) Ep. 1. ad Innocentiũ.

Digitized by Google

(11) Sect. 2. pag. 75. linea 21.

nostris abrogare queat, judicesque ob iniquè latam sententiam, juxta Canonum præscripta, castiget. Audiamus, quid (11) Nectarius respondeat: πρὸς δὲ τὰ περὶ ἰωάννε τε χρυσοστόμε, ἀναμφιβόλως ἔδει τὸν πάπαν, καὶ πάντα πατριάρχην αὐτῷ ἐπαμύνεσθαι, ὡς παρ' ἐνορίας κριθέντι, ὡς ὑπὸ ἐλάττονος θρόνε, ὡς ὑπὸ ὀλιγοτέρων· πλείονας γὰρ εἶχεν ἐπισκόπους περὶ αὐτὸν ὁ χρυσόστομος (καθάπερ λεπτομερῶς ἱστορεῖ ὁ μαθητὴς αὐτοῦ ἑλενοπόλεως παλλάδιος) καὶ ὡς ὑπὸ ἐχθρε, καὶ ὑπόπτε μάλιστα, καὶ ἐχθρωδῶς· τίς τοιαύτας ἀταξίας ἐνέγκοι, ἢ ἀναξιότητας; ὥστε ἢ τὸν ἐλάχιστον θρόνον μὴ διεγείρεσθαι εἰς ἄμυναν τε ἀθώε, καὶ τῶν Κανόνων. *Quod ad res attinet Chrysostomi, sine dubio oportuit, & Pontificem Romanum, & quemlibet Patriarcham illi suppetias ferre, quippe judicium passo extra diœcesim, ab inferiori Throno, & à paucioribus. Plures enim habuit circa se Episcopos Chrysostomus (ut narrat curiosè discipulus ejus Palladius Helenopolios Antistes,) & quòd ab hoste, & suspecto valde, & hostili modo. Quis hæc inordinati Judicii vitia prorsus indigna tulisset, quin & minimus Thronus erigeretur ad tutelam innocentis, & Canonum?* Eleganter, facundè dicta, sed extra rem, de qua quærimus. Injustè damnato Chrysostomo quilibet justè Præsul præstitisset auxilium, opem, do etiam, quod petis, patrocinium εἰς ἄμυναν, an & Judicis authoritatem rescissuri acta, castigaturi Judices injustissimos? An ob damnatum iniquè Chrysostomum Antiochenus Antistes potuisset Alexandrinum punire? Si affirmas, cur ergo hunc non appellavit Chrysostomus? Si negas, quid obest, quin te hæc respondentem asseramus desipere? Superiori, vel pari par vel inferior opem, suppetias, vires, quidvis oppresso præstare poterit, authoritatem Judicis castigaturi, quantumvis injustissimè damnato conferre non poterit, nisi & injustè damnato, & injustè damnante superior. At Chrysostomus opem, potestatemque Innocentii implorat, non ut συμμαχήσοντος, sed ut Judicis inflicturi pœnam Theophilo, ac rescissuri Acta piraticæ Synodi. Hunc igitur Chrysostomus Præfectum sibique, & Theophilo, atque adeò toti Græciæ cognoscit, autumat, faturq; Hinc qui Romani Pontificis Potestatem in hostes suos provocavit ut judicis, eandem expertus est ad sui tutelam ut Patris: quare uti Patri gratias agit: *perpetuas*, (12) inquit, *vobis gratias agimus, quòd paternam erga nos benevolentiam declarastis.* Εὐχαριστοῦντες ὑμῖν ὁ διατελοῦμεν, ὅτι πατέρας φιλοστόργους ἀπεκρύψατε τῇ περὶ ἡμᾶς εὐνοίᾳ, καὶ σπουδῇ. Hunc in modum Constantinopolitanus Antistes Romano Pontifici, Innocentio Chrysostomus, senior juniori, ne quis Photianus existimet, Patrem à Chrysostomo Innocentium appellari, quòd provectioris esset ætatis. Eo proinde nomine Romani Pontificis Potestatem Chrysostomus fassus est, qui mox iterum eandem ingenuè profitetur, cùm Innocentium eundem Christianissimè deprecatur, ut hostibus, quos tam infensos habuerat, veniam impertiret. *Vestram*, (13) ait, *oro vigilantiam, ut, licet omnia tumultibus impleverint, si tamen curari morbo voluerint, ne affligantur, neque à cœtu ejiciantur.* Ἐκεῖνο δὲ παρακαλῶ τὴν ἐῤῥωμένην ὑμῶν ψυχὴν, κἂν εἰ πάντα θορύβων ἐμπλήσαντες ἀμεταμέλητα νοσῶσι, καὶ ἀνίατα, αὐτοὺς θεραπεῦσαι αὐτοὶ ἐλομένους μὴ παρακαλῆσαι, μηδὲ ἀπαγορεῦσαι.

(12) in 2. Epist. ad Innoc.

(13) ead. Ep. 2. ad innoc.

VII. Videor mihi ex uno Chrysostomo penitùs constituisse, agnitum, receptamque Ecclesiæ nostræ supremam Romani Pontificis Potestatem, quam ulteriùs objicere Photianis fas est, & à Cyrillo jactantiùs approbatam. Is enim Principi Clero, & Populo in Græcia (1) scribens edicit, ne quis intra septa Ecclesiæ recipiat Nestorium, aut Episcopum putet, ni, intra terminum à Cælestino Pontifice præstitutum, impia dogmata palam recantet. Quid hæc, stupidissime Nectari, quid hæc, sodes, præseferunt, nisi majorem Romana in Ecclesia potestatem, cujus mandata Pontifex Alexandrinus exequitur, cujus mandatis Ecclesiæ Byzantinæ parere necesse est? Idem Cælestinum eundem, quem Patriarcha Alexandrinus, Præses OEcumenicæ Synodi, Patrum Græcorum sapientissimus, cui ab eloquio divino (2) cognomen est, patrem (3) appellat Sanctissimum: idem, inquam, Cælestinum (4) interrogat, an placeat ulteriùs insaniam Nestorii impunè grassari, ut ferenda sit ad tempus ejus in Sacris communio, an potiùs insurgendum sit omnino in manifestam hominis perditissimi audaciam, ut à cœtu Fidelium omnibus vitandus exterminetur? Quæ sanè palam cuique nondum planè furioso demonstrant, quid Cyrillus censuerit de summi Sacrorum Antistitis potestate, cujus mandata Græcis custodienda proponit, quem consulit in agendis, facturus scilicet, quidquid Romano Pontifici placuisset. Certè nullus inter Majores nostros sanctissimos Cyrillo erga Romanam Sedem obsequiosus magis, quam primus Græcorum Antistitum suâ majorem asseruit facto, (5) functus nimirum delegata à Romano Pontifice potestate, vicarioque Munere in Synodo Ephesina. Neque enim Legatus par Principi, cujus Legatum se gerit. Quòd si non par, ergo minor. Ut hoc uno satis appareat Cyrillus affatim fassus potestatem supremam ejus, cujus supremam vicario munere potestatem in OEcumenica Synodo libens exercuit. Atque utinam non magno cum Sapientiæ damno plerique ex iis libris, quos Thesauros Cyrillus inscripsit, periissent; extaret sanè numerosum tanti Patris suffragium pro Principatu sacro Romanæ Sedis, quam ex iis, quæ perierunt, omnium maximam, omnium magistram, ac matrem efficacissimè confirmarunt Andreas (6) Colossensis coram universa Synodo Florentina, atque post Colossensem (7) Gennadius ex ipso Solio Byzantino. Penes postremum hunc hæc verba Cyrilli reperies. ὅτι δεῖ ἡμᾶς, ὡς μέλη, ἐμμένειν τῇ κεφαλῇ ἡμῶν, τῷ τῆς ῥώμης ἀρχιερεῖ, καὶ τῷ ἀποστολικῷ θρόνῳ, ἀφ' οὗ ἡμέτερόν ἐστι ζητῆσαι τί πιστεύειν, καὶ τί δοξάζειν μέλλομεν, καὶ κρατεῖν· ὅτι αὐτοῦ μόνου ἐστὶν ἐλέγχειν, ἐπιδιορθοῦν, ἐπιτιμᾶν, ἐπισκοπεῖν, διατιθέναι, λύειν, καὶ δεσμεῖν: *Oportere nos, tanquam membra, caput sequi, hoc est Romanum Pontificem, & Apostolicam Sedem, à qua debemus petere, quid credere, & sentire debemus, ac tenere, quia ipsius tantùm est, confutare, dirige-*

(1) Ep. 2. ad Cleru & Popul. CP.

(2) Θεηγόρος appellatur à nostris. Vide Gennad. in Defens. 5. c. Decret. Floren. de Primatu Sect. 16. post med.

(3) Ep 18. ad Cælest. initio.

(4) Ead. Epist. 18.

(5) Vide Acta Synod. Ephes.

(6) In Concil. florent. Session. 7. refert Bessar. Ep. 1. ad Philanthropen. in med. in actib Concilii non extat.

(7) in d. c. 5. Decr. flor. sect. 12. sub initium.

rigere, redarguere, confirmare, ordinare, solvere, & ligare.

VIII. Hæc patienter (1) Margunius ferre non potest: eadem cachinno excepit (2) Coressius. Scilicet ut innixum authoritati Colossensis testimonium, aut receptum Gennadio proferatis in medium? Quid porro, amabo, probaturum? figmentum est qualibet fabula fabulosius. Nos, inquiunt, nihil horum penes Cyrillum legimus: hoc effatum tam apertè supremam Potestatem Pontificis vestri constituens nemo Patrum nostrorum agnovit. Apage ineptias, si libet, quodque soli Latini falsò, & injuriosè affingunt Cyrillo, amove, ne, qui objicis Photianis creberrimè manifestum mendacium, ipse manifestissimè mentiare. Quod Margunius, quod Coressius de testimoniis è libris Cyrilli, qui periere, desumptis contumeliosè respondent, id ipsum in simili modestiùs censuit (3) Nectarius: quem tamen cum reliquis cautiùs loqui monemus, nec ex productis aliquid reprobare, quin priùs cuncta rimati fuerint, ne nimirum novo testimonio ipsorum sive ignorantia, sive perfidia Sapientibus innotescat. Nam postremum Cyrilli testimonium, quo nempe jugulatur Photianismus, non propterea recipiendum Photianis proponimus, quòd à Colossensi productum, aut à Gennadio receptum, sed quòd à Majoribus nostris sæpe productum, à Photianis ipsis receptum sit. Nam ea verba Cyrilli, ut jacent apud Gennadium, recitat Nicephorus (4) Patriarcha Sanctissimus ex Cyrillo, eadem Antonius (5) Cauleas, eadem Mysticus (6) Nicolaus, eadem Nicephorus (7) Blemmydes, eadem iterum, iterumque Photianis Veccus (8) opponit, & post Veccum Metochites (9) Georgius. An hi à Latinis conficta probaverint, probata produxerint, atque ad idipsum produxerint ex Cyrillo, quæ nusquam penes Cyrillum occurrerent? Quid Photiani? Legite, quæ (10) Pectoratus, quæ (11) Germanus Secundus, quæ Joannes (12) Phurnès, quæ Michael (13) Anchiali, quæ Methonensis (14) Nicolaus, quæ Marcus ipse (15) Eugenicus contra Romanum Pontificem congessere: passim apud omnes occurret is locus Cyrilli, stolidis quidem interpretationibus corruptus, pessundatus, deformatus, receptus tamen. Etenim ut ut conentur apertissimis verbis occurrere, nusquam tamen ea esse Cyrilli dementissimi homines, atque idipsum, quod vos, ausuri, si licuisset, inficiantur. Stat igitur Cyrilli sententia nullâ vestra inficiatione superabilis: Statque supremam Romani Pontificis potestatem affirmans, simulque docens, quanta sit ignorantia vestra, quanta protervia, qui cùm monumenta Majorum penitùs ignoretis, ignotum Majoribus dicitis quidlibet, quos ne à limine quidem hominum imperitissimi salutastis. Sed esto, uti vultis. Falsa sint, quæ Colossensis proposuit, quæque Gennadius probavit. Etenim *hanc veniam petimusque, damusque vicissim*, ut Orthodoxorum Antistitum Authoritati verissima proponēti nullam fidem præstent Photiani, quorum nos jure, & meritò mendacitatem refellimus sexcenta commentam. Etiam extra libros, qui non extant, Cyrilliani Thesauri, quæ ex receptis, palamque obtinentibus Cyrilli scriptis, factisque retulimus, abunde probant, ingens tanti Pontificis erga Romanam Sedem obsequium. Post hunc (16) Theodoretus vir in omni litteratura suo ævo mirabilis; Antistes Asianus toti Græciæ notissimus, Philosophus maximus, Theologus celeberrimus, sacrarum Paginarum interpres egregius, ac de historia sacra benemeritissimus Pater, quid de Romani Pontificis potestate sentiendum sit, doceat Photianos. Leonem Magnum alloquitur. *Atque ego*, inquit, *Apostolicæ vestræ Sedis expecto sententiam, & supplico, & obsecro vestram sanctitatem, ut mihi opem ferat justum vestrum, & rectum appellanti Judicium: & jubeat ad vos accurrere, & ostendere meam doctrinam vestigia Apostolica sequentem.* Ἐγὼ δὲ τοῦ ἀποστολικοῦ ὑμῶν θρόνου περιμένω τὴν ψῆφον, καὶ ἱκετεύω, καὶ ἀντιβολῶ τὴν σὴν ἁγιότητα, ἐπαμῦναί μοι τὸ ὀρθὸν ὑμῶν, καὶ δίκαιον ἐπικαλουμένῳ κριτήριον, καὶ κελεῦσαι δραμεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐπιδεῖξαί μου τὴν διδασκαλίαν τοῖς ἀποστολικοῖς ἴχνεσιν ἑπομένην. Obscurum est, inquit Coressius, & jure hoc totum interpretabere quasi junioris Episcopi ad seniorem de hostium acerbitate officiosam querelam. Esto & hoc, quanquam nonagenarius hæc scriberet Leoni nondum decrepito: licèt apertè appellationem efflagitet, ac jussa palam imploret. Sed esto perobscurum hoc totum: an & hoc aliud? Renato Romano Presbytero (17) scribens. *Spoliarunt me*, inquit, *Sacerdotio, ejeceruntque ex civitatibus, neque ætatem in Religione exactam, neque caniciem reveriti. Quamobrem te precor, ut Sanctissimo Archiepiscopo Leoni persuadeas, ut Apostolica utatur auctoritate, & jubeat ad vestrum concilium adire. Tenet enim Sancta ista Sedes gubernacula regendarū omnium Ecclesiarum.* Ἐγύμνωσαν μὲν ἱερωσύνης, ἐξήλασαν δὲ καὶ πόλεως, οὐδὲ τὸ γῆρας αἰδεσθέντες, οὐδὲ τὴν πολιὰν ἐν εὐσεβείᾳ τραφεῖσαν. Διό τοι τοῦτο τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην παρακαλῶ, πεῖσαι τὸν ἁγιώτατον, καὶ ὁσιώτατον Ἀρχιεπίσκοπον τῇ ἀποστολικῇ χρήσασθαι ἐξουσίᾳ, καὶ εἰς τὸ ὑμέτερον ἀναδραμεῖν κελεῦσαι συνέδριον. Ἔχει γὰρ ὁ πανάγιος θρόνος ἐκεῖνος τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν τὴν ἡγεμονίαν. An hæc obscura, an in his ulli locus tergiversationi? Manifesta Confessio est, apertissimum testimonium. Nihil hìc ætas, nihil hìc officiosa scribentis calami concertatio. Omnia Veritas dicit, omnia Fides affirmat, omnia Sapiens Ecclesiasticæ disciplinæ notitia profitetur. Quare & (18) Sozomenus restitutos per Julium I. Pontificem Athanasio Alexandrinas, Byzantinas Infulas Paulo describens, eam celeberrimam sanctissimorum Antistitum restitutionem in integrum supremæ potestati Restitutoris attribuit. Ait enim: *cùm propter Sedis propria dignitatem cura omnium ad ipsum pertinerent, singulis Ecclesiam suam restituit.* Οἷα δὲ τῆς πάντων κηδεμονίας αὐτῷ προσηκούσης διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ θρόνου, ἑκάστῳ τὴν ἰδίαν ἐκκλησίαν ἀπέδωκε. Quæ ferè eadem Xanthopulus, licèt Photianus, capite III. libri IX. repetit. Hinc & Sozomeno posterior (19) Acacius potestatem eandem in Simpliciano Romano Pontifice agnoscens, eam omnes Ecclesias complexam affirmat his verbis: *Sollicitudinem omnium Ecclesiarum, secundum Apostolum, circumferentes nos indesinen-*

(1) d. nota 44. ad Trull.
(2) In Nili Synops. ad can. Trull.
(3) Sect. 3. demōstr. 2. pag. 109. ab initio.
(4) Orat. tertia pro Imagin. circa finem.
(5) Epist. ad Papā Romanū. extat apud Canonarcham in form. litterarū Communicatoriarum.
(6) Epist. ad Rom. Pont. apud eundem eod. loco.
(7) Orat. de veritate n. 4.
(8) li. vel Orat. 3. contra Cypriū.
(9) Orat. 2. pro Vecco.
(10) De Primatu Papæ Tomo 2. in 2. object.
(11) lib. 1. contra latinos. in respōs. 10.
(12) Orat. 4. de Spir. S. in fin.
(13) Orat. ad Imperat. cōtra latinā hæresim c. 5.
(14) li. 2. contra latinos c. 14.
(15) In Antirrhet. contra And. colossens. & Greg. in med.
(16) Ep. ad Leon. Pontif.
(17) Ep. ad Renatū Presb. Romanū.
(18) li. 3. hist. c. 7.
(19) In Epist. ad Simplic. Papam. extat Tom. 2. Cbillier.

ſinenter hortamini, quamvis ſponte vigilantes, ac præcurrentes: quæ Periodus, licèt in editis Conciliorum Tomis Græcè non ſit, Græcè tamen proponitur in Epiſtola IV. Nectarii Caſulani Abbatis ad Corcyræum Epiſcopum.

IX. His omnibus colophonem, uti ajunt, ponat Juſtinianus ille, cujus vel ipſa deliria Photianis adeò placuere, ut non modò, quæ ille laicâ poteſtate decrevit, inter Canones moderaturos Eccleſiam (1) receperint, ſed vel ipſis divinis effatis (2) anteferant, auſi per ſummam impietatem (eſt autem impietatis pœna, nova, & manifeſtior impietas) eum (3) θεάνθρωπον appellare, ut, quibus horrori eſt, Vicarium Dei Romanum Pontificem dicere, ii hominem ignorantiſſimum, &, ut cum (4) Suida loquar, ἀναλφάβητον, patronumque (5) hæreticæ labis Deum hominem nuncuparent. Is porro nondum hæreticus, iiſque laudibus dignus, quibus priores ejus Principatus anni paſſim à Scriptoribus excipiuntur, ſic ſupremam Romani Pontificis poteſtatem Joanni Romano Præſuli (6) ſcribens teſtatur. *Nos reddentes honorem Apoſtolicæ Sedi, & veſtræ Sanctitati, quod ſemper nobis in voto fuit, & eſt, ut decet Patrem, honorantes veſtram Beatitudinem, omnia, quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinent, feſtinamus ad notitiam deferre veſtræ Sanctitatis, quoniam ſemper nobis fuit magnum ſtudium, unitatem veſtræ Apoſtolicæ Sedis, & ſtatum Sanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodire. Ideòque omnes Sacerdotes univerſi Orientalis tractus & unire, & ſubjicere fidei veſtræ Sanctitatis properavimus. In præſenti verò, quæ commota ſunt, quamvis manifeſta, & indubitata ſint, & ſecundum Apoſtolicæ veſtræ Sedis doctrinam ab omnibus ſemper Sacerdotibus cuſtodita, & prædicata, neceſſarium duximus, ut ad notitiam veſtræ Sanctitatis perveniant. Nec enim patimur quidquam, quod ad Eccleſiarum ſtatum pertinet, quamvis manifeſtum, & indubitatum ſit, quod movetur, ut non etiam veſtræ innoteſcat Sanctitati, quæ caput eſt omnium Sanctarum Eccleſiarum.* Sic Juſtinianus noſter in edito Codice, quem Græcè olim legimus, at in præſentia Græcè non ſuppetit, unde Græca Principis noſtri verba in Photianam ἀντίθεσιν contorquere fas ſit. Ea tamen illis, velint, nolint, recipienda proponent ex noſtris Jureconſultis notiſſimi duo Tipucitus, & Gregorius Patzò, quorum ille hanc ipſam legem juſto Commentario dignatus eſt in eruditiſſimis Scholiis ad Codicem Juſtinianeum; hic verò iterum, iterumque refert in celeberrima Explicatione Novellarum nota (7) Coreſſio, translativa (8) Malaxo, ſæpe corrupta à (9) Margunio ſtultiſſimis Explanationibus. Quas inter eſto & hæc, qua declinare nititur vim ejus vocabuli, quod ingerimus, atque, Patzò iteratò prædicante, τὴν κεφαλὴν πασῶν τῶν ἁγιωτάτων Ἐκκλησιῶν. *Caput omnium Eccleſiarum*, vim vocis ad antiquitatem Sedis (10) revocare. Τουτέστι διὰ τὴν ἀρχαιότητα, *ob vetuſtatem*, quaſi Caput antiquiſſimum Corporis membrum ſignificet, non autem princeps. Sed de hoc alibi. Nunc ad Nectarium redeo, atque Ajo. Ecce habet ὁρατὴν Eccleſia κεφαλὴν, doctiſſime (11) Nectari, quod nempè negas, ac pernegas, ut ſacra Reſpublica rebus cæteris publicis ſit te authore deterior. Ecce hoc Caput Eccleſiæ, quod ſubeſt adſpectui, in Romana Eccleſia eſt, authore Principe veſtro, quem ſacris Canonibus præfeciſtis. Scilicet hic palam fatetur, Romanam Eccleſiam Caput eſſe omnium Sanctarum Eccleſiarum: neque id ſemel, aut ſoli Romano Pontifici ſcribit, quaſi adſentaturus ei, cui ſcriberet: hoc idem CP. Pontifici credendum, tenendum (12) proponit: nam ſic Epiphanio Patriarchæ: Γινώσκειν βουλόμενοι τὴν σὴν ἁγιωσύνην πάντα τὰ εἰς ἐκκλησιαστικὴν ἀφορῶντα κατάστασιν, ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα ταύταις πρὸς αὐτὴν χρήσασθαι ταῖς θείαις συλλαβαῖς, καὶ δι' αὐτῶν δῆλα αὐτῇ καταστῆσαι τὰ κινηθέντα, ἅπερ καὶ αὐτὴν εἰδέναι πεπείσμεθα, εὑρόντες γάρ τινας ἀλλοτρίους τῆς ἁγίας καθολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῇ τῶν ἀσεβῶν Νεστορίου, καὶ Εὐτυχοῦς ἀκολουθήσαντας πλάνῃ, καὶ ταῖς τούτων βλασφημίαις κεχρημένους, θεῖον προτεθείκαμεν ἴδικτον, ὅπερ καὶ ἡ σὴ ἁγιωσύνη γινώσκει, δι' οὗ τὴν τῶν αἱρετικῶν μανίαν ἠλέγξαμεν. οὐδὲν παντελῶς ἐναλλάξαντες, ἢ ἐναλλάττοντες, ἢ παρεξελθόντες τῆς μέχρι νῦν σὺν Θεῷ κρατούσης, καὶ ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, καθὰ καὶ ἡ σὴ γινώσκει μακαριότης· ἀλλὰ διὰ πάντων φυλάσσοντες τὴν κατάστασιν τῆς ἑνώσεως τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τῆς πρὸς τὸν ἁγιώτατον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, ᾧ πεπεράχεν, πρὸς ὃν καὶ τὰ ὅμοια τούτοις γεγράφαμεν· οὔτε γὰρ ἀνεχόμεθά τι τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρώντων κατάστασιν, μὴ καὶ τῇ αὐτοῦ ἀναφέρεσθαι μακαριότητι, ὡς κεφαλῇ οὔσῃ πάντων τῶν ὁσιωτάτων τοῦ Θεοῦ ἱερέων· καὶ ἐπειδὴ, ὁσάκις ἐν τούτοις τοῖς μέρεσιν αἱρετικοὶ ἀνεφύησαν, τῇ γνώμῃ, καὶ κρίσει ἐκείνου τοῦ σεβασμίου θρόνου κατηργήθησαν. *Cùm tuam Sanctitatem ſcire velimus omnia, quæ ad Eccleſiaſticum ſtatum pertinent, neceſſarium eſſe duximus hac Epiſtolâ eidem ſignificare, & per eam eidem aperire, quæ innovata ſunt, quæ & eandem ſcire confidimus. Nam, cùm hìc quoſdam alienos à ſancta Catholica, & Apoſtolica Eccleſia invenerimus, ſectantes errorem impiorum Neſtorii, & Eutychis, & eorum blaſphemiis utentes, divinum promulgavimus Edictum, quod & tua Sanctitas novit, quo hæreticorum inſaniam confutavimus, cùm nihil penitùs immutaverimus, vel mutemus, vel tranſgrediamur Eccleſiaſtici ſtatus, qui hucuſque, Deo favente, perdurat, ut tuæ notum eſt Beatitudini: ſed per omnia ſervamus ſtatum Unionis Sanctiſſimarum Eccleſiarum, quæ cum Sanctiſſimo Papa, & Patriarcha ſenioris Romæ tranſacta eſt, ad quem bis conſentanea conſcripſimus. Nunquam enim feremus, quin omnia ad ſtatum Eccleſiaſticum pertinentia ad illius Beatitudinem, uti ad Caput Sanctiſſimorum Dei Sacerdotum deferantur: Et quia quoties in his partibus hæretici exorti ſunt, ſententia, & judicio illius venerandæ Sedis ſunt repreſſi.* En iterum, quemadmodum Romana Eccleſia omnium Caput Eccleſiarum, ita Romanus Epiſcopus omnium Sacerdotum Caput aſſeritur. Quare & ejus fatagitur, ut omnes Romano Pontifici ſubjiciantur, propter eaque Joannes Pontifex Juſtiniano (13) reſcribens: τὸν τῆς ῥωμαϊκῆς, ait, καθέδρας ἐκκλη-

(1) *Vide paſſim omnes in Nomocanon. & Marg. in Proem. Notarii.*
(2) *Vide Marg. ibid. poſt Catal. Cœcilior.*
(3) *Eũdẽ ibid. et in Vita Cõſtant. in notis Metaph. in fine.*
(4) *In Lexic. ver. Juſtin. & Vide Bar. ad ann. 529. n. 2. & Magr. in Hierolex. dict. analphabetus.*
(5) *Vide Evagr. l. 4. hiſt. ec. 38. & lib. 4. c. 40. & lib. 5. c. 1. Euſtath. in Vita S. Eutychii apud Sur. die 6. April. tom. 2. & Bar. ab ann. Chriſt. 563. ad 565.*
(6) *in l. inter nos reddentes Cod. de ſum. Tri.*
(7) *In Synopſi ad Nilũ ad Cã. Chalced. & alibi.*
(8) *In Nomoc. c. 340. & alibi.*
(9) *ad Cã. Nicę. not. 18. Ad Can. Conſt. I. not. 10. ad Cã. Chalced. n. 39.*
(10) *ad d. Cã. Chalced. not. 14.*
(11) *Theoremate 4. pag. 137. linea 11.*
(12) *Ep. ad Joannem Papam, quę extat Gręcè, & Latinè apud Auguſtinum Antonium, & refert Gennad. in defẽs. 5. C. Decretiflorent. Sect. 8. ſubinitium.*
(13) *l. inter Claras Cod. de ſum. Trin. & fid. Cath.*

Digitized by Google

εὐλάβειαν διατηρεῖτε, αὐτῇ τε πάντα ὑποτάττετε, καὶ εἰς τὴν αὐτῆς ἑνότητα διεξάγετε, πρὸς ἧς τὸν ἀρχηγὸν, τουτέστιν τὸν τῶν ἀποστόλων κορυφαῖον, τοῦ Κυρίου λαλοῦντος, διατέτακται, ποίμαινε τὰ προβάτιά μου· ἥνπερ εἶναι τῶν ἐκκλησιῶν ἀληθῶς κορυφὴν, καὶ τῶν πατέρων οἱ κανόνες, καὶ τῶν κρατούντων αἱ διατάξεις ἐκτίθενται. *Romanæ sedis reverentiam conservatis; & ei cuncta subjicitis, & ad ejus deducitis unitatem, ad cujus authorem, hoc est Apostolorum Principem, domino loquente, præceptum est: pasce oves meas. Quam esse omnium verè Ecclesiarum Caput, & Patrum regulæ, & principum Statuta declarant.* Hæc Joannes Romanus Pontifex, quæ

(14) Sect. 3. demonstr. 3. pag. 109. lin. 12.

(14) Nectarius hac sapidissimâ excepit notâ. πολλάκις εὐχαριστοῦμεν, ὑπὲρ ὧν λαβεῖν ἱμειρόμεθα, εἰ καὶ μὴ ἀπελάβομεν, τὸν εὐεργετήσοντα δῆθεν τοῖς ἐπαίνοις εἰς τὴν μετάδοσιν διεγείροντες. εἰ μὲν οὖν ὁ αὔγουστος πάντα ὑπέταξεν, ἢ ἔμελλεν ὑποτάξαι τῇ ῥωμαϊκῇ καθέδρᾳ, τὰ κατὰ δύσιν μόνον νοητέον· τὰ δὲ κατ' ἀνατολὴν, αὐτὸς ἑαυτοῦ δῆλος γίνεται πολλαχοῦ τῶν διατάξεων, ὁσάκις περὶ πατριαρχῶν ὁ λόγος. *Sæpe gratias agimus ob ea, quæ accipere desideramus, quamvis non acceperimus, scilicet usurum liberalitate laudibus ad liberalitatem provocantes. Si porro Augustus omnia subjecit, vel subjecturus erat Romanæ Sedi, nempe intelligendum de Occidentalibus: at quod attinet ad Orientales, ipse se ipsum explicat pluribus in locis Constitutionum, quoties loquitur de Patriarchis.* O prodigiale, Nectari, acumen tuum, quod pingue adeò, crassumque est! Nempe novum hoc est, quod à te discimus, gratiarum agendarum genus, ut agantur gratiæ pro non recepto beneficio: ut gratitudo sperati sit muneris, & è sperato munere, non accepto proficiscens affectio. Illud etiam planè mirabile, ut omnia partem significent, quique omnia se alicui subjecturum pollicetur, ubi ad pollicitationis fidem ventum est, se non omnia, sed aliqua pollicitum fuisse confirmet. Hoc ne est sapere, an desipere? hoc ne respondere, an ludere? Quid quòd responsio ingenuam Photiano ignorantiam, vel nativum dolum ostentat. Ais, gratias agi pro beneficio nondum recepto, scilicet verbis illis provocatur Augustus ad id, quod nondum spoponderat, & nondum affirmarat. Utrum, quas retulimus, constitutiones legisti? ut secundam, quæ apud Antonium Augustinum est, ignoraveris (quæ tua ἀμάθεια est) at primam exhibet liber Codicis lippis, & Tonsoribus notus, à Græco Principe conditus, & Græciæ palam indictus (15) constitutione

(15) L. unica Cod. de emendat. Cod. & editione in titulo, seu rubr. e.

data ad Senatum Urbis Constantinopolitanæ. Porro in utraque constitutione jam præstitum, datum, collatumque dicitur beneficium, pro quo Joannes gratias agit. Quid ergo somniaris, doctissime Nectari, gratias propterea redditas, ut essent ad nondum receptum beneficium illecebræ? Non legeram, inquies, quæ proximè produxisti: nec ea nisi legulejis nota, qui scita Principum nocturna versant manu, versantque diurna. An & ipsam Joannis Epistolam, quam tibi ipse tute objicis, non legeras? At in ipsa jam receptum beneficium asseritur, pro quo Pontifex gratias agit. Lege inferiùs iis, quæ recitasti, continenter invenies postquam hæc verba legisti. *Quam esse omnium verè Ecclesiarum Caput, & Patrum regulæ, & Principum statuta declarant*, invenies (16) inquam hæc alia: *& pietatis vestræ reverendissimi testantur affatus.* Cur, qui cætera legeras, hæc neglexisti? aut si legisti, vir simplex, cur ea omittere, seponere, dissimulare ausus es? Agnosco Photianas artes, quas tamen Veritas facit inutiles, ut triplici testimonio, cui refragari non licet, palam ostendatur, à Justiniano, quem penè non adoratis, Romanam in omnes Ecclesias potestatem agnitam, prædicatam. Hinc, si sapies, revocabis in pharetram tela, quæ ex gemina (17) Novella depromis, in qua cùm de Ordine Patriarchalium agatur Sedium, nihil de potestate. Quid enim? Num qui non ubique Romanum Pontificem omnium Sacerdotum Caput affirmat, nusquam affirmat? Hanc consecutionem ne rusticus quidem tolerabilem dicet, tametsi doceas quandoque Justinianum negasse, quod de Romana Sede iteratò confirmat: Non enim legitimè dices inferri, ex eo, quòd quis quid aliquando negaverit, semper negasse. Tute (18) ipse, quisquis es, qui sub Nectarii nomine lates, nunquid non Romæ Catholicam fidem professus es? Eam tamen ejurasse diceris, si tamen vera, quæ dicunt, in Cypro Insula: an quod ejurasti futurus Cypri Acephalos Metropolita, nunquam professus es? Disce ergo, quòd in unâ, alterâve Justiniani Novellâ testimonium, quod petimus à Justiniano, non sit, non propterea nusquam esse, quod geminum recitavimus, & ex ipsâ Joannis Epistola confirmavimus.

(16) d. l. inter claras post verba relata.

(17) Novell. 125. post initium Novell. 131.

(18) Vide testimonium Græciæ Nectario P. Jerosolym.

X. Vide, inquit Nectarius, ne hoc obsit Ecclesiæ, quam cæteris præficis: Ritè enim (1) eliciam, ὅτι ἄριστα ὁμολογεῖ ἀπὸ τῶν βασιλέων ὁ μετεωρόφρων οὗτος Ἰωάννης τὸ πρωτεῖον τῆς καθέδρας, καὶ ἀπὸ τῶν κανόνων τῶν πατέρων, ῥητῶς δὲ ἐκ τοῦ τε τῆς δευτέρας τρίτου κανόνος, καὶ τοῦ τῆς τετάρτης εἰκοστοῦ ὀγδόου: *optimè fateri Modestum hunc Joannem, Primatum Sedis esse à Regibus, & Patrum canonibus; expressè autem ex III. Canone secundæ Synodi, & ex XXVIII. Quartæ.* Interrogo Nectarium, an hæc confessio Joannis Latino sermone facta sit, an hellanico? Certè Latino: repetantur ergo Joannis Latina verba. *Quam*, inquit, *omnium verè Ecclesiarum Caput, & Patrum Regulæ, & Principum statuta declarant*. *Declarant*, inquit, non faciunt: an quod homousion Patri Filium Synodus Nicena declaravit, ea esse homousion Patri fecit? Amove istas ineptias, Nectari, ne vel grammaticis pueris ridiculus meritò videare, ac, si quid, miser, sapis, præter nitidam isthanc tuam, sed prorsus inanem Græci sermonis elegantiam, fatere: his, quæ iteratò ex Justiniano protulimus, probari quidem, ac prædicari supremam Romani Pontificis, Capitis omnium Sacerdotum authoritatem, non verò constitui. A Christo hæc est, non à Principe mortali, quam colendam, reverendamque omnibus Canones censuere, constituere, sanxere. Hactenus quid de Romana potestate Græcia ad exitum usque sexti sæculi senserit laboriosè docuimus, quid septimi, & Octavi sæculi Patres censuerint de eadem bre-

(1) d. pag. 109. lin. 31.

Digitized by Google

breviſſimè perpendamus. Maximum (2) Exhomologeten, imò veriùs Martyrem, Græcum è prima nobilitate, ſui ævi Græcorum doctiſſimum, ac religioſiſſimum contra vos evoco, Photiani: licebit & mortuo loqui, cui licuit vivo, etiam abſciſſâ radicitius linguâ, facundiſſimè perorare. Nemo hoc Viro erga Romanam Sedem obſequioſior conſtantius pro eadem teſtimonium tulit. Primò enim, ſpretis omnium Patriarcharum judiciis, Monotheletarum hæreſim, cui bellum in Græciâ indixerat, quam in Africa debellaverat, ad unum Romanum Pontificem detulit: Romamque profectus egit, ut à Martino I. Sedis Apoſtolicæ authoritate damnaretur. Inde per dolum retractus Conſtantinopolim, ſuppliciis multatus, extremiſque pœnis, exilio tortus, publicèque contumeliis affectus, ad ſupremum uſque vitæ mortalis exitum ſaſſus eſt, ſe nulli unquam fidei adhæſurum, niſi ei, quam Romanus probaret Pontifex, quem Petri Succeſſorem, ſupremum culmen Eccleſiæ palam confitebatur. Hoc ſæpiſſimè occurret in ejus doctiſſimis lucubrationibus. Hoc palam profitentur ejus Epiſtolæ: Hoc in ipſa (3) diſputatione, quam exul cum Theodoſio Cæſarienſi in Bithyniâ Epiſcopo celeberrimam habuit, explicatè pronunciat. Nam, cùm in eâ tum Epiſcopum ipſum, tum Theodoſium, & Paulum Patritios, & Senatorios viros ad eum à Conſtante nefario Principe idcirco, ut illum ad Monotheletarum Sectam allicerent, miſſos vi Argumentationis invictæ ad Veritatis amorem retuliſſet; jamque Epiſcopus peteret, ut ſepoſitâ rixâ in ejuſdem Fidei Orthodoxæ confeſſionem coiret, profeſſionemque ab ipſis Fidei ad communionem Eccleſiaſticam clemens reciperet: Δέσποτα, (4) inquit, ἐγὼ οὐ τολμῶ δέξασθαι συγκατάθεσιν παρ' ὑμῶν ἔγγραφον περὶ τοιούτου πράγματος, ψιλὸς ὑπάρχων μοναχός. ἀλλ', ἐπεὶ κατένυξεν ὑμᾶς ὁ Θεὸς τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων δέξασθαι φωνὰς, καθὼς ἀπαιτεῖ ὁ κανὼν, πρὸς τὸν Ῥώμης περὶ τούτου ἐγγράφως ἀποστείλατε· ἤγουν ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ πατριάρχης, ἢ ἡ κατ' αὐτὸν σύνοδος. *Domine, non audeo hac de re à Vobis capere aſſenſionem, cùm ſim ſimplex Monachus. Sed quoniam pupugit vos Deus, ut exciperetis Sanctorum Patrum voces, ut Canon docet, Romam hac de re ſcribite vel Imperator, vel Patriarcha, vel Synodus, quæ apud ipſum eſt.* Quin imò inferiùs palam teſtatur, ſe nunquã fœdus ſacrum, accepto unà ferculo divino, cũ redeuntibus ad fidem Orthodoxam initurum, niſi veniam impetraſſent à Romano Pontifice. Quid porro hæc, amabo, ſignificant, niſi ſupremam Eccleſiæ Romanæ poteſtatem? Ad hanc Imperatorem, & Patriarcham ablegat Maximus, ut ab illâ veniam impetrent delictorum. Ab hac Anathemate perculſos licet reſipiſcentes non recipit Maximus, formidatque, communionem ullam concedere iis, quos, tametſi ad Veræ Fidei confeſſionem adductos, nondum à vinculis, queis Romani poteſtate Pontificis obligati fuerant, noverat abſolutos. Agite Photiani, ſi quid habetis, huic teſtimonio reponite. Maximus eſt, qui loquitur, num dicetis (5) mentitum? De Romano Pontifice loquitur, num Imperii poteſtatem jactabitis in Urbe Romanâ, quæ à Byzantinis Exarchis mi-

(2) *Vide ejus Acta G. & L. edita per P. Morinum, & Menol. Græcum 13. Auguſti.*

(3) *Hanc deſcripſit Anaſtaſius Martyr; extat typis edita Græc. & Lat. à Franc. Turriano.*

(4) *Vide Gennad. in defenſ. 5. capit. Sect. 8. in fin.*

(5) *Vide Menol. noſtrũ 13. Martii.*

ſerrimè (6) premebatur? Patriarcham ipſum veſtrum à Romano Pontifice abſolvendum docet, num & hoc ad poteſtatem pertinere (7) negabitis? Quod ſi vel ipſe Conſtantinopolitanus Antiſtes & à cætu Chriſtianorum eliminari, & revocari ad cætum Chriſtianorum poteſt ſententiâ Romani Pontificis, teſte Maximo: eodem teſte Romanus Pontifex in ipſos Patriarchas juriſdictionem certiſſimam habet. Idipſum eodem ſæculo faſſi ſunt, & Cypriorum Epiſcopi, quorum Præſes, & Primas nulli Patriarcharum ſubjectus, &, ut ajunt, αὐτοκέφαλος ex decreto (8) Synodi Epheſinæ, Theodoro Pontifici ſcribens, ſic orditur (9) Epiſtolam. Τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ μακαριωτάτῳ, καὶ θεοτιμήτῳ Κυρίῳ μου, πατρὶ πατέρων, Ἀρχιεπισκόπῳ, καὶ οἰκουμενικῷ πάπᾳ Κυρίῳ Θεοδώρῳ Σέργιος ταπεινὸς ἐν κυρίῳ. *Sanctiſſimo, & Beatiſſimo, à Deo honorato, Domino meo, Patri Patrum, Archiepiſcopo, & univerſali Papæ Domino Theodoro Sergius humilis in Domino.* Quæ verba an Supremam Romani Pontificis in omnes Epiſcopos poteſtatem præſeferant, viderint Photiani, penes quos ſi quis erit, qui poſt hæc lecta auſit inficiari procaciùs, quod ſeptem Sæcula profitentur, Audiat, qua periodo Septimum ſæculum claudant Patres Sextæ Synodi, dum contra Monotheletarum inſaniam ſpiritu divino (10) decernunt. *Agathonis, inquiunt, Sanctiſſimi Patris noſtri, & ſummi Papæ dogmaticis litteris ad veſtram fortitudinem miſſis conſentientes, &c.* Τοῖς Ἀγάθωνος τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς ἡμῶν, καὶ κορυφαιοτάτου Πάπα δογματικοῖς πρὸς τὸ ὑμέτερον κράτος ὁμορροτήσαντες γράμμασι, noſcatque, ſi ulteriùs hiſcere audeat, ſe penes cordatos homines inſaniæ nomine deridendum.

XI. Et reipſa Photiani hæc aut diſſimulant, aut ignorant, quare ea, non interturbato crebris eorum aſſultibus ſpiritu, referre licuit, ac ſexti ſæculi ſententiam, ſeptimique producere. Addant huic & Octavi ſæculi Patres ſuffragium ſuum. Eo ſanè ſæculo Græcia noſtra caritate Sanctiſſimorum virorum maximè laboravit. Regnavere enim eâ tempeſtate in Græciâ turpiſſima, ferociſſima monſtra, Iconomachi, Iconoclaſtæ, quorum furore ita Eccleſia noſtra peſſumdata eſt, ut jure de eâ Studites dixerit (1) Theodorus, ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν. *(2) Exterminavit eam aper de Sylva, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.* Qui tamen pauci eo ſæculo floruere, notiſſimi Heroes hercle, Germanus, Taraſius, Theodorus, Nicephorus, grande & ipſi, ſolemneque teſtimonium Veritati, quam vobis ingerimus, contulere. Nam (3) Germanus Gregorio II. Romano Pontifici ſcribens, ubi facundiſſimè deſcripſit Leonis Iſauri perfidioſiſſimas technas, & impia dogmata: καὶ ταῦτα, ait, πάτερ ἅγιε, προσβαλόμεθα ὑμῖν, ἵνα κατὰ τὴν ἀποστολικὴν ἐξουσίαν, τὴν παρὰ Χριστοῦ δοθεῖσαν πρὸς ὑμᾶς ἅπαντας τοὺς ποιμαινομένους παρὰ τῶν διαδόχων τοῦ Πέτρου, κατευθύνῃς ἡμῶν τὴν πίστιν, καὶ ἐπιδείξῃς τὰ ὀρθοδοξολογούμενα ὑπὸ τῆς ἡμετέρας καθολικῆς εὐσεβείας, ἀλαλάζων, καὶ βοῶν ἀπὸ τῆς ἀκρότητος τοῦ θείου θρόνου, καὶ ἡμῖν συμφωνῶν. *Atque hæc, Pater Sancte, nunciamus vobis, ut juxta poteſtatem Apoſto-*

licam

(6) *Vide Anaſtaſ. Biblioth. in Vita S. Martini Papæ.*

(7) *Vide DD. ad tit. de ſit. Excom.*

(8) *p. 4. act. 7. Vide Niceph. Call. hiſt. lib. 16. ca. 37. Morinum lib. 1. exercit. Eccleſ. c. 4. & Cabaſſut. ad Syn. Eph. ante fin. verſ. hujus Synodi.*

(9) *In Ep. Synodica extat in Cõcil. Later. ſub Martino I. Secret. 2. Tom. 5. Cõcil. novæ editionis.*

(10) *Actio. ult. in Serm. Panegyr. Conſtant. Pogonat.*

(1) *In Epiſt. 1. ad Joan. Monachum in fine.*

(2) *Pſal. 79. n. 14.*

(3) *Eam producit Diplovatac. integram in Synopſ. tit. de Poteſt. Eccl. Latinã fecit Turrianus in Miſcell.*

Digitized by Google

licam tibi datam à Christo in nos, qui pascimur à Successoribus Petri, dirigas nostram fidem, confirmesque, quæ nostra Catholica Pietas Orthodoxè docet, nimirum intonans, & clamans è cacumine tuæ divinæ Sedis, & nobis consonans. Hunc in modum Germanus, quo & in sequentibus ejus Epistolæ: in qua palam asseritur, eum, qui cum Romano Pontifice non colligit, dissipare; ipsum enim Patrem familias esse Domus Dei, & Doctorem omnium. Similia docet (4) Tarasius Adriano I. scribens: σοὶ γὰρ εἶπεν, ait, ὁ Χριστὸς· ποίμαινε τὰ πρόβατά μου, τουτέστι τοὺς πανταχοῦ Χριστιανούς, τῇ σῇ ἀρχιερατείᾳ πᾶσα ἀρχιερατεία ὑπόκειται· οὐκ ἔστιν ὀρθόδοξος, ὁ μὴ σεβόμενος σε τὸν θρόνον, ἐν ᾧ κάθεται ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων, ἡμᾶς, καὶ πάντας τοὺς θεοπίστους διδάσκων, καὶ κυβερνῶν. *Tibi enim Christus dixit: pasce oves meas, hoc est omnes ubique Christianos. Tuo Pontificatui omnis Pontificatus subjicitur. Non est Orthodoxus, qui non veneratur Sedem tuam, in qua sedet Princeps Apostolorum, nos, & omnes Deo fidos docens, atque gubernans.* Et (5) Nicephorus Leoni III. rescribens post subjectum iterum anathemati Josephum OEconomum, de quo (6) Theodorus, & (7) Michael Studitæ fusè, ἡμεῖς, inquit, οὐδὲν ἐπράξαμεν πόρρω τῆς ἐντολῆς σου. ὃν γὰρ ὑμῖν ἔδοξεν ἀφορισμῷ πάλιν ὑποκεῖσθαι, ἀφορισμῷ τῆς ἐκκλησίας ἀποστησάμεθα· ἔγνωμεν γὰρ τὸ κανονικὸν ἔθος τὸ διδάσκον, ἀκούειν σε τῆς φωνῆς· ἵνα μὴ γνώμεθα πρόβατα ἀλλότρια, οὐκ ἀκούοντα τῆς φωνῆς τοῦ ποιμένος. *Nos nihil egimus à jussis tuis diversum; nam eum, qui vobis visus est anathemati subjiciendus, ab Ecclesiâ ejecimus. Novimus enim consuetudinem Canonum docentem, oportere vestram vocem audire, ne simus alienæ oves, non audientes pastoris vocem.* Hæc tres Octavo sæculo celeberrimi in Græcia Patriarchæ, quorum effata neque conficta censeri queunt, quippe ea (8) Photiani producunt, neque explanatione indigent; quippe clarissima: neque absurdâ Photianorum interpretatione labefactari possunt, quippe edita à Patriarchis Byzantinis, quorum ingenua confessione cùm Romanus Antistes, nullo excepto, Doctor sit omnium, ipsos & omnes gubernet, is est, quem ipsi etiam Patriarchæ, juxta mores Canonicos, audire, exaudire, sequi, ac revereri debent, quid superest, nisi ut Photiani cognoscant supremam in Romano Pontifice Potestatem, quam sapientissimi Heroes Ecclesiæ nostræ explicatè fatentur. Hos inter & Studites (9) Theodorus, quo vindice Orthodoxa religio adversus Iconomachorum insaniam stetit in Græciâ, quàm crebro testimonio idipsum confirmat. Audite, quibus elogiis Romanæ Ecclesiæ dignitatem (10) excipiat. ὑμεῖς ἦτε ὡς ἀληθῶς ἡ ἀθόλωτος, καὶ ἀκαπήλευτος πηγὴ ἐξ ἀρχῆς τῆς ὀρθοδοξίας. ὑμεῖς ὁ πάσης αἱρετικῆς ζάλης ἀπωκισμένος, ὁ εὔδιος λιμὴν τῆς ὅλης ἐκκλησίας· ὑμεῖς ἡ θεόλεκτος πόλις τῆς φυγαδευτηρίου τῆς σωτηρίας. *Vos igitur verè illimis fons, ac sincerus jam inde à principio veræ fidei: vos ab omni hæreticorum procella longè positus, securus totius Ecclesiæ portus: vos à Deo electa civitas ad salutis refugium.* Et ibidem (11) Paschalem Pontificem alloquens, ἄκει, ait, ἀποστολικὴ κάρα, θεοπρόβλητε ποιμὴν τῶν Χριστοῦ προβάτων, κλειδοῦχε τῆς οὐρανῶν βασιλείας, πέτρα τῆς πίστεως, ἐφ' ᾗ ᾠκοδόμηται ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Πέτρος γὰρ σύ, τὸν Πέτρου θρόνον κοσμῶν, καὶ διέπων. *Audi Apostolicum Caput, à Deo electe pastor ovium Christi, Claviger regni Cælorum, Petra fidei, super quâ ædificata est Catholica Ecclesia; nam tu es Petrus, Petri sedem exornans, & procurans.* Et (12) paulo inferiùs. δεῦρο ἀπὸ δύσεως ὁ Χριστομίμητος ἀνάστηθι, καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος. πρὸς σὲ γὰρ εἴρηκε Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν. καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου. *Huc ades ab Occidente, exurge, & ne repellas in finem: Tibi namque dixit Christus Deus noster, & tu quandoque conversus confirma fratres tuos.* Et in eadem (13) Epistola. ἰδοὺ καιρός, ἰδοὺ τόπος, βοήθησον ἡμῖν σύ, ὃν πρὸς τοῦτο διέταξεν ὁ Θεός· ἔκτεινον τὴν δεξιάν, ὅσον δύνῃ. ἰσχύειν ἔχεις παρὰ Θεοῦ, ὅτι κορυφαῖος εἶ πάντων· ἐμβάλλων φόβον τοῖς αἱρετικοῖς θηρίοις τῷ καλάμῳ τοῦ θείου σου λόγου. Δεόμεθά σου, καλὲ ποιμήν, θὲς σου τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων σου· ἀκουέτω ἡ ἐκκλησία πᾶσα τοῦ Κόσμου, ὅτι οἱ ταῦτα τολμῶντες ἀναθεματίζονται παρὰ σοῦ ἐν συνόδῳ. *Ecce tempus, ecce locus, opem fer tu, quem ad hunc finem Deus Ordinavit. Porrige dexteram, quantum potes, quoniam Princeps es omnium. Terrorem injice hæreticis belluis calamo tui verbi divini, Te deprecamur, bone pastor, pone animam pro ovibus tuis. Audiat tota Ecclesia Mundi, hos, qui hæc audent, anathematizatos à te esse in Synodo.* Peto, & vos omnes efflagito, Photiani. Theodoro Studite hæc scribente, hæc docente, hæc tam sæpe commemorante, supererat Alexandrina Sedes, stabat Byzantina; reliquæ duæ Asianis præfectæ nunquid peribant? Cur ergo hæc illis Theodorus non nunciat? Cur his eas elogiis non excipit? Cur inde suppetias sacras contra hæresis turpissimæ labem haud petit? Si quid vobis est reliquum cordis, fateri cogemini, agnitam à Theodoro supra omnes Ecclesias Romanæ potestatem, quam unam, cæteris neglectis, ad opem provocat, excit ad bellum, ad subsidium compellat. Norat enim inde dumtaxat in extremis periculis evocandum auxilium, ubi potestas est omnium certissima, omnium maxima, omnemque potestatem singulorum complexa. Quamobrem in (14) Epistolâ, quam nomine Episcoporum, Abbatumque scripsit Michaeli Balbo: εἰ δέ τι, ait, ἀμφιβαλλόμενον, ἢ ἀπειρόμενον τῇ θείᾳ ὑμῶν μεγαλονοίᾳ δοκεῖ, διαλύεσθαι παρὰ τοῦ ἀρχιερέως ἐπιστολῆς· ἡ μεγάλη, καὶ θεοσύνεκτος αὐτῆς χεὶρ ὡς ζηλοτυποῦσα τὰ πάντα ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ παντός, κελευσάτω παρὰ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης δέξασθαι τὴν διασάφησιν, ὡς ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς πατροπαραδότως ἐξεδόθη· αὕτη Χριστομίμητε βασιλεῦ, ἡ κορυφαιοτάτη τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, ᾗς Πέτρος πρωτόθρονος, πρὸς ὃν ὁ Κύριος φησὶ, σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. *Si aliquid est, de quo dubitat, aut quod non credat vestra divina Magnificentia, ejus rei explicatio à Pontifice piè est postulanda. Magna & à Deo firmata manus vestra, ut publicæ cupida utilitatis, jubeat à Seniore Roma capere declarationem, ut à principio à Patribus nostris est traditum: Ea, ò Chri-*

(4) Hanc producit Joseph Methonens. in Antirrh. contra Marcum; Latinam fecit Sirmond.

(5) Apud utrunque relatum; Latinam fecit Alaspinens in Sylloge antiquar. Epistol. Ep. 8.

(6) In Vita S. Platonis.

(7) In Vit. S. Theod. Studit.

(8) Confess. in Antirrh. contra Bellar. c. 34. & apud eum alii Canonarchæ in exemp. Ep. Dogmatic. exemp. 11. 13. 32. & 41.

(9) Idem Michael in Vita Theodori Studitæ.

(10) Epist. ad Paschalem Pap. in editis lib. 2. Ep. 16. ì Cod. Columnensis lib. 2. Ep. 11. citatur à Gennad. Sect. 26. in 5. Cap. Decreti Florent. post initium.

(11) In ead. Epistola.

(12) In eadem Epistol. infer. citata à Gennad. ibid.

(13) Paulo inferius.

(14) Lib. 2. Ep. 68. in editis in Columm. Cod. lib. 2. Ep. 76. citatur à Gennad. d. c. 5. Sect. 17. sub init.

Christi imitator Imperator, inter omnes Ecclesias Dei summum obtinet locum, cujus Petrus tenuit primam sedem, ad quem dicit Dominus: tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et (15) Naucratio discipulo scribens: μαρτυρῶ, ait, ἄρτι κατενώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων, ὅτι ἑαυτοὺς ἀπέρρηξαν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ κορυφαίου θρόνου, ἐν ᾧ ὁ Χριστὸς ἔθετο τὰς κλεῖς τῆς πίστεως, ἧς οὐ κατίσχυσαν ἀπ' αἰῶνος, οὐδὲ κατισχύσουσι μέχρι συντελείας αἱ τοῦ ᾅδου πύλαι, τὰ τῶν αἱρετικῶν δηλαδὴ στόματα, ὡς ἡ ἀψευδὴς ὑπόσχεσις· *Testor nunc coram Deo: divisi sunt à Corpore Christi, & à suprema Sede, apud quam Christus deposuit Claves Fidei, adversus quam non prævaluerunt, neque prævalebunt, usque ad consummationem, portæ Inferi, videlicet ora hæreticorum, secundùm promissionem, quæ mentiri non potest.* Quid his apertius? quid enucleatius dici possit? Penè infinita sunt, quæ in Epistolis tanti Viri supremam Romani Pontificis potestatem testantia, probantia, prædicantia, & penè dixerim jactantia occurrent: Quæ Græciæ proposita trigesimo secundo ante Schisma teterrimum anno (anno enim (16) Christi DCCCXXVI. moritur Theodorus Studites, & anno ejusdem sæculi LVII. Constantinopolitanam Photius, Ignatio pulso, Sedem invasit) visa sunt Græcis sapientioribus facem prætulisse, quâ vel inter tenebras ignorantissimi Schismatis, nequitiam Neophyti Photii apertè cognoscerent, palamque testarentur, nihil unquam absurdius ausam ignorantiam, perfidiamque, quàm cùm Romani Pontificis potestatem inficiata est, omnium Sanctissimorum Patrum suffragio comprobatam, omnium sæculorum testimonio ratam, prædicatamque.

XII. Non enim post Octavum sæculum, aut post Apostasim Photii alia Græcorum Sapientum sententia fuit, quàm quæ à nobis Photianorum stoliditati, quâ licet, ingeritur. Vix unum, aut alterum in Græciâ Sapientem invenies à Photio ad hæc usque, queis vivimus, tempora, qui non apertè censuerit, Romanorum Episcopis à Christo Præfecturam totius Ecclesiæ fuisse mandatam. Ita Sanctissimi Patriarchæ (1) Methodius, & (2) Ignatius; ita post Photium Antonius (3) Cauleas, quem inter Divos aris (4) dignamur, & templis, & Nicolaus (5) Mysticus data ad Joannem X. obsequiosissimâ Epistolâ, imò & ingestâ vel Bulgaris Romanæ Ecclesiæ potestate. Ita, & (6) Leo VI., cui cognomen à Sapientia, quique adeò authoritatem Romanæ Sedis prætulit Byzantinæ, ut, in celeberrimâ Controversiâ Tetragamiæ, factam, datamque sibi veniam à Romano Pontifice, contemptâ importunâ Byzantini Præsulis austeritate, secutus sit: Id, quod frustra convellere nititur nugacissimus Blatero (7) Nectarius propositâ confessione quadam Leonis moribundi, ex quodam Syntagmate, cujus neque titulum refert, nec locum indigitat, neque fidem probat, quasi credendum sit homini mendacissimo, auso vel palam mentiri de Sacris lipsanis Cretæ, quæ nusquam sunt, ut inferiùs patebit, auso non solum Latinis Scriptoribus penè omnibus præstandam ex debito saltem humanitatis, urbanitatisque fidem negare, sed propalam Patres Sanctissimos Latinorum Hieronymum, Anacletum, Felicem, Siricium, Damasum, Nicolaum I. Leonem IX. mendacitatis arguere, non intactis iis etiam, quos affatim Ecclesia nostra, imò & Photiana stoliditas veneratur, quosque nebulo hic dementissimus nunc simplices, nunc alazonas, nunc partium studiosos appellat. Adeò, non dico pudori, sed & prudentiæ valedixere Photiani, quos tamen, velint, nolint, sæcula damnant omnia, ad hæc nostra tempora Græcorum frequentissimis calculis celebrata, queis Romanæ Ecclesiæ Sacra in omnes Ecclesias potestas asseritur. Hanc Stilianus (8) Neocæsariensis, hanc Nicephorus (9) Blemides, hanc (10) Veccus, hanc post Veccum Constantinus (11) Meliteniota, Georgius (12) Metochites, Maximus (13) Chrysoberges, & ante hos Niceta (14) Paphlago, Joannes (15) Schiltza, Georgius (16) ipse Cedrenus, & post Synodum Florentinam Isaias (17) Cyprius, Joannes (18) Argyropulus, Gregorius (19) Protosyncellus, Georgius (20) Trapezuntius, Joseph (21) Methonensis, Hilarion (22) Monachus, palam asseruere: nec defuere Superiori, atque hoc, quo scribimus, sæculo, Græcorum Sapientissimi, quorum scriptis Romanæ Ecclesiæ nulli comparanda potestas, asserta, probata, comprobata est. His tot tantisque doctissimis vestrà confessione viris vestrum aliquem Photiani opponite. Quem verò? Photium ab integra Synodo condemnatum? cujus infamatorium Elogium Niceta Paphlago (23) construit: quem vester Schiltza virum nequam (24) appellat? Cerularium? cujus arrogantiam Regia ipsa ferre non potuit? Cujus tyrannidem Ecclesia Byzantina (25) detestata est? Quem à Dyptichis successores delendum curarunt, donec eum Anchiali (26) Michael clam omnes inscriberet? Balsamonem fortassis producetis in medium? At, quid senserint de homine Græci, palam est penes Joannem (27) Citri, & ausum Polyarchiam in Ecclesiam inducere Græcia (28) damnavit; at impias, apertasque hominis assentationes, queis laicos Principes penè non supra ipsos Episcopos Sacris (29) præfecit, Ecclesia detestabitur. Scilicet OEcumenius, Theophylactus, Euthymius, Planudes Sapientiæ laude celeberrimi sunt. Ita profectò, sed propterea cæteroqui Photiani, quod ad dogma procedentis à solo Patre divini Spiritus pertinet, nihil unquam scripsere, quod Potestatem Romani Pontificis oppugnaret. Hunc in modum eloquentissimi Photianorum Theodorus Metochites, Leo Magentinus, Andronicus Camaterus, Pachymeres, Gregoras, aliique, quotquot post grande dissidium Græcam Palladem coluere, intacto Pontifice, pro cæteris, vel quibuspiam Photianorum erroribus militavere. Imò, & Basilius (30) Achridenus notissimus sub Manuele Comneno Bulgarorum Episcopus quid de Romano Pontifice senserit, palam est ex iis, quæ supra

Zz retu-

(15) In Editis lib. 2 Ep. 9. in Colum. Ep. 8. Genad. ibid.

(16) Vide Michaelē Studit. in Vit. Theodori, & Nicet. Paphlagon. in Vita Ignatii P. Baron. ad ann. 826. nu. 4. & seq. & ad ann. 856. n. 49. & seqq.

(1) Epist. Synod. ad Sergium II. in Miscell. Cōbefis.
(2) Ep. ad Nicol. I. extat ibidem.
(3) Epist. ad Stephanum IV. apud eundem.
(4) Vide Orat. Nicephori Philosophi apud Metaphr. 12. Febr.
(5) Extat utraque Epistola apud Baron. Latinè ann. 916. & anno seq. Græcè sūt in Biblioth. Vallicell. datæ ab Aloysio Lollino Cretensi

Episcop. Bellunen. & in Bibl. Vatican. & Barberina.
(6) Vide relatam Epistolā Nicolai Mystici ad Joan. X. & Jo: Schiltza Curopal. in Leone.
(7) In Antirrhetico Thesi 4. centuriæ 10. pag. 24.
(8) In Epist. ad Stephanū VI. i causa Photii, est apud Bar. ann. 886. n. 17.
(9) Penes Diplovat. in Synop. tit. de potest. Eccl.
(10) In Synodico unionis refert Bessar. in Ep. 1. ad Philanthro. & Canonar. in form. Synodic. n. 8.
(11) In Parænes. ad unionem.
(12) Orat. 2. contra Cyprium.
(13) Orat. 1. de pace Ecclesiar.
(14) Orat. de SS. Anargyris in med.
(15) In Orat. paneg. S. Ignatii.
(16) Epist. 84. ad Euthymium.
(17) De Syn. Florentina.
(18) Orat. 4. pro Synod. Florent. (19) *In Antirrhet. contra Marcum.* (20) *Orat. de Pace Christianor.* (21) *In Antirrhet. contra Marcum.* (22) *Libr. de Process. Spir. Sancti.* (23) *Vide Acta Concilii VIII. act. 7. & Vit. S. Ignat. P.* (24) *In Basil. Macedone.* (25) *Jo. Curopal. in Isaa. Comn.* (26) *Veccus in Orat. 2. contra Cypr. & in ead. Geor. Metochit.* (27) *Vide Respons. ejus 15. in Jure GR. Tom. 1. lib. 5. respon. 1. pag. 333. in fin.* (28) *Vide Bals. in medit. de Patriar. Privil. in jure GR. d. lib. 5. pag. 445.* (29) *Vide Balsam. ad Can. 69. Trull. & ibi Cabasilas.* (30) *Extat Epist. ejus ad Adrian. IV. in Jure GR. tom. 1. lib. 5. respons. 1. pag. 307.*

retulimus, ubi Romanum Antistitem Archipastorem appellat, testaturque, se ovem esse, audituram semper vocem ipsius. Adeò vel Photianis ipsis, si qui non pingui Minerva, si qui aliquam Sapientiæ laudem meruere, consona nostræ, certè non dissona fuit semper sententia. His oppone Georgium Cyprium à Photianis ipsis heresis causa (31) exauthoratum, Philotheum Palamitam, & Palamam: hunc πολυθέας, illum libidinis (32) reum, Nilum Rhodium, quem quanti fecerit Græcia, vide penes (33) Harmenopulum, Nilum Cabasilam, quem furoris accusat ipse (34) Coressius. Oppone Gerganum, Angelum, Critopulum Lutheranos, Calvinianosve; Denique Marcum Ephesium delirum senem, teste Gennadio (35) Synchrono, Margunium, Severum, Coressium, Nectarium quos tam crebrò dementes, furiosos, penè non atheos, &, quod caput est, omnis prorsus Antiquitatis ignaros ostendimus: quid tam pauci detrahent omnium effatis? quid tam rudes officient Sapientissimorum hominum authoritati? quid tam apertè mendaces, ac perfidi conferent falsitati, quam Sanctissimorum Patrum suffragiis confirmata Veritas profligavit?

(31) Vide Gregor. & Pachymer. in Andronico Seniore.
(32) Vide Coress. in addit. ad Myriobibl. Photii in Philotheo.
(33) In Epistol. ad Selerum.
(34) Vide Coress. ibidem in Nilo.
(35) d. c. 5. Decreti Florent. Sect. 13. sub init.

Hinc illud verissimum colligo, quod ex dictis hactenus, enumeratisque liquidò constat: nimirum perperam universim Græcos appellari Schismaticos, id, quod & alibi docui, & maximopere cupio, Lector agnoscat. Nam, qui Schismaticos universim appelles eos, qui non modò nullo publico Gentis decreto à Summo Pontifice descivere, verùm etiam omni ævo publicè, privatimque supremam Romani Pontificis Potestatem confessi sunt? Percurre omnia, quæcunque in Græcia Concilia celebrata sunt, etiam post triste dissidium, si verbum occurret, quo Græcia neget, Romanum Pontificem Ecclesiæ caput esse, pœnæ nomine quidlibet solvam. Evolve Patriarcharum Synodica, & quidem Photianorum, si quod erit inficiatum Successoribus Petri Principatum Ecclesiæ, dedam me cicurem cuicunque supplicio. Vide Scriptores omnes, qui Græca Græcis conscripserint, binam Decadem impiorum quorundam excipito, si supra hanc quisquam erit nominis alicujus Scriptor, qui summam Romanæ Ecclesiæ authoritatem oppugnarit, esto Græcia universim schismatica. Quòd si contra est, supremam hanc potestatem OEcumenicis Synodis nostris propalam affirmantibus, Patriarcharum Epistolis, decretisque, unà cum Synodis minoribus vel eandem confirmantibus, vel dissimulantibus, Doctoribus ipsis, etiam post rixam, & quidem sapientissimis omnibus eandem asserentibus, cæterisque non inficiantibus, si paucos excipias: Quæ sinisteritas, dicam clariùs, quæ imprudentia Zeli penitùs importuni, nobilissimam Nationem, de Re Christiana optimè meritam Gentem, minimè meritis contumeliis prosequi, ingestisque per fas, nefasque scommatibus proritare? Eò usque itum est, ut verba Pauli, quæ ad ostentandam divinæ Clementiam Providentiæ, æquè omnibus, quæ ad salutem pertinent, ac planè sufficiunt largientis, dicta sunt, ad contumeliam Gentis nostræ aptaverint aliqui, dixerintque jampridem, non esse *distinctionem* *Judæi*, *& Græci*, quasi verò Judaicæ notam perfidiæ ea Gens mereatur, cujus Patres, cujus Sapientes unâ, perpetuâque sententiâ Romani Pontificis professi sunt potestatem, profitenturque.

XIII. Sed interim comprobatum est, Majorum nostrorum sententiâ, Pastorem omnium, Patrem, atque Magistrum esse Romanum Pontificem; sequitur, eundem Judicem esse ultimum, quem cuilibet liceat à Judicio quolibet appellare. Patet & hoc Axioma ex hactenus constitutis, confirmaturque consuetudine, quam Leo (1) Magnus antiquissimam Jure pronunciat. Etenim ab ipsis Ecclesiæ adolescentis temporibus id juris Romana Ecclesia penes omnes obtinuit. Certè Marcion ab Antistite suo cœtu fidelium eliminatus Romam profectus est, ut restitueretur Ecclesiæ: testis (2) Epiphanius. Fortunatus, & Felix in Africa Cypriani Martyris exauthorati sententia Cornelium appellarunt, authore (3) Cypriano eodem, ex cujus itidem (4) commentariis certissimum est, idipsum licuisse Basilidæ Stephanum appellanti, postquam illum Hispanienses Antistites Sacris abstinuerunt. Quid Athanasius? Nonne damnatus in Græcia ad Julium provocavit, teste (5) Sozomeno? Chrysostomus (6) autem ab hoste Theophilo redactus in ordinem, quem, nisi Innocentium Romanum Pontificem, iniquæ sententiæ judicem appellavit? Idem licuit (7) Flaviano contra Dioscorum, idem contra circumfusos hostes (8) Theodoreto, quorum uterque Leonem illum appellavere, cujus sententiâ & Dioscorus, quamvis Patriarcha, ictus evanuit, & Theodoretus, quamvis à Patriarchis oppressus, emersit. Jam, si recentiora Ecclesiæ sæcula consulas, vix Orationi tempus supererit enumeraturæ singillatim exempla Juris hujusce. Divorum honoribus, quos palam excipis, Gregorium Dialogum, Silverium Martyrem, & Martinum Pontifices Maximos, num censes injustos? Num tyrannos existimas? At hi delatas à Sanctissimis viris per appellationem ad Romanum Tribunal causas recepere, receptas ex munere cognovere, cognitas latâ definivere sententiâ. Lege (9) Gregorium, percurre (10) Maximum, vide (11) Studiten. Quid crebrius occurret, quam ad Sedem Romanam sonora, manifesta, uti vulgò dicimus, judicialis ad supremum judicem provocatio? Disce igitur, Photiane, quàm fatuum sit id inficiari, quod antiquitas Universa fatetur. Infremit iterum, iterumque (12) Nectarius variè respondere nititur, atque laborat: ubi singillatim respondit, appellationes factas modò, quòd iniqua essent judicia, quasi à judiciis, quæ ritè facta censentur, appellare mos sit; modò, quòd ab hæreticis opprimerentur, qui provocabant, quasi provocatio non sit ab oppressis; modò quòd omnes Patriarchæ essent hæretici, quasi Theophilus hæreticus fuerit, à quo appellavit Chrysostomus, & Patriarchæ, qui Theodoretum spoliaverant, omnes hæretici; denique, ubi omnia tentavit incassum, triplicem ingreditur viam refellendi Juris hujusce: Prima (13) est ex Africano (14) Concilio, quod palam appellationes has vetuit, cui Basilius (15) præluxerat scribens: perperam agi

(1) Epist. 89. ad Episc. Gallis.
(2) Hæres. 42.
(3) Lib. 1. Epist. 3.
(4) Lib. 1. Epist. 4.
(5) Lib. 3. hist. c. 7.
(6) Ep. 1. & 2. ad Innoc. I.
(7) Liberat. in Breviar. c. 12.
(8) Ex ejus Epist. ad Leonē.
(9) Lib. 2. Epist. 6. & alibi.
(10) Ubi supra locis relatis num. nostro 10.
(11) Vide supra num. nostro 11.
(12) Sæpe, & passim in Antirrhesi correlato.
(13) Sect. 2. demonst. unica pagin. 74 linea 15.
(14) In Epistol. ad Ecclesiast.
(15) Epist. 4. ad Nicolesium.

ab

ab Occidentalibus indiscriminatim recipientibus eos, qui ab Oriente ad ipsos proficiscebantur. Secunda ex eo, quòd, si qui Romanum Pontificem appellarunt, id non ex necessitate, sed ex *dispensatione*. Verba (16) Nectarii sunt:

(16) *Theoremate 3. pag. 128. lin. 1.*

εἴποτε ὑπὸ τῶν πάλαι παπῶν ἀνεψηλαφήθη κρίσις πρὸς πατριάρχου, οὐ κατ' ἀνάγκην, ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν ἐννομίας, ὅπως καὶ ὁ δικάσας, ἀδέκαστος φανείη, καὶ ὁ καταδικασθεὶς πληροφορίαν λάβῃ. *Siquando à priscis Romanæ Urbis præsulibus retractata est sententia Patriarchæ alicujus, non ex necessitate, sed ex dispositione legibus constitutæ æquitatis, ut, & qui sententiam tulerat, incorruptus videretur, & qui damnatus fuerat, certitudinem reciperet.* Tertia est ex lege (17) Leonis Augusti decernentis, à Patriarcha non posse appellari. Τὸ πατριάρχου, inquit, (18) κρίσιμον ἐκκλήτῳ οὐχ ὑπόκειται, οὐδ' ἀναψηλαφᾶται ὑφ' ἑτέρου, ὡς ἀρχὴ οὖσα αὐτὸ τῶν ἐκκλησιαστικῶν κριτηρίων, ἐξ αὐτοῦ γὰρ πάντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κριτήρια, καὶ εἰς αὐτὸ ἀναλύει, καὶ ἀναστρέφεται· αὐτὸ δὲ οὔτε ἔκ τινος, οὔτε πρὸς ἕτερον· τοιοῦτο γὰρ ἡ ἀρχή· ἐπανακρίνεται δὲ πνευματικῶς ὑπ' αὐτὸ ὑφ' ἑαυτοῦ. *Patriarchæ sententia appellationi non subjacet, neque retractatur ab alio, utpote Ecclesiastici Judicii princeps: ex ipsâ enim omnia Ecclesiastica judicia, & in ipsam resolvuntur, & revertuntur: ipsa verò neque ab aliquo, neque ad aliquem refertur. retractatur verò spiritualiter ipsa à se ipsa.* His ineptiis, his gerris rem gravissimam elusisse se sibi persuadet Nectarius, nec videt miser, quanta ignorantia sit, hæc dicere, hæc ad responsionem conferre. Ut ab ultimo refutationem exordiar, quàm miserum est, Jus à legibus sacris, ut mox evincam, constitutum profanâ ex lege damnare! Quasi verò, quod Synodi sanxerunt OEcumenicæ, lex Civilis, ut ut contraria, oppugnare queat, cùm contra, lex Civilis, si contra Canonem sit, nulla sit, ita Leone ipso decernente, ac rationem decreti reddente, his (19) verbis: ἄξιον γὰρ ἡμῶν ἡ βασιλεία ἡγησαμένη τοῖς ἱεροῖς ἕπεσθαι νόμοις ἐν τῇ περὶ τῶν οἰκείων διατυπώσει, τούτοις δὲ συμψηφίζεται: *Cùm autem nostra Majestas consentaneum rationi existimaverit, sacris legibus obedire in iis, quæ ad propria spectant, decernentibus, illis suppetias fert*: abrogatis nimirum Civilibus legibus, quas ibi rescindit. Adeò ineptè Nectarius Jus appellationis, quod propugnamus, contorto legis à Cæsare constitutæ telo, aggreditur. Sed esto hoc Photianismi, cui olim placuit ita sacra profanis miscere, ut quæ dirigendis Politicis nata sunt, Politicis miserrimè sacra servirent. Quid, quòd hæc ipsa lex nihil probat, vel nimis. Nam vel effatum sic explicas, ut nemini liceat ab ullo Patriarchâ appellare, vel ita contrahis, ut non liceat appellare à Patriarchâ Byzantino. Si primum, falsum est, tute (20) ipse hoc falsum affirmas, imò & (21) Legislator, quo authore, omnes omnium Metropolitanorum causæ ad Byzantinum Pontificem revocantur. Quòd si secundum mavis, jam à Patriarchâ vestro non licebit ad Synodum provocare: quod neque tu feres, nec quisquam Photianus, clamantibus palam (22) Synodicis, reclamantibus (23) Canonistis, praxi ipsâ perpetuâ reluctante, qua novimus, vel à Synodis Topicis ipsos Patriarchas vestros, modò pretiosior adsit Infulæ emptor, facillimè exauthorari. Nam quî possit Synodus deturbare Solio Pontifices vestros, non possit eorum iniquitates corrigere? Appellare igitur licet à vestris Patriarchis ad Synodum, intactâ lege Leonis: igitur aliter intelligenda est, ac tu stupidè explicas. Nempe, ut appellatio à Patriarchâ non liceat ad subjectos præsules Patriarchæ. Quod, & Ratio ipsa legi protinus addita persuadet: propterea enim nefas dicitur esse, à Patriarchâ provocare, quòd sit ipse principium cæterorum: at hoc verum dumtaxat est, ut respicit sibi subjectos, non absolutè, uti dicimus, & simpliciter: neque enim non subjectorum sibi Principium est Patriarcha. Igitur, si principium non est, ea ratio cessat, ob quam ab ipso appellari non potest. Qui proinde, si referatur ad subditos, is est, à quo ad subjectos appellari non potest, is, ad Superiores si referatur, is est, à quo poterit appellari. At enim Patriarcha vester is est, qui Sedem Romanam uti Superiorem suâ respicit. Videte ergo Photiani, quid sequitur, atque hanc viam repellendi Romani juris, ut salebrosam vobis nimis, ac lubricam, si sapitis, declinate. Non est, inquit Nectarius, Patriarchâ Superior Romanus Pontifex. Quid? nonne saltem ordine, quemadmodum Byzantinus cæteris Patriarchis? At vos omnes hoc affirmatis, quibus hoc nempe (24) constitutissimum, ita præferri Romanum Pontificem Byzantino, ut Byzantinus Alexandrino præfertur. Hoc nempe datis. Subdo: sed quòd Byzantinus Ordine tantùm cæteris præit, ab his ad illum appellatio est: ergo doctissimi homines eadem ex causa à Byzantino ritè provocabitur ad Romanum. Non acquiescit his nempe Nectarius. Vir pertinax iterum ad civilia refugit Jura, &, ut ritè, inquit, à Patriarchis provocare ad Byzantinum quis queat, Jus ipsum authoritatem facit: at, ut provocetur ad Romanum Pontificem, unde præsens authoritas? Primùm ex illa ipsa potestate, quam illi Majores nostri omnes attribuunt. Supremi hoc Principis est, nobile Jurisdictionis officium multatis iniquâ minorum Judicum sententia subjectis impendere, de sententiis ipsis sententias ferre, appellatumque justis subditorum clamoribus opitulari. Deinde oblitus ne es, quæ nuper è Sardicensi (25) Concilio certa, Vobisque ipsis Photianis recepta produximus? OEcumenica Synodus, nec minor Nicæna I. sive confessores spectes, sive Præsides consideres, sive id ipsum, de quo actum est ibi: OEcumenica, inquam, Synodus Jus Appellationis hujusce Pontifici Romano cùm tribuat, quæ frons Jus ipsum OEcumenica Synodo confirmatum Pontifici Romano negabit?

(17) *d. pag. 128. lin. 15.*

(18) *In titulo 10. n. 6. in Compend. Legum.*

(19) *Novella 16.*

(20) *d. pag. 128. lin. 5. & 23.*

(21) *Comp. Legum tit. 3. n. 9. in fin.*

(22) *Vide Canonarch. de vi Canonum ad Can. Apost. ubi de potest. Concilii.*

(23) *Vide Margun. 3 Proem. Nomoc. n. 4. & Matax. in Nomoc. tit. de Concilio.*

(24) *Vide Balsam. in Medit. de privil. Patriarch.*

(25) *Canone 4. & 7.*

XIV. Falsissimum hoc dicit (1) Margunius: Τοπικὴ λέγεται, ἀλλ' οὐκ οἰκουμενικὴ πῶς ἡ ἐν Σαρδικῇ ἁγία σύνοδος· εἰ γὰρ οἰκουμενική, πῶς ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένη πρώτη τῶν οἰκουμενικῶν ἁγίων συνόδων δευτέρα λέγεται; *Peculiaris dicitur, non OEcumenica Sardicensis Sancta Synodus. Nam, si OEcumenica, quo pacto quæ prima Constantinopoli acta est, inter Sanctas OEcumenicas Synodos Secunda dicitur?* Apparet ex his,

(1) *In Antirrhet. pro Marco.*

quàm rude sit Photianum ingenium. Certa, quæ sunt, non facit difficultas incerta. Hæc solvenda est eruditis ingeniis, ne quę certa sunt, vi suâ labefactet: nec nisi pusillæ mentis est, quæ à Sapientibus recipiuntur, deserere, quòd ea difficilè tueare. Quid quòd & facilis responsio est Marguniana difficultati. Nam Sardicense Concilium Majoribus idem est habitum cum Nicæno, ut optimè notat (2) Cabassutius, tum quia magna Episcoporum pars, quæ in Nicæno consederat, interfuit pariter & Sardicensi, ut ex subscriptionibus liquet; tum quia utrobique eadem Fidei causa constituta est. Quare & (3) Zosimus Pontifex, Canonem Sardicensem citans, Nicænum appellavit. Unde ratio refutandarum Gabrielis (4) Severi miseri homuncionis argutiarum, qui hoc ex loco sibi videtur apprimè confutasse Romani Pontificis Principatum, cùm tamen nusquam apertiùs is reipsa confirmetur, quàm Africanorum Patrum, & Zosimi Pontificis Controversia, ex quâ cum constet Canones Sardicenses Nicænæ Synodo palam attribui, Majorum nostrorum sententiâ, idem authoritatis in utroque jubemur asserere, nec Sardicensem post Nicænam dicere, sed cum Nicænâ, ut Nicænam, & Sardicensem secutus Constantinopolitanus Generalis Conventus, secundus sit, dicaturque inter OEcumenicas Synodos. Cæterùm Concilium Sardicense OEcumenicum Majoribus habitum nostris non Latinus modò (5) Sulpicius antiquissimus author (etenim (6) clarebat in fine IV. & initio V. sæculi) verùm etiam (7) Socrates noster affirmat. Id, quod ex (8) Hilario, & (9) Athanasio confirmatur, quorum testimonio Sardicensi Concilio plusquam trecenti Orthodoxi Episcopi, è triginta supra sex Orbis Christiani Provinciis interfuerunt, ac consederunt cum Osio, aliisque Sedis Romanæ Vicariis. Quapropter & ipsa Synodus (10) supremæ, atque OEcumenicæ potestatis suæ gnara, sic tandem pronunciat. *πάντα τὰ συντεταγμένα ἡ καθολικὴ, καὶ οἰκουμενικὴ ἐκκλησία τηρείτω. Universa, quæ constituta sunt, Catholica Ecclesia, quæ ubique est, custodiat.* Vide de hoc plura penes (11) Athanasium, (12) Theodoretum, (13) Sozomenum, (14) Socratem ex Nostris, ex Latinis verò (15) Baronium, & (16) Bellarminum; quorum omnium authoritate inter OEcumenicas Synodos Sardicensis recipienda est, quidquid contra mussitent Photiani, quorum nequitia factum est, ut, cùm Prodromus Sardicenses Canones sub Nicæni titulo recenseat, quasi una, & eadem sit Synodus Nicæna, & Sardicensis, atque adeò Canones Sardicenses vim habeant Canonis ab OEcumenica Synodo conditi, (17) Harmenopulus, qui penè in omnibus Prodromum sequitur, Sardicensem Synodum ad Topicas malè rejecerit, cujus tamen decreta Jus hoc appellandæ unius Romanæ Sedis apprimè confirmantia (18) recipit, atque in Epitome suâ iteratò recenset, ut alibi ostendimus. Quò fit, ut vel Photianorum Jure ratum sit, unicuique licuisse semper, à quocunque judicio ad Romanum Pontificem provocare. Neque enim officiunt huic certissimo Romanæ Ecclesiæ Juri, quæ in geminâ Viâ mussitat reliqua Nectarius numero superiore productus. Nam in secunda, vel quid dicat, nescit ipse, qui dicit, vel pro nobis dicit. Siquidem, inquit, Patriarchæ ad Romanum Pontificem provocarunt non ex necessitate. Ita profectò, neque enim quisquam cogitur appellare. Voluntatis illud Tribunal est, nempe volentium, non necessitatis, hoc est, coactorum· *πρὸς τὸ ἐκκαλεῖν ἐκ τοῦ κατωτέρου κριτηρίου εἰς τὸ ἀνώτερον οὐδεὶς βιάζεται. θεληματικὴ γὰρ ἡ ἀναγωγή. διὸ καὶ τέρματα τίθενται, ἵνα μὴ ἡ ἔκκλητος αἰωνία, καθὼς καὶ τὸ θεληματικόν· ὁ δὲ νόμος ὁρίσας τὰ τέρματα ταύτην ἔχει τὴν ἐξουσίαν, ὥστε δηλοῦν, τὸν μὴ ἐκκαλέσαντα ἐν τοῖς ὅροις, ἐφεξῆς μὴ βούλεσθαι ἐκκαλεῖν, μᾶλλον δὲ ἀποστῆναι πάσης ἀγωγῆς, καὶ ὁμολογεῖν τῇ ἀποφάσει; Ad provocandum ex inferiori judicio ad superius, nemo adigitur: spontanea enim hæc deductio. Quare & termini dati sunt, ne appellatio æterna sit, ut & voluntas. Lex autem constituens terminos hanc potestatem habet, ut significet, eum, qui non provocavit intra terminos datos, deinceps nolle provocare, imò potiùs cessisse omni actione, & consentire sententiæ.* Vides omnem appellationem in eo, qui appellat, liberam esse, non autem ex necessitate: quare Euge Nectari, aliquando ex ignorantia sapuisti. Similiter & in cæteris: nam omnis appellatio *κατ' οἰκονομίαν δικαίας est: juxta dispositionem, dispensationem, distributionem, curam, providentiam, & prudentiam, administrationem, institutum, Ordinem* (nam hæc omnia OEconomia significat) æquissimæ legis, sive æquitatis lege decretæ, sanctæque: Ea autem, quæ facta est ad Romanum Pontificem, appellatio, te teste, si qua facta est, talis est: Recta igitur, legitima, vera appellatio. Hinc plaudimus tibi tam sapienter aliquando locuto, subscribimusque, quemadmodum & in reliquis: nimirum, cùm dicis: *ὄντως καὶ ὁ δικάσας ἀδέκαστος φανείη, καὶ ὁ καταδικασθεὶς πληροφορίαν λάβῃ.* Hic enim appellationis est finis, non tamen solus, neque præcipuus: Etenim non solùm ut æquitas judicis, & damnati magis crimen appareat, Appellatio datur, sed propterea præsertim, ut, cognitâ vel ignorantia, vel iniquitate Judicis, malè lata rescindatur sententia, jurique suo reus restituatur. Hunc finem si dictis adjecisses, Nectari, tuis, quippe primum, atque præcipuum Appellationis, nulla esset mora, quin te Romani Juris, quod niteris impugnare, strenuum assertorem edicerem, quo omisso scilicet cogor, te & ignorantissimum dicere, & ineptissimum Romanæ appellationis hostem. Nam quid ineptiùs, quàm iis verbis Jus Romanum invadere, queis illud confirmas? Fateris à Patriarchis quandoque Romanum Pontificem appellatum, quid mi, cùm Exempla Majorum nostrorum, atque ipsa palam historia te penitùs jugulent? Fateris appellationes hujusmodi neque per vim factas, & juxta OEconomiam bonarum legum factas: quid superest, vir docte, quod inferas: num Photianam consecutionem elicies: appellarunt; igitur appellare non potuerunt? Non, ais, hoc infero: appellarunt: non igitur necessariò: Annuimus: quid inde? nil utile refellendo Juri Romano, vir doctissime, inferes, nisi inferas, appellari Romanum

Pon-

(2) *In notitia Conc. ad Afric. seu Carthag. VI. ante Can. 3.*
(3) *In Commonitorio extat in Act. Afric. Concil. sub init.*
(4) *Differ. 2. de Primatu Papæ.*
(5) *Lib. 2. Sacræ hist.*
(6) *Vide Labbeum de Script. Eccl. in Severo Sulpitio Tom. 2. pag. 345.*
(7) *Lib. 2. hist. c. 16.*
(8) *De Synodis.*
(9) *Init. 2. Apolog.*
(10) *In fin. Concil. Sardicens.*
(11) *Loco citato.*
(12) *Lib. 2. hist. c. 7.*
(13) *Lib. 3. hist. c. 21.*
(14) *d. lib. 2. c. 16.*
(15) *Ad ann. Christi 347.*
(16) *De Rom. Pont. lib. 2. cap. 21.*
(17) *In proœm. Epit. Canon. post med.*
(18) *Sect. 1. tit. 1. in fin. & tit. 4. Can. 48. & 50.*

Pontificem minimè potuisse. Quare stat Jus illud egregium, præcipuum, Summum Romanæ Sedis nullâ argutiâ tuâ superabile. At, inquit, si quis unquam Romanorum Pontificum retractavit judicium Patriarchæ alicujus, is non ex necessitate, sed ex æquitate quâdam, ut & Judicis æquitas, & damnatorum iniquitas appareret. Jam, Nectari, non de appellatione negotium est, ipsam supremam Potestatem Pontificis petis, pro qua abunde in hactenus disputatis pugnavimus. Demus tamen & hoc proterviæ tuæ, ut hìc præsentiùs stoliditatem tuam confutemus. Non te pudet, hæc Sapientibus legenda conscribere? Non horres, hęc falsa ignorantibus credenda proponere? Ergone ex urbanitate Romanus Pontifex Judicium Antiocheni Patriarchæ contra sententiam Dionysii retractavit? Judicium Theophili Alexandrini contra Chrysostomum recognovit? Judicium Dioscori contra Flavianum, denique, ut sexcenta alia seponam, nota Sapientibus, & translativa, Judicium Photii contra Ignatium ad suum tribunal deduxit, ὅπως κὴ ὁ δικάσας ἀδίκαστος φανείη, κὴ ὁ καταδικασθεὶς πληροφορηθεὶς λάθῃ? O hominem impium, & dementem! Quid est hoc aliud, nisi Dionysium, Chrysostomum, Flavianum, Ignatium, quos aris, ac templis colimus, palam damnare? Paulum Samosatenum, Theophilum, Dioscorum, Photium iniquissimos homines contra Vetustatis universæ sententiam innoxios appellare? Quòd si hoc planè detestabile est, fatere, judicia illa, si quidem ex officio à Romanis Pontificibus adsumpta sunt, citra appellationis negotium, ex necessitate Judicialis Ordinis, & potestate supremæ jurisdictionis adsumpta, ut & injusti Judices pœnis, quas iniquè in viros innocuos contulerant, succumberent, & injustè damnati à pœnis, quibus iniquè subjecti fuerant, assererentur.

XV. Jam quod Nectarius objicit ex Africano Concilio, & ex Magno Basilio, quàm ineptum ei probando, quod petit! Primùm Basilius ibi monendos autumat Occidentales, non Romanam Ecclesiam. Si Nectarius ibi Occidentalium nomine Romanos Pontifices venire velit, quæram ab ipso, cur, cùm à Basilio petitum dicitur *auxilium Occidentalium*, expetitam sententiam, suffragium postulatum, expectatos Legatos, aliaque hujusmodi, intelligenda sit Occidentalium nomine non Sedes Romana, sed Synodus, hìc verò, ubi agitur de monitione, Romanâ sedes, non Occidentales Episcopi nomine *Occidentalium* intelligantur? Deinde monendos docet Basilius *Occidentales*, ne facilè vel vagos homines, vel transfugas ad communionem recipiant, non ad appellationem. Verba (1) Basilii sunt, ἔδοξε, παρακαλέσαι τοὺς ἐν δύσει, μὴ ἀκρίτως δέχεσθαι τὰς κοινωνίας τῶν ἐκ τῆς ἀνατολῆς ἀφικνουμένων, ἀλλ' ἐκ τῆς μαρτυρίας τῶν κοινωνικῶν προσλαμβάνεσθαι· καὶ μὴ παντὶ τῷ γράφοντι ἐπὶ προφάσει τῆς ὀρθοδοξίας προστίθεσθαι. *Visum est, adhortari Occidentales, ne temerè communiones recipiant eorum, qui ab Oriente veniunt, sed ex testimonio Communicatoriarum ut recipiant: utque non omni scribenti ob speciem rectæ Doctrinæ credant.* Quæ, ni fallor, uti appellationem intactam volunt, ita Romanæ Sedi utilissimum consilium dant, à nobis etiam Basilii posteris, non sine prævia nostræ humilitatis confessione, Romanæ Sedi proponendum, ingerendumque, ne nimirum vagos Photianos, commeantesque ad nundinas, ut ipsi palam loquuntur, Romanas, ad sacrilegas Fidei confessiones, professionesque clementer adeò recipiat, receptosque pecuniis muneretur. Non ita Græciæ laboranti feruntur suppetiæ, neque hæc via provocandi Photiani animi ad obsequium avitæ Fidei: provocantur potiùs ad ingens sacrilegium, deterioremque perfidiam; provocentur Photiani ad fidem beneficiis, non speratis, sed receptis, nec ut recipiant munera, cicures se dedant Veritati, sed quòd munera, ac beneficia, nondum cicures veritati receperint. Verum hæc obiter, illud ex re nostrâ, Basilium loco producto nihil de Appellatione, cui nimirum adeò non obest, quod ex Basilio proponitur, ut reipsâ illam confirmet, nam verbis illis Basilius probat antiquissimum morem *Orientalium* Romam adeundi, sive ut inde suppetias nanciscerentur, sive ut communionem Romanam jactarent, quasi ex eâ quisque suæ fidei experimentum daret. Quem morem, cùm tantus Doctor prudentiùs usurpandum monet, non negat, sed roborat: ut inde sapientibus liceat inferre, Romanæ dignitatem Ecclesiæ, ex qua Jus appellationis emanat, quod propugnamus. Age porro, quando non prosunt Verba Basilii Nectario, an Africana Synodus prosit, videamus. Rem totam brevissimè expono fusiùs ab (2) aliis repetendam. Apiarius scelestissimus presbyter à suo Episcopo Urbano damnatus Romam profectus, questus est apud Apostolicam Sedem, se injustè fuisse damnatum, querelam testimoniis, argumentis, indiciis tam dolosè ornaverat, ut operæ pretium visum fuerit, *Executores* (hoc nomine eâ tempestate Judices delegati censebantur) in Africam mittere, quorum cognitione Veritas patefieret. Commodùm in Africâ Carthaginensis Synodus VI. celebrabatur. Ea *executores* repellere, ac de Jure mittendorum *executorum* quærere. Respondit Zosimus, Romanæ sedi nativum hoc Jus esse, vel à Nicæna Synodo cognitum, confirmatumque. At Africani, ubi, perlectis Nicænis Canonibus, nihil inveniunt, Alexandriam ad Cyrillum, Constantinopolim ad Atticum Patriarchas mittunt, qui inde Canones Nicænos afferant controversiam decisuros: relati Canones, nihil de hoc Jure: quare Africani, Zosimo jam è vivis erepto, respondent Cælestino, Apiarium, fassum tandem sua crimina, confessione suâ probasse, quàm temerè Zosimus ejus defensionem suscepisset: nusquam inveniri Nicænum Canonem, qui censeret, Jus esse Romano Pontifici mittendorum *executorum*: Rogari à se Cælestinum, ne deinceps id audeat, se enim id nunquam laturos: denique orare se Apostolicam sedem, ne facilè recipiat in posterum eos, qui ab Episcopis suis descivissent. ἱκετεύομεν, (3) inquiunt, ἵνα τὸ λοιπὸν πρὸς τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς τοὺς ἐντεῦθεν παραγινομένους εὐχερῶς μὴ προσδέχησθε· μηδὲ τοὺς ὑφ' ἡμῶν ἀκοινωνήτους εἰς κοινωνίαν τοῦ λοιποῦ θελήσητε δέξασθαι· ἐπειδὴ τοῦτο καὶ τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ ὡρισθὲν εὐχερῶς εὑρήσει ἡ σὴ σεβασμιότης. *Impendiò deprecamur, ut* dein-

(1) *Ep. 4. de his, quæ pert. ad Melesium.*

(2) *Vide Baron. ad an. 419. à n. 59. & seq. Cabassut. ad Cõcil. Afric. vers. quod attinet.*

(3) *In Epist. ejusdem Concilii ad Cœlestinum.*

quàm rude sit Photianum ingenium. Certa quæ sunt, non facit difficultas incerta. Hæc solvenda est eruditis ingeniis, ne quę certa sunt, vi suâ labefactet: nec nisi pusillæ mentis est, quæ à Sapientibus recipiuntur, deserere, quòd ea difficilè tueare. Quid quòd & facilis responsio est Margunianæ difficultati. Nam Sardicense Concilium Majoribus idem est habitum cum Nicæno, ut optimè notat (2) Cabassutius, tum quia magna Episcoporum pars, quæ in Nicæno consederat, interfuit pariter & Sardicensi, ut ex subscriptionibus liquet; tum quia utrobique eadem Fidei causa constituta est. Quare & (3) Zosimus Pontifex, Canonem Sardicensem citans, Nicænum appellavit. Unde ratio refutandarum Gabrielis (4) Severi miseri homuncionis argutiarum, qui hoc ex loco sibi videtur apprimè confutasse Romani Pontificis Principatum, cùm tamen nusquam apertiùs is reipsa confirmetur, quàm Africanorum Patrum, & Zosimi Pontificis Controversia, ex quâ cum constet Canones Sardicenses Nicænæ Synodo palam attribui, Majorum nostrorum sententiâ, idem authoritatis in utroque jubemur asserere, nec Sardicensem post Nicænam dicere, sed cum Nicænâ, ut Nicænam, & Sardicensem secutus Constantinopolitanus Generalis Conventus, secundus sit, dicaturque inter OEcumenicas Synodos. Cæterùm Concilium Sardicense OEcumenicum Majoribus habitum nostris non Latinus modò (5) Sulpicius antiquissimus author (etenim (6) clarebat in fine IV. & initio V. sæculi) verùm etiam (7) Socrates noster affirmat. Id, quod ex (8) Hilario, & (9) Athanasio confirmatur, quorum testimonio Sardicensi Concilio plusquam trecenti Orthodoxi Episcopi, è triginta supra sex Orbis Christiani Provinciis interfuerunt, ac consederunt cum Osio, aliisque Sedis Romanæ Vicariis. Quapropter & ipsa Synodus (10) supremæ, atque OEcumenicæ potestatis suæ gnara, sic tandem pronunciat. πάντα τὰ συντεταγμένα ἡ καθολικὴ, καὶ οἰκουμενικὴ ἐκκλησία τηρείτω. *Universa, quæ constituta sunt, Catholica Ecclesia, quæ ubique est, custodiat.* Vide de hoc plura penes (11) Athanasium, (12) Theodoretum, (13) Soz[illegible]num, (14) Socratem ex Nostris, ex [illegible] verò (15) Baronium, & (16) Bell[illegible] quorum omnium authoritate inter [illegible] nicas Synodos Sardicensis recipiend[illegible] quid contra mussitent Photiani [illegible] quitia factum est, ut, cùm P[illegible] censes Canones sub Nicæn[illegible] quasi una, & eadem sit S[illegible] Sardicensis, atque adeò [illegible] vim habeant Canonis [illegible] conditi, (17) Harme[illegible] omnibus Prodromu[illegible] Synodum ad Topica[illegible] men decreta Jus [illegible] Sedis apprimè c[illegible] in Epitome [illegible] dimus. Quò fit, [illegible] sit, unicuique [illegible] dicio ad Roma[illegible] que enim offici[illegible] clesiæ Juri, [illegible]

liqua Nectarius numero superiore productus. Nam in secunda, vel quid dicat, nescit ipse, qui dicit, vel pro nobis dicit. Siquidem, [illegible] quit, Patriarchæ ad Romanum Pontifice[illegible] provocarunt non ex necessitate. Ita profec[illegible] neque enim quisquam cogitur appellare. V[illegible] luntatis illud Tribunal est, nempe volenti[illegible] non necessitatis, hoc est, coactorum· [illegible] καλεῖν ἐκ τοῦ κατωτέρου κριτηρίου εἰς τὸ ἀνώτ[illegible] δεὶς βιάζεται. θελημαστικὴ γὰρ ἡ ἀναγωγή [illegible] τέρματα τίθενται, ἵνα μὴ ἡ ἐκκλητ[illegible] καθὼς καὶ τὸ θελημαστικόν· ὁ δὲ νόμ[illegible] ξας τὰ τέρματα ταύτην ἔχει τὴν ἐξουσ[illegible] δηλοῖ, τὸν μὴ ἐκκαλέσαντα ἐν τοῖς ὁρ[illegible] μὴ βούλεσθαι ἐκκαλεῖν, μᾶλλον δὲ ἀποσ[illegible] σης ἀγωγῆς, καὶ ὁμολογεῖν τῇ ἀποφα[illegible] *provocandum ex inferiori judicio ad [illegible] nemo adigitur: spontanea enim [illegible] Quare & termini dati sunt, [illegible] æterna sit, ut & voluntas. Lex [illegible] stituens terminos hanc potestate[illegible] gnificet, eum, qui non provo[illegible] minos datos, deinceps nolle [illegible] potiùs cessisse omni actione, [illegible] tentiæ.* Vides omnem appel[illegible] qui appellat, liberam esse, [illegible] cessitate: quare Euge Nec[illegible] ignorantia sapuisti. Simi[illegible] nam omnis appellatio [illegible] *juxta dispositionem, d[illegible] tionem, curam, provi[illegible] administrationem,* [illegible] hæc omnia OEcono[illegible] legis, sive æquitat[illegible] Ea autem, quæ [illegible] ficem, appella[illegible] lis est: Recta [illegible] Hinc plaudin[illegible] locuto, [illegible] reliquis [illegible] σας [illegible] εἰ[illegible] [illegible]

(2) *In notitia Conc. ad Afric. sub Carthag. VI. ante Can.* 5.

(3) *In commonitorio exstat in Afric. Africana Conc. sub initio.*

(4) *Dissert. 2. de Primatu Papæ.*

(5) *Lib. 2. Sacræ historiæ.*

(6) *Vide Labbeum de Script. Eccl. in Severo Sulpitio Tom. 2. pag.* 343.

(7) *Lib. 2. hist. c.* 16.

(8) *De Synodis.*

(9) *Init. 2. Apolog.*

(10) *In fin. Concil. Sardicens.*

(11) *Loco citato.*

(12) *Lib. 2. hist. c.* 7.

(13) *Lib. 3. hist. c.* 21.

(14) *d. lib. 2. c.* 16.

(15) *Ad ann. Christi* 347.

(16) *De Rom. Pōt. lib. 2. cap.* 21.

(17) *In proœm. Epit. Canon. post med.*

(18) *Sect. 1. tit. 1. in fin. & tit. 4. Can. 48. & 50.*

... ob subditorum obse-
... scandalum Diaboli in-
... vanam gloriam conversi
... Azymitæ, Purgato-
... ...matomachi, excidere po-
... sunt principatu ad extre-
... , qui primi fuerant,
... errare non posse, atque
... icas Synodos potestate
... more Sectæ Margunius,
... Cabasila, ante quem
... Anchiali, post quem ca-
... ...salonicensis. Etenim hoc
... Photianis pugnanti, ut illi
... ...rum saltare necesse sit, at-
... convicit, iterum invictos
... ...ritis non aliam ob causam
... Romanum Pontificem, nisi
... sentit: atque adeò hæreti-
... boni viri, his in Responsis
... ...ssim diluimus, & alibi ex in-
... ...diluemus, constabitque ex illis,
... his ipsis, quæ sæpè docuimus,
... qui vestris consentit ineptiis.
... est reliquum, nisi ut vel inviti fa-
... adhuc in Successoribus Petri pote-
... ...issimam Petri; quando hi non so-
... ...rthodoxæ Religionis nunquam desci-
... ...matibus, sed propterea Orthodoxi cen-
... ..., quòd vestris adversantur dogmati-
... ...æ quoniam abundè refutavimus, liceat,
... ...nstituimus, constituimusque tractationem
... ...em laboriosè conficere.

(2) Lib. de caus. dissens. Eccl. & lib. de Primatu
(3) Dialogo cum Manuel. Comneno.
(4) Dialog. de rebus Eccles.

... nt,
... as-
... tate
... est,
... in Ro-
... ...is ætas
... est, falsi
... ...oxi ante
... aliqua clari
... demens, aut
... argumento non
... , contra Photia-
... in tota Ecclesia
... ? Hanc fateor,
... ...us, planèq; veneror,
... ...pensè iis in Romano-
... ...ondum erraverant. Fue-
... Christianorum, Reipubli-
... Pastores omnium, & Ec-
... ...persæ Magistri, donec sen-
... τυφωθέντες τῇ τῶν ὑποκει-
... παγίδα, καὶ σκάνδαλον διαβό-
... ...λλ᾽ ἐπεὶ πρὸς κενοδοξίαν τραπόμε-
... ...ηγάπησαν, γενόμενοι ἀζυμῖται,
... ...ψίθιοι, πνευματομάχοι, τῆς ἐξο-
... καὶ ἐστερήθησαν τῆς πρωτείας, γενό-
... ...ι πρῶτοι, ὅπερ ἔδοξαν αὐτοῖς ἄ-
... ...ς αὐτοὺς οἰκουμενικὰς συνόδους ἀθροῖς

SECTIO III.

De probatione per Famam; Ubi Calumniæ Margunii contra Aulam Romanam rejiciuntur.

SUMMARIUM.

I. *Famæ plerumque fidem non esse præstandam, neque ex ea fieri probationem.*

II. *Margunii Calumniæ circa Divorum Canonizationes. Quantis probationibus eas auspicari soleat Romana Ecclesia.*

III. *Ex Fama aliquando probationem Constitui. Explicatur, quando locum habeat probatio per Famam.*

IV. *Famam stipatam adminiculis validissimè probare in omni negotio, latè ostenditur ex Jure Græco.*

V. *Fama sufficit ad repulsam à Sacris Ordinibus. Cùm à Populo recipitur, plerumque vera est, saltem ex parte.*

VI. *Ratio, cur fama sufficiat ad repulsam Ordinum: Margunii Calumniæ in Aulam Romanam proponuntur: ejusque Inconstantia perpenditur.*

VII. *Scandala semper in Ecclesia fuisse, & Vitia: Hæc non deesse Latinæ Ecclesiæ; tamen damnari: multò plura esse Photianorum, à quibus probantur. A Latinis Famam non contemni.*

VIII. *Cogitur ad considerationem Romanæ Urbis Margunius, Ostenditur, eam non ex privatis, sed ex publico æstimandam.*

IX. *Simoniam totam apud Photianos esse: id osten-*

Digitized by Google

δωσι, διαλέγονται· καθ᾽ ὅλα δὲ περὶ τοῦ μὴ δεῖν ὑπὸ συμφορῶν πεπιεσμένοις ἐπιπηδᾶσθαι. *Re ipsa, quò magis deferes superbis moribus, eò solent despicaciores se ipsis fieri. Et quidem, si Dominus miserebitur nostri, & fiet propitius, quo adminiculo indigemus? Sin autem ira Dei permanserit, quale nobis auxilium ab Occidentalium supercilio? Qui veritatem neque norunt, neque discere sustinent, falsis verò suspicionibus praeoccupati, ea nunc faciunt, quae priùs in causa Marcelli, contendentes cum iis, qui eis detulerunt veritatem, confirmantes autem haeresim per se ipsos. Et ego quidem ipse sine Communi sententia volebam ad ipsorum Principem mittere de Ecclesiae quidem rebus nihil, nisi quantum sat esset, ut significarem, eos neque scire veritatem rerum nostrarum, neque viam recipere, qua discat: Universim autem de eo, quod non oportet illis, qui calamitatibus pressi sunt, insultare.* Hunc in modum Basilius: An etiamnum vera, viderint alii. Certè vera tunc, cùm petentibus Nostris Latinam opem ad refringendam Eunomianorum, aliorumve haereticorum audaciam, hanc Latini vel aliter, ac petebatur, futuramque prorsus inutilem concedebant, vel suspicionibus vanis necessariam differebant. Sed enim & in his questibus nostris quis, nisi Nectarius, non videat Latinam potestatem maximam omnium? Superbiae accusantur, negatique passim efflagitantibus auxilii. An in pari cum pare, aut in deteriore erga meliorem superbia, ac supercilium? Quis non à potentiore praesidium petat? Aut cur Basilius Alexandrino, Antiocheno neglecto, Romanum efflagitavit auxilium? An verò petitum auxilium profanum? imò verò sacrum. Quod nam autem illud? ipse

(3) Ep. 2. ad Athanas. dicat (3) Basilius, μίαν ἐπέγνων ὁδὸν βοηθείας ταῖς καθ᾽ ἡμᾶς ἐκκλησίαις, τὴν παρὰ τῶν δυτικῶν ἐπισκόπων σύμπνοιαν. *Unam Nostris Ecclesiis novi salutis viam reliquam è consensu Occidentalium Episcoporum.* Quasi ad profligandas haereses non satis sit Orientis sententiâ, nisi Occidentalis Ecclesiae, cujus è Romana, & in

(4) Ep. ad Rom. Pôr. & caeteros occident. per Sabinũ. Romana principalis authoritas, consensus accesserit. Quapropter alibi (4) Basilius idem Occidentalibus quidem scribens, at peculiariùs Romanam potestatem ad opem Orienti praestandam provocans, qui Occidentalibus scribit, Romanum Episcopum τῷ ὄντι ἄξιον, appellat, τῆς ἐξοχωτάτης ἐκείνης φωνῆς, δι᾽ ἧς μακάριος ἀνεκηρύχθη, ὅτι τῇ σῇ θεοσεβείᾳ ὑπὸ κυρίου δέδοται, τὸ κίβδηλον διακρίνειν ἀπὸ τοῦ γνησίου, καὶ καθαρὸν διαγγέλλειν, καὶ τὴν πίστιν ἀνεπιτόλμως κηρύττειν: *revera dignum excellentissimae vocis illius, qua te beatum declaravit: quoniam Tuae erga Deum religioni à Domino datum est, spurium nempe à legitimo, & puro discernere, & fidem secure praedicare.* Cuinam Patriarchae his, vel similibus ver-

(5) d. Sect. 3. Demonstr. 2. pag. 100. bis (nam cùm aliter ea referat (5) Nectarius, idem omnino sonant) Basilius detulit laudem? cui dixit discernendi bonum inter, & malum Dogma potestatem datam, praedicandaeque ἀνεπιτόλμως Veritatis munus? Fatere igi-

(6) d. pag. 100. lin. 13. in margine. tur, demens, his omnibus Basilii locis, quae ineptè corrupta, καὶ νενοθευμένα (6) mentiris, hoc agi, ut palam pateat sententia summi Doctoris summam in Romano Pontifice potestatem agnoscentis, quâ scilicet monstrante, quid in Fide γνήσιον, καὶ καθαρὸν, Subjecti cognoscimus: quâ nempe decernente, quidquid vel in Synodis perperam est actum, rescinditur: à quâ denique unâ utile ad internecionem haeresum auxilium flagitandum est vel Graecis hominibus, queis utinam Romana Sedes aliquando propitia ea largiatur, quae flagitant, atque ita largiatur, quomodo flagitant, non aliter profutura, quàm eum, quo petuntur, in modum clementissimè concedantur. Scilicet hac supremâ potestate stipati Graeci non scripto tantùm, sed re ipsâ, factoque Photianorum proterviam refellemus, ne, rejecto Nectario fucum faciente Basilii sensibus, Epiphanii, Athanasii, Basilii sententias proximè datas Margunii (7) furor adigat ad ineptias. Is eas

ita explicat, ut illa Potestas, quae triplici hoc testimonio Romanis tribuitur Antistitibus, non aliam ob causam tributa per sanctissimos Patres Romanis Antistitibus censeatur, nisi quòd Roma Romani esset ea tempestate Caput Imperii. (7) d. nota 44. ad Trull.

Sed hoc falsissimum: nam, cùm haec à sanctissimis Viris asserebantur, narrabanturque, Romanum Imperium Româ in Thraciam navigaverat, relictisque Romanis, subjectam pridem Romanis Gentem Romae ipsi praefecerat. Ea propter, tam fatuâ responsione neque his omnibus clarior enervatur (8) Nazianzeni sententia, qui palam affirmat, Romanam Ecclesiam vera semper arbitratam de Deo, ut Urbem decet, quae toti praesidet Orbi, ἡ πρεσβυτέρα ῥώμη, ait, ἀπὸ χρόνων ἀρχαίων τὴν ὀρθὴν ἔχει πίστιν, ὡς ἐπίσης πόλιν πάσης προισταμένη τῆς οἰκουμένης ὁλόκληρον περὶ θεοῦ ἀεὶ κατέχει πίστιν. Quae verba non, ut penes Nazianzenum (8) In Carmine de Vita sua.

vincta numero habentur, produximus, sed ut ea recitat (9) Nectarius, ne quis de eorum fide dubitet Photianus. His porro tantus Theologus de laico Principatu, prophanâque non loquitur potestate, quae tunc Romae nulla, tota Constantinopolim commigrarat, sed de ipso Principatu sacro, qui, translatâ potestate profanâ, Romae relictus est. Jam Chrysostomus, jam Cyrillus Alexandrinus, quàm crebrò supremam Romani Pontificis potestatem ingerunt, profitentur, ac probant. Chrysostomus iniquissimè per Theophilum Alexandrinum Antistitem exauthoratus Romani Pontificis, precibus fusis, authoritatem implorat, quae illatam sibi per summum nefas injuriam ulciscatur, quae contra se per manifestam calumniam Acta rescindat. Audi, quid (10) dicat: *obsecro, ut scribas, quòd haec tam iniquè facta non habeant robur: illi autem, qui iniquè egerunt, poenae Ecclesiasticarum legum subjaceant.* Ἐπιστεῖλαι παρακαλῶ, τὰ μὲν οὕτω παρανόμως γεγενημένα, ἰσχύειν μηδέν, καὶ ἐκ μιᾶς μοίρας, καὶ ἐπαρασταθέντων χεῖσιν, μηδεμίαν ἔχειν ἰσχύν, ὥσπερ οὐδὲ ἔχει τὴν οἰκείαν φύσιν, τοὺς δὲ οὕτως παρανομήσαντας ἐλεγχθέντας τῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεσθαι τῶν ἐκκλησιαστικῶν Κανόνων. Agnoscit ergo Chrysostomus Romanum Pontificem, uti supremum etiam Graecorum Antistitem, qui de actis in Graeciâ per Patriarchas possit cognoscere, qui decreta perperam in Synodis nostris

(9) d. Sect. 3. demonstr. 4. pag. 115. lin. 5.

(10) Ep. 1. ad Innocẽtiũ.

Digitized by Google

nostris abrogare queat, judicesque ob iniquè latam sententiam, juxta Canonum præscripta, castiget. Audiamus, quid (11) Nectarius respondeat: περὶ δὲ τὰ περὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, ἀναμφιβόλως ἔδει τὸν πάπαν, καὶ πάντα πατριάρχην αὐτῷ ἐπαμύνεσθαι, ὡς παρ' ἐνορίας κριθέντι, ὡς ὑπὸ ἐλάττονος θρόνου, ὡς ὑπὸ ὀλιγωτέρων· πλείονας γὰρ εἶχεν ἐπισκόπους περὶ αὐτὸν ὁ Χρυσόστομος (καθάπερ λεπτομερῶς ἱστορεῖ ὁ μαθητὴς αὐτοῦ Ἑλενοπόλεως Παλλάδιος) καὶ ὡς ὑπὸ ἐχθροῦ, καὶ ὑπόπτου μάλιστα, καὶ ἐχθρωδῶς· τίς τοιαύτας ἀταξίας ἐνέγκοι, καὶ ἀναξιότατος; ὥστε καὶ τὸν ἐλάχιστον θρόνον μὴ διεγείρεσθαι εἰς ἄμυναν τοῦ ἀθώου, καὶ τῶν Κανόνων. *Quod ad res attinet Chrysostomi, sine dubio oportuit, & Pontificem Romanum, & quemlibet Patriarcham illi suppetias ferre, quippe judicium passo extra diœcesim, ab inferiori Throno, & à paucioribus. Plures enim habuit circa se Episcopos Chrysostomus (ut narrat curiosè discipulus ejus Palladius Helenopolios Antistes,) & quòd ab hoste, & suspecto valde, & hostili modo. Quis hæc inordinati Judicii vitia prorsus indigna tulisset, quin & minimus Thronus erigeretur ad tutelam innocentis, & Canonum?* Eleganter, facundè dicta, sed extra rem, de qua quærimus. Injustè damnato Chrysostomo quilibet justè Præsul præstitisset auxilium, opem, do etiam, quod petis, patrocinium εἰς ἄμυναν, an & Judicis authoritatem rescissuri acta, castigaturi Judices injustissimos? An ob damnatum iniquè Chrysostomum Antiochenus Antistes potuisset Alexandrinum punire? Si affirmas, cur ergo hunc non appellavit Chrysostomus? Si negas, quid obest, quin te hæc respondentem asseramus desipere? Superiori, vel pari par vel inferior opem, suppetias, vires, quidvis oppresso præstare poterit, authoritatem Judicis castigaturi, quantumvis injustissimè damnato conferre non poterit, nisi & injustè damnato, & injustè damnante superior. At Chrysostomus opem, potestatemque Innocentii implorat, non ut συμμαχήσοντος, sed ut Judicis inflicturi pœnam Theophilo, ac rescissuri Acta piraticæ Synodi. Hunc igitur Chrysostomus Præfectum sibique, & Theophilo, atque adeò toti Græciæ cognoscit, autumat, fateturq; Hinc qui Romani Pontificis Potestatem in hostes suos provocavit ut judicis, eandem expertus est ad sui tutelam ut Patris: quare uti Patri gratius agit: *perpetuas*, (12) inquit, *vobis gratias agimus, quòd paternam erga nos benevolentiam declarastis*: Εὐχαριστοῦντες ὑμῖν οὐ διαλιμπάνομεν, ὅτι πατέρας φιλοστόργους ἐπεδείξατε τῇ περὶ ἡμᾶς εὐνοίᾳ, καὶ σπουδῇ. Hunc in modum Constantinopolitanus Antistes Romano Pontifici, Innocentio Chrysostomus, senior juniori, ne quis Photianus existimet, Patrem à Chrysostomo Innocentium appellari, quòd provectioris esset ætatis. Eo proinde nomine Romani Pontificis Potestatem Chrysostomus fassus est, qui mox iterum eandem ingenuè profitetur, cùm Innocentium eundem Christianissimè deprecatur, ut hostibus, quos tam infensos habuerat, veniam impertiret. *Vestram*, (13) ait, *oro vigilantiam, ut, licet omnia tumultibus impleverint, si tamen curari morbo voluerint, ne affligantur, neque à cœtu ejiciantur.* Ἐκεῖνο δὲ παρακαλῶ τὴν ἐρρωμένην ὑμῶν ψυχήν, κἂν οἱ πάντα θορύβων ἐμπλήσαντες ἀμετανόητα νοσῶσι, καὶ ἀνίατα, αὐτοὺς θεραπεῦσαι αὐτοὺς ἑλομένους μὴ περιπλακῆσαι, μηδὲ ἀπαγορεῦσαι.

(11) Sect. 2. pag. 75. linea 21.
(12) in 2. Epist. ad Innoc.
(13) ead. Ep. 2. ad innoc.

VII. Videor mihi ex uno Chrysostomo penitùs constituisse, agnitam, receptamque Ecclesiæ nostræ supremam Romani Pontificis Potestatem, quam ulteriùs objicere Photianis fas est, & à Cyrillo jactantiùs approbatam. Is enim Principi Clero, & Populo in Græcia (1) scribens edicit, ne quis intra septa Ecclesiæ recipiat Nestorium, aut Episcopum putet, ni, intra terminum à Cælestino Pontifice præstitutum, impia dogmata palam recantet. Quid hæc, stupidissime Nectari, quid hæc, sodes, præseferunt, nisi majorem Romanæ in Ecclesia potestatem, cujus mandata Pontifex Alexandrinus exequitur, cujus mandatis Ecclesiæ Byzantinæ parere necesse est? Idem Cælestinum eundem, quem Patriarcha Alexandrinus, Præses OEcumenicæ Synodi, Patrum Græcorum sapientissimus, cui ab eloquio divino (2) cognomen est, patrem (3) appellat Sanctissimum: idem, inquam, Cælestinum (4) interrogat, an placeat ulteriùs insaniam Nestorii impunè grassari, ut ferenda sit ad tempus ejus in Sacris communio, an potiùs insurgendum sit omnino in manifestam hominis perditissimi audaciam, ut à cœtu Fidelium omnibus vitandus exterminetur? Quæ sanè palam cuique nondum planè furioso demonstrant, quid Cyrillus censuerit de summi Sacrorum Antistitis potestate, cujus mandata Græcis custodienda proponit, quem consulit in agendis, facturus scilicet, quidquid Romano Pontifici placuisset. Certè nullus inter Majores nostros sanctissimos Cyrillo erga Romanam Sedem obsequiosus magis, quam primus Græcorum Antistitum suâ majorem asseruit facto, (5) functus nimirum delegata à Romano Pontifice potestate, vicarioque Munere in Synodo Ephesina. Neque enim Legatus par Principi, cujus Legatum se gerit. Quòd si non par, ergo minor. Ut hoc uno satis appareat Cyrillus affatim fassus potestatem supremam ejus, cujus supremam vicario munere potestatem in OEcumenica Synodo libens exercuit. Atque utinam non magno cum Sapientiæ damno plerique ex iis libris, quos Thesauros Cyrillus inscripsit, periissent; extaret sanè numerosum tanti Patris suffragium pro Principatu sacro Romanæ Sedis, quam ex iis, quæ perierunt, omnium maximam, omnium magistram, ac matrem efficacissimè confirmarunt Andreas (6) Colossensis coram universa Synodo Florentina, atque post Colossensem (7) Gennadius ex ipso Solio Byzantino. Penes postremum hunc hæc verba Cyrilli reperies. ὅτι δεῖ ἡμᾶς, ὡς μέλη, ἐμμένειν τῇ κεφαλῇ ἡμῶν, τῷ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεῖ, καὶ τῷ ἀποστολικῷ θρόνῳ, ἀφ' οὗ ἡμέτερόν ἐστι ζητῆσαι τί πιστεύειν, καὶ τί δοξάζειν μέλλομεν, καὶ κρατεῖν· ὅτι αὐτοῦ μόνου ἐστὶν ἐλέγχειν, ἐπιδιορθοῦν, ἐπιτιμᾶν, ἐπικρίνειν, διατιθέναι, λύειν, καὶ δεσμεῖν: *Oportere nos, tanquam membra, caput sequi, hoc est Romanum Pontificem, & Apostolicam Sedem, à qua debemus petere, quid credere, & sentire debemus, ac tenere, quia ipsius tantùm est, confutare, di-*

(1) Ep. 2. ad Clerū & Popul. CP.
(2) Θεηγόρος appellatur à nostris. Vide Gennad. in Defens. 5. c. Decret. Floren. de Primatu Sect. 16. post med.
(3) Ep 18. ad Cœlest. initio.
(4) Ead. Epist. 18.
(5) Vide Acta Synod. Ephes.
(6) In Concil. florēt. Session. 7. refert Bessar. Ep. 1. ad Philanthropen. in med. in actib Concilii non extat.
(7) in d. c. 5. Decr. flor. sect. 12. sub initium.

Digitized by Google

rigere, redarguere, confirmare, ordinare, solvere, & ligare.

VIII. Hæc patienter (1) Margunius ferre non potest: eadem cachinno excepit (2) Coressius. Scilicet ut innixum authoritati Colossensis testimonium, aut receptum Gennadio proferatis in medium? Quid porro, amabo, probaturum? figmentum est qualibet fabula fabulosius. Nos, inquiunt, nihil horum penes Cyrillum legimus: hoc effatum tam apertè supremam Potestatem Pontificis vestri constituens nemo Patrum nostrorum agnovit. Apage ineptias, si libet, quodque soli Latini falsò, & injuriosè affingunt Cyrillo, amove, ne, qui objicis Photianis creberrimè manifestum mendacium, ipse manifestissimè mentiare. Quod Margunius, quod Coressius de testimoniis è libris Cyrilli, qui periere, desumptis contumeliosè respondent, id ipsum in simili modestiùs censuit (3) Nectarius: quem tamen cum reliquis cautiùs loqui monemus, nec ex productis aliquid reprobare, quin priùs cuncta rimati fuerint, ne nimirum novo testimonio ipsorum sive ignorantia, sive perfidia Sapientibus innotescat. Nam postremum Cyrilli testimonium, quo nempe jugulatur Photianismus, non propterea recipiendum Photianis proponimus, quòd à Colossensi productum, aut à Gennadio receptum, sed quòd à Majoribus nostris sæpe productum, à Photianis ipsis receptum sit. Nam ea verba Cyrilli, ut jacent apud Gennadium, recitat Nicephorus (4) Patriarcha Sanctissimus ex Cyrillo, eadem Antonius (5) Cauleas, eadem Mysticus (6) Nicolaus, eadem Nicephorus (7) Blemmydes, eadem iterum, iterumque Photianis Veccus (8) opponit, & post Veccum Metochites (9) Georgius. An hi à Latinis conficta probaverint, probata produxerint, atque ad idipsum produxerint ex Cyrillo, quæ nusquam penes Cyrillum occurrerent? Quid Photiani? Legite, quæ (10) Pectoratus, quæ (11) Germanus Secundus, quæ Joannes (12) Phurnes, quæ Michael (13) Anchiali, quæ Methonensis (14) Nicolaus, quæ Marcus ipse (15) Eugenicus contra Romanum Pontificem congessere: passim apud omnes occurret is locus Cyrilli, stolidis quidem interpretationibus corruptus, pessundatus, deformatus, receptus tamen. Etenim ut ut conentur apertissimis verbis occurrere, nusquam tamen ea esse Cyrilli dementissimi homines, atque idipsum, quod vos, ausuri, si licuisset, inficiantur. Stat igitur Cyrilli sententia nullâ vestra inficiatione superabilis: Statque supremam Romani Pontificis potestatem affirmans, simulque docens, quanta sit ignorantia vestra, quanta protervia, qui cùm monumenta Majorum penitùs ignoretis, ignotum Majoribus dicitis quidlibet, quos ne à limine quidem hominum imperitissimi salutastis. Sed esto, uti vultis. Falsa sint, quæ Colossensis proposuit, quæque Gennadius probavit. Etenim *hanc veniam petimusque, damusque vicissim*, ut Orthodoxorum Antistitum Authoritati verissima proponēti nullam fidem præstent Photiani, quorum nos jure, & meritò mendacitatem refellimus sexcenta commentam. Etiam extra libros, qui non extant, Cyrilliani Thesauri, quæ ex receptis, palamque obtinentibus Cyrilli scriptis, factisque retulimus, abunde probant ingens tanti Pontificis erga Romanam Sedem obsequium. Post hunc (16) Theodoretus vir in omni litteratura suo ævo mirabilis; Antistes Asianus toti Græciæ notissimus, Philosophus maximus, Theologus celeberrimus, sacrarum Paginarum interpres egregius, ac de historia sacra benemeritissimus Pater, quid de Romani Pontificis potestate sentiendum sit, doceat Photianos. Leonem Magnum alloquitur. *Atque ego, inquit, Apostolicæ vestræ Sedis expecto sententiam, & supplico, & obsecro vestram sanctitatem, ut mihi opem ferat justum vestrum, & rectum appellanti Judicium: & jubeat ad vos accurrere, & ostendere meam doctrinam vestigia Apostolica sequentem.* Ἐγὼ δὲ τοῦ ἀποστολικοῦ ὑμῶν θρόνου περιμένω τὴν ψῆφον, καὶ ἱκετεύω, καὶ ἀντιβολῶ τὴν σὴν ἁγιότητα, ἐπαμῦναί μοι τὸ ὀρθὸν ὑμῶν, καὶ δίκαιον ἐπικαλουμένῳ κριτήριον, καὶ κελεῦσαι δραμεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐπιδεῖξαί μου τὴν διδασκαλίαν τοῖς ἀποστολικοῖς ἴχνεσιν ἑπομένην. Obscurum est, inquit Coressius, & jure hoc totum interpretabere quasi junioris Episcopi ad seniorem de hostium acerbitate officiosam querelam. Esto & hoc, quanquam nonagenarius hæc scriberet Leoni nondum decrepito: licèt apertè appellationem efflagitet, ac jussa palam imploret. Sed esto perobscurum hoc totum: an & hoc aliud? Renato Romano Presbytero (17) scribens, *Spoliarunt me, inquit, Sacerdotio, ejeceruntque ex civitatibus, neque ætatem in Religione exactam, neque caniciem reveriti. Quamobrem te precor, ut Sanctissimo Archiepiscopo Leoni persuadeas, ut Apostolica utatur auctoritate, & jubeat ad vestrum concilium adire. Tenet enim Sancta ista Sedes gubernacula regendarū omnium Ecclesiarum.* Ἐγύμνωσαν μὲν ἱερωσύνης, ἐξελαύνουσι δὲ καὶ πόλεως, οὐδὲ τὸ γῆρας αἰδεσθέντες, οὐδὲ τὴν πολιὰν ἐν εὐσεβείᾳ τραφεῖσαν. Διάτοι τοῦτο τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην παρακαλῶ, πεῖσαι τὸν ἁγιώτατον, καὶ ὁσιώτατον Ἀρχιεπίσκοπον τῇ ἀποστολικῇ χρήσασθαι ἐξουσίᾳ, καὶ εἰς τὸ ὑμέτερον ἀναδραμεῖν κελεῦσαι συνέδριον. Ἔχει γὰρ ὁ πανάγιος θρόνος ἐκεῖνος τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν τὴν ἡγεμονίαν. An hæc obscura, an in his ulli locus tergiversationi? Manifesta Confessio est, apertissimum testimonium. Nihil hìc ætas, nihil hìc officiosa scribentis calami concertatio. Omnia Veritas dicit, omnia Fides affirmat, omnia Sapiens Ecclesiasticæ disciplinæ notitia profitetur. Quare & (18) Sozomenus restitutas per Julium I. Pontificem Athanasio Alexandrinas, Byzantinas Insulas Paulo describens, eam celeberrimam sanctissimorum Antistitum restitutionem in integrum supremæ potestati Restitutoris attribuit. Ait enim: *cùm propter Sedis propriæ dignitatem cura omnium ad ipsum pertinerent, singulis Ecclesiam suam restituit.* Οἷα δὲ τῆς πάντων κηδεμονίας αὐτῷ προσηκούσης διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ θρόνου, ἑκάστῳ τὴν ἰδίαν ἐκκλησίαν ἀπέδωκε. Quæ ferè eadem Xanthopulus, licèt Photianus, capite III. libri IX. repetit. Hinc & Sozomeno posterior (19) Acacius potestatem eandem in Simpliciano Romano Pontifice agnoscens, eam omnes Ecclesias complexam affirmat his verbis: *Sollicitudinem omnium Ecclesiarum, secundum Apostolum, circumferentes nos indesinen-*

(1) *d. nota 44. ad Trull.*
(2) *In Nili Synopf. ad can. Trull.*
(3) *Sect. 1. demōstr. 2. pag. 100. ab initio.*
(4) *Orat. tertia pro Imagin. circa finem.*
(5) *Epist. ad Papā Romanū. extat apud Canonarcham in form. litterarū Communicatoriarum.*
(6) *Epist. ad Rom. Pont. apud eundem eod. loco.*
(7) *Orat. de veritate n. 4.*
(8) *li. vel Orat. 3. contra Cypriū.*
(9) *Orat. 2. pro Vecco.*
(10) *De Primatu Papæ Tomo 2. in 2. object.*
(11) *lib. 1. contra latinos in respōs. 10.*
(12) *Orat. 4. de Spir. S. in fin.*
(13) *Orat. ad Imperat. cōtra latinā heresim c. 5.*
(14) *li. 2. contra latinos c. 14.*
(15) *In Antirrhet. contra And. colossens. & Greg. in med.*
(16) *Ep. ad Leon. Pontif.*
(17) *Ep. ad Renatū Presb. Romanū.*
(18) *li. 3. hist. c. 7.*
(19) *In Epist. ad Simplic. Papam. extat Tom. 2. Cecilior.*

ſinenter hortamini, quamvis ſponte vigilantes, ac præcurrentes : quæ Periodus, licèt in editis Conciliorum Tomis Græcè non ſit, Græcè tamen proponitur in Epiſtola IV. Nectarii Caſulani Abbatis ad Corcyræum Epiſcopum.

IX. His omnibus colophonem, uti ajunt, ponat Juſtinianus ille, cujus vel ipſa deliria Photianis adeò placuere, ut non modò, quæ ille laicâ poteſtate decrevit, inter Canones moderaturos Eccleſiam (1) receperint, ſed vel ipſis divinis effatis (2) anteferant, auſi per ſummam impietatem (eſt autem impietatis pœna, nova, & manifeſtior impietas) eum (3) θεάνθρωπον appellare, ut, quibus horrori eſt, Vicarium Dei Romanum Pontificem dicere, ii hominem ignorantiſſimum, &, ut cum (4) Suida loquar, ἀναλφάβητον, patronumque (5) hæreticæ labis Deum hominem nuncuparent. Is porro nondum hæreticus, iiſque laudibus dignus, quibus priores ejus Principatus anni paſſim à Scriptoribus excipiuntur, ſic ſupremam Romani Pontificis poteſtatem Joanni Romano Præſuli (6) ſcribens teſtatur. *Nos reddentes honorem Apoſtolicæ Sedi, & veſtræ Sanctitati, quod ſemper nobis in voto fuit, & eſt, ut decet Patrem, honorantes veſtram Beatitudinem, omnia, quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinent, feſtinamus ad notitiam deferre veſtræ Sanctitatis, quoniam ſemper nobis fuit magnum ſtudium, unitatem veſtræ Apoſtolicæ Sedis, & ſtatum Sanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodire. Ideòque omnes Sacerdotes univerſi Orientalis tractus & unire, & ſubjicere fidei veſtræ Sanctitatis properavimus. In præſenti verò, quæ commota ſunt, quamvis manifeſta, & indubitata ſint, & ſecundum Apoſtolicæ veſtræ Sedis doctrinam ab omnibus ſemper Sacerdotibus cuſtodita, & prædicata, neceſſarium duximus, ut ad notitiam veſtræ Sanctitatis perveniant. Nec enim patimur quidquam, quod ad Eccleſiarum ſtatum pertinet, quamvis manifeſtum, & indubitatum ſit, quod movetur, ut non etiam veſtræ innoteſcat Sanctitati, quæ caput eſt omnium Sanctarum Eccleſiarum.* Sic Juſtinianus noſter in edito Codice, quem Græcè olim legimus, at in præſentia Græcè non ſuppetit, unde Græca Principis noſtri verba in Photianam αἱρεσίαν contorquere fas ſit. Ea tamen illis, velint, nolint, recipienda proponent ex noſtris Jureconſultis notiſſimi duo Tipucitus, & Gregorius Patzò, quorum ille hanc ipſam legem juſto Commentario dignatus eſt in eruditiſſimis Scholiis ad Codicem Juſtinianeum; hic verò iterum, iterumque refert in celeberrima Explicatione Novellarum nota (7) Coreſſio, translativa (8) Malaxo, ſæpe corrupta à (9) Margunio ſtultiſſimis Explanationibus. Quas inter eſto & hæc, qua declinare nititur vim ejus vocabuli, quod ingerimus, atque, Patzò iteratò prædicante, τὴν κεφαλὴν πασῶν τῶν ἁγιωτάτων Ἐκκλησιῶν. *Caput omnium Eccleſiarum*, vim vocis ad antiquitatem Sedis (10) revocare. Τινὲς διὰ τὴν ἀρχαιότητα, *ob vetuſtatem*, quaſi Caput antiquiſſimum Corporis membrum ſignificet, non autem princeps. Sed de hoc alibi. Nunc ad Nectarium redeo, atque Ajo. Ecce habet ὀρθὴν Eccleſia κεφαλὴν, doctiſſime (11) Nectari, quod nempè negas, ac pernegas, ut ſacra Reſpublica rebus cæteris publicis ſit te authore deterior. Ecce hoc Caput Eccleſiæ, quod ſubeſt adſpectui, in Romana Eccleſia eſt, authore Principe veſtro, quem ſacris Canonibus præfeciſtis. Scilicet hic palam fatetur, Romanam Eccleſiam Caput eſſe omnium Sanctarum Eccleſiarum: neque id ſemel, aut ſoli Romano Pontifici ſcribit, quaſi adſentaturus ei, cui ſcriberet: hoc idem CP. Pontifici credendum, tenendum (12) proponit: nam ſic Epiphanio Patriarchæ: Γινώσκειν βουλόμενοι τὴν σὴν ἁγιωσύνην πάντα τὰ εἰς ἐκκλησιαστικὴν ἀφορῶντα κατάστασιν, ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα ταύταις πρὸς αὐτὴν χρήσασθαι ταῖς θείαις συλλαβαῖς, καὶ δι' αὐτῶν δῆλα αὐτῷ καταστῆσαι τὰ κινηθέντα, ἅπερ καὶ αὐτὴν εἰδέναι πεπείσμεθα, εὑρόντες γάρ τινας ἀλλοτρίους τῆς ἁγίας καθολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῇ τῶν ἀσεβῶν Νεστορίου, καὶ Εὐτυχοῦς ἀκολουθήσαντας πλάνῃ, καὶ ταῖς τούτων βλασφημίαις κεχρημένους, θεῖον προτεθείκαμεν ἴδικτον, ὅπερ καὶ ἡ σὴ ἁγιωσύνη γινώσκει, δι' οὗ τὴν τῶν αἱρετικῶν μανίαν ἠλέγξαμεν. οὐδὲν παντελῶς ἐναλλάξαντες, ἢ ἐναλλάττοντες, ἢ παρεξελθόντες τῆς μέχρι νῦν σὺν Θεῷ κρατούσης, καὶ ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, καθὰ καὶ ἡ σὴ γινώσκει μακαριότης· ἀλλὰ διὰ πάντων φυλάσσοντες τὴν κατάστασιν τῆς ἑνώσεως τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τῆς πρὸς τὸν ἁγιώτατον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, ὃ παρεμέρχην, πρὸς ὃν καὶ τὰ ὅμοια τούτοις γεγράφαμεν· οὐ γὰρ ἀνεχόμεθά τι, τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρώντων κατάστασιν, μὴ καὶ τῇ αὐτοῦ ἀναφέρεσθαι μακαριότητι, ὡς κεφαλῇ οὔσῃ πάντων τῶν ὁσιωτάτων τοῦ Θεοῦ ἱερέων· καὶ ἐπειδή, ὁσάκις ἐν τούτοις τοῖς μέρεσιν αἱρετικοὶ ἀνεφύησαν, τῇ γνώμῃ, καὶ κρίσει ἐκείνου τοῦ σεβασμίου θρόνου κατηργήθησαν. *Cùm tuam Sanctitatem ſcire velimus omnia, quæ ad Eccleſiaſticum ſtatum pertinent, neceſſarium eſſe duximus hac Epiſtolâ eidem ſignificare, & per eam eidem aperire, quæ innovata ſunt, quæ & eandem ſcire confidimus. Nam, cùm hic quoſdam alienos à ſancta Catholica, & Apoſtolica Eccleſia invenerimus, ſectantes errorem impiorum Neſtorii, & Eutychis, & eorum blaſphemiis utentes, divinum promulgavimus Edictum, quod & tua Sanctitas novit, quo hæreticorum inſaniam confutavimus, cùm nihil penitùs immutaverimus, vel mutemus, vel tranſgrediamur Eccleſiaſtici ſtatus, qui hucuſque, Deo favente, perdurat, ut tuæ notum eſt Beatitudini: ſed per omnia ſervamus ſtatum Unionis Sanctiſſimarum Eccleſiarum, quæ cum Sanctiſſimo Papa, & Patriarcha ſenioris Romæ tranſacta eſt, ad quem his conſentanea conſcripſimus. Nunquam enim feremus, quin omnia ad ſtatum Eccleſiaſticum pertinentia ad illius Beatitudinem, uti ad Caput Sanctiſſimorum Dei Sacerdotum deferantur: Et quia quoties in his partibus hæretici exorti ſunt, ſententia, & judicio illius venerandæ Sedis ſunt repreſſi.* En iterum, quemadmodum Romana Eccleſia omnium Caput Eccleſiarum, ita Romanus Epiſcopus omnium Sacerdotum Caput aſſeritur. Quare & ejus ſatagitur, ut omnes Romano Pontifici ſubjiciantur, propterea que Joannes Pontifex Juſtiniano (13) reſcribens: τὴν τῆς ῥωμαϊκῆς, ait, καθέδρας κλά-

(1) *Vide paſſim omnes in Nomocanon. & Marg. in Proem. Notarii.*
(2) *Vide Marg. ibid. poſt Catal. Cōcilior.*
(3) *Eādē ibid. et in Vita Cōſtant. in notis Metaph. in fine.*
(4) *In Lexic. ver. Juſtin. & Vide Bar. ad ann. 529. n. 2. & Magr. in Hierolex. dict. analphabetus.*
(5) *Vide Euagr. l. 4. hiſt. ec. 38. & lib. 4. c. 40. & lib. 5. c. 1. Euſtath. in Vita S. Eutychii apud Sur. die. 6. April. tom. 2. & Bar. ab ann. Chriſt. 563. ad 565.*
(6) *in li. nos reddentes Cod. de ſum. Trī.*
(7) *In Synopſi ad Nilū ad Cā. Chalced. & alibi.*
(8) *In Nomoc. c. 340. & alibi.*
(9) *ad Cā. Nicę. not. 18. Ad Can. Conſt. 1. not. 10. ad Cā. Chalced. n. 39.*
(10) *ad d. Cā. Chalced. not. 14.*
(11) *Thes. remate 4. pag. 137. linea 11.*
(12) *Ep. ad Joannem Papam, quę extat Grece, & Latine apud Auguſtinum Antonium, & refert Gennad. in defēs. 5. C. Decreti Florent. Sect. 1. ſubiniſium.*
(13) *l. inter Claras Cod. de ſum. Trin. & fid. Cath.*

ἀκλάβειαν διατηρεῖτε, αὐτῇ τε πάντα ὑποτάττετε, καὶ εἰς τὴν αὐτῆς ἑνότητα διεξάγετε, πρὸς ἧς τὸν ἀρχηγὸν, τουτέστι τὸν τῶν ἀποστόλων κορυφαῖον, τοῦ Κυρίου λαλοῦντος, διατέτακται, ποίμαινε τὰ προβατά μου· ἥνπερ εἶναι τῶν ἐκκλησιῶν ἀληθῶς κορυφὴν, καὶ τῶν πατέρων οἱ κανόνες, καὶ τῶν κρατούντων αἱ διατάξεις ἐπιδείκνυνται. *Romanæ sedis reverentiam conservatis, & ei cuncta subjicitis, & ad ejus deducitis unitatem, ad cujus authorem, hoc est Apostolorum Principem, domino loquente, præceptum est: pasce oves meas. Quam esse omnium verè Ecclesiarum Caput, & Patrum regulæ, & principum Statuta declarant.* Hæc Joannes Romanus Pontifex, quæ (14) Nectarius hac sapidissimâ excepit notâ. πολλάκις εὐχαριστοῦμεν, ὑπὲρ ὧν λαβεῖν ἱμειρόμεθα, εἰ καὶ μὴ ἀπολάβοιμεν, τὸν εὐεργετήσοντα δῆθεν τοῖς ἐπαίνοις εἰς τὴν μετάδοσιν διεγείροντες. εἰ μὲν οὖν ὁ αὔγουστος πάντα ὑπέταξεν, ἢ ἔμελλεν ὑποτάξαι τῇ ῥωμαϊκῇ καθέδρᾳ, τὰ κατὰ δύσιν μόνον νοητέον· τὰ δὲ κατ᾽ ἀνατολὴν, αὐτὸς ἑαυτοῦ δῆλος γίνεται πολλαχοῦ τῶν διατάξεων, ὁσάκις περὶ πατριαρχῶν ὁ λόγος. *Sæpe gratias agimus ob ea, quæ accipere desideramus, quamvis non acceperimus, scilicet usurum liberalitate laudibus ad liberalitatem provocantes. Si porro Augustus omnia subjecit, vel subjecturus erat Romanæ Sedi, nempe intelligendum de Occidentalibus: at quod attinet ad Orientales, ipse se ipsum explicat pluribus in locis Constitutionum, quoties loquitur de Patriarchis.* O prodigiale, Nectari, acumen tuum, quod pingue adeò, crassumque est! Nempe novum hoc est, quod à te discimus, gratiarum agendarum genus, ut agantur gratiæ pro non recepto beneficio: ut gratitudo sperati sit muneris, & è sperato munere, non accepto proficiscens affectio. Illud etiam planè mirabile, ut omnia partem significent, quique omnia se alicui subjecturum pollicetur, ubi ad pollicitationis fidem ventum est, se non omnia, sed aliqua pollicitum fuisse confirmet. Hoc ne est sapere, an desipere? hoc ne respondere, an ludere? Quid quòd responsio ingenuam Photiano ignorantiam, vel nativum dolum ostentat. Ais, gratias agi pro beneficio nondum recepto, scilicet verbis illis provocatur Augustus ad id, quod nondum spoponderat, & nondum affirmarat. Utrum, quas retulimus, constitutiones legisti? ut secundam, quæ apud Antonium Augustinum est, ignoraveris (quæ tua ἀμαθεία est) at primam exhibet liber Codicis lippis, & Tonsoribus notus, à Græco Principe conditus, & Græciæ palam indictus (15) constitutione data ad Senatum Urbis Constantinopolitanæ. Porro in utraque constitutione jam præstitum, datum, collatumque dicitur beneficium, pro quo Joannes gratias agit. Quid ergo somniares, doctissime Nectari, gratias propterea reddi ..., ut essent ad nondum receptum beneficium illecebræ? Non legeram, inquies, quæ proximè produxisti: nec ea nisi legulejis nota, qui scita Principum nocturna versant manu, versantque diurna. An & ipsam Joannis Epistolam, quam tibi ipse tute objicis, non legeras? At in ipsa jam receptum beneficium asseritur, pro quo Pontifex gratias agit. Lege inferiùs iis, quæ recitasti, continenter invenies postquam hæc verba legisti. *Quam esse omnium verè Ecclesiarum Caput, & Patrum regulæ, & Principum statuta declarant,* invenies (16) inquam hæc alia: *& pietatis vestræ reverendissimi testantur affatus.* Cur, qui cætera legeras, hæc neglexisti? aut si legisti, vir simplex, cur ea omittere, seponere, dissimulare ausus es? Agnosco Photianas artes, quas tamen Veritas facit inutiles, ut triplici testimonio, cui refragari non licet, palam ostendatur, à Justiniano, quem penè non adoratis, Romanam in omnes Ecclesias potestatem agnitam, prædicatam. Hinc, si sapies, revocabis in pharetram tela, quæ ex gemina (17) Novella depromis, in qua cùm de Ordine Patriarchalium agatur Sedium, nihil de potestate. Quid enim? Num qui non ubique Romanum Pontificem omnium Sacerdotum Caput affirmat, nusquam affirmat? Hanc consecutionem ne rusticus quidem tolerabilem dicet, tametsi doceas quandoque Justinianum negasse, quod de Romana Sede iteratò confirmat: Non enim legitimè dices inferri, ex eo, quòd quis quid aliquando negaverit, semper negasse. Tute (18) ipse, quisquis es, qui sub Nectarii nomine lates, nunquid non Romæ Catholicam fidem professus es? Eam tamen ejurasse diceris, si tamen vera, quæ dicunt, in Cypro Insula: an quod ejurasti futurus Cypri Acephalos Metropolita, nunquam professus es? Disce ergo, quòd in unâ, alterâve Justiniani Novellâ testimonium, quod petimus à Justiniano, non sit, non propterea nusquam esse, quod geminum recitavimus, & ex ipsâ Joannis Epistola confirmavimus.

(14) Sect. 3. demonstr 3. pag. 109. lin. 12.

(15) L. unica Cod. de emendat. Cod. & editione in titulo, seu rubr. 2.

(16) d. L. inter claras post verba relata.

(17) Novell. 125. post initium Novell. 131.

(18) Vide testimonium Græciæ Nectario P. Jerosolym.

X. Vide, inquit Nectarius, ne hoc obsit Ecclesiæ, quam cæteris præficis: Ritè enim (1) eliciam, ὅτι ἄρα ὁμολογεῖ ἀπὸ τῶν βασιλέων ὁ μετεωρόφρων οὗτος Ἰωάννης τὸ πρωτεῖον τῆς καθέδρας, καὶ ἀπὸ τῶν κανόνων τῶν πατέρων, ῥητῶς δὲ ἐκ τοῦ τε τῆς δευτέρας τρίτου κανόνος, καὶ τοῦ τῆς τετάρτης εἰκοστοῦ ὀγδόου: *optimè fateri Modestum hunc Joannem, Primatum Sedis esse à Regibus, & Patrum canonibus; expressè autem ex III. Canone secundæ Synodi, & ex XXVIII. Quartæ.* Interrogo Nectarium, an hæc confessio Joannis Latino sermone facta sit, an hellanico? Certè Latino: repetantur ergo Joannis Latina verba. *Quam,* inquit, *omnium verè Ecclesiarum Caput, & Patrum Regulæ, & Principum statuta declarant. Declarant,* inquit, non faciunt: an quod homousion Patri Filium Synodus Nicena declaravit, ea esse homousion Patri fecit? Amove istas ineptias, Nectari, ne vel grammaticis pueris ridiculus meritò videare, ac, si quid, miser, sapis, præter nitidam isthanc tuam, sed prorsus inanem Græci sermonis elegantiam, fatere: his, quæ iteratò ex Justiniano protulimus, probari quidem, ac prædicari supremam Romani Pontificis, Capitis omnium Sacerdotum authoritatem, non verò constitui. A Christo hæc est, non à Principe mortali, quam colendam, reverendamque omnibus Canones censuere, constituere, sanxere. Hactenus quid de Romana potestate Græcia ad exitum usque sexti sæculi senserit laboriosè docuimus, quid septimi, & Octavi sæculi Patres censuerint de eadem bre-

(1) d. pag. 109. lin. 31.

Digitized by Google

(2) *Vide ejus Acta G. & L. edita per P. Morinum, & Menol. Græcum 13. Augusti.*

brevissimè perpendamus. Maximum (2) Exhomologeten, imò veriùs Martyrem, Græcum è prima nobilitate, sui ævi Græcorum doctissimum, ac religiosissimum contra vos evoco, Photiani: licebit & mortuo loqui, cui licuit vivo, etiam abscissâ radicitius linguâ, facundissimè perorare. Nemo hoc Viro erga Romanam Sedem obsequiosior constantius pro eadem testimonium tulit. Primò enim, spretis omnium Patriarcharum judiciis, Monotheletarum hæresim, cui bellum in Græciâ indixerat, quam in Africa debellaverat, ad unum Romanum Pontificem detulit: Romamque profectus egit, ut à Martino I. Sedis Apostolicæ authoritate damnaretur. Inde per dolum retractus Constantinopolim, suppliciis multatus, extremisque pœnis, exilio tortus, publicèque contumeliis affectus, ad supremum usque vitæ mortalis exitum fassus est, se nulli unquam fidei adhæsurum, nisi ei, quam Romanus probaret Pontifex, quem Petri Successorem, supremum culmen Ecclesiæ palam confitebatur. Hoc sæpissimè occurret in ejus doctissimis lucubrationibus. Hoc palam profitentur ejus Epistolæ: Hoc in ipsa (3) disputatione, quam exul cum Theodosio Cæsariensi in Bithyniâ Episcopo celeberrimam habuit, explicatè pronunciat. Nam, cùm in eâ tum Episcopum ipsum, tum Theodosium, & Paulum Patritios, & Senatorios viros ad eum à Constante nefario Principe idcirco, ut illum ad Monotheletarum Sectam allicerent, missos vi Argumentationis invictæ ad Veritatis amorem retulisset; jamque Episcopus peteret, ut sepositâ rixâ in ejusdem Fidei Orthodoxæ confessionem coiret, professionemque ab ipsis Fidei ad communionem Ecclesiasticam clemens reciperet: Δέσποτα, (4) inquit, ἐγὼ οὐ τολμῶ δέξασθαι συγκατάθεσιν παρ' ὑμῶν ἔγγραφον περὶ τοιούτου πράγματος, ψιλὸς ὑπάρχων μοναχός. ἀλλ', ἐπεὶ κατένυξεν ὑμᾶς ὁ Θεὸς τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων δέξασθαι φωνὰς, καθὼς διατάττει ὁ κανὼν, πρὸς τὴν Ῥώμην περὶ τούτου ἐγγράφως ἀποστείλατε· ἤγουν ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν σύνοδος. *Domine, non audeo hac de re à Vobis capere assensionem, cùm sim simplex Monachus. Sed quoniam pupugit vos Deus, ut exciperetis Sanctorum Patrum voces, ut Canon docet, Romam hac de re scribite vel Imperator, vel Patriarcha, vel Synodus, quæ apud ipsum est.* Quin imò inferiùs palam testatur, se nunquã fœdus sacrum, accepto unà ferculo divino, cũ redeuntibus ad fidem Orthodoxam initurum, nisi veniam impetrassent à Romano Pontifice. Quid porro hæc, amabo, significant, nisi supremam Ecclesiæ Romanæ potestatem? Ad hanc Imperatorem, & Patriarcham ablegat Maximus, ut ab illâ veniam impetrent delictorum. Ab hac Anathemate perculsos licet resipiscentes non recipit Maximus, formidatque, communionem ullam concedere iis, quos, tametsi ad Veræ Fidei confessionem adductos, nondum à vinculis, queis Romani potestate Pontificis obligati fuerant, noverat absolutos. Agite Photiani, si quid habetis, huic testimonio reponite. Maximus est, qui loquitur, num dicetis (5) mentitum? De Romano Pontifice loquitur, num Imperii potestatem jactabitis in Urbe Romanâ, quæ à Byzantinis Exarchis mi-

(3) *Hanc descripsit Anastasius Martyr; extat typis edita Græc. & Lat. à Franc. Turriano.*

(4) *Vide Gennad. in defens. 5. capit. Sect. 8. in fin.*

(5) *Vide Menol. nostrũ 13. Martii.*

serrimè (6) premebatur? Patriarcham ipsum vestrum à Romano Pontifice absolvendum docet, num & hoc ad potestatem pertinere (7) negabitis? Quod si vel ipse Constantinopolitanus Antistes & à cætu Christianorum eliminari, & revocari ad cætum Christianorum potest sententiâ Romani Pontificis, teste Maximo: eodem teste Romanus Pontifex in ipsos Patriarchas jurisdictionem certissimam habet. Idipsum eodem sæculo fassi sunt, & Cypriorum Episcopi, quorum Præses, & Primas nulli Patriarcharum subjectus, &, ut ajunt, αὐτοκέφαλος ex decreto (8) Synodi Ephesinæ, Theodoro Pontifici scribens, sic orditur (9) Epistolam. Τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ μακαριωτάτῳ, καὶ θεοτιμήτῳ Κυρίῳ μου, πατρὶ πατέρων, Ἀρχιεπισκόπῳ, καὶ οἰκουμενικῷ πάπᾳ Κυρίῳ Θεοδώρῳ Σέργιος ταπεινὸς ἐν κυρίῳ. *Sanctissimo, & Beatissimo, à Deo honorato, Domino meo, Patri Patrum, Archiepiscopo, & universali Papæ Domino Theodoro Sergius humilis in Domino.* Quæ verba an Supremam Romani Pontificis in omnes Episcopos potestatem præseferant, viderint Photiani, penes quos si quis erit, qui post hæc lecta ausit inficiari procaciùs, quod septem Sæcula profitentur, Audiat, qua periodo Septimum sæculum claudant Patres Sextæ Synodi, dum contra Monotheletarum insaniam spiritu divino (10) decernunt. *Agathonis, inquiunt, Sanctissimi Patris nostri, & summi Papæ dogmaticis litteris ad vestram fortitudinem missis consentientes, &c.* Τοῖς Ἀγάθωνος τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς ἡμῶν, καὶ κορυφαιοτάτου Πάπα δογματικοῖς πρὸς τὸ ὑμέτερον κράτος ὁμοφρονήσαντες γράμμασι, noscatque, si ulteriùs hiscere audeat, se penes cordatos homines insaniæ nomine deridendum.

XI. Et reipsa Photiani hæc aut dissimulant, aut ignorant, quare ea, non interturbato crebris eorum assultibus spiritu, referre licuit, ac sexti sæculi sententiam, septimique producere. Addant huic & Octavi sæculi Patres suffragium suum. Eo sanè sæculo Græcia nostra caritate Sanctissimorum virorum maximè laboravit. Regnavere enim eâ tempestate in Græciâ turpissima, ferocissima monstra, Iconomachi, Iconoclastæ, quorum furore ita Ecclesia nostra pessumdata est, ut jure de eâ Studites dixerit (1) Theodorus, ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν. (2) *Exterminavit eam aper de Sylva, & singularis ferus depastus est eam.* Qui tamen pauci eo sæculo floruere, notissimi Heroes hercle, Germanus, Tarasius, Theodorus, Nicephorus, grande & ipsi, solemneque testimonium Veritati, quam vobis ingerimus, contulere. Nam (3) Germanus Gregorio II. Romano Pontifici scribens, ubi facundissimè descripsit Leonis Isauri perfidiosissimas technas, & impia dogmata: καὶ ταῦτα, ait, πάτερ ἅγιε, προσβάλλομεν ὑμῖν, ἵνα κατὰ τὴν ἀποστολικὴν ἐξουσίαν, τὴν παρὰ Χριστοῦ δοθεῖσαν πρὸς ὑμᾶς ἅπαντας τοὺς ποιμαινομένους παρὰ τῶν διαδόχων τοῦ Πέτρου, καταλύσῃς ἡμῶν τὴν πίστιν, καὶ ἐπιδείξῃς τὰ ὀρθοδοξολογούμενα ὑπὸ τῆς ὑμετέρας καθολικῆς ἐκκλησίας, ἀλαλάζων, καὶ βοῶν ἀπὸ τῆς ἀκροτάτου τοῦ θείου θρόνου, καὶ ὑμῶν συμφωνῶν. *Atque hæc, Pater Sancte, nunciamus vobis, ut juxta potestatem Apostolicam*

(6) *Vide Anastas. Biblioth. in Vita S. Martini Papæ.*

(7) *Vide DD. ad tit. de sēt. Excom.*

(8) *p. 4. act. 7. Vide Niceph. Call. hist. lib. 16. ca. 37. Morinum lib. 1. exercit. Ecclesi. c. 4. & Cabassut. ad Syn. Eph. ante fin. vers. hujus Synodi.*

(9) *In Ep. Synodica extat in Cõcil. Later. sub Martino I. Secret. 2. Tom. 5. Cõcil. novæ editionis.*

(10) *Actio. ult. in Serm. Panegyr. Constant. Pogonat.*

(1) *In Epist. 1. ad Joan. Monachum in fine.*

(2) *Psal. 79. n. 14.*

(3) *Eam producit Diplovatac. integram in Synops. tit. de Potest. Eccl. Latinã fecit Turrianus in Miscell.*

Digitized by Google

licam tibi datam à Christo in nos, qui pascimur à Successoribus Petri, dirigas nostram fidem, confirmesque, quæ nostra Catholica Pietas Orthodoxè docet, nimirum intonans, & clamans è cacumine tuæ divinæ Sedis, & nobis consonans. Hunc in modum Germanus, quo & in sequentibus ejus Epistolæ: in qua palam asseritur, eum, qui cum Romano Pontifice non colligit, dissipare; ipsum enim Patrem familias esse Domus Dei, & Doctorem omnium. Similia docet (4) Tarasius Adriano I. scribens: σοὶ γὰρ εἶπεν, ait, ὁ Χριστὸς: ποίμαινε τὰ πρόβατά μου, τουτέστι τοὺς πανταχοῦ Χριστιανούς. τῇ σῇ ἀρχιερατείᾳ πᾶσα ἀρχιερατεία ὑπόκειται· οὐκ ἔστιν ὀρθόδοξος, ὁ μὴ σεβόμενος σου τὸν θρόνον, ἐν ᾧ κάθεται ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων, ἡμᾶς, καὶ πάντας τοὺς θεοπίστους διδάσκων, καὶ κυβερνῶν. *Tibi enim Christus dixit: pasce oves meas, hoc est omnes ubique Christianos. Tuo Pontificatui omnis Pontificatus subjicitur. Non est Orthodoxus, qui non veneratur Sedem tuam, in qua sedet Princeps Apostolorum, nos, & omnes Deo fidos docens, atque gubernans.* Et (5) Nicephorus Leoni III. rescribens post subjectum iterum anathemati Josephum OEconomum, de quo (6) Theodorus, & (7) Michael Studitæ fusè, ἡμεῖς, inquit, οὐδὲν ἐπράξαμεν πόῤῥω τῆς ἐντολῆς σου. ὃν γὰρ ὑμῖν ἔδοξεν ἀφορισμῷ πάλιν ὑποπεσεῖσθαι, ἀφορισμῷ τῆς ἐκκλησίας ἀπωσάμεθα· ἔγνωμεν γὰρ τὸ κανονικὸν ἔθος τὸ διδάσκον, ἀκούειν σου τῆς φωνῆς· ἵνα μὴ γενώμεθα πρόβατα ἀλλότρια, οὐκ ἀκούοντα τῆς φωνῆς τοῦ ποιμένος. *Nos nihil egimus à jussis tuis diversum; nam eum, qui vobis visus est anathemati subjiciendus, ab Ecclesiâ ejecimus. Novimus enim consuetudinem Canonum docentem, oportere vestram vocem audire, ne simus alienæ oves, non audientes pastoris vocem.* Hæc tres Octavo sæculo celeberrimi in Græcia Patriarchæ, quorum effata neque conficta censeri queunt, quippe ea (8) Photiani producunt, neque explanatione indigent; quippe clarissima: neque absurdâ Photianorum interpretatione labefactari possunt, quippe edita à Patriarchis Byzantinis, quorum ingenua confessione cùm Romanus Antistes, nullo excepto, Doctor sit omnium, ipsos & omnes gubernet, is est, quem ipsi etiam Patriarchæ, juxta mores Canonicos, audire, exaudire, sequi, ac revereri debent, quid superest, nisi ut Photiani cognoscant supremam in Romano Pontifice Potestatem, quam sapientissimi Heroes Ecclesiæ nostræ explicatè fatentur. Hos inter & Studites (9) Theodorus, quo vindice Orthodoxa religio adversus Iconomachorum insaniam stetit in Græciâ, quàm crebro testimonio idipsum confirmat. Audite, quibus elogiis Romanæ Ecclesiæ dignitatem (10) excipiat. ὑμεῖς οὖν ὡς ἀληθῶς ἡ ἀθόλωτος, καὶ ἀκαπήλευτος πηγὴ ἐξ ἀρχῆς τῆς ὀρθοδοξίας. ὑμεῖς ὁ πάσης αἱρετικῆς ζάλης ἀπῳκισμένος, ὁ εὔδιος λιμὴν τῆς ὅλης ἐκκλησίας· ὑμεῖς ἡ θεόλεκτος πόλις τοῦ φυγαδευτηρίου τῆς σωτηρίας. *Vos igitur verè illimis fons, ac sincerus jam inde à principio veræ fidei: vos ab omni hæreticorum procella longè positus, securus totius Ecclesiæ portus: vos à Deo electa civitas ad salutis refugium.* Et ibidem (11) Paschalem Pontificem alloquens, ἄκει, ait, ἀποστολικὴ κάρα, θεοπρόβλητε ποιμὴν τῶν Χριστοῦ προβάτων, κλειδοῦχε τῆς οὐρανῶν βασιλείας, πέτρα τῆς πίστεως, ἐφ' ᾗ ᾠκοδόμηται ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Πέτρος γὰρ σύ, τὸν Πέτρου θρόνον κοσμῶν, καὶ διέπων. *Audi Apostolicum Caput, à Deo electe pastor ovium Christi, Claviger regni Cælorum, Petra fidei, super quâ ædificata est Catholica Ecclesia; nam tu es Petrus, Petri sedem exornans, & procurans.* Et (12) paulo inferiùs. δεῦρο δὴ ἀπὸ δυσμῶν ὁ Χριστομίμητος ἀνάστηθι, καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος. πρὸς σὲ γὰρ εἴρηκε Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν. καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου. *Huc ades ab Occidente, exurge, & ne repellas in finem: Tibi namque dixit Christus Deus noster, & tu quandoque conversus confirma fratres tuos.* Et in eadem (13) Epistola. ἰδοὺ καιρός, ἰδοὺ τόπος, βοήθησον ἡμῖν σύ, ὃν πρὸς τοῦτο διέταξεν ὁ θεός· ἔκτεινον τὴν δεξιάν, ὅσον δύνῃ. ἐξουσίαν ἔχεις παρὰ θεοῦ, ὅτι κορυφαῖος εἶ πάντων· ἐπίβαλον φόβον τοῖς αἱρετικοῖς θηρίοις τῷ καλάμῳ τοῦ θείου σου λόγου. Δυσωποῦμεν, καλὲ ποιμήν, θὲς σου τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων σου· ἀκουσάτω ἡ ἐκκλησία πᾶσα τοῦ κόσμου, ὅτι οἱ ταῦτα τολμῶντες ἀναθεματισθῶσιν παρὰ σοῦ ἐν συνόδῳ. *Ecce tempus, ecce locus, opem fer tu, quem ad hunc finem Deus Ordinavit. Porrige dexteram, quantum potes, quoniam Princeps es omnium. Terrorem injice hæreticis belluis calamo tui verbi divini, Te deprecamur, bone pastor, pone animam pro ovibus tuis. Audiat tota Ecclesia Mundi, hos, qui hæc audent, anathematizatos à te esse in Synodo.* Peto, & vos omnes efflagito, Photiani. Theodoro Studite hæc scribente, hæc docente, hæc tam sæpe commemorante, supererat Alexandrina Sedes, stabat Byzantina; reliquæ duæ Asianis præfectæ nunquid perierant? Cur ergo hæc illis Theodorus non nunciat? Cur his eas elogiis non excipit? Cur inde suppetias sacras contra hæresis turpissimæ labem haud petit? Si quid vobis est reliquum cordis, fateri cogemini, agnitam à Theodoro supra omnes Ecclesias Romanæ potestatem, quam unam, cæteris neglectis, ad opem provocat, excit ad bellum, ad subsidium compellat. Norat enim inde dumtaxat in extremis periculis evocandum auxilium, ubi potestas est omnium certissima, omnium maxima, omnemque potestatem singulorum complexa. Quamobrem in (14) Epistolâ, quam nomine Episcoporum, Abbatumque scripsit Michaeli Balbo: εἰ δέ τι, ait, ἀμφιβαλλόμενον, ἢ ἀπιστούμενον τῇ θείᾳ ὑμῶν μεγαλονοίᾳ δοκεῖ, διαλύεσθαι παρὰ τοῦ ἀρχιερέως ἀξιεῖ· ἡ μεγάλη, καὶ θεοστήρικτος αὐτῆς χεὶρ ὡς ζηλοτυποῦσα τὰ πάντα ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ παντός, κελευσάτω παρὰ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης δέξασθαι τὴν διασάφησιν, ὡς ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς πατροπαραδότως ἐξεδόθη· αὕτη Χριστομιμήτε βασιλεῦ, ἡ κορυφαιοτάτη τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ, ἧς Πέτρος πρωτόθρονος, πρὸς ὃν ὁ κύριος φησί, σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. *Si aliquid est, de quo dubitat, aut quod non credat vestra divina Magnificentia, ejus rei explicatio à Pontifice piè est postulanda. Magna & à Deo firmata manus vestra, ut publicæ cupida utilitatis, jubeat à Seniore Roma capere declarationem, ut à principio à Patribus nostris est traditum: Ea, ò*

Chri-

(4) *Hanc producit Joseph Methonens. in Antirrh. contra Marcum; Latinam fecit Sirmond.*

(5) *Apud utrunque relatum; Latinam fecit Albaspineus in Sylloge antiquar. Epistol. Ep. 8.*

(6) *In Vita S. Platonis.*

(7) *In Vit. S. Theod. Studit.*

(8) *Confess. in Antirrh. contra Bellar. c. 34. & apud eum alii Canonarcha in exemp. Ep. Dogmatic. exemp. 11. 13. 32. & 41.*

(9) *Idem Michael in Vita Theodori Studitæ.*

(10) *Epist. ad Paschalem Pap. in editis lib. 2. Ep. 16. & Cod. Coismenensis lib. 2. Ep. 11. citatur à Gennad. Sect. 16. in 5. Cap. Decreti Florent. post initium.*

(11) *In ead. Epistola.*

(12) *In eadem Epistol. infer. citata à Gennad. ibid.*

(13) *Paulo inferius.*

(14) *Lib. 2. Ep. 68. in editis in Coismen. Cod. lib. 2. Ep. 76. citatur à Gennad. d. c. 5. Sect. 17. subinit.*

Christi imitator Imperator, inter omnes Ecclesias Dei summum obtinet locum, cujus Petrus tenuit primam sedem, ad quem dicit Dominus: tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et (15) Naucratio discipulo scribens: μαρτυρῶ, ait, κατενώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων, ὅτι ἑαυτοὺς ἀπέῤῥηξαν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ κορυφαίου θρόνου, ἐν ᾧ ὁ Χριστὸς ἔθετο τὰς κλεῖς τῆς πίστεως, ἧς οὐ κατίσχυσαν ἀπ' αἰῶνος, οὐδὲ κατισχύσουσι μέχρι συντελείας αἱ τοῦ ᾅδου πύλαι, τὰ τῶν αἱρετικῶν δηλαδὴ στόματα, ὡς ὁ ἀψευδὴς ὑπέσχετο· *Testor nunc coram Deo: divisi sunt à Corpore Christi, & à suprema Sede, apud quam Christus deposuit Claves Fidei, adversus quam non prævaluerunt, neque prævalebunt, usque ad consummationem, portæ Inferi, videlicet ora hæreticorum, secundùm promissionem, quæ mentiri non potest.* Quid his apertius? quid enucleatius dici possit? Penè infinita sunt, quæ in Epistolis tanti Viri supremam Romani Pontificis potestatem testantia, probantia, prædicantia, & penè dixerim jactantia occurrent: Quæ Græciæ proposita trigesimo secundo ante Schisma teterrimum anno (anno enim (16) Christi DCCCXXVI. moritur Theodorus Studites, & anno ejusdem sæculi LVII. Constantinopolitanam Photius, Ignatio pulso, Sedem invasit) visa sunt Græcis sapientioribus facem prætulisse, quâ vel inter tenebras ignorantissimi Schismatis, nequitiam Neophyti Photii apertè cognoscerent, palamque testarentur, nihil unquam absurdius ausam ignorantiam, perfidiamque, quàm cùm Romani Pontificis potestatem inficiata est, omnium Sanctissimorum Patrum suffragio comprobatam, omnium sæculorum testimonio ratam, prædicatamque.

(15) In Editis lib. 2 Ep. 9. in Colum. Ep. 8. Gennad. ibid.

(16) Vide Michaelē Studit. in Vit. Theodori, & Nicet. Paphlagon. in Vita Ignatii P. Baron. ad ann. 826. nu. 4. & seq. & ad ann. 856. n. 49. & seqq.

XII. Non enim post Octavum sæculum, aut post Apostasim Photii alia Græcorum Sapientum sententia fuit, quàm quæ à nobis Photianorum stoliditati, quà licet, ingeritur. Vix unum, aut alterum in Græciâ Sapientem invenies à Photio ad hæc usque, queis vivimus, tempora, qui non apertè censuerit, Romanorum Episcopis à Christo Præfecturam totius Ecclesiæ fuisse mandatam. Ita Sanctissimi Patriarchæ (1) Methodius, & (2) Ignatius; ita post Photium Antonius (3) Cauleas, quem inter Divos aris (4) dignamur, & templis, & Nicolaus (5) Mysticus data ad Joannem X. obsequiosissimâ Epistolâ, imò & ingestâ vel Bulgaris Romanæ Ecclesiæ potestate. Ita, & (6) Leo VI., cui cognomen à Sapientia, quique adeò authoritatem Romanæ Sedis prætulit Byzantinæ, ut, in celeberrimâ Controversiâ Tetragamiæ, factam, datamque sibi veniam à Romano Pontifice, contemptâ importunâ Byzantini Præsulis austeritate, secutus sit: Id, quod frustra convellere nititur nugacissimus Blatero (7) Nectarius propositâ confessione quadam Leonis moribundi, ex quodam Syntagmate, cujus neque titulum refert, nec locum indigitat, neque fidem probat, quasi credendum sit homini mendacissimo, auso vel palam mentiri de Sacris lipsanis Cretæ, quæ nusquam sunt, ut inferiùs patebit, auso non solum Latinis Scriptoribus penè omnibus præstandam ex debito saltem humanitatis, urbanitatisque fidem negare, sed propalam Patres Sanctissimos Latinorum Hieronymum, Anacletum, Felicem, Siricium, Damasum, Nicolaum I. Leonem IX. mendacitatis arguere, non intactis iis etiam, quos affatim Ecclesia nostra, imò & Photiana stoliditas veneratur, quosque nebulo hic dementissimus nunc simplices, nunc alazonas, nunc partium studiosos appellat. Adeò, non dico pudori, sed & prudentiæ valedixere Photiani, quos tamen, velint, nolint, sæcula damnant omnia, ad hæc nostra tempora Græcorum frequentissimis calculis celebrata, queis Romanæ Ecclesiæ Sacra in omnes Ecclesias potestas asseritur. Hanc Stilianus (8) Neocæsariensis, hanc Nicephorus (9) Blemides, hanc (10) Veccus, hanc post Veccum Constantinus (11) Meliteniota, Georgius (12) Metochites, Maximus (13) Chrysoberges, & ante hos Niceta (14) Paphlago, Joannes (15) Schiltza, Georgius (16) ipse Cedrenus, & post Synodum Florentinam Isaias (17) Cyprius, Joannes (18) Argyropulus, Gregorius (19) Protosyncellus, Georgius (20) Trapezuntius, Joseph (21) Methonensis, Hilarion (22) Monachus, palam asseruere: nec defuere Superiori, atque hoc, quo scribimus, sæculo, Græcorum Sapientissimi, quorum scriptis Romanæ Ecclesiæ nulli comparanda potestas, asserta, probata, comprobata est. His tot tantisque doctissimis vestrâ confessione viris vestrum aliquem Photiani opponite. Quem verò? Photium ab integra Synodo condemnatum? cujus infamatorium Elogium Niceta Paphlago (23) construit: quem vester Schiltza virum nequam (24) appellat? Cerularium? cujus arrogantiam Regia ipsa ferre non potuit? Cujus tyrannidem Ecclesia Byzantina (25) detestata est? Quem à Dyptichis successores delendum curarunt, donec eum Anchiali (26) Michael clam omnes insceriberet? Balsamonem fortassis producetis in medium? At, quid senserint de homine Græci, palam est penes Joannem (27) Citri, & ausum Polyarchiam in Ecclesiam inducere Græcia (28) damnavit: at impias, apertasque hominis assentationes, queis laicos Principes penè non supra ipsos Episcopos Sacris (29) præfecit, Ecclesia detestabitur. Scilicet OEcumenius, Theophylactus, Euthymius, Planudes Sapientiæ laude celeberrimi sunt. Ita profectò, sed propterea cæteroqui Photiani, quod ad dogma procedentis à solo Patre divini Spiritus pertinet, nihil unquam scripsere, quod Potestatem Romani Pontificis oppugnaret. Hunc in modum eloquentissimi Photianorum Theodorus Metochites, Leo Magentinus, Andronicus Camaterus, Pachymeres, Gregoras, aliique, quotquot post grande dissidium Græcam Palladem coluere, intacto Pontifice, pro cæteris, vel quibuspiam Photianorum erroribus militavere. Imò, & Basilius (30) Achridenus notissimus sub Manuele Comneno Bulgarorum Episcopus quid de Romano Pontifice senserit, palam est ex iis, quæ supra

(1) Epist. Synod. ad Sergium II. in Miscell. Cōbefis.
(2) Ep. ad Nicol. I. extat ibidem.
(3) Epist. ad Stephanum IV. apud eundem.
(4) Vide Orat. Nicephori Philosophi apud Metaphr. 12. Febr.
(5) Extat utraque Epistola apud Baron. Latinè ann. 916. & anno seq. Græcè sunt in Biblioth. Vallicell. data ab Aloysio Lollino Cretensi Episcop. Bellunen. & in Bibl. Vatican. & Barberina.
(6) Vide relatam Epistolā Nicolai Mystici ad Joan. X. & Jo: Schiltza Curopal. in Leone.
(7) In Antirrhetico Thesi 4. centuriæ 10. pag. 24.
(8) In Epist. ad Stephanū VI. l causa Photii, est apud Bar. ann. 886. n. 17.
(9) Penes Diplovat. in Synopsis. de potest. Eccl.
(10) In Synodico unionis refert Bessar. in Ep. 1. ad Philanthro. & Canonar. in form. Synodic. n. 8.
(11) In Paræneſ. ad unionem.
(12) Orat. 2. contra Cyprium.
(13) Orat. 1. de pace Ecclesiar.
(14) Orat. de SS. Anargyris in med.
(15) In Orat. panegy. S. Ignatii.
(16) Epist. 84. ad Euthymium.
(17) De Syn. Florentina.
(18) Orat. 4. pro Synod. Florent. (19) In Antirrhet. contra Marcum. (20) Orat. de Pace Christianor. (21) In Antirrhet. contra Marcum. (22) Libr. de Process. Spir. Sancti. (23) Vide Acta Concilii VIII. act. 7. & Vit. S. Ignat. P. (24) In Basil. Macedone. (25) Jo. Curopal. in Isaa. Comn. (26) Veccus in Orat. 2. contra Cypr. & in ead. Geor. Metochit. (27) Vide Respons. ejus 15. in Jure GR. Tom. 1. lib. 5. respon. 1. pag. 333. in fin. (28) Vide Bals. in medit. de Patriar. Privil. in jure GR. d. lib. 5. pag. 443. (29) Vide Balsam. ad Can. 69. Trull. & ibi Cabasilas. (30) Extat Epist. ejus ad Adrian. IV. in Jure GR. tom. 1. lib. 5. respons. 1. pag. 307.

retulimus, ubi Romanum Antistitem Archipastorem appellat, testaturque, se ovem esse, audituram semper vocem ipsius. Adeò vel Photianis ipsis, si qui non pingui Minerva, si qui aliquam Sapientiæ laudem meruere, consona nostræ, certè non dissona fuit semper sententia. His oppone Georgium Cyprium à Photianis ipsis heresis causa (31) exauthoratum, Philotheum Palamitam, & Palamam: hunc πολυθέας, illum libidinis (32) reum, Nilum Rhodium, quem quanti fecerit Græcia, vide penes (33) Harmenopulum, Nilum Cabasilam, quem furoris accusat ipse (34) Coressius. Oppone Gerganum, Angelum, Critopulum Lutheranos, Calvinianosve; Denique Marcum Ephesium delirum senem, teste Gennadio (35) Synchrono, Margunium, Severum, Coressium, Nectarium quos tam crebrò dementes, furiosos, penè non atheos, &, quod caput est, omnis prorsus Antiquitatis ignaros ostendimus: quid tam pauci detrahent omnium effatis? quid tam rudes officient Sapientissimorum hominum authoritati? quid tam apertè mendaces, ac perfidi conferent falsitati, quam Sanctissimorum Patrum suffragiis confirmata Veritas profligavit?

(31) *Vide Gregor. & Pachymer. in Andronico Seniore.*
(32) *Vide Coress. in addit. ad Myriobibl. Photii in Philotheo.*
(33) *In Epistol. ad Selerum.*
(34) *Vide Coress. ibidem in Nilo.*
(35) *d. c. 5. Decreti Florent. Sess. 13. sub init.*

Hinc illud verissimum colligo, quod ex dictis hactenus, enumeratisque liquidò constat: nimirum perperam universim Græcos appellari Schismaticos, id, quod & alibi docui, & maximopere cupio, Lector agnoscat. Nam, quî Schismaticos universim appelles eos, qui non modò nullo publico Gentis decreto à Summo Pontifice descivere, verùm etiam omni ævo publicè, privatimque supremam Romani Pontificis Potestatem confessi sunt? Percurre omnia, quæcunque in Græcia Concilia celebrata sunt, etiam post triste dissidium, si verbum occurret, quo Græcia neget, Romanum Pontificem Ecclesiæ caput esse, pœnæ nomine quidlibet solvam. Evolve Patriarcharum Synodica, & quidem Photianorum, si quod erit inficiatum Successoribus Petri Principatum Ecclesiæ, dedam me cicurem cuicunque supplicio. Vide Scriptores omnes, qui Græca Græcis conscripserint, binam Decadem impiorum quorundam excipito, si supra hanc quisquam erit nominis alicujus Scriptor, qui summam Romanæ Ecclesiæ authoritatem oppugnarit, esto Græcia universim schismatica. Quòd si contra est, supremam hanc potestatem Œcumenicis Synodis nostris propalam affirmantibus, Patriarcharum Epistolis, decretisque, unà cum Synodis minoribus vel eandem confirmantibus, vel dissimulantibus, Doctoribus ipsis etiam post rixam, & quidem sapientissimis omnibus eandem asserentibus, cæterisque non inficiantibus, si paucos excipias: Quæ sinisteritas, dicam clariùs, quæ imprudentia Zeli penitùs importuni, nobilissimam Nationem, de Re Christiana optimè meritam Gentem, minimè meritis contumeliis prosequi, ingestisque per fas, nefasque scommatibus proritare? Eò usque itum est, ut verba Pauli, quæ ad ostentandam divinæ Clementiam Providentiæ, æquè omnibus, quæ ad salutem pertinent, ac planè sufficiunt largientis, dicta sunt, ad contumeliam Gentis nostræ aptaverint aliqui, dixerintque jampridem, non esse *distinctionem Judæi, & Græci*, quasi verò Judaicæ notam perfidiæ ea Gens mereatur, cujus Patres, cujus Sapientes unà, perpetuâque sententiâ Romani Pontificis professi sunt potestatem, profitenturque.

XIII. Sed interim comprobatum est, Majorum nostrorum sententiâ, Pastorem omnium, Patrem, atque Magistrum esse Romanum Pontificem; sequitur, eundem Judicem esse ultimum, quem cuilibet liceat à Judicio quolibet appellare. Patet & hoc Axioma ex hactenus constitutis, confirmaturque consuetudine, quam Leo (1) Magnus antiquissimam Jure pronunciat. Etenim ab ipsis Ecclesiæ adolescentis temporibus id juris Romana Ecclesia penes omnes obtinuit. Certè Marcion ab Antistite suo cœtu fidelium eliminatus Romam profectus est, ut restitueretur Ecclesiæ: testis (2) Epiphanius. Fortunatus, & Felix in Africa Cypriani Martyris exauthorati sententia Cornelium appellarunt, authore (3) Cypriano eodem, ex cujus itidem (4) commentariis certissimum est, idipsum licuisse Basilidæ Stephanum appellanti, postquam illum Hispanienses Antistites Sacris abstinuerunt. Quid Athanasius? Nonne damnatus in Græcia ad Julium provocavit, teste (5) Sozomeno? Chrysostomus (6) autem ab hoste Theophilo redactus in ordinem, quem, nisi Innocentium Romanum Pontificem, iniquæ sententiæ judicem appellavit? Idem licuit (7) Flaviano contra Dioscorum, idem contra circumfusos hostes (8) Theodoreto, quorum uterque Leonem illum appellavere, cujus sententiâ & Dioscorus, quamvis Patriarcha, ictus evanuit, & Theodoretus, quamvis à Patriarchis oppressus, emersit. Jam, si recentiora Ecclesiæ sæcula consulas, vix Orationi tempus supererit enumeraturæ singillatim exempla Juris hujusce. Divorum honoribus, quos palam excipis, Gregorium Dialogum, Silverium Martyrem, & Martinum Pontifices Maximos, num censes injustos? Num tyrannos existimas? At hi delatas à Sanctissimis viris per appellationem ad Romanum Tribunal causas recepere, receptas ex munere cognovere, cognitas latâ definivere sententiâ. Lege (9) Gregorium, percurre (10) Maximum, vide (11) Studiten. Quid crebrius occurret, quam ad Sedem Romanam sonora, manifesta, uti vulgò dicimus, judicialis ad supremum judicem provocatio? Disce igitur, Photiane, quàm fatuum sit id inficiari, quod antiquitas Universa fatetur. Infremit iterum, iterumque (12) Nectarius variè respondere nititur, atque laborat: ubi singillatim respondit, appellationes factas modò, quòd iniqua essent judicia, quasi à judiciis, quæ ritè facta censentur, appellare mos sit; modò, quòd ab hæreticis opprimerentur, qui provocabant, quasi provocatio non sit ab oppressis; modò quòd omnes Patriarchæ essent hæretici, quasi Theophilus hæreticus fuerit, à quo appellavit Chrysostomus, & Patriarchæ, qui Theodoretum spoliaverant, omnes hæretici; denique, ubi omnia tentavit incassum, triplicem ingreditur viam refellendi Juris hujusce: Prima (13) est ex Africano (14) Concilio, quod palam appellationes has vetuit, cui Basilius (15) præluxerat scribens: perperam agi ab

(1) *Epist. 89. ad Episc. Gallic.*
(2) *Heres. 42.*
(3) *Lib. 1. Epist. 3.*
(4) *Lib. 1. Epist. 4.*
(5) *Lib. 3. hist. c. 7.*
(6) *Ep. 1. & 2. ad Innoc. I.*
(7) *Liberat. in Breviar. c. 12.*
(8) *Ex ejus Epist. ad Leonē.*
(9) *Lib. 2. Epist. 6. & alibi.*
(10) *Ubi supra locis relatis num. nostro 10.*
(11) *Vide supra num. nostro 11.*
(12) *Sæpe, & passim in Antirrhetico relato.*
(13) *Sess. 2. demiss. unica pagin. 74 linea 15.*
(14) *In Epistol. ad Cœlestin.*
(15) *Epist. 4. ad Melesium.*

Digitized by Google

ab Occidentalibus indiſcriminatim recipientibus eos, qui ab Oriente ad ipſos proficiſcebantur. Secunda ex eo, quòd, ſi qui Romanum Pontificem appellarunt, id non ex neceſſitate, ſed ex *diſpenſatione*. Verba (16) Nectarii ſunt: εἴποτε ὑπὸ τῶν πάλαι πάπων ἀνεψηλαφήθη κρίσις τινὸς πατριάρχου, οὐ κατ' ἀνάγκην, ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν ἀνομίας, ὅπως καὶ ὁ δικάσας, ἀδέκαστος φανείη, καὶ ὁ καταδικασθεὶς πληροφορηθείη λάβῃ. *Siquando à priſcis Romanæ Urbis præſulibus retractata eſt ſententia Patriarchæ alicujus, non ex neceſſitate, ſed ex diſpoſitione legibus conſtitutæ æquitatis, ut, & qui ſententiam tulerat, incorruptus videretur, & qui damnatus fuerat, certitudinem reciperet.* Tertia eſt ex lege (17) Leonis Auguſti decernentis, à Patriarcha non poſſe appellari. Τὸ πατριάρχου, inquit, (18) κρίσεως ἐκκλήτου οὐκ ὑπόκειται, οὐδ' ἀναψηλαφᾶται ὑφ' ἑτέρου, ὡς ἀρχὴ γὰρ αὐτὸς τῶν ἐκκλησιαστικῶν κριτηρίων, ἐξ αὐτοῦ γὰρ πάντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κριτήρια, καὶ εἰς αὐτὸν ἀναλύει, καὶ ἀναστρέφεται· αὐτὸ δὲ οὔτε ὑπό τινος, οὔτε πρὸς ἕτερον· τοῦτο γὰρ ἡ ἀρχή· ἐπανακρίνεται δὲ πνευματικῶς ὑπ' αὐτὸ ὑφ' ἑαυτοῦ. *Patriarchæ ſententia appellationi non ſubjacet, neque retractatur ab alio, utpote Eccleſiaſtici Judicii princeps: ex ipſâ enim omnia Eccleſiaſtica judicia, & in ipſam reſolvuntur, & revertuntur: ipſa verò neque ab aliquo, neque ad aliquem refertur. retractatur verò ſpiritualiter ipſa à ſe ipſa.* His ineptiis, his gerris rem graviſſimam eluſiſſe ſe ſibi perſuadet Nectarius, nec videt miſer, quanta ignorantia ſit, hæc dicere, hæc ad reſponſionem conferre. Ut ab ultimo refutationem exordiar, quàm miſerum eſt, Jus à legibus ſacris, ut mox evincam, conſtitutum profanâ ex lege damnare! Quaſi verò, quod Synodi ſanxerunt OEcumenicæ, lex Civilis, ut ut contraria, oppugnare queat, cùm contra, lex Civilis, ſi contra Canonem ſit, nulla ſit, ita Leone ipſo decernente, ac rationem decreti reddente, his (19) verbis: ἄξιον γὰρ ἡμῶν ἡ βασιλεία ἡγησαμένη τῷ ἱερῷ εἴκειν νόμῳ ἐν τῇ περὶ τῶν οἰκείων διατάξει, τούτῳ γὰρ συμψηφίζεται: *Cùm autem noſtra Majeſtas conſentaneum rationi exiſtimaverit, ſacris legibus obedire in iis, quæ ad propria ſpectant, decernentibus, illis ſuppetias fert*: abrogatis nimirum Civilibus legibus, quas ibi reſcindit. Adeò ineptè Nectarius Jus appellationis, quod propugnamus, contorto legis à Cæſare conſtitutæ telo, aggreditur. Sed eſto hoc Photianiſmi, cui olim placuit ita ſacra profanis miſcere, ut quæ dirigendis Politicis nata ſunt, Politicis miſerrimè ſacra ſerviront. Quid, quòd hæc ipſa lex nihil probat, vel nimis. Nam vel effatum ſic explicas, ut nemini liceat ab ullo Patriarchâ appellare, vel ita contrahis, ut non liceat appellare à Patriarchâ Byzantino. Si primum, falſum eſt, tute (20) ipſe hoc falſum affirmas, imò & (21) Legiſlator, quo authore, omnes omnium Metropolitanorum cauſæ ad Byzantinum Pontificem revocantur. Quòd ſi ſecundum mavis, jam à Patriarchâ veſtro non licebit ad Synodum provocare: quod neque tu feres, nec quiſquam Photianus, clamantibus palam (22) Synodicis, reclamantibus (23) Canoniſtis, praxi ipſâ perpetuâ reluctante, quæ novimus, vel à Synodis Topicis ipſos Patriarchas veſtros, modò pretioſior adſit Infulæ emptor, faciliimè exauthorari. Nam quî poſſit Synodus deturbare Solio Pontifices veſtros, non poſſit eorum iniquitates corrigere? Appellare igitur licet à veſtris Patriarchis ad Synodum, intactâ lege Leonis: igitur aliter intelligenda eſt, ac tu ſtupidè explicas. Nempe, ut appellatio à Patriarchâ non liceat ad ſubjectos præſules Patriarchæ. Quod, & Ratio ipſa legi protinus addita perſuadet: propterea enim nefas dicitur eſſe, à Patriarchâ provocare, quòd ſit ipſe principium cæterorum: at hoc verum dumtaxat eſt, ut reſpicit ſibi ſubjectos, non abſolutè, uti dicimus, & ſimpliciter: neque enim non ſubjectorum ſibi Principium eſt Patriarcha. Igitur, ſi principium non eſt, ea ratio ceſſat, ob quam ab ipſo appellari non poteſt. Qui proinde, ſi referatur ad ſubditos, is eſt, à quo ad ſubjectos appellari non poteſt, is, ad Superiores ſi referatur, is eſt, à quo poterit appellari. At enim Patriarcha veſter is eſt, qui Sedem Romanam uti Superiorem ſuâ reſpicit. Videte ergo Photiani, quid ſequitur, atque hanc viam repellendi Romani juris, ut ſalebroſam vobis nimis, ac lubricam, ſi ſapitis, declinate. Non eſt, inquit Nectarius, Patriarchâ Superior Romanus Pontifex. Quid? nonne ſaltem ordine, quemadmodum Byzantinus cæteris Patriarchis? At vos omnes hoc affirmatis, quibus hoc nempe (24) conſtitutiſſimum, ita præferri Romanum Pontificem Byzantino, ut Byzantinus Alexandrino præfertur. Hoc nempe datis. Subdo: ſed quòd Byzantinus Ordine tantùm cæteris præit, ab his ad illum appellatio eſt: ergo doctiſſimi homines eadem ex cauſâ à Byzantino ritè provocabitur ad Romanum. Non acquieſcit his nempe Nectarius. Vir pertinax iterum ad civilia refugit Jura, &, ut ritè, inquit, à Patriarchis provocare ad Byzantinum quis queat, Jus ipſum authoritatem facit; at, ut provocetur ad Romanum Pontificem, unde præſens authoritas? Primùm ex illa ipſa poteſtate, quam illi Majores noſtri omnes attribuunt. Supremi hoc Principis eſt, nobile Juriſdictionis officium multatis iniquâ minorum Judicum ſententia ſubjectis impendere, de ſententiis ipſis ſententias ferre, appellatumque juſtis ſubditorum clamoribus opitulari. Deinde oblitus ne es, quæ nuper è Sardicenſi (25) Concilio certa, Vobiſque ipſis Photianis recepta produximus? OEcumenica Synodus, nec minor Nicæna I. ſive confeſſores ſpectes, ſive Præſides conſideres, ſive id ipſum, de quo actum eſt ibi: OEcumenica, inquam, Synodus Jus Appellationis hujuſce Pontifici Romano cùm tribuat, quæ frons Jus ipſum OEcumenica Synodo confirmatum Pontifici Romano negabit?

XIV. Falſiſſimum hoc dicit (1) Margunius: Τοπικὴ λέγεται, ἀλλ' οὐκ οἰκουμενικὴ πῶς ἡ ἐν Σαρδικῇ ἁγία σύνοδος· εἰ γὰρ οἰκουμενική, πῶς ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένη πρώτη τῶν οἰκουμενικῶν ἁγίων συνόδων δευτέρα λέγεται; *Peculiaris dicitur, non OEcumenica Sardicenſis Sancta Synodus. Nam, ſi OEcumenica, quo pacto quæ prima Conſtantinopoli acta eſt, inter Sanctas OEcumenicas Synodos Secunda dicitur?* Apparet ex his, quàm

(16) Theoremate 3. pag. 128. lin. 1.
(17) d. pag. 128. lin. 15.
(18) In titulo 10. n. 6. in Compend. Legum.
(19) Novella 16.
(20) d. pag. 128. lin. 5. & 23.
(21) Comp. Legum tit. 3. n. 9. in fin.
(22) Vide Canonarch. de vi Canonum ad Can. Apoſt. ubi de poteſt. Concilii.
(23) Vide Margun. I Proœm. Nomoc. n. 4. & Matax. in Nomoc. tit. de Concilio.
(24) Vide Balſam. in Medit. de privil. Patriarch.
(25) Canone 4. & 7.
(1) In Antirrhet. pro Marco.

Digitized by Google

quàm rude sit Photianum ingenium. Certa, quæ sunt, non facit difficultas incerta. Hæc solvenda est eruditis ingeniis, ne quę certa sunt, vi suâ labefactet: nec nisi pusillæ mentis est, quæ à Sapientibus recipiuntur, deserere, quòd ea difficilè tueare. Quid quòd & facilis responsio est Marguninanæ difficultati. Nam Sardicense Concilium Majoribus idem est habitum cum Nicæno, ut optimè notat (2) Cabassutius, tum quia magna Episcoporum pars, quæ in Nicæno consederat, interfuit pariter & Sardicensi, ut ex subscriptionibus liquet; tum quia utrobique eadem Fidei causa constituta est. Quare & (3) Zosimus Pontifex, Canonem Sardicensem citans, Nicænum appellavit. Unde ratio refutandarum Gabrielis (4) Severi miseri homuncionis argutiarum, qui hoc ex loco sibi videtur apprimè confutasse Romani Pontificis Principatum, cùm tamen nusquam apertiùs is reipsa confirmetur, quàm Africanorum Patrum, & Zosimi Pontificis Controversia, ex quâ cum constet Canones Sardicenses Nicænæ Synodo palam attribui, Majorum nostrorum sententiâ, idem authoritatis in utroque jubemur asserere, nec Sardicensem post Nicænam dicere, sed cum Nicænâ, ut Nicænam, & Sardicensem secutus Constantinopolitanus Generalis Conventus, secundus sit, dicaturque inter OEcumenicas Synodos. Cæterùm Concilium Sardicense OEcumenicum Majoribus habitum nostris non Latinus modò (5) Sulpicius antiquissimus author (etenim (6) clarebat in fine IV. & initio V. sæculi) verùm etiam (7) Socrates noster affirmat. Id, quod ex (8) Hilario, & (9) Athanasio confirmatur, quorum testimonio Sardicensi Concilio plusquam trecenti Orthodoxi Episcopi, è triginta supra sex Orbis Christiani Provinciis interfuerunt, ac consederunt cum Osio, aliisque Sedis Romanæ Vicariis. Quapropter & ipsa Synodus (10) supremæ, atque OEcumenicæ potestatis suæ gnara, sic tandem pronunciat. πάντα τὰ συντεταγμένα ἡ καθολικὴ, καὶ οἰκουμενικὴ ἐκκλησία τηρείτω. *Universa, quæ constituta sunt, Catholica Ecclesia, quæ ubique est, custodiat.* Vide de hoc plura penes (11) Athanasium, (12) Theodoretum, (13) Sozomenum, (14) Socratem ex Nostris, ex Latinis verò (15) Baronium, & (16) Bellarminum, quorum omnium authoritate inter OEcumenicas Synodos Sardicensis recipienda est, quidquid contra mussitent Photiani, quorum nequitia factum est, ut, cùm Prodromus Sardicenses Canones sub Nicæni titulo recenseat, quasi una, & eadem sit Synodus Nicæna, & Sardicensis, atque adeò Canones Sardicenses vim habeant Canonis ab OEcumenica Synodo conditi, (17) Harmenopulus, qui penè in omnibus Prodromum sequitur, Sardicensem Synodum ad Topicas malè rejecerit, cujus tamen decreta Jus hoc appellandæ unius Romanæ Sedis apprimè confirmantia (18) recipit, atque in Epitome suâ iteratò recenset, ut alibi ostendimus. Quò fit, ut vel Photianorum Jure ratum sit, unicuique licuisse semper, à quocunque judicio ad Romanum Pontificem provocare. Neque enim officiunt huic certissimo Romanæ Ecclesiæ Juri, quæ in geminâ Viâ mussitat reliqua Nectarius numero superiore productus. Nam in secunda, vel quid dicat, nescit ipse, qui dicit, vel pro nobis dicit. Siquidem, inquit, Patriarchæ ad Romanum Pontificem provocarunt non ex necessitate. Ita profectò, neque enim quisquam cogitur appellare. Voluntatis illud Tribunal est, nempe volentium, non necessitatis, hoc est, coactorum· πρὸς τὸ ἐκκαλεῖν ἐκ τοῦ κατωτέρου κριτηρίου εἰς τὸ ἀνώτερον οὐδεὶς βιάζεται. θελημματικὴ γὰρ ἡ ἀναγωγή. διὸ καὶ τέρματα τέθεινται, ἵνα μὴ ἡ ἔκκλητος αἰωνίζῃ, καθὼς καὶ τὸ θελημματικόν· ὁ δὲ νόμος διορίσας τὰ τέρματα ταύτην ἔχει τὴν ἐξουσίαν, ὥστε δηλοῦν, τὸν μὴ ἐκκαλέσαντα ἐν τοῖς ὅροις, ἐφεξῆς μὴ βούλεσθαι ἐκκαλεῖν, μᾶλλον δὲ ἀπειπεῖν πάσης ἀγωγῆς, καὶ ὁμολογεῖν τῇ ἀποφάσει; *Ad provocandum ex inferiori judicio ad superius, nemo adigitur: spontanea enim hæc deductio. Quare & termini dati sunt, ne appellatio æterna sit, ut & voluntas. Lex autem constituens terminos hanc potestatem habet, ut significet, eum, qui non provocavit intra terminos datos, deinceps nolle provocare, imò potiùs cessisse omni actione, & consentire sententiæ.* Vides omnem appellationem in eo, qui appellat, liberam esse, non autem ex necessitate: quare Euge Nectari, aliquando ex ignorantia sapuisti. Similiter & in cæteris: nam omnis appellatio κατ' οἰκονομίαν ἐννομίας est: *juxta dispositionem, dispensationem, distributionem, curam, providentiam, & prudentiam, administrationem, institutum, Ordinem* (nam hæc omnia OEconomia significat) æquissimæ legis, sive æquitatis lege decretæ, sanctæque: Ea autem, quæ facta est ad Romanum Pontificem, appellatio, te teste, si qua facta est, talis est: Recta igitur, legitima, vera appellatio. Hinc plaudimus tibi tam sapienter aliquando locuto, subscribimusque, quemadmodum & in reliquis: nimirum, cùm dicis: ὅπως καὶ ὁ δικάσας ἄδικος φανείη, καὶ ὁ καταδικασθεὶς πληροφορίαν λάβῃ. Hic enim appellationis est finis, non tamen solus, neque præcipuus: Etenim non solùm ut æquitas judicis, & damnati magis crimen appareat, Appellatio datur, sed propterea præsertim, ut, cognitâ vel ignorantia, vel iniquitate Judicis, malè lata rescindatur sententia, jurique suo reus restituatur. Hunc finem si dictis adjecisses, Nectari, tuis, quippe primum, atque præcipuum Appellationis, nulla esset mora, quin te Romani Juris, quod niteris impugnare, strenuum assertorem edicerem, quo omisso scilicet cogor, te & ignorantissimum dicere, & ineptissimum Romanæ appellationis hostem. Nam quid ineptiùs, quàm iis verbis Jus Romanum invadere, queis illud confirmas? Fateris à Patriarchis quandoque Romanum Pontificem appellatum, quid ni, cùm Exempla Majorum nostrorum, atque ipsa palam historia te penitùs jugulent? Fateris appellationes hujusmodi neque per vim factas, & juxta OEconomiam bonarum legum factas: quid superest, vir docte, quod inferas: num Photianam consecutionem elicies: appellarunt; igitur appellare non potuerunt? Non, ais, hoc infero: appellarunt non igitur necessariò: Annuimus: quid inde? nil utile refellendo Juri Romano, vir doctissime, inferes, nisi inferas, appellari Romanum Pon-

(2) In notitia Côc. ad Afric. seu Carthag. VI. ante Can. 3.
(3) In Commonitorio extat in Act. Afrìcan. Concil. sub initi.
(4) Differ. 2. de Primatu Papę.
(5) Lib. 2. Sacræ histor.
(6) Vide Labbęum de Script. Eccl. in Severo Sulpitio Tom. 2. pag. 343.
(7) Lib. 2. hist. c. 16.
(8) De Synodis.
(9) Init. 2. Apolog.
(10) In fin. Concil. Sardicēs.
(11) Loco citato.
(12) Lib. 2. hist. c. 7.
(13) Lib. 3. hist. c. 21.
(14) d. lib. 2. c. 16.
(15) Ad ann. Christi 347.
(16) De Rom. Pōt. lib. 2. cap. 21.
(17) In proœm. Epit. Canon. post med.
(18) Sect. 1. tit. 1. in fin. & tit. 4. Can. 48. & 50.

Digitized by Google

Pontificem minimè potuisse. Quare stat Jus illud egregium, præcipuum, Summum Romanæ Sedis nullâ argutiâ tuâ superabile. At, inquit, si quis unquam Romanorum Pontificum retractavit judicium Patriarchæ alicujus, is non ex necessitate, sed ex æquitate quâdam, ut & Judicis æquitas, & damnatorum iniquitas appareret. Jam, Nectari, non de appellatione negotium est, ipsam supremam Potestatem Pontificis petis, pro qua abunde in hactenus disputatis pugnavimus. Demus tamen & hoc proterviæ tuæ, ut hìc præsentiùs stoliditatem tuam confutemus. Non te pudet, hæc Sapientibus legenda conscribere? Non horres, hæc falsa ignorantibus credenda proponere? Ergone ex urbanitate Romanus Pontifex Judicium Antiocheni Patriarchæ contra sententiam Dionysii retractavit? Judicium Theophili Alexandrini contra Chrysostomum recognovit? Judicium Dioscori contra Flavianum, denique, ut sexcenta alia seponam, nota Sapientibus, & translativa, Judicium Photii contra Ignatium ad suum tribunal deduxit, ὅταν καὶ ὁ δικάσας ἄδικος φανείη, καὶ ὁ καταδικασθεὶς πληροφορηθείη λέγω: O hominem impium, & dementem! Quid est hoc aliud, nisi Dionysium, Chrysostomum, Flavianum, Ignatium, quos aris, ac templis colimus, palam damnare? Paulum Samosatenum, Theophilum, Dioscorum, Photium iniquissimos homines contra Vetustatis universæ sententiam innoxios appellare? Quòd si hoc planè detestabile est, fatere, judicia illa, si quidem ex officio à Romanis Pontificibus adsumpta sunt, citra appellationis negotium, ex necessitate Judicialis Ordinis, & potestate supremæ jurisdictionis adsumpta, ut & injusti Judices pœnis, quas iniquè in viros innocuos contulerant, succumberent, & injustè damnati à pœnis, quibus iniquè subjecti fuerant, assererentur.

XV. Jam quod Nectarius objicit ex Africano Concilio, & ex Magno Basilio, quàm ineptum ei probando, quod petit! Primùm Basilius ibi monendos autumat Occidentales, non Romanam Ecclesiam. Si Nectarius ibi Occidentalium nomine Romanos Pontifices venire velit, quæram ab ipso, cur, cùm à Basilio petitum dicitur *auxilium Occidentalium*, expetitam sententiam, suffragium postulatum, expectatos Legatos, aliaque hujusmodi, intelligenda sit Occidentalium nomine non Sedes Romana, sed Synodus, hìc verò, ubi agitur de monitione, Romanâ sedes, non Occidentales Episcopi nomine *Occidentalium* intelligantur? Deinde monendos docet Basilius *Occidentales*, ne facilè vel vagos homines, vel transfugas ad communionem recipiant, non ad appellationem. Verba (1) Basilii sunt, ἔδοξε, παρακαλέσαι τοὺς ἐν δύσει, μὴ ἀκρίτως δέχεσθαι τὰς κοινωνίας τῶν ἐκ τῆς ἀνατολῆς ἀφικνουμένων, ἀλλ' ἐκ τῆς μαρτυρίας τῶν κοινωνικῶν προσλαμβάνεσθαι· καὶ μὴ παντὶ τῷ γράφοντι ἐπὶ προφάσει τῆς ὀρθοδοξίας προστίθεσθαι. *Visum est, adhortari Occidentales, ne temerè communiones recipiant eorum, qui ab Oriente veniunt, sed ex testimonio Communicatoriarum ut recipiant: utque non omni scribenti ob speciem rectæ Doctrinæ credant.* Quæ, ni fallor, uti appellationem intactam volunt, ita Romanæ Sedi utilissimum consilium dant, à nobis etiam Basilii posteris, non sine prævia nostræ humilitatis confessione, Romanæ Sedi proponendum, ingerendumque, ne nimirum vagos Photianos, commeantesque ad nundinas, ut ipsi palam loquuntur, Romanas, ad sacrilegas Fidei confessiones, professionesque clementer adeò recipiat, receptosque pecuniis muneretur. Non ita Græciæ laboranti feruntur suppetiæ, neque hæc via provocandi Photiani animi ad obsequium avitæ Fidei: provocantur potiùs ad ingens sacrilegium, deterioremque perfidiam; provocentur Photiani ad fidem beneficiis, non speratis, sed receptis, nec ut recipiant munera, cicures se dedant Veritati, sed quòd munera, ac beneficia, nondum cicures veritati receperint. Verum hæc obiter, illud ex re nostrâ, Basilium loco producto nihil de Appellatione, cui nimirum adeò non obest, quod ex Basilio proponitur, ut reipsà illam confirmet, nam verbis illis Basilius probat antiquissimum morem *Orientalium* Romam adeundi, sive ut inde suppetias nanciscerentur, sive ut communionem Romanam jactarent, quasi ex eâ quisque suæ fidei experimentum daret. Quem morem, cùm tantus Doctor prudentiùs usurpandum monet, non negat, sed roborat: ut inde sapientibus liceat inferre, Romanæ dignitatem Ecclesiæ, ex qua Jus appellationis emanat, quod propugnamus. Age porro, quando non prosunt Verba Basilii Nectario, an Africana Synodus prosit, videamus. Rem totam brevissimè expono fusiùs ab (2) aliis repetendam. Apiarius scelestissimus presbyter à suo Episcopo Urbano damnatus Romam profectus, questus est apud Apostolicam Sedem, se injustè fuisse damnatum, querelam testimoniis, argumentis, indiciis tam dolosè ornaverat, ut operæ pretium visum fuerit, *Executores* (hoc nomine eâ tempestate Judices delegati censebantur) in Africam mittere, quorum cognitione Veritas pateficret. Commodùm in Africâ Carthaginensis Synodus VI. celebrabatur. Ea *executores* repellere, ac de Jure mittendorum *executorum* quærere. Respondit Zosimus, Romanæ sedi nativum hoc Jus esse, vel à Nicæna Synodo cognitum, confirmatumque. At Africani, ubi, perlectis Nicænis Canonibus, nihil inveniunt, Alexandriam ad Cyrillum, Constantinopolim ad Atticum Patriarchas mittunt, qui inde Canones Nicænos afferant controversiam decisuros: relati Canones, nihil de hoc Jure: quare Africani; Zosimo jam è vivis erepto, respondent Cælestino, Apiarium, fassum tandem sua crimina, confessione suâ probasse, quàm temerè Zosimus ejus defensionem suscepisset: nusquam inveniri Nicænum Canonem, qui conferret, Jus esse Romano Pontifici mittendorum *executorum*: Rogari à se Cælestinum, ne deinceps id audeat, se enim id nunquam laturos: denique orare se Apostolicam sedem, ne facilè recipiat in posterum eos, qui ab Episcopis suis descivissent. ἱκετεύομεν, (3) inquiunt, ἵνα τοῦ λοιποῦ πρὸς τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς τοὺς ἐντεῦθεν παραγινομένους εὐχερῶς μὴ προσδέχησθε· μηδὲ τοὺς ὑφ' ἡμῶν ἀκοινωνήτους εἰς κοινωνίαν τοῦ λοιποῦ θελήσητε δέξασθαι· ἐπειδὴ τοῦτο καὶ τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ ὁρισθὲν εὐχερῶς εὑρήσει ἡ σὴ σεβασμιότης. *Impendiò deprecamur, ne dein-*

(1) Ep. 4. de his, quæ pert. ad Meletium.

(2) Vide Baron. ad an. 419. à n. 59. & seq. Cabassut. ad Cōcil. Afric. vers. quod attinet.

(3) In Epist. ejusdem Concilii ad Celestinum.

deinceps ad vestras aures hinc venientes facilè admittatis, nec à nobis excommunicatos ulteriùs in communionem velitis accipere. Quia hoc à Nicæno Concilio etiam definitum facilè advertet Venerabilitas tua. Hæc rei totius historia, quam cùm ubique jactent Photiani ad refellendum jus Appellationum, quod asserimus Sedi Romanæ, reipsa neque hoc negat, neque, si negaret, quidquam contra Jus ipsum conficeret. Neque enim, quòd Africana Synodus planè probaverit, Jus appellationis Romanæ Ecclesiæ à Nicæna Synodo non constitui, propterea id Juris eidem à Sardicensi non constituitur. Neque, quod Africani Patres Sardicensem Synodum ignorarent, ut constat ex (4) Augustino, qui huic Concilio interfuit, propterea Sardicensis non fuit, aut à Græcia recepta non est. Quid igitur nobis opponis Africanum Concilium, quod Sardicensem Synodum non agnoscit? Da hominem, qui Sardicense Concilium recipiat (modò Photianus ille non sit) simulque hoc Jus iterum, iterumque à Sardicensi constitutum inficietur, dicamque, probasse te aliquid. Zosimus appellationis Jus ex Nicæno, quod miscebat Sardicensi, sibi asserebat: negabant idipsum Africani Sardicensis ignari: uter errabat ex hisce? si sanus es, neuter: Nam hæc est assertio Zosimi: Appellare cuicunque licet Sedem Romanam ex Nicæno Canone, ut Nicæni Canones Sardicenses complectuntur. Num falsum, quod asserit? Respondebant Africani: ex his Canonibus, quos agnoscimus, à Nicæna conditis de hoc jure non constat. Num & hi falsum? Verum igitur dicebatur utrinque: At Zosimi Assertio, si Africanos non convincebat Sardicensis ignaros, num non convincat Photianos gnaros Sardicensis Concilii, quod & recipiunt, & ad vim disciplinæ Canonicæ recipiunt? E' contra Africanum effatum quid vobis prodest Sardicensem recipientibus Synodum ad refellendum Jus appellationis Romanæ? Non constat de hoc jure, ajebant illi, ex Nicæno: an nobis non constat ex Sardicensi? Dicebant Africani, Sardicæ actam Synodum, non nisi hæreticam, novimus: ejus Canones nullos agnoscimus, nec eorum penes nos aliquis est. An idipsum vos quibitis affirmare, cùm Synodi Sardicensis Canones vobis (5) Harmenopulus passim objiciat, Photius, Balsamon, Aristenus, Margunius, cæteri denique, quotquot Canonum explanationem delibavere, vobis (6) enucleent? Nihil ergo, quod attinet ad id, de quo agimus, Africanorum vobis prodest Patrum sententia. Do, quod vultis, negaverint ignari Sardicensis Concilii Patres, Jus appellationis Romano Pontifici, nobis, qui Sardicense recipimus, colimus, reveremur, Jus appellationis hujusmodi citra omnem inficiationem est.

(4) *Lib. 3. contra Crescon. c. 34.*

(5) *Sect. 1. tit. 1. in fin. & tit. 4. Can. 48. & 50.*

(6) *Vide hos omnes in Nomocan. ad Synod. Sardic.*

XVI. Neque enim audiendus est Nicolaus (1) Methonensis, qui huic certissimo, ac receptissimo Juri Synodum objicit Chalcedonensem, cujus (2) decretum hoc est: εἴ τις κληρικὸς πρᾶγμα ἔχει, πρὸς τὸν ἴδιον, ἢ καὶ πρὸς ἕτερον ἐπίσκοπον, παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας δικαζέσθω· εἰ δὲ πρὸς τὸν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας μητροπολίτην ἐπίσκοπος, ἢ κληρικὸς ἀμφισβητοίη, καταλαμβανέτω ἢ τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, ἢ τὸν τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, καὶ ἐπ' αὐτῷ δικαζέσθω. *Si Clericus adversus suum, vel alium Episcopum habeat causam, apud Synodum Provinciæ judicetur: Si verò contra ipsum Provinciæ Metropolitanum Episcopus, vel Clericus controversiam habeat, pergant ad ipsius Provinciæ Primatem, aut certè ad Constantinopolitanæ regiæ Civitatis sedem, & ab eâ judicentur.* Sic Chalcedonense Decretum, quo videtur apertè ultimum Ecclesiæ Tribunal in Byzantina Ecclesiâ constitui. Non est, inquam, audiendus Nicolaus hæc objiciens tam fatua. Nam ut ea omittam, quæ ex (3) Bessarione congessit (4) Bellarminus perparum ad rem nostram facientia; manifestissima ignorantia est, contra Jus Appellationis, quod Sedi Romanæ Majores nostri asseruerunt, hæc Synodi Chalcedonensis decreta torquere, quæ sanè non de appellatione, sed de primo dumtaxat judicio decernunt. Quod accuratè, & verè notavit (5) Bessarion alibi dicens: ὁ δὲ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου Κανὼν θ'. οὐ περὶ τῆς ἐκκλήτου ἐστὶν, ἀλλὰ περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ δίκης· αὕτη μὲν τάξιν ἔχει τὴν δοθεῖσαν παρὰ τῆς συνόδου. ἡ δ' ἔκκλητος ἐκ τοῦ ἔθους ἡμῖν παραδέδοται. πρώτη μὲν παρὰ τῆς συνόδου, ἢ ἐξάρχου, δευτέρα δὲ παρὰ πατριάρχου τῆς βασιλευούσης· ἀλλ' ἡ ἐσχάτη παρὰ τοῦ τῆς Ῥώμης κοινοῦ πατρός τε, καὶ κριτοῦ, καὶ διδασκάλου. *Nonus autem Canon Sanctæ Chalcedonensis Synodi non de appellatione est, sed de primo judicio. Hoc sanè Ordinem habet à Synodo statutum: at Appellatio ex ipsa consuetudine nobis constituitur: prima quidem ad Synodum, vel Primatem, seu Patriarcham, secunda verò ad Patriarcham Regiæ Civitatis, tertia, & ultima ad Romanum, communem Patrem, & judicem, & Magistrum.* Nec injuria hæc Græcè, hoc est, sapienter Bessarion. Etenim, cùm Appellatio, quemadmodum (6) Attaliata noster definit: μετὰ τὰς ἀποφάσεις τῶν ὑποθέσεων, *post sententias causarum in litibus latas detur*, quippe quæ, ut idem optimè (7) tradidit: τὴν ἀδικίαν, καὶ τὴν ἀπειρίαν τοῦ ἄρχοντος ἐπανορθοῦται, *iniquitatem, & imperitiam primi judicis corrigit*: ad eum, penes quem actitanda est ab initio controversia, minimè pertinet: quare nec ejus erit Jus appellationis, qui primus à Canone controversiæ judex decernitur. Porro in Canone Chalcedonensi sermo est de primo judice: quemadmodum enim litigans cum Episcopo Clericus ad primum judicium ire potest coram Topica Synodo; & cum Metropolita qui litigat, Episcopus judicem Exarchum, seu Primatem, Patriarcham nimirum habet, ita & qui contendit cum Primate, Patriarcham CP. uti primum judicem, adire potest, cujus hoc erit supra cæteros Privilegium, ut in primo judicio etiam à Clericis contra Episcopum, omissis judicibus cæteris, ad eum controversia deferri queat. Quare nusquam in eo Canone CP. Antistes ultimus dicitur Judex, ad quem liceat provocare. Quòd si hoc non dicitur, jam nihil obstat, quin & rationi deductæ ex potestate supremâ, quam è Majorum sententia palam deduximus, & consuetudini tot clarissimorum virorum exemplis penitùs confirmatæ manus demus, affirmemusque, contemptis cavillis, quos Nectarius à Calvini-

(1) *Lib. 1. seu Orat. 1. de Primatu Papæ §. 9.*

(2) *Canon. 9. & Can. 17.*

(3) *In Epist. Encyclic. 2. longè post med.*

(4) *Lib. 2. de Rom. Pöt. c. 22. Tom. 1.*

(5) *In Ep. 1. ad Philanthropen. circ. fin.*

(6) *In Synopsi tit. 92. § prin.*

(7) *Ibid. sub init.*

vinistis totius Græciæ privato, (8) publicoque suffragio, fortassis etiam calamo (9) Nectarii ipsius damnatis depromptos attamen audet objicere Veritati; affirmemus, inquam, non cum Latino aliquo ex recentioribus, quos immeritò, κόλακας, καὶ κόρακας τῆς τυραννίδος, *assentatores, & corvos Tyrannidis*, appellat (10) Coressius, sed cum Græco doctissimo, primoque Canonum Sacrorum interprete Theodoro (11) Prodromo; πάντοτε, καὶ ἐν πάσῃ τῇ κρίσει τοῖς καταδικασθεῖσιν ἔξεστι, τὸν Ῥώμης τῆς πρεσβυτέρας ἐπικαλεῖσθαι, κἀκείνου κελεύοντος, κρίνεσθαι πάλιν, παρ' ἑαυτῷ, ἢ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ. *Semper, & in omni Judicio damnatis licet, Romanum Episcopum appellare, atque eo jubente iterum judicari, vel ab ipso, vel ab ejusdem Legatis.*

XVII. Habes ex his omnibus, constitutissimum esse, licuisse omni ævo cuilibet Romanum Pontificem per provocationem legitimam appellare; unde sequitur in eo suprema potestas manifestissimè. Neque enim appellari potest ab omnibus, nisi maximus omnium. Quò fit, ut Romanus Antistes maximus sit, qui potest ab omnibus appellari. Quòd si maximus, eandem ob causam, quam propter maximus omnium, & omnium potentissimus est, quippe qui ex officio in omnium sententias inquirere, omnium judicia rimari, omnesque omnium Jurisdictionum actus infirmare queat, aut confirmare. Neget hoc aliquis Photianus, reclamabit Antiquitas, qua teste Romano Pontifici licuit, supremâ ubique potestate fungi, tacentibus omnibus. Hoc postremum est in argumentatione nostrâ probandum, quamvis id hercle totâ hac probatione latissimè ubique constituerimus. Probatur tamen & hìc obiter à Photianis petendo, ut, qui amplissimâ eruditione censentur, aliquem edant, qui Catholicus Episcopo Romano jubenti, decernenti, judicanti restiterit, nec fuerit mox erroris, aut criminis alicujus reus apud posteros factus? Objicietis Firmilianum in Asia, in Ægypto Dionysium, Cyprianum in Africà, quos nostræ interrogationi suffecturos proponit (1) Coressius. At hos quà criminis, quà erroris, certè reprobatæ postmodum sententiæ, quemadmodum & Polycarpum, & Polycratem damnant (2) Eusebius, (3) Hieronymus, (4) Augustinus. Jactabitis Alexandrinum Dioscorum, Anthimum Trapezuntinum, Juvenalem Jerosolymitanum. Nimirum his nobis respondet (5) Margunius. At hos hæreticos, aut hæresis aliquando Patronos, quis non penitùs rei Ecclesiasticæ imperitus ignorat? Lege (6) Chalcedonense Concilium, & (7) Ephesinum, consule gesta (8) Leonis, vide (9) Nicephorum. Proferetis Epistolam Africani (10) Concilii, Macariam Antiochenum, Anastasium, & Photium Byzantinos Episcopos. Horum audaciâ passim jactatâ interrogationi nostræ satis responsum putat (11) Nectarius. At, & Africani Patres modestè repugnant, palam propositâ Canonis producti ignorantiâ, parati (12) cæteroqui parere, si constitisset, ex decreto aliquo deberi Romano Pontifici, quod jubebatur; At (13) Monothelета Macarius, Iconoclasta Anastasius, dirisque ab Orthodoxis devotus penes Leonem (14) Acrotatum, Neophytus Photius, & ab Octava OEcumenica (15) Synodo dignitate malè partâ multatus, quid interrogationi nostræ consentaneum unquam attulerint? Catholicum petimus, probatum aliquem petimus, virum expertem criminis, errorisve, qui Romano Pontifici ausus resistere non notam inde penes Nostros, sed laudem meruerit. Penes Nostros, inquam, non penes vos, neque enim quos colitis, Nestorium, & Palamam colimus, illum hypocritam, hunc Atheum, sive potiùs Polytheum. Igitur hunc date, Photiani, omni exceptione majorem virum, victosque nos è vestigio fatebimur. Video stupiditatem vestram, agnosco imperitiam, vesaniam experior. Non tamen eos vos existimo, qui, præter ineptè relatos, aliquem interrogationi nostræ possitis objicere. Quare constat, omnes, qui Romano Pontifici restitere, vel erroris venia sanè digni, erroris tamen, vel criminis manifesti fuisse damnatos: nec à vobis posse quenquam produci, probatè penitùs famæ, illibatæque doctrinæ hominem, qui legitimo Successori Petri jubenti, decernentive ausus fuerit refragari. Hoc superest, ut verissimum sit, quod asserimus, Romanum Pontificem omni ævo functum supremâ potestate, tacentibus omnibus; summæ munia jurisdictionis usurpasse, nemine refragante; per Orbem Terrarum universum authoritatem suam circumtulisse, probantibus omnibus.

XVIII. Verum enim verò, quoniam juxta sententiam Attaliatæ (1) nostri omnium Jurisconsultorum consentaneam effatis ὁ λέγων, οὐ μὴν ὁ ἀρνούμενος δεικνύει: *qui asserit, is probat, non qui negat.* Nos, qui Veritatem asserimus, eandem certissimis exemplis probamus, Vobisque, queis nefas est quenquam opponere, qui Romano Pontifici ritè parere recusaverit, omnes Ecclesiæ statim ætates objicimus testaturas, functum semper fuisse Romanum Antistitem Imperio, cui omnes obsequiosè paruerint. Ecce Metropolitæ totius Asiæ Polycrati Victor Synodum imperat, secundo Ecclesiæ sæculo, teste (2) Eusebio, paretque Pontifex Asiæ jussis Romani Pontificis, quo auspice Synodus congregata cùm parere Pontifici recusasset, anathemati severè (3) subjicitur: nec tamen, cùm (4) Irenæus severitatem hanc nimiam reprehendisset, inventus est aliquis, qui contra potestatem severissimam reclamaret. Ecce Romanus Pontifex diem Paschatis omnibus Christianis edicit, ut constat ex Arelatensi (5) Concilio, nec quisquam sibi licere putat aliter Christianam solemnitatem auspicari, quàm Romanus Antistes præscripserat. Ecce Romanus Episcopus Julius incertæ fidei virum Ancyranum Marcellum, ex traditis per (6) Epiphanium, (7) Chrysostomum, (8) Theodoretum, cùm semel Romana in Synodo (9) absolvisset, ejus adeò sententiam Sardicense Concilium veneratum est, ut eundem iteratò (10) censuerit & absolvendum, & restituendum in integrum. Vis prosequamur ulterius? Profer, si libet, Cælestini notas Epistolas, contemplatorque in illis supremam potestatem, quâ fungitur Græcis Episcopis scribens, atque imperans, ratam ut habeant sententiam à se latam con-

tra

(8) *Vide Synod. Hierosolym. sub Patriar. Dositheo, & Melet. Syrigum contra Calvin.*
(9) *Auctor Nectarii censetur Synodi Hierosol. Canones edidisse.*
(10) *In Proœm. ad Synopsi Nili.*
(11) *De interpret. ad Can. Sard.*

(1) *Lib. 3. contra Bellar. c. 12.*
(2) *Lib. 7. hist. c. 6.*
(3) *Contra Luciferian.*
(4) *Lib. 2. de Bapt. cont. Donat. c. 4. et Ep. 48.*
(5) *Not. 34. ad Synod. 1. & 2.*
(6) *Actione 3.*
(7) *Vide ejus Acta passim.*
(8) *Vide Platinam in Leone 1.*

(9) *Lib. 17. hist.*
(10) *In d. proœmio.*
(11) *Sect. 2. demonstr. un. pag. 75.*
(12) *In Epistola ad Bonifacium Papam, est in Concil. Afric. ante Epist. Cyrilli.*
(13) *Vide sex. Synodum Act. 18.*
(14) *In Vita S. Germani.*
(15) *Actione 7.*

(1) *In Synops. tit. 17. ab init.*

(2) *Lib. 1. hist. c. 11.*
(3) *Euseb. d. lib. 1. c. 24. & 25.*
(4) *Idem d. c. 25.*
(5) *Canone 1.*
(6) *Heresi 72.*
(7) *Hom. 6. in Ep. ad Philipp.*
(8) *Heretic. Fabil. lib. 2.*
(9) *Vide Athan. Apol. 2. et Epiph. d. heres. 72.*
(10) *Vide de Acta Sard. Concil. & Baron. ad ann. 347. n. 20.*

(11) *Vide Epist. 6. Cœlestini.* (12) *Vide in ead. Epist.* (13) *Epist. 14.* (14) *Epist. 6.* (15) *Vid. Cyrill. Epist. 12.* (16) *Cœlestin. Epist. 4.* (17) *In Epist. ad Cyrillū.* (18) *Vid. d. Epist. 12.*

tra Nestorium. Nec eâ utitur potestate dumtaxat scribens Episcopis Thessalonicensi (11) Rufo, (12) Flaviano Philippensi, Berrhœensi (13) Acacio, sed cùm convenit Patriarchas, (14) Juvenalem Jerosolymitanum, Joannem (15) Antiochenum, Byzantinam (16) Ecclesiam, atque ipsum Cyrillum (17) Patriarcharum eâ tempestate Principem, cui unâ vices committit suas: *Ut*, inquit, *hæc nostra sententia severissimè executioni mandetur*. Hæc certa, manifesta, ubique omnibus palam recepta, qui scripta (18) Cyrilli legitis, & in illis frequens horum, si legitis, testimonium, reperitis. Amabo, quis unquam tantâ potestate fungenti, tam imperiosè jubenti, cogentique OEcumenicam Synodum, quæ non judicaret, quam ipse sententiam tulerat, sed executioni mandaret; restitit, refragatus est, aut extremis, ut ajunt, unguiculis obluctatus? Quid, quod & Antistites nostri Romanorum Pontificum jussa recipiunt, obsequunturque religiosè jubentibus. Quid scribat Dioscoro nondum hæretico Romanus Pontifex Leo, notissimum est: quam eloquenter Alexandrinam Ecclesiam à moribus Romanis descivisse queratur, extat in Leonis Epistolis: nec tamen obstitit, licèt arrogans, tumensque, Dioscorus. Idem Leo, Stephano (19) teste, coram Chalcedonensi Concilio, Bassianum Ephesinum Episcopum Asiæ totius Antistitem dicitur exauthorasse. Num è Concilio aliquis supremæ actum hunc potestatis damnavit? Quid Flavianus, & Eutyches? Nonne ab eodem Leone sententiam (20) expectant? Anatolius verò Constantinopolitanus Episcopus nonne ab eodem Leone reprehenditur, castigatur, emendatur, atque ad bonam frugem convertitur? Certè (21) Leo Anatolio scribens excusationes ejus futiles rejicit, emendatos mores commendat, eidemque, uti subjecto, plurima imperat.

(19) *Actione 11. Chalced. Concil.*

(20) *Vide Leon. Epist. 7.*

(21) *Vide ejusd. Ep. 70. & 71.*

(1) *Vide Liberatū in Breviario c. 18.*

XIX. Eadem acta reperies à (1) Felice in causa Joannis Talaidæ Alexandrini Patriarchæ, & Acacii Byzantini. Jubet is, Joannem Talaidam in Sedem Alexandrinam restitui, reprehendit Acacium, minaturque missis Legatis, ni contra hæresim classicum canat, fore, ut, Romana Sede jubente, potestate, quam malè tuebatur, penitùs excidat. Id, quod mox contigit illi per Successores Felicis, Sede, quam nefariè polluerat, deturbato, tantâ Romanorum Pontificum constantiâ, ut non nisi post Acacium damnatum, erasumque Dyptichis sacris, Episcopos nostros ad communionem receperint. Id, quod constat ex ipsorum tristissima (2) Epistola, quam sexto Sæculo scriptam legant Photiani, atque, quid senserit Græcia de Romani Pontificis potestate, cognoscant. πιγαρεν, ajunt, τοῖς υἱοῖς σου, προσφιλέστατε πάτερ, ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ὄμμασι πνευματικοῖς τοὺς κινδυνεύοντας διὰ τὴν παράβασιν τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀκακίου καθορῶν, μὴ ἐπίσχῃς· ἀλλ' ὅμως μετὰ τοῦ προφήτου σοι λέγομεν, μὴ νυστάξῃς, ἀλλὰ σπεῦδε πρὸς τὸ λυτρῶσαι ἡμᾶς· ἐδόθη γάρ σοι ἡ ἐξουσία οὐ μόνον τοῦ δῆσαι, ἀλλὰ καὶ τοῦ λῦσαι τοὺς πολὺν χρόνον δεδεμένους, οὐδὲ μόνον τοῦ ἐκριζῶσαι, καὶ καθελεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῦ φυτεῦσαι, καὶ οἰκοδομῆσαι κατὰ τὸν Ἱερεμίαν· μᾶλλον δὲ κατ' αὐτὸν δὴ τὸν Χριστὸν τὸν σωτῆρα τοῦ Κόσμου, τὸν ὑπ' ἐκείνου τετυπωμένον· οὐδὲ μόνον δύναι εἰς ἐξουσίαν τοῦ Σατανᾶ εἰς ἀπώλειαν σώματος, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐγεῖραι ἀγαπητῶς τοὺς πολὺν χρόνον πεπτωκότας, ἵνα μὴ ὦμεν σοι εἰς ὄνειδος, ἀλλ' εἰς δόξαν· ἔγνως δὲ ταῦτα ὁ διδασκαλούμενος ὑπὸ τοῦ διδασκάλου σου Πέτρου, ποιμαίνειν τὰ Χριστοῦ πρόβατα ἐν τῇ οἰκουμένῃ. Σὺ, ὁ μετὰ τοῦ σοφοῦ, καὶ ἐπισήμου Παύλου λαλῶν, καὶ λέγων ἡμῖν, μὴ κατακυριεύωμεν ἐν τῇ πίστει, ἀλλὰ συνεργῶμεν ἐν ἀγαλλιάσει. *Igitur filiorum tuorum, amantissime Pater, in veritate, ac spiritualibus oculis nos ob prævaricationem Acacii Patris nostri periclitantes adspiciens, ne ulteriùs morere: Sed, liceat cum Propheta dicere, ne dormites, sed festina ad liberandum nos. Data est enim tibi potestas, non ligandi solùm, verùm etiam solvendi ligatos diu: neque evellendi tantùm, ac destruendi, verùm etiam plantandi, & ædificandi, juxta effatum Jeremiæ, imò juxta Christum ipsum Servatorem, cujus ille fuit typus. Nec authoritatem dumtaxat habes tradendi nos in potestatem Satanæ ad interitum corporis, sed & amicè erigendi eos, qui diù jacuerunt; ne simus in opprobrium tibi, sed in gloriam. Nosti autem hæc, qui doctus es à Doctore tuo Petro pascere oves Christi, quæ sunt in Orbe Terrarum. Tu, qui cum docto, & erudito Paulo clamas, ac nobis dicis: ne dominemur in fide, sed cooperemur in gaudio.* Hunc in modum ob Acacium à Romano Pontifice castigati nostræ Gentis Episcopi veniam deprecantur: atque Jure supremæ potestatis coerciti adeò, qua premebantur, puniebanturque, potestatem non reprobant, ut in Epistolæ fine eam his pulcherrimis verbis apertissimè fateantur. Προσκυνοῦμέν σου, inquiunt, τὰ ἅγια ἴχνη, καὶ τὴν παραβάσεως ἰατρείαν, λύσιν δὲ τῶν δεσμῶν, καὶ τοῦ κατακρίματος ἄφεσιν ἐκ τοῦ ἁγίου σου στόματος ἀναμένομεν. *Sanctis vestigiis tuis procumbimus, prævaricationisque medicinam, solutionem verò vinculorum, ac veniam damnationis ex ore tuo sancto præstolamur.*

(2) *Extat Latinè Tom. 3. Epist. Rom. Pōt. paulo diversa. Ut hic datur est apud Besarion. in Epist. 2. Encyclic. & Diplovat. in Miscell. Græc.*

XX. Hactenus Sextum sæculum, cui consonat Septimum, & Octavum, ut manifestè constat, ex iis, quæ diximus de Maximo, & Martino, de Theodoro Studite, aliisque, quorum in gestis apprimè cognoscitur mos, ratio, & praxis tum Nostrorum jussis Romanorum Pontificum obsequiosè parentium, tum Romanorum Pontificum nostris Episcopis imperantium, nostros Episcopos explicatè docentium, atque in totâ Ecclesiâ, quà latè patet, Jura potestatis solâ lege naturali, ac divina circumscriptæ propalam usurpantium. Nonum etiam sæculum non adeò, productâ Photianorum Sectâ, detestabile est, ut non sit potiùs memorabile, & gloriosum ob multiplex exemplum Veritatis hujusce, quam tradimus. Certè, si quis Epistolas Nicolai I. Græcè loquentes, Octavam Synodum in Græcia celebratam, Nicetæ Paphlagonis Græci hominis libros percurrat, inficiari non poterit, ante turpe dissidium, authoritatem Romani Pontificis penes Gentem nostram agnitam, constitutam, receptam. Quò fit, ut liceat Argumentationem hactenus institutam retexere, atque eam Photianis objicere, ut, qui miro inge-

ingenii pollent acumine, si fas, utcunque libuerit, eam refellant. Igitur prælucentibus Synodicis vestris, imò praxi ipsâ fatente, admittitis Monarchiam Ecclesiæ, atque ejus Imperium in unitatem colligitis. Inferre licet: ergo summa Ecclesiæ potestas in uno est. Profectò, si in uno, in Successore Petri, in eo, quem Principem OEcumenicæ Synodi nuncuparunt, & Patrem: in eo, quem semper licuit ultimum cuilibet appellare: in eo denique, qui se Principem ubique gessit, Juraque supremæ potestatis exercuit, nemine reclamante, tacentibus omnibus, omnibus approbantibus. Verùm enimverò is ipse Romanus est Pontifex. Romanus igitur Pontifex unus ille est, in quo supremam Ecclesiæ potestatem licet agnoscere, recipere, venerari. Huic Argumentationi Photiani respondeant. Provoco palam, si qui sunt hercle rarissimi Sapientes ipsorum, si quid habent, exponant, tandemque desinant ex Præsumptionibus sibi timere. Illis intactis, ostendant Orthodoxum aliquem Patriarcham, Divorumque in album receptum Antistitem, fuerit ille maximus inter Nostros, qui palam obsequium inficiatus sit Romano Pontifici. Proponant Synodum aliquam OEcumenicam in Spiritu Sancto legitimè congregatam, quæ Romana jussa neglexerit, quæ confirmatione Romana non indiguerit, quæ Romanum Pontificem Caput, Principem suum, imo Doctorem Orbis Terrarum universi negaverit. Dicant, cùm tot, tantique viri Sedem Romanam pressi ab hostibus appellaverint, quis unquam ausus sit appellationibus hujusmodi reclamare: cùm tot Patriarchas Romani Pontifices exauthorarint, quis unquam contenderit, per nefas multatos: cùm palam Epistolis ad Græcos scriptis, in Græcia lectis, de re Græca constitutionibus se Romani Pontifices Caput Ecclesiæ, Principes Episcoporum, & sanè omnium, Judices rerum Ecclesiasticarum supremos asseverarint, quis unquam ita scribentes rejecerint, hæc asserentes damnaverit, fungentesque authoritate suprema contempserit? Quòd si contra est, atque ex his, quæ nuper adduximus, in Romano Pontifice Petri Successorem omnis ætas agnovit, omne Concilium veneratum est, falsi sunt omnes Græci, quotquot Orthodoxi ante IX. sæculum, quotquot eruditione aliqua clari post IX. sæculum, quis erit tam demens, aut turpiter adeò impudens, ut hoc argumento non putet abunde demonstratam esse, contra Photianam ψευδολογίαν, supremam in tota Ecclesia Romani Pontificis potestatem? Hanc fateor, tandem inquit (1) Margunius, planéq; veneror, venerabórque semper impensè iis in Romanorum Præsulibus, qui nondum erraverant. Fuere illi reverà Patres Christianorum, Reipublicæ sacræ Principes, Pastores omnium, & Ecclesiæ toto Orbe dispersæ Magistri, donec sensere nobiscum, οὐδὲ τυφωθέντες τῇ τῶν ὑποτεταγμένων ὑπακοῇ εἰς παγίδα, καὶ σκάνδαλον διαβόλου ἐξέπεσον· ἀλλ' ἐπεὶ πρὸς κενοδοξίαν στραφέντες τὰς αἱρέσεις ἠγάπησαν, γενόμενοι ἀζυμῖται, καθαρτηριασταί, ὀψίθεοι, πνευματομάχοι, τῆς ἐξουσίας ἐξέπεσον, καὶ ἐστερήθησαν τῆς πρωτείας, γενόμενοι ἔσχατοι οἱ πρῶτοι, ὅταν ἔδοξαν αὐτοῖς ἀσφαλεῖς, καὶ τὰς αὐτὰς οἰκουμενικὰς συνόδους ἀσεβῶς ὑπερέχοντες. Nec inflati ob subditorum obsequium in laqueum, & scandalum Diaboli inciderunt. At, ubi in vanam gloriam conversi hæreses amaverunt, facti Azymitæ, Purgatoriani, Opsithei, Pneumatomachi, excidere potestate, & multati sunt principatu ad extremum redacti Ordinem, qui primi fuerant, cùm sibi ipsis visi sunt errare non posse, atque impiè ipsas OEcumenicas Synodos potestate prætervehi. Hæc ex more Sectæ Margunius, eademque Nilus (2) Cabasila, ante quem eadem Michael (3) Anchiali, post quem eadem Simeon (4) Thessalonicensis. Etenim hoc passim usuvenit cum Photianis pugnanti, ut illi vel invito extra chorum saltare necesse sit, atque ubi adversarios convicit, iterum invictos inveniat. Ergo asseritis non aliam ob causam excidisse Principatu Romanum Pontificem, nisi quia vobiscum non sentit: atque adeò hæreticus est. At hæc, boni viri, his in Responsis nostris obiter passim diluimus, & alibi ex industriâ fusiùs diluemus, constabitque ex illis, ut constat ex his ipsis, quæ sæpè docuimus, hæreticum esse, qui vestris consentit ineptiis. Quid igitur est reliquum, nisi ut vel inviti fateamini, esse adhuc in Successoribus Petri potestatem amplissimam Petri; quando hi non solùm ab Orthodoxæ Religionis nunquam descivere dogmatibus, sed propterea Orthodoxi censendi sunt, quòd vestris adversantur dogmatibus, quæ quoniam abundè refutavimus, liceat, quam instituimus, constituimusque tractationem tandem laboriosè conficere.

(1) *In Antirrhet. pro Marco circa finem in Epilogo.*

(2) *Lib. de caus. dissens. Eccl. & lib. de Primatu.*

(3) *Dialogo cum Manuel. Comneno.*

(4) *Dialog. de rebus Eccles.*

SECTIO III.

De probatione per Famam; Ubi Calumniæ Margunii contra Aulam Romanam rejiciuntur.

SUMMARIUM.

I. *Famæ plerumque fidem non esse præstandam, neque ex ea fieri probationem.*

II. *Margunii Calumniæ circa Divorum* Canonizationes. *Quantis probationibus eas auspicari soleat Romana Ecclesia.*

III. *Ex Fama aliquando probationem Constitui. Explicatur, quando locum habeat probatio per Famam.*

IV. *Famam stipatam adminiculis validissimè probare in omni negotio, latè ostenditur ex Jure Græco.*

V. *Fama sufficit ad repulsam à Sacris Ordinibus. Cùm à Populo recipitur, plerumque vera est, saltem ex parte.*

VI. *Ratio, cur fama sufficiat ad repulsam Ordinum: Margunii Calumniæ in Aulam Romanam proponuntur: ejusque Inconstantia perpenditur.*

VII. *Scandala semper in Ecclesia fuisse, & Vitia: Hæc non deesse Latinæ Ecclesiæ; tamen damnari: multò plura esse Photianorum, à quibus probantur. A Latinis Famam non contemni.*

VIII. *Cogitur ad considerationem Romanæ Urbis Margunius; Ostenditur, eam non ex privatis, sed ex publico æstimandam.*

IX. *Simoniam totam apud Photianos esse: id osten-*

Digitized by Google

ostenditur verissimâ amplificatione, & testimonio Metochitæ.

X. *Confirmatur hoc ipsum recentioribus testimoniis Malaxi?*

I. DIximus, præsumptionibus ritè probari sacrorum Ordinum impedimenta, superest, ut & illud consideremus an eadem probentur & Famâ, & Testimonio. De Famâ non deerunt, qui ultrò negent, quippe ex effato Pauli (1) Jurisconsulti fallax plerumque est, nec obesse solet; quare plenam probationem non facit authore (2) Accursio, cui subscripsit (3) Bartholus, & post eum (4) Decius, & Cardinalis (5) Albanus hanc esse communem opinionem testatus. Imò nec semiplenam probationem famâ constitui solâ posse censuit (6) Mascardus, producto Juris (7) decreto, & Rotæ (8) decisione. Quibus addi potest & illud, quod maximè facit ad confirmationem ejusdem sententiæ. Nam fama non videtur à Rumore differre, quemadmodum (9) Quinctilianus asseruit, & (10) Valla probat. Jam Rumor ex falso est, ut idem (11) Quinctilianus affirmat, ita rumorem describens, ut sit sermo sine authore dispersus, cui malitia initium dedit, credulitas incrementum. Id, quod confirmari per (12) Jus posset, omninoque confirmatur luculentissimis verbis Tullii C. Cassio (13) scribentis. *Nos de Dolabella, quæ voluimus, audivimus, sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuncio.* At enim ex falso nulla probatio est: igitur & ex Famâ nulla erit. Accedit, quod Jure censente certissimum est, Famam vim testimonii non habere, sed vice dumtaxat accusatoris, vel Judicis fungi, ut nobis ingerit (14) Innocentius III. Quapropter probare non poterit, quemadmodum neque accusator, neque Judex per seipsos probant illud, quod aut deferunt, aut cognoscunt. Quid quod ex communi Doctorum virorum effato Fama solet plus mali, quàm boni nunciare, ob eamque rem Pelignus (15) Vates famæ naturam rimatus, eam esse pronunciavit.

—— quæ veris addere falsa
Gaudet, & à minimo sua per vestigia crescit.

Et apud (16) Senecam lena nutrix ad incestos amores Phædram alumnam alliciens: volentem sanè, sed nondum famâ contempta audacem, ait:

Contemne Famam: Fama vix vero favet,
Pejus merenti melior, & pejor bono.

Quin & inter Nostros Alexandrum Macedonem hæc de fama dicere consuevisse, retulit (17) Curtius: *nunquam ad liquidum fama perducitur, sed falsis mista omnia, illa tradente, majora sunt vero.* Plura his similia undequaque decerpta more suo importunè, opportunè (18) Simancas congerit, ex quibus tandem colligitur, nihil ritè probari posse per famam.

II. Atque hoc ipsum illud est, quod avidissimè adsumpsit Margunius, effatus, ut assolet, arroganter, deductam ex fama probationem ridiculam esse, solisque Latinis probabilem. Id, quod non gratis adsumpsit: collimabat enim in illud, quod mox aggressus impiè prorsus asseruit, nullam habendam rationem virorum, quos, post Schisma miserrimum Gentis nostræ, Latini Cælitibus adscripsere. τούτων, inquit, τὰ διαθρυλλούμενα θαύματα φήμη διαδίδωσι. ψευδεῖ γοῦν μαρτυρίᾳ κακῶν ἀνθρώπων, καὶ πανούργων κολακείαις ῥωννύσῃ. *Horum celebrata miracula fama traduntur: mendaci scilicet testimonio, vafrorumque hominum adulatione roborato.* Quasi verò cùm Superûm alicui decernuntur honores penes Latinos solâ famâ (quam etiam Photiani jampridem omittitis soliti ad libitum Typographorum vestrorum Divos recipere) sola, inquam, famâ Virorum merita, virtutesque probentur. Quod adeò falsum est, ut hac in re maximè Latini caveant, ne Famæ soli Fides adhibeatur. Quapropter ex Urbani VIII. decreto, ne quid Fama Veritati conciliet, populorumque plausibus aliquid detur, non nisi post Sexagesimum annum ab obitu ejus, de cujus Apotheosi negotium est, agi potest: vetaturque interim omnis cultus, omnis honor præcipuus: ne quis putet, præscribi posse in quasi possessione Sanctimoniæ. Porro ipsum negotium conferendorum honorum hujusmodi tam acutè, tam severè, &, ut ita dixerim, superstitiosè peragitur, ut ex humanâ diligentiâ nihil ulteriùs conferri possit ad securitatem Solemnitatis eximiæ. Adest Romę, sumptuque Sedis Apostolicæ alitur Jurisconsultissimus aliquis vir, cui ea cura commissa est, ut quidlibet usquequaque proponat, omnibusque viribus enitatur, ne quid in hujusmodi rebus damni Ecclesia patiatur. Hoc auspice miracula revocantur ad trutinam, gesta criticè perpenduntur, cribrantur testimonia, nihilque non exquisitè consideratum admittitur, tantâ ubique severitate, ut mihi, si qua mihi fides penes Græcos meos est (est autem, ni fallor, aliqua) testari jurato liceat, hac in parte nihil à Latinis omitti, quo rei, quæ peragitur, Veritas queat agnosci. At, inquit Margunius, quàm sæpe in Biographis Latinorum Divorum recentium narrationibus occurras ineptis, ridiculis! Quàm multa ibi famæ traduntur! Quàm crebrò levia, absurda, neque ullo pacto credenda reperies! Esto, ut mentitur Margunius: esto ut idem aliquando jure damnat. Fateor in Biographis sæpe recentibus multa leviter, aliqua ineptè narrari, quæ tamen etiam in Metaphraste nostro, non semel, occurrent: At non inde censendum de Divis, quos Romana Veritas adnumerat Superis. Videant Photiani Acta publica Rotæ Romanæ, perlegant *Canonizationis*, ut ajunt, Diplomata, siquid ibi aut ineptum, aut leve, siquid non omnino comprobatum repererint, credamus Margunio. Sed novi, nihil ibi non penitùs constitutum, non grave, non grande, virorumque tantorum penitissimam sanctimoniam plena probatione confirmans; ut planè non nisi à mendacissimo Margunio damnari queat, quod tota Jurisprudentia laudet, approbetque.

III. Demus tamen & hoc fama probari, quæ de Divis recentioribus afferuntur. Ajo, ex fama persæpe probationem legitimam esse. Quamvis enim fama, ut Rumor est (neque enim omnis fama Rumor est solus) ex se ipsa non probet, ut ingenuè fatemur, qui iis palam adstipulamur,

(1) *In L. ult. ff. de hær. instit.*
(2) *In L. 3. §. ejusdē quoque vers. confirmat. ff. de test.*
(3) *d. §. ejusdem eodem vers.*
(4) *In c. 1. n. 36. de appellat.*
(5) *d. §. ejusdē eod. vers.*
(6) *De Probat. vol. 1. concl. 185. n. 2.*
(7) *In c. 1. de app. c. veniēs 2. & c. præterea de test.*
(8) *Decis. 16. al. 236. in Novis. de præben.*
(9) *Lib. 5. Instit. Rhetor. c. 3.*
(10) *Lib. 4. Elegāt. c. 7.*
(11) *d. c. 3.*
(12) *In d. L. ult. ff. de hær. inst.*
(13) *Lib. 12. Epist. Famil. Ep. 10.*
(14) *c. qualiter, & quādo 2. de accusat.*
(15) *Lib. 9. Metamorph.*
(16) *In Hippol. act. 1. Scen. post Chor. 1. in fin.*
(17) *De gest. Alexan. M. lib. 9.*
(18) *Catholic. Instit. tit. 65. n. 38. & 40.*

(1) *In L. decurionum Cod. de pœn.*
(2) *In L. de minor. §. plurimū n. 15. 31. & 33. ff. de quæstio.*

Digitized by Google

mur, quæ passim à Jureconsultis dicuntur, attulimusque superiùs; tamen fama, ut ab iisdem Jureconsultis aptè describitur, sæpissimè probat. Est enim fama opinio voce manifestata à fide dignis, certisque personis originem ducens, quemadmodum ex (1) Jure constitui potest, & affirmatè constituunt (2) Bartholus, (3) Alciatus, (4) Felinus, quorum effatis præivere Nostri Matthæus (5) Monachus, (6) Tipucitus, (7) Harmenopulus, ex quo falsissimum est, idem esse rumorem, ac Famam. Ait enim: ὁ δὲ λόγος ἀδέσποτος, ὃν καὶ θρύλλον λέγομεν, καὶ φήμην μετέωρον, ἐν τοῖς νομικοῖς διαιρεῖται τῆς φήμης ἁπλῶς λεγομένης· ἐκεῖνος γὰρ ὑπὸ κακῶν μετὰ ψεύδους ὑποψίαν ἔχει πονηρίας, καὶ πρόληψιν ῥαδιουργήματος ἐμποιεῖ, αὕτη δὲ οὐδὲν τούτων, καὶ ἐκ τῶν ἀξιοπίστων ἐστί. *Rumor autem incertus, quem & Rumorem planè dicimus, & famam sine authore, in Jure distinguitur à fama simpliciter dicta: ille enim à malis cum mendacio suspicionem habet malignitatis, & præsumptionem fallaciæ facit: hæc verò nihil horum; & ex fide dignis hominibus est.* Id, quod post Harmenopulum nostrum, & Latini dixere cum (8) Glossa, (9) Innocentio, (10) Alciato, & Æmilio (11) Ferretto, quos ad id refert (12) Menochius. Sequitur, ex fama probationem esse legitimam posse, quod planè contra Margunium constituimus, asserimusque; Rati in ea ipsa re, ob quam famam Margunius reprobat, eam vim habere probationis non omnino spernendæ. Etenim Jure constitutissimum est, famam in antiquis probabilem esse, & ex ea ritè antiqua probari. Quo fit, ut Feudum antiquum fama probetur, ut respondit Soccinus (13) Senior, quem (14) Craveta secutus est. Quin imò in antiquissimis, quæ probantur difficilè, optimam esse probationem ex Fama docuit (15) Lambertinus, recepitque (16) Menochius, penes quem in arduis, & antiquissimis fama obtinet locum authenticorum documentorum. Quod & (17) Nicæus, & (18) Sextus, & (19) Garidas Nomophylaces nostri accuratè notarunt, apertèque pronunciavit Gregorius (20) Patzò Logotheta Dromi, hoc notabili scholio: ἰστέον δὲ, ὅτι τὰ παλαιὰ, καὶ τὰ δυσχερῆ ἔχοντα τὴν ἀπόδειξιν, τῇ φήμῃ, καὶ τῇ παραδόσει τῇ ἐκ πατέρων πρὸς υἱὸς, καὶ ἐγγόνοις ἀπόδειξιν λαμβάνει, καὶ γίνεται φανερὰ, ὥστε χρῆναι κατὰ τὸ ἄγραφον τὴν ἀπόφασιν ποιῆσαι. ὅτι τὸ ἄγραφον, καὶ ὁ λόγος συγγράμματος ἐν τοῖς τοιούτοις ἰσχὺν ἔχει, καὶ ῥώμην προστίθησι. *Sciendum verò prisca, & difficilem probationem habentia, famâ, & Traditione à Patribus ad filios, & Nepotes probationem accipere, & fieri manifesta ita, ut oporteat juxta non scripta sententiam fore. Quoniam non scriptum, & fama scripti, in rebus hujusmodi, vim habet, ac robur addit.* Quæ cùm ita sint, quis non nisi mentis inops negaverit, sanctimoniam Virorum posse fama probari, ritèque constitui posse, mores eorum, quos antiquitas nobis optimos indicat, tales habendos, quales eos nobis probatus Rumor, populorumque consensus insinuat?

IV. Hoc ad reprimendam loquacissimi Photiani proterviam. Cæterùm citra ea, quæ antiqua sunt, fama adminiculis nixa, stipataque adeò Veritati videtur congruere, ut ex eâ Judex ad tormenta queat procedere. Quapropter (1) Tipucitus noster. Οὐ χρὴ, ait, τὸν δικαστὴν ἐκ μόνων λόγων, καὶ φήμης ἐπιούσης τοὺς ἐλεγχομένους ἀνάγειν εἰς βάσανον· ἀλλὰ τότε γοῦν, ὅταν ἡ φήμη χειραγωγίαν ἔχῃ· τότε γὰρ καὶ βάσανος δίκαιος πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ ἐγκλήματος· ὅτι τὸν τριβλάμενον ἐξειπεῖν τὴν ἀλήθειαν· ἔτι δ' ἐκ τούτου, χειραγωγουμένην τὴν φήμην ἱκανὴν εἶναι πρὸς τελείαν ἀπόδειξιν. *Non oportet, Judicem ex solis rumoribus, & superveniente fama reos ad tormenta deducere, sed tunc quidem, cùm fama adminiculum habet: tunc enim & tormentum justum est ad probationem criminis, ut tormentis coactus confiteatur, quod verum est. Sequitur ex his, famam adminiculis confirmatam idoneam esse ad perfectam probationem faciundam.* Hunc in modum Jurisconsultissimus ex Nostris, quem videntur secuti pleno agmine Latini (2) Bartholus, (3) Salicetus, (4) Gandinus, (5) Belvisius, (6) Baldus, (7) Angelus Aretinus & ex recentioribus (8) alii. Quod sanè verum est, cùm fama simplex est, & per se, uti dicimus, ἀδιάφορος. Nam, si vehemens sit, etiam sine adminiculis ex se solà idonea est, atque ex eâ poterit Judex tormentis agere, ut à Reo exprimat Veritatem vel invito. Ita hercle ex Nostris plerique censuere, præsertimque (9) Modestinus Nomophylax, cujus siquidem Commentarios hostis Jurisprudentiæ Margunius, vel summis oculis, delibasset, non adeò in famam rudem calamum, stolidamque dicacitatem acuisset. Etenim vir Photianus, & amicus Photii, cujus se in liberalibus disciplinis discipulum dicit, sic de famâ sapienter pronunciat. ἐστὶ δὲ φήμη ἁπλῶς χειραγωγίας δεομένη πρὸς ἀπόδειξιν, καὶ βάσανον τῶν ἐλεγχομένων, ἢ κατακρυπτόντων τὴν ἀλήθειαν, ἐστὶ δὲ καὶ φήμη ἐξ αὐτῆς ἱκανὴ, βιαία λέγεται, ἧς κρίσις τῷ δικάζοντι δίδοται. αὕτη δὲ καίγε ἄνευ χειραγωγίας ἱκανή. *Est autem fama simpliciter adminiculis indigens ad probationem, & tormentum reorum, vel occulentium Veritatem. Est etiam fama ex se se idonea: vehemens dicitur, cujus judicium arbitrio judicis passim relinquitur. Hæc, tametsi sine adminiculis, probat.* Idipsum affirmavit Leo (10) Laridas Judex Veli, cujus hæc verba prelegant Photiani, ut tandem agnoscant, quid Jureconsulti Photianam secuti Sectam contra Margunii procaces ineptias censuerint. ἡ βιαία, inquit, φήμη ἀπόδειξιν ἐμποιεῖ πρὸς ἱκανὴν βάσανον, καίτοιγε ἡ μὴ χειραγωγουμένη· βιαία γὰρ λέγεται, ὅτι βιάζει τὸν δικαστὴν πρὸς ἀπόφασιν ἢ τελείαν, ἢ καὶ τείνουσαν πρὸς τελείαν. *Vehemens fama probationem facit ad justum tormentum, quamvis adminiculo carens. Vehemens enim dicitur, quòd adigat Ju-*

(3) Lib. 1. parergor. c. 6.
(4) In c. venitus 1. n. 17. de test.
(5) Ad Synops. Attal. titul. de præs. Schol. 4.
(6) Ad tit. Cod. de quæstio. insi.
(7) In Novell. 2. Côst. Porphyro.
(8) In c. super eo. de eo, qui cogno. cō. sang. uxor. suæ.
(9) In c. vestræ de cohabit. Cler.
(10) d. c. 6.
(11) In L. 3. in pric. n. 10. ff. de test.
(12) De præsump. lib. 1. q. 1. n. 42. & seq.
(13) Cons. 166. col. 4. vol. 2.
(14) De antiq. tēpor. ult. p. n. 9.
(15) De Jurepatron. lib. 1. p. 2. art. 4. q. 10. nu. 13.
(16) Ubi supr. lib. 3. præsū. pt. 90. nu. 12.
(17) In explic. Novell. 12. circa med.
(18) In adnot. ad Novell. 20. init.
(19) In Notis ad Novell. tit. 6. in fin.
(20) In Exhegesi Novell. Michaelis Ducæ Schol. 52.

(1) In d. tit. Cod. de quæstio.
(2) L. de minore §. tormenta ff. de quæst. ubi reliqui.
(3) In L. ea quidē. §. quia propter. ff. de accus.
(4) De Malef. rubr. de quæst. & torment. vers. ad exprobrationem famæ.
(4) In Pract. Crim. rub. de quæstio.
(6) In L. voluntatis. C. de fideicom.
(7) de Malef. ver. fama publica.
(8) Jas. in repetit. L. admonēdi n. 205. ff. de jurejur. Brun. de indic. & tortur. p. 1. q. 3. n. 32. Marsil. in pract. Crimin. §. diligenter n. 25. & sing. 97. Ant. Gomez. tom. 3. variar. c. 13. de tortur. reor. n. 313. Paris. cōs. 153. lib. 4. Carrer. in pract. Crimin. pag. 42. in 2. indicio. Simanc. Instit. tit. 65. n. 36. & seq. Clarus in pract. Crim. §. fin. q. 21. vers. fama. Craves. cons. 41. n. 6. Grammat. cons. 17. n. 10. & cons. 32. n. 7. in Criminal. & voto 34. n. 3. (9) In Schol. ad tit. omn. Novell. tit. 18. (10) In enarratio. Novell. 6. Leonis in fin. (11) In Comment. ad lib. 3. Pandect. interrog. 12. (12) In lib. 18. Basilic. quæst. 64. (13) In Novell. 2. Isaacii Comneni. (14) Ad Novellas Leon. Schol. 8. (15) Ad Novell. 3. Leon. in fin. (16) Ad Novell. ult. Isaac. Angeli Schol. 64. (17) Cons. 91. Domino Paci. lib. 1. (18) In c. 1. §. injur. de pac. jur. firm. (19) In repet. L. admonendi n. 205. ff. de injur. (20) In c. venientes n. 15. de test. (21) In d. L. de minore §. plurimum n. 29. & sing. 205. & cons. 3. & cons. 29.

Digitized by Google

dicem ad sententiam definituram negotium, *vel saltem ad interlocutoriam*. Eadem post hos sensere ex Nostris Phocas (11) Drungarius Viglæ, Isidorus (12) Antecessor, Domninus (13) Nomicus, Gobidas (14) Logotheta Genici, Hagiotheodoretus (15) Monachus, postremusque omnium Jurisconsultorum nostrorum (16) Doxapater Sacellarius, quorum effatis adstipulati sunt post (17) Bartholum, & (18) Baldum (19) Jason, (20) Felinus, (21) Marsilius, (22) Carrerius, atque (23) Grammatica. Adeò verum est, solâ famâ plerunque probari aliquid posse. Quod etiam protendendum est, ut verissimum sit, si famam comitetur Denunciatio, uti dicimus, viri alicujus sacrâ potestate conspicui, ad quem pertineat cura ejus, qui Judici sistitur. Etenim tunc solâ famâ concludi posse non jam aliquis ex Latinis, sed tres ex Græcis asseverant, Bestes (24) Conostaulus, Baphius (25) Judex Veli, & (26) Theophilitzes Nomicus, quorum postremus ἡ ἐπαγγελία, inquit, τῶν ἱερέων, καὶ δὴ μᾶλλον τῶν ἱερὰν ἐχόντων ἐξουσίαν πρὸς ψυχῶν σωτηρίαν, τὴν διεσπαρμένην φήμην πρὸς ἀπόδειξιν ἰσχυρίζει καὶ μόνην. *Denunciatio sacerdotum, & eorum maximè, qui sacram potestatem habent ad animorum salutem, famam vagam, ut ut solam, ad vim probationis adducit*. Cui persimile Latini quidpiam tradunt, fassi, famam idoneam esse cum denunciatione Syndici, confirmaturque authore (27) Bartholo, (28) Bruno, & (29) Carrerio.

(22) In d. 2. indicio. (23) Conf. 57. n. 16. in Crimin. (24) In Synops. Novell. tit. de probat. (25) In Schol. ad li. 4. Basilic. Schol. 37. (26) In Epitom. Basilic. c. 31. (27) d. cons. 91. in fin. & in l. excusantur §. ætas ff. de excusat. tut. (28) De Indic. & tort. p. 1. q. 3. n. 32. (29) d. 2. indicio n. 3.

V. Quòd si in iis nempe judiciis, ubi de pœnâ agitur, aut etiam de re difficilibus probationibus constituendâ, fama persæpe probat, potiori jure probare dicenda est iis in quæstionibus, in quibus id agitur, ne quid damni Respublica capiat, cujus quemadmodum præcipua pars in re sacra sita est, ædepol in re sacrâ, cùm id cavemus, ne quid obsit Ecclesiæ, fama probabit. Ejus proinde Antistes satagat, ut famam provehendi consideret, atque inde argumenta nequitiæ, probitatisve deprehendat. Id, quod Jure Latino tacente, passim (1) Jus nostrum insinuat. Quare Prodromus (2) accuratè: ὁ δὲ ἀρχιερεὺς, ait, οὐδένα εἰς βαθμὸν ἐκκλησίας χρηστὸς ἀνάξει, εἰ μὴ καλῶς ποιήσῃ ἐξέτασιν φήμης αὐτοῦ, ἐκ γὰρ ἐκείνης λήψῃ κρίσιν τοῦ βίου, καὶ τῆς διαίτης ἀπόδειξιν. *Antistes autem neminem ad gradum Ecclesiæ bene provehet, nisi ritè famæ ejus examen agat: Etenim ex ea capiet vitæ, atque morum probationem*. Sanè rejiciendum docuimus ex Canonum authoritate eum, qui aliquâ laborat infamiâ; quippe cùm oporteat ex Apostolo *irreprehensibilem* esse, imò & *inconfusibilem* eum, cui imponendæ sunt manus: At, qui famæ crebris, latèque diffusis rumoribus accusatur, damnaturve, & *reprehensibilis* est, & *confusibilis*: rejiciendus igitur à sacris Ordinibus, in quibus eum haud decet constitui, qui penes Populum malè audit. Olim gravissimum Virum audivi seriò dicentem: cùm uti lupo animanti cuipiam ab omnibus inclamatur, eam, sin minus lupum, canem deformem esse. Quod apophthegma congruit cum Eratosthenis Prytanitæ penes (3) Planudem dicto, qui cùm Ostracismum per nefas passus, atque Athenis ejectus esset, ubi navim conscendit navigaturus in Æginam, diu defixis ad mali pedem oculis hæsit attonitus: cui cogitabundo subridens Nauclerus: an, inquit, atrocitatem pœnæ consideras? οὐ τοῦτο, ἔφη, ἀλλ' εὐλαβοῦμαι, μὴ δικαίως ἐζημιώθην. ἡ γὰρ τοῦ δήμου διάγνωσις σφάλλεται δυσχερῶς, καὶ εἴποτε, οὐ πάντη γε ἀληθὴς, ἀλλὰ κατὰ μέρος. *Non hoc, ait: sed vereor, ne justè multatus fuerim. Nam vulgi judicium difficilè fallitur, & si quando non omnino verum, ex parte tamen*.

(1) Vide Synodica apud Canonarch. de vi Canon. c. 18. (2) De Interpret. in Can. 3. S. Cyrilli. (3) In Adagiis cent. 1. n. 79.

VI. Hinc hæc ipsa probatio, quæ aliis in rebus sæpe, non semper idonea est, quæque, cùm idonea est, aliud à se probat: in re, quâ de agimus, semper est apta, idonea, efficax: neque enim aliud à se probat, sed se ipsam, ut per seipsam provehendum ad Ordines, & si non planè approbet, reprobet sanè. Esto, veram non reputes famam, quâ candidatus Ordinum ineptus asseritur, hoc superest, ut ineptum putes, rejiciasque, quem fama docet ineptum. Scilicet, ut ut famulum ad obsequia recipiendum domestica falsò vituperari, despicive arbitrere, & immeritò; nec fidem præstes famæ rumoribus, hominem furacissimum propalam affirmantis, eum tamen prudenter rejicies. Nimirum, ne, si fortè verax fama sit, rei obsit famuli vitium, neu, si mendax sit fama, tibi adhuc ex ea gravissimum illud tormentum immineat, ut semper timeas, semper famuli manus observes. Ita sola suspicio ex famâ nata ad rejiciendum à famulatu hominem superest. Quid ni supersit ad rejiciendum à Ministerio Sacro? Ita fama, licèt mendax habeatur, & garrula, ritè, ac rectè agenti Prudentiæ causam facit à re domesticâ repellendi, quem ipsa notat: quid ni causam sufficiat providi Pastoris industriæ abstinendi ab Ordinibus Sacris, quem fama fore rebus Ecclesiæ perniciosum affirmat? Notavit hoc ipsum (1) Margunius, qui mox ejusdem, ut solet, oblitus famæ probationem profanam, & impiam, ac penitùs damnandam asseruit. Nam, cùm properaret in Latinis frangere genuinum, sic (2) scripsit. ὢ τῆς ὑπομονῆς σου Χριστὲ, ὢ τῆς μεγάλης σου ὑπομονῆς· πόσα σκάνδαλα βλέπομεν ἐν τοῖς πνευματομάχοις· περὶ οὐδενὸς ποιοῦσι τὴν φήμην αὐτῶν· πάντα τὰ κακὰ πράττουσι φανερῶς, ἐντρέπονται μὴ εἶναι ἀδιάντρεπτοι· ἀνάβα εἰς τὴν τῆς ἀποκαλύψεως Βαβυλῶνα, καὶ ἴδε τὰς ἀσελγείας, τὰς σιμωνίας, τὰς λαφυροβολίας πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν· ἐκεῖ ἐν βύσσῳ ὁ φθόνος, ἐν τῇ πορφύρᾳ ὁ τῦφος, ἐν τῇ τιάρᾳ ἡ πλεονεξία· τ' ἄλλα κατασιωπῶ, μήποτε τῶν ἱερῶν νεκρῶν σκανδαλίσω· ἀλλὰ καὶ ἐξ ὀλίγων ἀπόδειξις φανερὰ, ὅτι λοιδοροῦσι τὴν φήμην, καὶ τὸ καλὸν τοῦ ὀνόματος, δι' ἧς τὴν ἀξίαν τῶν χειροτονουμένων διαβεβαιοῦσιν οἱ χειροτονοῦντες. *O tuam patientiam, Christe, ò tuam magnam patientiam! Quot scandala videmus in Pneumatomachis! Nihili pendunt suam ipsorum famam. Mala omnia peragunt palam. Pudet eos impudentes non esse. Ascende ad Apocalypsis Babylonem, & vide impudicitias, & Simonias, & congregata spolia omnium Ecclesiarum. Ibi in Bysso invidia, in Purpura fastus, in Tiara avaritia. Cætera reticeo, ne*

(1) In Antirrhet. pro Marco post proœm. (2) Not. 19. ad Can. Carth. et not. 4. in Can. 3. S. Cyrilli.

quen-

quenquam ex parvulis sacris offendam. Sed & ex paucis manifesta probatio est: contemni nimirum ab illis famam, & bonum nomen, per quod eorum, qui provehuntur, dignitatem augent, qui manus imponunt. Habes in primis, ex fama posse quem idoneum recipiendis Ordinibus æstimari; id, quod tamen rigidè negarat supra Margunius. Tanta in homine inconstantia sententiæ! Nec mirum. Utrumque verissimum est, & mendacem memorem esse oportere, & vix unquam memorem fuisse mendacem, præsertim si ex more, & vitio jam prorsus inolito quispiam sæpissimè mentiatur. Quod sanè, si cætera exempla deessent, in hoc, quem passim refellimus, homine palam evincitur. Nam quoties manifestè docuimus, nullam adhibendam propudiosæ fidem mendacitati? Quoties hoc ipsum ostendimus, non aliter in scriptis Margunii Veritatem deprehendi posse, quàm si oppositum iis, quæ asserit, affirmatè verissimum putes?

VII. Ecce & hìc Latinos, (quos Pneumatomachos jure in eum sensum dicendos censeo, quòd pro divino Spiritu sapientissimè pugnent contra Photianos, quorum sententia legitimè probat, à Filio Spiritum non distingui: id, quod, nondum lecto D. Thoma, notavit (1) Bessarion, & post eum plerique (2) Theologorum, quos egregiè sequitur Dominus, & Magister meus sapientissimus Bartholomæus (3) de Caregno Soc. Jesu) Ecce, inquam, & hìc Latinos mendacissimis calumniis aggreditur, eosq; ita describit, quales non descripsisset Saracenos ipsos, quorum Sectam sæpissimè laudat. Scandala inter Latinos esse, nemo negaverit. Etenim nulla unquam Sacra Respublica scandalis caruit. A primis Ecclesiæ, ut ita dixerim, vagientis unguiculis incipe, inter ipsos duodecim, quos Corporata Numinis Sapientia ministros Veritatis elegit, proditorem (4) unum invenies, alium (5) inficiatorem; hunc audies vocari (6) *Satanam*, illum (7) *Diabolum*: plerosque penè non stolidos: *ἀκμὴν*, (8) ait, *καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; adhuc & vos sine intellectu estis?* omnes reos ambitiosæ (9) contentionis, omnes etiam turpissimè (10) timidos. Perge ulteriùs, & Apostolorum percurre tempora, mox adolescentis Ecclesiæ aurea sæcula: siquid cordis tibi erit, homo nullius planè pretii, si qua tibi priscorum sæculorum notitia, Canonista ignorantissime, ingenium bardum erudiet; nosces, non defuisse unquam Ecclesiæ scandala, quæ à (11) Sponso, ut lilium inter spinas, consideratur aptissimè propterea, quòd, ut Philo (12) Carpathius acutè, & sapienter edisserit, inter scandala peccatorum pulchriùs enitescit. An porro vos Photiani *ἀπολογήσεσθε*? Pudet me reverà, turpitudines vestras proponere: Eas, si libet agnoscite, ex Metochita (13) Theodoro, qui mores vestros non sub Tyrannide hac, quam propter Vos miserè patimur, sed in ipsa regia luce Imperii vestri operosè descripsit. Nam nunc quid penes vos non corruptum, non mutilum, quos inter nullus Ordo, sed sempiternus horror inhabitat? ut reverà vestram quadrent ad Sectam, quæ Patientiæ (14) Jobus exemplar de suo vaticinatus sepulcro est. Scilicet hæc illa terra (15) est *σκοτεινὴ, καὶ γνοφερὰ, γῆ σκότους αἰωνίου: tenebrosa, & operta mortis caligine, terra miseriæ, & tenebrarum*; sive servitutem, quam nunquam finiendam, nisi tandem resipiscatis, patimini; sive horribilem ignorantiam, quam æternùm, nisi vos Veritati aliquando præbueritis dociles, opprimemini, quandoque consideretis. Sunt ergo utrobique scandala, nec majora inter Latinos, quàm inter vos: imò inter vos majora, magisque pudenda. Hoc inter vos certè interest, & Latinos: Scandala vestra laudatis, sua Latini damnant: in Vobis probantur scelera, inter Latinos puniuntur. Vos, si quid peccatis, id licere contenditis, Latini, si quid patrant, hoc scilicet detestantur. Ita, quod exlegis Reipublicæ est, infelices patimini, ut vitia in vobis sint, & regnent: cùm Latini, quod omni Reipublicæ Sanctissimis legibus constitutæ contingit, experiantur, ut in illis vitia sint sanè, sed subsint. Neq; enim nisi effrons, & profligata mendacitas queat asserere, famam à Latinis olim contemni, patrari apud eos scelera palam, pudere eos ipsius hujusce, quod pudeat. Quæ hercle monticolis illis Photianis, & agrestibus, qui Eurotæ ripas, Taygeti cautes, Tænarique inhospitales, penè dixerim, rupes incolunt, fortassis insinuabis, Marguni, deridenda profectò, damnandaque Græcis omnibus, quicunque in Italiam semel peregrinati videre miram, vel in pueris, Christianæ sapientiæ disciplinam, creberrimum divinorum Sacramentorum, vel in profanis hominibus usum, publicam in Templis, atque Proseuchis munificentiam, publicam in Xenodochiis, atque Nosocomiis liberalitatem, severitatem in carceribus publicam. Quâ fit, ut non solùm pudeat peccasse, sed pigeat; quâ fit, ut vitia non solùm pudori sint, sed timori; quâ fit, ut non solùm placeat, quod licet, sed ut quandoque, vel quod licet, non liceat.

(1) *In Ep. Encyclic. 1. ad Græcos. ante med.*
(2) *In Tract. de Deo Trino, & Uno.*
(3) *In Contro. de Deo Chr. ult. de Deo, ut Trino Disp. ult. concl. 1. à n. 502.*
(4) *Luc. c. 6. n. 19.*
(5) *Mat. c. 26.*
(6) *Mat. c. 16. n. 13.*
(7) *Joan. c. 6. n. 71.*
(8) *Mat. c. 15. n. 16.*
(9) *Luc. c. 22. n. 24.*
(10) *Mat. cap. 26. n. 56.*
(11) *Cantic. c. 2. n. 2.*
(12) *In Cāt. apud Planudē Orat. 4.*
(13) *Lib. περὶ πολιτικῆς χαλεπότητος per totum.*
(14) *C. 10. n. 22.*
(15) *d. n. 22.*

VIII. Te miserum, imò potiùs dementem; parum & hoc est, Te furiosum, Marguni, si manifestis calumniis comprobandis ab Urbe Roma suffragium petis, quam olim Euangelistarum Theologus profano superbam Imperio, atque Ethnicis superstitionibus impiam, Babylonem dixit, dicturus hercle Jerusalem Christianam, Cælestis æmulam, cælestisque Vicariam, si futuram, qualis nunc est, aspexisset, sacra Pontificum potestate modestam, tot, tantorumque Martyrum generoso sanguine purpuratam! Age, Romam ascende: ascendentem tamen haudquaquam destituam. Ibo comes: hærebo lateri, cogamque te vel invitum malignitatem aliquantisper deponere. Hæc Roma est. Nolo Populi mores rimere, nolo privata consideres. *τὰ τοῦ λαοῦ, καὶ τὰ οἰκεῖα τὰ ἐν ταῖς πόλεσι πρὸς κατηγορίαν τῆς πολιτείας, οὐ καλῶς ἀναφέρεται· ἐκ τῶν δημοσίων αὐτῆς ἐστι τὸ κατηγόρημα. Quæ à Populo fiunt, & quæ privata in Urbibus esse censentur, ad condemnationem Reipublicæ producuntur non benè. Ex publico illa damnatur*: Sententia Solonis est ex (1) Planude: & alioqui vix urbem invenies, quam non damnandam existimes, si, quæ fiunt privatim, objicias. Ergo publica Romæ considera, lynceis, hoc est malignissimis, publica oculis curiosè rimator. Ubi scele-

(1) *Apud Planud. in Adag. Cent. 1. n. 60.*

scelerata Venus, quam jactas? an ubi & casta vetatur? Ubi spolia Ecclesiarum? An ubi Clericis magnâ undequaque, & mirâ frequentiâ confluentibus, Romana beneficia (si Græcos excipias) Romana munia, Romanę purpurę conceduntur?

IX. Simoniam verò, dic sodes, quorsum Romæ requiras? si tota est apud Vos? Vos Sacra omnia licitamini, Photiani; Penes Vos sunt Sacra venalia. Pecunia vos Præsules facit, Vos Patriarchas Aurum renunciat. Cui manus imponitis, quin de pretio paciscamini? cui ἀγίασμα conceditis, quin de lucro tractetis? Universim, cui ministratis Sacramenta, quem ex prævio contractu ad sacrilegam solutionem non obligetis? Et hæc magna sunt. Vix cuiquam vestrûm licet veniam Criminum impetrare sine pecunia: Auro penes vos redimuntur peccata, non lacrimis: nundinæ sunt exhomologeses, non sacra Judicia, nec aliunde ditescitis, quàm ex apertissima Simonia, ut pecuniæ, quas hoc pacto undique corrogatas in vestram κοιλίαν possidetis, reverà sint sanguis pauperum, & pretia peccatorum. Neges hæc? At fama publica, quam rigidissimi censores Latinorum hæc publicè palam impudentissimè perpetrantes apertè contemnitis, fama inquam, publica ore centeno, millenis testibus de Vobis hæc prædicat. Famæ non creditis, probatæ quamvis, manifestæ licèt, & publicę? At factis credite, postremis exemplis credite, credite novissimis, ac recentissimis documentis. Aurum nuperrimè Patriarcham vestrum adhuc superstitem Callinicum, non ne solio Byzantino dejecit? Tyranno imputandum hoc dicitis. At quis Tyranno aurum obtulit illud, quo Callinicus dejiceretur? Quis viduum Callinico solium pretiosus emptor arripuit? Venditam constat Callinico ereptam dignitatem; neque enim aliter dignitas illa à Tyranno confertur. Si dignitas penes vos maxima venditur, summusque Pontificatus, ergo vestri Pontifices simoniaci. Quod si hac labe turpissimâ Pontifices vestri laborant, quidnam, ò boni, censebimus de minoribus? Non aliâ conditione maximum emitur, nisi ut minora vendantur: & experimento didicimus ab eo, qui pretio nactus est Infulas, non nisi prædæ pecuniâ minora Sacra concedi. Video, quid Veritas possit. Hac victus hæc de Photianis Præsulibus dicta Margunius admittat oportet. Si cætera neget, reclamabit mendaci proterviæ integra Natio, nobilissima, sapientissima, & post Christum receptum veracissima Gens nostra, quæ dementium Photianorum sordes indignata sacrilegas, hunc in modum ex Theodoro (1) Metochita eas & affirmat, & reprobat. ὢ τῆς μεγάλης, καὶ ἀπείρου, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πονηρίας· οὐδὲν ἄσυλον τῇ φιλαργυρίᾳ· αὕτη τὰ πάντα πορθεῖ· καὶ πάλαι μὲν τὰ δικαστήρια δωροδοκίαις ἐφθείρετο, νῦν δὲ ταὐτὸ πάσχουσι καὶ τὰ τῶν ἱερέων θυσιαστήρια· πάντα γὰρ δι' ἀργυρίου περαίνεται· οὐδὲ χειροτονία καίπερ λεπτῆς ἐξουσίας τι, καὶ ὀνήσεως ἄνευ χαρίσματος ἀχαρίστου, τουτέστιν ἐξ ὑποσχέσεως πραττομένη, οὐδὲ δωρεὰ τὰ μυστήρια· τιμῇ κἀντεῦθεν, καὶ τ' ἄλλα τὰ τῆς ἐκκλησίας ὠνεῖται· ἀπὸ τοῦ ἄκρου εἰς τὸ ἔσχατον ἡ σιμωνία βαδίζει. O magnam, & immensam, ut ita dixerim, nequitiam! Nil immune est ab Avaritia: Hæc omnia depopulatur. Et olim quidem Tribunalia largitionibus corrumpebantur, nunc idem patiuntur & Sacerdotum Altaria. Omnia enim argento transiguntur, neque distributio est Ordinum, quamvis exigua, & potestatis, & utilitatis sine munere ingrato, hoc est ex pacto dato. Ne Sacramenta quidem gratis ministrantur. Ea ipsa, & cætera, quæ pertinent ad Ecclesiam, emuntur. A summo ad ultimum Simonia progreditur, &c.

(1) Ubi supr. volumine 14. de Avaritia.

X. Sed hæc prisca dices, & obsoleta, quippe XIV. Sæculo per Metochiten damnata, audi, quid Quartumdecimum sæculum ferat. Theodorus (1) Hermopolites: κατὰ μὲν τῶν δικαστῶν τῶν δωροδοκίας φανερῶς ἀδικούντων διετάξε, μετὰ τοὺς παλαιοὺς, Κωνσταντῖνος, καὶ Λέων αὐστηρῶς, κατὰ δὲ τῶν ἐν ἱερεῦσι, καὶ ἀρχιερεῦσι φοβερῶν αἰσχροκερδειῶν διὰ τῆς μιαρᾶς σιμωνίας ὁ θεῖος, καὶ ἰσάγγελος Ταράσιος μετὰ τοὺς Κανόνας, καὶ τοὺς πάλαι ἁγίους πατέρας· ἀλλ' οὐδὲν πρὸς ὠφέλειαν· πιπράσκουσι γὰρ ἅπαντες τὸ ἄπρατον, ἀλλ' οἱ μὲν λάθρα, οἱ δὲ φανερῶς. Contra Judicum, ob largitiones apertas, iniquitates constituit post antiquos Constantinus, & Leo severissimè: at contra sacerdotum, ac Præsulum lucra turpia per spurcam Simoniam Divus, & par Angelis Tarasius, post Canones, & antiquos Sanctos Patres. Verùm nulla inde utilitas. Vendunt enim omnes, quod vendi non potest, illi quidem clam, at hi palam. Vis & Quintumdecimum sæculum id publicâ, privatâque authoritate fateatur? Vide quid decernat Gennadius, Isidorus, Marcus Xylocarabes Patriarchæ post Captam Constantinopolim. Ne nos mendacii accusetis, horum Antistitum vestrorum decreta toti Græciæ proposuit (2) Canonarcha vir Photianus, ex quo partem Gennadiani Synodici, quod relati successores Gennadii iterum, iterumque confirmavere, depromimus. In eo tota (3) Tarasii Epistola, non ut extat penes (4) Margunium à Photianis morionibus corrupta, atque Adrianum Romanum Pontificem criminis hujus accersens, sed, ut scripta est, summis laudibus Antistitem summum exornans, exponitur. Eà recitatâ sic Synodus jubet. καὶ ταῦτα σεμνῶς Ταράσιος ὁ θεῖος, οὗ ἑπόμενοι οἱ ταπεινοὶ, καὶ ἐλάχιστοι μετὰ παρρησίας ἐκθέμεθα, τῆς ἀθεΐας ταύτης πάντας ἀπέχεσθαι, καὶ μὴ γίνεσθαι τὸ ἕως τότε γινόμενον· ἠκούσαμεν γὰρ, καὶ ἑωράκαμεν πάντα τὰ ἱερὰ πιπράσκεσθαι ἕως τῶν θείων, καὶ φοβερῶν μυστηρίων, ἃ δωρεὰν λαβόντες δωρεὰν διδόναι ἀνάγκη· ὁ ταῦτα ποιῶν, ἢ τολμήσας, εἰ κληρικὸς καθαιρείσθω, εἰ λαϊκὸς ἀφοριζέσθω, καὶ μὴ συγχωρείτω τις αὐτοῖς μετανοοῦσιν ἄνευ δεσμοῦ ἡμετέρου, καὶ τῶν ὑμετέρων διαδόχων συνοδικῶς διατεθέντων. Atque hæc graviter Divinus Tarasius, quem nos humiles, & minimi secuti confidenter edicimus, ut quisque hac impietate procul absit, neu quisquam faxit, quod hactenus factum est. Audivimus enim, & vidimus, omnia Sacra vendi, vel ipsa, & verenda Mysteria, quæ, cùm gratis acceperimus, gratis dare debemus. Qui hæc facit, vel tentat, si Clericus, deponatur, si laicus, è Christianorum cœtu eliminetur: neque audeat quisquam ei veniam dare, etiamsi pœniteat, nisi nobis, aut successoribus

(1) In Ecloge Novellarum tit. 11.

(2) De vi Canonum, c. de Epistola Tarasii.

(3) Ad Adrian. I. de Simonia.

(4) In Nos. ad Metaph. in Vita S. Tarasii circ. fin. & in Jur. GR. lib. 3. Tom. 1. Sent. Synod. lib. 1. pag. 190.

Digitized by Google

ribus nostris synodicè id jubentibus. Hæc initio sæculi XVI. Græcia Synodicè, post quæ nihil amplius, quippe Patriarchis deinceps non nisi per Simoniam Infulas aucupantibus, ut Chronographus ipse vester Matthæus (5) Cicala fatetur. Nec mirum: non poterant enim deinceps Patriarchæ vestri OEcumenici quod superiùs Gennadius jactavit asserere: *quæ gratis accepimus, gratis damus*, aut subjectis sibi Præsulibus, sacrificulisque ex eadem formulâ imperare; *quæ gratis accepistis, gratis date*: potiùs facto dicebantque, & dicunt, *quæ pretio accepimus, pretio damus*, atque adeò vos quoque, *quæ pretio accipitis, pretio date*. Quare in fine sæculi ejusdem XVI. Malaxus (6) Vir Photianus Photianos accusans suos, ubi contra Calvinianam perfidiam constituit, vim Gratiæ divinæ. *ἐνεργείᾳ τοῦ αὐτοῦ πράγματος, οὐ πίστει τοῦ ὑπηρέτου ἁγιάζουσι τὸν ἄνθρωπον. ex opere operato, non ex fide ministri sanctum hominem facientis*, ἀλλὰ ταῦτα, inquit, οἱ τῶν μυστηρίων ἱεροὶ ὑπηρέται ἐν ἡμῖν ἅπαντες σχεδὸν τὰ πάντα οὐ μόνον ἀνωφελῆ, ἀλλὰ καὶ ὀλέθρια, διὰ τὰς φοβερὰς σιμωνίας. ὅτι ἐν αὐτοῖς πράττουσι· χρίειν λόγῳ· οὐδὲ ἐξορκίζουσιν, οὐδὲ χρίουσιν, οὐδὲ ἐξαγορεύουσι δίχα ἀργυρίου· καὶ τοῦτο δ᾽ ὅμως οὐ θαυμαστόν. δι᾽ ἀργυρίου γὰρ τὴν χειροτονίαν λαβόντες πραγματεύουσιν ὅλα τὰ θεῖα. *Sed hæc Sacramentorum Ministri inter nos, Penè omnes, eò deducunt, ut non inutilia dumtaxat sint, sed & exitiosa propter terribiles Simonias, quas perpetrant in illis. Exempli gratia: neque exorcismum faciunt, nec liniunt Chrismate, nec in Tribunali sacra Pœnitentiæ de criminibus judicant sine argento. Atque hoc sanè non mirum: nam, qui argento recepere Ordines, mercaturam agunt in Sacris omnibus.*

(5) In Nova Synopsi pag. 438. hoc est 438. & deinceps.

(6) In Nomocā. c. 103. de Sacramentis in fine.

SECTIO IV.

Reliquæ Margunii Calumniæ refelluntur, adstruiturque, Matrimonium non esse solubile.

SUMMARIUM.

I. *Concluditur, Simoniam non Romæ, sed apud Photianos esse: Simul ostenditur in bysso Romano non esse Odia.*

II. *A fastus notâ Purpura Romana defenditur: Ejus potiùs humilitas pia proponitur. Olim pauperiem Sacrorum in pretio fuisse. Etiam à Photianis pauperiem sacri ornatus palam negligi.*

III. *Posse minorem Ordine majorem esse dignitate, ostenditur exemplis à Græca Ecclesia petitis, & obtinentibus penes Photianos. Exocatacœli præsident penes Nos ipsis Episcopis.*

IV. *Concluditur, jure præire Cardinales Episcopis. Qui de Cardinalium dignitate scripserint. Ex dignitate Cardinalium non vilescere Ordinem Episcopalem. Quid sit vilescere, factis Photianorum, ostenditur.*

V. *Cogitur Margunius ingredi Romam. Munificentia Rom. Pontificum illi proponitur in Templo D. Petri, & Nosocomio S. Spiritus.*

VI. *Eadem munificentia Pontificum demonstratur ex Ptochotrophio instituto à Pontifice vivente Innocentio XII. ex cæteris sumptibus Romanorum Pontificum, tum Romæ, tum in toto Orbe Christiano.*

VII. *Eadem munificentia describitur propositâ Gregorii XIII. liberalitate.*

VIII. *Atrox calumnia Margunii ostenditur non esse vero similis.*

IX. *Describitur Anna Bolena, narraturque catastrophe Henrici VIII. Anglorum Regis, ejusque de Matrimonio solvendo Controversia.*

X. *Constantia Pontificum Rom. inficiantium vinculi maritalis solutionem Henrico VIII. ejus sævities, ac scelera.*

XI. *Probatur verbis Christi, Matrimonium solvi non posse. Explicatur locus Matthæi: & auditur responsio Photianorum.*

XII. *Ea responsio refellitur. Adulterii notitia.*

XIII. *Eadem assertio confirmatur dictis Christi, Pauli, & Augustini apertâ sententiâ.*

XIV. *Idem constituitur SS. Patrum effatis, Apostolicis decretis, Canonum scitis, Theologorum omnium Communi suffragio.*

I. Teste igitur Græcia, Simonia palam apud vos est. Addam mirum aliquid, ac penè dixerim incredibile. Teste te ipso, Marguni, penes vos palam est Simonia. Nam in Vita Tarasii, ubi corruptam, ut jacet in Jure Græco-Romano, Epistolam produxisti, addis (1) dictorum in Notis oblitus hæc tandem verissima verba: τοσοῦτο πάλαι μῖσος τῆς μιαρᾶς Σιμωνείας γέγονε τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἡμῶν, ὥσπερ ἂν τὰ νῦν ἡ αἰσχροκερδία εἰς ἄκρον ἀγάπης ἀνάγεται· τὸ κέρδος γὰρ ἡμῶν κυβερνᾷ τὰ ἱερὰ σχεδὸν ἅπαντα φανερῶς οὕτω, κατὰ τὸ σύνηθες, ὥστε προσκαλεῖσθαι πρὸς ἔκποσιν τῆς γενομένης συνθήκης ἐνώπιον τῶν δικαστῶν τοὺς ὠνητὰς τῶν ἁγίων. *Tantum olim sordidæ Avaritiæ fuit odium Antistitibus nostris, à quibus nunc turpe lucrum mirè diligitur. Nam lucrum Sacra nostra penè omnia gubernat manifestè adeò, ut ex more ad solutionem celebratorum contractuum provocentur coram Judicibus Sacrorum emptores.* Hæc tute ipse, Marguni, non alius. Quorsum igitur Simoniam in Urbe requiras, quæ tota Photianis incubuit? Apage inutilem inquisitionem. Quæ tota vos obtinet, quam totam carissimè possidetis, retinetis, cavetisque, ne fugiat, futuri sine illâ pauperrimi, eam quid frustra quæramus Romæ? Prope est, ut exclamem. Nequicquam Romam adscendimus deprehensuri crimina, quæ Romæ sunt nusquam, eadem scilicet frequentissima reperturi faciliori viatico, si vestras ad Ecclesias Adriaticum emensi navigaremus. Nam quod dicis, Romano in Bysso regnare odia, dicam ingenuè, apertis oculis, ipse non video. Video sanè comitatem eximiam: audio hercle verba officiorum refertissima: sentio mores Aulæ hic esse, sed sacræ. Prælata cæteris, ac Deo sacrata Nobilitas, quæ bysso splendet in sacro, gravis cultu, ore benigna, comis affatu;

(1) Nota ult. in medio.

Digitized by Google

fatu; quo facto, quo more, qua specie operis cognoscendi odium prodit, quod videas, invidiam præsefert, quam agnoscas? Occulta sunt, inquis, hæc odia, latens invidia. Si occulta odia, si latens invidia, quî tibi, vir videns, quæ non videntur, occulta conspicitur, agnoscitur latens? Nemo hactenus, ne apud Barbaros quidem, occulti damnatus est criminis: neminem unquam Improbitas accusavit ejus, quod latet. Quidquid omnino clanculariis tenebris abditur, Deo Judici planè relinquitur. Paulus(2) docet, de occultis non esse judicandum: *ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν: donec veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium*. Subdit non Græcus aliquis Pater, sed Sanctus ille vester, vobisque simillimus (3) Palamas: *τὰ δὲ ἀφανῆ λέγομεν, τὰ παντελῶς τοῖς ὀφθαλμοῖς οὐχ ὁρώμενα: occulta diximus, quæ oculis prorsus videri non possunt*. Si Paulo Magistro, de occultis ipsis judicare non licet: si Palama vestro judice, occulta sunt, quæ non videntur, quo pacto per fidem tuam, si quam tamen habes, Marguni, aut de occultis in bysso odiis judicare fas erit, aut occulta in bysso odia videre quis poterit? Aut ergo manifesta in bysso odia dicito, ut palam sis mendax, aut occulta in bysso odia dissimulato, ne planè desipias.

(2) *1. ad Corinth. c. 4. n. 5.*

(3) *Orat. 2. de lumin. Tabor. sub init.*

II. Similis in sacerrimam purpuram; imò magis aperta calumnia. Sanè nullum Romæ obsequium debeo, ut mentiar, qui ne gratitudinem quidem debeo, ut hæc scribam; sed Veritatem, cui non Photianus, sed Græcus olim me, meaque addixi omnia, quam nempe canonum Sacrorum Interpres publicus, & Antecessor omnibus debeo, publicèque profiteor, quod testor debitum, usquequaque libentissimè reddo. Diù Romæ moratus fastum in Purpurâ nullum agnovi, vel certè minimum. Vidi hercle Purpuram ad pedes pauperum sæpe procumbere: Vidi peregrinis ad pocula, ad fercula ministrare: Vidi nudis pedibus scruposas, limosasque vias furva sub veste, nequid sibi vana gloriola in Christiana humilitate prærriperet, emetiri. Quid, cùm in fœtidis Nosocomiis sontico laborantes consolaretur? Quid, cùm advolveretur Cœnobitarum pedibus eorum cælestium, futurorumque novissimè certam, utilemque scientiam contemplata? Quid, cùm, Majestate deposita, præstituros Reipublicæ pœnâ publica documentum reos ad supplicium pia, eloquens, benigna deduceret? An hic fastus in Purpurâ? an hæc in dignitate superbia? At curribus, quadrigisque trahuntur. Nempe id mos obtinet. Olim equis, & mulis, imò & pedibus suis (1) portabantur, nec tamen his illi meliores. At famulis undique stipantur, Curiamque circumagunt. Nempe hoc potestas, & liberalitas petit, circa quas solitudinem nunquam invenies. At Purpura renident, & auro. Nempe utrumque dignitati debetur. Olim in paupere cultu Majestas Præsulum (2) pretiosior: amabatur enim universim pauperies, adorabantur nobilissimæ sordes: nunc esto Ecclesia pannosa, vilescet. Serviendum est tempori in re, uti dicimus, adiaphorâ, quæ tamen admodum confert Ecclesiæ, debita sibi obsequia ut ab omnibus exigat. Sic nec Episcopos vestros damnaverim, quòd laneos, gausapeosque Mandyas bombycinos fecerint, quod rudem, ac ligneum pedum in eburneum, testudineum, conchiliatumque mutaverint, quod cucullum, ac tunicam olim duris Camelorum villis contextam ad sericam honestatem traduxerint. Quin ne illud quidem piaculum dixerim, quod patrastis in vestes sacras, ut, quod olim ex lana tantùm *ὠμοφόριον pallium*, in re sacrâ deferre licebat, nunc deferatis & sericum, & auro gravissimum, margaritisque phrygio labore dispositis intertextum. Quid hæc extrinsecus renidentia ad fastum, qui in intimo est? Vos quoque, cùm licet, Presbyterorum, Diaconorumque greges circumagitis; vos quoque, si per Tyrannum liceret, curribus traheremini; Vos quoque Mandyam quocunque tinctum aheno decere Episcopos dicitis.

(1) *Vide passim Platinã, & Ciacconium.*

(2) *Vide Cabassut. ad Can. 51. Carthag. Conc. IV.*

(3) *Vide Goar. in Euchol. 1 Ordin. Episc. not. 8. pag. 312. col. 2. ante med.*

III. Sed scio, unde fastum Margunius in Purpuratis Patribus arguat. Nimirum Episcopis præeunt, Episcopis præsident, Episcopis se majores gerunt, licèt Presbyteri, Diaconi licèt. Ita profectò: nam Episcopis dignitate majores sunt, qui iisdem minores sunt Ordine. *ei*, (1) ait, *οἱ ἀρχιερεῖς τῶν Καρδιναλίων μείζονες τάξει ἱερᾷ, λοιπὸν καὶ ἱερᾷ ἀξίᾳ. Si Episcopi Cardinalibus majores sunt Ordine sacro, igitur & sacra dignitate*. At consecutioni tam fatuæ antiquitas Nostra, novitas Vestra federato suffragio refragatur. Consule (2) OEcumenicas Synodos: in illis præsedere tum Episcopis, tum Patriarchis Presbyteri, quòd, licèt ordine minores utrisque, dignitate tamen Legatorum Romanæ Sedis censerentur majores. Consule (3) Canones, præeuntes Episcopis Patriarchas invenies, quia, licèt Ordine pares Episcopis Patriarchæ, majores tamen sunt dignitate. Denique Hierosolymitanus Episcopus, quamvis minor, vel potestate ipsa, Cæsariensi; quippe ille simplex Episcopus, hic verò Metropolites; tamen Jure (4) Canonico potioribus, quàm Episcopi cæteri, post Antiochenum Patriarcham, honoribus fruebatur. Adeò antiquitate Nostra refellitur inepta illa consecutio, quâ scilicet ab Ordine dignitas æstimatur. Quid quod & novitati vestræ consecutio illa non consonat. Nam ut multa, & fœda relinquam, qui ad Clericorum Ordinem, authore (5) Balsamone, Imperatores vestros ineptissimè deduxistis, dicite, utrum Imperatores vestros minoris Ordinis censeatis, quàm vestros Episcopos, & Patriarchas? Siquid vobis cordis est, dicetis, quod Ignatius (6) Theophorus, quod (7) Nazianzenus Gregorius, quod Joannes (8) Chrysostomus, quorum effato vel ipsi Cæsares in re sacrâ subjecti sunt Sacerdotibus. Hi tamen vel in Ecclesiâ ipsâ non ne prævivere cæteris, Patriarchis præsedere tantâ non dicam ambitione, sed arrogantiâ, ut intra cancellos ipsos erecto supra sellam Patriarchæ immani Solio, vix ad pedes suos Patriarchæ caput admiserint. Legite Choniaten (9) Nicetam, atque ea, quæ hic, & alibi diximus ex vestris Scriptoribus discite. Imò & Balsamon (10) ipse testatur, prælatam Imperatori geminam lampadem,

(1) *d. nota 4. in Can. 5. S. Cyrilli.*

(2) *Vide Athan. in Epist. ad Solit. Photium lib. de sept. Synod. Gelas. Cyzicen. de Synodo Nic. lib. 2. c. 5. ex Dalmatio. Act. Nicæna I. Chalced. Cic. Act. 1. Sext. Synod. Act. 1. Nicæ. II. Act. 1. Synod. VIII. act. 1.*

(3) *Vide Can. 6. Nicæ. I. & Chalc. Act. 16. & utrobique Coress. et Canonarch.*

(4) *Ex Can. 7. Cic. Nic. I.*

(5) *ad Can. 69. Trull.*

(6) *Epist. ad Philadelp.*

(7) *Orat. ad cives tim. percul.*

(8) *Hom. 83. in Matth.*

padem, unicam Patriarchæ: nimirum non aliam ob causam, nisi quòd is, minor Ordine cùm sit, dignitate tamen ipso major censeretur apud vos Patriarchâ. Sed ad pressiores vos terminos adigo. Nostis, qui sint, vel fuerint in Byzantinâ Ecclesiâ ii, quos appellatis ἐξωκατακοίλους, *Exocatacœlos*? Horum dignitas post Patriarcham (11) summa: Ordo tamen Presbyterorum. Quinque (12) numero, Magnus OEconomus, Sacellarius Magnus, Magnus Scevophylax, Chartophylax Magnus, & Sacello parvo præpositus, seu Sacellion: Nam Protecdicum primus his addidit è Xiphilinis Georgius sub Alexio Comneno, ut ex ejusdem Novellis (13) apertum est: nec diu hæc sexta dignitas inter summates obtinuit, deturbata statim post Xiphilinum, redactaque ad Ordinem. Quare nec Balsamon, qui post Xiphilinum vixit, certè superstes Xiphilino fuit Protecdicum inter Exocatacœlos numerat, & in Declamatione (14) Sguropuli sive potiùs Syropuli, habita in Concilio Florentino, Exocatacœli quinque sensibus comparantur. Horum porro ea dignitas penes Vos fuit, ut vel Episcopis, licèt Presbyteri, præsiderent, potioribusque, quàm Episcopi, ubique, ac semper honoribus fruerentur. Id, quod constat tum ex integro Diplomate, latâque sententiâ pro Chartulario Alexii (15) Comneni, tum ex ipso Florentino Concilio, ubi, quòd Exocatacœli ante ipsos Episcopos haud consedissent, unus ex ipsis (16) Sguropulus questus acriter est. Jure sanè, quando in eodem Concilio Exocatacœli cæteris Græcis Episcopis omnibus, Patriarchâ excepto, prælati sunt. Etenim post (17) Patriarcham, qui stantis genam Pontificis osculatus est, hi primi sedentis Pontificis manum simul, ac genam excepere suavio, cùm Episcopi ex Gente reliqui sedentis tantùm dexteram deoscularentur.

IV. Quæ cùm ita sint, duo manifestè Vobis ingerimus, nempe Exocatacœlos minores Episcopis fuisse, quod ad Ordinem attinet, majores habitos, quod spectat ad dignitatem. Hinc autem inferimus, ridiculam esse consecutionem Margunii: ac jure præferri posse Purpuratos patres, licèt minores Ordine, ipsis Episcopis; quando minores Ordine, majores sunt dignitate. Hæc non ut Exocatacœlorum vestrorum recens, & ex mera consuetudine, quemadmodum & (1) Balsamon, & Imperator (2) Alexius fatentur, inducta, sed antiquissima, sed Jure scilicet receptissimo constituta. Vide, si vacat, quæ de Cardinalium dignitate scripsere vir pius, & doctus, atque contempta, quam invitus receperat, purpurâ nobilior Petrus (3) Damiani, Clarevallensis Abbas (4) Bernardus aris exceptus, ac templis, & tuo, (5) Marguni, testimonio doctissimus, (6) Eugenius IV. Græcorum amantissimus Pontifex, & ante hos (7) Joannes VIII. nono Ecclesiæ sæculo, post hos autem Joannes de (8) Turrecremata (9) Coressio, Margunioque (10) notissimus, Albarus (11) Pelagius, Bartholomæus (12) Cassanæus, Felinus (13) Sandæus, Joannes (14) de Anania, Dominicus (15) Soto, Quinctilianus (16) Mandosius, Rodulfus (17) Cupres, Didacus (18) ab Alava (19) aliique,

(9) In Andron. Comneno.
(10) In Medit. 1. ad Marc. Alexan. de privil. Patriar. longè post init. Tom. 1. Jur. GR. lib. 7. in princ. pag. 442.
(11) Vide Magriù in Hierolex dictio. Exocatacœli, & Goar. pag. 291.
(12) Vide in fine Tom. 1. Jur. GR.
(13) Refert Magrius, ubi supra.
(14) Extat i Sess. 4. c. 10.
(15) In Jure GR. Tom. 1. lib. 2. Novell. 10. ex Novell. Alexii pag. 145.
(16) Sess. 4. c. 10.
(17) Habetur in Prolegom. Synodi Florẽt. edit. Græc. Rom. pag. 5. lin. 5.

(1) Vide medit. de Chartophy. & Protecd. in Jur. GR. tom. 1. pag. 453.
(2) Ubi supra d. Novella. 10.
(3) Lib. 1. Epist. 10.
(4) Lib. 4. de Consid. ad Eugen.
(5) In Antirrhet. pro Marco c. 3.
(6) In Brevi ad Archiep. Cantuari. extat apud Ja-

quos latè enumerat Petrus (20) Cenedo, quorum doctissimis commentariis, quanta olim fuerit, atque adeò jure hodieque in Purpurâ Romanâ quanta sit dignitas, stoliditas Photiana cognoscet, cui sin minus notum est, quod Sapientibus est omnibus receptissimum, quod omnis ætas verissimum docet, quod mores ipsi Photiani constituunt, fas erit cum (21) Aristide per ostracismum Athenis exule dicere: οὐδὲν τὴν ἀξίαν βλάπτει ἡ ἄγνοια: *nil obest Dignitati ignorantia*. Quid enim obsit sacerrimæ Purpuræ manifesta mendacitas, quæ tumorem vocat, quod Jura tribuunt, superbiam dicit, quod meritis quæritur, fastum appellat, quod olim debebatur, olimque debebitur. Viden, inquit, ut Romę, presente Purpura, vilescat Episcopi dignitas? At id ego non video. Video sanè Purpuræ proximos Præsules: video nobilissimis muneribus planè conspicuos. Post Purpuram sedent, sed à Purpurâ primi: post Purpuram coluntur, sed vel ipsi Purpuræ venerabiles. An vile dices argentum, quòd argento pretiosius sit aurum? aut viluere Astra, quòd Lunâ minora sunt? Sic penes Vos pone Charthophylacem sedet, nec tamen vilescit Episcopus. Sequitur Archimandriten Abbas, nec tamen vilescit, Sacerdotes Archipresbytero ministrant, nec tamen sunt viles. Ignoras, docte Marguni, uti cætera, quid sit ipsum illud vilescere, quod Latinis Episcopis objicis. Docebo te, quid hoc sit. Turpibus mercimoniis sacratam Deo mentem addicere; peregrinationibus inhonestis, professionibusque Fidei, uti dicunt, mendacibus, sacrilegis, & hypocritis miserrimæ hac ex parte reverà Gentis nostræ famam, nomenque traducere. Hoc est vilescere, sacramque dignitatem ad turpissimam nebulonum, Mimorum, Circulatorumque conditionem deducere. Hoc est, quod (22) Vates asseruit: οἱ τιθηνούμενοι ἐπὶ κόκκων, περιεβάλλοντο κοπρίας: *Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora*. Porro hoc totum, hoc omne, breviter quidquid hoc est, penes vos est, vestris Sacerdotibus, Abbatibus, Episcopis familiarissimum est. Quoties erubui hæc Romæ videns! Quoties libuit exclamare, Gentique meæ factam injuriam, quando aliter nefas erat, saltem voce, ac verbis ulcisci, palam hæc pauca, sed, Ædepol, vera testatus. Non sunt, Quirites, hi Græci, qui vos, imò se ipsos decipiunt: Non sunt hi Græci, qui Græciam cogunt turpiter mendicare. Non sunt hi Græci, qui Græciam ubique dedecorant. Photiani sunt, à Photio, hominum, quotquot unquam fuere, perfidissimo posteri. Ne fidite nomini, ne credite Patriæ. In Græciâ nati nil referunt Græciæ: Græciam professi Græca contemnunt. Hominum Genus contrariis potens; vafrum, ac stolidum, audax, & vile; dicax, & tamen ignorantissimum. Quid dicat, nescit omnino, & tamen loquitur, legere plerunque non novit, & tanquam ex adyto Patrum effata pronunciat, Juris omnis, ac legis expers, omnia quæ peccat, aut desi-

B b b pit

cobat. de Cõcil. li. 1.
(7) Refert Cabassut. in notic ad Concil. II. Lugdun.
(8) In Summ. li. 1. à c. 80. ad 84.
(9) In Synopsi. Nili ad Canones Apost.
(10) Ubi supr. c. 4.
(11) De plãct. Eccl. lib. 2. c. 16.
(12) In Catal. 4. p. consid. 10.
(13) In rubr. de major. & obed. n. 9.
(14) In c. ad abolẽdam de Judæ. n. 16.
(15) In 4. dist. 24. q. 2. art. 4.
(16) Glos. famulantes §. considerãtes. ver. Cardinales pag. 129.
(17) In c. oportebat 79. dist. ex §. sequitur textus.
(18) De Concil. 2. p. §. 2. per tot.
(19) Bellencin. de Caritat. subs. q. 2. ar. 4. Mãfred. de Cardinal. decis. 54. & 65. Barbat. de præstan. Card. 1. p. q. 1. Jacobat. de Cõcil. lib. 1. art. 1. Capitius decis. 114. Hippo. Mars. de Colum. c. Eccl. red-

dis. orig. 2. p. c. 13. Lancell. Conrad. in temp. om. Jud. lib. 2. c. 2. §. 1. 2. 3. Petr. Gales. in Notis ad Martyrol. 13. kal. Febr. Duaren. de Sacr. Eccl. ministr. c. 13. Rebuff. in repet. §. qui verò c. extirpandę de preben. pag. 367. vers. tertio ex hoc. Fuscus sing. 42. litt. C. Sebast. Medices de ll. & Statu. 1. p. q. 10. Majol. de irregul lib. 2. c. 3.

pit ad normam Canonum revocat; tantum denique distat Græcus à Photiano, licèt in Græciâ nato, quantum à Græco discrepat Turca, ut ut natus in Græciâ. Hæc olim dicere Romæ libuit, cùm ibi per deceptores hujusmodi Gens nostra vilesceret, quanto magis diversa à Latinis Episcopis Romæ degentibus, tanto aptior illi veritati constituendæ, quæ planè comprobat, Romæ Latinorum Episcoporum, præsente purpurâ, minimè vilescere dignitatem.

V. Apage ergo, Marguni, & secundam calumniam, quam ingeris Purpuræ, atque hîc, unde Romam criticè contemplamur, fatere, nullum esse fastum in Purpurâ. Quid de Avaritiâ, quam Romanis Pontificibus objicis? Planè ridere subit, licèt irato. Neque enim præter risum, sonorumve cachinnum, quidpiam meretur aliud adeò manifestum, ac turpe mendacium, quod non unus, alterve aliquis testis, sed integra Urbs, eademque toto Terrarum Orbe notissima comprobat, demonstrat, ostendit. Hactenus jubebas, nos Romam ascendere; nunc te invitum cogemus ingredi Romam. Vides, quâ mole se se erigat, atque, ut ita dixerim, nubibus ipsis minetur Petro Templum erectum? Si Aream regiis fontibus irriguam, ac theatrali porticu septam consideres, dices, Urbem in Urbe alteram columnarum silvâ mœnitam. Si extructas ad latus Templi dextrum ingredienti ædes adspicias, credes in Vaticanum migrasse Palatium. Si templum ipsum ingrediare, fatebere, nihil in Orbe Terrarum fuisse sumptuosius. Camerata laquearia auro illito circumquaque nitentia, strata pavimenta marmoribus, parietes crebro fornice curvati, pluribus erecti tholulis, absidibus variis, & peristyliis distincti. Jam ipsum intus Templi fastigium mirâ altitudine concavum, tessellatoque depictum opere, cui subjacet Aræ maximæ tholus latè conspicuus, striatisque incubans, atque affabrè contortis Corinthio ex ære columnis, quanto majestatis horrore videntis animum implent! Imminent hæc Piscatoris Tumulo, quem non marmora, sed contegunt gemmæ, pretiosa duritie circumplexæ fornices subterraneos, ut in Templo Petri Romano jam non videantur divitiæ, sed calcentur. Quid de longo, perennique ordine lampadum, quas argentum numerosi sustinet capsâ? Quid de addictis Aræ maximæ Ornamentis, quæ aurum non linit, sed solidat? Quid de vestibus ministrorum, quas pretium non ornat solùm, sed onerat? Vide in conspectu auratam Apsidis recedentis scenam, quam Sedes Petri sublimis, quaternoque æneo Colosso subnixa implet. Rigent ibi ad Sedis Apostolicæ obsequium Græcia simul, & Latium. Sed supremæ Sellam potestatis hæredem, hoc manibus sustinet, illa humeris, ut scias, eam Sedem, quam vos Photiani, dejicere frustra nitimini, robustiùs Latinis ipsis, à Græciâ nostrâ fulciri. Majora vidimus, minora perpendito. Nil mirum esto, nil grande, si quam Aram non ditent scalpri, vel penicilli miracula, si quem locum non consecrent Divinorum Sanctissima lipsana. Hæc inter jacet in Chrysostomi cinere Nostra facundia, in officibus Nazianzeni Græca Theologia. Utraque sanè exul à Patria, felici tamen exilio, quo fit, ut vestris à sordibus, quas sæpe verbo, scriptoque damnarunt, sint procul; Romanâque in luce, quam olim appellarunt, laudarunt olim, augustiùs requiescant. Romanum Petri Templum adspeximus. Grande, inquies, pretiosum, & mirum! Nempe hoc Romanorum Pontificum opus est: nam quod Constantinus extruxit, quantula hujus, quàm mendica pars est! Peto, Romanum hoc opus avaritiam Pontificum indicat, an effusam, profusamque liberalitatem? Perge mecum ad vicinum Divini Flaminis Nosocomium. Aspice languentium multitudinem ære publico procuratam. Vide infantium expositorum populum publicis altum expensis. Considera ministrorum greges stipendiis publicis obligatos, numera census insumptos, numera catenata dispendia, sumptus numera quotidianos. Et hæc Romanorum Pontificum opus sunt. An tibi hæc avaritia videntur, an potiùs pia, planèque prodiga liberalitas?

VI. Vis, & recentia notemus? Quid hic, quem superstitem adoramus, optamusque diu superstitem, Innocentius XII. Mendicitati contulerit, audi. Erronem deduxit à compitis, publicis ædibus egenam donavit: alit censu annali decreto, millenumque auctam in populum stipendiaria liberalitate tuetur: & ne liberalitas Principis vitio serviat, publico altam ex ære ad utilitatem publicam adigit; ausus Mendicitatem utilem Reipublicæ facere, ausus Munificentiam eò compellere, ut tantum exigat, quantum dedit. Non enim inertiæ Ptochotrophium erexit: coegit inertiam mirâ sanè Charitatis industriâ per liberalitatem, quâ fruitur, fieri laboriosam. Felices pauperes hoc Pontifice, queis hoc Pontifice licet liberalitatem Principis suis operis emereri. Felicem Pontificem, cui post homines natos licuit, sine damno Reipublicæ, Reipublicæ opibus ditare Pauperiem; felicemque Romam, cui uni contigit, in tantâ pauperum turbâ sine pauperibus esse, quemadmodum crebris olim excidiis dirutæ, per Pontifices suos, fieri contigit pulchriorem. Neque enim uno tantùm in loco Pontificum Romanorum largitas stetit. Vagata Urbem est, quam peregrè deductis ditavit fontibus, ædificiis sumptuosè constructis ornavit, salientibus usquequaque dispersis, fecit passim irriguam. Ipsis etiam antiquæ Romæ ruderibus munificè benigna consuluit, quæ vel sepulta luci restituit, vel collabentia novâ ruinâ prohibuit, vel si quando reperit integra, magnificentiùs farta, Deo, Cælitibusque consecravit. Scilicet hæc Romanorum Pontificum avaritia est, quam nisi è vestigio liberalitatem, & quidem regiam fateare, quid erit, quin te statim jubeam in Anticyram navigare? Idem de Romanorum Pontificum certissimâ liberalitate suffragium feret rogatus sententiam dicere Orbis Terrarum, cujus nullus est angulus, quo Romana liberalitas non pervaserit. Navigavit (1) hæc olim in Græciam, ut inde ad utilitatem Græciæ OEcumenicam Synodum Romanis sumptibus congregaret. Navigavit in (2) Asiam, ut ibi vel Regibus Armenis ferret suppetias, vel Barbaris Palæ-

(20) *Ad Decretal. collect. 115. n. 3.*

(21) *Apud Planud. in Adag. cent. 3. n. 27.*

(22) *Thren. c. 4. n. 5.*

(1) *Vide Acta Concil. Floren. ab initio & ibi Sguropulum.*

(2) *Vide tom. 3. Ep. secret. p. 266. & 267. Rainal. in Annal. an. 1329. n. 94. & an. 1336. n. 40. & seq. Guliel. Tyr. de Bello Sacro per tot. Bar. an. 1095. à n. 35. & deinceps.*

Digitized by Google

(3) *Vide Ciapium in vita Greg. XIII.* Palæstinam eriperet. Navigavit in (3) Africam, ut Æthiopum populos erudiret; utque Sol Oriens, Occidensque triumphale Christi nomen adoret, utrosque navigavit (4) ad Indos. (4) *Vide Bartholii in Asia sub initium.* Dicam mirum aliquid, sed verum. Ut præsentiùs Romanorum Pontificum liberalitas beneficia sua Orbi universo conferret, in Urbem Orbem (5) deduxit, extructisque præcipuarum (5) *Vide Bonplanii in Vita Gregorii XIII.* Gentium Collegiis, grande in se Virtutum omnibus Gentibus indixit Emporium, in quo cum sapientia Fidem Orthodoxam gratis licitarentur. Dixerit Assentatio nempe (6) Poetica, (6) *Martial. libr. de spectacul. alias lib. 1. Epigr. 1.* nullam sub Romanis Cæsaribus tam barbaram fuisse Gentem, ex quâ spectator non esset in Urbe: Veritas dicet, Urbem sacro hoc felicem Imperio Orbis esse reverà totius hospitium: ut quantum olim Avarities Romanorum Cæsarum luxuriosa, Orbem Terrarum universum depopulata populis abstulit, tantum reddat Romanorum Pontificum largitas casta, clarissimarum Gentium juventutem augusto sinu complexa, quam mox Gentilibus venerabilem planè restituat, nempe vel auctam dignitatibus, vel Sapientiâ nobilem, Fideique, quod Caput est, Orthodoxæ stipendiariam. Ita Romanorum Pontificum liberalitas Romæ cum hæresi congreditur comminus, eamque beneficiis suis profligat, queis Christianæ Securitati prospiciens eminus cum Barbaris pugnat. Ecquod enim in Barbaros usquam bellum capessitur, in quo pretiosâ societate largitas Romana non militet? Ecquod prælium sacrum initur, in quo emptus auro Romano sanguis non rubeat? Ecquæ reportatur ex hostibus Christiani nominis Victoria, cui reportandæ damna non conferant sua Pontificum Romanorum Æraria? Hæc, affirmatè dixerim, vincunt ubicunque pro Christo pugnatur, tantâ ubique liberalitatis ingenuæ pompâ, ut, cùm Principibus Orthodoxis ubique opulenta deproperet spolia, sibi pauperiem unam undecumque seponat.

VII. Hactenus producta in testimonium Roma, imò Terrarum Orbis universus rejecit Margunianas calumnias, quas si priscus aliquis, vel recentior Photianus objecisset, assererem dementes, iniquas; cùm eas Margunius ipse proponat, planè detestabiles censeo. Etenim eâ tempestate scribebat, cùm, si unquam aliàs, manifestissima, celeberrima liberalitas supremum Petri solium insederat. Scis lector, quem innuam. Gregorius hic est ordine Tertius Decimus è Boncompagna Familia Bononiæ decus, Nemo hoc Principe liberalior, nemo profusior, per quem vel ipsa Prodigentia Virtutis nomen emeruit. Si quid (1) historiæ (1) *Vide Ciapium, & Bomplanum ubi supr.* credimus, si quam fidem traditæ à Majoribus Veritati præstamus, Bis decies centena aureorum millia pauperibus ditandis effudit: Tricies centena millia Collegiis extruendis, dotandis impendit: Quadragies centena millia vectigalibus minuendis addixit; clemens adeò, ut nunquam stipem petenti negaverit, largus adeò, ut sumptibus nunquam pepercerit, adeò pene dixerim prodigus, ut privatis populorum necessitatibus consulens Ærarium publicum expilarit. Peragrabat Urbem pedes, equesve ipse creberrimè, ut beneficia sua per Urbem circumferret, cùmque aliis curam omnem regundorum Civium mandasset, sibi uni liberalitatis Provinciam delegaverat, cujus is amor Gregorio, ut vel ipsum crimen Majestatis amaverit, si quando munificentiam provocasset. Nam fortè, cùm ad Lateranum contenderet, circum egenorum turba stipatus, defecissentque loculi, quos irata Ministrorum cupiditas cogebatur effundere, plebs amico quodam furore concita repentè circumfusa est arctiùs, vadentemque dextrorsum Pontificem, sinistrorsum abripuit. Irasci aliqui, alii mirari, ridere, ac frui vi peramicà mitissimus Pontifex: plebs urgere, affundi dilectissimo Principi, plaudere, furere, secumque dilectum Principem circumducere. Ibat captivo Principe dives paupertas, nec priùs pio scelere abstitit, quàm delati iterum numi, effusique Plebis oppressere Caritatem penè dixerim furiosam. Tunc rursus plausus ingenuus, rursus liberale tripudium, acclamatio rursus communis: dataque venia inaudito latrocinio, quod Amor fecisset. Hic Romæ liberalitatis sacræ triumphus, cùm hæc Margunius ex industriâ scriberet, ac Romanas Tiaras avaritiæ damnaret. Quo fit, ut callidus Morum Margunii putem, hæc ipsa manifesta mendacia, quæ dicit, aliò collimare.

VIII. Nec vana suspicio; nam propterea Margunius Romanos Pontifices sordidissimi criminis accusavit, ut & Sacrilegos diceret, & hæreticos appellaret. Audi, si libet, quæ post jactata mendacia vir nequam (1) effutit. (1) *Nota 5. in Can. 3. S. Cyrilli.* ἡ δὲ πλεονεξία τῶν πάπαδων τόση, ὥστε ὅτι, ἐκ τοὺς νομίμους γάμους λύουσι φανερῶς λαμβάνοντες ἀργύριον ἄπειρον, οἱ λέγοντες παντελῶς ἀλύτους εἶναι τοὺς γάμους ἐγκαλῶ καὶ ὁ Χριστὸς λέγει, πῶς εἶναι ἄλυτοι πάρεξ μοιχείας, λυτοὶ δὲ διὰ μόνην μοιχείαν, καὶ τοῦτο λέγουσιν, ἵνα φανῶσι κατὰ μέρος μὲν ἱερόσυλοι, κατὰ μέρος δὲ καὶ διὰ τοῦτο χριστομάχοι αἱρετικοί *Avarities autem Pontificum Romanorum tanta est, ut palam & matrimonia solvant propter multam pecuniam, ii nimirum, qui dicunt omnino matrimonia solvi non posse. Atque hoc affirmant, quamvis Christus dicat, solvi non posse, nisi ob adulterium, solvi autem ob adulterium posse. Nempe ut videantur partim quidem Sacrilegi, partim verò ob hoc etiam hostes Christi hæretici.* En quò Romanorum Pontificum avaritiam Margunius produxit: ut nempe Romanos Pontifices graviorum criminum accusaret. En quò manifesta mendacia contexuit, ut scilicet manifestissima proferret, tandemque Photianam hæresim obiter, sed sanè ad insinuandas rudibus populis Photianas ineptias apposité, confirmaret. Quò magis enitendum reor, ne quid horum illi ex voto succedat. Nec difficilis opera in primo, quod falsum est apertissimè, imò addo, esse prorsus absimile vero. Quis enim simile vero putet, legitima, rataque Matrimonia, &, uti dicimus, *consummata* palam ab iis solvi, qui, teste Margunio, docent, nullam ob causam ea Matrimonia solvi posse? Quis credat, supremos Principes nullius egenos, vectigalibus, tributis toto Orbe Christiano corrogatis ditissimos, ob privatam pecuniam, imparem certè proventibus pu-

blicis, quos jure possident Principatus, in eas trahi posse sordes, ut, quod palam fatentur nefas, perpetrent palam? Quis denique sibi persuadeat, liberalissimos Principes, quorum opibus publica Religio munitur, privata Pietas exigitur, Fides denique Orthodoxa procuratur, eò posse manifestæ improbitatis deduci, ut, quod decernunt hæreticum, id agant passim, ac peragant? Hæc una superest ratio convincendæ calumniæ prorsus enormis, planèque intolerabilis, præsertim cùm ea nusquam probetur, certo aliquo Pontifice in medium prolato, qui tantum scelus admiserit. Probatur potiùs oppositum celeberrimo facto, imò verò infelici Ecclesiæ Britannicæ catastrophe, cujus florentissimum Regnum Romanis Pontificibus tributarium, unde ex piâ Majorum liberalitate ingentem, pretiosumque Roma censum quotannis agebat, Romanorum Pontificum Orthodoxa sanè, securaque rerum omnium constantia, inficiata Matrimonium à se solvi posse legitimum, perdidit. Rem, ut accidit, referre par est: nam eam & (2) Margunius Græciæ proponit tot mendaciis ad invidiam Romanæ Sedis instructam, ut operæ pretium sit, Græciam scire, quid illam de re tantâ credere oporteat.

(2) In Antirrh. pro Marcoc. ultimo.

IX. Henricus (1) Ordine VIII. Anglorum Rex inter Reges lurco famosus Annam Bolenam miserrimè deperibat. Putabatur illa Thomæ Boleni aurati Equitis filia; non erat tamen. Quippe Londini nata eo ipso biennio, quo procul ab uxore Bolenus Parisiis egerat Legatum Henrici, qui Bolenum ei muneri addixerat, quò ejus absentis uxore liberiùs frueretur. Quò fit, ut ex gravissimorum virorum sententiâ, matrisque ipsius confessione Henrici filia ipsa illa, quam deperibat Henricus, Anna Bolena censeretur. Erat huic procera corporis moles, capillus niger, oblonga facies, color subflavus, quasi icterico morbo laboraret. Dens in superiore gingivo prominebat paululum, dexteræ sextus digitus fuerat adgnatus, tumebatque sub mento guttur, quod tamen artificiosè celabat. Cæterùm symmetria corporis mira, labiorum pulchritudo rara, sales verborum multi: saltabatque, atque sonabat ingeniosè; quæ omnia in sumptuoso, Gallicoque vestiendi apparatu leporem fœminæ augebant. Hoc Annæ Corpus, at animus superbiâ, atque ambitione perditus, invidiâ tumens, lasciviâ effrænatus. Annorum quindecim virgo esse desiit, stuprum passa à pincerna Thomæ Boleni, & ab ejusdem sacerdote à Sacello: Missa deinde in Galliam, atque in ædibus equitis cujusdam educata, indeque ad Regiam translata tam impudicè vixit, ut Equa Anglica vernaculo sermone Gallorum appellaretur: Mox etiam, cùm in deliciis Regi Gallorum esse cœpisset, mula Regia dicta. His addebat & impietatem hæresis, quippe Lutherum secuta. Hoc miro Virtutum apparatu ornata fuit Anna Bolena, quam exaggeratè adeò laudat (2) Margunius, Annæ Bolenæ addictus magis, quam Henricus ipse: quippe Margunius exteram, extraneam, extinctam eximiis laudibus effert, quam Henricus gentilem, & filiam, & Amasiam, & conjugem, ream incestus nefarii, manifestique adulterii publicè damnatam ordinariâ pœnâ multavit. Sed ante hæc Bolena cùm è Gallia in Angliam rediisset, receptaque in aulam comperisset, quàm facilè Henricus priorum pertæsus novis amoribus implicaretur, nunquam neque precibus, neque pollicitationibus adduci potuit, ut Regi se se permitteret: se enim non nisi marito concubitum concessuram. Cæterùm, præter coitum, reliquorum omnium Regi potestatem faciebat. Cum illo frequenter amatoriis sermonibus diem terere, saltare, colludere: quibus artibus ita Regis animum circumduxit, evertitque, ut penè amore demens Catharinam repudiare legitimam conjugem, Annam ducere, constituerit. Ergo ad id missi Legati Romam, qui repudiandæ uxoris potestatem deferrent. Respondit Clemens VII. Sapientissimus Pontifex, non sine causæ cognitione id fieri fas: nam, si ratum Matrimonium, atque legitimum, perfectumque, solvi non posse. Actus ob eam causam doctissimorum Virorum Conventus, constitutumque, re cognitâ, Matrimonium Regis, & Catharinæ legitimum esse, nec posse dirimi ullo pacto. Verùm, cùm Legati Judices in Angliâ ipsâ rei cognoscendæ curiosiùs peterentur: hi dati Volsæus, & Campeggius Cardinales, atque huic imperatum, nequid inconsultâ Româ decerneret. Pervenit Campeggius Londinum: cœpta est de Matrimonio quæstio. Admissa coram Tribunali Regina, appellato Pontifice, discessit. Eâ egressâ, instare Rex, petere sententiam Judicum ultimam. Ejus rationes propositæ, à Procuratore Reginæ penitùs rejectæ, ac profligatæ sunt: id, quod præstitere Theologorum eâ tempestate doctissimi. Quare Pontifex tandem revocatâ ferendæ Sententiæ potestate Legatis, totius causæ aleam avocavit ad se. At Rex pecuniâ fidem Academiarum totâ Europâ notissimarum tentare, ut latâ ex corrupto spuriis interpretationibus Jure sententiâ, labans undequaque repudium confirmarent: obtinuitque aliquorum suffragium; paucorum tamen, cùm penè omnes Academiæ, earumque potissimi Professores, imò & Oxonienses ipsi, & Cantabrigienses in Angliâ divortium tam impium planè detestarentur.

(1) Vide Nicolaũ. Sanderum de schism. Anglicã. lib. 1. post init.

(2) d. c. ultimo

X. Hæc rei certissimæ, notissimæ narratio, atque hæc gravissimæ quæstionis historia, non qualem eam Græciæ proponit (1) Margunius ludicram, levem, atque ridiculam. Hunc ego porro præsens interrogo, an in re tantâ putet defuisse Henrico pecuniam, quâ Romanorum Pontificum animos, si Avaritiæ ulli essent obnoxii, posset labefactare? An existimet, si potuisset id, quod tantâ vi furiosus petebat, ope pecuniæ consequi, sumptibus parciturum? Certè, si quid adhuc mentis non penitùs perditæ reliquum Margunio est, affirmabit utrunque. Inferam ergo, rem processisse Regi Anglorum ex voto. At oppositum contigit: nam Clemens VII. diplomate dato anno Christi MDXXXIII. Matrimonium Henrici cum Catharinâ Aragoniâ verum, ratumque, nuptias autem cum Bolenâ nefarias, adulterii reas, abrogandasque solemniter declaravit. Quo Decreto accepto, adeò Henricus exarsit, tantumque concepit in Romanos Pontifices odium, ut statim

(1) d. c. ultimo

statim edixerit, ne cui aliquid Româ petere, ullumque Romæ obsequium præstare liceret: mox inauditum facinus ausus, laicus homo, planèque profanus, supremam in Ecclesia Britannica sibi potestatem asseruit; seque Ecclesiæ illius Caput impudentissimè dixit. Itum deinde in cædes promiscuas, quarum syllabum texit Sanderus (2) αὐτόπτης, ex quo hæc omnia desumpsimus: spoliata Templa, stupratæ Deo sacratæ Virgines, ejecti, multatique Sacerdotes, sacra omnia, atque profana diruta, obruta, profligata, viaque tandem strata aditum undequaque quærenti hæresi, quâ duce seditio, impietas, & in Reges ipsos repetita rebellio Regnum illud pessum dedit, quo nullum in Orbe Christiano Regum suorum numerosâ sanctimoniâ clarius, populorum suorum inclitâ pietate nobilius, Ecclesiarum suarum manifestâ religione erga Romanos Pontifices obsequentius. Adeò verum est, vel ipso facto palam evinci, non ita sordido lucri cupidine Romanos Pontifices subigi, ut ob pecuniam solvi Matrimonia patiantur, quæ rata, immota, intacta, insolubilia voluere etiam cum jacturâ integri Regni, etiam cum nobilissimæ Gentis defectione, etiam cum certâ pernicie florentis Ecclesiæ, atque optimè de Orthodoxâ religione semper emeritæ.

(2) d. lib. 1. schism. Anglic. post med.

XI. Neque id hercle mirum. Quid enim possit, aut ritè audeat in rata, perfectaque Matrimonia Romanus Præsul Dei sanè Vicarius, sed homo, cùm Christus palam (1) edixerit: ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Frendeat Margunius, fœderatique Margunio Photiani incondito, ut assolent, fremitu deploratam sententiam tueantur. Hoc est, quod asserimus, hæc Christi sententia est, Christoque nobis authore credenda, servanda proponitur. Deo auspice copulatum conjugium ab homine resolvi non potest. Vel si hæc sententia non placet, agite dum, Photiani, rationes vestras exponite. Nam olim in Synodo (2) Florentina hujus hæresis accersiti, palamque à Latinis, quòd Matrimonia solveretis, accusati, vestras vos ad idipsum rationes habere reposuistis. Eas tamen neque vos unquam edidistis, neque ego olim vestra in Secta natus, & ut cum Apostolo (3) pervicaciæ meæ laudes miserrimas jactem: περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων: *abundantiùs æmulator existens paternarum mearum traditionum*; nusquam deprehendi. Etenim apertissima sunt verba Servatoris (4) Christi: ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι, καὶ ὃς ἂν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται. *Omnis, qui dimiserit uxorem suam, exceptâ fornicationis causâ, facit eam mœchari, &, qui dimissam duxerit, adulterat.* Quæ verba, si verum volumus, nec inutili disputatione ad tuendum positum utimur, duo nobis insinuant, primâ, postremâque parte periodi. Prima docet Divinus præceptor, ne quod ad torum maritalem attinet quidem, fas esse, conjuges invicem separare, nisi ob adulterium, vel, uti dicimus, *fornicationem*, aliudve par, majusve piaculum. Postrema verò præcipit, ne ob adulterium quidem, aliudve piaculum, Matrimonii vinculum solvi posse. De primo nulla est nos inter, & vos controversia. Secundum iis dumtaxat non planè probabitur, qui veritatis quærendæ causa non disputant, sed Judæorum more veritatem exosi ignorantiam suam amant, eandemque rudi sanè, Græco tamen ingenio, per fas, nefasque tuentur. Etenim, ut argumento utar (5) Bessarionis nostri, quo præcipuo utitur more suo alienis opibus, Græcisque præsertim, in Græcos pugnacissimus (6) Bellarminus, ea postrema Christi verba, vel universim, generatimque accipienda sunt, vel cum exceptione, *nisi ob fornicationem*, quam verba priora præseferunt. Si generatim sumantur, sequitur, non fuisse ita dimissam eam, quæ verbis illis dimissa dicitur, ut vinculum Matrimonii solveretur, sed ita, ut prohiberetur tori commercio: non enim adulterii reum diceres, qui dimissam duxisset, ni dimissa viro adhuc priori obligata censeretur. Quare, si generatim, quacunque ex causa dimissam qui ducit, adulter est, jam quacunque ex causa dimissa obligata viro priori est. Quòd si ea verba non sine exceptione recipias, ut sensus sit, qui dimissam (excepta causa fornicationis) ducit, adulterat, jam melior erit conditio mœchæ, quàm pudicæ. Mœcha enim ob adulterium à viro repudiata libera, suique Juris censebitur, liberrimèque, cui voluerit, nubet, quippe vinculis Matrimonii prioris penitùs absoluta. Contra innocens per nefas, atque injuriam dimissa, neque priorem maritum habebit, nec alteri nubere quiverit. At hoc quis ferat? Quisve tam bardus, ut iniquum prorsus haud putet, planèque absonum legi Christianæ, quæ hac verè Photiana, stulta nimirum, interpretatione proposita favebit noxiæ, innocuam castigabit? ἀντιλέξει ἄν τις τῶν ἡμετέρων, δοκῶν ἑαυτῷ σοφιστεύειν, καὶ οὐδὲ τὰ λεγόμενα συνιείς, inquit (7) Bessarion, ante integrum sæculum, merum, putumque Margunium vaticinatus; *dicet aliquis ex Nostris, qui sibi maximè sapere videbitur, cùm ne ea quidem, quæ dicit, intelligat.* Dicet, sententiam Christi generalem esse in verbis postremis, planèque prohibere, ne quis quacunque ex causa dimissam uxorem ducat: nam injuriâ dimissam, quippe viro adhuc priori obligatam duci non posse: jure verò repudiatam, solutam sanè esse, sed novo connubio in pœnam patrati criminis abstineri.

(1) Matth. c. 19. n. 6.

(2) Sess. ultima.

(3) ad Galat. c. 1. n. 14.

(4) Matth. c. 5. n. 32.

(5) Epist. ad Gennad. P. CP. longè post med.

(6) Tom. 3. contr. ult. de Matrim. lib. 1. c. 16. in princ.

(7) ibid. in medio.

XII. Hæc est Photianorum mira, solemnis, atque ubique jactata responsio. Verùm hoc primum interrogo, ea quànam ex sacrâ paginâ eruitur? Quibus Sanctorum Patrum confirmatur effatis? Quâ ratione, quâ lege Canonum constituta proponitur? Peti principium audies, si quidquam responsioni tam fatuæ opitulaturam adducant. Adde, mores eâ Photianos damnari. Nam, si dimissam quâcunque ex causâ non licet uxorem accipere, sive dimissa injustè sit, quòd ligatam, sive dimissa sit justè, quòd ream adulterii; unde fit, ut (1) matrimonio soluto alterum, alteramve patiantur novum inire connubium? Quo Jure permittunt, repudio coram Episcopo solemniter interposito, dictisque (2) illis, quæ ex Jure civili, atque Ethnico ad Ecclesiam transtulere: γύναι, πράττε τὰ σά: *mulier, tua tibi agito*: utrique liceat ad novas nuptias convolare,

(1) Vide de hoc Canonarch. in synod. de sponsal. 3. 4. 5. Margun. not. 94. in Can. Apost. Coress. Tract. Theol. de Matrim. c. 34.

(2) extdt apud Matth. Monach. in qq. Matrimon. tit. qu ib. ex caus. solvit. Matrim.

nullo

nullo discrimine habito, nulla interjecta consideratione innoxii, noxiive, jure, vel injuria repudiatæ? Accedit postremò, quod Photiana stoliditas non animadvertit: ea responsione nodum difficultatis non eludi, nedum absolvi. Nam, quòd adultera dimissa pœnæ nomine haud possit nubere, cùm tamen ex repudio sit libera, facit sanè, si ineatur cum alio, conjugium criminosum, & si vis etiam facit irritum, non tamen adulterium, ut Christus asseruit generatim, quemadmodum affirmas, docens, qui dimissam duxerit, μοιχᾶται, *adulterat*. Adulterium enim est alieni tori violatio, ut Jura (3) probant, recipiuntque Nostri cum (4) Attaliata, & Matthæo (5) Monacho, Demetrio (6) Chartophylace, Theophilo (7) Theologorum Principe, & Phobeno (8) Judice Hippodromi. Explicant Latini cum (9) Goffredo, & (10) Hostiensi; quibus adstipulatur (11) lex Julia. Et probatur ex Etymologia Latina, vi cujus adulterium dicitur quasi *adalterium*, hoc est, transitus ad alterius torum, vel meliùs ad alterius torum accessus, quemadmodum docet (12) Papinianus, enucleantque religiosiùs Joannes (13) Kalvinus Lexicographus, & operosi Indicis author Stephanus (14) Dayòz. Non erit ergo adulterium, sed criminosus alius concubitus matrimonium illud, quod causâ adulterii dimissa, atque adeò libera, novis auspiciis celebraverit. Quare nec is, qui dimissam hujusmodi duxerit, adulterabitur, falsumque penitùs erit, quod Christus universim, generatimque constituens propalam autumat: *qui dimissam duxerit, adulterat*. Quod ne dicamus Photianè prorsus, aut impiè, dicendum erit, generali illo axiomate vinculum matrimonii homini esse, atque affirmari prorsus inextricabile.

XIII. Hinc, ubicunque Servator de vinculo hujusmodi præcipit, generalibus verbis conceptam sententiam proponit, universimque docet, nunquam ita dissolvi matrimonium contractum, consummatumque, ut liceat ad novas nuptias transire. (1) Propterea. ὃς ἐὰν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται ἐπ' αὐτήν, καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται. *quicunque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super illam, & si uxor dimiserit virum suum, & alteri nupserit, mœchatur*. Similiter (2) alibi. πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμῶν ἑτέραν, μοιχεύει, καὶ πᾶς ὁ ἀπολελυμένην ἀπὸ ἀνδρὸς γαμῶν, μοιχεύει: *Omnis, qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur, & qui dimissam à viro ducit, mœchatur*, Omnium luculentissimè Paulus (3) Apostolus: τοῖς δὲ γεγαμηκόσι, ait, παραγγέλλω οὐκ ἐγὼ, ἀλλὰ ὁ κύριος. γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι, ἐὰν καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω, καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι. *Iis autem, qui Matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus: uxorem à viro non discedere: quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat*. Quæ verba, medius fidius, si qua mens est Photianis, impiam ipsorum sententiam planè profligant. Nam primò prohibent, conjugem à conjuge separari, ut intelligas, sine causâ separari conjuges invicem non posse. Deinde sub hypothesi legitimi divortii jubet, separatos conjuges innubos deinceps esse. Quæro, quæ causa divortii justa? Non alia sanè, nisi quæ à Christo decernitur, vel illi minimè absimilis, vel etiam gravior. Igitur separatos invicem conjuges, etiam ex causa per Christum decretâ, innuptos oportet esse deinceps. Non igitur separatum quoad torum conjugium, solutum est quoad vinculum. Nam, si quoad vinculum solutum est, liber uterque: quòd si liber uterque est, ᾧ θέλει, γαμηθῆναι, μόνον ἐν κυρίῳ, *cui vult, nubat, tantùm in Domino*, juxta dictum (4) Apostoli, cujus ex verbis (5) Augustinus etiam Photianis sanctissimus, sapientissimus, nostræ tamen sententiæ propugnator acerrimus sic affirmatè constituit, sic robustè sententiam Photianorum impugnat. *Hæc verba Apostoli toties repetita, toties inculcata, viva sunt, sana sunt, plana sunt. Nullius viri posterioris mulier esse incipit, nisi prioris esse desinat, esse autem desinit, si moriatur vir ejus, non fornicetur. Licitè igitur dimittitur conjux ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris. Propter quod* (audiant Photiani) *propter quod fit reus adulterii, qui dimissam duxerit, etiam ob causam fornicationis*. Scio multa ineptè huc congeri à Photianis, quæ tanquam sua (6) Cajetanus, timidè tamen, & inconstanter proposuit, explicatque hostis acerrimus Cajetani ex eadem Prædicatorum familia Ambrosius (7) Catharinus. Ea tamen adeò inepta sunt, seque ipsa invicem oppugnantia, ut responsione minimè indigeant, quam sanè & numerosam, & solidissimam iisdem præstitit doctissimus (8) Bellarminus, in quo fas erit Photianis ineptiarum suarum syllabum Cajetano tributum percurrere, earundemque supervacaneam refutationem agnoscere. Nam Græcis plus authoritatis conferre videbitur ad hujus quæstionis decisionem sacerrimorum Ecclesiæ Patrum Opinio, docens, ratum inter fideles Matrimonium solvi non posse, quàm rabularum è trivio jactatæ per Photianos argutiæ, quæ toti palam Antiquitati repugnant.

XIV. Certè, si quid credimus Apostolorum sententiis, credimus autem Græci plusquam oporteat, his generatim (1) interdicitur anathematis pœnâ propositâ, ne quis audeat uxorem dimittere, & alteram ducere, aut dimissam ducere, sine ullâ exceptione. Justinus (2) Martyr, & (3) Athenagoras adulterum universim appellant eum, qui dimissam ab alio ducat: eademque (4) Clemens Alexandrinus affirmat, & apertiùs (5) Tertullianus, qui Marcioni objicienti, Christum opposita statutis à Moyse docuisse, quòd permissum à Moyse divortium Christus vetuerit, Respondet; minimè vetitum à Christo divortium factum ex justâ causâ, vetitum sanè, vel post ipsum divortium conjugium alterum. Origenes (6) etiam, ubi retulit cuidam mulieri ab Episcopis quibusdam permissum, ut alteri nuberet, priore marito superstite, subdit, fecisse eos contra Scripturam. Jam quid Concilia? Audi, quid (7) Eliberina Synodus antiquissima censeat: *fidelis, inquit, fæmina, quæ adulterum maritum reliquerit, & alterum duxerit*

xerit

(3) c. non mœchaberis 32. q. 5.
(4) In Synops. tit. ad l. Jul. de adult.
(5) Schol. 2. in d. tit. de Adult. Attaliat.
(6) ad Novell. 31. Leon. & Const.
(7) In Synops. Novell. tit. de Adult.
(8) In explâ. Tomi Unionis sub init.
(9) in sũ. tit. de Adul. n. 1.
(10) In sum. eod. n. 1.
(11) L. inter liberas §. lex Julia ff. de adult.
(12) In d. l. inter liberas §. 1. ubi glos. in verb. nomine
(13) In lex. juris, dictio. adulterium.
(14) In Indice Juris ead. dictio. n. 2. circa med.
(1) Marci c. 10. n. 9.
(2) Luc. c. 16. n. 18.
(3) 1. ad Corinth. c. 7. in fin. & ad Rom. c. 7. initio.

(4) d. c. 7. 1. ad Corinth. in fin.
(5) lib. 2. de adult. conjug. c. 4.
(6) In c. 19. Matth.
(7) In adnot. ad Comment. Cajet. lib. 5.
(8) In d. lib. 1. c. 16. & seqq.
(1) Can. 48. apost.
(2) In Apolog. 2.
(3) In Apolog. pro Christ.
(4) Lib. 2. strom. c. ult.
(5) contra Marcio. L. 4. ultra med.
(6) Tract. 7. in Matth.
(7) Can. 9.
(8) Can. 8.
(9) Canone 17.
(10) Canone 69.
(11) Canone 11.
(12) Canone 2.
(13) In Instruct. Armenor.

(14) *Seß. 24. c. 7.* (15) *In c. 16. Luc.* (16) *Epist. ad Amandum.* (17) *Ad Oceanū de obitu Fabiolæ.* (18) *hom. 17. in Matth.* (19) *In c. 19. Matth. & in 1. ad Corinth. c. 7.* (20) *Ep. 3. ad Exuper.* (21) *In Comment. 1. ad Corinth. ad c. 7.* (22) *Lib. 2. de off. c. 9.* (23) *In c. 10. Marci.* (24) *In c. 19. Matth.* (25) *In c. ex parte de spons.* (26) *In c. gaudemus. de divor.* (27) *In 4. sent. dist. 35.* (28) *In d. dist. 35.* (29) *In d. dist. 35.* (30) *In d. dist. 35.* (31) *In d. c. 5. n. 32.*

xerit, *probibeatur, ne ducat: si autem duxerit, non priùs communionem accipiat, quàm is, quem reliquerat, sæculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit*. Et ante (8) decreverat, fœminam, quæ nullâ præcedente causâ, reliquit virum suum, & alteri se copulaverat, etiam in fine arcendam à communione. Ex quibus duo colliguntur, alterum, graviùs puniri, qui sine causa, relicto conjuge, alteram ducit: alterum, excommunicatione puniri eumetiam, qui, alterâ justè dimissâ, alteram ducit. Pœna autem gravissima indicat, crimen esse gravissimum. Notandum porro, utrunque decretum de iis esse, quos criminis pœnituerat: Quo magis evincitur criminis enorme delictum, cui ne correcto quidem pœna sacra remittitur. Similia his ab Elliberinâ vetustissimâ Synodo decretis constituunt (9) Melevitanum Concilium, & (10) Carthaginiense IV. (11) Aurelianense II. & (12) Nannetense, quæ confirmat post XIV. sæculum (13) Florentina, post XV. Synodus (14) Tridentina. Adstipulantur post Augustinum relatum (15) Ambrosius, & (16) Hieronymus eandem sententiā probans, factoque, ac exemplo communiens. Narrat (17) enim Fabiolam, quòd, repudiato marito, & adultero, & planè nefario alteri viro nupsisset, ab Episcopo publicè sacrâ, sed acerrimâ fuisse pœnâ multatam. Sequuntur ex Nostris (18) Chrysostomus, & (19) Theophylactus, ex Latinis (20) Innocentius I. Pontifex Patronus Chrysostomi, (21) Primasius, (22) Isidorus, (23) Beda, (24) Anselmus (25) Alexander, (26) & Innocentius Tertii, & post hos (27) Thomas, (28) Bonaventura, (29) Scotus, (30) Durandus, cæterique pugnaces Theologi. Ex quorum tùm Conciliorum, tùm omni ætate Sapientissimorum Virorum suffragio manifestum est, falsam esse Photianorum circa divortia, repudiaque sententiam, qui etsi cavillis plerunque ridiculis, aliquando subdolis locum (31) Matthæi, meo etiam judicio subobscurum ita reddant, ut ex causâ adulterii solvi posse rata, perfectaque matrimonia videantur, non tamen aut tanti sunt, aut tanti habendi, ut censeantur tantorum Doctorum authoritatem labefactare posse, ad quos nimirum sensa sacrarum Paginarū subobscura, atque difficilia pertinet explanare, quippe qui vel privatim divino afflati Numine oculatiùs nitidissimam divini verbi caliginem perscrutati sunt, vel in unum, sacrumque cœtum publicitùs congregati repræsentarunt Ecclesiam, cujus est divinorum eloquiorum legitima interpretatio, ut probat more suo eruditissimè (32) Bellarminus.

(32) *Tom. 1. Contro. lib. 3. de ver. Dei à c. 3. ad fin.*

SECTIO V.

Probatio per testes Jure Græco constituitur, atque Testium conditiones aliquæ proponuntur.

SUMMARIUM.

I. *Retunditur Calumniator Græcorum, simul ostenditur, Jure Græco probationem per testes esse Probationum potissimam.*

II. *Refellitur Margunius, & unà probatur, Jure Latino hanc probationem inter præcipuas haberi.*

III. *Eandem probationem aliis digniorem, naturalem maximè, universalissimam, & nobilissimam esse, quæ ex fine ejusdem confirmantur.*

IV. *Propterea rejici à testimonio viles, pauperes, criminosos, infames; idque quatenus. Coressii testimonium contra Margunium. Utile monitum Græcis, & Latinis, ne invicem alterutrius Gentis mores damnent.*

V. *Testes, ut probent, in judicio producendos esse. Fallit in examine, & probatione impedimentorum, de quibus agimus. Idoneos testes à Parte producendos. An sponte se offerentes probent? In examine Ordinum utrique, dummodo idonei, probant. Testi non jurato non esse credendum.*

VI. *Ignorantia Photianorum dolosa cur affirmet non jurato testi credi posse. An ante Cerularium & post, Photiani Sanctos habere potuerint; mendacia Nectarii manifesta.*

VII. *Ex libris corruptis non probari sanctimoniam hominum. Ex incorruptis lipsanis non rectè inferri homines illos Sanctos fuisse. Ethnicorum lipsana, & cujusdam equitis Rhodii Cretæ incorrupta.*

VIII. *Testi non jurato deberi credulitatem aliquam. Cogi posse per judicem, ac superiorem, testem ad testimonium. Id non ferendum, neque recipiendum die feriatâ.*

I. Diu me procul abstinuit à proposito Photianorum in Latinos effrænata malignitas, eòdem me revocat Latinorum quorumpiam in Græcos omnes intolerabilis prorsus iniquitas. Ii penes hos sumus, qui olim probationes ex testimonio deductas rejecerimus, communique suffragio constituerimus, nihil ex testimonio probari posse. Ea propter Doctor quidam triobolaris nuperrimâ, cùm in causa Mercatoris cujusdam cognomento Spanopuli de eo quæreretur, utrum conditum ab eo testamentum ritè per testes probatum videretur, respondit, ineptè, cùm de Græcis agitur, quæri de probatione facta per testes, quando, ex Græcorum sententia, probatio ex testibus habita nulla est. Sed rabulam ineptissimum his, & aliis in Græcos insanientem consulti nos tunc abundè, & validè refutavimus, ostendimusque, Græcomastige hoc nihil esse dementius, qui cùm plurima dicat, eaque absurdissima, nihil usquam confirmat. Et hoc hercle, quod Nobis objicit, neque probat, neque probare poterit. Nam constitutissimi penes Nos Juris est, non solùm ex Testibus legitimam probationem esse, sed & probationem ex Testibus omnium probationum principem esse. (1) Attaliates: ἀξιοπίστους δεῖ εἶναι τοὺς μάρτυρας. καὶ παρέχονται ἐπὶ χρηματικῶν, καὶ ἐπὶ ἐγκληματικῶν ὑποθέσεσι. *Testes esse fide dignos oportet, & exhibentur tum in pecuniariis, tum in criminalibus causis*. Quo in loco Matthæus (2) Monachus: ἡ μαρτυρία, inquit, ἐξοχωτάτη γέγονε τῶν ἀποδείξεων ἁπασῶν. διὰ ἀξιοπίστων γὰρ μαρτύρων πᾶσα ὑπόθεσις διαβεβαιοῦται. *Testimonium omnium probationum est optimum, nam ex testibus fide dignis omnis causa comprobatur*. Quinimò adeò penes Nos probatio per testes recipitur, ut, quemadmodum Jus

(1) *In synops. tit. 16. in princ.* (2) *Schol. 1. in d. tit. Attal.* (3) *L. 15. Cod. de test. & c. 1. Decretal. de test. cogē.* (4) *Ubi supr. §. 4. ante fin.* (5) *Schol. in Attal. d. tit. 16. in med.* (6) *ad Tit. Pandect. de testib.* (7) *In Prochir. utroq; sæpe & in comment. ad novell. novell. 8.* (8) *De testimonio. quemod. fiat.* (9) *In synop. Jur. Græc. tit. de probat. §. de testib.* (10) *Epist. 8. ad Heliam. Can. Ancyr. in princ.*

(11) *In medit. de ministris Eccl.* (12) *In 2. collect. Can. ad Can. Ancyr. in princ.*

Jus (3) Latinum, ità & Jus nostrum per (4) Attaliaten propositum, doceat, cogi posse testes ad perhibendum testimonium, tùm in criminalibus causis, tùm in pecuniariis. Quod Attaliatæ dictum licèt idem ipse author ibi accuratè circumscribat, attamen ex Jure nostro (5) Psellus ad unum tantùm Pontificem hac notâ contrahit: *ὁ ἀρχιερεὺς οὐ μαρτυρεῖ, οὔτ' ἄκων, οὔθ' ἑκών πως, τοὺς δ' ἄλλους ἀναγκάσειας μαρτυρεῖν ἀκουσίως, καὶ μᾶλλον εἰ τυγχάνει τις τῶν καταδεεστέρων πρὸς ἄνδρα δίκην ἔλαχε τὸν ἐπὶ δυναστείας· κἀντεῦθεν ὑποκλάζουσι τῷ φόβῳ τοῦ δυνάστου τοῦ πένητος οἱ μάρτυρες· τότε γὰρ καὶ πρὸς βίαν εἰς μαρτυρίαν ἕλκονται, καὶ τ' ἀληθῆ τιθέναι.* *Pontifex non est testis, nec invitus, nec aliquo modo volens. Cæteros verò ad dicendum testimonium cogere possis: præsertim si quis ex inferiorum numero litem adversus hominem in potestate constitutum habeat, atque hinc fiat, ut testes pauperis metu potentis illius deficiant. Tunc enim etiam per vim pertrahuntur ad dicendum testimonium, & ad deponendam veritatem.* Similia docet (6) Tipucitus, & ex illo (7) Harmenopulus, cujus de probatione hac Græcis usitatissimâ adeò solemnis tractatio est, ut præter ea, quæ passim tradit de ratione, conditione, numero testium, libellum (8) etiam ediderit, quem in sua retulit (9) Diplovatacius, in quo sic orditur· *ἡ μὲν ἀπόδειξις ἐν ταῖς δικαστικαῖς ὑποθέσεσι πολλαπλῶς γίνεται, τὸ δὲ ἄκρον αὐτῆς, τὸ κυριώτατον, καὶ ἀρχαιότατον, ἡ μαρτυρία. αὕτη γὰρ καὶ νόμῳ θείῳ συνέστηκε, καὶ πολιτικοῖς διατάγμασι στηρίζεται.* *Probatio in dicasticis causis variè fit: summa verò ejus pars, & præcipua, & antiquissima est testimonium. Hoc enim & lege divinâ constitutum est, & Jure civili confirmatur &c.* Omitto (10) Photium, (11) Balsamonem, (12) Aristenum, (13) Blastarium, & vetustiores Jurisconsultos nostros, qui eadem ad eandem sententiam contulere. Novissimè hoc ipsum propalam asseverant Barlaamus (14) Monachus CP. Hieremias (15) Patriarcha, Meletius (16) Patriarcha Alexandrinus, Georgius (17) Coressius, Maximus (18) Margunius, Metrophanes (19) Critopulus, & Christophorus (20) Angelus Photiani homines, quorum omnium communi, certoque suffragio illata Genti nostræ calumnia profligatur, evinciturque, probationem ex testimonio deductam Græcis probatissimam esse.

(13) In Synops. Canon. Sect. 3. tit. 3. in med.
(14) De error. Latinor. c. 8. apud Canonar. de vi Can. tit. de Canon. Pœnitent.
(15) In 2. respons. c. 11.
(16) In Epist. de laud. Marci Ephes. ap. Canonarcham, ubi suprà.
(17) In Proœm. Theolog. Dogm. ubi de Martyribus.
(18) In notis ad Metaphrast. in vita 40. Martyrii, & in Nomocan. nota 4. ad Can. Pœnit. S. Basilii.
(19) In Ecthesi Fidei pag. 90.
(20) In libell. de S. Mysteriis apud Canonarchā, ubi supr.

II. Idipsum Latinis commune est, receptumque. Neque enim fidem ullam meretur Margunius (1) affirmans: *ὅτι οἱ λατῖνοι οὐχ ὑποδέχονται τὴν μαρτυρίαν, ἀλλὰ πάντα παρ' αὐτοῖς γίνεται διὰ προλήψεων, καὶ ὑποψιῶν, ἃς πολλαπλασίως κατὰ τὴν σχολαστικὴν αὐτῶν δεισιδαιμονίαν μερίζουσι, καὶ διαιροῦσι, εἰς ἀπόδειξιν εἰσάγοντες τὸ δεόμενον ἀποδείξεως. καί τις αὐτῶν διδάσκαλος (μαγίστορας λέγουσι) εἶπέ ποτε, ὅτι ἀθέμιτον τῇ μαρτυρίᾳ πείθειν, πᾶς γὰρ ἄνθρωπος ψεύστης κατὰ τὸν προφήτην· διάθεσις μέντοι γε βάρβαρος, δυσσεβὴς, καὶ λατινική.* *A Latinis testimonium minimè recipi, sed omnia constitui per præsumptiones, & suspiciones, quas multifariam ex Scholasticâ ipsorum superstitione dividunt, ac distinguunt, evocantes ad probationem, quod probatione indiget. Et quidam eorum Magister dixit aliquando, nefas esse testimonio fidem præstare: nam omnem hominem, ex regio Psalte, mendacem esse: sententia reverà barbara, impia, & Latina.* Nullam, inquam, fidem hæc narrans Margunius meretur. Primò, quia Margunio testi mendacissimo nulla fides. Deinde, quia testem producit Magistrum quendam nobis ignotum, & fortassis, quando cum calumniatore manifestario agimus, Magister hic nusquam apparuit, nisi in ore Margunii, neque unquam, nisi ex ore Margunii, locutus est. Sic nuper ad labefactandam initam, celebratamque Gentis utriusque Pacem in Sacrosanctâ Synodo Florentinâ OEcumenicâ, antiqua quædam exemplaria ejuratæ à quibusdam Constantinopoli pacis invenit (2) Nectarius, (3) vagus ille ex more Photianæ Sectæ Patriarcha Jerosolymitanus, qui vix annum in sua Ecclesiâ moratus, Asiam, Ægyptum, Europam ad corradendam pecuniam sanctissimè peragravit. Denique, qui fidem præstes Margunio hac in re, quam constantissimâ impudentiâ affirmat, cùm constet oppositum? Duos supra viginti Jurisconsultissimos Latinos de testibus, & attestationibus, earum fide, modisque, queis dicundo testimonio admoventur, in summâ de re ad hanc probationem pertinente fusè, plenè, doctèque agentes penes Jo. Baptistam (4) Zilettum reperies. Ingerit se se integer Juris (5) Pontificii Titulus, de Testibus, & Attestationibus: neque ullus inter Latinos est, Canonum, Jurisve peritus, qui, quæ spectant ad probationes, scribendo attigerit, disputandove, quin præcipuum inter probationes locum testimonio concesserit. Hanc ex testimonio probationem validissimam omnium censet (6) Abbas cum communi (7) DD. opinione, quam profert, probatque (8) Decius, & (9) Vivius cum (10) recentioribus. Nam firmiorem esse vivam vocem, quàm mortuam, ex Jure (11) ratum est, & asserit (12) Azo; & ea, quæ constant attestationibus voce prolatis, faciliùs considerari, cognoscique posse, quàm quæ scripto enunciantur, Mascardus (13) affirmat, quòd juxta (14) Innocentium animus vocis organo mentem suam explicat, &, ex dicto (15) Baldi, cor imperat linguæ: ipsa loquentis pronunciatio sæpe ad ipsius Attestationis conditionem agnoscendam penitùs judicem rerum callidum opportunè deduxit, ex Juribus (16) allatis eruditè per (17) Baldum.

(1) d. Nota 4. ad Can. Pœnit.
(2) Ad calcem Antirrhetici pag. 231.
(3) Vide Vitā Nectarii præfixam Antirrhetico post tres pag.
(4) In volum. de Testibus.
(5) Lib. 2. tit. 20.
(6) In rubr. de test. alleg. c. cum Joannis. de fid. instrum. sequit. Felin. in rubr. de fid. instrum. n. 1.

(7) In c. cum P. Tabellio eod.
(8) In d. rubr. de test.
(9) In Comm. Opin. verb. testes vers. validior.
(10) In repet. L. admonēdi de jurejurando.
(11) Auth. de instr. caut. & fid. §. si quis igitur, &c. tertio loco de probat.
(12) In summ. tit. de test.
(13) De Probat. vol. 1. q. 5. n. 6.
(14) In c. veniens ad fin. de ver. sign.
(15) In c. mandatū de rescrip.
(16) L. si in tres ff. de arbitr. L. 1. C. de sent. exc. peric. recip. L. de minore §. tormenta ff. de quæstio.
(17) In rubr. de testibus.

III. Quare non modò validissimam omnium ex testimonio probationem adstipulati Græcis Latini dixere, verùm etiam digniorem aliis probationibus: quemadmodum videre est in omnibus hisce, quos hìc laudavimus, & fusè probat, ac doctè, ut solet, Andreas (1) Barbatia. Eandem (2) Innocentius asseruit probationem esse maximè naturalem, id, quod recipit & (3) Abbas, & (4) Vivius, addens eam ipsam maximè congruam Juri (5) divino dicenti: *in ore duorum, vel trium testium stat omne Verbum.* Quo Numinis effato conficitur, probationem ex testimonio supra omnes probationes esse etiam propterea, quòd protendatur ad omnia, cùm cæteræ certos fines habeant. Nam cùm cæteris probationibus, quas & retulimus utiles rei, qua de agimus, quasque omisimus, quippe nobis inutiles, non omnia proba-

(1) In rubr. de fid. instrum.
(2) In d. c. cū P. Tabellio.
(3) In d. c. tertio loco.
(4) d. vers. validior.
(5) Mat. c. 18. n. 16. 2. ad Corinth. c. 13. n. 1.
(6) Cons. 349. incip. dum quæritur.
(7) In c. semel malus de reg. Jur. in 6. (8) Cons. 211. Domine. (9) Cons. 199. in fundamento. (10) Consil. 199. (11) In L. sciant col. 2. C. de probat. (12) In c. præceptum 32. q. 5. (13) Philosoph. Ethic. lib. 1. c. 22.

probari queant; hîc, quam testes efficiunt, omnia probantur. Quod ex relato constat Dei Legislatoris effato, probaruntque Latinorum præcipui (6) Romanus, Joannes (7) Andreas, Fridericus (8) Senensis, (9) Alexander, (10) Oldradus, & (11) Baldus; quorum doctissimis assertionibus adde, quæ in Jure Latino passim occurrunt, quibus non solùm ostenditur, testimonio deductam probationem à Latinis omnino recipi, verùm etiam laudari. Ajunt enim, dignitatem generosam esse ipsum ferendi Officium testimonii. Ita censuit Concilium (12) Toletanum, cujus sententiam appositè ad hanc ipsam rem attulit Speculator, commendavitque. Nec immeritò, quando illud ipsum ratio commendat. Etenim, cùm ex fine dignitas, atque nobilitas Officii spectanda sit, ut docet universa Moralis Philosophia, explicatque ex Nostris (13) Coridaleus post (14) Planudem, ac (15) Psellum: finis autem ejus, qui testimonium dicit, sit Veritas, cui indicandæ, constituendæque operam navat: atque hæc rerum omnium nobilissima sit: quare præ omnibus amanda, uti docuit (16) Jurisconsultus, victrix omnium ex (17) Hostiensi, cui omnia subjicit Jus (18) Canonicum, & Fridericus (19) Senensis, Justitiæ mater, ex (20) Baldo; quam qui sequitur, Deum sequitur, ut asserit (21) Augustinus; sequitur, Officium testis & nobilissimum, & generosissimum Jure censeri.

IV. Quò fit, ut à testimonio dicundo repellantur pauperes, humiles, & viles, quemadmodum post (1) Alexandrum, (2) Marsilium, (3) Ruinum, Antonium (4) à Butrio, Joannem (5) Imolensem, & (6) Rolandum asserit (7) Antonius Gomezius, qui hoc verissimum putat, tametsi dubitetur de paupertate, atque de hoc videndi ii, quos latè refert (8) Cenedo, Itidemque repelluntur infames infamiâ facti. Id, quod contra (9) Glossam arbitratam hoc non nisi in Criminalibus verum, affirmo simpliciter cum (10) Mascardo, ut verum sit etiam in causis civilibus; quando infames hujusmodi repelli in Criminalibus, certum est authoribus (11) Abbate, (12) Baldo, (13) Aufrerio, (14) Albertino de Maletis, (15) Croto, (16) Grammatica, (17) Felino, (18) Decio, & (19) Covarruvia, quibus Jus (20) Pontificium apprimè suffragatur, à testimonio ferendo infames, ac criminosos rejiciens, quasi dignitas ferendi testimonii non infamibus, quibus omnis dignitas denegatur (21) ex Jure, sed dignis omnino concedenda sit, quemadmodum contra (22) Barbatiam Latinorum (23) plerique docent, imo ipse etiam (24) Barbatia, quæ dixerat, corrigens. Tanta est Latinorom concordia in affirmanda dignitate probationis habitæ ex testimonio, quod adeò probant, ita laudant, tam apertè ubique ingerunt, ac decernunt, ut non nisi ab impudentissimo, & passim, (uti Græci IC. dicimus) Stellionatus Reo Margunio asseri palam potuerit, negligi, imò damnari à Latinis probationem ex testimonio. Quare (25) Coressius & ipse Latinorum Calumniator impu-

(14) *In Adag. cent.1.n. 99.*
(15) *In Jambico de Veritate, & li.1. theologicorum initio.*
(16) *In L. cum ita legatum ff. de condit. & demonstr.*
(17) *In c. in auditia de sēt. & re jud.*
(18) *In c. consuetudo 13. dist. c. fraternitatis de frig. & malef.*
(19) *Cons. 14.*
(20) *In L. libertini ff. de stat. hom.*
(21) *c. quisquis: 11.q.3.*

(1) *Cons. 35.n.2. et seq. vol.3.*
(2) *Cons. 65.n. 30. & cons. 28.n.19.*
(3) *Cons. 140.n.34. in fin. vol. 5. & cons. 150.n.12. eod. vol.*
(4) *In c. si quis testium in fi. de test.*
(5) *In d. c. si quis testium.*
(6) *Cons. 16. n. 22. vol.1.*
(7) *De delicto c.12. n.18.*
(8) *Ad Decretal. Collect. 133.n.2.*
(9) *In L. 3. §. duæ causæ ff. ad Carbon. c. testimonium vers. in hoc casu de testib.*
(10) *d. q. 5.n. 18.*

(11) *In c. licet ver. quidam verò de probat. & in d.c. testimonium, col.4.* (12) *In L. cunctos populos n.42. vers. in causis verò Crim. C. de Sum. Trinit.* (13) *Decis. Capell. Tholosan. n.174. in fin.*

dentissimus, modestior tamen Margunio (studuit enim aliquando Latinis, eorumque sententias norat) hanc Margunii publicam planè calumniam sic reprobat. ὁ κυθήρων πλανᾶται ὑπερφυῶς, καὶ σφάλλεται ἐν ταῖς σημειώσεσιν αὐτοῦ ἀποφαίνων, ὅτι λατῖνοι τὰς μαρτυρίας ἀποδοκιμάζουσι. τοῦτο γὰρ ἀληθῶς ἀποδοκιμάζει πᾶσα ἰταλῶν ἰδικὴ πρᾶξις, καὶ νομικὴ, καὶ δικαστικὴ, ἐν αἷσπερ ἐν τῷ πρωτείῳ τὴν ἀπόδειξιν τῇ μαρτυρίᾳ δίδοται ἀναμφισβητήτως· καὶ τοῦτο λέγω ἔμπειρος ὢν τῶν λατινικῶν πρὸς κόρον, πρὸς δὲ τούτοις, ἵνα ἴσωσιν οἱ συγγραφεῖς ἡμῶν καλῶς τὸ πρότερον εἰδέναι, πρὶν τὸ μέμψασθαι τὰ τῶν λατίνων, ὅπως μὴ γελοῖοι γίνωνται τοῖς ἀντιπάλοις, ἐγκαλοῦσιν οὐ τὰ φανερὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπόσκια τῶν ἁμαρτημάτων καταπολεμοῦν. *Cytherensis Antistes decipitur mirè, & palam fallitur in Notis affirmans, à Latinis testimonia reprobari: hoc enim reverà reprobat omnis Italorum consuetudo, legesque ipsorum, & judicia, in quibus profectò primum inter probationes locum obtinent testimonia, sine controversiâ. Hoc porro dico gnarus Latinarum rerum abundè; atque etiam uti sciant Scriptores nostri, bene rimari res Latinas ante, quàm eas vituperent, ne ridiculi fiant adversariis, scientibus non manifesta tantùm, sed & subobscura errata severè oppugnare.* Hæc Coressius acutè, quæ utinam Photiani, atque ipse idem, qui hæc scripsit, Coressius, & nossent, & servassent, mediusfidius non iis ineptiis chartas implessent, quas non sine stomacho legimus, ac passim cum indignatione detestamur. Idem sanè monitum Latinorum quibuspiam, si, uti decet, recipiatur, proderit, quò cautiùs ab obtrectatione importunâ, inutili, perniciosâ rerum Græcarum abstineant se, quas cùm ne summis quidem digitis tetigerint, audent ad trutinam revocare, notare censoriâ virgâ, imò & palam damnare, cùm hercle nihil difficilius periculosiusque fiat, quàm si Græca damnes, quæ non nisi manifestissimo errori obnoxia damnanda sunt, alioquin, licet neque congrua, imò & contraria moribus Latinorum, omnino laudanda, quippe congrua sanctissimæ Antiquitati, & Orientalis Ecclesiæ moribus probatissimis confirmata.

V. Verùm de his & dixi, & dicam nunquam satis, nunc propositi tenax, quando abundè & hostem Gentis nostræ imperitissimum, & Calumniatorem Latinorum Margunium rejeci, ostendique, probationem ex testimonio utrique Genti receptam, ejusdem probationis rationem, ac modum breviter ex re, de qua agimus, enucleo. Et primò quamvis testes Idonei, ut probent, in ipso judicii loco producendi sint, ut post (1) Tipucitum nostrum docuit (2) Maranta, quorum dictum ita intellige, ut excipiat & senes, & ægrotos, aliosque, aut valetudinarios, aut necessitate aliqua longe à Tribunali detentos, uti (3) Jura pronunciant, quemadmodum & de præstantissimis, egregiisque viris (4) Paulus IC. decernit, constituitque de Episcopis (5) Theodo-

 sius.

(14) *De testibus n.16.*
(15) *De testib. p.3. n.16. & 30.*
(16) *Voto 22.n.7.*
(17) *In d. c.licet, & d.c. testimonium. n.12.*
(18) *In d. c.licet.*
(19) *Pract. Quæst. lib.1.c.18. n.1.*
(20) *In d. cap. licet in hoc casu.*
(21) *L.1. Cod. de Infami. lib. 12.*
(22) *De testib. ad c. testimonium n.16.*
(23) *Ad L. quoniam C. de hæret. L. 1. ff. de test. L. fin. Co. fi cert. pet. L. eum ff. quemad. test. aperi. Angel. de Perus. de test.*
(24) *In c. de Probat.*
(25) *Ad Synop. Nili, in Canon. Carthag. sub init.*

(1) *Ad tit. Pandect. de test.*
(2) *In Specul. vers. sin autē producuntur testes n.6.*
(3) *c. si quis de test.*
(4) *In L. ad egregias ff. de jurejur.*
(5) *In L. nec honore C. de Episc. & Cler.* (6) *In suggestio ad D. Patriarcham de test. Clericor.* (7) *De vitib. Eccl. c. de Ordin. §.2.* (8) *In L. nimis grave. C. de test.* (9) *c.1. de probat.* (10) *Cons. 227. Quando pro debito n.3. lib.5.* (11) *Tit. de test. pag. 16. sub init.* (12) *In L. quæ omnia §.1. ff. de procur.* (13) *In L. libertorum. C. de test.* (14) *In L. post legatum §. his verò. ff. de his, qui. ut indig.*

fius. Quamvis, inquam, generatim testes idonei producti tantùm in ipso judicii loco probent, attamen in probandis impedimentis Ordinum non erit opus, ut coram ipso Tribunali testimonium dicant, quando hìc non agitur de Judicio, sed de examine, in quo Juris solemnitates neque aliquid operantur, neque necessariæ sunt. Id, quod adnotavit opportunè Joannes (6) Jonopulus ex Nostris, & ex Latinis Leonardus (7) Lemmius, apud quem multi. Poterit ergo Episcopus quocunque in loco testimonium de Candidato Ordinum recipere, probabitque æquè privatim receptum testimonium, ac si publicè delatum esset, præsertim cùm testimonium hujusmodi non collimet ad damnum ejus, contra quem fertur, sed potiùs ad utilitatem tum privatam ejus, qui ex eo rejicitur, ne non idoneus, & sacris muneribus impar, eorundem onus immane sibi, ac iniquum subeat, tum publicam ipsius Ecclesiæ, quæ sibi minimè verebitur ex inepto ministro, neque ex eo periculum subibit, sæpe, uti diximus, grande, plerunque præsens, semper timendum. Eodem modo licèt Testes idonei, ut probent, à parte producendi sint, quando nemo cogitur proferre contra se testes, ut affirmant & Jura (8) Civilia, & (9) Canones ipsi, quos sequitur (10) Baldus, explicatque (11) Attaliates: Et quando se ipsi testes ad testimonium offerre non possunt, quippe tunc futuri Jure suspecti, dum operam testimonii sui Judici ingerunt, ut docuit (12) Ulpianus, & (13) Imperatores, quorum effata explicant post (14) Bartholum (15) Alexander, & (16) Tiraquellus. Quò fit, ut maximè dubitetur, an fides præstanda sit testi non citato, negantibus Jacobo (17) Belvisio, (18) Alexandro, (19) Maranta, (20) Ruino, (21) Gravato, & aliis; assentientibus autem Lanfranco (22) de Oriano post (23) Accursium, (24) Bartholum, & (25) Baldum, cæterisque doctoribus ex communi, quam probat, & sequitur Joseph (26) Mascardus: Licèt, inquam, non nisi per partem producti testes idonei probent plerunque: tamen etiam non producti per partem probabunt affatim, quæ ad Ordines spectant. Primò, quia examen est non judicium, quod agitur. Deinde quia hoc in examine Antistes ex Officio, & quidem sibi maximè proprio procedit. Cùm autem Judex ex Officio procedit ipse producit testes non pars, quemadmodum dixit (27) Baldus. Adde, in hoc Examine ipsum Episcopum partem esse. Fungitur enim vice ipsius Ecclesiæ, ejusque nomine testes provocat, ne quid ex inconsideratâ manuum impositione damni capiat. Quò fit, ut olim testimonium ejusmodi coram Populo caperetur, evocarenturque omnes in Ecclesiâ ad testimonium dicendum de Vita, moribusque, atque conditione ejus, qui provehebatur ad Ordines, ut accuratè, & eruditè constituit testem ipsam Antiquitatem nostram producens Nicephorus (28) Melissenus Episcopus Crotoniata. Ipse igitur Episcopus provocabit testes, ipse interrogabit, ipse testimonium recipiet, ac Jusjurandum. Neque enim non jurato licet plenam, integramque præstare fidem. Quod negavit (29) Meletius Patriarcha, & post eum & (30) Margunius, & (31) Coressius, ut inde in Latinos insurgerent, quos tamen verissima censere, atque consentanea Juri Græco, & Latino docet Constantinus (32) Magnus, Matthæus (33) Monachus, (34) Harmenopulus, Principumque nostrorum trita manibus omnium (35) Decreta, quibus adde Jus (36) Pontificium, ac doctum (37) Glossographum.

VI. Ex quibus Photianorum ignorantia, & manifesta imperitia deprehenditur, refelluntur que cum risu (1) Pseudo-Nectarii, aliorumque querelæ, quibus Latinos passim aggrediuntur, quasi calumniæ reos, quod Photianos ignorantissimos asseverent: cùm ex his, quæ falsa, manifestèque falsa docuimus, apertè constet ea scribentium, ea dicentium, ea impudenter affirmantium ignorantia, quæ tamen nunquam simplex est, aut sola procedit: semper duplex, & vafra, semper fraudibus circumsepta, dolisque in exitium Veritatis gliscit, animisque simpliciorum illabitur. Nam hoc, quod ajunt, fidem testi præstandam etiam non jurato, eo dirigunt, ut quos in fine superioris, quod elapsum est proximè, sæculi ad impietatis suæ robustissimam confirmationem, inter Divos retulere, authore nimirum ipso (2) Margunio, viros ignobiles, impios aliquos, plerosque agrestes Monachos, vel potiùs inconditæ stoliditatis rusticos, testium productorum non juratâ nimirum attestatione (nam ipso (3) Margunio teste jusjurandum respuere) apprimè comprobatos, demonstratosque confirment. Proposuit ex his plurimos nuperrimè diligens fabularum assutor (4) Nectarius, & primò Patriarchas, quos Latinis opponeret Pontificibus: Deinde (5) promiscuè, Monachos laicos, viros, fœminasque, quibus Latinorum Divos impugnaret. Hos igitur testimonio illo minimè legitimo, nulliusque penitùs fidei, quippe sine jurejurando inani planè, adorandos contendunt; quasi verò Ecclesia Orthodoxa Photianis ineptiis quidquam fidei posset concedere, aut fas esset felici Beatitate donatos existimare, qui nusquam insigni præditi sanctitate probantur. Sanè non ambigo, potuisse, ante Cerularium, inter Patriarchas Græcos, aliquem virtutis non contemnendæ esse. Nam ante perfidissimum illum, & tumidissimum Patriarcham, cujus immensa superbia vel ipsis Cæsaribus intolerabilis (6) fuit, nondum apertè Photiani desciverant, nec impii Patriarchæ se se totius Antistites Ecclesiæ contra fas dixerant, Itidem facilè admiserim, ex simplicibus illis Monachis, laicisve etiam post apertissimum schisma aliquos piè vixisse, sanctèque functos vitâ fuisse: invictâ eos scilicet ignorantiâ Albo Photianorum eximente, adscribenteque Orthodoxis Græcis: quando id sæpe usuvenit, ut ignorantia (7) excuset, præsertim in Controversiis nostris, quæ & supra captum plebeculæ sunt, & ad (8) necessariò credenda non pertinent. Id ego utrumque nego, velimque ostenderet eloquens hic Nectarius Patriarcha, & reipsà esse, post Schisma patens, inter vos, qui Divorum nomine censeri debeant, & reipsà probari. Alterum vos asseritis. Quis toties mendacii palam reos fide dignos existimet? Imò quis fidem præstandam putet iis, qui in ipsâ Divorum ejusmodi enumeratione propalam mentiuntur? Nam Necta-

(15) *Conf. 68. vel 78. col. 2. & 6. vol. 2.*
(16) *De privil. piæ cau. privil. 3. circ. fin.*
(17) *In §. si verò ignori Auth. de test.*
(18) *Conf. 180. n. 7. vol. 2.*
(19) *Ubi suprà.*
(20) *Conf. 30. n. 5. vol. 5.*
(21) *In Additio. ad Vest. prax. lib. 6. c. 3.*
(22) *De test. in princ. n. 6. vers. quinto quæro.*
(23) *In d. L. post legatum. §. his.*
(24) *In d. L. post legatum §. his.*
(25) *In L. Presbyteri C. de Episc. & cler.*
(26) *d. q. 5. n. 29. & seqq.*
(27) *In d. L. Presbyteri.*
(28) *De visib. Eccl. Græc. c. 23.*
(29) *In Ep. ad Alex. de cultu SS.*
(30) *In notis ad Metaph. in Vita Palamæ.*
(31) *In descrip. Mõtis Atho. post med.*
(32) *In L. jusjurãdi C. de testib.*
(33) *Ad Attaliat. tit. de test. Schol. 5.*
(34) *Ad Novell. & in Epit. carũ c. 5.*
(35) *Lib. 21. Basilic.*
(36) *In c. hortamur 3. q. 9.*
(37) *In c. fraternitatis de testib.*

(1) *Passim in Antirrhetico.*
(2) *In proœm. Notar. ad vit. Metaphrastis.*
(3) *Ibid. circ. med.*
(4) *In 4. Antirrhe. Sect. 10. pag. 200. à lin. 10.*
(5) *Ibid. pag. 202. à lin. prima, & deinceps.*
(6) *Vide Curopal. in Isaacio Comnen.*
(7) *Vid. Farinac. de hær. q. 179. §. 3. & 4. per tot.*
(8) *Vid. eund. d. q. 179. n. 81. & seqq.*
(9) *Vide testimonium Gręcię i Nectario Jerosolymitano.*
(10) *d. Sect. pagin. 202. lin. 5.*
(11) *Vid. Alex. in L. si ex falsis. nu. 13. Cod. de transact. & Cõs. 27. n. 3. Cons. 44. nu. 2. vol. 2. Deci. Cons. 105. post n. 5. vers. similiter testis. Gratum cons. 2. n. 18. vol. 2. Cottam in memorab. vers. juramẽtum Soccin. Senio. cons.*

Digitized by Google

136. n. 9. vol. 1. Mascard. fig. 76. com. conclus. Paris. cons. 88. n. 82. & cons. 83. n. 39. vol. 1. Alciat. in L. 1. §. sed etsi n. 51. ff. de V.O. Pases. cons. 142. n. 7. Clar. in prax. q. 53. n. 8. Innoc. in c. fraternitatis n. 1. Bos. tit. de opposit. n. 22. Craves. cons. 6. n. 14. Rom. cons. 505. & alios.

Nectarius ipse, qui se ipsum Cretensem facit, cùm fortè (9) Cyprius sit. (Vide hominem veracissimum!). in ipsâ Urbe Creta Antonium geminum, alterum Asemacen cognomento, alterum Charalampum Thaumaturgum utrunque, utrunque manantibus è tumulo liquoribus odoris circumfluum, coli publicè, cultosque (10) testatur, cùm tamen Cretæ ipse natus, altusque ad pubertatem Cretæ, Cretensis ab origine homo, neque ex infimâ plebe, jurejurando confirmare queam, meâ ætate, Parentumque, atque Avorum meorum ea Sanctorum recentium nomina Cretensibus inaudita; cultum his Cælicolis præstitum nullum, atque Thaumaturgam utrunque geminum esse Photiani hominis, mirumque commentum. Ex his, quæ ipsi scimus, hæc vestra fides est, unde de reliquis conjectura. Nam testi semel mendaci nihil deinceps esse credendum, omnia (11) Jura, Jurisperiti omnes pronunciant. Sed esto, ò boni, nos credulos vobis accipite, date alterum, ut probetis, quæ dicitis.

VII. Eos, inquiunt, quos Cælites affirmamus: Sanctorum fastis adscripsimus: hos colimus incorruptos, hos inclitos eximiâ Sanctimoniâ plures testantur. Primùm de omnibus dictum, quos enumeratis, falsissimum est, ut vestri ipsi Fasti, ipsi Ecclesiastici (1) Codices confirmabunt. Unum, aut alterum, tres, quatuorve pessumdatum à Vobis, ut palam est, & (2) Allatius noster evincit, recepit Triodion: sed ex libro sacro corrupto, ac post admissum Palamam, hæreticum, Polytheum, Turcarumque Catamitum Antistitem, planè sacrilego, quæ tandem, ò viri docti, probatio est? At Virorum tantorum cadavera mors veneratur, quæque omnia solvit, integra servat. Primò inepta consecutio est, & planè puerilis, ex integritate cadaveris de sanctimoniâ defuncti hominis sententiam ferre. Scilicet quotusquisque tam imperitus, & barbarus, qui nesciat integritatem hujusmodi etiam naturaliter cadaveribus posse (3) contingere? Vel si omne cadaver post sæcula integrum Cælitem ostentat eum, cujus illud cadaver est lipsanum, Diomeden Ætolorum Regem, Græcorumque in Bello Trojano post Achillem fortissimum, Divis vestris adscribite, cujus cadaver, teste (4) Planude, repertum in Paro Insula sub Palæologo Michaele incorruptum, & integrum. Merionem in Cretâ penes Latomiam, quam falsò Laberynthon aliqui putant, suo ævo integerrimis artubus, totoque corpore incorrupto à rusticis quibusdam humo prolatum narrat Leo (5) Magentinus, & si fas credere (6) Malaxo vestro, Megalopoli in Peloponeso vidit Græcia sub Joanne Comneno integrum Polybii celeberrimi inter nostros historicos nominis cadaver productum è tumulo, &, ut prisca prætercam, insistamque Græciæ, in Creta, atque in ipsâ Metropoli cognomine Patriâ nostrâ, quis non vidit è populo Rhodii Equitis integerrimum lipsanum, quod in Scevophylacio Templi Christo Servatori dicati, in arca lignea ita custodiebatur, ut unicuique liceret accedere, detegere, contrectare? Ergo & hos omnes Cælitum vestrorum addite choris, si ulla ex integritate cadaveris ad sanctimoniam recepti inter Divos hominis consecutio est. Nam quod de Odoribus dicitis, aliisque, queis passim cadavera isthæc, quæ vobis colenda proponitis, viri acuti, ac rerum periti perfunditis, unde probetis, ignoro. Fit ergo, ut de hoc, sepositis aliis omnibus, amicè quæramus, petamusque sine amore, & odio, Nobis ut hæc ipsa, quæ audacter asseritis, confirmetis. At desunt jurati testes, authore (7) Margunio. Quæro, cur si verum, quod dicitis, testes id jurejurando confirmare recusent? Aut quî fidem ineptiis vestris præstare licebit, quas ne unum quidem unius hominis testimonium legitimum audeat confirmare? Non jurato testi fidem plenam præstandam contenditis: jam constat, quam ob causam hoc ipsum adsumitis, quod tamen commune Ecclesiæ utriusque, utriusque Gentis suffragium, imò omnium Gentium Sententia rejicit, reprobatque, ut planè ridiculi sitis, homunciones miserrimi, qui causam vestram tutaturos fortassis ab Inferis damnatos homines advocatis, quos ex legitimo testimonio, non dicam sanctos, sed ne Christianos quidem potestis ostendere.

VIII. Hæc obiter, ut communem sapientum sententiam tutaremur contra Photianos: cæterùm etsi testi non jurato plena fides non debeatur, tamen credulitas aliqua reipsa debebitur, ut ex eo Pontifex, aliis testibus advocatis, ritè de criminibus, & obicibus Ordinum quærat, atque usque ad plenam eorundem notitiam, omnia vestiget. Id, quod (1) Prodromus vester asseruit hâc doctâ periodo. ἐν δὲ τῇ ἐξετάσει τῶν προτιθεμένων μαρτυριῶν, εἴ τις ἀνώμοτος, κἂν μὴ ἀποδείξῃ τὸ ζητούμενον, δώσει ἄδειαν λεπτοτέρας, καὶ ὁσιωτέρας ἐξετάσεως τῷ ἀρχιερεῖ, ἵνα βεβαίως ἡ ὑπόθεσις φανερωθῇ. *In examine autem propositarum attestationum, si qua sine jurejurando, etsi non probaverit, quod quæritur, dabit locum subtilioris, & sanctioris examinis Antistiti, ut certissimè causa manifestetur.* Quam periodum attulit ad hoc ipsam (2) Harmenopulus, laudavitque, addens & illud, quod ex Jure nostro superiùs diximus, nimirum ad hanc ipsam per idoneos testes probationem posse Pontificem testes eosdem ad testimonium dicendum cogere. Cujus ea ratio est, quia, cui potestas est finis, ei & instrumentorum, quæ media vocant, omnino ad finem necessariorum potestas est. Quare, cùm sæpe fiat, ut rei Veritas, quæ in examine, judiciove perquiritur, quæ finis examinis, judiciive censetur, haberi non possit, quin, qui putantur Veritatis quæsitæ conscii, de illa testimonium legitimum ferant, qui quæstionem Veritatis ex munere habere potest, poterit hercle testes ad testimonium adigere etiam laicâ, vel Ecclesiasticâ, sacrâve multâ propositâ. Ea propter effatum hoc constitutissimi penes utranque Gentem (3) Juris est. Tradit enim, inquit (4) Attaliates, ὁ νόμος, ὅτι οὐ μόνον ἐπὶ ἐγκληματικῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ χρηματικῶν ὑποθέσεων ἀναγκάζεταί τις μαρτυρεῖν, ὅπερ ἐπίσταται, ἢ προσομνύναι, ὡς οὐκ ἐπίσταται. *Lex, non solùm in criminalibus, verùm etiam in pecuniariis causis, cogi aliquem id testari, quod scit, vel jusjurandum præstare, quod nihil sciat.* Sequitur (5) Psellus, & La-

(1) Vide Triodiū.

(2) In duab. dissert. de lib. Eccl. Græcor.

(3) Vide Jodoc. Keller. lib. 1. Artis medic. historiæ c. 15.

(4) In Philologic. de hist. Dyctios, & Troico Bello.

(5) In Comment. Aristot. de Gener. & Corrupt. ad tex. 1.

(6) In memoriis Rer. Peloponnes. & citatur à Jodoc. Kell. ubi supra.

(7) In d. proæm. Notar. circ. med.

(1) De Interpret. ad Canones Pænitent. S. Basilii.

(2) In libell. de testib. c. 2.

(3) In L. 3. §. adhibere ff. de tab. exhiben. junct. L. 1. §. quid ergo ff. de ventr. inspicien. arg. l. 1. ff. si quis jus dicen. non obtemper. & in L. judices C. de fid. instrum. & c. 1. extra de test. cogen.

(4) In d. tit. de testib. circa med.

(5) Ibid. ad Attal. in Schol.

(6) Tit. de test. §. testi. per tot.

(7) De test. c. 6. n. 48. & 54.

(8) In L. qui restituere ff. de rei vindic. & alibi.

(9) De testib. n. 9.

Digitized by Google

tini pleno agmine adstipulantur post (6) Speculatorem, Albericum (7) de Maletis, (8) Angelum, Lanfrancum (9) de Oriano relatos per (10) Gravatum latissimè, apud quos reperies & illos, qui Jure ab hac necessitate testimonii excusantur, licèt & ii cogi quandoque possint, cùm aliunde Veritas cognosci non potest, de quo videndi ex Nostris (11) Harmenopulus, & (12) Tipucitus, ex Latinis Guido (13) de Suzaria, & (14) Campeggius postremam hanc assertionem accuratè, & sapienter executi; atque adeò curiosè, ut nos ad opportuniora rei nostræ properantes hoc minutissimo, ac, penedixerim, superstitioso labore prohibuerint. De illo tamen monendus Pontifex erit, ne testes hujusmodi die feriatâ recipiat, non enim probabunt ita recepti, ut palam asseruit (15) Harmenopulus: οὐδ' ἐξέτασις ὁποιαοῦν, οὐδὲ δίκη νομίμως γίνεται ἐν ἀπράκτοις ἡμέραις, καὶ γὰρ παραμιλλᾶται ἐξέτασις, καὶ δίκη, ὅτι ἡ μὲν πρὸς τὴν ἄλλην εἰσφέρει. *Neque examen ullum, neque judicium legitimè fit diebus feriatis: æquiparantur enim examen, & judicium, quòd illud ad hoc deducat.* Idem censent Latini de judicio, & examine testium ad judicium productorum. Quare (16) Glossographus negat, posse testem se sacramento adstringere Die feriato; licèt existimet posse testimonium ferre feriato die, si tamen die juridico delatum jusjurandum receperit, de quo tamen penes Latinos controversia est; cùm Jure nostro, ne testimonium quidem dicere die feriato liceat, ut ex relato Harmenopulo palam est, censuitque, relatis pluribus, ac decreto integro Alexii Comneni Gregorius (17) Patzò vir inter nostros Jurisconsultissimus, atque uno Harmenopulo minor, Dies porro feriatos enumerat, & lege tandem constituit antea incertos, & ex arbitrio Principum nostrorum confusè propositos Manuel (18) Comnenus Imperator, cujus constitutionem eruditissimis scholiis explanavit (19) Balsamon, atque extat in Codice Juris (20) Greco-Romani, cui nimirum Pontifices nostri manus dabunt, ut vigeat, quippe cùm passim pessundata ea constitutio sit per (21) Margunium, qui Nobis inter feriatos dies plurimos ingerit, Schismaticorum quorundam impio dicatos cultui, quos olim Græcia etiam Photiana præconibus Verbi Divini Apostolis sacros, piè otiosos decreverat.

(10) *In Addit. ad Vestr. lib. 6. c. 2. n. 2.*
(11) *Ubi supr. d. c. 2.*
(12) *In lib. 21. Basilic.*
(13) *In L. Julia ff. de test. sequitur Imol. & Butr. in c. dilectorũ de test. cog.*
(14) *In tract. de testib. à col. 147. ad 160. sequit. Petrus Dunennas reg. 348.*
(15) *In explic. Novellæ de Feriis.*
(16) *In Clem. judices de off. deleg.*
(17) *In Novell. Manuel. Comnen. ad const. de fer.*
(18) *In Const. s. quæ est de fer.*
(19) *In Summar. ad Novell.*
(20) *Tom. 1. lib. 2. pag. 160.*
(21) *In fin. Not. ad Metaphrast. in ipso Castal. Fester.*

SECTIO VI.

An testimonium duorum sit sufficiens in omni negotio.

SUMMARIUM.

I. *Proponitur quæstio simul, & Calumnia Margunii.*

II. *Refellitur hæc, & ostenditur, de hac quæstione inter Latinos controversiam esse. Margunii mira mendacitas, & ignorantia. Adulatores non esse, qui Juri divino favent. Jus civile non habet pro vitioso testimonium duorum, nisi in testamentis. Non omnia, quæ probantur Jure civili, esse recipienda. Testimonium duorum in omni negotio esse sufficiens.*

III. *Explicatio Verborum Christi pro testimonio duorum adversariis favens, recepta à Pontificibus, & D. Thoma. Silvestrum II. non fuisse Magum. probari potiùs oppositum. Leges civiles non esse Juri divino contrarias, atque obligare in conscientia. Iterum perstringitur ignorantia Margunii.*

IV. *Refellitur illa explicatio ex ipsis verbis Christi, & causa, ob quam dicta sunt.*

V. *Idem ulteriùs confirmatur rejectâ aliâ responsione adversariorum: simul explicantur DD. qui favere videntur sententiæ contrariæ.*

VI. *Proponitur difficultas ex Canone Concilii Romani sub Silvestro. Expenditur fides Actorum ejus Concilii, quàm absurda sit, demonstratur.*

VII. *Doctorum sententiæ circa relatum Canonem, & ex eo descendens Decretum Leonis IV. Eæ omnes refelluntur.*

VIII. *Proponitur Sententia Gratiani. In Jus Divinum an Pontifex Max. aliquid arbitrari possit?*

IX. *Sententia Gratiani refellitur, ut juri Græco absona, consona Photiano, & inutilis. Constituitur vera responsio, qua Canones illi penitùs detorquentur in eum sensum, qui nihil probet contra verba Christi.*

X. *An verba divina negent sufficere unius testimonium? Cùm non agitur de præjudicio alterius, sufficit aliquando, & primò, cùm testis de facto proprio testimonium dicit adstipulantibus indiciis.*

XI. *Eximiis viris creditur solis citra præjudicium tertii, secus, si præjudicium adsit, quo imminente, ne Pontifex quidem Max. solo suo testimonio probat.*

XII. *Soli testi creditur, si id conveniat inter partes: quando plus possit pactum, quàm lex?*

XIII. *Cùm agitur de impediendo Matrimonio nondum contracto, sufficit unius testimonium. Item cùm agitur de iterando Baptismo. Non ita in Ordinibus.*

XIV. *Quatenus in Legatis dictum unius probet? Et an in Possessorio testis unus probet? Cùm agitur de damno alterius, nullo jure admitti potest dictum unius.*

XV. *Idipsum confirmatur, constituiturque, id ne authoritate quidem summi Pontificis fieri posse: qui tamen asseritur contra Photianos, posse Jus Divinum interpretari.*

I. Vidimus ubi, apud quem, quomodo, & quando recepti testes efficacissimè probent ea, quæ ad conditionem eorum pertinent, qui sunt ad Ordines provehendi: superest, ut tractationis hujusce, cujus è proximo finem fessi prospicimus, quæ reliqua sunt breviter exequamur: & illud statim occurrit, de quo maximopere (1) Margunius anxius est: an scilicet è gemino teste plena probatio sit in omni negotio? χαλεπὸν δὲ ἄπορον, ait, περὶ τοῦ τῶν μαρτύρων ἀριθμοῦ βεβαιῶντι διατάξαι. οἱ γὰρ νόμοι πολλὰς ἐνδέχονται. καὶ προστάττουσι, πλείονας μὲν τῶν τεσσάρων, ἐκ πέντε. ζη-τει τῶν βασιλικῶν τὸ λέ. τὸ δὲ θεῖον ἐκ δυοῖν μαρτύρων ἁρμόζει πρὸς τελείαν ἀπόδειξιν· ὅθεν καὶ οἱ περὶ

(1) *In Antirrhetico pro Marco capite ult.*

περὶ

περὶ πάντα ἀμφισβητοῦσιν· ἡμῖν δὲ τὸ νόμιμον ἤρεσεν. οὐ γὰρ ἀπὸ αὐθαδείας ἐθελοντὶ τοῦτο λογισάμεθα τῷ θείῳ, ὃ ἔξεστιν ἑρμηνεῦσαι ὡς παραιτεῖν ἑνὸς μάρτυρος θέσιν, οὐ προστάττειν τὸ αὐταρκὲς τῶν δυοῖν. καὶ οἱ πάλαι ὀρθόδοξοι τῶν Λατίνων συμφωνοῦσιν ἡμῖν, ἐν δ' αὐτοῖς καὶ Σίλβεστρος, οὐχ ὁ μάγος ἐκεῖνος, ὁ βασιλεύσας μετὰ τὴν αἵρεσιν τῶν Λατίνων ἐν Ῥώμῃ, ἀλλ' ὁ παλαιὸς, καὶ θεῖος ἐκεῖνος, ὁ χειραγωγήσας Κωνσταντῖνον τὸν ἀοίδιμον, καὶ ἰσαπόστολον βασιλέα. Δογματίζει γὰρ οὐκ ἐξεῖναι κατακρίνειν ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον ἐπὶ δυοῖν μαρτύρων, ἀλλ' ἐπὶ ὄχλου αὐτῶν· καὶ ταῦτα οἱ πάλαι Λατῖνοι. νῦν δὲ οἱ νεώτεροι τοῦ Πάπα κόλακες ἐξουθενίζοντες τοὺς νόμους, ὅτι οὐκ οἶδα τίς τῶν Παπῶν εἶπεν ἀρκεῖν τοὺς δύο, ταὐτὰ λέγουσι, καὶ πολυλογοῦσιν ἀσυνθέτοις ῥήμασι, καὶ σοφίσμασι τὴν τῶν πατέρων παράδοσιν, καὶ τὴν ἐξουσίαν τῶν βασιλέων χλεύην τιθέμενοι. *Et illud etiam difficilè quis certò constituet de numero testium, Nam Leges multos recipiunt, & jubent plures esse, quàm quatuor, aut quinque. Quære librum XXXV. Basilicon. Divinum autem effatum testimonium à duobus habitum aptum dicit perfectæ probationi. Quare & celeberrimi hac de re dubitant. Nobis porro placet, quod legibus congruit. Nam non sine audacia contrarium existimabimus, quod leges jubent, juri Divino, quod licebit ita interpretari, ut vetet unius testis positionem, non autem jubeat, satis esse duos. Et olim Orthodoxi latini consonant nobis, & inter eos etiam Silvester, non ille Magus, qui, post haresim Latinorum, regnavit Romæ, sed priscus ille, atque divinus, qui Christianum renunciavit Constantinum inclitum, & parem Apostolis Imperatorem. Docet enim, non posse damnari Episcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum ex testimonio duorum, sed ex turba testium. Atque hac antiqui Latini, nunc autem recentiores hi Pontificis Romani adulatores, cùm ad nihilum leges redigant, quòd nescio quis Pontificum dixit, satis esse duos testes, hoc ipsum dicunt, ac repetunt ineptis verbis, & Sophismatibus Majorum traditionem, & potestatem Imperatorum deridentes.*

II. Hæc in Antirrhetico Margunius, quæ vernaculo sermone nostro repetit in (1) Notis: utrobique non diu anceps, dum dubitat, ut non citò deteriorem partem elegerit, qua mox Latinis insultaret, dicam veriùs, qua mox ignorantiam suam, vel certè nequitiam Sapientibus ostentaret. Nam, ut à postremis ejus verbis incipiam, quis adeò Jurisprudentiæ jejunus, quis adeò imperitus, qui nesciat, hodieque inter Latinos maximis disputationibus agitari hoc ipsum, an in omni negotio, ac præsertim in Testamentis duorum testimonium, triumve sufficiat? Vix ex discipulis nostris est aliquis, qui ex ipsis Legum rudimentis hanc celeberrimam quæstionem non hauserit, non expenderit, non constituerit. Scripsit acutè de ea, latissimèque Canonistarum recentiorum meo sanè judicio princeps, & ingeniosissimæ Hispaniæ decus doctissimus (2) Covarruvias, & ante eum (3) Fortunius Garzia: atque ita uterque scripsit, ut idem senserit, sed sapienter, & eruditè cum ipso Margunio. Disputavere de ea, & prisci Latinorum Interpretum, atque hi, quos sibi propitios mentitur Margunius, ita ejus impugnant sententiam, ut illam penitùs damnandam existiment, quemadmodum videre est penes (4) Abbatem, (5) Vincentium, (6) Antonium, (7) Hostiensem, & alios, queis adde eruditissimum (8) Alciatum. Adeò verax Margunius est, adeò legum, Canonumque peritus. Verissimè dixi, si quis Veritatem avet deprehendere, Margunii scripta percurrat, idque putet verissimum, quod ille falsissimum dicit, id falsissimum reputet, quod ille autumat verissimum esse. Ecce, adulatores appellat, qui, quæ Pontifex decrevit, recipiunt, atque tuentur. Quî adulatores dicas eos, qui de apertissimo effato Pontificis dubitant, illudque crebro suffragio circumscribunt, ne generatim sit verum? Sed ut omnes probaverint, quod Pontifex dixit, an propterea dices assentationem? Si falsum, quod probat, damus, quod petis: At illud, ut tecum de quæstione ipsa judicemus, anceps, ac dubium magno se judice utrinque tuetur, Jure hinc humano Cæsarum, inde Jure divino: Quis dicat assentatorem illum, qui ancipitis rei eam partem eligat, cui Jus divinum adstipulatur? Dicis, ex Jure civili, quod præ divino sequeris, quoque Jus divinum interpretare, duorum testimonium non sufficere. Primùm, ut ignorantiam cognoscas tuam, Jus civile testimonium duorum, triumve suffecturum negat in Testamentis dumtaxat, ut ex libro (9) ipso, quem laudas, apertè cognosces: deinde, ut fateamur universim, quod falsissimè dicis: hoc est idipsum, quod dicimus, Jus civile jure divino abrogatum censeri. Neque id, aut novum, aut mirum. Sexcenta sunt, quæ leges Cæsarum decrevere, planè damnata, (10) fœnus, adulteræ (11) cædes, potestas (12) circumveniendi intra dimidiam justi pretii, vetitus (13) Cælibatus, mala in Præscriptionibus (14) fides, atque alia quamplurima, & nota, & translativa, ac penè dixerim obsoleta, quæ si ignorantiæ Photianæ nova sunt, quid ad nos? quibus cùm usu perpetuo nota sint, atque notissima, illud constituunt, quod si barbata Margunii Ignorantia scivisset, hercle secus, ac facit, oppositum humano Juri Divinum Jus prætulisset, ac sensisset nobiscum, in omni negotio, atque adeò, & in hoc, quo de agimus, duum, triumve testimonium legitimum planè sufficere, atque ex duorum, triumve testium dicto plenam probationem haberi. Nempe hoc asserimus universim contra quoscumque, probamusque unicè, quippe Juri Divino unicè consentaneum: Ἐπὶ στόματος δύο, ἢ τριῶν μαρτύρων σταθῇ πᾶν ῥῆμα: *in ore*, (15) inquit, *duorum, vel trium testium stat omne verbum*. hoc est duorum, vel trium testium dicto negotium omne probatur. δυοῖν, ἢ τριῶν μαρτύρων μαρτυρίᾳ πᾶσα ὑπόθεσις τελεῖται, uti explicat (16) Palamas vester. Quid hoc dici quiverit clarius? Si contra mussites, trium, duumve testimonio non omnis causa, vel nulla deciditur: nonne contrarium, vel, ut ajunt, contradictorium affirmas? Porrò, si contrarium effato divino dicas, nonne falsum dices, planèque damnandum? Ut ut Leges tibi Cæsarum faveant, ut ut, quæ Leges decernunt, affirmes, fas erit, imò necesse, quæ dicis abominari, quippe Juri divino planè contraria.

III. Non, inquit, contraria, ad quorum instar

(1) *Ad Can. Pœnitent. S. Cyril. nota 7.*
(2) *In c. cum esses de testam. à n. 2. vers. secundo, & seqq.*
(3) *In tract. de ult. fin. illat. 15.*
(4) *In d. c. cum esses in lect. & relect. col. 3.*
(5) *In d. c. cum esses.*
(6) *In d. c. cum esses.*
(7) *In d. c. cum esses.*
(8) *In L. 1. C. de Sacros. Eccl.*
(9) *Lib. 35 Basilic.*
(10) *L. 1. 2. 3. et tot. tit. de Usur.*
(11) *L. quod ait Lex. ff. ad L. Jul. de Adulter. L. patri ff. eod. L. Gracchus & auth. si quis Cod. eod. cum simil.*
(12) *L. in causa 2. §. idem ff. de Min.*
(13) *L. Julia relata per Planud. in Adag. cent. 1. n. 64. & Harmenopul. in 2. Novell. Leonis.*
(14) *L. cum notissimi C. de præscrip. 30. vel 40. ann.*
(15) *Mat. c. 18. nu. 16. 2. ad Corinth. c. 13. n. 1.*
(16) *Orat. 2. de lum. Thabor. post med.*

Digitized by Google

ftar Jus divinum decet interpretari, ut non affirmet, abunde probationis esse ex testimonio duorum, triumve: sed ut inficietur, ab uno dumtaxat legitimo teste fidem rei, quam probamus, plenam haberi posse. Igitur hoc docet Margunius, verba illa Servatoris edicere, ne stetur dicto testis unius, quippe nihil testimonio suo ex Juris authoritate Divini probaturi. Sed unde hanc interpretationem suam Margunius eliciat, si quæras, nihil reponet Margunius, si quid audeat dicere petiturus principium. Melius qui ex (1) Latinis idem cum Margunio sentiunt, hanc verborum illorum sententiam inficiantem potiùs, quàm affirmantem Pontificii Juris decreto communiunt, asseruntque, non esse novum in Jure, si affirmans propositio per negantem exponatur, quemadmodum notavit (2) Glossographus, & constat (3) ex Jure. Quinimò ea verba Christi in hanc sententiam exponi ab (4) Alexandro III.. Pontifice; ea enim ubi proposuit, eorum hac periodo rationem reddit: *quia, licet quædam sint causæ, quæ plures, quàm duos exigant testes, nulla est tamen, quæ unius tantùm testimonio, quamvis legitimo terminetur*. Propterea interpretationem hanc (5) à D. Thoma probatam, receptamque olim à (6) Leone IV. & (7) Silvestro I. quem religiosè Margunius à Silvestro II. secernit, veritus, ne quis Photianorum ignoret, regnasse inter Romanos Pontifices & Magum. Id, quod maximopere cavit, & (8) Pseudo-Nectarius; quasi grande Sedis Apostolicæ dedecus habendum sit, quòd eam improbi, scelestique homines invaserint aliquando; aut hoc ipsum, quod de Silvestro II. ex (9) Platina per ineptias (10) Martini Cisterciensis stolidissimi Monachi, & Gualfredi (11) Schismatici, damnatique hominis decepto Photiani recipiunt, apertissimæ falsitatis, rotundique mendacii non convinceretur: quippe, quæ, hi scribunt, testes omni exceptione dignissimi, palamque in manifestissimis mendacissimi, &, quod caput est, non ejus ætatis scriptores, negantibus cordatissimis viris, omnique exceptione majoribus Silvestro synchronis, aut eodem sæculo X. vitam agentibus, quos inter vide (12) Glabrum, (13) Ditmarum, (14) Antonium, Guillelmum (15) Bibliothecarium, ejusdemque ætatis historicos Helgaldum, Lambertum, Hermannum, Marianum Scotum, quos producit eruditè (16) Baronius, apud quem, & (17) Panvinum hæc de Magia Sylvestri puerilis planè fabula ita profligatur, ut non nisi ab impudentissimis, ac stolidissimis Photianis, post erudita tantorum virorum monumenta, iterum ad contemptum Pontificiæ dignitatis, nihil ex illâ, tametsi vera esset, ut falsissima est, damni capturæ obtrudi, protrudique potuerit. Hanc igitur verborum Christi genuinam interpretationem cùm Jura manifestè recipiant, cùm Theologorum Princeps probaverit, cùm Pontifices sanctissimi facto ipso veram edixerint, non posse, autumant, ullâ oppositâ aliter sentientium argutiâ labefactari. Recipiendam enim ab omnibus, quam Jura recipiunt, probandam à Sapientibus, quam Sapientissimus docuit, quam facto Pontifices edixere, laudandam ab omnibus: ut ex ea unicum argumentum reputantium sufficiens testimonium omnibus causis duorum, vel trium penitùs corruat. Nam si leges Cæsarum Juri divino contrariæ non sunt, Sanctas esse, & in foro animæ interiori custodiendas ex iis, quæ (18) DD. omnes affirmant. Quo fit, ut reipsa duo, tresve minimè sufficiant testes, Margunio authore, in ullo negotio, cæteris verò cententibus, in testamento. Quam consecutionem hi probant (19) ex Jure notissimo, ille autem probat ex Jure testamentorum. Quasi eas omnes solemnitates, quæ necessariæ sunt extremis tabulis confirmandis, oporteat in omni negotio adhibere, aut eadem omnino probatio judicia, examina, ac Testamenta confirmet. Adeò pinguis Margunii Minerva est, adeò imperitæ sententiæ, adeò absurdæ theses, quas Veritatem depravaturas infelix inauditarum ineptiarum author palam, passimque constituit.

(1) *Covarru. & Fortun. locis cit.*
(2) *In c licet. vers. duorum de test.*
(3) *c. sequaliter 35. q. 3. L. 3. in pric. ff. de manumiss. L. non debet ff. de donat. L. cù pater §. rogo, & L. cum quidam 2. ff. de Leg. 2.*
(4) *In d. c. licet in fine.*
(5) *2. 2. q. 70. art. 2.*
(6) *In c. nullam 2. q. 4.*
(7) *In c. præsul. ead. q. 4.*
(8) *In Antirrhet. Sect. 10. pag. 199. lin. 18.*
(9) *In Silvestro II.*
(10) *In vit. Pont. in Silvestro II.*
(11) *In Addit. ad Genebrardi Chron.*
(12) *Lib. 2. histor.*
(13) *Lib. 6. histor.*
(14) *De Gest. Frācor. lib. 6. c. 40.*
(15) *In Silvestro II.*
(16) *Ad ann. 999. n. 2.*
(17) *In Adnot. ad Platinā in Silvestro II.*
(18) *Vide Resp. 4. n. 4. Sect. 9.*
(19) *L. hac consultissima C. de testam.*

IV. Eas ut uno impetu refellamus, interpretatio illa verborum Christi rejicienda est, planèque authoribus suis, ut palam insipiens, remittenda. Et sanè ea, si verba tum Christi, tum Apostoli bene considerentur, stare non potest. Patet enim, in illis de probatione plenissimâ agi. Nam (1) Christus reprehendendum post secretam animadversionem docet fratrem coram duobus, vel tribus testibus: Paulus (2) autem tertiam monitionem tribus æquiparat testibus: utrinque autem nihil aliud colligitur, nisi sufficere tres, duosve testes, ut ritè fiat, quod ibi præcipitur, utve ritè probetur, quod ibidem intenditur. Ergo illis verbis non negatur unus testis aptus probando, sed asseritur idonea duum, triumve testium fides probandæ rei, qua de agitur. Id, quod confirmatur ex ejusdem Corporati Numinis celeberrimâ argumentatione, ac planè mirabili: ἐν τῷ νόμῳ, (3) inquit, τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται· ὅτι δύο, ἢ τριῶν ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν· ἐγώ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με πατήρ. *In lege vestra scriptum est, quia duorum, vel trium testimonium verum est. Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me Pater.* Unde inferebat: verum est testimonium meum, quo nimirum me Dei filium esse pronuntio. Etenim (4) prædixerat: ἐὰν κρίνω δὲ ἐγώ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστιν. ὅτι μόνος οὐκ εἰμί, ἀλλ᾽ ἐγώ, καὶ ὁ πέμψας με πατήρ: *si judico ego, judicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater.* Quæ omnia sanè hanc argumentationem continent. Ego, & Pater duæ nimirum divinæ hypostases, altera significata per Patris nomen, altera per pronomen *ego*, quod ex Philosophia Christianâ *subsistentiam*, uti dicunt, significat, *suppositum*, & *personam*, atque adeò in Christo loquente ipsum Verbum divinum, cujus unam hypostasim Christus ex duabus naturis compositus in se se poterat affirmare. Ego, & Pater, qui duo sumus, testimonium dicimus de iis, quæ à me de me ipso affirmantur. Vera igitur sunt, & gemino hoc testimonio apprimè probantur. Porro hæc Servatoris Argumentatio nequaquam concluderet, nisi primæ positioni, quæ peculiaris est, præeat universalis aliqua; quando ex peculiaribus, juxta Dialecticos, collectio nulla est. Dic sodes, Marguni, quænam hæc universalis positio? Certè non alia, quàm

(1) *d. c. Matth. 18. n. 16.*
(2) *d. c. 13. 2. ad Corinth.*
(3) *Joan. c. 8. n. 17. & seq.*
(4) *d. c. 8. n. 14. & seq.*

quàm hæc: *in lege vestra scriptum est: duorum testimonium verum est*. Ergo hæc assertio universalis, veraque universim: ergo testimonio duorum omne negotium comprobatur. Nam, si positionem illam interpretatione illâ tuâ sic reddas: unius testimonium non sufficit: aut, duorum aliquando testimonium, & in quibuspiam dumtaxat negotiis verum est, planè argumentatio corporatæ Sapientiæ non concludet, syllogismo sic ineptè proposito. Testimonium unius non sufficit: Ego, & Pater, atque adeò duo, testimonium perhibemus de hoc: ergo verum est testimonium nostrum. Neque enim jure sic colliges: testimonium unius universim non sufficit, ergo aliquando sufficit duorum, aut, quod ineptius est: ergo hoc testimonium duorum sufficit, aut universim, ergo sufficit duorum testimonium. Quæ & singula, & omnia constant ex Logicis, imò ex ipsa Isagoge Logicarum Quæstionum, quâ docemur, neque ex singularibus aliquid legitimè sequi, neque ex negante præmissâ affirmari quidquam ritè in consecutione ipsâ posse, quando, cùm consecutio debiliorem partem sequatur, ex negante præmissâ consecutio affirmare nil poterit.

V. Dices, illis verbis universim affirmari necessitatem duorum, vel trium testium, non affirmari testimonium duorum, vel trium sufficere. Respondeo, utrunque affirmari, testimonium Duorum, vel trium, & necessarium, & sufficiens. Nam primò, si primum solum affirmetur, jam illa propositio sic redditur: Duorum, vel trium testimonium necessarium est, quod idem est, ac si dicas, unius testimonium non sufficit, recidimusque in eadem absurda, quæ nititur interpretatione suâ Margunius abstinere. Deinde ex ipsis Christi verbis, atque ipsâ ejus argumentatione dignoscimus, Duorum testimonium sufficiens affirmari. Nam hoc illis contendit Christus, ostendere verum esse testimonium de se latum, quòd latum sit à Duobus: Id, quod haud equidem potuisset conficere, ni præmisisset, ut certum, duorum testimonium esse sufficiens. Neque enim quisquam tulerit unquam consecutionem hanc: requiritur hoc, ergo sufficit. Collectio absurdissima est, quemadmodum patet in hac: requiritur unius testis testimonium: ergo sufficit unius. Quod præit, verissimum est, falsissimum id, quod sequitur. Verba igitur illa utrunque sonant, requiritur nimirum, & sufficit duum, vel trium testimonium, ut necessitate duorum, vel trium noscas, haud suffecturum unum, & ex eo, quòd duo, tresve sufficiant, verba divina sibi ipsis constent, alioqui nullam habitura vim, si duo, vel tres non sufficiant ad plenissimam ex testimonio probationem, ut consideranti argumentationem illam corporati Numinis manifestè patebit. Hæc vera, hæc certa, hæc digna Christo, qui loquitur, verborum illorum sententia, quâ relata superiùs interpretatio diluitur, obliteratur; simul & illud fit, ut eorum, quæ ad ineptæ interpretationis patrocinium allata sunt, nihil officiant Veritati. Nam, cùm illa verba utrunque contineant, neque sufficere unius testimonium, & sufficere duorum, vel trium, quid mirum, si utrunque inferunt tum Jura, tum peritissimi sapientum, nunc fassi, quod asserimus cum (1) Abbate, nunc inficiati unum sufficere cum (2) D. Thoma, quem sequitur Abbas (3) laudatus? An enim quòd ex illis verbis tum Jura, tum DD. colligunt, unius testimonium ineptum esse; ex iisdem eliciunt, non suffecturos duos, vel tres testes, aut plus, quàm tres, ad plenam ex testimonio probationem necessarios esse? Certè Alexander (4) ille III. cujus effatum importunè ingerunt adversarii, nobiscum est. Cùm enim asserat, in aliquibus causis plures duobus testibus opus esse, Christi verbis sententiam adaptavit, qui duos, vel tres ad plenissimam probationem suffecturos asseruit, ut ex disjunctione illa sciremus, esse aliquas causas, quæ plus, quàm duos petant, nullam esse, cui probandæ tres non sufficiant.

VI. At hercle hic nobis authoritas Silvestri, & Leonis negotium videtur facessere, quorum alter in Romana Synodo generali. *Præsul*, (1) inquit, *non damnetur, nisi cum LXXII. testibus: presbyter autem Cardinalis, nisi cum LXIV. testibus deponatur, Diaconus autem Cardinalis Urbis Romæ, nisi cum XXVII. testibus non condemnabitur, &c.* Alter (2) verò: *nullam*, ait, *damnationem Episcoporum unquam esse censemus, nisi aut ante legitimum numerum Episcoporum, qui fit per XII. Episcopos, aut certè probata sententia per LXXII. testes idoneos, qui tales sint, qui accusare possint*. &c. Ex quibus manifestissimè constituitur, aliquando ad plenam probationem duos, tresve testes idoneos non sufficere; unde mox infertur, tantorum Pontificum authoritate probari adversariorum interpretationem, reprobari nostram, ut verba Christi accipienda sint, non ut sonent: duo, vel tres testes sufficiunt, sed ut asserant, non sufficere unum, requiri testimonium plus, quam unius. Huic difficultati, quam invictam autumat Margunius, multipliciter plerique, qui nobis adstipulantur, occurrunt. Et primò, explosis decretis illis, ut jacent, quippe à Gratiano, vel confictis, vel deductis ex apocrypha historia, ut illi mos est. Etenim perparum fidei passim ab eruditissimis viris tribui Synodo sub Silvestro celebratæ. Quamvis enim certissimum sit, Romæ sub Silvestro generalem Synodum celebratam, ejus tamen Synodi acta Sacrorum Scriptores Annalium erroribus refertissima dicunt secuti (3) Baronium, cui de hoc leviter differenti plurima licet adjicere, ex quibus Silvestrinæ Synodi fides non solùm labat, sed planè corruit. Nam illud in primis anceps, an Imperatore Constantino Silvester Ecclesiæ (4) præfuerit: cùm tamen Constantinus interfuisse dicatur Silvestrino Concilio. Deinde mentionem Regum facit, cùm in toto Orbe Romano, ut certum est, nulli Reges tunc essent, à quibus Episcopi, & Romani Presbyteri sibi possent metuere. Præterea subscripsisse Concilio dicitur Helena mater Constantini, quem Acta Synodica Domnum Constantinum Augustum appellant. Quâ fabulâ nihil anilius iis, qui leviter historiam Ecclesiasticam delibaverint. Est enim omnino compertum, nunquam

Actis

(1) *In c. cum esses de testam.*
(2) *d. q. 70. art. 2.*
(3) *In d. c. licet de test.*
(4) *In d. c. licet.*

(1) *In d. c. præsul. 2. q. 4.*
(2) *d. c. nullam 2. q. 4.*

(3) *Ad ann. 324. ann. 123. & seqq.*
(4) *Vide Eccl. Dogmat. §. 13.*

Actis Conciliorum fœminas etiam Augustas subscripsisse, Pulcheriamque primam omnium Chalcedonensi Concilio interfuisse, nec tamen ejus Acta obsignasse. Nomen autem, vocemque corruptissimam *Domni* Romanis auribus inauditam ante corruptionem linguæ Latinæ factam per barbaros, nemo est, qui non norit. Denique ex Fastis Consularibus patet, Constantino nunquam fuisse collegam Priscum aliquem, cùm tamen Acta signentur Constantino, & Prisco Coss. Adde, ex hac Synodo promanasse fabulas à Latinis confictas, & à Photianis avidissimè receptas de donatione Constantini, ejusdemque Romæ Baptismo, circa quæ vide eruditissimum (5) Morinum, & dicacissimum (6) Vallam.

VII. Porro ex hac profligatæ adeò fidei Synodo, qui nobis consentiunt, jure ad inficiationem Silvestrini decreti progrediuntur, cui addunt, & Leonis IV. Canonem ex Silvestrino manantem, ajuntque, utrunque apocryphum esse, rejiciendumque, quippe verbis Christi Servatoris contrarium. Hæc aliqui ex Nostris. Alii utrunque decretum admittunt, securique Antiquitatis, ut solemne est Canonistis, quæ congesta per Gratianum inveniunt, omnia recipiunt: docent tamen, derogatum utrique uti sentienti non consona Christi sententiis posteriori Ecclesiæ constitutione latâ in Concilio (1) Bracharensi, relatâque per eundem (2) Gratianum. Ut ingenuè fateor, neutra mihi responsio unquam placuerit. Prima enim, quamvis in re vera, mihique certissima, versetur; id tamen & adsumit, & probat, quod nunquam Photianis persuaserit, reputantibus ex Metaphraste (viro pio, sed æquè inter Nostros simplici, ac Surius inter Latinos) Acta omnia Silvestri vero esse veriora. Præterea ea Silvestrinæ Synodi Acta, quamvis erroribus plurimis scateant, non tamen penitùs reprobantur: nec si fuissent reprobata, à Leone IV. solemniter ad authoritatem assertioni parandam producerentur. Itidem quòd Bracharensi decreto derogatum fuerit Silvestrinæ, & Leoninæ constitutioni, est omnino falsum leviter Ecclesiasticarum rerum, ac temporum perito. Nam in primis Synodus Silvestrina fuit Generalis, ut patet ex (3) Gratiano, & (4) Baronio. At Bracharensis Provincialis, seu Topica tantùm censetur ab omnibus. Quare ea revocare non potuit decretum Silvestrinæ Generalis, cui nimirum ipse Pontifex, tantusque Pontifex interfuit, præter minorum Sacerdotum turbam, stipatus CCLXXIV. Episcopis, cùm Bracharensis Synodus vix XII. Episcopis frequens fuerit, ut habes apud (5) Carranzam. Quod verò attinet ad Constitutionem Leonis, adeò eam Bracharense Concilium emendare non potuit, ut Leonis tempora Bracharense ducentis, supra quinquaginta & septem, annis præcesserit. Etenim Leo vivebat circa annum Christi DCCCXLVIII. iniit enim Pontificatum post Sergium II. anno salutis DCCCXLVII. ex (6) Anastasio, & (7) Baronio: at Bracharense actum est sub Ariamiro Rege circa Æram hispanicam DCX. quæ contingit annum Christi DLXXII. quo Concilium illud ponitur communi historiæ Sacræ Suffragio, cui adstipulatur Ariamiri Regis Constitutio penes Ambrosium (8) Morales.

(5) *In vita Constãt. Gallicè.*
(6) *De Donatione Constãtini.*
(1) *Canone 8.*
(2) *In c. placuit d. q. 4.*
(3) *§. Ex præmissis d. q. 4.*
(4) *A d. ann. 324. ubi supr.*
(5) *In summ. Concil. ad Concil. Bracharense in princ.*
(6) *In vita Leonis IV.*
(7) *Ad an. Christi 847.*
(8) *Chronic. Tom. 11. c. 62.*

VIII. Sic explosâ utrâque responsione, miram sanè aliam, sed acceptissimam recentioribus Canonistis (1) Gratianus ipse proponit. Ait, id concessum fuisse ex peculiari quodam privilegio Clericis Romanæ Ecclesiæ, propter quorundam improbitatem, qui cùm non sint spectatæ vitæ, atque scientiæ, in accusationem Ministrorum Dei repentè prosiliunt. Cùm enim ea essent Ecclesiæ tempora, quibus plerique ejus maximè satagebant, ut Romanos Clericos, quos tot muneribus à Constantino Principe affici dolebant, criminationibus impeterent, visum est supremo Ecclesiæ Principi, legem Christi Servatoris, atque decretum, quo duorum, vel trium testium effato veritatem censeri decrevit, ita explicandum esse, ut illis nimirum in circumstantiis non obtineret. Posse autem supremum Sacræ Reipublicæ Antistitem quandoque in lege divinâ per interpretationem, sive, ut Græci dicimus, Epiichejam dispensare, certissimi Juris est, & obiter fortassis infra probabitur. Igitur, licèt generale sit Christi decretum, standumque edicat testimonio duorum, vel trium, tamen Pontifex Maximus, & nemo alius, decretum illud non quidem tollere, sed explicatione, & exceptione hic, & nunc utili, vel etiam necessariâ per interpretationem non errantium Clavium (hæc phrasis Canonistarum est) ita circumscribere quiverit, ut in circumstantiâ aliquâ major testium, copiosiorve numerus requiratur. Hanc responsionem Latinorum plerique, imò maxima pars ex iis, qui nobis adstipulantur, recipiunt, veneranturque, atque eâ Covarruviam contentum fore pronunciant, si sapit. Nam ex eo, quòd Pontifex possit intra limites agere Jus divinum, inferri potiùs, reipsâ Jus illud, quod agitur intra limites, esse; atque adeò ex eo, quòd, juxta præscriptum Summi Præsulis, duorum, vel trium testimonium non sufficiat, non probari illa verba eò collimasse, ut ostenderent, non suffecturum probationi unicum testem, sed potiùs probari, eò respexisse, ut decernerent, duorum, vel trium testimonium superfuturum probationi, regulariter tamen, ut ajunt, atque ita, ut si ea sit temporum conditio, ea hominum nequitia, ut ex eâ deceptionis discrimen immineat, qui rerum divinarum interpretationi præest, plures testes iis, qui decreti sunt, in re, ac loco assumendos possit decernere.

IX. Hæc illi ex Gratiano, quo authore satis se respondisse putant objectæ difficultati. Verùm, ne dissimulem, quod sentio: hæc responsio mihi omnium pessima videtur: quare nunquam erit, ut illi subscribam. Potiùs illam, ni falsam dixero, atque ineptam, inutilem prædicabo. Primò enim Juri (1) nostro non admodum congruit, solito Jus divinum venerari, nulliusque hominis ullo modo subjectum arbitrio velle. Photianorum est, Jus Divinum ita contemnere, ut illud vel Principum laicorum interpretationi committant. Nos Deo, quæ Dei sunt, consultò relinquimus, rati Jus divinum, si planum est, interpretatione non indigere, si subobscurum, alio Jure divino, vel naturali penitùs explicari. Præterea, si, cùm imminet à deceptione, seu fraude periculum, licet contra statuta per Christum, plures testes, ut necessarios producere

(1) *In d. §. sed hec d. q. 4.*
(1) *Vide Canonar. de vican. in princ. ad Apost. Canones, & Diplovat. in Synop. tit. de legib. & Jo. Lascar. in defes. rerũ Græc. c. 8.*

Digitized by Google

ducere; non id solum usuveniet, cùm Episcopi, Presbyteri, Diaconi Romani judici sistentur periclitaturi de capite, aut dignitate: idipsum usurpare fas erit ubique, atque adeò recidemus in sententiam, quam nempe refellimus, quæque non negat, plerumque duos, aut tres testes sufficere, negat, ubique, ac semper sufficere. Denique hac responsione diruitur unica ratio, quam pro nostrâ sententiâ ex Argumentatione Christi deduximus. Nam hæc responsio docet, verba Christi regulariter tantùm, ut ajunt, intelligenda. Quod si verum, jam positio illa non erit universim concepta, nihilque concludet Syllogismus Christi ex duorum testium fide veritatem effati sui validissimè comprobantis. Aliam igitur veram, ac genuinam responsionem accipite Photiani. Ea Leonis, atque Silvestri licet apocrypha decreta recipimus, iisque nihil probari contendimus sententiæ nostræ contrarium. Patet hoc ex ipsâ Decretorum lectione, quæ nobis non probationem ingerit, sed damnationem. Hæc ergo sensa Constitutionis utriusque. Non esse damnandos Episcopos, Presbyteros, Diaconos, nisi sub septuaginta & duorum, sexaginta quatuor, viginti septem testium testimonio. An inficiantur, Reorum hujusmodi crimina posse probari ex duorum, triumque testium testimonio? Sanè, si hoc dicas, inepties. Quod si hoc non dicis, quid utile contra sententiam nostram ex utràque illâ constitutione elicies? Do, posse hominum lege sanciri, nequis nisi sub turbâ testium damnetur: nego posse, jure positivo constitui, ne habita à duobus, tribusve testibus idoneis probatio rata sit. Do illud, quòd nullo Jure divino vetitum, hoc nego, quòd norim oppositum Lege divinâ statutum. Illud Silvester decrevit, illud Leo confirmavit; uterque sanctissimè, quia nullo verbo Numinis interdictum, hoc intactum uterque reliquit, quòd sciret à Deo iteratò fuisse constitutum.

X. Sic rejectâ interpretatione illâ ridiculâ, Græcis nostris verba Christi ad eam sententiam intelligenda proponimus, quâ simpliciter asserant duum, triumve testimonio plenam probationem haberi, quâque prorsus affirment, in in omni negotio duorum, triumve testimonium sufficere. Nam quod ajunt, illis negari suffecturum unius testimonium, verum hercle est, at non simpliciter, quasi verba illa divina negent, in ullo negotio testimonium unius sufficere. Etenim, si hunc in modum divinam sententiam interpretere, desipies cum Margunio, cui omnia simul Jura tanquam fatuo inclamant. Nimirum manifestum est, illis verbis tunc tantùm suffecturum negari testimonium unius, cùm in damnum alterius testimonium adsumitur, ut constat ex (1) Deuteronomio, ad quod Christus respexit, cùm dixit: *in lege vestra scriptum est*. Cæterum, cùm negotium in alterius præjudicium non est, sine ullâ Juris divini interpretatione, sine ullâ Hierarchæ *dispensatione*, uti loquimur, etiam unico teste probabitur. Quo etiam modo intelligendum, erit (2) Constantini effatum, itidemque (3) Alexandri III. constitutio, quæ dum negat,

(1) *Cap. 17. n. 6.*
(2) *In L. jurisjurandi C. de test.*
(3) *Ind. c. licet de test.*
(4) *Tit. de teste §. restat vers. hic tamē falsum.*
(5) *In lib. de test. c. penult.*
(6) *In synops. tit. de test.*
(7) *l. quæro §. fin. ff. de edilit. edic. L. cū probatio ff. de prob.*
(8) *In lib. 35. Basil.*
(9) *d. lib. de test. c. 19.*
(10) *In*

ullam causam unius testimonio quamvis legitimo terminari, id negat, ubi intervenit damnum alterius, ne, si indiscriminatim sumatur, consuetudini utroque Jure receptæ, ac penitùs confirmatæ repugnet. Certè Jurisconsultissimus (4) Speculator inter Latinos constitutam hanc regulam, ne probatio valeat ab uno teste deducta, exceptionibus tricenis elidit, eandemque quadragenis limitat (5) Harmenopulus inter Nostros, ante (6) Diplovatacium, quorum duum Sapientissimorum virorum authoritatem Margunio, & Photianis opponimus, quos ut Græci sciant, noscantque, palam desipere, fas erit propositis circumstantiis quibuspiam, in quibus testis unicus plenissimè probat obiter refutare. Et primò, qui dicitis, uno teste factam probationem damnandam, quique recipitis præ Jure Divino leges Imperatorum, ex his vos interrogo, Utrum testis unicus de facto proprio deponens planè probet, aliis indiciis testimonium circumstipantibus? Si negatis, reclamabunt negantibus Jura (7) Civilia, quorum authoritate idipsum affirmant (8) Tipucitus, & (9) Harmenopulus, (10) Hagiotheodoretus, & (11) Gobidas inter Nostros, inter Latinos Paulus (12) Castrensis (13) Salicetus, (14) Crotus, (15) Moncada, (16) Soccinus contra Franciscum (17) Curtium, (18) Alexandrum, & (19) Hippolytum, quorum singularem opinionem Jus (20) Canonicum apertè refellit.

XI. Secundò, summæ, aut eximiæ authoritatis viro, qualem penes Latinos Cardinalem dixeris, penes Nostros Exarchum, unamve ex primæ classis Bizantinæ Sedis dignitatibus, si aliquid à Principe, Pontifice, vel Patriarcha demandetur, quod alteri non noceat, plenè creditur, asserenti, se habere mandatum, licet: τὸ δῆλον ἐντάλματος ἔγγραφον, *litteras mandati* non ostendat. Constat & hoc ex utriusque Gentis receptissimo Jure, docetque Matthæus (1) Monachus ante (2) Glossographum, & (3) Speculatorem, cui subscribunt (4) Baldus, (5) Castrensis, (6) Salicetus, (7) Romanus, (8) Antonius. Dixi, quòd alteri non noceat: nam cum alterius damno neque eximiis viris, si soli sint testes, plena probatio conceditur. Id, quod Moderni cum (9) Abbate, Francisco (10) Curtio, & (11) Felino ex multiplici Jure (12) docent, interpretati (13) Bartholum contraria professum, notatque (14) Glossographus palam, ut (15) Photianorum mendacitatem refellam testantem, narrantemque, ex unius Cardinalis testimonio supremam Reis pœnam apud Latinos irrogari. Manifesta calumnia, quando Latini DD. communi suffragio id pernegant: adeò in hac parte accurati, ac severi, ut ne ea omnia, quæ citra damnum alterius censentur, unius Cardinalis testimonio permittant. Asserunt enim, soli Cardinali, si affirmet, habere se mandatum in iis, quæ supra naturam Legationis sunt, speciatimque Pontifici reservantur, de quibus vide (16) Innocentium III. non esse fidem ullam præstandam; idque docent ex communi sententiâ productorum proximè authorum singu-

Ddd la-

synopf. Novell. tit. de test.
(11) *In Novel. 2. Leon. & Const.*
(12) *In L. quicūque § fin. Cod. de ser. fugis. & Cōs. 333. col. 1. & Consilio 370.*
(13) *In L. si quis 10. 4. opposit. C. de fals.*
(14) *De test. p. 6. n. 209.*
(15) *In addit. ad Crot. ibid. litt. B.*
(16) *In reg. 369. 2. fallēt.*
(17) *De test. conclus. 66. & ulti.*
(18) *Ibid.*
(19) *In L. 1. §. si servi ff. de quæstio.*
(20) *In c. præterea de sponsal.*

(1) *In Attal. synop. tit. de test. Schol. 25.*
(2) *In c. nobilissimus 97. dist.*
(3) *d. tit. de teste §. rest. vers. 69. & de legat. §. superest. ver. quod si legati*
(4) *In d. L. jurisjurandi.*
(5) *In L. 1. c. de mād. princ.*
(6) *In d. L. 1. §. si servi.*
(7) *Cons. 19. ad dissentiēdū. dub. 4.*
(8) *In c. super his de fid. instru.*
(9) *In c. sie nobis. de sent. ex-com.*
(10) *De test. conclus. 70.* (11) *In d. c. super his.* (12) *In d. L. jurisjurandi* (13) *In L. 1. C. de super indict. l. 10. & d. L. 1. C. de mandat. princ.*

larem (17) Angeli opinionem reprobantium. Quorum opinioni subscribendum ab omnibus censeo, licèt ejus rationem minimè probem, quæ cùm authoribus (18) Ancharano, & (19) Aretino ex regula (20) Juris petatur, videtur principium petere, atque hoc solitarium testimonium reprobare, quòd reprobetur à Jure: cùm potiùs Juris ipsius hic rationem quæramus, quæ nimirum alia esse non potest, hac in re, de qua agimus, nisi ea, quæ generatim reprobat testimonium unius, videlicet cùm agitur de damno tertii. Hic autem de damno Pontificis, seu delegantis, legantisve agitur, qui cùm sibi quarumpiam rerum potestatem reservet, non videtur velle eâ authoritate aliquem uti, nisi palam appareat speciali aliquâ delegatione mandata. Adeò falsum est, penes Latinos obtinuisse unquam probationem in damnum alterius habitam ex testimonio solitario Purpurati Patris unius. Id, quod ulteriùs Photianis improperare fas est ex eo, quòd ne ipsi summo sacrorum Principi, supremoque Ecclesiarchæ fas putent cordatiores Latini Jureconsulti, suo uno testimonio aliquid plenè probare in damnum alterius. Vide de hoc (21) Felinum, qui hanc quæstionem productis hinc inde DD. agitat, nititurque mediâ viâ, quæ tutissima sæpe est, eam planè decidere, cùm viro gravi standum esset pro veritate, dicendunque cum Doctioribus, ne ipsi summo Pontifici licere id, quod Jure divino vetatur. Quare posse quidem Romanum Præsulem citra damnum alterius suo tantùm testimonio probare plenissimè, etiam, quæ sibi ante initam dignitatem asserit nota, ut benè autumat sæpe (22) Glossographus, & verum est etiam de summatibus Patriarchis, uti docuit (23) Prodromus, quem sequitur (24) Harmenopulus, & (25) Diplovatacius, non posse tamen neque illum, neque hos dicto suo illaturæ aliquid damni reis probationi momentum ullum, aut vim ullam conferre.

XII. Tertiò planè probabit singularis, & solus testis, si inter partes conveniat, ut dicto stetur unius, Sic affirmatè constituit Matthæus (1) Monachus, ex quo Joannes (2) Phobenus: *δι᾽ ἀρεσκείας*, ait, *ἢ συναινέσεως, καὶ συνθήκης, ὁπόταν ἀμφότεροι συμφωνήσωσι, κύριον εἶναι, καὶ βέβαιον τὸ ἐκ θατέρου μόνου μαρτυρούμενον, καλὸν ἔχει, καὶ ἱκανὴν τὴν ἀπόδειξιν ἡ ἐξ ἑνὸς μαρτυρία. οὐδὲν γὰρ ἄδικον τῷ ἐθέλοντι γίνεται, καὶ συμφωνοῦντι ἐπὶ τὸ γινόμενον. Per placitum, & consensum, aut pactum, si quando aliqui paciscantur, certum esse, & verum, quod ex alterutro solo asseritur, bonam habet, & idoneam probationem ex uno testimonium. Nam injuria nulla volenti fit, pactique in id, quod fit*. Idem docet penes Latinos post (3) Speculatorem, & Ludovicum (4) Romanum, (5) Alexander, & (6) Baldus, confirmaturque validissimè ex eo, quòd, si pars consentiat, stari potest testimonio adversarii, ut Jura (7) constituunt: Itidemque, quòd parte consentiente uni testi, quamvis infami, credi potest, uti notavit (8) Angelus acutissimè. Hinc Græci refellimus Photianum (9) Coressium arbitratum contra non Latinos tantùm, sed etiam contra Græcos, quorum dicta produximus: ne ex pacto quidem posse recipi ad plenam probationem unius hominis testimonium: cùm contra constet, non solùm unius testimonium ad id recipi ex pacto partium, verùm etiam unius recipi posse cætéroqui dicundo testimonio inepti. Quod adeò verum est, ut ex consensu partis, stari possit etiam in præjudicium partis volentis, unius testimonio, ut apertè deducitur ex dicto Phobeni superiùs laudato: *οὐδὲν γὰρ ἄδικον τῷ ἐθέλοντι γίνεται, καὶ συμφωνοῦντι ἐπὶ τὸ γινόμενον: Nam injuria nulla volenti fit, & consentienti in id, quod fit*. Neque officit argumentatio (10) Joannis, quam Petrus (11) à Moncada sibi superciliosè conciliat, & ex utroque desumptam (12) Coressius jactat, ut suam: nempe plus posse legem, quàm possit partium consensus authore (13) Bartholo: at lege non posse (14) constitui, ut stetur unius dicto in damnum alterius; proinde idipsum conventione, pactove fieri non posse. Hæc, inquam, argumentatio non officit: nam, cùm de partium damno agitur, plus potest pactum, quàm lex, quando favorem pro se introductum unusquisque potest contemnere, licetque cuilibet, sponte velle damnum suum, si citra corporis apertissimam necem fit, animæque periculum. Sic, tametsi lex non possit jusjurandum testi remittere, quòd hoc Juris divini fit, illud tamen remittere pars potest, ut Nostri (15) docent, Latinumque (16) Jus approbat.

XIII. Quartò abundè probationis est ab uno teste, cùm agitur de impediendo matrimonio nondum contracto. Probatur enim plenè impedimentum hujusmodi testis unius effato. Ita docentibus (1) Alexandro III. & (2) Innocentio III. quibus adstipulatur Jus nostrum teste (3) Modestino Logothetu Dromi, cujus hæc verba planè notanda Nostris: *ὁ νόμος εἴτε ἱερὸς, εἴτε αὐτοκρατορικὸς διδάσκει, ἀρκεῖν ἕνα μάρτυρα πρὸς παραίτησιν γάμου ἀθεσμίου, ὅταν μιᾷ μαρτυρίᾳ οἱ νενομισμένοι βαθμοὶ πρὸς διάλυσιν μνηστείας φανερῶνται. καὶ ὁ σοφὸς, καὶ ἀοίδιμος πατριάρχης κύριος Λουκᾶς εἶπεν, εἴτις μόνος μάρτυς ἔνορκος μαρτυρήσῃ τοὺς ἐν μνηστείᾳ ἐν ἀπαγορευτῷ βαθμῷ συγγενεῖς εἶναι, πιστεύεται, καὶ ἄνομος γίνεται ὁ γάμος, εἰ συζευχθῶσιν οἱ ἐν μνηστείᾳ. Lex sive sacra, sive imperatoria docet, sufficere testem unum vetando matrimonio non legitimo, cùm uno testimonio decreti gradus ad solutionem sponsalium manifestentur: & doctus, inclitusque Patriarcha Dominus Lucas dixit: si quis solus testis juratus testimonium perhibeat, asseratque, desponsos in gradu vetito cognatos esse, creditur, & exlex fit illud connubium, si desponsi invicem connubio copulentur*. Horum porro ea ratio est, quam acutè reddit Abbas (4) Panormita. Ait enim, cùm de crimine impediendo agitur, nec jus alterius imminuitur, dicto unius non idoneam modò conjecturam, sed & certam probationem afferri, ne videlicet negligentiâ ejusmodi dicti, tametsi singularis, certissimum crimen admittatur. Faciunt, quæ notat operosè (5) Glossographus, cujus etiam (6) alibi authoritate constantissimi (7) Juris est, unum testem sufficere iterando Baptismo, consecrandæque iterum Ecclesiæ, cùm dubitatur, an aliquis ritè Baptismo initiatus sit, vel Ecclesia Sacro Chrismate delibu-

(14) In d. c. Super his. (15) In antirrhetico pro Marco c. 8. Margun. in li. de Verit. c. 3. Coressius. (16) In c. quod translationem de off. deleg. (17) In L. quæcunque §. fi. ff. de publicia. (18) In Clem. literis de probat. (19) In c. cū nobis de test. (20) In d. c. nobilissimus. (21) In c. ad audientiā de præscrip. (22) In c. 1. vers. statuis de renunciat. in 6. c. ad Apostolicæ ver. promississent de re jud. (23) De Interpret. ad C. 7. Nicæn. (24) In d. libel. de test. c. 11. (25) In Synops. ti. de test.

(1) In Synops. At. tal. tit. de test. Schol. 4. (2) Ad Novell. 12. Const. & Leo. (3) d. §. restat vers. 24. (4) In L. 1. §. fin. ff. de ver. oblig. (5) In d. §. fin. (6) In L. bonæ fidei vers. dubitaveris. C. de reb. cred. (7) L. fin. C. de fideicommiss. (8) In L. pactum inter hæredes ff. de pact. (9) In Synop. Nili ac Can. Carthag. in Epist. ad Cælestinum.

(10) In L. 1. §. fin. col. 3. de verb. oblig. (11) In Additio. ad Cru. de test. p. 6. lit. D. (12) In dict. Epist. ad Cælest. (13) In L. alia §. eleganter ff. sol. matrim. (14) Tex. in c. indicas Herrmannum 3. q. 9. not. Panorm. in c. 2. de probat. (15) Vide Diplovat. d. tit. de teste circ. fin. (16) c. tuis de test.

(1) C. super eo de test. (2) C. præterea de sponsal. (3) In Chrysobullum Nicephori Botoniatæ de incestis nupt. & sponsal. Schol. 8. (4) In d. c. super eo. (5) In c. nuper. de test. & in c. solemnitas de consec. dist. 1. c. multi. 2. q. 1. (6) In d. c. licet de test. (7) c. per multos c. cum itaque de cōs. dist. 4. (8) In d. c. licet. (9) In L. 1. §. idem Cornelio ff. de quæstio. col. fin. (10) In c. Alveri-

libu-

Digitized by Google

libuta, sacrisque cęremoniis dedicata sit. Sed utrum ad probationē Ordinum receptorum superfit testis unius assertio? Olim magnis animis disputatum. Non te moror. Non assentior (8) Baldo affirmanti, quamvis idem Marsilius (9) & (10) Felinus docuerit. Existimo enim, probationem Ordinum posse esse in præjudicium Tertii, imò assero, reipsà esse, cùm sine damno Ecclesiæ esse non possit, ut Laicus habeatur pro Clerico, aut qui Clericus non est, Sacris fungatur officiis. Imminet etiam damnum profanæ Jurisdictioni, si is, qui Sacris initiatus non est, ejus potestate ex ea probatione scilicet eximatur, contra tradita per (11) Gregorium, & notata per (12) Glossam. Igitur, cùm de Ordinum probatione quæritur, semper agitur ad damnum vel Ecclesiæ, vel Jurisdictionis Laicæ; adeòque ajo, testis unius authoritatem, quantumvis eximiam, minimè suffecturam. Congruit Decisio Juri nostro, quod eruditè enucleat Gregorius (13) Patrò, sequunturq; Latini (14) DD. cum (15) Franco, (16) Glossographo, & (17) Innocentio explanante sententiam (18) Alexandri IV., qui cùm ad probationem Ordinum testes jubeat, non testem; ritè censere videtur non suffecturum unum, quandoquidem ex effato (19) Bonifacii VIII. *pluralis locutio* saltem numerum duorum exposcit.

XIV. Quintò, quod accuratissimè notat (1) Crotus, si testator alicui leget pecuniam sibi per eum numeratam, de cujus pecuniæ quantitate cognoscendâ stari jubeat dicto legatarii ipsius, dictum, ac testimonium unius legatarii plenè quantitatem illam probaret. Id arguitur ex effato (2) Scevolæ, docuitque idipsum ante Crotum (3) Alexander, & (4) Bartholus, cujus postremi (5) sententiam non sequor arbitrati, suffecturum testem unicum, siquando agitur de Possessorio, quod scilicet uno teste plenè adeò probetur, ut ne Jusjurandum quidem necessarium sit probationi numeris omnibus absolutæ. Existimo enim nusquam valiturum testimonium unius, cùm agitur de alterius damno. Agitur autem in possessorio de damno alterius non sanè levi, ut Bartholus comminiscitur, sed de gravi, ut facilè deduces ex authoritate (6) Institutoris. Quare contra Bartholum, & Franciscum (7) Curtium Bartholo adstipulatum stat communis opinio, quam refert, ac sequitur Matthæus (8) Matthesilanus, Petrus (9) Moncada, & (10) Bartholus sibi ipsi contrarius. Sexcenta penè dixerim sunt, quæ addi otiosè, & eruditè possent ex variis, probatisque DD. scitis, queis apprimè, ac sedulò constituitur, ab uno teste idoneo persæpe abunde probationis haberi: & videndi ad idipsum post (11) Speculatorem & (12) Harmenopulum (13) Crotus, (14) Bartholus, (15) Antonius, & (16) Abbas. Imò hæc veritas adeò locum obtinet penes primi nominis Jurisconsultos Græcos, atque Latinos, ut eorum plerique eam, dum accuratè confirmant, usque ad ineptias superstitiosè produxerint. Putant enim vel in damnum tertii valiturum Statutum decernens, ut stetur unius dicto. Asserit hoc clam sanè (17) Bartholus, eodemque modo (18) Antonius, & (19) Abbas, at palam (20) Innocentius, (21) Romanus, & (22) Baldus, contra quos tamen stat communis, & sana sententia, quam tenax Jurium divinorum, omninoque vestigiis Patrum insistens, nec unquam à tramite rationis propter argutias Nomicorum digressa Græcia nostra ante omnes Latinos amplexa est, edixitque per (23) Prodromum Juris nostri sacri primum & Sapientiâ, & ætate interpretem, qui hanc ipsam quæstionem de numero testium rimatus, post multa egregiè, doctèque decreta sic tradit. ἐκ τούτων μαθεῖν ἔστιν, ἀθέμιτον παντελῶς εἶναι, ἀποδεχθῆναι πρὸς τελείαν ἀπόδειξιν τὴν ἑνὸς μαρτυρίαν, ἡνίκα πρὸς ζημίαν τοῦ πλησίον τείνει, καὶ φέρεται. καίπερ γὰρ καὶ τοπικοὶ νόμοι τὴν ἑνὸς μαρτυρίαν οὐκ ἀτιμάζουσιν, ἀλλὰ τοῦτο, ὅταν μὴ πρὸς ζημίαν τινὸς, καὶ κατάκρισιν. ὁ γὰρ τοιοῦτος σκοπὸς ἀτελῆ ποιεῖ τὴν ἀπόδειξιν ἐξ ἑνὸς, ὥστε οὐδὲ κοινῷ, οὐδὲ τοπικῷ νόμῳ ῥωννῦσθαι. *Ex his nosces, nefas esse omnino recipere ad plenam probationem unius testimonium tunc, cùm in damnum proximi tendit, & fertur. Quamvis enim & municipales leges unius testimonium non reprobent, hoc tamen tunc, cùm non ad damnum alicujus, atque damnationem: Hic enim finis ineptam facit probationem ex uno ita, ut neque communi, neque municipali lege confirmari queat.*

XV. Idem censuere ex Latinis Petrus (1) Moncada, & ante hunc Petrus de (2) Ancharano, Fridericus (3) Senensis, palam (4) Abbas, & Franciscus (5) Aretinus. Confirmaturque ex Jure (6) statuente, dictum unius nullo modo admittendum esse. Quin imò, si Statuto recipi universim posset probatio in damnum alterius ex testimonio unius perfecta, plus posset municipalis Lex, quàm Principis constitutio, quæ certè id decernere nequit, quippe contrarium Juri (7) divino dicenti: ἐπὶ δυσὶ μάρτυσιν, ἢ ἐπὶ τρισὶν ἀποθανεῖται, ὁ ἀποθνήσκων. οὐκ ἀποθανεῖται ἐφ' ἑνὶ μάρτυρι. *In ore duorum, vel trium testium peribit, qui interficietur: nemo occidetur uno contra se testimonium dicente.* Quæ verba adeò aperta sunt, adeò clara, palamque reprobantia testimonium unius, cùm de alterius damno agitur, ut planè mirum sit, si quis hiscere contra audeat, palamq; pronunciare, posse per municipalem Legem fieri, ut damnum alicui ex testimonio unius irrogetur. Qua ratione licet anno, qui proximè elapsus est, in Prælectionibus meis ex munere publicè habitis in hoc Archilycæo Patavino docuerim, ex Romani Pontificis potestate fieri posse, ut non quidem Statuto, vel Lege, (neque enim id fas ex ullius Doctoris sententiâ) sed singulari quâdam, ac toties quoties, uti dicimus, ex circumstantiis concedendo Rescripto ad plenam probationem, cùm de damno agitur tertii, dictum unius recipiatur: tamen, re melius consideratâ, Veritatique, cui omnia post Deum, qui sapientiam profitemur, debemus: Veritati, inquam, soli faciens affirmo, ne potestate quidem summi Pontificis, aut universæ simul Ecclesiæ fieri posse, ut noxia irrogetur alicui ex unius testis effato. Quamvis enim non ambigam, es-

cus col. fin. & in d. c. licet de test. in fin.
(11) *In c. pervenis 11. q. 1.*
(12) *In c. fin. de confir. util. vel inutil.*
(13) *In explicat. Novell. Alexii Com. de Canonico &c. circ. fin.*
(14) *In c. si judex de sent. excom. 16.*
(15) *In d. c. si judex.*
(16) *In d. c. si judex vers. fecerit.*
(17) *In c. 1. de Cler. peregrin.*
(18) *In d. cap. 1. de Cler. pereg.*
(19) *In c. pluralis de reg. jur. in 6.*

(1) *De test. p. 5. n. 215.*
(2) *In L. Theopompus ff. de dot. prgl.*
(3) *Cons. 296. circa id de quo vol. 2.*
(4) *In L. fin. ff. de prętor. stip.*
(5) *In L. 1. C. quorū bonor. L. 2. C. ut in rem actio.*
(6) *In §. commodū Inst. de Interdi.*
(7) *De test. Cōcl. 00.*
(8) *Nosab. 3.*
(9) *Ad Crot. p. 6. dis. F.*
(10) *In L. admonendi 12. Col. ff. de jurejur. & in Extrav. ad reprimend. ver. summariè.* (11) *In d. §. restat. ver. tamen fallit.* (12) *In d. lib. de test. c. 2.* (13) *In d. 6. p. n. 209. & seq.* (14) *In Auth. nisi breviores C. de sent. ex brevic. recit. L. jubemus*

C. de sacros. Eccl.
(15) *In c. cum ad sedem, de restit. spol. & in c. preterea, de probat.*
(16) *In c. 1. de libel. oblat.*
(17) *In d. L. alia §. elegāter.*
(18) *In c. 2. de probat.*
(19) *In d. c. 2. de probat.*
(20) *In c. nuper de test.*
(21) *Sing. 311.*
(22) *In L. fin. C. de constit. pecun.*
(23) *De Interpret. ad Can. 7. Nicenū.*

(1) *In Addit. ad Gozadin. in repetit. L. 2. C. de pact. int. emptor. et vend. n. 169.*
(2) *In c. 1. de cōstit.*
(3) *Cons. 17.*
(4) *In c. cū in tua. de furtis.*
(5) *In L. 1. §. fin. col. pen. ff. de verb. oblig.*
(6) *In l. jurisjurandi C. de test.*
(7) *Deuteronom. c. 17. n. 6.*

se in Ecclesiâ potestatem explicandi Juris divini per Epicheiam (id, quod non nisi Photianus aliquis rudi superbiâ, & pervicaci ignorantiâ vir inficias eat) quando Jus etiam divinum regula aliqua est sæpe, & ipsa exceptiones aliquas continens, quas liceat potestatem supremam habenti subjectis hominibus indigitare, tamen existimo, Jura aliqua divina ulteriùs explicari non posse, quippe clarissima, nullamque exceptionem complexa, qualia plerunque censuerim ea, quæ verbis, uti dicimus, negativis enunciantur. Ea inter autem hoc ipsum, quo de quærimus, omnino recenseo. Non enim video exceptionem hujusmodi, quæ propterea à nemine, quem viderim, traditur, & à nemine mea hercle sententiâ tradi poterit, quidquid de postremo hoc multi contendant, qui tamen reipsâ concludunt nihil: operæ pretium facturi, si mecum sentiant, asserantque, cùm de damno alicujus agitur, Jure divino, quod *limitari*, circumscribi, explicari ulteriùs non possit, infirmam, ineptamque probationem futuram, si ab uno dumtaxat petatur, habeaturque.

S E C T I O VII.

Conditiones testis probaturi reliquæ describuntur.

S U M M A R I U M.

I. *In examine ad Ordines non sufficit testimonium unius, sufficit duorum. Id Jure Græco probatur, refelliturque calumnia quorundam Græcis affingentium morem recipiendi ad Ordines sub testimonio unius Exomologetæ sacerdotis.*

II. *Ostenditur, eum morem, ne apud plerosque Photianos, obtinere, propositis recentiorum, & Antiquorum Photianorum effatis.*

III. *Ex iis, qui in aliis causis rejiciuntur, plerique testes idonei sunt in Ordinum Examine, nimirum infamiâ facti laborantes, criminosi, consanguinei, affines, familiares, inimici, accusati de crimine.*

IV. *Fœminæ ab hoc examine repelluntur. Causa, ob quam repelluntur. Proponitur calumnia recentioris cujusdam asserentis, à Græcis recipi fœminas ad testimonium in Ecclesiâ.*

V. *Gynacei in Ecclesiâ locus, & descriptio. Ejus an author Basilius ex Nicephoro Melisseno. Quid sint Martyriæ in Ecclesia?*

VI. *Ab eodam examine repelli excommunicatos. Refertur Sententia Margunii oppositum sentiens, & refellitur ex Prodromo, & Harmenopulo. Excommunicatos ne in foro quidem Laico audiri.*

VII. *Confirmatur hoc jure Græco, & jure Photiano, perstringiturque imperitia Coressii, simul quæritur, an excommunicati sint extra Ecclesiam, atque, an universim verum sit, Ecclesiam non judicare de iis, qui sunt extra ipsam.*

VIII. *Impugnantur ineptiæ Margunii, ostenditurque, non unicuique licere sacrificium Deo offerre. Etiam fœminis in lege veteri licuisse offerre Deo sacrificium.*

IX. *Græcos à Latinis non censeri hæreticos ostenditur praxi ipsâ, & usu etiam post Schisma. Ratio hujus praxis.*

X. *Testimonium pro candidatis Ordinum non potest ferre agnatus, cognatusve, aut familiaris, & amicus. Hos & Parentes quandoque admitti in occultioribus vestigandis. Imperitia Coressii.*

XI. *Ea castigatur dicto Anthimi Metochitæ, & enumeratione aliquarum assertionum Coressii, queis pessumdat leges nostras.*

XII. *Parentes, & familiares, &c. admissi ad testimonium non obstringendi jurejurando. Penes nos nunquam licuit coram Judice æquivocari. An extra Judicium id liceat aliquando?*

XIII. *Amici cognati, &c. recepti ad testimonium non plenè probant. Sine jurejurando plenè testis non probat, etiam ubi solemnitates Judicii remittuntur. Limitatur hoc in re manifestâ, unde conamur in concordiam revocare Photianos invicem contendentes.*

I. Diximus de numero testium abunde, opportunèque rejecimus Photianorum audaciam hac etiam in re Juri utrique Genti communi, imò Juri ipsi Divino impudentissimè oblatrantem. Ex eo deducimus, vel in examine, quod explanamus, & aptam, plenamque probationem fore ex gemino teste idoneo, & non fore aptam, aut plenam probationem ex uno tantùm. Nam, cùm in hoc examine agatur de damno Ecclesiæ, sive recipiatur ineptus ministerio sacro, sive aptus rejiciatur; quod etiam contingit, si ipse candidatus Ordinum consideretur; omnino improbè fiet, injustè, ac scelerate, si quis ad Ordines provehatur ex uno teste, aut uno itidem teste abstineatur à Sacris. Id, quod non unus tantùm (1) Prodromus palam asseruit, verùm etiam ex Photianis ipsis Photianorum Princeps Michael (2) Cerularius. Habes ejus decretum penes Canonarcham in hanc sententiam severè constituens: οὐδεὶς χειροτονείσθω, εἰ μὴ ἐπὶ πολλῶν μαρτυρίᾳ, δύο, ἢ τριῶν, κατὰ τὸν νόμον Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος. ὅστις τινὰ χειροτονήσει ἐν ἑνὸς μαρτυρίᾳ δεῖ τὸν χειροτονήσαντα ἀρχιερέα ἐπιτιμίοις καθυποβάλλεσθαι. *Nemo manus imponat, nisi ob multorum idoneum testimonium, duorum, vel trium juxta legem Christi Servatoris: si quis alicui manus imposuerit ob testimonium unius, decet manus imponentem Episcopum pœnis subjici.* Quò magis vel ex hoc capite damnare licet recentiores Photianos, qui sub unius Sacerdotis à Confessionibus testimonio, quemlibet recipiunt ad Ordines, quemlibet ab Ordinibus rejiciunt. Quid hoc magis absonum Juri, & Juri nostro? Quid hoc magis perniciosum moribus, & moribus Nostris? Quid hoc magis ridiculum penes Sapientes, quò fit, ut Gens nostra palam damnetur ab omnibus, palam ab hostibus ignorantissimæ corruptelæ apud posteros accusetur? Nam scripsit de hoc (3) Catumsyritus breviter, latè Doctor (4) ineptus, qui nuperrimè Gentem nostram proscidit. Et ille sanè Arcudii Euchologion impugnans, *hic est*, inquit, *terribilis Græcorum abusus, ut sub testimonio unius Confessarii conferant*

(1) De Interpret. ad d. Can. 7. Nicæn.

(2) Synodic. de Ordinatio. apud Canon. in Synod. ordinat. & de vi Canon. ad Can. 7. Nicæn.

(3) In Enchol. Arcud. §. 11.

(4) In Conf. in caus. Spanopuli Testamiti circ. med.

ferant Ordines; res planè ridicula, fatua, detestabilis. At Doctor: *Vide*, ait, *Domine Judex, an legitimè probatum sit, Græcos omnes esse hæreticos, & Schismaticos: certè hoc patet ex dictis. Sed & aliud adde incredibile erroris principium, Ordines conferunt ex accepta Schedula Confessarii, ut narrat Illustrissimus* (5) *Caucus Archiepiscopus Corphiensis, & incidunt praxi continua in errorem damnatum in Concilio Lateranensi* C. omnis, extra de pœnitentiis, & remissionibus. *Quin imò spernunt dictum divinum, exigens in attestationibus duos testes. Vide igitur qui sint Græci; & si potes ex conscientia tua damnati testamentum hæretici &c.* Hæc inconditâ, & barbarâ locutione uterque hostis Gentis nostræ, cui cùm adstipulemur in eo, quòd morem hujusmodi damnat, ac jure detestatur; in eo irascimur, quòd Photianam corruptelam Genti nostræ universim improperat. Neque enim hic mos obtinet apud Nos, ut ex unius exhomologetæ Sacerdotis testimonio recipiamus ad Ordines. Id, quod, si Caucus dixit (nam in libello infamatorio, quod scripsit contra Nos, de hoc sanè nihil) mentitus est, ut & alia multa, quæ doctè refutavit (6) Allatius. Testis inficiationis hujusce, quam publicè calumniatori utrique opponimus, productus ad idipsum (7) Prodromus, testis (8) Veccus, Joseph (9) Methonensis, Georgius (10) Metochites, (11) Gennadius, aliique Orthodoxi, Græci nimirum, qui aut Jus nostrum affirmant, aut morem explicant: Quare (12) Diplovatacius & ipse Græcus, latinè tamen qui scripsit, sic his omnibus, aliisque ad rei Veritatem, quam tradimus, productis, sic, inquam, colligit, concluditque. *Ex his Synodalibus sententiis apparet mos, quem Græci semper servamus, non ordinandi nisi sub duobus testibus affirmantibus idoneitatem ejus, qui debet ordinari*.

(5) Lib. de Error. Græcor. c.33. circ. med.

(6) De consens. li.3. c.16. à n.2. usque ad finē libri.

(7) Ubi supra.

(8) Synod. de Ordin. apud Canonarch. loco sup. citat.

(9) In Antirrh. 2. contra Marcum Eph. c. 2.

(10) In Orat. de S. Myster. in med.

(11) In Eclesi S. Myster. sect. 4.

(12) In d. synopf. Jur. de test. §. 5. & 6.

II. Addo, hanc ipsam corruptelam non esse ab omnibus Photianis receptam. Licèt enim omnes affirment, Sacerdotis à Confessionibus testimonium pernecessarium, de quo mox disputabimus: negant attamen, suffecturum, ni adsit & alius, qui illud ipsum testimonio constituat suo, aptumque Sacris Ordinibus hominem initiandum affirmet. Constat hoc ex (1) Cerulario relato, idemque docet Malaxus (2) his. Ἀγκαλὰ καὶ εἶναι ἀναγκαία ἡ μαρτυρία τοῦ πνευματικοῦ, ἵνα χειροτονηθῇ τινάς, ὅμως δὲν ἀρκεῖ, ἀλλὰ χρειάζεται νὰ συμφωνήσῃ καὶ ἄλλος μάρτυρας περὶ τῆς ἱκανότητος τοῦ ἐπιθυμοῦντος χειροτονηθῆναι, ἵνα κατὰ τὰ συνοδικὰ τῶν ἁγίων πατριαρχῶν, καὶ τὰ νομοθετημένα τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἡ χειροτονία γίνηται. *Quamvis necessarium sit testimonium Spiritalis Patris, ut quis initietur, tamen non sufficit; sed opus est, ut consonet & alius testis de conditione apta optantis Ordines, ut Ordinatio fiat juxta Synodica SS. Patriarcharum, & Statuta Sacrorum Canonum*. Similia tradit (3) Margunius, Christophorus (4) Angelus, & Metrophanes (5) Patriarcha Alexandrinus, qui inter postremos Photianorum hoc nostro sæculo scriptores semilutheranus multa scripsit, multa mentitus est. Nam de ratione conferendorum Ordinum differens: ἑπόμενοι, ait, ταῖς πατροπαραδόσεσιν καὶ τοῦτο ἀκριβῶς οἴδαμεν, ὥστε εἰς χειροτονίαν ἀναλαβεῖν μὴ ἐξετασθέντα, μηδὲ καλὴν ἔχοντα μαρτυρίαν. τοὐλάχιστον ἐκ δυοῖν μαρτύρων, ἐν οἷς μαρτυρεῖ ἐγγράφως καὶ ὁ πνευματικός, ἵνα βεβαιότερον τὸ μαρτυρούμενον. *Apud nos secutos Traditiones Patrum, & hoc maximè usu receptum est, ne ad Ordines aliquem recipiamus non examinatum, & bonum habentem testimonium saltem à duobus testibus, in quibus fert scripto testimonium spiritalis Pater, ut validius sit, quod testimonio subjicitur*. Hæc Photianorum neotericus Doctor, quæ tum Gabriel (6) Artæ Præsul, tum prisci illi rigidiores Photiani probarunt, Georgius (7) Siculus Gregorii Syracusani frater, Photius (8) Monachus, Ignatius (9) Diaconus, Cyprianus (10) Monachus, Procopius (11) Cartophylax Dorotheus (12) Monembasiensis, & Emmanuel (13) Charitopulus, quos producit prolixè ad hoc, quod utrique Calumniatori nostro ingerimus, Christophorus (14) Protoasecretis vir, si Photianismum demas, dignus Græciâ, & Majoribus nostris haud impar. Quis tot unà testibus ad idem Veritatis testimonium ejusdem coactis audeat ulteriùs Græciæ corruptelam exprobrare, quam nempe nec habet, nec habuit? Quòd si Photianorum aliqui id sibi moris fecere, postremisque hisce temporibus constanter usurpant, quid ad nos? quid ad Græciam? An inter Orthodoxos, quòd aliqui peccent, quòd desipiant aliqui, quòd multi etiam cum Catumsyrito calumnientur, aut cum Doctore nostro delirent, id vitio vertendum Latinis omnibus; aut Christiani omnes fures, omnes adulteri, omnes homicidæ, quòd inter eos sunt, qui furantur, qui mactant, quique alienum lectum concutiunt, fulcrique genium sacri contemnunt? Sed hoc ipsum est, quo de querimur Græci, quòd nimirum unicuique liceat impunè quidlibet in Gentem nostram mentiri. Querimur sanè, sed frustra, quando calumniatoribus nostris vel præmia decernuntur, cùmque oporteret eos publico judicio, publicæ reos rixæ, ac sycophantas edicere, in nostrum opprobrium potiùs laudantur, ut laudatæ calumniæ licentiùs per Italiam vagatæ mox transmigrent in Græciam, unde remigrent non minoribus in Latinos calumniis retusæ, iisque ipsis, quas passim effutit malè, sed eleganter Nectarius.

(1) In d. synod. de Ordinatio.

(2) In Nomoc. c. 134.

(3) In 44. not. ad Can. Nicæn.

(4) In explan. Sacror. Myster. tit. de Ordinat.

(5) In antipanoplia Rhadini c. de sacris Myster. pag. 107.

(6) In exeges. Liturg. in illa verba: ἔσω

πικοῖ.

(7) In explic. hymnor à se scriptorū, in hymn. Martyrū.

(8) In explic. Troparior. S. Stephani Sabaitæ ad Troparion S. Maxim. Exhomolog.

(9) In eclog. S. Nicephori in med. ubi de Canon. ab eo citatis.

(10) In Mystagog. S. Ordinum. c. 2.

(11) In Eclogis hymnorū & scriptor. Sanctorū Gaziensium. 15.

(12) In historica epis. Hist. Eccl. ex Callist. Xantopulo c. 6.

(13) In eclesi Troparior. ad Troparia Simeon. Thaumastrita.

(14) In li. de sacris Judiciis. sect. 3. tit. 9. inter Miscell. Diplovat.

III. Hactenus ut obiter, si tamen fas erit, frænum injiciam quorundam licentiæ in Græcos quidlibet audentium: nam Doctorem ineptum, qui ex hac, & aliis corruptelis quorundam Photianorum Gentem nostram hæreticam, atque Schismaticam esse contendit, alibi docui, quid Hæresis, quid Schisma sit, quàmque longè absit ab utroque Gens illa, quæ Majorum suorum doctissimorum unà, atque sanctissimorum constanter dogmata veneratur, moresque, quos ab initio recepit, tenacissima vetustatis retinet, & observat. Cæterùm, ut ad postremam Operis hujusce partem aliquando progrediar, illud in fine perpendam, quod probationi per testes colophonem addit, ipsam nimirum testium conditionem. Quamvis enim duo testes, ut in omni negotio, sic & in probatione obicum, de quibus hic agimus, planè suf-

(1) Not. 45. in d. Can. Nicæn.

(2) In lib. 35. Basilicon

(3) In L. cunctos populos C. de sum. Trin. & in L. Cassius ff. de senat.

(4) De test. p. 3. à n. 36.

(5) In c. præterea.

sufficiant, hos tamen idoneos esse oportet. Quare de hoc ipso quærendum est, statuendumque, quid sit esse idoneum. Margunius (1) more suo ad pueriles ineptias conversus, Sacerdotes exposcit ad testimonium contra Clericos, contra Laicos Patres familias. Unde hoc habuerit, neque dicit, neque dicere potuit. Quò fit, ut minimè ducam operæ pretium facturum me, si quid temporis impendam axiomati tam falso, tam fatuo, tam insulso refellendo: potiùs dicam, quid sit esse testem idoneum. Sanè, si testis idoneus ad instar Juris revocandus esset, explicandusque per partes, grande nobis negotium facesseret, addo etiam inutile, quippe integram tractationem prolaturis in medium, de qua passim Doctores tum Nostri, tum Latini, quæque sit extra rei, quam perpendimus, aleam. Ea propter non ego testem idoneum generatim hìc dabo, sed eum describam, quem hercle examini, quod scrutamur, idoneum arbitrabor. Igitur, ut ut in causis criminalibus Jure Gentis utriusque repellatur à testimonio ferendo infamis sive laboret infamia Juris, ut est certissimum ex relatis per (2) Tipucitum, (3) Bartholum, (4) Crotum, cæterosque communiter, & à Jure (5) multiplici palam constituitur; sive infamis ex facto sit, quemadmodum (6) Jurisconsultus asseruit, quem (7) Bartholus sequitur, & reliqui cum (8) Alexandro: imò tametsi soli infamiæ canonicæ obnoxius sit, ut existimo cum (9) Abbate. Licèt etiam in iisdem causis repellantur egeni, quod superiùs docui, & citra controversiam est ex iis, quæ doctè pronunciant (10) Canonistæ, quibus adstipulatur (11) Speculator, & (12) Alexander, nec sine effati limitatione utili (13) Bartholus, & (14) Crotus. Itidemque, quamvis Jure Canonico utriusque Gentis mulier non probet, pro quo videndus Matthæus (15) Monachus, Dorotheus (16) Mitylenæus, (17) Euthymius Monachus, & Theodorus (18) Petron, atque alii penes Simeonem (19) Logothetam ante Jura (20) Latina: neque Laicus contra Clericum, ut jus (21) Pontificium constituit, mosque semper obtinuit apud Nos, testibus Antonio (22) Patarensi, (23) Sergio, & (24) Stephano Hagiopolitis, quibus adde Marcum (25) Alexandrinum idipsum in Synodo decernentem. Denique licet tum à Nostris, tum à Latinis inepti dicundo testimonio in criminalibus causis censeantur consanguinei, affines, inimici, familiares, & accusati de crimine pendente accusatione, quorum primi pro Reo, postremi contra Reum produci non possunt, ut facilè deduces ex numeroso (26) Jure, & ex (27) Bartholo, atque Doctoribus, quorum dicta fusè proponit (28) Crotus, confirmarique potest egregiè dictis Græcorum Jo. (29) Stauracii, Jo-

de test. cog. in c. testimonium de test. (6) In d. L. cũctos populos. (7) In d. L. cunctos per tex. in L. sciant cuncti C. de probat. (8) Cons. 31. vol. 1. (9) In d. c. testimonium. (10) Jo. And. Ant. Jo. de Imol. in c. si quis testium. de test. (11) Tit. de teste §. 1. ver. itẽ si pauper. (12) Cons. 15. viso processu vol. 3. (13) In L. ex liberto. in prin. ff. de quæst. (14) d. p. 3. sub n. 24. (15) Ad tit. de test. Attal. Schol. 19. (16) In Schol. Canon. ad c. 8. Neocæsar. (17) In Sylleg. Can. ad c. 9. Neocæs. (18) In Canonico; ad d. c. 9. Neocæs. (19) De Morib. Eccl. tit. de Judic. (20) Glos. in c. servus. in fin. de VS. & in c. ex eo 15. q. 3. Archid. in c. 2. de Jud. li. 6. Ant. Abb. & alii in c. 3. de test. (21) C. de cætero, ubi Aret. c. ex litteris de test. c. ipsi Apostoli 3. q. 8. (22) In Orat. de dignit. Sacerd. in med. (23) In expl. Ep. 1. ad Corinth. ad c. 3. (24) Hom. in Dom. Samaritanæ. (25) In Synod. confirmat. Epist. Balsamon. (26) In c. similiter 4. q. 5. c. absens. 23. q. 9. c. in litteris de test. & c. fin. c. cum P. Malconil. c. meminimus de accus. L. 3. ff. de test. L. etiam C. eod. (27) L. qui testam. §. quicumque de testam. DD. in c. non debent. de consang. Alex. cons. 127. vol. 1. (28) d. p. 3. n. 73. n. 97. 103. 105. (29) Ad Can. 9. Cæsarien. (30) Ad Can. 8. Cæsar. (31) In Synop. Can. ad 2. Can. Nicæn. (32) In Nomoc. ad d. c. 2. Nicæn. (33) In Not. ad Prodrom. in d. c. 2. (34) De Myster. Ecc. c. de Ordin.

bi (30) Monachi, Theodori (31) Anagnostæ, Gabrielis (32) Corinthii, Joannis (33) Peganii, quos ex Marco (34) Monacho, & (35) Cyrillo itidem Monacho eruditè recenset Joannes (36) Lascares. Quanquam, inquam, hi omnes, cùm de crimine agitur, à testimonio repellantur, nec censeantur ad plenam probationem idonei, tamen ad hoc ipsum examen, quod explicamus, horum plerique erunt aptissimi.

IV. Dixi plerique: nam fœminas unas his oportet eximere, quæ an ab hoc examine repellantur Jure Latino, decernere minimè ausim, certè Jure Græco repelluntur. Quare Matthæus (1) Monachus ex Basilio (2) Monacho, & (3) Georgio Metropolita Nicomediensi: Τὴν δὲ γυναῖκα, inquit, ἀπὸ πάσης μαρτυρίας ἐνώπιον τοῦ ἀρχιερέως οἱ νόμοι, καὶ τὸ ἔθιμον παραιτοῦσιν. ἀπρεπὲς γὰρ κατὰ μόνας γυναικὶ συνομιλῆσαι ἀρχιερέα, ἢ καθεζόμενον ἐν Ἐκκλησίᾳ, *Mulierem autem ab omni testimonio coram Antistite leges, & mos abstinent, indecorum enim, Episcopum solum cum muliere colloqui extra Ecclesiam*. Ex quibus verbis illud in primis utile infero, examen extra Ecclesiam faciendum, quando extra Ecclesiam testimonium recipitur ab Episcopo, id, quod contra Græcos quosdam Presbyteros primo Responso constitutum est. Deinde id ipsum ex Jure nostro constituo, ad hoc examen fœminas non recipi, quod etiam asseruit Gerasimus (4) Archiepiscopus Nicænus, quo authore γυνὴ οὐ μαρτυρεῖ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς. ἔξω γὰρ τούτων τὸ γυναικῶδες, καὶ ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλεται ὁ ἀρχιερεὺς τὸ θηλυκὸν τῆς μαρτυρίας δεχόμενος. *Mulier non dicit testimonium in rebus ad Ecclesiam pertinentibus, nam extra hæc est, quod est muliebre, & pœna subjicitur Episcopus fœmineum recipiens testimonium*. Idem asseruit Georgius (5) Pachymeres officium Diaconi, quo fungebatur in Magna Ecclesia, describens: ἔστι δ' ὀφφίκιον ἕτερον τοῦ διακόνου τὸ ἀναλαμβάνειν τὰς μαρτυρίας περὶ τῶν ἱερῶν πραγμάτων, καὶ κρίσεων. ἀναλαμβάνει δ' αὐτὰς ὑφ' ἁπάντων, ἔξω γυναικῶν, ὅτι ἡ γυναικὸς μαρτυρία πόῤῥω γέγονε τῶν ἐκκλησιαστικῶν. *Est & aliud Diaconi Officium, recipere testimonia de rebus sacris, & judiciis. Recipit autèm illa ab omnibus, exceptis mulieribus, quod testimonium mulieris longè absit à rebus Ecclesiæ*. Quorum authoritate refelluntur hostes nostri, ausi asserere, præcipuum locum fidei penes Græcos reliquum esse fœminarum testimonio. Has audiri etiam in Ecclesià coram populo accusantes, & de gravissimis quibusque testimonium ferentes.

V. Docet hoc (1) Doctor amicus noster ex Cauco, & Prateolo, testemque assertionis adducit Episcopum Crotoniaten à nobis sæpe laudatum, quem nec ipse intelligit, neque illi intellexere, qui hanc etiam Calumniam stolidissimam moribus nostris objecere. Nam (2) Crotoniates (ex quo κατὰ λέξιν omnia dissimulato Authoris nomine Nicolaus (3) Bulgarus) Antistes ita Ecclesiam Græcam describens egregiè tradit. Sunt & Nartheces, ex mente Symeonis (4) Thessalonicensis Templorum initia, partesque Ecclesiæ desinentis postremæ, vel, ut alii dixere, optimè Catechumenea, seu stationes Catechumenorum. Quamvis reipsa ab

(35) In Vita S. Euthym. P. CP. (36) In Excerptis Jur. Græci tit. de test.

(1) In d. tit. de test. Attal. Schol. 19. (2) In septem Synod. ad Nicæn. I. (3) In lib. de Traditio. Eccl. tit. de Judic. Sacris.

(4) In observat. ad septem Concil. in Nicæn. I.

(5). In suggestio. de offic. Diaconi Patriarchal. lõge post med.

(1) In Cõs. pro causa testam. Spanop. li. longe ante fin. (2) De ritib. Græc. lib. 1. c. 31. (3) In Sacr. Catechef. in 1. p. S. Liturgiæ, ubi de téplo pag. 56. post init.

Ævo

Digitized by Google

(4) Lib. de hæresib. *(5) c. 3. Schol. in Diony. Areopag.* *(6) In Can. 19. Laodicen.* *(7) In d. lib. de hæres.* *(8) De form. tēpl. & Eccles.* *(9) In Vit. S. Basil.*

Ævo Maximi Martyris hæc divisio Templi, ne penes Græcos quidem in usu est, quemadmodum scribit Maximus (5) ipse, & (6) Zonaras, cujus rationem non admodum opportunam tradit (7) Thessalonicensis. Nam hujus recentioris anomaliæ ritè rationem deduxeris ex negligentiâ posterorum. Hoc in Narthece, ex quo desiere Catechumeni, iique, quos pœnitentiâ summovebat, stant mulieres Sacris interfuturæ, quibus templum ipsum, dum Sacra peraguntur, nefas ingredi: quare Corinthius (8) Gabriel eum Gynæconiten appellat: atque hujus authorem, quod attinet ad habendas mulieres, dividendasque à viris, dicit Basilium (9) Amphilochius, quamvis reverà non ipse moris antiquissimi author fuerit, sed potiùs emendator. Nam, cùm olim divisæ mulieres à viris videri possent, ipse velis, atque siparriis auferri conspectum, ne libidinis irritamentum esset, jussit. Procedente mox tempore in ipso Narthece ligneam, pendentemque ad medium templi è summo laqueari domunculam Græci aptant, clatrisque ligneis anteriùs muniunt, ne inde audituræ Sacra mulieres adspiciantur à viris. Huc omnes fœminæ conveniunt, nec inde fas illis in templum progredi, nisi vel ad communionem, vel πρὸς μαρτυρίαν. Hæc fusiùs Crotoniates, cujus postrema verba Doctor Egregius produxit, quasi illis probetur, penes Græcos in ipsâ Ecclesiâ recipi mulierum testimonium. Addidit è suo, credique his magis, quàm viris ipsis, ne ignorantiæ deesset mendacium. Nam Crotoniates hoc postremum neque dicit, neque dicere potuit; quippe qui mox probat, nunquam penes Græcos licuisse fœminis, in Ecclesia loqui. Etenim apud ipsos tenacissimè retineri, quod universim Ecclesia cum (10) Apostolo docet, mulierem in Ecclesia audire debere, non loqui. Quo fit, ut vox illa μαρτυρία, non testimonium aliquod ex iis, de quibus agimus, sed locum ipsum, ubi criminum suorum se reas coram Sacerdote à confessionibus faciebant, testabanturque, significet. Id, quod fas est ex ipso Crotoniate pereruditè confirmare. Scilicet olim loca ipsa, ac veluti Tribunalia expiandis criminibus fatentium sponte circa Ambonem fuisse, appellataque μαρτυρίας manifestissimum est, idque licet agnoscere non solùm ex iis, quæ ipse Crotoniates refert, nimirum ex Samona (11) Gazensi, & (12) Mauroleone, ac (13) Germano Rhasoxeste Ancyrano Metropolita, verùm etiam ex Georgio, (14) Coressio, & (15) Maximo Margunio, qui testem veritatis producit Nicolaum (16) Atheniensem, & Joannem (17) Cantacuzenum in Elegantissimo S. Basilii Panegyrico, quem latinitate rudi donatum à Margunio, qui est idem Maximus nondum Episcopus, vidimus Romæ inter Allatiana Chirographa.

(10) 1. ad Corinth. c. 14. n. 34. *(11) In explan. Ecclef. Myster.* *(12) In Catech. confitent. peccata.* *(13) In Isagog. Peccat. ad pœnit.* *(14) Tract. Theol. de pœnit. & lib. de error. Italor. c. 34.* *(15) In Not. ad 1. grad. Jo. Climac.* *(16) In explicat. divin. officior.* *(17) Lege post med.*

VI. Fœminæ igitur ab hoc examine Jure nostro repelluntur, quibus adde & eos, quibus communione Sacrorum interdictum est. Nam & hos planè repelli ex Jure (1) sanè Latino certo certius est, traduntque Sacri Juris (2) Interpretes omnes, quos aptè refert (3) Ricciullus, quo authore hi, qui cœtu Christianorum eliminati sunt, ne in foro quidem laico probant, quippe quibus exceptio possit opponi, ut ante Ricciullum tradidere (4) Baldus, & (5) Aufrerius, (6) aliique, quorum authoritas ea est, ut, tacente Jure nostro, idipsum posset persuadere Margunio, si quid rationi congruum persuaderi posset Margunio. Negat is Sacra communione prohibitos repelli posse à testimonio. Nam (7) ait: τὸ μαρτυρεῖν θυσία λέγεται παρὰ τῶν ἁγίων, θυσία λέγω ἀναίμακτος τῷ Θεῷ προσφερομένη. ἀπείργειν δὲ τῆς θυσίας ἁμάρτημα μέγα λίαν, κατὰ τὴν γραφὴν ὀνειδίζουσαν τὴν αὐτὴν ἁμαρτίαν ἐν τοῖς υἱοῖς τοῦ Ἠλί. διὸ καὶ παρ' ἡμῖν οὐδὲ οἱ ἀφωρισμένοι κωλύονται μαρτυρεῖν. καὶ γυναιξὶ μόνον τοῦτο καλῶς ἀπῄρητο. οὐδὲ γὰρ γυναιξὶ θεμιτὸν παρὰ παλαιοῖς θυσίαν προσφέρειν· ἀλλὰ οἱ παπισταὶ, καὶ ἀζυμῖται κοινῶς διδάσκουσι τἀναντία, κακοὶ, ὡς εἶπον πολλάκις, κακῶς, λέγε δὲ καὶ πανούργως. σκοπὸς γὰρ, ἵνα τοὺς ἀνατολικοὺς, καὶ γραικοὺς σύμπαντας κατ' ἔμφασιν δικαιοσύνης ἀθετήσωσιν ὀνομάζοντες αὐτοὺς ἀφωρισμένους, οἷς οὐ θέμις πιστῶσαι τὴν ἀλήθειαν τῶν ἱερῶν δογμάτων (ὥσπερ κώδωνες γὰρ, καὶ σάλπιγγες διαγγελίζομεν τὰ πατροπαράδοτα) μαρτυρουμένοις. *Testimonium dicere Sacrificium appellatur à Sanctis, Sacrificium, inquam, incruentum Deo oblatum. Rejicere verò à Sacrificio crimen grande nimis, juxta Scripturam exprobrantem idem crimen Filiis Heli. Quare penes nos neque excommunicati repelluntur à testimonio, & solæ mulieres rejiciuntur. Neque enim apud antiquos fas mulieribus Sacrificium offerre. Sed Papistæ, & Azymitæ communiter docent contraria. Mali, ut sæpe dixi, malè: dic & malignè. Nam scopus est, ut Orientales, & Græcos omnes, sub prætextu justitiæ, reprobent, appellantes eos excommunicatos, quibus non licet præstare fidem, veritatem Sacrorum Dogmatum (etenim uti Nolæ, vel Jubæ annunciamus patrias traditiones) testantibus.* Hæc ex ingenio Margunius, quæ, si assertionem ipsam spectes, falsa, si rationem, inepta, si rimere id ipsum, quod inferunt, mendacissima palam agnosces. Do ordine omnia. Primò recipi ad testimonium Jure nostro deportatos ab Ecclesia, sive rejecti sint ab Ecclesia ἀφορισμῷ, sive anathemate, (quæ duo apud nos diversissima sunt) falsissimum est. Nam quî eos ad testimonium recipiamus, quibus cum Jure nostro nobis loqui non licet? Jure, inquam, Nostro moribus Apostolorum congruo, Majorum consentaneo institutis, usu perpetuo recepto. Audi (8) Prodromum. ἔστι δὲ διαφορὰ τοῦ τε ἀφορισμοῦ, καὶ τοῦ ἀναθεματισμοῦ, ὅτι ὁ ἀφορισθεὶς καὶ τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἁπάντων ἐξωθεῖται, ὥστε οὐ δύναται οὐδενὶ συνομιλῆσαι τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, οὔτ' ἰδίᾳ, οὔτε δημοσίᾳ, ἀλλ' οὐδὲ συνεσθίειν, οὐδὲ συνοικεῖν, ὥστε δεῖ τινὶ κοινωνῆσαι. ὁ δὲ ἀναθεματισμῷ ὑποβληθεὶς καὶ τῶν πολιτικῶν ἐξωθεῖται, οὐ δυνάμενος οὐδὲν τῶν προειρημένων ἔχειν ἐν χριστιανῷ λαῷ, ἀλλ' οὐδὲ μεθ' υἱῶν, καὶ γυναικὸς αὐτοῦ, ἵνα τῷ μεγέθει τοῦ ἐπιτιμίου μετανοήσῃ. *Est autem discrimen & excommunicationis, & anathematis, quod excommunicatus & ab Ecclesia, & ab iis, quæ pertinent ad rem Ecclesiasticam, omnibus expellitur ita, ut non possit aliquem alloqui eorum, qui sunt in Clero, neque privatim, neque publicè: itidemque comedere, aut simul sub eodem tecto morari,*

(1) c. nullus 3. q. 4. c. decernimus, ubi glos. ver. à testificãdo vers. quid dice die sent. excom. in 6. c. veniens 2. de test. c. conspiratores 3. q. 5. c. excommunicamus §. credentes de hær. *(2) Vid. Card. in c. perpendimus n. 28. de sent. excom. Soccin. in c. sacris n. 407. eod. Crass. de except. n. 39. Felin. in c. Rodulphus vers. sed declaratoria. de rescr. Jodoc. de test. n. 16. Nellum eod. tract. n. 20. Jac. Ægid. de test. n. 9. Steph. Aufrer. n. 41. de test. Alber. de Malet. eod. n. 33. Lanfr. de Orian. eod. n. 76. ver. quæro 4.* *(3) De Jur. personar. lib. 6. c. 3. n. 3. & 4.* *(4) In c. intelleximus de Jud. c. cõtingit. col. 10. de dol. L. quoties C. de Jud. L. placet ad fin. C. de Sacr. Eccl. L. fin. C. si nõ à competen.* *(5) De test. d. n. 41.* *(6) Jo. de Anan. & Felin. in c. postulasti de homic. Gemin. in c. 1. §. 2. col. 5. de exceptio. in 6.*

rari, vel denique in aliquo communicare. At anathemate perculsus etiam ab iis expellitur, quæ ad civilem consuetudinem pertinent, ut nihil ex antea dictis habere queat in Christiano populo, sed neque cum filiis, neque cum uxore sua; ut gravitate pœnæ ad meliorem frugem convertatur. Eadem quæ Prodromus ex ipso Prodromo censet (9) Harmenopulus, & ante hunc Joannes (10) Jonopulus: quibus adstipulatur Justinus (11) Decadion notus Canonographus his verbis. ἰστέον, ὅτι οἱ καθυποβληθέντες ἐπιτιμίῳ ἀφορισμοῦ οὐδὲ εἰς ἐκκλησίαν ἀναβαίνουσι, πλὴν τοῦ μετανοῆσαι, οὐδὲ κληρικοῖς συνομιλοῦσι. πάντως ἐν τοῖς περὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ εἶναι νεκροὶ, καὶ κατάκριτοι νομίζονται. *Sciendum, subjectos excommunicationis pœna non ascendere ad Ecclesiam, nisi ut agant pœnitentiam, neque alloqui Clericos posse. Universim in iis quæ pertinent ad res Ecclesiæ, seu Sacras, tanquam mortuos, & damnatos censeri.* Quòd si ii, quos pœna tam gravis multat, nec affari ullum in Clero, nec recipi ad res Sacras publicas, privatasque possunt, ac veluti fato functi, ac planè servi pœnæ censentur Jure nostro, tot Viris hoc palam affirmantibus, erit ne, ut fas esse credamus, eos ad testimoninm recipi Sacrum, eis fidem à ministris Ecclesiæ præstari, eos publicè, privatimve Veritati in bonum publicum manifestandæ authoritatem collaturos suo testimonio audiri?

VII. Eam ob rem palam Juris nostri periti damnatos hos homines à testimonio repellunt. Atque hanc omnium sententiam esse ante (1) Harmenopulum, (2) Tipucitum, (3) Gregorium Patzò, (4) Garidam, & (5) Theophilitzen, Matthæus (6) Monachus asseruit. οἵτε γὰρ νόμοι, ait, καὶ οἱ τοὺς νόμους ἐλλόγως ἑρμηνεύσαντες, καὶ κοπιάσαντες ἐν ἐξηγήσει τῶν ἱερῶν κανόνων μετὰ τῶν αἱρετικῶν τοὺς ἀφορισθέντας τοῦ τε ἐγκαλεῖν, καὶ τοῦ μαρτυρεῖν ἀπείργουσιν, ἀναξίους αὐτοὺς νομίσαντες πίστεως, αἱρετικοὺς μὲν διὰ τὴν ἀσέβειαν, τούτους δὲ διὰ τὸ βαρύτατον τῆς τιμωρίας ὡσεὶ νεκροὺς λογισάμενοι. *Et leges, & qui leges aptè interpretati sunt, & laborarunt in explanatione Sacrorum Canonum, cum hæreticis excommunicatos ab accusatione simul, ac testimonio repellunt. Quòd eos indignos fide reputaverint, hæreticos quidem propter perfidiam, hos verò propter gravissimam pœnam, quasi mortuos arbitrati.* Conferat contra Margunium authoritatem suam penes Photianos maximam & ipse (7) Coressius, qui Nili sententiam consentaneam Marguninanæ, ut solet superciliosè castigans. Ἀφωρισμένοι λέγονται, ait, ὅπου πόρρω γεγόνασιν, καὶ ἔξω τῆς ἐκκλησίας κατὰ τὸν πηγάνιον λέοντα, καὶ τὸν συνώνυμον καθηγητὴν ἐν τοῖς περὶ τῶν τροπαρίων· Τοῦ ἕνεκα καὶ τοῦ μαρτυρεῖν ἐνώπιον τῆς ἐκκλησίας κωλύονται. τοῦτο γὰρ τοῖς ἔνδον ὡμολογεῖται· περὶ γὰρ τῶν ἔξω τί τῇ ἐκκλησίᾳ, κατὰ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς; *Exterminati dicuntur, quòd longè sint, & extra Ecclesiam, juxta Peganium Leonem, & Cognominem Magistrum in Tractatione de Tropariis. Hanc ob causam, & à testimonio coram Ecclesiâ dicundo arcentur. Hoc enim iis, qui intra Ecclesiam sunt, conceditur. Nam de his, qui foris sunt, quid ad Ecclesiam, ex effato (8) Vasis Electionis?* Quæ verba, licet verissimam Conclusionem autument, Photianum tamen in morem ineptè illam ex iis, quæ certa non sunt, aut non universim vera deducunt. Continent enim hanc argumentationem: Eos qui extra Ecclesiam sunt ad testimonium Ecclesia non admittit. Sed excommunicati sunt extra Ecclesiam: igitur eos ad testimonium Ecclesia non admittit. At hæc argumentatio assumptionem incertam utroque Jure, propositionem verò universim falsam habet. Nam primò an excommunicati sint extra Ecclesiam anceps, ac dubium litem habet adhuc sub judice; & licet ex Ethymologiâ linguæ nostræ videatur Juri nostro consentaneum, eos esse extra Ecclesiam, id, quod placuit maximè Juri (9) Pontificio, SS. Patrum sententiis, quas producit (10) Bellarminus, & ex eo Marius (11) Alterius, ex utroque autem (12) Ricciullus, attamen potior, communiorque (13) Doctorum opinio contrarium probat, cui subscripsit ex Nostris (14) Prodromus, relatique per Joannem (15) Lascarem: imò idipsum affirmant Theologi cum (16) D. Thoma, & (17) Soto; comprobat (18) Glossa, videturque verbis (19) Pauli Apostoli maximè consentaneum. Quippe ex illis Ecclesia non judicat de iis, qui foris sunt, cùm tamen judicet de excommunicatis. Secundò eos, qui foris sunt, repelli à testimonio universim est falsum, quamquam enim hi universim non admittantur ab Ecclesiâ contra fideles ad testimonium, etenim censentur odisse Christianos, tamen horum aliqui, Ethnici nimirum, ac Saraceni, & Judæi etiam quandoque ad testimonium pro Christianis admittuntur; imò & aliquando necessariò provocantur ad testimonium, atque in ipsâ re nostrá. Constat ex verbis (20) Apostoli differentis de initiis Episcopi. δεῖ δὲ, ait, αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ, καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου. *Oportet autem, eum & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.* Vides, aliquando necessarium testimonium eorum, qui extra Ecclesiam sunt. Non igitur omnes exteri repelluntur. Quòd si non omnes, quæ consecutio est? Excommunicati sunt extra: igitur repelluntur. Dic potiùs: extra sunt ita, ut nullo modo cum illis liceat habere commercium: igitur à testimonio repelluntur: quod sanè commercium, atque consuetudo aliqua est.

VIII. Hæc ut Græcia cognoscat, quàm ineptè Coressius Magnus Theologus argumentetur, vel cùm pro Veritate pugnat. Cæterùm tum ex ejus assertione, tum ex aliorum Græcorum effatis manifestum est, Jure nostro repelli à testimonio eliminatos ab Ecclesia. Id, quod evincit falsitatem Marguninanæ sententiæ, quæ etiam undequaque labat ob rationem planè ridiculam. Damus, Veritatem testimonio confirmatam esse sacrificium oblatum Deo, quanquam & hoc

(7) In Antirrh. pro Marco c. 21. i med. (8) De Interpret. ad Can. 2. Nicæn. I. (9) Ad tit. Pandect. de just. & jur. (10) In explic. Can. Pœniten. S. Gregor. Thaumaturg. (11) In Eclogis Canon. S. Basilii in Epist. ad Amphiloc.

(1) Ad titul. de just. & jur. Pãd. (2) In lib. 35. Basilic. (3) In expos. novell. 15. Leon. (4) In Syllog. omn. Novell. ad argumen. novellę. 15. Justin. (5) In Schol. ad Epit. Leg. Leon. ad tit. de test. (6) In Synop. Ast. tal. ad tit. de test. Schol. 9. (7) Ad Synop. Nili ad Canon. 2. Nicæn. (8) 1. Ad Corinth. c. 5. n. 12. (9) In c. per tuas. ibi. ut pote ab Ecclesia separatas. de sent. excom. c. omnis Christianus c. canonica. c. cum aliquis c. quicumque c. videas. 11. q. 3. c. de communione c. certum c. Sacerdotes c. Apostolicę 24. q. 2. (10) De Eccl. Milit. lib. 3. c. 7. Tom. 2. (11) De censur. Tom. 1. lib. 1. dispus. 5. c. 10. (12) De jur. Person. lib. 4. c. 1. à n. 2. (13) In c. 1. quod metus cau. lib. 6. Bart. in L. aut damnum. §. servus ff. de pœn. in L. noverint C. ut intr. cert. temp. act.

Crim. in L. de pupillo §. & de plurib. ff. de no. oper. nũci. Abb. in c. 1. nota. 2. de Cler. excom. minist. Alex. in L. qui bis idem n. 2. ubi Jas. not. ult. ff. de ver. obl. Felin. in c. postulasti. n. 2. de rescrip. Cassador. decis. 9. n. 4. de præben. Gonzal. reg. 8. glos. 15. n. 82. Tiraq. ne retract. cõvent. §. 2. à glos. 1. n. 21. & 67. (14) In d. c. 2. Nicę. (15) In excerpt. jur. Græcę. tit. de test. (16) In 4. sent. dist. 110. qu. 2. art. 3. (17) In 4. s. d. 22. q. 2. art. 8. (18) In c. officii verb. excommunicationis de sent. excom. c. ita quorundam de ver. sign. c. de Judæis. de Judæ. c. engeltrudam 3. q. 4. & in d. L. aut damnum §. servus verb. dubitatio. (19) 1. ad Corinth. c. 5. n. 12. (20) 1. ad Tim. c. 3. n. 13.

hoc metaphoricum sit, propterea quòd Deus peculiaris hæc, illave Veritas non est, sed prima illa Veritas, quæ verè est, quia à se, & ex se, & in se est; quomodo intelligenda sunt illa (1) Joannis: *ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή: Ego sum via, veritas, & Vita*. Damus tamen hoc verum esse, dicique propriè Sacrificium offerendum Deo Testimonium Veritati collatum: quis non nisi ineptissimè intulerit, permittendum id esse propterea omnibus? Scelestis ne unquam licuit Deo sacrificium offerre, aut unquam placuit Deo impiorum holocaustum, cui hostiæ impiorum abominabiles sunt ex (2) Parœmiaste, qui ex (3) Malachia non respicit ultra ad Sacrificium impii, nec accipit quid *δεκτὸν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, placabile de manu ejus?* Qui per (4) Osee de pollutis hominibus sic decernit: *Οὐκ ἔσπεισαν τῷ κυρίῳ οἶνον, καὶ οὐχ ἥδυναν αὐτῷ· αἱ θυσίαι αὐτῶν ὡς ἄρτος πένθους αὐτοῖς· πάντες οἱ ἐσθίοντες αὐτὰ μιανθήσονται*. *Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: Sacrificia eorum quasi panis lugentium, omnes, qui comedent ea, contaminabuntur?* Qui denique sceleratos præsenti pœnâ multavit, ausos vel cum (5) Core sacras acerras contingere, vel cum Nadab, & Abiud (6) thus profanis altaribus adolere? Vel si omnibus licet promiscuè Deo litare; ergo & Sacerdotibus vestris post maritale commercium Sacris licebit operari, fasque erit è toro, ubi filio Veneris quanquam concessæ fecere, aram ascendere, ut filio Virginis faciant; quod Canones (7) vestri vetant, Jus vestrum non patitur, de quo videndus ex vestris (8) Angelus, ac (9) Metrophanes; ex Latinis (10) Becanus, & (11) Lutheranus Gudlingius. Imò, si verum quod dicitis etiam lethalis rei noxæ Deo sacrificium, antequam scelerum pęniteat, licebit offerre, quò manifestiùs verum sit, quod Caucus in Gentem nostram superiori sæculo mentitus est, ut refert, ac justè queritur (12) Bulgarus, ut refert, atque profligat (13) Allacius. Non igitur licet, neque unquam licuit indiscriminatim, ac temerè unicuique Deo sacrificium offerre. Iis tantùm hoc licuit, licebitque, qui impediti non sunt, nec prohibentur. Unde optimo jure deduces, non omnibus licere testimonium dicere, si testimonium dicere Deo sacrificium offerre dicendum est. Et reipsâ ii, quos extra synagogã criminis causa amandabant Judæi (censebantur autem ejusdem planè conditionis, ac excommunicati, teste (14) Daniele Cubsclesio) à sacrificio simul repellebantur: quemadmodum ex Rabbinorum dictis eruditè comprobat Vejellus (15) David: ut ex ipsâ Metaphorâ, quâ unâ utitur Margunius, eadem ejus sententia validissimè profligetur: Quando falsissimum est, omnibus licuisse Sacrificium; quemadmodum falsissimum est, vetitum fœminis, Sacrificium offerre. Licèt enim ministerio ipso prohiberentur, quippe solis viris concesso, attamen id, quod est Sacrificium offerre, omni animæ permittebatur, ut constat ex Sacris (16) Paginis, & in re nostrâ manifestum est ex ipsâ cæremonia qua puerperæ (17) lustrabantur. Si quid ergo posset Argumentatio illa à Sacrificio deducta, dicendum esset, vel ipsis fœminis, quibus Deo Sacrificare pro modulo suo licuit, licebitque semper, offerre Deo hostiam placituram; licitum fore, Jure nostro perhibere coram Antistite testimonium Veritati, quod tamen ex dictis Jure nostro absurdissimum est, & vetitum omnino. Sic igitur falsum est penes Nos admitti ad testimonium à sacra communione deterritos: unde mox inferes ritè, nec in reliquis credendum Margunio.

(1) *Joan. c.14.n.6. & Epist.1. c.5.n.6.*
(2) *Prover. c. 21. n.27.*
(3) *Cap. 2. n.13.*
(4) *Cap. 9. n.4.*
(5) *Numer. c. 16. per tot.*
(6) *Levit. c.10. n. 1. & 2.*
(7) *Synod. Trullan. c.13.*
(8) *In Mystag. Liturg. c.1.*
(9) *In Confess. pag. 111. & seq.*
(10) *11. Man. lib. 1.c.13.*
(11) *In Delinea. Relig. Græcor. Eustr. Joannide Zialovvschi pag. 8.*
(12) *In Catechef. pag. 207.*
(13) *De Consens. lib.3. à n. 6. ad 10. c.17. à col. 1306.*
(14) *In Orat. de SS. Apostolis.*
(15) *In exercit. Historico. Theol. de Vet. Leg. Cærem. pag. 125.*
(16) *Lev. c.2.n.1. c. 4.n.1.c. 5. n.2.*
(17) *Levit. c. 12. à n. 6. & seqq.*

IX. Sanè intolerabilis impudentia est, quòd in Latinos Gentem provocat nostram apertis mendaciis, clarâque, ac manifestâ iniquitate. Neque enim quod aliqui, iique impudentissimè Nos universim hæreticos, & excommunicatos dixere, propterea idipsum Latinorum sapientissimi, eruditissimi, aut, quod mentitur Margunius, omnes Latini autumant. Imò & hæretici ipsi parum nos à Latinis discrepare non sine invidia miserrimè dolent. Vide, si libet, Uvenceslaum (1) Boudenvitium, Stephanum (2) Gerlachium, Martinum (3) Crusium, Hieronymum (4) Viscerum, & Hieronymum (5) Sengium. Adeò falsum est, haberi Nos ut hæreticos à Latinis. Aut si hoc falsum affirmat Margunius, dicat quo in loco Nos ab Ecclesiæ gremio excussos Latini pronunciaverint. Inter hæreticos recenseri audio Calvini, Lutherique asseclas, cæterosque, quos nominatim publico decreto Sancta utraque Ecclesia proscripsit: eosdem palam *excommunicari*, uti dicimus, & *anathematizari* scio. At Græcos nusquam audio, nusquam novi pœnis iisdem addictos. Imò contra video unà convenire Latinos, Græcosque, ut Deo scilicet operentur, unà publicas habere supplicationes, unà Divinis laudibus pangendis religiosam operam conferre. Nota hæc videnti sunt Græciæ, usu ipso probantur, spectanturque in Insulis, quæ Veneto Leoni subjectæ sunt. Ut mirum sit, tam effrontem fuisse Margunium, tam gratis mendacem, qui ausus sit affirmare, *excommunicatos* haberi Nos à Latinis, cùm ipse à Latinis ad Consortium sacrorum admitteretur quotannis. Hujus mendacii quo patentior iniquitas appareat, id, quod Romæ decernitur, agiturque, Græcia nostra consideret. Aluntur ibi Græcorum Juvenes ad interitum dementissimi Photianismi, non aliâ tamen aluntur conditione; nisi ut se se jurejurando obligent ad reditum in Patriam, itidemque Græci ritus *observantiam*, & usum. Ex his apertè deducitur, non censeri Romæ Græcos *excommunicatos*. Nam, cùm in Græcia Ritibus nostris uti sit nefas, nisi vel in re sacrâ cum Græcis communices, qui jubet in Græca ritu Græco vivere, *& communicare* cum Græcis in re sacrâ omnino jubet. Quòd si jubentur alti, educatique Romæ Juvenes cum Græcis in re sacrâ communicare, profectò Romæ Græci *excommunicati* minimè censentur. Neque id injuriâ: Græci enim, ut sępe diximus, neque Schismatici sunt, sunt inter Græcos utrique notæ prorsus obnoxii. Sunt & tertiæ Classis alii, quos jure ignorantia prorsus invicta omni piaculo eximit, efficitque, ni palam Orthodoxos, certè innoxios. Horum turba longè cæteris major. An plures in Græciâ palam Orthodoxi Photianis palam sint, dubium ædepol est: si quid conjecturæ damus, autumo, plures

(1) *Epist. ad Chytræum, & alius nescio quis ad eund. an. 1574.*
(2) *Ep. ad Mart. Crusium an. 1575.*
(3) *Lib. 5. Germano-Græciæ, & in Turco-Græcia, & in præfat. ejus.*
(4) *Apud Allatiũ. de Consens. lib.3.c.15. col. 1243.*
(5) *Apud eũd. ibid. col. 1244.*

Photianis Orthodoxos esse, quando hactenus ego nullum Græcorum, qui sciret aliquid, reperi, quique ea non crederet, quæ fides Orthodoxa decrevit: contra plurimos reperi palam Photianismum professos, qui quid Photianismus sit, quæ controversiæ ratio, quæ rixarum natura, penitùs ignorabant. Quo fit, ut existimem rigidos Photianos, &, uti dicimus, è Schola *formales* in Græciâ paucissimos esse, quos sanè ita patitur Ecclesia prudens, ac pia mater, ita dissimulat; ut in eorum palam, nominatimque interitum gladium supremæ potestatis non exerat, ne, dum impenditur pia crudelitas eradicandis Zizaniis, eradicetur simul & triticum, quod Mediusfidius uberrimè cresceret, & in eam messem assurgeret, quæ posset opprimere vel ipsa Zizania, si quæ olim erga Græcos Imperio nobiles, eadem erga ipsos ex longâ captivitate humiles Caritas Latinorum, aut Operarios, aut aptos tanto Operi addiceret operarios.

X. Exclusimus ab hoc, quod explanamus, examine avulsos Ecclesiæ gremio testes, quorum testimonium provehendis ad Ordines neque proderit, neque oberit. Iisdem prodesse haud quibit Agnatorum, Cognatorumque, & cæterorum sive familiarium, sive amicorum assertio. Nam & hi testimonio suo in re civili Agnatis, consanguineis, familiaribus, & amicis prodesse non possunt quemadmodum ex Nostris Nos docuit Matthæus (1) Monachus, (2) Modestinus, (3) Domninus, Gregorius (4) Patzò, apud Latinos verò non sine accuratâ sententiarum circumscriptione (5) Crotus, & (6) Moncada omnino videndi. Non ambigo tamen, quædam etiam à Parentibus, Agnatis, Cognatisque, ac familiaribus esse quærenda, præsertim si aliter certò sciri non possint; Id, quod, cùm ex Theologo repentè Jurisconsulti agere histrioniam conatus (7) Coressius est, pernegavit, ὅτι, inquit, τοῦτο οἱ νόμοι τοῦ σοφωτάτου λέοντος παραιτοῦνται). *Quòd hoc leges Leonis Sapientissimi vetant*. Cui tamen respondendum est, leges, ante, quàm producantur in medium, intelligendas esse. Non videtur leges Leonis intellexisse Coressius, cùm ex iis negat, posse pro filiis parentes, & vice versa, aut familiares, cognatos, agnatosve, pro familiaribus, agnatis, cognatisve produci. Nam lex (8) Leonis vetat, hos contra produci his verbis clarissimis: οἱ γονεῖς, καὶ τὰ τέκνα κατ' ἀλλήλων λέγοντες μὴ προσδεχέσθωσαν· μήτε ὑπὲρ δεσπότου, μήτε κατὰ δεσπότου δοῦλος, ἢ ἀπελεύθερος μαρτυρεῖ). *Parentes, & liberi contra se invicem testimonium dicentes non admittuntur: at neque pro domino, neque contra dominum servus, aut libertus testimonium dicit*. Ubi notandum non negari, posse parentem pro libero dicere testimonium, cùm hoc sanè negetur de servo, atque liberto, ut scias, inquit (9) Theodorus Hermopolites, ὅτι ἴσως ποτ' ἄν, ὅτι καὶ συγγενέσιν ἔξεστιν ὑπὲρ τῶν συγγενῶν μαρτυρεῖν, οὐδέποτε δὲ κατ' αὐτῶν· τοῖς δὲ δούλοις, καὶ ἀπελευθέροις οὐδέτερον. *Esse aliquando, ut liceat pro cognatis cognatis dicere testimonium, nunquam contra ipsos: At servis, & libertis neutrum*. Præterea, ut demus, verum esse in Criminalibus, quod dicit Coressius: num & in Civilibus ipsis negotiis? Certè id Leo non asserit; imò si standum est interpretationi Nostrorum, ea in Civilibus admitti cognatos pro cognatis, & contra cognatos, docet, authoribus (10) Theophilitze, (11) Eudoxio, & Phoca (12) Nomico nostris Jurisconsultis notissimo.

(1) In Attal. ad tit. de test. Schol. 4.
(2) Ad Novell. Const. & Leon. in tit. de test. n. 4.
(3) Ad easd. Novell. d. tit. de test. in fin.
(4) Ad easd. Novell. in eod. titul. sub init.
(5) De test. p. 4. per tot.
(6) In addit. ad Crot. d. p. 4.
(7) In Synop. Nili, ad Can. 2. Nicæn.
(8) In Compend. Leg. tit. de test. n. 3.
(9) Schol. 3. in d. tit. de test.
(10) In Ecthesi ejusd. tit. sub init.
(11) In Synop. Compen. ejusd. ad eum tit.
(12) In Schol. 3. in eund. Tit.

XI. Horum è sententiâ non erit absonum Juri, si spretis Coressii somniis, Episcopi nostri quædam à parentibus ipsis exquirant, indolem juvenum sacrandorum, addictum pietati ingenium, desiderium se Deo dedicandi, & universim ea omnia, quæ certiùs, quàm ab extraneis parentum testimonio cognoscuntur. Quod ex eadem ratione producito ad agnatos, cognatos, & familiares. Hos enim in rebus gravissimis interrogari posse, imò & debere, tradit ex Gelasio Cyziceno Anthimus (1) Metochites Achridenus Antistes Photianorum eruditissimus, & ut eum meritò appellat (2) Meletius Patriarcha: πολυμαθής. Ait enim. Τοσοῦτο τῆς ἱερατείας τὸ πρᾶγμα, τηλικοῦτο δὲ τὸ ἀξίωμα, ὥστε ὀφείλει ἀναζητεῖν καὶ τοὺς γονεῖς, καὶ τοὺς συγγενεῖς, καὶ τοὺς οἰκείους πρὶν χειροτονῆσαι τὸν ἄνθρωπον· καὶ δὴ τοῦτό γε εἰκότως· μάλα τὰ γὰρ τῶν οἰκείων οἱ οἰκεῖοι μάλιστα ἴσασι), ὅθεν ὁ λόγος, ἀνδρὸς γνώρισμα οἴκοθεν ἀναληπτέον· λέγουσι τὸν κυνικὸν ἐκεῖνον ἐρωτηθέντα περί τινος· ἆρά γε φῇς, εἰ καὶ διδάσκαλος τοῦ ἀνθρώπου, καὶ συγγενής, ἔτ' οἰκεῖος· καὶ ὁ Ῥωμαῖος Σκιπίων ἱστορεῖται) μέλλων εἰς στρατιώτην τινά ποτ' ἀναλαβεῖν περὶ τοῦ νεανίσκου ἐρωτᾶν εἰώθεναι τοὺς οἴκοι, καὶ σχεδὸν τοῖς πάλαι τοῦτ' ἀναμφισβήτητον, τὴν ἀκριβεστέραν τῶν φυσικῶν ἐξέτασιν ἐκ τῶν ἀεὶ συνδιατριβόντων τῷ ἐξεταζομένῳ περιχεῖσθαι. *Tantum est Sacerdotii negotium, tam grandis autem dignitas, ut oporteat quærere tum à Parentibus, tum à Cognatis, & familiaribus, ante quàm manus homini imponantur. Atque id hercle optimè: nam familiarium res familiares maximè norunt. Unde adagium: notitiam hominis domo desumendam esse. Ajunt Cynicum illum interrogatum de quodam: num, dixisse, si magister hominis, propterea cognatus, & familiaris sum? Et Romanus Scipio narratur, cùm quempiam ad militiam vellet adsumere, solitus fuisse de juvene domesticos interrogare. Universim autem priscis id fuit citra controversiam, diligentissimum examen naturalium ab iis haberi, qui unà vivunt cum eo, qui examinatur*. Sic Anthimus, cui adde (3) Margunium, quò præsentiore Photiani hominis authoritate temeritas Photiani Coressii obruatur, ausi (4) Latinos ignorantissimos Juris asserere, imò etiam corruptores, cùm reipsa Coressius ille sit, qui ne apices quidem Juris viderit unquam, & ne à longè sanè Jurisprudentiam salutarit; adeòque palam, passimque legis omnis sit expers, ut, cùm maximè parendum legibus autumet, eas ex ignorantia corrumpat. Quid enim? Num non corrumpit leges, ac Jura, & quidem Nostra, cùm (5) dicit, fore validum, sin minus licitum Episcopi Matrimonium? Quæ unquam Lex nostra hoc patitur? imò quæ Lex nostra non decernit (6) irritum, atque nullum? Num Leges nostras non improbat, cùm (7) asserit, non posse Ecclesiæ potestate votum, ac Jusjurandum absolvi? Quid clarius Legibus nostris, quid hoc apertius unquam est (8) constitutum? Num Jura

(1) In Explic. Sacr. Myster. c. de off. Episc. in med.
(2) In Ecthesi error. Italicor. in Ordin. initio.
(3) In d. c. 2. Nicæn. not. 12.
(4) In d. c. 2. Nicæn.
(5) In c. 12. Trullan.
(6) Vide Matth. Monach. in quæst. matrim. tit. Episc. ab uxorib. suis separari debere, & seq.
(7) In c. 82. Trullan.
(8) Vide decret. IX. Lucæ Chrysobergæ. ne jusjur. irregul. servet Tom. 1. Jur. GR. pag. 224.

Jura nostra non planè convellit, penitùsque pessundat, cùm docet, (9) non licere, nec unquam licuisse, ullam ob causam, Antistitem ab una in aliam Ecclesiam transferre? Quid hoc usitatius unquam in Græcia, aut quid magis à Jure nostro (10) probatum? Sexcenta hìc edere liceret, quæ dum audacter, & inconsultè Coressius temerarius, & impudens affirmat, aut negat, Juri nostro Injuriam manifestissimam irrogat, Jus nostrum apertissimè labefactat. Sed ad finem operis properanti non vacat his ineptiis refellendis ulteriùs tempus impendere. Hoc superest, ut Græcia noscat, quis ille est, qui Latinos Juris interpretes sanctissimos, præstantissimos ubi Juris appellavit corruptores, de eorum erroribus disputat.

(9) *In act. Constantinop. Syn. I. in actio. 1.*
(10) *Vide decretum 2. Manuel. P. CP. de transl. Episc. Tom. 1. Jur. GR. pag. 240.*

XII. Recipient ergo aliquando cognatos, agnatosque, ac familiares, amicosque ad hoc examen Antistites nostri, conditionemque hominis initiandi requirent ab amicis, & notis, cùm aliter Veritas haberi certiùs haud poterit. Plerunque tamen hos testes rejicient, quippe suspectos. Quo fit, ut vel cùm admittentur ad rei cognitionem, quæ aliter haberi non possit, meo consilio, quod praxis ipsa confirmat, quidquid (1) Margunius dixerit olim, malè semper, ac subdolè, Jurisjurandi religione ad testimonium adigendi non sint. Cavendum enim, ne perjurio locus fiat, & occasio, quod non vitabitur paralogismis, quos utiles docet (2) Coressius vitandis perjuriis, etiam coram Judice, cùm quis legitimè interrogatur. Hæc enim sententia licet inter Latinos diu ante, quàm nostra tempestate decreto Innocentii XI. Sanctissimi Pontificis proscriberetur, obtinuerit, nunquam obtinuit in Græcia palam testatâ, eum, qui à Judice jurejurando proposito interrogatur, debere: ἁπλῆν, καὶ ἀνύπουλον τὴν ἀλήθειαν λέγειν, καὶ μαρτυρεῖν, σχετικῶς ἔχουσαν, οὐ πρὸς τὴν τοῦ λέγοντος μάρτυρος διάνοιαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τοῦ ἐρωτῶντος δικαστοῦ θέσιν, καὶ θέλημα. Τὸ γὰρ παραλογίζεσθαι τάχα θέμις, ὅταν ἐν παιγνίοις ὁ λόγος, καὶ ἐπὶ γέλωτι συνήθεια, ὅταν δὲ ἐσπουδασμένως, καὶ ἄνευ παιδιᾶς συνομιλοῦμεν, ἀθέμιτον πάντοτε, μάλιστα τοῖς ἐνόρκοις. *Simplicem, ac sinceram dicere veritatem, respicientem non ipsam dicentis intelligentiam testis, sed interrogantis Judicis propositum, & voluntatem. Nam uti paralogismis fortassis fas, cùm jocosus est sermo, & ad risum consuetudo, tùm verò seriò sine joco colloquimur, nefas est semper maximè juramento obstrictis.* Ita ex communi sententia Græcorum (3) Malaxus diligentissimus Photianus, penes quem alii, & in primis Theodorus (4) Metochites, qui de mendacio acutissimè disputans. ἡ κακία, inquit, τοῦ ψεύδους ἐν τούτῳ πέφυκεν ἁμαρτάνουσα, ὅτι χρεώστης πᾶς ἄνθρωπος ἐν λόγοις, καὶ ὑποσχέσεσι τῶν πλησίον πίστεως ἀτρεκεστάτης· ἔστι δὲ παλαιά, καὶ διὰ τοῦτο νυνὶ λαθραία ὑπόσχεσις ἀνθρώπου πρὸς ἄνθρωπον ταὐτὸ διὰ λόγων σημαίνειν τοῖς ἔξωθεν, ὅπερ κρύφα καὶ ἔσωθεν ἐννοεῖ τῇ διανοίᾳ, ὥσθ' ἁρμόζειν τοῖς νοήμασι τὰ λόγια, καὶ μὴ ἄλλο λέγειν τῇ διανοίᾳ ἄλλο τῇ γλώττῃ· εἴ τις οὖν τοῦτο δράσειε παραβάτης τῆς κοινῆς ὑποσχέσεως, καὶ ψεύστης τόσῳ χείρων τῶν ἄλλων ἐν ταῖς συνθήκαις παραβατῶν, ὅσῳ δημοσιωτέρα ἡ τοιαύτη γε ὑπόσχεσις. ἐθ' ἕνεκα παραιτεῖται τὸ παραλογίζεσθαι ἐν ταῖς δίκαις τοῖς μάρτυσι κατὰ τὸ κοινὸν τῶν νομικῶν· ὀμνύουσι γὰρ τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ συνθήκην ἐκείνην οἱ μάρτυρες, καὶ παραλογιζόμενοι τῷ ψεύδει ἐπιτιθέασιν ἐπιορκίαν. *Malitia mendacii hoc naturâ suâ crimen habet, quòd omnis homo in verbis, atque promissis proximo debet certissimam fidem. Est autem antiqua, & propterea nunc latens, hominis ad hominem sponsio promendi extrinsecus verbis idipsum, quod quis intus mente concepit: ita ut omnino consonent verba cogitationibus, neque aliud mens dicat, aliud lingua significet. Si quis ergo hoc perpetret, erit prævaricator communis promissi, & mendax tantò pejor aliis promissorum prævaricatoribus, quantò publica magis est promissio. Quamobrem prohibetur usus Paralogismorum testibus in judicio, juxta Jurisperitorum communem sententiam: Jurejurando enim testes promissum, pactumque illud confirmant, utentesque Paralogismis mendacio perjurium addunt.* Similia docent (5) Aristenus, Matthæus (6) Monachus, (7) Thalelæus Antecessor, Stephanus (8) Judex Veli, & Isidorus (9) Logotheta Dromi. Imò ex ipso Solio, integra constitutione Joannes (10) Contacuzenus penes (11) Diplovatacium, cui adeò cernus est, Græciam communi suffragio paralogismis Judicio interdixisse, ut è sententia Græciæ Latinos damnet, si qui universim paralogismum licere constituunt: id, quod pace Viri Jurisconsultissimi, meoque judicio Sapientissimi dixerim, non planè approbo, neque existimo probari posse, sine Sanctissimorum virorum injuriâ manifestâ, qui extra judicium, urgente necessitate, confidentissimè Paralogismis usi sunt: & alioqui non video, quâ ratione, qui extra judicium citra noxam vitaturus extremum, ac certum exitium potest, cum inculpatæ tutelæ moderamine, vim injustam repellere vi, non possit ad eandem vim scilicet avertendam injustum oppressorem sine damno decipere. Quare quamvis communem sententiam secutus censeam, in Judicio nunquam fore licitum uti paralogismis, tamen existimo extra judicium sæpe fas, παραλογίζεσθαι, atque, uti dicimus, *æquivocum* usurpare juxta constituta per doctos Theologos (12) Sanchium, (13) Bonacinam, (14) Laymannum, (15) Toletum, (16) Sayrum, (17) Trullencum, productumque à (18) Busembao Lessium.

(1) *Not. 12. in d. Canon. 2. Nicæn.*
(2) *In d. c. 2. Nicæn.*
(3) *In Nomoc. c. ult. ad Canon. Pœnit.*
(4) περὶ κακοηθείας *vuln. 72.*
(5) *In Schol. ad Canon. 2. Nicæn.*
(6) *In Alfab. tit. de jurejur. Schol. 2.*
(7) *In Novell. Basilii Macedo. incip. cum bonorum omnium vers. Διὸ θεσπίζομεν.*
(8) *Ad Novell. Roman. Senior. incip. Sancimus, ut in omni Civitate. §. ult.*
(9) *In Novell. Alex. Com. incl. multa quidem sub init.*
(10) *Const. in perjur. incip. sancimus, ut juramentum extas apud Diplovat.*
(11) *In jur. Græc. Synop. titul. de juramen.*
(12) *Lib. 3. c. 6.*
(13) *De Juram. disput. 4. q. 1. p. 12.*
(14) *Lib. 4. tr. 3. c. 13.*
(15) *Lib. 4. c. 21.*
(16) *Lib. 4. c. 5. & lib. 12. c. 17.*
(17) *Lib. 2. c. 1. d. 15.*
(18) *In Medul. Theol. lib. 4. tr. 2. de 2. præcep. Decal. d. 4.*

XIII. Cæterùm sic recepti sine juramento familiares, amici, agnati, cognatique, etsi utiles erunt agnoscendis iis, qui Ordines affectabunt, non tamen erunt idonei plenæ probationi ejus, quod testimonio suo confirmabunt. Neque enim cùm agitur in re non manifestâ neque à parte Jusjurandum remissum est, non jurato licet credere, ut cum (1) Harmenopulo nostro Latini omnes affirmant meditati (2) Juris effatum clarissimum. Quò fit, ut non jurato testi, tametsi purpurâ Sacrâ fulgeat, fides non debeatur, ut lex Pontificia (3) decernit, qua duce idem asserit (4) Abbas universim de omnibus, quâcunque dignitate censeantur. Ratio est, tum quia in teste probaturo juramentum est de jure (5) Divino, vel certè Jurisgentium: quare nec ipse supremus Ecclesiarcha probaturum testem poterit summâ authoritate suâ à jurejurando excusare, quem-

(1) *Libel. de test. c. 5.*
(2) *In L. jurisjurandi C. de test.*
(3) *In c. cum olim. ver. querendam. de privil.*
(4) *In d. c. cum olim. & c. ex tuis de test.*
(5) *Arg. ex c. 31. Genes.*
(6) *De potest. Eccl.*

admodum docet (6) Augustinus Anconitanus, quem sequitur (7) Felinus, & (8) Crotus, tum quia jusjurandum pertinet ad formam intimam, penitamque probationis habendæ per testes, uti docet communis (9) opinio contra eundem (10) Crotum. Hinc ad probationem hujusmodi necessarium est jusjurandum, vel cùm agitur causa, uti dicunt, *Summariè, atque de plano* juxta (11) Bartholum optimè: nec multitudine testium penuria jurisjurandi suppletur, ita (12) Jure pronunciante, cujus (13) interpretes nec Sacerdoti fidem præstandam censent, si absque juramento testetur, aliquem in meliorem à vitiis frugem esse conversum, quia ne peritis quidem artium, quum aliquid asserunt circa artem, non juratis fides debetur, ut contra (14) Glossographum ipse (15) Glossographus cum (16) Canonistis communiter asseverat. Hinc non existimo in Jure probari posse id, quod palam constituit (17) Bartholus, & (18) alii post eum, probaturum nimirum testem non juratum, cùm judici ferenda sententia est nulla Juris solemnitate servatâ. Nam cùm Jusjurandum, uti dixi, Jure Divino indicatur testi probaturo veritatem latentem, non pertinet ad solemnitatem, ut sine illo tunc, cùm solemnitas usurpanda non est, possit ad probationem recipi testis. Quare Princeps causam committens pertractandam sine juris solemnitate, non potest ullà præsumptione censeri, velle testes non juratos, aut non juratos permittere, quando voluntas decernentis, committentisve trahi nequit ad id, quod nefas est: ut ex (19) Jure constituunt (20) Bartholus, ac (21) Baldus, cujus postremi hæc, quam sequimur, sententia est, cui adstipulantur (22) & alii, quorum Suffragio hæc forma testimonii ferendi omnino necessaria est, atque ita substantialis, ut remitti non possit, nisi ab eo, quem contra testimonium fertur in re non penitùs manifestâ. Dico in re non penitùs manifestâ: nam si de re manifestâ tractetur coram judice, non juratis testibus plena fides præstari poterit, ut asseruit ex Nostris (23) Harmenopulus dicens. ἐν τοῖς φανεροῖς οὐδ' ἀναγκαῖον δι' ἐνόρκων μαρτύρων γίνεσθαι τὴν ἀπόδειξιν: docuitque (24) Glossographus, quem sequitur (25) Innocentius, (26) Romanus, Antonius, (27) quo authore creditur non juratis testibus, cùm inducta per populum consuetudo probanda est, quemadmodum asserit etiam ex Nostris ante Antonium Stephanus (28) Judex, & Magister, cùm de consuetudine philosophatus, τὸ ἔθος, ait, καὶ τὸ ἔθιμον διαφέρουσι. τὸ γὰρ πρῶτον γενικῶς τὴν συνήθειαν σημαίνει, τὸ δ' ἕτερον τὴν συνήθειαν ὑπὸ λαοῦ ἀψηφιστὶ εἰσενεχθεῖσαν, καὶ αὐτὴ μάρτυσι στηρίζεται, κἂν καὶ μὴ ἐνόρκοις, ἔτι φανερὰ, καὶ ἀναμφισβήτητος τοῖς πολυπραγμοῦσι περὶ αὐτῆς. *Mos, & more receptum differunt. Nam primum generatim consuetudinem significat, alterum verò speciatim consuetudinem à populo sine Suffragio inductam, & hæc testibus confirmatur, sed non juratis, quòd manifesta, & certa.* Ex quibus pugnantes inter se Photianorum sententias erudire fas est: &, si fas etiam, ad constantiam revocare, ut nimirum neque universim negent, posse aliquando credi citra Jusjurandum testi, neque universim affirment non jurato, testi fidem plenissimam præstari ad probationem posse.

q. 55. art. ult. (7) *In c. constitutus col. 6. de rescr.* (8) *De test. q. 7. n. 28. & seq.* (9) *Per tex. in d. L. jurisjurandi, & in c. hortamur. 3. q. 9.* (10) *In repet. L. nemo potest. ff. de Leg. 1.* (11) *In extrav. ad reprimendam ver. sive figur. prope fin.* (12) *C. multorum 44. dist.* (13) *Host. Jo. And. Abb. in c. testimonium, de test. col. pen.* (14) *In d. L. jurisjurandi, & in L. 1. in prin. ff. de ventr. inspic.* (15) *In L. comparationes ver. deponentibus C. de fid. instru.* (16) *Jo. And. in c. fraternitatis de frig. & malef. Abb. & Aret. in c. proposuisti de probat.* (17) *In L. filiusfamil. ff. de donat.* (18) *Ancar. in Clem. sæpe de VS. Alex. in L. milites C. de milit. test. Rom. in rubr. de arbitr. q. 16.* (19) *L. Lucius § fen. ff. ad Municip. c. nobis de sent. excom.* (20) *In L. sub conditione ff. de cond. instit.* (21) *L. fin. § in computatione C. de jur. delib.* (22) *Ang. in L. milites d. Bald. in L. Presbyteri C. de Epis & Cler. Imo. in d. Clem. sæpe, & in d. L. filiusfamil. ubi, & Roman.* (23) *De test. c. 5.* (24) *In c. tua nos ver. testimonio de cohabit. Cler.* (25) *In c. 1. de post. Prælat.* (26) *In L. admonendi col. 27. ff. de jurejuran.* (27) *In c. cum [illegible] de spons. & in c. fin. de consuet.* (28) *In Scol. ad compen.*

Leg. Leon. & Const. ad tit. 26. in fine.

SECTIO VIII.

An ad initia Ordinum sit necessarium Exbomologetæ Sacerdotis testimonium?

SUMMARIUM.

I. *Sententia Photianorum docens necessitatem hujus testimonii ex Margunio, & Critopulo.*
II. *Eadem comprobatur ex verbis Angeli, & Malaxi.*
III. *Testimonium hujusmodi etiam à non jurato Exbomologeta sufficit ex Margunio, cujus tamen mendacitas refellitur, adscribentis Græciæ hanc sententiam universim, cùm ne ab omnibus quidem Photianis recipiatur. Hoc ostenditur verbis Hieremiæ Patriarchæ CP.*
IV. *Idem confirmatur ex ipsius confessione Coressii, hanc corruptelam reprobantis.*
V. *Refellitur hæc corruptela Photiana, atque constituitur, sacerdotem Exbomologeten neque pro Filio Spirituali, neque contra eum dicere testimonium posse. Testem scire debere id, de quo perhibet testimonium; Exbomologeten nescire quæ, ut talis, novit, ejusque scientiam non humanam esse, aut censeri.*
VI. *Probatur authoritate Græca, & Photiana notitiam, quam habet Sacerdos à Confessionibus, non esse notitiam hominis. Simul asseritur, neque parentum testimonium contra filios admitti, & Exbomologetas censeri parentes Spirituales eorum, quorum confessiones excipiunt.*
VII. *Eadem Sententia Photiana, & corruptela damnatur numeroso Majorum nostrorum effato, & Photianis decretis.*
VIII. *Arcanum Confessionis Sacræ solvi non posse; Juris esse divini: Unde comprobatur validissimè assertio, comparatis invicem naturali Arcano, & divino.*
IX. *Sacerdoti, etiam presente morte, tacenda, quæ ex confessionibus novit, ne prodat Arcanum Sacramenti. Eidem licere inficiari, quod scit: Uti etiam paralogismis ad eundem scopum. An, & quatenus queat arcanum prodere consentiente Reo, qualisque debeat esse consensus Rei?*
X. *Arcanum hoc Græcis receptum, assertumque testimonio Prodromi probatur.*
XI. *Idem aliis Græcorum testimoniis comprobatur.*
XII. *Idem confirmatur pluribus decretis Patriarcharum.*
XIII. *Idem constituitur denique ipsorum Photianorum effatis.*

I. Sed hæc certa, & apud plerosque Photianorum etiam recepta, illud incertum,

rum, & planè scopus ingentis Controversiæ, quod Photiani, duobus exceptis, non affirmant modò, sed praxi ipsa certissimum autumant. An scilicet Sacerdos à confessionibus ejus, qui initiandus est, recipi ad testimonium possit? Asserit hoc palam Margunius (1) his verbis: καὶ βλέπε, μήπως ἀποκοτήσῃς, νὰ ἀναβῇς εἰς ζήτησιν χειροτονίας δίχως ἔγγραφον μαρτυρίαν τοῦ πνευματικοῦ σου· τοῦτο γὰρ ὁλοκλήρως ἀπηγόρευται· καὶ ὄχι μόνον δὲν θέλεις λάβῃς ἐντίμως τὴν χειροτονίαν, ἀλλὰ καὶ εἰ ὁ ἀρχιερεὺς, εἴτις ἄλλος τῷ αὐτοῦ ἐντάλματι σε χειροτονήσῃ, μέγα, καὶ φοβερὸν ἁμάρτημα ἁμαρτήσει. ἂν ἴσως καὶ σε ἐπιθέσῃ τὰς χεῖρας· ἔστι δὲ καὶ τύπος τῆς μαρτυρίας ταύτης τῇ συνηθείᾳ τῶν σοφῶν πνευματικῶν γινόμενος, ὃν παραβῆναι ἀνάθεμα· πρὸς τούτους περὶ τούτου ἀναφέρων τοὺς λόγους μου λέγω, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ μαρτυρίᾳ χρεὼν, νὰ ἀληθεύωσι, καὶ ἂν ὁ πνευματικὸς υἱὸς εἶναι ἀνάξιος, μὴ γένοιτο, νὰ δώσωσι τὴν μαρτυρίαν, καὶ τὸ ἄγιον τοῦτο πρὸς χειροτονίαν συστατικὸν, ἀλλ' ὡς ἀρνηθῶσι λέγοντες· παιδίον εἰ θέλῃ ἀναξίως εἰσελθεῖν εἰς τὸ φοβερὸν βῆμα, ἀθῷος εἰμὶ τότε τοῦ ἐγκλήματος· εἰ δὲ καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἐρωτήσῃ, μὴ φοβηθῶσιν ἀνθρώπου πρόσωπον, ἀλλ' ὡς εἴπωσιν, ἀνάξιός ἐστι, δέσποτα· ἀλλὰ τοῦτο κρυφὰ ὡς τὸ εἴπωσιν, ἵνα μὴ φανερωθῇ ἡ ἁγία ἐξομολόγησις. *Et cave, ne audeas ascendere ad petitionem Ordinum sine scripto Patris spiritalis testimonio. Nam hoc omnino vetitum. Et non solùm contra leges initiabere, sed & Antistes, vel si quis alius mandato Antistitis tibi Ordines conferet, grande, ac timendum crimen admittet. Est autem & formula testimonii hujusce moribus sapientium Exhomologetarum nota, quam prætergredi Anathema. Ad hos de hoc verba referens, dico: opus esse, ut in ipso testimonio veraces sint: & siquidem spiritalis filius est indignus, absit, ut pro illo testimonium dicant, hasque systaticas, sine commendatitias ad Ordines litteras sanctas concedant, sed eas denegent sic effati: Fili, si properas indignè ad tremendam aram adscendere, sum innoxius hujus criminis. Quod si Antistes interroget, ne vereantur faciem hominis, sed dicant: Domine, indignus est: at hoc tamen secretò dicant, ne manifestetur sancta confessio.* Hæc palam explicatè, & affirmatè Margunius, cui consonant tradita per Critopulum (2) Metrophanem, qui nostra Mysteria jampridem Lutheranis proposita, è solio Alexandrino furens in Rhodinum enucleatiùs dum explicat. ἡ ἐξομολόγησις, inquit, ἐκ δυοῖν γίνεται, ἤγουν τοῦ πνευματικοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ ἀσώτου υἱοῦ ἐξομολογουμένου τὰ ἁμαρτήματα. ἔστι δὲ ἐκ θατέρου μέρους σιωπὴ τῶν ἀκουσθέντων, ὁ γὰρ ἱερεὺς τὰ ἐξομολογούμενα οὐ δύναται ἀποκαλύψαι, εἰμὴ πρὸς ὠφέλειαν τῆς ἐκκλησίας, καὶ τοῦ πνευματικοῦ υἱοῦ· ὅθεν ἡμῖν ἔθος δοῦναι ἔγγραφον μαρτυρίαν τῷ θέλοντι χειροτονίαν, καὶ ἄνευ ταύτης οὐδεὶς παρ' ἡμῖν χειροτονεῖται. *Exhomologesis ex duobus fit ex Patre spiritali, & prodigo filio fatente sua crimina. Est autem alteri parti indictum silentium rerum auditarum. Nam Sacerdos, quæ quis fassus est, nequit efferre, nisi ad utilitatem Ecclesiæ, & filii spiritalis. Quare penes Nos mos est concedendi scriptum testimonium volenti Ordines sacros, quo sine nemo penes Nos sacris initiatur.* Et (3) alibi dixerat hoc testimonium Sacerdotis à confessionibus receptum esse in Græciâ ante ipsius Basilii tempora.

(1) *Nota 2. ad Canon. Pœniten. S. Basilii.*

(2) *In Antipanopl. c. de Sacr. Myster. pag. ult.*

(3) *Epist. 4. ad illustrissimũ Vaguondã Muldoblachiæ.*

II. Eadem affirmat Christophorus (1) Angelus, addens ex Egregiâ Photianorum Theologiâ: ἀμφισβητοῦσι δὲ παρ' ἡμῖν οἱ θεοφάντορες θεολόγοι, εἰ ἄρα ἐγκεχάρακται τοῖς μὴ ἐπὶ τοιαύτῃ μαρτυρίᾳ χειροτονηθεῖσιν ὁ τύπος τῆς ἱερωσύνης, καὶ πολλῶν ἀποφαινομένων οἱ πλείονες συμβιβάζουσι λέγοντες, ὅτι χαρακτὴρ μὲν ἱερῶν λέλειπται, ἄπρακτος δέ. ὥστε μὴ συγχωρεῖσθαι λειτουργεῖν. *Dubitant autem penes nos, qui divina loquuntur Theologi, an hercle impressus censeatur iis, qui sine hoc testimonio initiati sunt, character Sacerdotii, & multis inficiatis, plures affirmant dicentes, characterem quidem sacramenti receptum esse, otiosum tamen ita, ut non permittatur illis operari, seu ministerio fungi.* Quinimò, ne cui Photiano dubium sit hoc Sacerdotis testimonium necessarium, ac pernecessarium esse sacris Ordinibus recipiendis, formula ipsa certa proponitur, quam habes apud (2) Malaxum hoc titulo. περὶ τοῦ πῶς γράφει τὴν μαρτυρίαν ὁ πνευματικὸς τοῦ μέλλοντος ἱερωθῆναι. *De modo, quo scribit testimonium Spiritalis Pater pro eo, qui sacris initiandus est.* Eam hìc dare operæ pretium est, quo manifestiùs hæc omnium Photianarum ineptiarum maxima cognoscatur. Igitur sic habet. ὁ τιμιώτατος ὁ δεῖνα, βουλόμενος ἀναβιβασθῆναι εἰς τὸ τῆς ἱερωσύνης μέγα ἀξίωμα, προσελθὼν ἀνέθετο τοὺς αὐτοῦ λογισμοὺς τῇ ἐμῇ οὐθενότητι· ἐγὼ δὲ ἐξετάσας, καὶ ἐρευνήσας ἀκριβῶς καὶ τὰ βάθη τῆς καρδίας αὐτοῦ, εὗρον αὐτὸν μηδὲν ἔχοντα ἐμπόδιον εἰς τὸ ἱερωθῆναι. ὅθεν καὶ μαρτυρῶ αὐτὸν ἄξιον τῆς ἱερωσύνης, καὶ τελείου χρόνου, ἔφθω καὶ ἀπεδόθη αὐτῷ ἡ ἔγγραφος αὕτη μαρτυρία παρ' ἡμῶν εἰς ἀσφάλειαν. *Spectatissimus N. cùm vellet se in magnam Sacerdotii dignitatem provehi, meæ humilitati cogitationes suas accedens exposuit. Ego verò, examinatis omnibus, ac penetralibus cordis illius accuratè perquisitis, nullum in eo impedimentum inveni, quo minus ad sacros Ordines provehatur, ac Sacerdotium. Propterea testor dignum Sacerdotio, tempusque perfectum, & ad id requisitum habere. Ideòque illi testimonium hoc scriptum traditum est ad securitatem.*

(1) *In Explicat. Symboli: ad illa verba ἐνανθρωπήσαντα.*

(2) *In Nomoc. c. 436.*

III. Manifestum ex his est, communi Photianorum sententia recipi testimonium Sacerdotis à Confessionibus uti necessarium ei, qui Sacris initiandus est. Id, quod & praxis hodie confirmat. Neminem enim reipsâ provehunt, neminem aptum Ordinibus sacris existimant, qui hoc solemni testimonio probatus non fuerit. Imò plerosque etiam invenias, qui putent, hoc uno satis probatos, qui Ordines petunt, licet non omnes Photiani hoc verum putent, uti superiùs demonstravi. Addo, tanti fieri hoc testimonium in Secta Photianorum, ut ei fidem certissimam præstandam censeant, licet sit à non jurato Sacerdote: quamvis omnino ineptum probationi sit sine jurejurando testimonium, ut proximè confirmavi: quare tandem sic (1) Margunius conficit: αὕτη ἡ τοῦ πνευματικοῦ μαρτυρία παντελῶς ἀρκεῖ εἰς χειροτονίαν καὶ μοναχὴν, καὶ δίχως ὅρκον. διὰ γὰρ τοῦ πνευματικοῦ τὸ πνεῦμα οὐκ ἐν εἴδει περιστερᾶς, ἀλλ' ἐν εἴδει ἀνθρώπου βεβαιοῖ τοῦ λόγου τὸ ἀσφαλὲς, ὅθεν καὶ δίχως

(1) *d. not. 2. ad Can. Pœnit. S. Basil. in fin.*

χος ἄλλης ἐξετάσεως ἐμποδὼν δι᾽ αὐτῆς, τὰς χειροτονήσῃ ὁ ἀρχιερεὺς, ὅμως δὲ καὶ τυχεῖν, καὶ ἔχει φανερὸν χρέος, καθὼς ἡ ἁγία ἀνατολικὴ ἐκκλησία καὶ διδάσκει, καὶ πράττει ἀσφαλῶς, σοφῶς, καὶ καθολικῶς. *Hæc spiritalis Patris attestatio sufficit planè ad Ordines conferendos, & sola sufficit, & sine jurejurando. Nam per Patrem spiritalem Spiritus, non sub specie columbæ, sed sub specie hominis confirmat securitatem verbi. Quare & sine alio examine poterit ex ipsa Antistes conferre Ordines, imò debebit; habet enim ex illâ manifestam obligationem, ut sancta Orientalis Ecclesia & docet, & praxi confirmat, sine errore, cum sapientiâ, & planè Orbodoxè.* Sic Margunius, qui postremis hiice mentitur, sive nomine Orientalis Ecclesiæ Græcam intelligat, sive Photianam ipsam universim, ac generatim. Græca enim Ecclesia has nunquam ineptias recepit, & Photiana etiam easdem damnat non semel. De primâ certum erit, quod dicimus, ex dicendis, de secunda testes produco duos inter Photianos omni exceptione majores, Hieremiam Patriarcham, atque Coressium. Ille mores Græcorum sacros erudita Ecthesi prosecutus, ubi de Ordinum conferendorum ritu, ac cæremonia doctissimè disserit, hanc etiam corruptelam exponens sic è Solio Byzantino severè, ac sapienter (2) declamat. ἔστι δὲ καὶ παράλογον τῶν ἐν ἡμῖν ἔθος οὐκ εὔλογον, ἀνακαλεῖν πρὸς μαρτυρίαν τῶν χειροτονηθῆναι μελλόντων τοὺς πνευματικοὺς πατέρας, δι᾽ αὐτῶν δὲ πᾶσαν τὴν ἐξέτασιν ἁπαξαπλῶς ἐκπεραίνειν. οὐκ οἶδα δ᾽ ὅπως τοῦτο μὴ ἀνατεῖναι εἰς μέμψιν τῆς ἱερᾶς μετανοίας, ἐπειδὴ οὐ θεμιτόν ποτε ἀνακαλύψαι τὰ τῆς ἁγίας ἐξομολογήσεως, ἐν ᾗ τὸ ἄρρητον ἐντεταλμένον τοῖς πᾶσι νομίζεται παρὰ θεοῦ, καὶ πολλαῖς συνοδικαῖς διατάξεσι δογματισθέν. οἶμαι δὲ καὶ τοῦτο ὑπὸ τοῦ σατανᾶ εἰσαχθὲν ταῖς ἱεραῖς πραγματείαις, ἵνα τὴν θείαν ἐξομολόγησιν εἰς μῖσος λαῶν διαβάλλοι, ὥστε μὴ θαῤῥεῖν τινα πρὸς τοὺς πνευματικοὺς πατέρας τὸν ὄχλον τῶν ἡμαρτηκότων. καὶ γίνεται ἀφορμὴ τοῦ διὰ ψευδῶν κρύπτειν ἐν ταῖς ὁμολογίαις τὰς ἁμαρτίας. καὶ δὴ μελετῶμεν ἡμεῖς, οἷς καίπερ ἀναξίοις δέδοται πᾶσα ἐξουσία τῶν ἱερῶν, τὴν φθορὰν ταύτην τῶν μυστηρίων διὰ μεγάλης συνόδου ἀνελεῖν. *Est autem penes quospiam ex Nostris mos non admodum laudandus evocandi ad testimonium eorum, qui provehendi ad Ordines sunt, Spiritales Patres; atque per ipsos examen totum unà semel peragere. Non video porro quî hoc ad injuriam Pœnitentiæ Sacræ non referatur, cùm fas non sit unquam aperire, quæ pertinent ad Sacram Confessionem, in qua secretum ab omnibus existimatur Dei jussu constitutum, & multis Synodorum decretis confirmatum. Arbitror autem & hoc inductum à Satana sacris negotiis, ut divinam Confessionem ad odium populorum trahat ita, ut in posterum spiritualibus minimè fidat Patribus turba peccatorum: fiatque occasio, atque locus celandi per mendacia in confessionibus crimina. Quare meditamur nos, queis quanquam indignis data est omnis potestas in re sacrâ, corruptelam hanc Sacramentorum per magnam Synodum tollere, &c.*

(2) In explicat. Responß. suę ad Germ. c. 11.

IV. At (1) Coressius, & clariùs, & doctiùs. Nam Coridaleo scribens hæc graviter, &, ut assolet, austerè pronunciat. ἐρωτᾷς, ὦ γαθὲ, καὶ ὀλίγον τὰ φιλοσοφικὰ μεταθέμενος ζητεῖς τῶν θεολογικῶν, καὶ πύθῃ, εἰ καθάπερ ἡ δυτικὴ, οὕτω καὶ ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία ἠθοφθορίας ἔμπλεως, καὶ παντάπασι πρὸς κόρον τε γέμει. νὴ Δία, φημί γε πρὸς ἕλληνα γράφων, ὃ πολλάκις ταὐτὸ ἀπαρνούμενος τοῖς λατίνοις. ὃ δὲ φημὶ φανερὸν τοῖς θεολόγοις, καὶ παντελῶς ἀναμφισβήτητον. ἔστι δ᾽ ὅμως διαφορὰ τῶν ἡμετέρων ἠθοφθοριῶν, καὶ τῶν παρὰ λατίνοις. ὅτι πονηρῶς ἐκεῖνοι τὰ ἤθη φθείρουσι, σοφοὶ γὰρ, καὶ τὴν φθορὰν ὁρῶντες πλημμελοῦσιν, ἐν ἡμῖν δὲ ἐξ ἀγνοίας παρ᾽ ἔγκλημα. δημοσιεύει γὰρ ἡ ἀμάθεια ἕνεκα τῆς τυραννίδος, ὥστε γεγόναμεν οὐ μὴν πονηροὶ ἁμαρτάνοντες, ἀλλὰ κακοὶ, καὶ γελοῖοι. εἰ περιττολογήσω ἐν ἐπιστολῇ, ἧς ἔπαινος ἡ βραχύτης. φέρε μελετήσωμεν μόνον τὸ παρὰ σοῦ γ᾽ ἱστορούμενον, καὶ λογισόμεθα τὸ περὶ τῆς τοῦ πνευματικοῦ μαρτυρίας. τί δ᾽ εἴποιμι ταῦτα διανοούμενος; κατὰ τὸν λόγον ἀκτινοβόλος ματαιότης, φανερὰ ἠθοβλαβεία, καὶ κατὰ τὸ σύντομον μωρία ἄκρατος· πῶς γὰρ μαρτυρήσει ὁ μὴ πιστευόμενος; πῶς μαρτυρήσει ὃ, ἅπερ ἀκήκοεν, ἀγνοῶν; πῶς μαρτυρήσει ὁ διὰ μαρτυρίας ἑαυτῷ θάνατον ψυχῆς ἐμποιούμενος; εἰ γὰρ ψεύσειτο ἐπαινῶν ἐπαίνου ἀνάξιον, ψεῦσμα ἔχθιστον θεῷ. εἰ δ᾽ ἀληθεύσῃ, πόσον ἁμάρτημα ἡ τοιαύτη ἀλήθεια, τὸ ἄρρητον τοῦ μυστηρίου καταλιθάζουσα, καὶ ταῦτα δὴ φανερὰ γίνεται πάντων σχεδὸν ἐπαινούντων τὴν φανερὰν προδοσίαν, καὶ ὃ δὴ καὶ φρικωδέστατον, ἀθετούντων τὴν ὀρθοδοξίαν τοῦ ἀντικειμένου δόγματος, ἕτοιμοι μωρὸν, αἱρετικὸν, καὶ λατῖνον καλέσαι τὸν ἄκροις χείλεσι βουλόμενον διδάξαι αὐτούς. *Interrogas, ò bone, & quadamtenus, sepositis Philosophicis, Theologica curas, ac quæris, an quemadmodum Occidua, ita & Eoa Ecclesia plena sit corruptelis morum, planèque usque ad satietatem referta. Ædepol assero Græco scribens, quod sæpe inficiatus sum Latinis. Quod autem assero, manifestum est Theologis, & omnino extra controversiam. Est autem discrimen nostras inter corruptelas, & latinas, quòd malignè illi, atque improbè mores corrumpunt. Cùm enim docti sint, & videant corruptelam, peccant: inter nos autem ex ignorantia delictum est, cùm publica sit inter nos ignorantia propter Tyrannidem. Quare sumus non sanè mapter Tyrannidem. Quare sumus non sanè mali, atque ridiligni, cùm peccamus, sed mali, atque ridiculi. Brevis ero in Epistola, cujus à brevitate laus. Age, consideremus dumtaxat id, quod tute describis, ac perpendamus testimonium Spiritalis Patris. Quid autem dicam hęc mecum ipse considerans? Juxta adagium, Splendidissima Vanitas est, aperta morum corruptela, mera stultitia. Nam quo pacto testimonium dicet is, cui non creditur? Quo pacto testis erit, qui, quæ audivit, ignorat? Quo pacto testem aget, qui per testimonium sibi, atque animo suo mortem consciscit? Etenim si mentiatur laudans non laude dignum, mendacium exosum est Deo, si verò, quæ vera sunt, dicat, quantum est crimen hæc Veritas secretum Mysterii pessundans! Atque hæc palam fiunt, penè omnibus laudantibus manifestam proditionem, quodque terribilissimum est, damnantibus rectam sententiam oppositi dogmatis, parati stultum, hæreticum, ac Latinum appellare eum, qui summis labiis eos docere voluerit.*

extat inter Epiß. Goar. pagin. 28.

(1) Ep. 3. ad Corydaleum

V. Vides, non ab omnibus Photianis etiam recentioribus has plerorum passim ineptias receptas, & ubique receptas probari. Eò liben-

tius

Digitized by Google

tius idipsum nostris ingerimus, ac demonstramus, operæ pretium facturos nos arbitrati, si manifestè doceamus, hunc morem perniciosissimum, hanc teterrimam corruptelam detestabilem esse, noxiam esse universim Ecclesiæ, ridiculam esse, totique Juri Gentis utriusque prorsus inauditam. Id fiet in hac postremâ dissertationis hujusce parte, si primò docebimus, Jure Gentis nostræ Sacerdotem à Confessionibus ad testimonium neque pro filio spiritali, neque contra eundem recipi. Secundò, secretum Sacræ exhomologesis violari nullam ob causam posse. Tertiò, testimonium hujusmodi exitiosum, ac stultum esse. Sit igitur prima conclusio, Sacræ Confessioni præpositus Judex contra confessum sua crimina ferre testimonium non potest. Probatur primò. Nam nemo potest dicere testimonium in eum, cujus delicta non novit; est enim omni testi, qui censetur idoneus, necessaria penitùs rerum, de quibus testimonium dicendum est, certa notitia, atque scientia, ut palam tradidit (1) Harmenopulus, & ante eum (2) Garidas IC. testatus hanc esse omni Juri, omni consuetudini sententiam consentaneam; nec diffidet Ratio, cùm omnis affirmatio notitiam rei affirmatæ sequatur, ut explicat satis operosè, & eruditè (3) Magentinus in Logicis, ex Philopono, Theophrasto, Ammonio, aliisque. At judex confessioni præpositus ea crimina, quæ reus est fassus, non novit. Hæc adsumptio, licet Photianis ingeniis mira, Græcis omnibus evidens est. Norunt hi, sacerdotem in exhomologesi non hominis munere fungi, sed Dei: tribunal illud insidere, non ut homo est, sed uti Vicarius Numinis: denique, quidquid agit, quidquid excipit, decernitve, agere, excipere, decernere uti Dei ministrum, speciatimque delegatum ad ea ipsa agenda, excipienda, decernenda. Quæ omnia constant ex Paulo (4) dicente: Χριστῦ τῦ δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς· ὡς ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν, καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. *Christi, qui dedit nobis ministerium reconciliationis: Quoniam quidem Deus erat in Christo Mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum: & posuit in nobis verbum reconciliationis*; quæ verba sic apertiùs id, quod probamus, enunciant: Reconciliationis, seu pœnitentiæ, sacrique Judicii, in quo crimina clementissimè puniuntur, Author est Deus, & auspex: Deus, inquam, in Christo mysterium illud instituente: cujus nimirum nobis data potestas, non hercle, ut nobis, sed ut ministris, per quos Deus ipse in Christo sibi criminosos conciliat, culpâ fassis remissâ iis verbis sacerrimis, quæ posuit ut sua in ore nostro. Quare tandem Paulus (5) concludit. ὑπὲρ Χριστῦ ἐν πρεσβεύομεν, ὡς τῦ Θεῦ παρακαλῦντος δι' ἡμῶν. *Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos*. Ut palam sit in hoc judicio, judicem vice Dei, Christique fungi, quemadmodum de ministro Sacramentorum generatim asserit (6) Bulgarus noster ex eodem (7) Paulo, & præcipuo Pauli interprete Joanne (8) Chrysostomo. Hinc porro sequitur, notitiam Judicis hujusce, atque scientiam non esse scientiam; quæ hominis censeatur, sed notitiam, atque scientiam homini uti Deo factam per ipsam confessionem; atque adeò exhomologeten, ut homo est, ea, quæ scit, planè nescire.

(1) *d. libell. de test. c. 7.*
(2) *In Compen. Leon. & Constan. ad titul. de test. Schol. 11.*
(3) *In c. 1. prior. Analy. Arist.*
(4) *2. Ad Corinth. c. 5. n. 18. & seq.*
(5) *d. c. 5. n. ult.*
(6) *In Catechef. tit. de Sacram. in fin. pag. 19.*
(7) *1. Ad Corinth. c. 3. n. 4. 5.*
(8) *Homil. de prodit. Judæ.*

VI. Hoc egregiè delibavit superiùs relatus (1) Coressius, plenè dixit, ac palam asseruit Meletius (2) Patriarcha. Nam de Pœnitentiæ Sacramento multa opportunè ex Juris nostri præscripto constituens. ἔτι δὲ, ait, θαυμάσιον, ἢ ἀμαρτύρητον τὸ διὰ τῆς ἱερᾶς ἐξομολογήσεως εἰς συνείδησιν ἱερέως ἐλθόν· ἀκούσας γὰρ τὰ ἁμαρτήματα οὐκ ἔγνω τοῦτο ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς Θεός. Et ante Meletium Photianum Gazæus (3) Martyr Samonas Agarenum Acmedum instituens. ἐρῶ σοι, inquit, ἢ θαυμαστόν τι περὶ τῆς ἐν Χριστῷ μετανοίας· ἐν αὐτῇ ἡμεῖς μάρτυρες καθ' αὑτῶν, ἢ ἡμῖν πάντα πιστεύεται· ὁ Κριτὴς Θεὸς δι' ἀνθρώπου καθεζόμενος κρίνει, καὶ ἐλεεῖ, καὶ ἀσπλαγχνῶν τιμωρεῖ. ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ταῦτα ποιῶν, ἀλλ' οὐκ ἄνθρωπος· ἃ γὰρ ἀκούει ἄνθρωπος, ἔγνω Θεὸς, ἄνθρωπος οὐκ ἔγνω· καὶ γὰρ ἀληθῶς ἄνθρωπος οὐκ οἶδε τὰ ἐλθόντα πρὸς εἴδησιν ἀνθρώπου πνευματικοῦ. *Dicam tibi mirabile aliquid de Pœnitentia Christiana: in ea nos testes sumus contra nos ipsos, & nobis omnia creduntur. Judex Deus per hominem sedens judicat, & miseretur, & indulgens castigat. Homo autem est, qui hæc facit, non tamen homo; nam, quæ audit homo, non scit: revera enim homo nescit, quæ ad hominis spiritalis notitiam devenere*. Hæc eadem affirmat (4) Prodromus, & novissimè ex Photianis recentioribus (5) Rhasoxestes. Amabo, non ne Jure nostro, & Photiano manifestum est, in Exhomologeta Sacerdote nullam esse notitiam, scientiamve eorum, quæ sedenti pro sacro Tribunali criminosus est fassus? Repete propositionem, ac dicito. At testi delaturo testimonium contra aliquem necessaria scientia est ejus rei, de qua ferendum est testimonium. Igitur Exhomologetes testimonium ferre non potest in eum, cujus confessionem sacram audivit. Accedit, testimonium Parentum contra filios, liberosve non recipi ullo jure, præsertimque reprobari nostro, uti supra docuimus. Etenim Leo, & Constantinus (6) decernunt οἱ γονεῖς, καὶ τὰ τέκνα κατ' ἀλλήλων μὴ προσδεχέσθωσαν. *Parentes, ac liberi contra se invicem testimonium dicentes non admittantur*; & Attaliates (7) παῖδες, ait, κατὰ γονέων μαρτυρεῖν κωλύονται: *liberi contra parentes testes esse probibentur*: idemque constituit Constantinus (8) Porphyrogenneta, ex quo omnes Nostri idem de patre, ne in filios testimonium dicere queat, affirmatè decernunt. Unde statim elicio, nec testimonium spiritalis patris contra liberum spiritalem ullo jure, præsertimque nostro, admitti posse. Ratio nimirum utrobique eadem est. Nam propterea naturalis Pater testis in filium esse non potest, quòd filio pietatem debeat, & amorem: at pietatem, amoremque tantò majorem, quantò magis sacrum spiritalis Pater filio debet spiritali, quemadmodum (9) Rhasoxestes affirmat (10) ex Prodromo, & exploratum est ex iis, quæ docet ipse (11) Margunius usque adeò amoris hujusce, ac pietatis assertor, ut, quod nemo hactenus somniavit, cognationem etiam pro-

(1) *In d. Ep. 3. ad Corydaleum.*
(2) *Lib. de Sacris Myst. tit. de Sacr. Pænit.*
(3) *In Catechef. 2. ad Acmed. de myster. ineffabil. in fin.*
(4) *De Interpr. ad Can. Pœnit. S. Gregor. Thaum.*
(5) *De Sacris offic. tit. 8. de Spiritali Patre.*
(6) *In Compen. Legum tit. de test. n. 3.*
(7) *In Synop. tit. 16. post init.*
(8) *Basilic. lib. 21. tit. de test.*
(9) *d. tit. 8. de Spiritali.*
(10) *In d. Can. Pœn. Thaumat.*
(11) *In Proœm. ad Can. Pœnitet.*

producendam usque ad gradum septimum inter hunc patrem, & liberos commentus sit spiritales. Igitur nec pater spiritalis amoris, ac pietatis debitor filio, in eum testis erit idoneus.

VII. Ea propter, non ut in pluribus clam, aut subobscurè Jus nostrum, sed palam, & apertè testimonium hujusmodi damnat. Audi, quid Matthæus (1) Monachus doceat. τὸ ἐντεταλμένον ἐν τοῖς ἐνταῦθα, καὶ κωλυόμενον μὴ μαρτυρεῖν γονεῖς κατὰ παίδων ὁ Κανὼν προτείνει καὶ εἰς πνευματικούς, οἳ καθαίρονται, εἴτι μαρτυρήσωσι καθ᾽ υἱῶν πνευματικῶν. *Quod constituitur hic, & vetatur, ne parentes testimonium in liberos dicant, protendit Canon ad spiritales Patres, qui exauthorantur, si quid testentur contra filios spiritales.* Accedit Matthæo Dorotheus (2) Monachus his verbis: γονεῖς λέγονται καὶ οἱ πνευματικοί, ὅθεν τῆς μαρτυρίας ἐξαίρονται κατὰ τῶν ἐξομολογουμένων καὶ τοῦ δικαστηρίου ἀπείργονται, εἰ δ᾽ ἔτι μαρτυρήσωσι κατ᾽ αὐτῶν, ἐπιτιμίῳ Κανόνος καθυποβάλλονται. *Parentes dicuntur, & spiritales Patres, quare à testimonio repelluntur in Confessos ferendo, & rejiciuntur à Tribunali; Si quid verò testati fuerint contra illos, pœnę Canonis subjiciuntur.* Sed Privatos hos dices; dabo decreta publica. Sanctissimus Patriarcha (3) Nicephorus: εἴτις, ait, τῶν ἐξομολογητῶν ἱερέων κατὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ πνευματικοῦ μαρτυρήσῃ, καθαιρείσθω. *Si quis exhomologetarum Sacerdotum contra filium suum spiritalem testimonium dixerit, deponatur.* Sanctissimus itidem (4) Methodius: τὸν πνευματικὸν μαρτυρήσαντα, ὅτι ὁ πνευματικὸς αὐτοῦ υἱὸς εἰκονομάχος ἦν, πρὸς τὸ μὴ τοιοῦτον λειτουργεῖν, ἐπιτιμίῳ κατέδησε, ἀθέμιτον γὰρ ἔλεγε τὴν ἄδικον μαρτυρίαν. *Sacerdotem à confessionibus testatum contra filium spiritalem, quod Iconomachus fuisset, ne ampliùs in posterum ministraret, pœnæ subjecit: dicebat enim, nefarium esse, & injustum hujusmodi testimonium.* His adde (5) & Ignatium clarissimum Præsulem, & penè non Martyrem, cujus hæc Synodica sententia est: τὰ τῆς ἐξομολογήσεως πάντα ἀπόρρητα ἀνθρώπων ἔξωθεν μαρτυρίαν. ἐπικατάρατος ἂν ὁ ἱερεὺς μαρτυρῶν κατὰ τοῦ πνευματικοῦ υἱοῦ. *Quæ pertinent ad sacram confessionem omnia arcana sunt, & hominis respuunt testimonium. Igitur diris Ecclesiæ devotus esto sacerdos, si testimonium dixerit contra filium spiritalem.* An aliquid clarius expectes clarissimis hisce sententiis? Certè ex his (6) Diplovatacius affirmat, omni ætate in Græciâ nostrâ id juris obtinuisse, idemque comprobat decretum Lucæ Chrysobergæ, de quo sic habes in Codice Juris (7) Græco-Romani. ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης κύριος Λουκᾶς ἐπιτιμίῳ ἀλειτουργησίας καθυπέβαλε τὸν καθηγούμενον τῆς μονῆς τοῦ γηροτροφείου, τὸν γεγονότα ἀρχιεπίσκοπον Ἡρακλείας, τοιοῦτό τι μαρτυρήσαντα κατὰ πνευματικοῦ παιδὸς αὐτοῦ. *Sanctissimus Patriarcha Dominus Lucas pœnæ suspensionis à ministerio sacro subjecit Abbatem Mansionis Gerotrophii, qui factus est Archiepiscopus Heracleæ, quòd tale testimonium tulisset adversus suum spiritalem filium.*

VIII. Nec verò mirum, si uti palam evicimus, omni Jure Christiano, etiam Photiano testimonium Sacerdotis ab exhomologesi contra fassum sua crimina reprobetur; quando omni Jure Arcanum exhomologesis præceptum est. Hæc sit secunda Conclusio nostra contra Margunium, cui videntur adstipulati ex Latinis aliquot, qui ad probandum conjugium existimarunt posse sacræ Confessionis arcana prodi. Ita Ludovicus (1) Romanus producto ad id (2) Glossographo, Jason (3) Maynus, (4) Cassanæus, aliique ignobiliores Juris civilis interpretes, quorum tamen communis opinio sententiam damnat, subscribensque frequentissimo calculo conclusioni nostræ verissimè constituit, tantum esse sacræ confessionis Arcanum, ut nullam prorsus ob causam violari queat. Ita (5) Theologi, & præter cæteros (6) Gabriel, Jo. (7) Major, (8) Hadrianus, (9) Cajetanus, (10) Dominicus Soto, Joannes (11) à Medina, (12) Navarrus, quos passim sequuntur & Juris interpretes Pontificii cum (13) Collectoribus, (14) Cardinali, & (15) Innocentio, aliisque, quorum sensa probat acutissimè (16) Covarruvias. Et sanè sanctissimum hoc Arcanum Jure divino videtur inductum, uti tradit ex communi sapientum effato notissimus (17) Busembaus, ejusque violator sacrilegus palam Sacramento debitam reverentiam labefactat, manifestèque iniquus Sanctissimum violat pactum, quod initum clam censetur Exhomologeten inter, eumque, quem pœnitet, de secreto custodiendo prorsus, servandoque omnino silentio. Id, quod Hispani Doctores acutè explicant penes (18) Dianam, cujus effato, vel in minimo, si quis Arcanam hoc violet, lethali obnoxius est noxæ, quando Arcanum hoc absolutissimè servandum est, tantâque auditarum rerum dissimulatione, atque silentio, ut eas non liceat prodere, ne ad evitandum quidem præsens, imminens, certumque, atque ultimum Reipublicæ ipsius exitium. Id, quod relati omnes affirmant contra (19) Archidiaconum, (20) Hostiensem, Jo. (21) Andream, (22) Ancharanum, & (23) Abbatem, quibus non adstipulatur, imò potiùs refragatur (24) Innocentius, quemadmodum evincunt Cajetanus, Soto, Navarrus locis laudatis, & ante hos Collector animadvertit. Profectò eum in modum, quo initum Arcani pactum Naturâ præde, quale secretum dicimus naturale, nullâ in circumstantia, ad quam Natura potest obligare, prodi potest: tuncque dumtaxat, si prodas arcanum illud, non peccas, cùm imminet præsens Patriæ, aut Reipublicæ gravissimum malum, aut proximi injustè, & ex culpa ejus, qui tibi secretum detulit, periclitantis gravissimè manifestum periculum, quòd Natura te obligare non possit ad perniciem totius, aut ad partis innoxiæ manifestum exitium, ne pars pereat, aut privatus scelestissimus alterius damno gravissimo tutus sit: Ita pactum custodiendi secreti, Deo auspice, in Sacramento initum, solvi non potest in ulla circumstantia, in qua Deus obligationem tacendi queat inducere. Potest autem Deus inducere obligationem celandi secreta etiam cum Reipublicæ ipsius pernicie, etiam cum exitio partis innoxiæ, etiam cum tuo gravissi-

:no,

(1) In d. tit. 16. Attali. Schol. 4.

(2) In Compĕd. Leg. Leon. & Constan. Schol. 3. titul. de test.

(3) Reg. 45. apud Diplovat. ad Calcem Synopsis.

(4) Gabriel Monachus & Synag. S. Methodii.

(5) Synod. 4. apud Canonarch. de vi Can. initio Can. Pœn.

(6) In Synop. Jur. Græci tit. de Pœnit. secreta. n. 64.

(7) In Decretis Lucę n. 7. Tom. 1. lib. 3. Sēt. Synod. 1. pag. 223. in fin.

(1) In L. si nūspecialī C. de testam. col. pen.

(2) In c. tuæ nos de spons. vers. constitueris.

(3) In L. 1. §. hujus studii ff. de just. & jur. col. 2. L. patri furioso col. 3. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. Jur. L. reprehendĕda C. de inst. & subst.

(4) Cons. 1. vers. ad secūdū n. 17.

(5) In 4. sent. dist. 21.

(6) d. dist. 21. concl. 3. q. 1.

(7) d. dist. 21. q. 3.

(8) In 4. Sent. tract. de Confess. Sigillo.

(9) In Opuscul. 27. q. 15.

(10) Relect. de secreto memb. 3. q. 1 concl. 2.

(11) In Tract. de Confess. fol. 122.

(12) In c. Sacerdos de pœnit. dist. 6. n. 116.

(13) In c. omnis utriusque de pœnit. et remiss.

(14) in d. c. omnis utriusq; col. fin.

(15) Relatus à Navarro, ubi suprà.

(16) De Matrim. p. 2. c. 8. §. 12. n. 10.

(17) Lib. 6. Medul. tr. 4. De Pœnit. c. 3. dub. 1. (18) p. 5. tr. 11. resol. 2. & p. 5. tr. 5. resolut. 8. (19) In d. c. Sacerdos. (20) In d. c. omnis utriusque. (21) In d. c. omnis utriusque.

mo, & extremo damno, ut est omnino certum non desipienti. Propterea pactum hoc Arcani sacerrimi, quâ ratione Deo auspice fit, ad hæc omnia certissimè obligat, cogitque Sacerdotem Exhomologeten omnia potiùs pati, quàm quidpiam, aut dicere, unde aliquatenus proditum Arcanum videatur, omnia malle, quàm quidpiam pati, ex quo censeatur pactum illud labefactari: omnia comminisci, ne secretum Deo authore promissum agnosci etiam quadamtenus possit.

(22) In d. c. omnis utriusq; (23) In d. c. omnis utriusq; (24) Relatus à Navarro, & aliis.

IX. Sacerdotem proinde, imò eum quemlibet, qui dicta in Sacro Tribunali aliquo accepit modo (nam & de hoc idem est Juris, de quo vide (1) Dianam) tenacissimum silentii esse oportet, quem non ardor Civium etiam profutura Reipublicæ jubentium, non vultus instantis Judicis, ad testimoniumque cogentis, mente tacitâ quatiat, propositoque tacendi decutiat. Illum, si fractus illabatur Orbis, nec miseratione, nec movebit formidine, ut prodat Arcanum, cui decet immori, pro quo licet falsum dicere, etiam interjecto jurejurando, dummodo tunc Sacerdos paralogismo utatur obvio; scientiæ, ut dicunt, revelabilis, qui paralogismus nimirum hanc ob causam in omni circumstantia, locoque licebit, ut doctissimè enucleat (2) Cardinalis de Lugo, atque (3) Diana, quorum authoritate, (4) aliorumque, quos penes utrumque relatos vide, Arcanum hoc omnium Arcanorum scilicet maximum prodere tunc tantùm, tunc denique fas erit, cùm ipse Deus, & sua crimina fassus annuerit, voluerit, imperarit sua crimina prodi. Tunc enim solvitur pactum initum, nec aget contra fidem Deo Auspice datam, qui secretum ediderit. Idipsum tamen (5) Doctores alii negant; alii (6) meliùs accuratè circumscribunt (tanta est Arcani cura) docentque, consensum hujusmodi non suffecturum, nisi palam edatur, verbisque manifestis, ut neque præsumatur, neque reputetur per interpretationem, & Epichejam adesse, quamvis profuturus consentienti videatur: Præterea eum debere talem esse, qui sponte sit datus, non vi, injuria, dolove, aut per importunas preces extortus; imò nec idoneum solvendo vinculo putant consensum, qui præstitus sit ob reverentiam petentis exhomologetę, adduntq; si, post quàm pręstitus est, revocetur, nulla ex causa, imò & injustè, si tamen revocetur, solutum vinculum necti iterum, ac remeare obligationem eandem tacendi. Denique monent cum (7) Covarruviâ, etiam post consensum confessi proximè descriptum, non sine maximâ cautione prodendum esse confessionis hujusce secretum, atque expedire, ne ex consensu ipso prodatur, nisi adsit maximum ipsius pœnitentis bonum, aut Reipublicæ. Quæ omnia ut comprobant magnitudinem vinculi, molemque immanis Arcani, ita illud ostendunt nullo pacto per sacerdotem solvi, aut prodi posse. Id, quod communi suffragio latina Ecclesia recipit, sapientissimique Latinorum omnino censendum affirmant contra paucorum, quos nempe retulimus, damnatam opinionem; de quâ vide, quæ latè tradit post (8) Ripam, (9) Garziam, & (10) Jasonem, (11) Covarruvias.

(1) p. 2. tr. 15. resol. 15. p. 3. tr. 4. resol. 112. p. 5. tr. 11. resol. 27. & 8. (2) Tract. de Pœnit. disp. 23. (3) p. 5. tr. 11. resol. 43. (4) Fagund. p. 2. lib. 6. Suar. Tanner. Malder. & omnes communiter vide apud Dian. locis cit. Laym. alleg. 44. Felin. in c. Matthæus de Simon. & in c. veniens. 1. de test. Ripa in tr. de peste §. ult. n. 108. & D. Thom. et Palud. in 4. d. dist. 21. q. 3. Adrian. de Sigillo c. sed probabilior. Calder. cons. 2. de test. Hippol. in L. 1. §. idē Cornelius ff. de quæst. in fi. (5) Scot. Durand. Major d. dist. 21. q. 3. Almain. ibid. ad fin. Alex. de Ales. in 4. q. 76. membro. 2. *(6) Soto supra q. ult. concl. 5. dubio 4. Navar. in d. c. Sacerdos n. 151. Medin. supra fol. 124. c. diligentia confitentis, & relati supra. (7) De Matr. p. 2. c. 8. §. 12. n. 11. circa med. (8) d. §. ultimo n. 107. (9) In d. L. 1. §. hujus studii col. 5. (10) In d. L. reprehendenda. (11) d. n. 10. & 11.*

X. Confirmat Latinorum dicta, imò potiùs prævertit sapientissima, &, si per Photianos liceret, felicissima Græcia. Ea ex quo cœpit Canonum scita rimari (cœpit autem longè ante omnes Latinos) liquidissimè testata est, nullam ob causam confessionis Arcanum posse violari. Fas sit, rem, de quâ recentissimi Photiani maximopere dubitant, quamque testimonio scripto passim impugnant, prolixiùs, productisque sapientissimorum Græcorum effatis, plenissimè comprobare; quò præsentiùs Latinorum quorundam castigetur insania, qui rerum Nostrarum incallidi Nos tanquam Sacrilegos palam abominantur, quasi Jure divino impressum exhomologesis Sigillum ex Juris nostri præscripto frangamus. Ajo, sanctèque confirmo, nihil certiùs unquam Jure nostro, nihil unquam constantiùs receptum hoc Arcano sacerrimo, quod religiosè adeò servandum Nostri omni ævo docuere, ut, cùm apud Latinos, ut constat ex dictis, non defuerint, qui certas ob causas prodi secretum hoc posse palam asseverarunt, Nos inter reperire sit neminem, qui hoc sit ausus asserere. Licebit, enumeratis omnibus, omnes authores habere severissimos custodiendi tanti secreti. In primis, qui primus interpretationem iniit Canonum, (1) Prodromus pœnitentiæ publicè, privatimque usurpandæ momenta perpendens, post eruditissimam publicæ descriptionem, sic privatam definit. *ἡ δὲ κατ' ἰδίαν μετάνοια λαθραία παντελῶς ἐστι, καὶ μόνῳ τῷ Θεῷ, καὶ τῷ πνευματικῷ ποιεῖται. λαθραία δὲ νενόμισται, ἵνα ῥᾴδιον τὸ ἐξομολογεῖσθαι τοῖς αἰσχυνομένοις· τῷδ' ἕνεκα νόμῳ τῷ μυστηρίῳ ἀλύτῳ ἀνθρώπων ὁποιανοῦν διατάξει τὸ ἀπόρρητον τῶν προσφερομένων ἐν αὐτῇ ἁμαρτιῶν ἐντέταλται. ὥστε μὴ ἐξεῖναι τῷ ἱερεῖ κατειπεῖν, ἢ φανερῶσαι, ἢ σημειῶσαι, ἢ ὁπωσοῦν εἰς ἀκοὴν, ἢ γνῶσιν ἀνθρώπων ἐνεγκεῖν, ἅπερ ἤκουσεν ὁμολογούμενα, οὐδεμιᾶς αἰτίας ἀρκούσης πρὸς τοιαύτην φανέρωσιν.* *At Pœnitentia privata occulta omnino est, & soli Deo, & Exhomologetæ fit. Occulta autem decreta est, ut ii, quos criminum suorum pudet, faciliùs illa confiteantur. Quare lege sacramenti, quæ solvi ab ullo homine non potest vi constitutionis ullius, arcanum productorum in ea criminum jubetur. Ita ut non liceat Sacerdoti detegere, vel manifestare, vel significare, aut quocunque alio pacto ad auditum, aut notitiam hominis deferre, quæ audivit confessione proposita, quando ad hanc proditionem faciendam nulla unquam causa suffecerit.*

(1) De Interpret. ad Can. 2. Laodicen.

XI. Si quis est, qui mentis, cordisve aliquid habeat, hoc uno authore, quo primo, ante funestum dissidium, lux addita Legibus sacris, satis cognoscet, quid Græcia censuerit ante nongentos annos de Confessionis Arcano. Age, quid posteriores Prodromo Græci censuerint, audiamus. Nicephorus, cùm Iconoclastas in gremium Ecclesiæ revertentes ex testimonio sacerdotum à Confessionibus Nicęnus Antistes rejiceret, severè, quamvis exul, (1) rescripsit. *ἱεροσυλίαν εἶναι τὸν ἀθετισμὸν, ὅτι πνευματικοὶ μαρτυροῦντες περὶ τῶν ἐν ἀπορρήτῳ γνωσθέντων ἀνίεροι. ἀρ-*

(1) Vide Macar. Hieromonach. in explicat. Canon. Pœnitēt. S. Basil. in exordio circa med.

 εσ-

ἐκπεμφθεὶς, καὶ ἀναθεματισθέντες τῇ αὐτῇ μαρτυρίᾳ, ὁ γὰρ θεμιτὸν τὰ τῆς ἐξομολογήσεως λέγειν, ἢ ὁπωσδήποτε φανεροῦν. *Sacrilegium esse repulsam illam, quòd spiritales patres testati ea, quæ secretò norant, execrati, eliminati ab Ecclesia, & anathemate per ipsum testimonium perculsi. Nam, quæ pertinent ad exhomologesim, nullo pacto dicere, aut palam facere fas esse.* Hinc Antistiti ipsi Sacris interdicit, Sacerdotes autem ejus proditionis reos exauthoratos, depulsosque Sacerdotii munere sancit. Nicephoro accedit Ignatius: Narrat Palestrius Monachus penes (2) Georgium Metochiten, Syracusanum illum Gregorium toties diris Ecclesiasticis devotum moribundo retulisse ore Sacerdoti à Confessionibus ea omnia, quæ Photius, unà cum Theophane Episcopo mox Cæsariensi commentus est circa vocem celeberrimam Βίκλος, de qua vide Nicetam (3) Paphlagonem, & Constantinum (4) Manassem. Sacerdotem verò exhomologetem ea detulisse Ignatio, qui cùm interrogasset delatorem, unde illa deprehendisset, certiorque factus, rerum notitiam è sacra confessione deductam, adeò dicitur eam notitiam abominatus, ut gradu moverit delatorem, sibique ipsi usu ejus notitiæ penitùs interdixerit: ἔλεγε γὰρ, τὸν πνευματικὸν πατέρα σιωπὴν ὀφείλειν τοῖς ὁμολογουμένοις, ἀλλὰ καὶ πάντας πρὸς οὓς ἂν τὰ ὁμολογηθέντα τυχὸν εἰσενεχθῶσιν. ἄρρητον γὰρ, καὶ ἀπόρρητον πᾶν, ὅτι ἐν τῇ μετανοίᾳ εἰς κρίσιν ἱερέως εἰσέρχεται. *Dicebat enim, non solùm Exhomologeten ipsum debere silentium iis, quæ quis confitetur, sed & omnes eos, ad quos ea, quæ quis fassus est, fortassis pervenerint. Silendum enim, & arcanum planè esse, quidquid in Pœnitentiâ ad Judicium Sacerdotis proponitur.* Idem censuit Stephanus Successor Photii, sed Orthodoxus, ut facilè cognosces (5) ex Baronio, imò Jure inter Divos relatus à Nostris, ut constat tum ex (6) Menologio, tum ex Nicephoro (7) Philosopho. Is porro, authore (8) Psello juniore, Leonem fratrem, ac nostrum Principem dicitur sacrarum horrore pœnarum deterruisse ab examine criminali Sacerdotis cujusdam in causa scelestissimi Santabareni: ὅτι ὁ ἱερεὺς πνευματικὸς ἦν τοῦ Σανταβαρηνοῦ· καλῶς μὲν οὖν γε, καὶ ἀρτίως πρὸς τοὺς κανόνας ἀπαγορεύοντας τῆς μαρτυρίας τοὺς τῆς θείας κριτὰς μετανοίας. *Quòd sacerdos à confessionibus fuisset Santabareni: bene sanè, & juxta Canones vetantes testimonium peti à judicibus sacræ Pœnitentiæ.*

(2) In Ecthesi histor. & Can. VIII. Synodi Orthodoxæ in act. 1.
(3) In Vita S. Ignatii.
(4) In Basilio Macedone.
(5) Ad ann. Chri. 886. n. 16.
(6) Maji die 17.
(7) In Orat. Funeb. Ant. Caulee apud Metaphr. 11. Febr.
(8) De Sacris Myster. c. 18.

XII. Similia docuit Antonius Cauleas post Photium, & Stephanum Sacris nostris præfectus, sed Orthodoxus, Divorumque honores emeritus ex (1) Menologio, relatoque (2) Nicephoro. Nam & hic, eodem (3) Psello narrante, Sacris omnibus interdixit Stilianum Cognomento Mappam Metropoliten Cappadocum celeberrimum, ausum Exhomologeten Sacerdotem ad testimonium admittere. Id, quod præstitisse contra Joannem Studitarum Cœnobio præpositum Nicolaus Mysticus dicitur, & hic post Photium in Græcia Orthodoxus, ut constat ex ejusdem Nicolai (4) Epistola celeberrima: narratque factum (5) Alexius Aristenus, ex quo clarissimum est. Synodicum Sanctissimi (6) Euthymii Junioris decretum. ὅστις πνευματικὸς φανερώσῃ τὰ τῆς ἐξομολογήσεως ἀπόρρητα, καθαιρείσθω, καὶ ἀπεκρίθησαν ἅπαντες, καθαιρείσθω, καὶ ἀνάθεμα· ἐγράφη δὲ μαρτίῳ μηνί. ἡμέρᾳ γʹ. ἰνδικτιῶνος ιγʹ. *Si quis Sacerdos Pœnitentiæ præfectus exhomologesis arcanum sacræ prodiderit, exauthoratus esto. Et responderunt omnes: exauthoratus esto, & anathema. Constitutum autem est hoc decretum Mensis Martii die tertia, Indictione XIII.* Eadem decrevere, aut confirmavere post hos nobilissimos Patriarchas, deterioris conditionis alii (7) Stephanus II. (8) Polyeuctus, (9) Basilius, (10) Sisinius usque ad Sergium pronepotem Photii non minus Photio pervicacem, ac subdolum. Quorum decreta colligit accuratissimè (11) Canonarcha ex (12) Diplovatacio, quo teste ante X. seculum vix est, ex iis, qui nostris præfuere Sacris, ut unum, alterumve reperias, qui de Arcano confessionis aliquid non decreverit, tantâ ubique legum, Canonumque frequentiâ, ut meritò idem (13) Diplovatacius suspicatus sit, ne qua eâ forsitan tempestate prava in Græciâ opinio percrebruisset. Nec immeritò id suspicatur Diplovatacius. Nam reipsa frangi secretum hoc posse, sub Photio docuit Theophanes fœderatæ Photio mendacitatis præmium nactus Cæsarienses Infulas, quemadmodum apertissimè constat ex Synodico (14) Vecci, qui Hypopsephium Cyzicenum Niconem ejusdem criminis damnans: διάδοχον τῆς ἀσεβείας τοῦ Καισαρείας Θεοφάνους ἐπὶ φωτίου τοῦ τισρύτε, *hæredem impietatis, cui olim obnoxius fuerat Theophanes Cæsariensis sub Photio laico*, appellat. Ex quo etiam evincitur, hanc Orthodoxam sententiam, Jurique omni penitùs consentaneam semper in Græciâ fuisse probatam. Nam post Veccum, si privatam authoritatem exposcas, præsto erit Georgius (15) Metochites, itidemque (16) Theodorus, Joannes (17) Monachus, (18) Chrysochiras, (19) Chrysoberges Maximus, (20) Plasiadenus, & alii: si publicam petis, aderunt decreta (21) Gennadii, & (22) Gregorii Protosyncelli, quæ omnia adeò manifestè asserunt, probantque, atque confirmant sacræ confessionis arcanum nullam ob causam citra confitentis consensum violari posse, ut ne ipsa Latina Ecclesia id apertiùs asserat, aut possit asserere.

(1) Febr. die 11.
(2) In d. Orat. in funer. ejusd.
(3) d. cap. 18.
(4) Extat apud Bar. ann. 917. à n. 2.
(5) In lib. de Pœn. Can. c. 6. i fin. Nomoc. (6) Vide Aretam Cæsarien. Ep. in Orat. funebr. ipsius apud Lippoman. tom. 3. (7) Synod. de sua elect. (8) Synod. contra Sacrilegos. (9) Sub not Synod. contra Monach. vagos. (10) Synodic. de Proditoribus.

(11) In Syllog. Synodic. titul. de Exhomologes.
(12) In Synops. Tit. de Pœnit.
(13) Ibid. circa finem.
(14) Apud Lascarem. in excerptis Jur. Græci lib. 3. c. 11.
(15) Orat. 2. contra Cypriũ.
(16) περὶ κακονοθείας vulnere ult. de inquatitate.
(17) In cõsiderat. Can. ad Can. Pœnit. in princ.
(18) In Synopsi Sac. Pœnit. in Proœm.
(19) In Enchirid. Exhomolog. c. 1.
(20) Orat. 2. de Pœnit. fratrum.
(21) Synod. de Sacram. apud Canonarch. ubi supr.
(22) Synod. de Sacrilegis apud eundem.

XIII. Addo, hanc sententiam non à Græcis tantùm in Græciâ omni palam ævo receptam, verùm etiam à Photianis ipsis, quorum si unum, aut alterum, Margunium, atque Metrophanem excipias, cæteri omnes communi suffragio secretum confessionis: ἄλυτον, ἀπόρρητον autumant. Ne te morer, (1) Photius inter manifesta mendacia, quæ Latinis objecit, hoc etiam enumerat. οὐκ ἄσυλος παρ' αὐτοῖς ἡ ἱερὰ τῆς ἐξομολογήσεως σιωπή. μαρτυροῦσιν οἱ πνευματικοὶ τὸ μυστικὸν τῆς θεοφωτίστου κρίσεως· ἀλλὰ καὶ ἔξω δικαστηρίου ἑκουσίως ἅπερ ἠκηκόασι μετὰ παιδιᾶς διηγοῦνται, καὶ τὸ παρὰ βαρβάροις ἀπόρρητον, καὶ θείῳ νόμῳ ἀδιαλύτῳ κυρωθὲν λοιδοροῦσι. *Non est penes ipsos immune sacrum confessionis silentium. Testimonium ferunt sacerdotes de arcano Judicii lumine divino suscepti: imò verò extra ipsum tribunal sponte, quæ audierunt*

(1) In Epist. ad Paulum Archiep. Cæsar. in medio.

per

per jocum narrant, & secretum, quod vel à barbaris custoditur, & Jure divino nusquam solutili confirmatum est, spernunt. Hæc Photianorum Parens, an ejus liberi aliter senserint? Certè (2) Sergius Photii Pronepos, quo primo cœpit in Græcia Photianismus regnare, similia docet, penes (3) Canonarcham. Cerularius famosus Photianismi propagator, vir nempe pius, modestus, & mitis, teste Alexio (4) Monacho, & Diacono tanti Herois Biographo, τὸν ἱερομόναχον τῶν Βλαχερνῶν τοιοῦτό τι κατὰ τοῦ πνευματικοῦ αὐτοῦ παιδὸς φανερώσαντα καθυπέβαλεν ἀναθέματι, ἀλλὰ καὶ προσέταξε ῥοπαλίζεσθαι ἕως θανάτου, φοβερὸν παράδειγμα σπεύδων διδόναι τοῖς τὸ θεόθεν δογματισθὲν ἀπόῤῥητον τῆς ἐξομολογήσεως οὐ φυλάττουσι. *Hieromonachum Blachernis præpositum tale quid contra filium suum spiritalem ausum asserere, non solùm subjecit anathemati, sed & jussit fustibus cædi usque ad mortem: timendum exemplum properans præbere iis, qui divinitus decretum arcanum confessionis non servant.* Mitiùs mitissimo Cerulario, & ad instar Canonum (5) Philotheus, qui in Synodico primo (lato in Synodo celeberrimâ Palamiticâ, quam Nilus (6) Rhodius audet inter OEcumenicas recensere, quo duce deceptus est, & Prateolus (7) Allatio teste) abunde sibi visus est Ecclesiæ consuluisse, si, ἀνανεούμενος τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν τὰ θεσπίσματα, *renovatis Sanctissimorum Patriarcharum decretis*, παραβατῶν ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλοιτο τοὺς λύοντας τὸ ἀπόῤῥητον τῆς ἱερᾶς ἀπὸ μετανοίας σιγῆς. *Pœnæ Apostatarum subjecisset fractores arcani sacri ex Pœnitentiâ silentii.* Id, quod cæteri deinceps, quotquot Photiana sacra impiâ potestate conscelerarunt, edictis, legibus, exemplis confirmavere, tantâ frequentiâ, ut Jure possis exclamare cum relato (8) Coressio: Hoc dogma numerosiore constitutione penes Græcos sancitum, quàm Triadis ipsius Mysterium. Hinc omnium sacri Juris interpretum nostrorum perpetua, & firma semper opinio docens idipsum, quod à Latinis doceri docuimus, ut fas erit agnoscere ex traditis per (9) Aristenum, (10) Balsamonem, (11) Blastarem, Macarium (12) Hieromonachum, (13) Nilum, (14) Antonium Cuboclesium, Joannem (15) Citri, cæterosque omnes, quos ad id (16) Lascares noster enumerat, quibus addo & ipsum (17) Margunium, ut unus tantùm in Græciâ fuerit, qui hoc Arcanum inficias iverit Metrophanes (18) ille Critopulus, qui Lutheranis (quorum auro Infulas Alexandrinas pretiosus emptor invasit) placitura conscripsit, ac sæpe mentitus ansam errandi creberrimè præbuit hæretico Diacono Vuolgango (19) Gudlingio, sæpe ibi palam circa Nostra cæcutienti, ubi maximè rerum nostrarum notitiam exquisitissimam jactat. Quòd autem & ipse Margunius oblitus, ut illi sæpissimè usuvenit, eorum, quæ in Notis docuerat, hoc ipsum, quod ex Gentis utriusque sententiâ confirmamus, explicatissimè constituerit, fas erit ex ejus (20) verbis agnoscere. Pœnitentiæ Sacramentum enucleans ex iis, quæ corraserat ex docto Samonâ superiùs à nobis relato. Δύο, inquit, εἰσὶν οἱ ἐνεργοῦντες ἐνταῦθα, ὅτε πνευματικὸς, καὶ ὁ ἁμαρτωλός. κἀκεῖνος μὲν κριτής ἐστι, καὶ πατήρ· οὗτος δὲ ὑπόδικος, καὶ μάρτυς· τούτῳ ἀναγκαῖα τὰ τρία, συντριβὴ ἐγκάρδιος, ἐξομολόγησις ὁλόκληρος, καὶ καθαρὰ, ἔτι δὲ μετὰ ταῦτα ἱκανοποίησις· ἐκείνῳ δὲ σύνεσις διακρίνουσα, ἡ κρίνουσα καλῶς τὰς ἁμαρτίας, εὐσπλαγχνία χριστομίμητος, ἡ ἄσειστος σιωπὴ· ταύτην φυλάττειν ἀνάγκη καίτοι ἐπὶ κινδύνῳ θανάτου· ἐπ' οὐδενὶ γὰρ αἰτίᾳ ἔξεστι φανερῶσαι, ἅπερ ἀκήκοεν· οὐδὲν ἀγαθὸν, ἢ ὠφέλιμον τοσοῦτο, ὥστε γεγονέναι ῥητὸν τὸ ἀπόῤῥητον. *Duo sunt, quæ hic agunt & Sacerdos, & criminosus. Et ille est Judex unà, & Pater, hic verò reus, ac testis. Utrique necessaria tria. Huic contritio ex corde procedens, confessio integra, & aperta, post hæc autem, uti dicimus, satisfactio. At illi necessaria Prudentia discernens, ac judicans crimina, Clementia Christi imitatrix, & invictum Silentium. Hoc custodire oportet etiam præsente mortis discrimine. Nullam enim ob causam licet manifestare, quæ audiit: nullumque est bonum, nil utile adeò, ut ob id fari liceat, quod fari non licet.* Compone nunc, quæ supra Margunius docuit, provocans exhomologetas ad testimonium, his, quæ nunc docet, affirmans nullam ob causam licere, prodere confessionis arcanum, atque ex his miris, verùm enimverò Margunio usitatis antithetis, disce, quid sit Photiana Pallas, quantique habendus sit hic Photianus Mercurius.

(2) Synod. unico apud Canonarcham. in form. Synod. n. 13.
(3) d. n. 13.
(4) In Orat. Paneg. Cerularii in med.
(5) In Synod. contra sacrilegos extat apud Nilum in Synopsi in fin.
(6) De Synodis in IX. Oecumen.
(7) Lib. 2. de Consensu c. 17. n. 2. circa fin. pag. 839.
(8) In d. Ep. 3. ad Corydal.
(9) In Canon. 3. Pœnit. S. Basil.
(10) In Epist. seu respons. ad Episc. Cypri.
(11) In Synop. Syntag. ad Can. Pœniten. sub init.
(12) In 2. Collect. Canon. in Can. Pœnit.
(13) In Syno. IX. ad finem.
(14) In explicat. Canonum Pœnit. in princ.
(15) In Resp. ad Hero. Diacon. in med.
(16) In excerpt. Jur. Græci tit. de Pœnit. n. 12.
(17) In Not. ad 2. grad. Climaci post med.
(18) In Antipanopl. c. de Sacr. myster. pag. ult.
(19) In Brevi delineat. Eccl. Orient. Eustratii Vide pag. 43 in fin. pag. 44. in princ. pag. 110. post med. pag. 125. in princ. pag. 128. ant. med. pag. 131. ant. med.
(20) In d. not. ad 2. grad. Climac. post med.

SECTIO IX.

Constituitur Testimonium Exhomologetæ inutile esse, eique non credi, sive pro, sive contra sit. Et Respondetur à Margunio objectis.

SUMMARIUM.

I. *Nullo Jure ad ullam testimonii partem, sive pro, sive contra recipi Sacerdotem à Confessionibus, authoritate Græca probatur.*

II. *Idem constituitur authoritate Latina: idemque protenditur ad susceptores è lustrali fonte Baptismatis, quos dicimus Patrinos.*

III. *Testimonium hujusmodi esse ridiculum, quippe inutile: perniciosum etiam probatur ex dilemmate: & respondetur solutioni Photianæ.*

IV. *Censura Coressii lata contra Photianam sententiam, ex qua ostenditur illud sequi, ut ipse Candidatus Ordinum ferat pro se testimonium suffecturum ad Ordinès.*

V. *Proponuntur rationes Margunii ex authoritate, & miro prodigio.*

VI. *Perstringitur Margunii mendacitas, & nequitia: expenditur fides libelli à Margunio relati. Locus Tarasii ab eodem palam corruptus ex recensione Coressii.*

VII. *Notatur perfidia Margunii, quæriturque, quid respondendum Tarasio asserenti, olim necessarium testimonium Exhomologetæ Sacerdotis. Coressii anxietas in hac difficultate. Ejusdem solutio impia, & Tarasio injuriosa, cujus proponitur sapientia, & ætas, quâ refellitur Coressii delirantis impietas.*

VIII. *Mos publicæ pœnitentiæ. Sacerdos Pœnitentiarius in Cathedralibus Ecclesiis unde ori-*

de originem ducat, ejus munus vetustum quando desierit.

IX. *Publicæ pœnitentiæ mos abrogatus in Græciâ sub Nectario P. C. P. ejus abrogationis causa. Ostenditur, hinc Originem trahere necessitatem testimonii, quod petitur à Sacerdote Exhomologeta, comprobaturque testimonio Prodromi.*

X. *Hinc exponitur sententia Tarasii, & libelli Constantinopolitani, cujus momenta, uti referuntur à Margunio, explicationi nostræ congruere, palam evincitur.*

XI. *Sententiam Photianam, & morem petendi testimonium à Sacerdote arcanæ confessionis ex ignorantia Originem ducere: Quando primùm cœperit.*

XII. *In Græciâ etiam post Schisma Sanctos fuisse plures, & Thaumaturgos, qui enumerantur, à Latinis etiam recepti, præstringiturque Baronii dicacitas in Græcos parum prudens.*

XIII. *Expenditur fides Margunii, enumeranturque ex innumeris aliquot ejus fœdissima errata. Ostenditur, Prodigium, quod narrat, esse manifestum mendacium sibi ipsi repugnans, & ex Chronologia prorsus absurdum.*

XIV. *De hoc prodigio neminem aliquid dixisse, ne eos quidem, qui minora de Atho Monte narrant. Ejus prodigii palmares ineptiæ, quæ inconstantiam Margunii, & stultitiam apertissimè comprobant.*

I. Dices, ut ut Photiani recipiant confessionis Arcanum insuperabile, adhuc eo non probatur, Sacerdoti à Confessionibus non licere testimonium pro Spiritali filio ferendum. Neque enim mos Photianus jubet testimonium contra fassum sua crimina ferre, quidquid Margunius dixerit, sed hoc solùm petit, ne quis sine propitio spiritalis Patris testimonio ad initia Sacra contendat. In primis jam à Thesi Margunii receditis: quâ tamen damnatâ, stultum est, si vel propitium ab Exhomologetâ Sacerdote testimonium petatis. Ajo enim, sitque hæc tertia Conclusio, nullo jure ad ullam testimonii partem recipi præpositum expiationi scelerum Sacerdotem, cui nimirum non creditur, sive pro aliquo dicat, sive dicat in aliquem ex iis, quorum peccata piavit. Habet hoc Græcia certissimum primò, ex authoritate. Nam Matthæus (1) Monachus, οὐκ ἀξιόπιστος, inquit, μάρτυς ὁ πνευματικὸς περὶ τοῦ πνευματικοῦ υἱοῦ λέγων, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ μαρτυρίᾳ οὐδεμία γίνεται ἀπόδειξις, οὐ μὴν φανερὰ, καὶ πρὸς ἀπόφασιν τῆς ὑποθέσεως, καίπερ χρηματικῆς, ἀλλ' οὐδὲ ὁποιαοῦν. *Spiritalis pater non est fide dignus, sive idoneus testis circa filium Spiritalem dicens: atque eo testimonio nulla probatio fit, non solùm plena, seu manifesta, & ad decisionem controversiæ quamvis pecuniariæ, sed ne qualiscunque quidem.* Idem ante Matthæum docuit Leo (2) Philosophus Imperator: τῷ πνευματικῷ μαρτυροῦντι οὐδεμία πίστις, καὶ γὰρ αὐτῷ ἔξεστι ψεύδεσθαι ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν. *Spiritali patri ferenti testimonium nullo modo creditur, nam ei licet pro criminosis mentiri.* Post Matthæum verò eandem asseruit & Balsamon penes Joannem (3) Episcopum Citri. Etenim sic traditur hac de re censuisse, ὁ ἀοίδιμος ἐκεῖνος πατριάρχης Θεουπόλεως Βαλσαμὼν ἐρωτηθεὶς, εἰ ἀναληπτέα πρὸς τοὺς ὅρους τῶν δικαστῶν ἡ τοῦ πνευματικοῦ μαρτυρία; λέγεται καλῶς ἀποφήνασθαι, τὸ τοῦ πνευματικοῦ μαρτύριον οὐκ ἀξιόπιστον εἶναι. καὶ τοῦτο διατετάχθαι παντὶ νόμῳ βασιλικῷ τε, καὶ ἱερῷ. *Inclitus ille Patriarcha Theopoleos Balsamon, interrogatus, an recipiendum esset ad terminos judiciales Spiritalis Patris testimonium, dicitur bene respondisse, Spiritalis Patris testimonium non esse idoneum, idque constitutum omni lege tum regiâ, tum Sacra.* Non ulteriùs rei certissimæ satagam. Si quis Photianus plura his Græcorum, Photianorumque effata conclusionem nostram, perpetuâ authoritate confirmantia desiderat, fas erit, ea facilè, si vacat percurrere congesta per laudatum (4) Coressium Photianum, qui ea ipsa dissimulato nomine, ut à se lecta, producit ex Theodoro (5) Gaza, & (6) Bessarione, quorum nomine laudato eadem fusiùs ad veritatis confirmationem & opportuniùs contulere doctissimi Greci (7) Diplovatacius, & (8) Lascares.

II. His adde Latinos (1) Baldum, Paulum (2) Castrensem, (3) Jasonem, (4) Tindarum, (5) Ripam, (6) Felinum, (7) Mascardum, quos ad candem sententiam laudant (8) Covarruvias, & (9) Cenedo. Nimirum Jure (10) Latino, quemadmodum & Nostro scientia, quam habet Sacerdos, ex ipsâ Confessione, uti dicunt Sacramentali, nihil pertinet ad controversiam judicialem. Quapropter, cùm fictione Juris Sacerdos ejusmodi censeatur nescire, repellitur à testimonio. Id, quod secundò probari potest ratione, quam sufficit proximè laudatus Leo Sapiens (10) Imperator. Nam, si expiator criminum Sacerdos jure divino adigitur ad opem criminoso, seu reo fasso sua crimina ferendam ita, ut illi non quidem mentiri, ut impropriè loquitur Imperator, sed veritatem paralogismis occulere, & possit, & debeat; quis illi prudens rerum æstimator fidem præstandam affirmet? Certe Juris (11) effatum est à Nostris unâ, Latinisque receptum, hoc esse munus præcipuum, ac necessarium testis, ut verum, quod novit, expromat: Quare Juris ejusdem efficacitate repellitur à testimonio, quisquis ex ipsâ conditione sive naturali, sive morali, censetur nolle, aut non posse verum, quod novit, exponere. Quo fit, ut naturalis Pater, cæterique ascendentes inepti sint, ita Jure (12) utrique Genti communi constituente, testimonio ferendo pro filiis, liberisve, quod etiam idipsum statuitur de filiis pro parentibus testimonium dicturis, ut optimè ex (13) Glossographo, (14) cæterisque Doctoribus probat, & comprobat (15) Crotus, post Jacobum (16) Ægidium, (17) Nellum, atq; (18) Soccinum. Quin imò secutus sapientiorem sententiam, hoc idem autumo de *Patrinis*, iis nimirum, qui lustrando per Baptismum homini auspices fuere. Hos

(1) *In Attaliat. ad tit. de test. Scholion. 6.*

(2) *Apud Matth. Monach. d. Schol. 6.*

(3) *In Canon. Pœnit. S. Basil. ad c. 3.*

(4) *d. Ep. ad Corydal.*

(5) *In Anthol. legum ex Com. Leõ. & Const. tit. μάρτυς.*

(6) *Epist. 4. ad Gennad.*

(7) *d. tit. de testib.*

(8) *d. tit. de test.*

(1) *In L. Archigerontes C. de Episc. audien.*

(2) *In d. L. Archigerontes.*

(3) *In L. 1. §. hujus studii n. 6. ff. de just. & jur. & L. patre furioso ff. qui sunt sui, vel alien. jur.*

(4) *De test. fol. 20.*

(5) *De Peste §. ult. n. 104.*

(6) *In c. denique n. 3. & in c. 1. col. 1. de except.*

(7) *De probat. vol. 1. cõ. cl. 377. n. 1.*

(8) *De Matr. p. 2. c. 8. §. 12. n. 10. circ. fin.*

(9) *Ad Decret. Collect. 60. n. 7. post med.*

(10) *Apud Matth. Mon. d. Schol. 6.* (11) *Vide Diplovat. loc. cit.* (12) *In L. parentes C. de test.* (13) *In d. L. parentes.* (14) *Bar. & Alber. in L. qui testam. §. per contrarium ff. de test.* (15) *De test. p. 4. à n. 110. & seqq.* (16) *De test. col. 9.* (17) *De testib. verb. Pater.* (18) *In reg. 319. & 419.* (19) *In L. generaliter ff. de in Jus vocan.* (20) *Vide Diplovat. loco cit.* (21) *In d. L. parentes. Alex. in d. L generaliter. Bart. in cons. 92. in causa, quæ vertitur inter Simonem. Crotus, ubi supr. n. 163.*

(22) Vide Alex. cõs. 196. vers. præterea Vol. 5.
(23) De censur. tit. de deposit. & degrad. c. 14. pag. 316. & seqq.
(24) Lib. 2. Comm. opin. opin. 66.
(25) Instruct. p. 2. c. 4.
(26) In Summ. c. 8. n. 1.
(27) Cons. 44. vol. 2. n. 2.
(28) In Decret. Collect. 60. n. 1.

Hos enim etiam à propitio testimonio ferendo rejiciendos cum (19) Baldo, & (20) Græcis existimo contra (21) plerosque, qui tamen nobis consentiunt, cùm de iis agitur, in quibus idoneus testis requiritur; quando, etsi putant, (22) *Patrinum* testimonium dicere posse pro filio, eum tamen haud affirmant prorsus idoneum. Quorum omnium una ratio est, quòd hujusmodi homines non censetur velle verum, quod norunt, exponere, ita nimirum præsumente Jure ob eum, quem vel habent, vel certè profitentur, omnino autem censentur habere, erga filios amorem. Quòd si ii scilicet, qui nolle censentur, verum, quod sciunt, prodere, inepti ferendo testimonio etiam propitio putantur, quis dicat habendos idoneos illos, qui verum, quod norunt, non possunt exponere? Si exponant, prodantve futuri Rei ejus pœnæ, pro qua consulenda decreta relata Græcorum, Latinorumque Jura, quorum interpretationi commentariis egregiis insudarunt (23) Felicianus, (24) Vivius, Bartholomæus (25) Medina, Antonius (26) Bernardus, (27) Zilettus, aliique, quos refert, ac sequitur Petrus (28) Cenedo, apud quem vide fusè, & accuratè, quæ pertinent ad hanc sententiam planè certam, Latinisque pariter, ac Græcis communi calculo comprobatam.

(1) In not. ad grad. 2. Climaci.
(2) Vide n. 13. sect. superior.
(3) Ubi suprà proximè.

III. Ex quâ tamen sequitur, testimonium hoc scriptum, quod necessarium Ordinibus sacris recipiendis autumant Photiani, esse in primis ridiculum. Nam, cùm propterea & exigatur, & exhibeatur, ut inde, qui Ordines postulat, idoneus tanto muneri probetur, habeaturque, ut ipsi Photiani, duce (1) Margunio, asseverant; cùmque ex dictis omnium, ipsorumque (2) Photianorum, atque ipsius, inquam, (3) Margunii, testimonium hujusmodi, nec jure deferri possit, nec delatum probet: manifestum est, esse prorsus inutile, nec posse exposci, quasi rei, qua de agimus, necessarium, nisi ab iis, qui, quid sit testimonium, quid sit probatio, quid confessionis arcanum, ignorant. Addo, hoc testimonium non solùm ridiculum esse, verùm etiam perniciosum. Id, quod hoc dilemmate palam evinco. Nam Sacerdos rimatus penitissimè confitentis filii conscientiam, gnarusque ex Pœnitentiæ judicio omnium cogitationum ipsius, ut in syngraphâ dicitur, vel celat vitia confitentis, vel prodit. Si celat, quantum ex hac dissimulatione periculum facit Ecclesiæ, quæ non aliunde probatum hominem recepit in familiam suam, eique sacerrimæ potestatis impertit honorem, futurum Ecclesiæ fortassis exitio, si tantæ potestati administrandæ, qui scilicet initiatur, non sit idoneus? Si verò prodit, quantum ex tam impiâ, ex tam sacrilegâ Veritate, uti dicimus, populo *scandalum* creat, qui sanè non sine causâ non tutam confessionem aversabitur, cujus arcanum falli posse facto ipso Sacerdotis deprehendit! Neque licet reponere, Sacerdotem, si ex confessione ipsâ initiandi, eum cognoscat ineptum Ordinibus, quem rimatur, negaturum syngrapham, ut neque decipere Ecclesiam, neque fallere arcanum videatur. Etenim hoc ipso, quòd negat petitum Syngrapham, prodet arcanum: cùm inficiatio ipsa indicium faciat non aptæ in candidato Ordinum conditionis. Enimverò, uti diximus, etiam cum consensu confitentis prudentior Latinorum sententia docet, non esse in exhomologesi audita, sine ingenti, aut Reipublicæ, aut ipsius confitentis utilitate, effutienda. Græca autem Opinio severior existimat, ne cum consensu quidem confitentis ipsius, fidem arcani fallendam. Quis putet sine confitentis consensu agi, omittive aliquid posse, unde suspicio proditi secreti possit oriri? Mira sunt verba Coressii, confirmandæque rei, quam Nostris ingerimus, utilissima: quare fas sit, ea hìc dare, ut ex illis Photiani cognoscant, testimonii hujus, quàm sit grande piaculum.

IV. Igitur notissimus hic, atque recentissimus Photianismi propugnator sic longam Epistolam (1) claudit. τὰ μὲν μέχρι τότε πρὸς ὑπεράσπισιν ἀληθείας πεφιλοσόφηνται, τὰ δ' ἑξῆς τῆς πατρίδος, καὶ τοῦ ἔθνους ἡμῶν κηδόμενος λέξω. φανερῶς μαινόμεθα ταῦτα ποιοῦντες, ταῦτα ἀποδεχόμενοι, καὶ ἐπιδοκιμάζοντες ἀκριβῶς· φεῦ τῆς μεγάλης φρενοβλαβείας, ἀνακαλεῖν πρὸς τὰ ἅγια διὰ τῆς ἀσεβείας, τὴν ἀλήθειαν ζητεῖν διὰ μεγάλου, καὶ ἀσυγχωρήτου ἐγκλήματος, πίστιν λαμβάνειν ἐξ ἀπιστίας γινόμενα, καὶ πολυπραγμονεῖν ἀσφάλειαν τῆς ἐκκλησίας διὰ προδοσίας πάνυ γε μιαρᾶς· Ἀλλὰ παλαιὸν τὸ ἔθος· πῶς παλαιὸν τὸ ἔκπαλαι οὐκ ἔχον ὑπόδειγμα; πῶς παλαιόν, ὃ ἡμεῖς ἐψευσάμεθα, πῶς παλαιόν, ὃ τῇ πατροπαραδόσει, καὶ παντὶ νόμῳ παντελῶς ἀποδοκιμάζεται; *Atque hactenus dicta produxi Veritati manifestandæ: quæ addam Patriæ, & Nationi nostra dabo. Palam insanimus hæc agentes, hæc laudantes, & approbantes diligentissimè. O furorem magnum! Provocare ad sancta per impietatem; Veritatem quærere per magnum, & inexpiabile facinus, fidem accipere ex infidelitate scelestâ; & accuratè cavere securitati Ecclesiæ per sordidam prorsus proditionem! At antiquus est mos. Quomodo antiquus, qui nullum olim habet exemplum? Quomodo antiquus, quem nos ipsi commenti sumus? Quomodo antiquus, qui traditione Patrum, & omni omnino lege reprobatur?* Hæc Coressius rigidè, sed verè, quibus addendum & illud est, quod inutile prorsus ostendit fatuum hoc testimonium. Scilicet hoc defert Episcopo aptam initiandi conditionem. At unde eam acceptam defert? nempe ex ipso initiando. Ita credit Episcopus Sacerdoti, qui credidit Sacris initiando. Non ne, ò Boni, ò Docti, ò Jurisconsultissimi Photiani, Syngrapha hæc, cui fiditis, cui probationem creditis integram aptæ conditionis, tota ab ipso est Ordinum candidato? Negate, si fas. Quòd si fateri necesse est, amabo vos, legitimum testimonium, probationique tantæ censetis idoneum, quod fidei confitentis ipsius, & unius innititur? Hæc prævidisse videtur (2) Apostolus, cùm dixit: οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος. *Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est.* At hic Ordinum candidatus se ipsum commendat, laudes enim ipsius, quamvis à Sacerdote, sunt ab ipso Ordinum candidato: quamvis à Sacerdote relatæ, quamvis papyro creditæ, quamvis milleno munitæ sigillo, non à Sacerdote, sunt ab ipso, inquam, Ordinum candidato, qui Sacerdoti

(1) d. Epi. 3. ad Corydal. in fin.
(2) 2. Ad Corinth. c. 10. nu. ult.

doti roganti, interrogantique se ipsum laudabilem præstitit. Igitur probatus non est: Aliunde, & ex alio testimonio conditio hominis exquirenda, ne ipse se probet, qui probandus exponitur, seque teste recipiatur ad Ordines, qui alieno testimonio indiget, ut Sacris initietur.

(1) *d. not. 2. ad Can. Pœnit. S. Basil.*

V. Sed instat (1) Margunius argumentis duobus. Primum ex more deducitur, secundum ex facto; utrumque autem his vaferrimis verbis effutit. καὶ νὰ εἶναι ἀναγκαία ἡ ἔγγραφος μαρτυρία τοῦ πνευματικοῦ, τὸ κάνει βέβαιον ἥτε ἁγία καθολικὴ, καὶ οἰκουμενικὴ ἐκκλησία τῆς Κωνσταντινουπόλεως νέας ῥώμης, καὶ ἕνα πολυθρύλλητον, καὶ περίβλεπτον θαῦμα. ἐν τῷ διακονικῷ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας εὑρίσκεται ἕνα βιβλίον παλαιὸν, γραμμένον ἔτει τοῦ Κόσμου ͵εωό ἐπὶ ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου, ἐν ᾧ λέγεται ἀναγκαία ἡ μαρτυρία τοῦ ἐξομολογητοῦ πρὸς τὰς χειροτονίας. καὶ ἠξεύρομεν, ὅτι τοῦτο τὸ ἔθος ἦν πάντοτε ἐν τῇ ἀνατολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τὸ μαρτυρεῖ διὰ τοὺς παλαιοὺς ὁ ἅγιος πατριάρχης ταράσιος, λέγων: ἔθος ἦν τοῖς ἀειμνήστοις ἐκείνοις μαρτυρίαν ἐξομολογητοῦ πατρὸς λαμβάνειν, πρότερα χειροτονῆσαι, καὶ τοῦτο τὸ λέγει καὶ βαλσαμὼν, καὶ βλάσταρις, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες, περὶ τῶν παλαιῶν τοῦτο διαβεβαιοῦσιν· ἔνι καὶ ἄλλο πρὸς ταῦτα στερεώτερον ἐκ τοῦ θαύματος. Γράφει ἡ σοφωτάτη ἐκείνη, καὶ ἀληθεστάτη Καισάρισσα ἡ κυρία Ἄννα, ὁπου ἔγραψεν ἀγλωττοτάτως πολλὰς ἱστορίας· ἐν αἷς γράφει καὶ τοῦτο, ὃ πάνυ γνωστὸν, καὶ βέβαιον παρὰ πᾶσιν, ὥστε νὰ εἶναι ἀναμφισβήτητον· ὅτι κατὰ τὴν ἱεραρχείαν τοῦ μεγάλου φιλοθέου τοῦ σοφοῦ, ἀποθανών τις ἱερομόναχος ἐν τῷ ἱερῷ ἄθωνι κατὰ τὴν λαύραν τοῦ ἁγίου ὄρους, ἀνὴρ ὀγδοηκοντούτης ἐνάρετος, καὶ εὐσεβὴς, μετὰ τὴν τριήμερον ἀνέστη, καὶ ἐμαρτύρετο, ὅτι οὐκ ἠμπόρεσε, νὰ ἔλθῃ εἰς τὸν κόλπον τῶν ἁγίων πατέρων, ὅπου ἀναμένουσιν ἄνευ λύπης ἐν τόπῳ ἀναψύξεως τὴν μακαριότητα, ἔξω τοῦ παραδείσου, καὶ τὴν ὄψιν τοῦ θεοῦ· οὐκ ἠμπόρεσε, λέγω, μόνον, ὅτι ἐχειροτονήθη ἄνευ ταύτης τῆς ἱερᾶς μαρτυρίας· καὶ δεήσει τῆς παναγίας ἀχράντου δεσποίνης ἡμῶν, ἐπῆλθεν εἰς ζωὴν, διὰ νὰ λάβῃ ταύτην τὴν μαρτυρίαν, ἣν λαβὼν μετὰ τρεῖς μῆνας πάλιν ὁσίως ἀπέθανεν. Γνώριζον ἐκ τούτου κἀκεῖνο, ὅτι οἱ ἅγιοι δὲν θεωροῦσι τὸν θεὸν, ὡς διδάσκει ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία, καταδικάζουσα ἐκεῖνα ὁποῦ ληροῦντες λέγουσιν οἱ λατῖνοι· καὶ πάλιν μάνθανε, ὅτι ὁλοτελῶς δίχως μαρτυρίας πνευματικοῦ δὲν εἶναι ἄξιον, νὰ δώσῃς, ἢ νὰ λάβῃς χειροτονίαν. *Esse porro necessarium sacerdotis à confessionibus testimonium scriptum, confirmat sancta Catholica, & OEcumenica Ecclesia Constantinopolis novæ Romæ, & celeberrimum planè miraculum. In Diaconico ejus Ecclesiæ reperire est vetustissimum librum scriptum Anno Mundi* (2) *VM. DCCCLXX. sub Apostata Juliano, in quo necessarium dicitur testimonium Exhomologetæ sacris Ordinibus conferendis: scimusque, id moris semper fuisse Ecclesiæ Orientali. Et de antiquis hoc testatur S. Patriarcha Tarasius dicens: mos fuit viris illis, quorum perennis memoria, testimonium exhomologetæ Patris accipere priùs, quàm Sacris initiarent. Atque hoc etiam affirmat Balsamon, & Blastaris, & cæteri omnes de antiquis hoc confirmant. Est & alind circa hoc firmius è miraculo. Scribit Sapientissima illa, & facundissima Cæsarissa Domina Anna, quæ eloquentissimè scripsit multas historias, in quibus narrat & hoc plane notum, & certum apud omnes, ita, ut sit citra controversiam: Fato functum Hieromonachum quendam in Monte Atho ad Lauram S. Montis, virum octogenarium, bonum, & pium, post triduum à mortuis redivivum surrexisse, testatumque, non potuisse se ingredi sinum SS. Patrum, qui expectant sine dolore in loco refrigerii beatitatem extra Paradisum, & visum, conspectumque Dei. Non potuisse, inquam, ob eam dumtaxat causam, quòd fuisset Sacris initiatus citra hujusmodi testimonium sacrum. Ob preces autem Sanctissimæ, & illibatæ Dominæ nostræ Deiparæ rediisse ad vitæ munia, ut reciperet hoc testimonium, quo recepto, post mensem tertium iterum sanctè defunctum. Nosce ex hoc & illud, sanctos non videre Deum, ut docet Orientalis Ecclesia contra ea, quæ ineptientes dicunt Latini, & disce etiam, omnino sine testimonio Patris spiritalis non decere Ordines accipere, aut conferre.*

(2) *Anno Chr. 362. Juliani 2. Mamertino, & Nevita Coss.*

VI. Sæpe diximus Margunii confidentiam, immensamque, cùm aliquid asserit, procacitatem miram esse, atque aptam persuadendis mendaciis, & erroribus, quos temerè nullâ rerum, temporumque habitâ ratione Photianis insinuat. Vir vafer, ac subdolus ex iis, quæ malè, ac perfidiosè proponit, non unam lectoribus pestem objicit, ut alterutrà noceat; & Amphesibænarum ritu geminum ubique caput nequitiæ habet, quasi, ut (1) verbis Plinii utar, *parum sit, uno ore fundi venenum*. Ergo nostrum erit, quæ, quò magis oblint, confusè profert, ordinatè refellere. Id, quod & hìc, uti alibi, accuratè præstabimus. Primò igitur, quæ pro testimonio vel sacrilego, vel ridiculo, quod damnavimus, ex more producit, aut apocrypha sunt, aut manifestè contra hoc testimonium producenda. Et sanè librum illum, de quo Margunius, in Diaconico Ecclesiæ CP. non reperiri ex certis, ac fide dignis hominibus Gentis nostræ, quos, ut de hoc quærerent, exquirerentque multocies fuimus deprecati, compertum est. Quare non injuria censebimus & hoc ex illis authoritatibus esse, quas sæpe producit (2) Margunius non in Anecdotis tantùm mentiri solitus, sed etiam in editis, prætertimque in Epistolis Isidori Pelusiotæ, quas, ubicunque citat, oppositum affirmantes invenies. Neque enim mendax tantùm Margunius est, amat mendacitatem suam agnosci, ut jure, cùm agitur de falsi crimine, contra ipsum Juris præsumptione agi possit. Quod in re, quam inquirimus, conjecturâ validissimâ confirmari poterit. Nam, cùm Coressius CP. Ecclesiæ Theologus vetustatis Græcanicæ accuratissimus censor, qui sæpe jactat, sæpe gloriatur (nec illi hanc laudem (3) Goarius inficiatur) omnia monumenta Græcorum legisse, ne unâ quidem ex cariosis paginis, quæ potuerunt in Græcia reperiri, contemptâ, de hoc libro nullam fecerit mentionem, imò locis hactenus laudatis affirmet, ex vetustate ipsâ Græcorum damnandum esse hujusmodi testimonium, quis non existimet Margunianum hunc librum magnum esse, ac solemne, planèque

(1) *Lib. 8. hist. Natur. c. 3. ante Medium.*

(2) *Vide in Proœm. notar. & in c. 3. Nic. in c. 12. ejusd. in c. 1. Antioch. in c. 3. Neoc. & in c. 5. & 6. in c. 7. Laodic. et c. 9. & ult. in act. 1. & 2. Ephes. Syn. et in trib. postremis Chalcedon. in Carthag. c. 14. & ult. & in Epist. ad Celesti. & alibi sæpe.*

(3) *Passim in Euchologium.*

Digitized by Google

nèque Marguniarum mendacium. Esto tamen hoc anceps, an non manifestum mendacium id, quod in verbis peccat Tarasii? Scilicet eo ipso in loco, quem Margunius pro testimonio producit, testimonium illum damnatur. Locus est in Epistola ad Chilianum Episcopum Rhymnæ subSidensi Metropoli ex recensione Leonis (4) Philosophi. Eum locum integrum refert pro se, & contra se (5) Coressius, quo authore sic scribit Tarasius. ἔθος ἦν τοῖς ἀειμνήστοις ἐκείνοις, μαρτυρίαν ἐξομολογητοῦ πατρὸς λαμβάνειν πρίν τινα χειροτονῆσαι. τοῦτο δ' ἤτει τότε ἥτε ἀσκητεία τῆς θεοπνεύστου διαίτης, καὶ ἡ τῆς μετανοίας διάταξις. νῦν δὲ τοὐναντίον. ἀπείρηται ἡ αὐτὴ μαρτυρία, ὡς ὀλέθριος. ἵνα μή τις σκανδαλισθῇ, καὶ ἀνάθεμα λέγεται τῷ καταμαρτυρήσαντι πνευματικοῦ υἱοῦ, τῷ δὲ προσμαρτυροῦντι, οὐ δίδοται πίστις. ἐξ ὧν, ὦ θεοφιλέστατε, μαρτυρίαν ζήτει πρὸς ἄλλους, ἡ γὰρ τοῦ πνευματικοῦ παντελῶς κεκύρωται ἀθέμιτος. *Mos fuit illis, quorum perennis memoria est, testimonium accipere Sacerdotis à Confessionibus ante, quàm cuipiam manus imponerent. Hoc autem petebat & austeritas Deo afflatæ institutionis, atque ipsa ratio pœnitentiæ. Nunc verò contrà vetatur hujusmodi testimonium, ut perniciosum: ne quis patiatur scandalum. Et dicitur anathema ei, qui dixerit testimonium contra Spiritalem filium: at ei, qui pro illo testimonium dixerit, non creditur. Quare, ò carissime Deo, testimonium ab aliis pete, nam illud, quod dicitur à Spiritali Patre, omnino decernitur nefarium esse.*

(4) Vide Jus GR. Tom. 1. lib. 2. in Ord. Episc. à Leō. Cōst. Metrop. X. pag. 93.

(5) In d. Ep. ad Corydal. ãte med.

VII. Hæc Tarasius penes Coressium, imò penes (1) Balsamonem, ac (2) Blastarim, quos laudat Margunius, ut constet, lectam ab eo integram hanc periodum claræ sententiæ, quam truncam profert confirmaturus teterrimam, aut ridiculam Photianorum corruptelam. Tanta in homine fides! Tanta in Sacerdote simplicitas! Tanta sinceritas in Episcopo! Sed videbat periodum integram stare pro nobis: igitur, quod ipsi favebat, retulit. O hominem nequam, penes quem Viri Sanctissimi, doctissimique coguntur ad falsum, ad patrocinium dementiæ producuntur. Quam tamen an illi tutati sint lectâ sententiâ Tarasii, ut jacet penes Photianos ipsos, esto judex Photianus homo, si Photianus homo est. Verùm pro Margunio dices acutulus. Si malum Sacerdotis à Confessionibus testimonium, quî probatum Antiquis? Quî Vetustati receptum? Quî viris Sapientissimis usitatum? Nam Antiquis id fuisse usitatum, receptum, probatumque constat ex dictis Tarasii, &, si extra Marguniana Ideas usquam fuit, ex libro Diaconici CP. quem laudat Margunius. Hæret (3) Coressius hic non immeritò, sed mox difficultate undique pressus immeritò obruitur, tantâ responsionis varietate, atque inconstantiâ, sed procaci, & Photianâ, ut, quid sibi velit, prorsus ignores; nisi quòd tandem nodum, quem haud potis est solvere, abrumpit: &, ne fateantur ignorantiam suam, fatetur impietatem. Ait enim, Tarasium, quippe qui è laicâ conditione ad supremas in Græcia Infulas convolaverit, initio sacri magistratus deceptum narratiunculis rudium Monachorum affirmasse, quod planè non nosset: & ex eo mox Balsamonem, & Blastarim, legulejos non admodum rerum peritos errorem hausisse. Quasi verò Balsamon, & Blastarius, licèt non admodum docti, antiquitatis ignari fuerint, cùm constet, eruditissimos fuisse viros, &, quod caput est, de antiquitate Sacra optimè meritos: aut Tarasius, quę scribit, initio Pontificatus sui conscribat; cùm contra manifestum sit ex ipso datæ Epistolæ tempore, quod ab eodem Coressio proponitur, eam Epistolam scriptam circa vitæ suæ felicissimum exitum, hoc est anno XXI. ab inito Pontificatu. Nam data Epistola dicitur Indictione XIII. Imperante Nicephoro: contigit autem Indictio XIII. imperante Nicephoro anno Christi DCCCV. qui fuit ante postremum Tarasii, quippe fato functi anno Pontificatus sui XXII. Nicephori V. Christi DCCCVI. Indictione XIV. ex Ignatio (4) Monacho, & (5) Baronio. Deinde, ut demus Epistolam illam datam initio Tarasiani Pontificatus, quis ferat Tarasium Sanctissimum, & doctissimum Patrem, quo authore impia hæresis Iconoclastarum deleta est, quo auspice Septima Synodus indicta, peracta sapientissimè, ac penitùs confirmata est, cujus decretis res Ecclesiastica Græcorum stat, atque adhuc Photianis undique ad Veritatis exitium convolantibus, robustè repugnat. Quis, inquam, ferat, Tarasium vel initio Sacri Principatus rerum Ecclesiasticarum ignarum appellari? Quàm gnarus earum fuerit, discet Coressius ex Ignatio (6) Monacho, discet ex Nicephoro (7) Sanctissimo Tarasii successore, discet ex ipsa (8) Synodo VII. ut planè quemadmodum injurius tanto Viro, ita & impius censendus sit is, qui deceptum à Monachis ignorantibus eum putat, quem per annos XXII. totius Græciæ Sacris summa scit cum laude tum virtutis, tum sapientiæ fuisse præfectum.

VIII. Non igitur ex ignorantiâ scripta dicemus à tanto Viro, quæ affirmatè traduntur, nec audaciam Coressii secuti, evasuri difficultatem viris de sapientiâ optimè meritis obtrectabimus. Potiùs dabimus, quæ docet Tarasius, & ex Tarasio Balsamon, atque Blastarius, negaturi statim, quod inde deducitur. Neque enim quæ tradit Scientissimus rerum Ecclesiasticarum Tarasius, aut obsunt Veritati, aut mendacio, seu proderunt corruptelæ. Imò potiùs oberunt, ostendentque ex antiquorum Sanctissimis moribus damnari photianam corruptelam, cujus unà Originem palam indigitabunt. Morem Græcis pariter, ac Latinis fuisse publicæ Pœnitentiæ, quæ etiam solemnis, humillima, & simpliciter publica ex Ambrosio, & Augustino dicitur passim, compertissimum est vel peritis leviter Antiquitatis, fasque erit ignorantissimis Photianis morem ejusmodi accuratè descriptum agnoscere ex (1) Bellarmino, (2) Baronio, (3) Albaspinęo, (4) Cabassutio Latinis, itidemque ex nostris Gregorio (5) Thaumaturgo, (6) Balsamone, (7) Blastario. Huic pœnitentiæ publicæ non omnes Sacerdotes, queis facta erat per Pontificem expiandi secretò crimina Sacra potestas, præfuisse, narrant ex (8) Nostris quotquot gesta Nectarii Patriarchæ diligentissimè descripsere, edisseruntque locupletissimè laudati (9) Baronius, & (10) Bellarminus ex Nostris ipsis scripto-

(1) In respons. ad Episc. Cypri.

(2) In Epit. Syntagm. ad Canon. Gregor. Thaumatur.

(3) d. Epistol. ad Corydal.

(4) In Vita S. Tarasii.

(5) Ad ann. 806. init.

(6) In ead. vit. sub init.

(7) Synod. de Taras. in Dipsychis recipiendo ad Flavian. Episc.

(8) Actione 1.

(1) Tom. 3. Contr. 4. de Pœnit. c. 21. & seq.

(2) Ad an. Chri. 52. n. 26. & c.

(3) Apud Goar. in Euchol. pag. 22.

(4) In notit. Conc. & Can. ad Can. 11. & 12. et 14. Nicæn. pag. 61.

(5) In Canon. Pœniten.

(6) Ad Can. 87. Trull. in c. 5. Neocæsar. & in 4. Ancyr. & in Can. Diony. Alex.

(7) Elemento

ptoribus, quorum è receptis hiſtoriis certum eſt, unum in unaquaque Principe Eccleſiâ, atque, uti dicimus, *Cathedrali*, ad id muneris decretum fuiſſe Presbyterum, qui reos criminum graviſſimorum, primùm ſecretò auditos, juberet coram populo, quæ peccaverant palam fateri, accepturos mox veniam ex publicâ Eccleſiæ pietate, non ſine ſacrarum appendice pœnarum, quas accuratè relati Balſamon, & Blaſtarius, atque ex his (11) Goarius proſequitur fusè. Hic mos quânam in Eccleſiâ diutiùs obtinuerit, anceps prorſus, ac dubium, nec in re non admodum certa auſim quidquam decernere. Relatos hiſtoricos perlegat, qui rem planè pertricoſam penitùs amat agnoſcere. Si fas, conjectura aliquid hariolari, dicam, hunc morem penes Latinos diuturniorem fuiſſe, ex eo probari poſſe, quòd ab hoc præfecto publicis confeſſionibus Sacerdote originem traxiſſe videtur conſpicuum munus Pœnitentiarii, uti dicunt, Canonici, aut Cardinalis, quod penes Latinos hodieque obtinet, mutata tamen materie muneris, ut qui olim publicis confeſſionibus decernendis præerant, nunc privatis (quando publicis interdictum eſt) præſint, receptâ nimirum à Pontifice poteſtate majore, ut vel criminoſis eximiis veniam clementer impertiant.

IX. Sed de hoc viderint alii, mihi ſupererit certa, & ad propoſitum facientia dare, atque inter illa hoc primum, morem hunc publicæ pœnitentiæ pro libito ſuſcipiendæ, agendæque deſiiſſe in Græciâ authore Nectario. Nobilis (1) mulier vidua, &, ut conjicit (2) Baronius, Diaconiſſa, dum ex præcepto exhomologetæ Sacerdotis CP. aſſiduis precibus in Templo dat operam, ibiſſemque diutiùs, quàm cæteræ, moratur, Diaconi cujuſdam amatoriis inſidiis circumventa flagitium paſſa eſt, diuque turpi commercio immorata, ubi amplum devoravit cum Amaſio patrimonium, ut uſuvenit, de pœnitentiâ ſceleris cogitavit. Adit Presbyterum confeſſionibus præpoſitum publicis: narrat non ſine lacrimis Diaconi facinus, ſuumque, & per integram exhomologeſim, quæ multa alia publicè patrarat, enucleat, petitque, ut ſibi poteſtas fiat confeſſionis ſolemnis. Presbyter votis annuit fœminæ ſuorum pertæſæ criminum: vetat attamen, aliquid coram populo loqui de Diacono. Illa feſto die coram omnibus in Ambone, quæ juſſa fuerat, dolenter quidem ediſſerit, ſed impetu tamen doloris etiam ad vetita rapta, ſcelus cum Diacono perpetratum exponit: quo audito tanta populum ira contra Clericos invaſit, ut turbatum ſit, vixque ſit ope Magiſtratuum, publiciſque cohortibus actum, ne furor debacchantis plebeculæ in cædem Sacerdotum proſiliret. Hinc ab Imperatore, & à Patriarcha cautum Reipublicæ utrique. Nam Theodoſius (3) Senior ſanxit, ne qua fœmina in poſterum non materfamilias inter miniſtras adlegeretur, aut minor ſexaginta annis juxta legem Apoſtoli: juſſitque irritas eſſe Viduarum donationes quâcunque ex causâ factas Eccleſiis, earumve miniſtris. At (4) Nectarius præfectum publicis confeſſionibus Sacerdotem, licet innoxium, exauthoravit, Ma-

(8) *Socrat. lib. 5. c. 19. Sozom. lib. 7. cap. 16. Niceph. lib. 12. c. 28. Caſſiod. Trip. lib. 9. c. 35.*

(9) *Ubi ſupra, & ann. 390. n. 66.*

(10) *Ubi ſupr. lib. 3. c. 14.*

(11) *d. pag. 22 in Euchol.*

(1) *Vide relatos Socr. Sozom. Niceph. & Caſſiod.*

(2) *Ad an. Chri. 391. n. 66. & ſeqq.*

(3) *L. 7. de Epiſc. in C. Theodoſ. & L. 27. eod.*

(4) *Vide Baron. ad an. Chri. 56. n. 25.*

giſtratumque illum, ne quid in poſterum ſimile accideret, penitùs abolevit. Hæc rei geſtæ narratio, atque hic finis publicæ in Græcia Pœnitentiæ, quam propterea ſæpe ſucceſſor Nectarii (5) Chryſoſtomus ſenſim carpit, ac tacitè. Unde ſtatim, quod conjicio, prodam, affirmaboque, hanc Photianorum corruptelam ex hac publicâ Pœnitentiâ trahere certam originem. Nam, cùm ex (6) alibi dictis, certiſſimum ſit, repulſos ab Ordinibus ſemper fuiſſe eos, quos publicè ſcelerum ſuorum pœnituiſſet, arbitror, cùm adhuc publicæ Pœnitentiæ locus erat, neceſſarium fuiſſe teſtimonium Sacerdotis hujuſmodi Pœnitentiarii, quo ſcilicet affirmaret, candidatum Ordinis publicæ Pœnitentiæ nunquam fuiſſe obligatum, atque adeò eſſe immunem ab Obice, quo maximè ab Ordinibus arcebantur, qui publicam Pœnitentiam ſuſcepiſſent. Id, quod non unâ conjecturâ fultus affirmo. Habeo, cui hanc opinionem meam tribuam, eumque inter Noſtros egregium, Prodromum ſcilicet, quo nemo ex Noſtris priſci moris callidior. Ejus hęc ſunt (7) verba publicam Pœnitentiam explicantis. ἔστι δ' αὕτη ἐμπόδιον κατὰ τοὺς κανόνας μέγιστον χειροτονίας, καὶ παρὰ παλαιοῖς καθημερινόν· ὅταν μετανοεῖν ἑκάστῳ δημοσίᾳ ὁ πνευματικὸς ἐχαρίζετο ἀλόγως. ἐξ οὗ δὴ τὴν μαρτυρίαν πρὶν τοῦ χειροτονῆσαι ᾔτουν οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ περὶ τὴν ἐξέτασιν, διαβεβαιοῦσαν, τὸ μὴ τὸν ἄνδρα μετὰ τῶν ἐν μετανοίᾳ εἶναι. ἄνευ γὰρ ταύτης τῆς μαρτυρίας οὐκ ἀσφαλὴς ἡ χειροτονία τότε, ὅταν πολλοὶ οἱ ἐν μετανοίᾳ· νῦν δὲ οὐ πᾶσι δίδοται δημοσίᾳ μετανοεῖν, καὶ ἐμοῦ ζῶντος οὐδενὶ τοῦτο συνέβη, ὅθεν καὶ ματαία ἡ μαρτυρία. *Eſt autem hæc, obex juxta Canones maximus Ordinum, quotidianus verò penes antiquos, cùm publicè pœnitendi unicuique Sacerdos à Confeſſionibus poteſtatem faciebat. Quare & ante, quàm Ordines conferrentur, Epiſcopi, & ii, ad quos examen pertinebat, teſtimonium expoſcebant confirmaturum, hominem non eſſe in Ordine pœnitentium. Nam ſine hoc teſtimonio intuta videbantur initia Sacra tunc, cùm plurimi in Ordine pœnitentium erant: at nunc non omnibus datur publicè pœnitere, & mea ætate nemini id accedit: quapropter vanum eſt hoc teſtimonium.*

X. Vides, quò hoc teſtimonium Originem referat, quod ſanè tunc, cùm & licebat, & uſurpabatur publica pœnitentia, re cognitâ, beneque perpenſa, nemo non dixerit utile fuiſſe, atque etiam neceſſarium. Quare optimè Taraſius idipſum affirmat, ratus nimirum perbene voluiſſe priſcos Antiſtites, ante quàm manus imponerent, certiorari authoritate Miniſtri, atque ſcripto teſtimonio, eum, qui ad Ordines accedebat, Sacræ infamiæ obnoxium minimè eſſe: quando eo teſtimonio non Arcanum confeſſionis privatæ, & *auricularis*, uti ajunt, ſed publicæ confeſſionis omnibus nota ſolemnitas petebatur. Hæc eſt magni Taraſii ſententia, atque huc revocanda ſunt ſenſa doctiſſimi Patris, rerumque Eccleſiaſticarum peritiſſimi. Si vis etiam hunc in modum libri CP. ſententiam, ſi unquam is extra Margunianam Poeſim fuit, interpretator. Id, quod, ut ex ipſâ mendacitate Margunii, dicta noſtra confirmet, animadverte librum illum ſcriptum aſſeri ſub Apoſtata Juliano, cùm ex

pro-

(5) *Vide hom. 2. in Pſal. 50. Hom. de Pœnit. & Confeſſ. hom. 5. de incõprehenſibili naturæ Dei hom. 4. de Lazar. hom. 31. in Ep. ad Hebr. hom. de Publican. ad c. 18. Luc., & alibi.*

(6) *Reſpon. 3. Sect. 8. n. 11.*

(7) *De Interpret. ad Can. Pœnit. S. Dionyſii Alexãd.*

Digitized by Google

proximè constitutis, adhuc vigebat Constantinopoli mos ille pœnitentiæ solemnis. Is enim, uti diximus, abrogatus primùm est sub Nectario, qui Sacris præesse nostris cœpit Anno Christi CCCLXXXI. obiitq; anno CCCXCVII. Quapropter, si (1) Baronio credimus, is mos in Græcia desiit anno Christi CCCXCI. sexto ante obitum Nectarii; at annus, quo scriptus dicitur codex ille CP. fuit CCCLXIII. vel CCCLXII. primus, aut secundus Juliani: quare scriptus asseritur XXVIII. circiter anno ante, quàm Pœnitentiæ illa solemnitas damnaretur. Ut ex his omnibus pateat, vel ipsa mendacia Margunii communi sententiæ non nocere, quando palam concedimus, olim necessarium fuisse Sacerdotis Pœnitentiarii testimonium, quo scilicet probaretur, ei, qui esset initiandus, nunquam aut imperatum, aut concessum, ut crimina sua Populo patefaceret. Nimios fortasse nos aliquis arbitrabitur, quòd hæc curiosè adeò prosequimur; sed is, si prudens attendat, quò hæc, quæ scribimus, collimen, erit, ut nimiam diligentiam nostram æqui, bonique faciat.

(1) *Vide in Annis hic relatis.*

XI. Collimant autem eò hæc, quæ tradimus, ut liquidò constet, quàm pinguis Photiana sit ignorantia, quæ vetustatis apprimè tenax Græcorum ingenium ad ineptias luctuosè traducit. Occurrit Photianis penes antiquos necessarium Sacerdotis à confessionibus testimonium: Videre deinde illud penitùs à plerisque mox fuisse abrogatum, non sunt passi negligi, aut obsoletum esse, quod priscis moribus probabatur: Quasi verò ex veteri Adagio δουλεύειν χαιρῷ, serviendum non esset tempori; aut ex circumstantiis, quæ bona sunt, in pessima non evaderent. Hinc primus, quod noverim, teste (1) Coressio Michael III. cognomento (2) Summus Philosophorum Anchialensis, Patriarcha CP. anno salutis MCLVII. sub Manuele (3) Comneno hunc morem olim perutilem & nunc verò, ut evici, perniciosissimum, prætereaque ridiculum revocavit ad usum. Quare eum & decreto communiit, quod vide penes (4) Margunium, & ubique, quà licuit, Græcis insinuavit. Nam in Synodo, cujus enumeratos Antistites habes (5) in Codice Juris Græco-Romani, dum de Officio Chartophylacis agit, hęc obiter (6) sancit. ὁ παραχωρῶν ἱερᾶσθαι, οὓς οὐκ αὐτὸς ἐξήτασε· περὶ ὧν οὔτε μαρτύρων, ὡς ἔθος αὐτῷ, παρεστώτων ἐπύθετο, καὶ εἰ χρόνον εἶεν τὸν ὡρισμένον πεπληρωκότες, ὅτι διαμαρτυρίαν περὶ τοῦ βίου τούτων πεποίηται, ἢ τὸ πιστὸν τοῦ ἀξίως τῶν τοῦ ἐπαγγέλματος ἐκ τῆς ἐγγράφου μαρτυρίας τῶν κατὰ πνεῦμα αὐτοὺς ἀποτεκόντων παρείληφε. *Non sinit consecrari, quos ipse non examinavit: de quibus nec testes, ut ipsi mos est, adstantes interrogavit: nec an præfinitos annos nati sint, certior est factus, nec eorum vitam probavit, nec fides sibi facta est ex scripto eorum testimonio, qui illos secundùm Spiritum pepererunt.* Quæ postrema verba nemo non videat callidissimè ad ancipitem sententiam fuisse producta. Cùm enim hoc postremum, quod circa testimonium insinuat, inauditum Græciæ esset; ita illud descripsit, ut dubitari jure posset, an de Sacerdotibus à confessione statueret, an de Patrinis, an de iis, qui hortatu, atque sacra parænesi ad meliorem frugem aliquem convertissent. Ut ex ipso initio corruptelæ facilè æquus rerum arbiter deprehendere queat, inauditum vel Photianis ipsis diu fuisse hoc stolidissimum testimonium, & ex origine, unde deductum est, jure cuilibet veritatis amico liceat constituere, corruptelam hanc Ordinibus per Photianos permissam non nisi dementissimis Photianis potuisse probari.

(1) *In d. Ep. 3. ad Corydal.* (2) *Vide Jus GRo. in serie Patriar. CP. lib. 4. pag. 303. post init.* (3) *Vide Chronol. Freheri ad ann. Chri. 1167* (4) *Not. 4. ad Can. Pœnit. S. Basil.* (5) *Tom. 1. lib. 3. pag. 227. in med.* (6) *Ibid. libr. 3. Tom. 1. pag. 228. in med.*

XII. His omnibus hunc in modum expositis, &, uti licuit, enucleatis, nihil officit grande miraculum, quod è piis latebris Atho Montis per inregrum Ægæum, & Jonium ad nos traducit Margunius. Non officit, inquies, quod palam ostendit Ordinibus testimonium Sacerdotis pernecessarium? Ità sanè, Latinus aliquis dicet, ex recentioribus hisce, qui Græciam rati universim esse Schismaticam nihil obesse putant jactata miracula, quæ fieri in Gręcia à Græcis non posse putant, in quibus nefas esse ducunt post Schisma Sanctimoniam invenire. Sed hæc responsio meo sanè judicio, cùm injuriosa Sanctissimæ Genti sit, inepta item, ac fatua est, & propalam falsa. Etenim, ut sępe diximus, Græcia universim Orthodoxa est, licèt in Græcia non desint Schismatici. Quare penes Nos, quamvis post Photianam perduellionem visa sit manus Domini quodammodò *abbreviata*, non tamen ita, ut Sanctissimos, religiosissimosque viros, atque Aris, templisque ob ingentia prodigia dignos minimè largita sit Græciæ, vel post ipsum dissidium. Certè Stephanus (1) Successor Photii, Antonius (2) Successor Stephani, Euthymius (3) junior Successor Antonii exauthorato Nicolao Mystico, penes Nos jure Divorum honores sunt consecuti, id, quod constat ex (4) Menologio, quem librum nondum pessum dedere Photiani, scribitque ipse (5) Baronius. Post rixam etiam miserrimam (6) Theoctiste Insulam Paron miraculis editis nobilem fecit, Nico (7) Lacedæmoniam, Bracchianos Montes in Asiâ (8) Paulus à Latro, Galesias apud Ephesum Rupes (9) Lazarus Monachus, (10) Nilus, atque (11) Bartholomæus Italiam, Romam ipsam Simeon (12) Armenus, qui virtutum gloriâ, prodigiorum numero, certissimæque exemplis Sanctimoniæ posita inter Photium, ac Cerularium tempora teterrimi Schismatis sacravere, Baronio (13) ipso teste, qui, cùm hæc omnia narret, probetque, videtur equidem scriptorum oblitus, cùm ex Curopalata Michaelis Paphlagonis Energumeni Principis hydropem insanabilem, ejusque Ætatis tum terræ motus, tum ex angina pestilentiam describens: *ita*, (14) inquit, *infelix Orientalis Ecclesia, post quàm se se Schismate à Capite abscidit, donis cælestibus omnibus caruit ita, ut reperire eâ tempestate non fuerit fas quempiam, qui energumenum liberaret, aut miraculum aliquod perpetraret; neque adfuit unus aliquis, qui posset divinam placare iram, cujus tantæ ruinæ erant effectus.* Quæ verba, ut ajunt, acroamaticè dicta si quis benè perpendat, simulque consideret, quàm crebrò etiam Orthodoxos Numen castiget, quin Sanctissimorum

(1) *Vide Curopal. in Leone Sapiente Niceph. Philos. in Orat. Ant. Cauleæ.* (2) *Vide eund. Nicephor. ibid. penes Metaphr. 12. Febr.* (3) *Vide Aretam Or. de trãsl. corpor. S. Eu. penes Bar. ad ann. 911. n. 19. & Curop. in Alexandro.* (4) *Die 17. Maji, & 12. Febr.* (5) *Anno Chri. 888. n. 8. & 9. ann. 890. n. 13. an. 911. nu. 17 et seq.* (6) *Metaph. die 10. Nov. sur. Tom. 6.* (9) *Acta ejusd. Latinè per Sirmundum.* (8) *Act. ejusd. Latinè per Sirmundum.* (9) *Georg. Patriarcha in ejus Vita.* (10) *Vita ejus Latinè reddita à Frideric. Metio apud Bar. & Leon. Host. Chron. lib. 2.* (11) *Acta ejus apud Baron.* (12) *Auctor ejus vitę apud Bar. an. 1016. n. 4.* (13) *An. 902. à n. 2. an. 963. n. 2. & ann. seq. ann. 966. à n. 6. an. 960. num.*

Virorum precibus quidpiam indulgeat, non dicam iniqua (neque enim fas in tanto Viro iniquitatem arguere) sed puerilia, aut certè inconsiderata pronunciabit; quando neque Orientalis Ecclesia à Capite se unquam divulsit, neque quòd aliquando defuerit, quem Deus audiret, exaudiretque, propterea liceat inferre, defuisse pietatem, sanctimoniam, religionem in Græcià, quæ vel post amissam libertatem sanctissimorum virorum manifestissima laude Europam, Asiam, Africam implevit. Vide de hoc (15) Allatium, & Michaelem (16) Justinianum, ex quibus nosces, quàm fatuum sit, quàm ineptum in eos dicere, quos non nosti.

XIII. Igitur rejectâ responsione hac, quâ Prodigium à Margunio propositum reprobatur propter se ipsum, atque in Gentis nostræ contemptum negatur, dicendum est, iis, quæ contra hoc testimonium produximus nihil officere posse miraculum, quia proponitur, & uti proponitur à Margunio solo. Etenim quid falsum Veritati detraxerit, falsumque non simpliciter, uti dicunt, sed omni ex parte? Nam hoc grande prodigium Monachi post obitum redivivi unus omnium hominum narrat Margunius, quantâ fide dignus dicat ipse (1) Coressius, dicat, quisquis hæc nostra legerit, dicant, quicunque unum Notarum in Nomocanonem Proœmium meditatè percurrerint, qua in parte celeberrimi Operis (2) nunc Socratem, atque Palladium hostem Origenis asserit, cùm constet, utrunque (3) fuisse Origenistam: nunc Josephum Antiquitatis Judaicæ scriptorem Cretensem (4) facit, cùm ex ipso (5) Josepho certissimum sit, ductam ab eo quidem uxorem in Cretâ insulâ, hebræum tamen eum, & Origine, & Patria fuisse: nunc (6) Augustino Pelagianas tribuit sententias, qui Pelagianam (7) hæresim profligavit: nunc (8) Hieronymum Silvestro synchronon, amicum Eusebii Cæsariensis, & Nazianzeni Magistrum dicit, cujus tamen ille se discipulum (9) autumat, Damaso (10) æqualis, Silvestro centum annis, ac totidem Eusebio (11) posterior, atq; hujus ubique hostis (12) accerrimus. Sexcenta darem ex erudito illo Proœmio, si calamus ad finem non festinaret, risum, ac stomachum peritis historiarum factura. Hæc tamen abundè fuerint ad ostendendam fidem Margunii, quo uno authore prodigium redivivi Monachi nititur fucum facere Veritati. Neq; enim quòd ex Anecdotâ Annę Comnenæ historiâ hæc tradita Margunius dicat, aliquid confert Margunianæ authoritati confirmandæ. Vir mendax mendacium prolaturus in medium fidem ab Anecdotis mutuabatur, quæ tandem typis concessa eandem planè profligant; quando in totâ Alexiade, ne verbum quidem reperire est, quo tantum prodigium confirmetur. Adde, quod usuvenit scelestis mendaciis, ut rarò felicia sint, hoc ipsum Margunianum ipsâ authoritate, cui nimirum cautum innititur, undequaque labefactari. Nam, cùm hoc lepidum, poeticumque miraculum contigisse Philotheo Patriarcha dicatur, ab Annâ nostrâ descriptum dicitur, quæ filia Alexii (13) Comneni Cæsaris CCLXXX. circiter annis ante Philotheum vixit. Etenim anno reparatæ Salutis MLXXXII. Annæ pater Alexius imperabat, Philotheus verò sub Joanne Palæologo, Anno Christi MCCCLXII. Constantinopolitanas Infulas iniit. Adeò à proximo desumptus est tam bellus Anachronismus, atque adeò validè confirmatur historia tam turpi, stolidoque mendacio subsignata!

XIV. Porro quis unquam sibi persuadeat, si unquam tale, tantumque prodigium vel in Atho Monte, vel sub Philotheo contigisset, à nullo ejus ætatis (fuere autem eâ ætate in Græciâ plurimi) Scriptore fuisse propositum? nullo monumento publico fuisse in eâ Peninsulâ posteritati transmissum? Certè qui sacras illas rupes, & ex horrore asperrimæ disciplinæ speciosas Cœnobitarum Urbes accuratissimè descripsit (1) Coressius, cùm plurima sacerrimæ Vetustatis exempla commemoret per Chronologiam, atque inter illa celeberrimum illud, hoc tamen minus, quod ex Coressio narrat etiam Nicolaus (2) Bulgarus: cùm nimirum Virgo Deipara manu propriâ Domestico (nomen dignitatis est sacræ) Alexandrini Patriarchæ Gregorii numum aureum, qui nunc etiam imagini Virginis in laurâ Montis Atho affixus visitur, largita est pretium decantati suavissimè hymni, quem à Callisto Pontifice decretum Liturgiæ Basilii, ejus Successor Philotheus vir temerarius abrogaverat. Cùm, inquam, hoc & alia plurima describat, laudet, ac penè non Oratorium in morem Coressius exaggeret, de mirâ hac Anastasi Monachi ne verbum quidem. Dic sodes, docte Marguni, num hæc cùm scriberes ad Trophonium somniaveras? num hæc cùm ederes, stipites futuros lectores cum Speusippo censueras? num denique cùm hæc effutires agresti plebeculæ, Græcos Photianis haud absimiles reputabas? Qui nimirum crederent, quæ nullâ authoritate traduntur, reciperent, quæ nullo monumento firmantur, probarent, quæ te solo Authore dicta mera, ac pura, puta mendacia censenda sunt? Redivivum ostentas Monachum octogenarium, ac vitæ asseris non aliam ob causam restitutum, nisi, ut à Sacerdote exhomologetâ testimonium reciperet necessarium initiandis. At, quî octogenarius Silicernio vivum adhuc eum Sacerdotem invenire poterat, à quo testimonium illud debebatur? Non enim à quocunque spiritali Patre necessarium dicitis hoc testimonium, sed latum ab eo, qui ante Ordines mox admovendum Ordinibus perspexerit, rimatus sit. Addis, Octogenarium Hieromonachum virum doctum, & pium penè Inferorum pœnis non addictum, quod hujusmodi testimonium neglexisset. At si testimonium hoc necessarium adeò, quî hic initiatus est sine illo? Quî vir ætate, Sapientiâ, & pietate conspicuus toto vitæ tempore ad æternæ Salutis aleam collaturum adeò testimonium neglexit? Quî non morti proximus saltem, ut olim Clinici Baptismum, hoc testimonium omni Sacramento necessarium magis non petiit? Quæ ista sapientia, quæ habendæ Saluti necessaria prorsus ignorat? Aut quæ pietas, quæ ne eorum quidem satagit, sine quibus Deo frui post mortem non licet? Describis post fata contendentem ad sinum Sanctorum Patrum, inde repulsum, precibus Deiparæ Virginis revocatum ad Superos, ut peteret

ult. ann. 976. n. 5. an. 1016. n. 4. ann. 1044. n. 4.
(14) *An. Christi 1039. n. 2.*
(15) *Vide lib. 3. de Consens. passim.*
(16) *In Chio. Sacra.*

(1) *Vide Proœm. Schol. in Synops. Nili.*
(2) *Vide Socr. lib. 8. cap. 15. Bar. ann. 400. n. 52. ann. 402. n. 11. 17.*
(3) *Vide Hieron. in proœm. advers. Plag. Epiph. Ep. ad Jo. Hierosol. Bar. ann. 388. nn. 103. & 107.*
(4) *In d. proœm. post med.*
(5) *In vita Josephi ab ipso conscrip.*
(6) *In d. proœm. longè post med.*
(7) *Vide Aug. Ep. 99. et 98. & tract. de pecc. origin. de dono persever. & alibi sæpe.*
(8) *In d. proœm. circa fin.*
(9) *Ep. ad Pammach. contra Ruf. Ep. 51. advers. Jovini. lib. 1. de Script. Eccl. in Gregor. Naz.*
(10) *Vid. Ep. 11. ejus, et 99.*
(11) *Bar. ann. 420. n. 39.*
(12) *Vide eund. de Scrip. Eccl. in Euseb. Cæsar.*
(13) *Vide Freher. Pan in Chron. ad eum annum Bar. ibid.*

(1) *In libell. de sacro Mõte Atho. & Laura.*
(2) *In Catechesis. de Megalinario Deiparę pag. 165. in fin.*

ret testimonium; sine quo æternam Salutem consequi Sacerdos; Clericusve non potest. Quantæ in tam paucis verbis ineptiæ! Hanc unam considero. Vel caruisse hoc testimonio piaculum fuit, vel non fuit in decrepito Monacho? Si piaculum nullum fuit, quò dicas eum à sinu Patrum repulsum, revocatumque ad vitam, ut illud acciperet, quo sine censebatur innoxius? Si piaculum illud fuit, dic fuisse sacrilegium, dic hæresim, dic Apostasin, dic Idololatriam; quò eum ad vitam revocas, nec adigis ad Pœnitentiam tanti criminis! imò quò frustra restituis vitæ, quem poteras precibus fusis Erebo eripere, licèt damnatum? Nam hoc alibi docuit, ut in loco vidimus, noster Margunius, atque in sinum Patrum iterum per vim precum Sacrarum invehere? Quid opus fuit Deiparæ Virgini, fessum annis hominem ægro corpori redonare, si te teste, te authore, non Virgo tantùm Regina Virginum, sed Thecla, Gregorius Dialogus, Methodius, & Theodora Falconillam, Trajanum, Theophilum, damnatos licèt, æternoque addictos supplicio precibus eripere potuerunt?

SECTIO X.

An Piorum hominum animi, ante generale Judicium, Dei conspectu, plenâque Beatitate fruantur?

SUMMARIUM.

I. *Scopus Margunii mentientis in relato Prodigio. Occasio agendi de Beatitate Divorum. Hanc à tota Græcia affirmari: etiam à Photianis, quorum pauci oppositum sensere, ut & aliqui Latinorum, quorum reliqui pro Beatitate stantes enumerantur.*

II. *Ignatii Martyris testimonium pro Beatitate Sanctorum latè proponitur, & explicatur. Discrimen Intelligentiæ, & Voluntatis operantium.*

III. *Testimonium Dionysii Areopagitæ. Descripta ab illo piorum bona post mortem idem constituunt. Justini locus, aut alius antiqui proponitur.*

IV. *Ejusdem Justini locus certus idem apertè confirmans recipitur à Philadelphiensi Severo. Additur testimonium, & apocryphum, & certum Athanasii, multiplex Basilii, Gregorii Nazianzeni, & Gregorii Nysseni.*

V. *Proponitur locus multiplex ad idem Eusebii Cæsariensis; itidemque Chrysostomi testimonium à Photianis receptum.*

VI. *Ejusdem aliud testimonium, Epiphanii, Cyrilli Utriusque, Theodoreti, Anastasii Sinaitæ, Jo. Damasceni, Andreæ Cretensis, aliorumque etiam Photianorum.*

VII. *Objectiones Margunii proponuntur depromptæ ex Paginis Sacris, & SS. Patrum effatis. Denique ejusdem ratio proponitur ex opinione communi Græcorum negantium Deum à Creatura videri posse.*

VIII. *Exponitur, & refellitur Severi Philadelphiensis mendacium. Theologorum quæstio utrum Beatorum animi ante generale Judicium perfectè videant Deum. Quot, quantique hinc inde steterint.*

IX. *Utraque Theologorum sententia præsidium sibi petit ab Augustini verbis, Utraque laudatur, eligitur tamen affirmans.*

X. *Quid Græci intelligant, cùm negant, Deum videri à Creatura posse. Refellitur inconstantia dolosa Margunii, & Palamæ hæresis à Massilianis, & Anthropomorphitis deducta. Creatura Deum non comprehendit videndo. Hunc esse sensum Græcorum ex Coressio. Beatitas una in Visione Dei.*

XI. *Respondetur Objectioni petitæ à Sacris Paginis. Quanta in eis ignorantia Photianorum appareat. Perfecta merces homini datur post generale Judicium. Explicatur difficilis locus Apocalypsis; Ostenditurque, nos similes futuros Christo post Generale judicium, quòd erimus beati animo, & corpore.*

XII. *Respondetur objectioni petitæ à verbis Pauli, & mos geritur petitioni Margunianæ, cui explicatur ratio, qua Patres dicuntur, non accepturi repromissiones ante nos, & ex verbis Pauli Orthodoxa sententia confirmatur.*

XIII. *Respondetur difficultatibus petitis è Patrum sententiis, & primò explicantur Irenæus, & Origenes.*

XIV. *Explicantur sententiæ Chrysostomi, & aliorum etiam Photianorum, aut dubiæ fidei, ut intelligantur de perfecta Beatitate animæ simul, & corporis, sive hominis totius.*

XV. *Refellitur ratio à Margunio proposita; simul comprobatur Orthodoxa sententia ex libris Ecclesiasticis Græcorum, queis una Photiani, ac Græci hodieque utimur.*

XVI. *Adnotantur loca aliquot Anthologii, & Horologii, quæ à Græcis, & Photianis perpetuò recitata sententiam Orthodoxam palam fatentur, ac celebrant.*

XVII. *Castigatur ultimò furor Margunii, & producitur testimonium Severi Philadelphiensis Photiani pro hac sententia: qua toti Operi finis imponitur.*

I. SEd Eccam rationem ipsam; ob quam hæc stolidè pariter, impièque mentitur Margunius. (1) γνώριζε, ait, ἐκ τούτων κἀκεῖνο, ὅτι οἱ ἅγιοι δὲν θεωροῦσι τὸν Θεὸν, ὡς διδάσκει ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία, καταδικάζουσα ἐκεῖνα, ὅσα ληροῦντες λέγουσιν οἱ Λατῖνοι. *Nosce ex his & illud, à Sanctis non videri Deum, uti docet Orientalis Ecclesia contra ea, quæ desipientes affirmant Latini.* Hæc finis pervicacissimæ Controversiæ: hoc momentum corruptelæ defensæ, hic scopus concepti, narratique mendacii. Equidem hìc ego decreveram fessum scribendo calamum ponere, elaboratumque subcisivis horis anni nondum integri Opusculum terminare, quando nec de præpedimentis Ordinum aliquod superest explanandum, & de Examine ipso adhibendisque in Examine probationibus abunde dictum est, ut jure lector æquus censere queat, executos nos Prognosticon Ordinum, sive my-

(1) d. nota 2. in Can. Pœnit. S. Basil.

(2) In c. 23. Luc. in illa ver. hodie mecum eris in Paradiso, & in c. 16. Luc.

(3) In Antirrh. & apud Genad. in demonstr. 4. cap. De cr. Flor. Sect. 3. post med.

 sta-

stagogicas Prænotiones; quas in Operis fronte promisimus: Verùm enimverò amor ille Gentis meæ, immensaque ejusdem dilectio, quæ me, ut hæc scriberem, atque hæc ita scriberem, perpulit, dicam veriùs, adegit, hoc scilicet in loco efficaciùs exigit, ut refutato iterum Margunio calumniam, quam contra Ecclesiam nostram propudiosè comminiscitur, quàm brevissimè quivero, licebitque, refellam. Medius fidius si quid unquam Ecclesiæ nostræ familiarissimum, Patribus nostris constitutissimum, Græciæ certissimum, hoc dogma est, hæc assertio, hæc pia, planèque invicta credulitas, ut piorum animos ab omni corporis contagione solutos Beatorum adscribi putent Ordinibus; Choris Angelorum interesse, conspectu adorandæ Divinitatis frui, totiusque ejus Beatitatis compotes esse, cujus capax est animus à corpore separatus. Neque hæc sententia Græcis tantùm in Græciâ recepta est, eam etiam Photiani recipiunt. Nam Euthymio (2) Zigabeno, & Marco (3) Ephesio exceptis notissimis Photianorum Doctoribus, qui palam contrarium asseruere, cæteri omnes hoc dogma Fidei vel dissimulant, vel affirmant. Id tamen quid obstat, quin dicamus, ipsos etiam Photianos nobiscum esse; quando, quamvis aliqui Latinorum, (4) Tertullianus nimirum, (5) Lactantius, (6) Victorinus, & novissimè (7) Joannes XXII. aliquando consenserint Margunio, tamen Ecclesia Latina communi cum Græcâ suffragio hanc veritatem semper amplexa est: Ut tamen hæc omnia Nostris perspicua sint, convellaturque unà cum Calumniatore Margunio, miraculo falsissimo fides, id, quod asserui Genti nostræ, testimonium scilicet veritati collatum, acriterque retentum probabo tum authoritate Nostrorum, tum verbis ipsis Ecclesiæ nostræ, piorum statim post mortem Beatitatem, quæ ex ipsa Dei viventis, videntisque, ac visi facie felicissimè carpitur, Græciæ fuisse semper constitutissimam, certissimamque. Atque hoc absolvit me sanè onere rei ejusdem probandæ Latinis testibus, quorum dicta, si fas, aut utile esset, in medium producere, darem hoc ipsum palam testatos (8) Cyprianum, (9) Hilarium, (10) Ambrosium, (11) Hieronymum, (12) Augustinum, (13) Leonem, (14) Gregorium, & (15) Bernardum, quos recipit, veneraturque Margunius, itidemque (16) Prudentium, (17) Paulinum, (18) Prosperum, Maximum (19) Taurinensem, (20) Fulgentium, (21) Primasium, (22) Bedam (23) Aymonem, (24) Anselmum, quos Margunius unus non novit, viros & Sanctimonia, & sapientia notissimos. Sed non ejus satagimus, ut rem non nisi Calvinianis, ac Margunio incertam probemus, id agimus, ut à calumnia Græciam vindicemus, ostendamusque, Orthodoxam sententiam omni Ævo Græciæ fuisse certissimam: nullum unquam ex Græcis inficiatum, pias animas Dei conspectu frui paucos etiam ex Photianis, eosque non certa sententia oblocutos Veritati votis receptæ communibus: atque in summa, hanc hæresim, hanc Deo, sanctisque injuriosam opinionem non Ecclesiæ Orientalis, sed unius tantùm fuisse Margunii.

(4) Lib. 4. in Marcio.
(5) Lib. 7. c. 21.
(6) In c. 6. Apocal.
(7) Vide Okam. in Oper. 93. dier. Adrian. in 4. de confirm. cir. fin. Eras. in præfat. ad 5. lib. Iren. Gers. Tom. 4. Ser. de Pascha. Jo. Villan. lib. 11. hist. c. 19.
(8) Lib. de exhor. Marty. c. ult. & Ser. de immort. & lib. 4. Ep. 2.
(9) In Psal. 60. 64. & 124.
(10) Lib. 7. Ep. 29. ad Thessal. lib. 10. Ep. ult. in c. 1. Ep. ad Philipp.
(11) Ep. ad Marcell. de obit. Lesi, & in Epist. Nepot. Paul. & Blæsil.
(12) Lib. 12. in Gen. c. 34. de Civit. lib. 20. c. 13. I Psal. 116. in medit. c. 22.
(13) Serm. de S. Laurent.
(14) Lib. 4. Dial. c. 25. & Psal. 1. Panit.
(15) Ep. ad fratr. de Hiber. post serm. omn. Sāc. Serm. de

II. Primò igitur Majores nostros pro Beatitate piè defunctorum hominum stetisse, productis omnibus docuit (1) Bessarion, & post Bessarionem (2) Gennadius, ex quibus non nominatis more suo (3) Bellarminus omnia desumpsit, cujus nos exemplum secuti, ex infinitis, quæ profert Bessarion, hæc pauca producimus: neque enim hìc, nisi obiter, impugnandus Margunius est, quem Majores nostri jam ante damnarunt. Nam in primis Ignatius (4) Martyr: *aqua*, inquit, *viva manens in me intrinsecus dicit mihi, veni ad Patrem*. Ὕδωρ δὲ ζῶν ἀλλόμενον ἐν ἐμοί, ἔσωθέν μοι λέγει, δεῦρο πρὸς τὸν πατέρα. Quæ verba nihil aliud innuunt, nisi desiderium ingens moriendi pro Christo, pro quo obitam mortem profectionem vocat ad Patrem; at si Piorum animæ post obitum ad somniatum per Photianos sinum abirent, jam non irent ad Patrem, sed aliò, ubi non magis Pater est, ac hìc, ubi vivimus. Quò igitur hoc desiderium in Ignatio abeundi ad Patrem, si abiens ad Patrem, æquè abfuisset à Patre, ac aberat, cùm ire ad Patrem desiderabat. Hinc desiderii sui scopum enucleatiùs describens: *Sinite (5) me, ait, puram lucem aspicere; illuc perveniens homo Dei ero:* Ἄφετέ με καθαρὸν φῶς λαβεῖν, ἐκεῖ παραγενόμενος ἄνθρωπος Θεοῦ ἔσομαι. Et (6) mox: *miserabilis sum nunc, donec Deum merear adipisci*. Ἀλλ' ἠλέημαί τις εἶναι, ἕως ἂν Θεοῦ ἐπιτύχω. Quî *adipisci* Deum petebat? An per Gratiam? At sic jampridem Deum erat adeptus. Per præsentiam Divinitatis immensæ? At adhuc vivens præsens Deo præsenti erat, in quo est, quidquid est, inquo (7) ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν; *vivimus, movemur, & sumus*. Scilicet non aliter adipisci Deum optabat, quàm per animi beatissimam voluptatem Deum nempe videntis, contemplantisque, ac contemplatione ipsâ felicis. Quâ ratione vir plane Theophorus, ac proinde Theologus: ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ: *ex abundantiâ cordis os loquitur*; authore (8) Christo: asserit fore, ut Deum adipiscatur: neque enim animus aliter Deum adipiscitur, quàm eum cognoscendo, videndoque. Hoc inter duas illas animi principes facultates, Intelligentiam, ac Voluntatem interest; illa, quæ cognoscit ad se se trahit, hæc iis trahitur, quæ amat, illa intelligendo fit omnia, hæc amando transit ad omnia, Illa suum facit, quod videt, hæc iis se donat, quæ diligit. Nam quæ cognoscuntur, videnturque, in cognoscente sunt vi repræsentationis, quam opportunè *vitalem* dicimus, quòd in viventibus esse dumtaxat potest: at quæ amantur, extra amantem sunt adeò, ut à se ipso amantem animum abstrahant vi amoris invictâ, qui proinde dicitur extasim facere, quòd amantem procul à se ipso peregrinari cogat, ut jucundissimè habitet in amato. Egregiè igitur Ignatius, ubi asseruit doctissimè, post mortem felicissimè obitam, transiturum se ad Patrem, ut assereret alteram partem Beatitatis, quæ in ipsâ visione Dei est, mox affirmat fore, ut post obi-

(1) In Epist. 1. ad Gennad. per tot.
(2) In demonst. 4. Cap. Decreti Floren. per tot.
(3) Tom. 2. Contr. 4. de Eccl. Triumph. lib. 1. c. 4. per tot.
(4) In Epist. ad Romanos.
(5) Ibid. inferiùs.
(6) Ibidem paulo post.
(7) Actor. c. 17. nu. 28.
(8) Mat. c. 12. nu. 34.

S. Malach. Ep. 266. ad Sugerium. Ser. de obit. Uberti. (16) In Car. de B. Agnete. (17) Natali 3. de S. Felice. (18) Lib. 1. de Vit. contempl. c. 1. (19) Hom. in Euseb. Vercell. (20) Serm. de S. Stephano. (21) In c. 9. ad Epist. ad Hebr. (22) In c. 6. Apocal. (23) In d. c. 6. Apocal. (24) In 2. ad Corinth. c. 5.

obitum, Deum ipsum adipiscentur, quo indicet, segregatum à corpore animum visurum Dei faciem ipsius, quâ visione, & non aliter, animus adipiscitur Deum.

III. Verùm hæc Ignatius doctis edisserit non intelligenda rudibus Photianis, quare clariùs Areopagites (1) Dionysius piorum à proximo in morte felicissimam vitam auspicantium conditionem describens: *norunt*, inquit, *profectò, se totos percepturos exactissimam ad Christi speciem requiem, cùm ad præsentis vitæ finem pervenerint, viamque ad immortalitatem suam è vicino jam clariùs intuentes Divinitatis laudant munera, divinâque lætitiâ gestiunt, non jam ad deteriora conversionem metuentes, sed parata bona se firmiter, perpetuòque habituros probè noscentes, &c.* Ἀλλ' ὅλως αὐτοὺς ἀπολήψεσθαι τὴν χριστοειδῆ λῆξιν εἰδότες, ὅταν ἐπὶ τὸ πέρας ἔλθωσι τοῦ τῇδε βίου, τὴν εἰς ἀφθαρσίαν αὐτῶν ὁδὸν ὡς ἐγγυτέραν ἤδη γεγενημένην ἐμφανέστερον ὁρῶσι, καὶ τὰς δωρεὰς τῆς θεαρχίας ὑμνοῦσι, καὶ θείας ἡδονῆς ἀποπληροῦνται, τὴν ἐπὶ τὰ χείρω τροπὴν οὐκέτι δεδοικότες, ἀλλ' εὖ εἰδότες, ὅτι τὰ κτηθέντα καλὰ βεβαίως, καὶ αἰωνίως ἕξουσι. Sic Atheniensis Theologus, in cujus verbis, velim, Photiani considerent, affirmari statim ab obitu animos immortalitatem auspicari. Quæ assertio de immortalitate nativâ animorum, aut de corporis immortalitate non potest intelligi; quando post obitum non statim corpus fit immortale, nec post obitum animus naturalem immortalitatem nanciscitur aliunde immortalis etiam in hac vitâ mortali. Quò fit, ut ea assertio sit de Beatitate, quam ritè dixeris perennem animæ vitam. Hinc eodem (2) in libro, ubi dixit piorum animas in regionem vivorum deduci in sinum Abrahæ, Isaac, & Jacob, statim, quid sint hæc, explicat acutissimè dicens. *Ista, ut reor, sunt perspicuè Beatissima Sanctorum præmia. Quid enim immortalitati perfectæ, omnique tristitiâ vacuæ, ac plenæ perpetui luminis conferri possit? Licet multum sanè promissiones illæ sublimiores nostrâ mente sunt, quæ vocabulis nobis congruis designantur, longè tamen inferiores earum re, & veritate appellationes habent. Verum enim profectò illud existimandum eloquium est, quod oculus non vidit, auris non audivit, in cor hominis non ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se, &c.* Ταῦτα μὲν οὖν, ὡς οἶμαι, δῆλα, τὰ τῶν ἁγίων μακαριώτατα γέρα. Τί γὰρ ἂν γένοιτο τῆς παντελῶς ἀλύπου, καὶ φωτοειδοῦς ἀθανασίας ἰσόρροπον; εἰ καὶ τὰ μάλιστα ταῖς ἡμῶν ἀναλόγοις σημασίαις, αἱ πάντως ὑψηλοτέρας τὰς ἐπαγγελίας σημαινόμεναι τῆς πραγματικῆς αὐτῶν ἀληθείας ἀπολειπούσας ἔχουσι τὰς ὀνομασίας. Ἀληθὲς γὰρ εἶναι τὸ λόγιον οἰητέον, ὅτι ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Hæc descriptio bonorum, quæ statim ab obitu piorum animæ consequuntur, quid aliud indicat, quàm perfectissimam illam Beatitatem, quæ in ipsa contemplatione Dei sita est. Etenim, quidquid citra hanc potest excogitari, non illud est, quod cogitationes hominum, cordiumque desideria omnium superat: non illud est, cui par, explicaturaque rei veritatem appellatio imponi non potest: non illud est, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis unquam ascendit. Sequitur Dionysium (3) Justinus ille Martyrum nempe Philosophus, apertiùs idipsum constituens. Si tamen is locus, quem damus, Justini est, nam de hoc cùm (4) Græci non dubitent, jure Bessarion (5) dubitat, & ex eo (6) Bellarminus. *Post animi à corpore excessum*, inquit, *fit bonorum, malorumque distinctio* (arrigant aures Photiani, qui hunc locum (7) recipiunt, licèt, ut solent, detruncent: arrigant, inquam, aures, si possunt, desinantque Judicium peculiare contemnere, somniumque Latinorum putare) *fit*, inquit, *bonorum, malorumque distinctio: ducuntur enim ad loca, quæ eis digna sunt ab Angelis: bonorum quidem animi ad Paradisum, ubi consuetudo est Angelorum, & Archangelorum, visio verò etiam Servatoris Christi ex his verbis, peregrinari autem à corpore, & præsentes esse ad Dominum. Improborum autem ad inferorum loca.* μετὰ τὴν ἔξοδον τοῦ σώματος ἔξωθεν εὐθὺς γίνεται τῶν δικαίων, καὶ ἀδίκων ἡ διαστολή. ἄγονται γὰρ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς ἀξίους αὐτῶν τόπους εἰς τὸν παράδεισον, ἔνθα συντυχία καὶ θέα ἀγγέλων, καὶ ἀρχαγγέλων, καθ' ὀπτασίαν δὲ καὶ τοῦ σωτῆρος χριστοῦ: κατὰ τὸ εἰρημένον, ἐκδημοῦντες ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημοῦντες πρὸς τὸν κύριον. αἱ δὲ τῶν ἀδίκων ψυχαὶ εἰς τοὺς ἐν τῷ ᾅδῃ τόπους.

IV. Eadem eodem in Opere (1) alibi Justinus, & mox (2) cùm objiceretur ab Ethnicis, quorsum dicamus deductum ad Paradisum Latronem, qui dicimus ante postremam Anastasim nulla esse præmia meritorum; constanter postremum hoc negat, asseritque, hanc ipsam felicitatem luculentissimis verbis, quæ ad ipsum Photianus homo Philadelphiensis (3) Severus attulit, amicus quidem, & peramicus Margunii, non tamen in hoc adeò delirus, ut hæc manifesta, totique Græciæ, ut mox patebit solemnia, sit ausus inficiari. Hinc eandem Græcam sententiam, quam (4) Bessarion ex (5) Irenęo subobscurè, fusè ex Platonica (6) Origenis Philosophia, & validissimè comprobat, ex tributis Athanasi ad Antiochum capitibus (7) firmat. Sed non indiget apocryphis testibus Veritas, quam (8) Athanasius ipse constituit, narrans visam ab Antonio Ammonis animam Angelorum stipatam obsequio inferri Cœlo. Quid Basilius? nonne ad triumphalem Martyrum Quadraginta cohortem Orationem convertens. *Vos*, (9) inquit, *non terra occuluit, sed cœlum suscepit: apertæ sunt Vobis Paradisi portæ.* ὑμᾶς οὐ γῆ κατεκάλυψεν, ἀλλ' οὐρανὸς ἀνεδέξατο. ἀνεῴχθησαν ὑμῖν παραδείσου πύλαι? Nonne Gordii Martyris certamen inclytum ineuntis affectum (10) describens; *erat*, inquit, *affectus, non ut qui in lictoris manus deventurus esset, sed velut Angelorum manibus se ipsum commissurus, qui statim ipsum mactatum assumptum ad beatam vitam translaturi essent?* διέκειτο γὰρ οὐχ ὡς δημίῳ ἐνδέξασθαι μέλλων, ἀλλ' ὡς ἀγγέλων χερσὶ ἑαυτὸν παραδιδοὺς; οἱ αὐτὸν εὐθὺς νεοσφαγῆ παραλαβόντες πρὸς τὴν μακαρίαν ζωὴν μετέθηκαν, ὥσπερ τὸν Λάζαρον. Clariùs elegantissimus Nazianzi (11) Theologus in apostrophe ad ipsum Basilium.

Tu,

(1) De Eccl. Hierarch. c. 7. p. 1.
(2) d. c. 7. p. 3.

(3) In Quæst. Græcis ipsorum responsion. qu. 75.
(4) Vide Justim. Græc. Sapien. in Justino Bell. & Labb. de Scriptor. Eccl. in Justino.
(5) d. Ep. 1. ad Gennad.
(6) De Script. Eccl. in Just.
(7) Vide Severum in 4. Differ. pag. 50. à lin. 10.

(1) Quæstio. 60.
(2) Quæst. 76.
(3) different. 5. pag. 55. lin. 29. & seqq.
(4) d. Ep. 1. ad Gennad.
(5) Lib. 1. c. 2.
(6) Lib. 2. Periarchon. c. ult.
(7) d. differ. 5. pag. 55. lin. 33.
(8) De Vita S. Antonii.
(9) Hom. in 40. Martyr.
(10) In Orat. de Gordio Martyr.
(11) Orat. in Funere S. Basil.

Tu, ait, obiter è Cœlo nos aspice, & datam mihi venum debilitatem, & articulorum dolorem, vel jube discedere, vel adjuva, & hortare, ita me æquo animo ferre, ut hinc demum discedentem in æterna tabernacula recipias, & Beatam Trinitatem eo, quo est, modo tecum pariter contemplari valeam. Σὺ δὲ ἡμᾶς ἐποπτεύοις ἄνωθεν, ὦ θεία, καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, καὶ τὸν δεδομένον ἡμῖν παρὰ θεοῦ σκόλοπα τῆς σαρκὸς, τὴν ἡμετέραν παιδαγωγίαν ἢ στήσαις ταῖς σεαυτοῦ πρεσβείαις, ἢ πείσαις καρτερῶς φέρειν. καὶ τὸν πάντα βίον ἡμῖν διεξάγοις πρὸς τὸ λυσιτελέστερον. εἰ δὲ μετασταίημεν, δέξαιο κἀκεῖθεν ἡμᾶς ταῖς σεαυτοῦ σκηναῖς, ὡς ἂν ἀλλήλοις συζῶντες, καὶ συνεποπτεύοντες τὴν ἁγίαν, καὶ μακαρίαν τριάδα καθαρώτερόν τι, καὶ τελεώτερον, ἧς νῦν μετρίως δεδέγμεθα τὰς ἐμφάσεις. Similia clarissimè docet, ubi (12) Gorgoniam laudat sororem, & Martyrem (13) Cyprianum: nec dissentit (14) Gregorius Antistes Nyssæ. Is enim Ephremum illum Syræ Sanctitatis miraculum laudans, decretumque illi post mortem locum describens: *in cœlestibus tabernaculis, ait, animus illius consedit, ubi sunt Ordines Angelorum, ubi Patriarcharum populi, ubi Throni Prophetarum, ubi sedes Apostolorum, ubi gaudia Martyrum, ubi piorum lætitia, ubi Doctorum splendor, ubi primogenitorum cœtus, ubi puræ lætantium voces.* δῆλον ἐν σκηναῖς οὐρανίοις, ὅπου τάξεις Ἀγγέλων, ὅπου δῆμοι Πατριαρχῶν, ὅπου χοροὶ Προφητῶν, ὅπου θρόνοι Ἀποστόλων, ὅπου χαρὰ τῶν μαρτύρων, ὅπου ὁσίων εὐφροσύνη, ὅπου διδασκάλων λαμπρότης, ὅπου πρωτοτόκων πανήγυρις, ὅπου ἦχος καθαρὸς τῶν ἐκεῖθεν ἑορταζόντων. Et paulo post eundem sic alloquitur: *Tu verò divino assistens Altari, vitæque participi, & Sacrosanctæ unà cum Angelis Sacrificans Trinitati omnium nostrum recordare, nobisque peccatorum veniam impetra.* Σὺ δὲ τῷ θείῳ παριστάμενος θυσιαστηρίῳ, καὶ τῇ ζωαρχικῇ, καὶ ὑπεραγίᾳ λειτουργῶν σὺν Ἀγγέλοις τριάδι μέμνησο πάντων ἡμῶν, αἰτούμενος ἡμῖν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν. Eadem affirmat (15) laudans Macrinam sororem.

(12) *Orat. in Gorgoniam.*
(13) *Orat. in Cyprian. in fin.*
(14) *Orat. in S. Ephrem.*
(15) *In Epitaphio Macrinæ.*

V. Omiseram & Eusebium Cæsariensem, cujus testimonium licèt non admodum collaturum censeam veritati, quippe Arriani, referendum tamen est, ne qui tanti fit à Margunio, à quo (1) Athanasii commilito dicitur, cùm hostis acerrimus fuerit, oppugnando Margunio non inutilem operam præstet. Is porro cùm passim afferat, piorum animos ad Cœlum à morte migrare, singillatim de Virgine Potamiena sic (2) refert: *hoc modo beata Virgo emigravit è terris ad Cœlum*: & (3) alibi docet, Polycarpum per mortem immortalitatis præmia jam adeptum. Quæ porro præmia immortalitatis animus naturaliter immortalis adipisci post hominis Obitum queat, nisi quæ in Beatitate donantur? Adeò vel Arrianis in Græciâ certum, quod impugnat Photiana dementia. Jam Joannes (4) Chrysostomus, quem sententiæ suæ Patronum somniatur Margunius. *Si cogitatio, inquit, illorum, quamvis obscura sit, tantam suppeditat voluptatem, cogita, quantam lætitiam allatura sit manifesta comprehensio. Beati, & ter beati, qui illis fruuntur bonis, sicut & miserabiles, & miserrimi, qui hisce contraria sustinent.* Εἰ γὰρ ἡ ἔννοια αὐτῶν, καίτοιγε ἀμυδρὰ πῶς οὖσα, τοσαύτην παρέχει τὴν ἡδονὴν, ἐννόησον, ὅσην αὐτὴν ἡ πεῖρα ἡ σαφὴς οἴσει τὴν εὐφροσύνην ἡμῖν. Μακάριοι, καὶ τρισμακάριοι, καὶ πολλάκις τοῦτο οἱ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύοντες ἐκείνων, ὥσπερ οὖν ἐλεεινοὶ, καὶ τρισάθλιοι οἱ τἀναντία ὑπομένοντες. Id, quod apertiùs (5) alibi dixit his clarissimis verbis: οἱ ἁμαρτωλοὶ, ὅπου ἂν ὦσι, πόῤῥω τοῦ βασιλέως εἰσὶ, διὰ τοῦτο δακρύων ἄξιοι. οἱ δὲ δίκαιοι εἴτε ἐνταῦθα, εἴτε ἐκεῖ, μετὰ τοῦ βασιλέως, κἀκεῖ μᾶλλον, καὶ ἐγγύτερον, οὐ διὰ εἰσόδου, οὐ διὰ πίστεως, ἀλλὰ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. *Peccatores, ubi ubi fuerint, procul à Rege sunt, atque ideò digni, qui fleantur: at justi, sive hic, sive ibi, cum rege sunt, atque ibi magis, non per ingressum, non per fidem, sed facie ad faciem.* Auditis Photiani, quid Magnus Chrysostomus censeat, quem vobis patrocinatum mentimini? An hæc luculentissima verba commenti sumus? An non à Vobis etiam Chrysostomi verba putantur? Certè, ea cùm in editis omnibus pateant, ea ex vestris Doctoribus (6) Severus hoc sæculo recitavit, probavit, recepit, ut planè deliri sitis, ausi affirmare nostræ sententiæ hostem Chrysostomum, qui palam animas post obitum Deo dicit adesse, eumque facie ad faciem contemplari.

(1) *In Proœm. Notar. circa finem.*
(2) *Lib. 6. hist. c. 5.*
(3) *Lib. 4. hist. c. 15.*
(4) *Hom. 10. in Epist. 2. ad Corinth.*
(5) *Hom. 3. in Ep. ad Philip.*
(6) *In 5. Differ. pag. 55. in fin.*

VI. Similia Chrysostomus docet (1) explicans illud Apostoli; *utrum eligam, ignoro*; obitumque (2) describens eorum, qui se se ex merito Eucharistiæ divinissimo ferculo refecissent, & alibi. His adstipulatur Epiphanius, & uterque Cyrillus. Etenim (3) Epiphanius. *Sancti*, inquit, *in honore, quies ipsorum in Gloriâ, profectio hinc in perfectione; sors ipsorum in Beatitudine, in mansionibus Sanctis, tripudium cum Angelis, diæta in Cœlo, gloria in honore perpetuo, & incomparabili, bravia in Christo Jesu Domino nostro.* Οἱ ἅγιοι ἐν τιμῇ, ἡ ἀνάπαυσις αὐτῶν ἐν δόξῃ, ἡ ἀπ' ἐντεῦθεν ἐκδημία ἐν τελειότητι· ὁ κλῆρος αὐτῶν ἐν μακαριότητι, ἐν μοναῖς ἁγίαις, ὁ χορὸς μετ' Ἀγγέλων, ἡ δίαιτα ἐν οὐρανῷ, τὸ πολίτευμα ἐν θείαις γραφαῖς, τὸ κλέος ἐν τιμῇ ἀσυγκρίτῳ, καὶ διηνεκεῖ, τὰ βραβεῖα ἐν Χριστῷ. At Jerosolymitanus (4) Cyrillus conversus ad felicissimum illum latronem, qui moriens verbo sibi vitam asseruit: *Tu, ait, de ligno introduceris in Paradisum*: ἐκ τοῦ ξύλου εἰς τὸν παράδεισον. Cyrillus verò (5) Alexandrinus docet, Animas Sanctorum post mortem nec morari in Terris, nec deduci ad pœnas Gehennæ, sed evolare ad manus Dei Patris. Quibus verbis Beatitatem significari fusè docet (6) Bessarion, quo teste & (7) Theodoretus de Martyribus sic eleganter Philosophatur. *Si Cœlum Sedes illorum est, qui piè vixerunt, nunc profectò finem sui cursus & Martyres jam consecuti sunt, his enim magis pium nihil esse potest.* εἰ δὲ τῶν εὐσεβῶς βεβιωκότων οὐρανὸς ἐνδιαίτημα, ταύτην ἔχουσι τὴν λῆξιν οἱ μάρτυρες, τούτων γὰρ οὐδὲν εὐσεβέστερον. Quare mox conjicit penes (8) Severum. αἱ μὲν γενναῖαι τῶν νικηφόρων ψυχαὶ περιπολοῦσι τὸν οὐρανὸν, τοῖς ἀσωμάτοις χοροῖς συγχορεύουσαι: *Generosæ Victorum animæ Cœlum pervagantur cum incorporeis choros ducentes.* His adde Anastasium Sinaiten, Joannem Damascenum, Andream Cretensem. Quorum (9) primus sic loquitur: ἰσοτέρῳ δὲ τῷ φαινομένῳ στερεώματι τῆς ἀρετῆς

(1) *Hom. 4. in Ep. ad Philip.*
(2) *Lib. 5. de Sacerdot.*
(3) *Heres. 76.*
(4) *Catech. 13.*
(5) *Lib. 11. in Jo. c. 36.*
(6) *In d. Ep. 1. ad Gennad.*
(7) *Lib. 8. ad Græcos.*
(8) *Diff. 5. pag. 56. lin. 5.*
(9) *Hom. 5. in Hexaem. & in respons. citatis à Gennad. in demonst. d. c. 4. Decr. Florent. vide & Sever. d. differ. 5. pag. 56. lin. 3.*
(10) *In hist. Barl. & Joseph.*
(11) *Orat. de Dormit. B. V. sub init. cit. à Gennad. d. demonstr. c. 4. Dec. Floren.*

σίας λέγομεν εἶναι δυνάμεις, καὶ αὐτὰς τὰς τῶν δικαίων ψυχὰς κατ' αὐτὸν διαγούσας τὸν παράδεισον. *Intra verò hoc, quod videtur, Firmamentum Cælestes dicimus esse Virtutes, atque ipsas Justorum animas agentes in ipso Paradiso.* Secundus (10) verò: *Vultui, ait, Domini nitidè, & nudè repræsentantur: illiusque gloriæ jam ante promissa sibi corona exornantur*: quæ apud Theophilitzen ex Joanne Sinaita sic habent: ἐμφανῶς τῷ τοῦ κυρίου προσώπῳ προσφέρονται, καὶ τῆς δόξης αὐτοῦ τῷ προεπιστεχομένῳ στεφάνῳ κοσμοῦνται. Tertius (11) ferè eadem de piis docet Spiritibus fusè, non sine ampullatâ more Cretensium facundia. Vix erat, cur hìc & Græcorum post Schisma in eandem sententiam dicta proponeremus, cùm hactenus recensita supersint, ut palam sit, Majores nostros sensisse, quæ damnat Margunius. Verùm & ex recentioribus Græcis idipsum discat, quisquis in Græciâ Margunio suffragatur. Legat (12) Theophylactum, Videat (13) OEcumenium, evolvat (14) Metaphrasten, cùmque in his viris eruditissimis viderit assertam in ipso Paradiso cælestium Voluptatum piarum Beatitatem Mentium, audiat Psellum (15) sic perorantem. ἐν αὐτῷ τῷ φαεινῷ θεάτρῳ τῆς οὐρανίου μακαριότητος τὸν Χριστὸν ὁρῶσιν οἱ πιστοὶ πιστῶς τεθνεῶτες, καὶ ἀπολαύουσιν αἰωνίας χαρᾶς τερπόμενοί τε, καὶ τέρποντες θεοῦ δὲ ὑπ' ὄμμασι τὴν ἀθανασίαν διάγοντες. *In ipso fulgentissimo Cœlestis Beatitatis theatro Christum vident fideles in fide defuncti, & fruuntur gaudio æterno, læti ipsi, & ad lætitiam provocantes, sub Dei sanè oculis immortalem agentes vitam.* Psello consonat (16) Harmenopulus, Thessalonicensis (17) Niceta, Helias (18) Cretensis, Niceta (19) Paphlago, (20) Veccus, (21) Georgius Metochites, Georgius (22) Trapezuntius, & hoc ipso sæculo, qui aliter (23) alibi senserat, Photianus Doctor (24) Coressius. Quorum suffragiis manifestum est, hanc, quam paucissimi, iique agrestes Photiani, duce Margunio, Latinam appellant, Græcam esse sententiam.

VII. His tamen non planè retunditur Marguniana dementia, ni, quæ objicit, refellamus. Objicit autem sic. Primò, quæ repugnant verbo divino, Græci non dicimus, nec à Majoribus dicta censemus: Piorum porro animos cælesti Beatitate frui, verbo divino repugnat, id, quod probat primò (1) Parabola Patris familias, qui simul omnibus Operariis mercedem reddit die ad Vesperam inclinato. Vespera autem ex omnium SS. Patrum sententiâ significari postremum Judicium, mercede verò vitam æternam, certamque Beatitatem. Hanc igitur in postremo Judicio simul omnibus Justis hominibus tribuendam. Secundò ex verbis Joannis Theologi, (2) qui asserit, vidisse: ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου τὰς ψυχὰς τῶν ἐσφαγμένων διὰ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, *subtus altare animas interfectorum propter Verbum Dei.* Quibus palam innuitur, receptaculum aliquod, & recessus, quo abeunt piorum animæ post mortem, inde scilicet deducendæ post extremam Christi cum hominibus disceptationem. Tertiò, ex ejusdem (3) Joannis sententia: ὅτι ἐὰν φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα, ὅτι ὀψόμεθα αὐτὸν, καθώς ἐστι, *quia, cùm apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est.* Vides futuros nos Christo beato similes, nempe beatos non ab obitu statim, sed cùm apparuerit: ἐρχόμενος μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας, καὶ νεκρούς. *venturus cum gloria judicare vivos, & mortuos.* Demum ex verbis (4) Pauli Apostoli, qui de viris Sanctimoniâ conspicuis sententiam ferens, καὶ οὗτοι, ait, πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, τοῦ θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι: *Et hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis aliquid melius providente, ut non sine nobis consummarentur.* Quæ verba manifestè conficiunt, repromissionem, quæ Beatitas est, nondum à Justis receptam recepturis, quam scilicet expectant, cùm nobiscum consummabuntur, perficienturque in extremâ sententia. Hæc ex verbo divino, unde ad Patres transgreditur, ostenditque multiplici testimonio adeò nobis non consentire Majores nostros, ut planè dissentiant. Nam Justinum (5) asserere, narrationem de Lazaro, & Epulone non esse veram historiam, quòd ante Resurrectionem unicuique ex iis, quæ in vita gessit, pœna, premiumve non redditur. Nec secum Justinum pugnare (6) in iis, quæ ex illo retulimus: Etenim ibi asseri quidem, Latronem esse in cœtu Justorum, videre se ipsum, & quæ infra se sunt, & præterea Angelos, ac Dæmones, non tamen ullo modo affirmari, Deum à piis animis adspici. Quid quod Latronem segregem ab aliis censeri, quando huic uni licuisse videatur ex verbis Christi statim à morte ejusdem fieri compotem gloriæ, quam Christus, uti homo fuerat consecutus. Justino succenturiat (7) Irenæum penes ipsum (8) Margunium luculentissimè Photianam sententiam prædicantem his verbis: ἐπειδὴ ὁ κύριος εἰς μέσον τῆς σκιᾶς τοῦ θανάτου κατῆλθεν, ὅπου αἱ τῶν ἀποθανόντων ἦσαν ψυχαὶ, μετὰ ταῦτα σωματικῶς ἀνέστη, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀνελήφθη, φανερόν ἐστιν, ὅτι καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, δι' οὓς ἕνεκα ταῦτα κατειργάξατο ὁ κύριος, αἱ ψυχαὶ ἀπελεύσονται εἰς ἀοράτον τόπον ὡρισμένον αὐταῖς παρὰ θεοῦ, κἀκεῖ ἕως ἂν ἔλθῃ ἡ ἀνάστασις κατοικήσουσι, ἀναμένουσαι τὴν ἀνάστασιν. ἔπειτα ἀπολαβοῦσαι τὰ σώματα, καὶ τελείως ἀναστᾶσαι, τουτέστι σωματικῶς, καὶ οὕτως ἐλεύσονται εἰς ὄψιν θεοῦ. *Cùm enim dominus in medium umbræ mortis abierit, ubi animæ mortuorum erant: post deinde corporaliter resurrexit, & post resurrectionem assumptus est; manifestum est, quia & discipulorum ejus, propter quos & hæc est operatus Dominus, abibunt animæ in invisibilem locum, definitum eis à Deo, & ibi usque ad resurrectionem habitabunt, sustinentes resurrectionem; post recipientes corpora, & perfectè resurgentes, hoc est corporaliter, & sic venient ad conspectum Dei.* Adstipulari porro & ipsum (9) Origenem, ac citra commenta in libro novissimo περὶ ἀρχῶν, arbitrari sic, penes eundem (10) Margunium: οὔπω οἱ ἅγιοι ἀπέλαβον τὴν χαρὰν αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἀπεκδέχονται, ἵνα κἀγὼ τῆς αὐτῶν μεθέξω χαρᾶς. *Nondum Sancti receperunt lætitiam suam, sed & ipsi expectant, ut ego quoque lætitiæ ipsorum particeps fiam.* Eadem docere Chrysostomum, Theodoretum, Theophylactum, Oecumenium, & Aretham Cæsariensem, seclu-

so

(12) In c. 23 Luc.
(13) In c. 9. ad Hebræ.
(14) In Vita S. Joannicii.
(15) In respon. ad Michael. Ducam Imper.
(16) In Epist. Theolog. ad Sanct. Episc.
(17) In respon. ad Leon. Episc. Amorii.
(18) In Orat. de SS. Petr. & Paulo.
(19) In Orat. de SS. Cosma, & Dam.
(20) In Epist. ad fratr. è carcere.
(21) In resut. 3. Nepotis Cretensis.
(22) In Vita B. Andreæ Chii.
(23) Lib. 1. de erro. Italorum.
(24) In Epistol. Theol. ad Corydal. ad calcê Theologicorum.
(1) Mat. c. 20. n. 8.
(2) Apoc. c. 6. n. 9.
(3) 1. Joan. c. 3. n. 2.
(4) Ad Hebræ. c. 11. n. 39. & seq.
(5) Quæst. 50.
(6) Quæst. 76.
(7) Lib. 5. extremo.
(8) In Antirrhet. pro Marco c. 2.
(9) Hom. 7. in Levit.
(10) d. c. 2. Antirrhet.

so etiam Euthymio. Nam (11) Chrysostomum sic ex recensione Margunii per apostrophen loqui cum Paulo dicente: *si in hac vita sperantes sumus &c.* τί λέγεις παῦλε, ἆρ᾽ οὖν ψυχὴ οὐκ ἐπιβιώσει τοῦ σώματος; ἐπιβιώσει μὲν οὖν, καὶ δὴ ἀθάνατος. κἂν γὰρ καὶ μυριάκις ᾖ ἀθάνατος, ἀλλ᾽ ἄνευ σαρκὸς τῶν θαυμασίων ἐκείνων ἀγαθῶν οὐκ ἀπολαύσει, καθὼς οὐδὲ τιμωρηθήσεται). *Quid ais Paule? an non animus superstes erit? erit & immortalis sanè. Quanquam verò vel sexcenties sit immortalis, tamen sine carne admirandis illis bonis non fruetur, quemadmodum nec pœnis punietur.* Similia repetit (12) alibi. Theodoretum (13) autem palam asserere, τούτους οὔπω λελαμβέναι τοὺς στεφάνους: *hos nondum* (Sanctos videlicet) *nondum coronas accepisse*, quod penè iisdem verbis affirmat (14) Theophylactus, & (15) Oecumenius, quibus Colophonem imposuit (16) Arethas hac Marguniana periodo. Διὰ τῆς τούτου ἐλπίδος, ἅπερ διάνοια, ὡς ἐν ἐσόπτρῳ, θεωρεῖ, πάσης ἐλευθερωθέντες παχύτητος κατ᾽ ἀξίαν ἀγάλλονται, ἀναπαυόμενοι ἐν τοῖς κόλποις τοῦ ἀβραάμ, πολλοῖς γὰρ τοῦτο εἴρηται τοῖς ἁγίοις, ἕκαστον περὶ ἀρετὴν ἐσχολημένον ἀξίου τόπου λαχεῖν, ὅθεν περὶ τῆς μελλούσης δόξης βέβαιόν τινα ἔχοι σκοπόν. *Horum spe, quæ per intellectum veluti in speculo contemplantur, omni crassitie soluti, meritò lætantur quiescentes in sinubus Abrahæ. Nam id multis Sanctis dictum est, unumquemque virtutis cultorem sortitum esse dignum locum, unde de futurâ gloriâ certam quandam habeat conjecturam.* Hæc sensa Patrum, hæc verba penes (17) Margunium: nam, licèt sententiæ eædem sint & in editis, non tamen verba, ut constabit percurrenti ea loca: ut hinc agnoscas, Margunium ea, quæ refert, non è fontibus Græcis hausisse, sed ex interpretatione Latina Doctorum, qui hæc loca proferunt, ut respondeant. Ita, & difficultates vidit, & responsiones non ignoravit: has tamen doctè, & accuratè neglexit, ut propitia tantùm sententiæ suæ Photianis exponeret, qui videntes non viderent, & audientes non intelligerent, censerentque inexpugnabile dogma, quod invictis Patrum Suffragiis circumseptum agnoscerent. Hinc confirmat hæc omnia Margunius ratione, ut sibi videtur validissima, quippe deducta ex communi locutione Græcorum, penes quos hæresim olet, imò planè censetur hæreticum, si dicas, videri ab animo, sive à re aliqua creatâ Deum. Etenim hoc repugnat apertè (18) Chrysostomo, (19) Theodoreto, (20) Theophylacto, (21) Euthymio, cæterisque ferè omnibus. Ex hoc autem infertur, animos ab obitu statim beatos esse non posse. Nam vera beatitas in Visione Numinis sita est, ut omnes affirmant, ipsique Latini, quos enumerat non sine ridiculæ jactantia erudonis, quippe quæ Latinis annumerat Uvicleffum, Hussum, Lutherum, Calvinum, quos constat à Latinis omnibus reprobatos, itidemque nihil unquam de Numinis visione locutos. Quidquid sit (nam in rudi Photiano instar miraculi est, quod hæc nomina sciverit) conficit tandem Margunius, Beatitatem ab animis corpore segregatis haberi non posse, quòd Deum videre non possint.

(11) *Hom. 39. in 1. ad Corinth.*
(12) *Hom. 28. in Ep. ad Hebr.*
(13) *In c. 11. ad Hebræos.*
(14) *In d. c. 11. ad Hebr. & in c. 16. Lucæ.*
(15) *In d. c. 11. ad Hebr.*
(16) *In d. c. 6. Apocalypsis.*
(17) *In d. Antirrhet. pro Marco c. 2. & 3.*
(18) *Hom. 23. in Genes. & hom. 14. in Joan.*
(19) *In Dial. Immutabilis.*
(20) *In c. 1. Jo. Deum nemo vidit unquam.*
(21) *In d. verba Joan. c. 1.*

VIII. His argumentis, quæ neque acuta sunt, neque nova, sed translativa Photianæ perfidiæ, & satis à priscis Græcorum Doctoribus refutata, vix erat, ut responsum daremus: sed ne quid Photianus, si quis unquam hæc legerit, nobis objiciat, quasi subterfugientibus difficultatem, respondendum erit ex alienâ penu, præsertimque Bellarmini, solutionem mutuatis, ut ingenuè fateamur. Quæ tamen quo clariùs irrepat animis, duo ante constituo. Primum est, grande, planèque Photianum mendacium Severi Philadelphiensis: secundum est mista dolo ignorantia, & inconstantia Margunii. Quod ad primum attinet. Explicans Philadelphiensis (1) Severus capitales Latinorum, Photianorumque controversias, ultimam in eo reponit, ut, cùm Photiani dicant, frui quidem Beatitate secretos à corpore Piorum animos non tamen numeris omnibus absolutâ, Latini contra decreverint, beatos esse perfectè. Hoc mendacio nihil famosius. Nam si qui Photianorum cum Latinis de piorum Beatitate disputavere, hi palam inficiati sunt, pios statim ab obitu dici posse beatos, quippe procul à cœlo beatitatem in fine rerum tribuendam præstolantes, ut omnino manifestum est ex Concilio (2) Florentino, ex D. (3) Thoma, ex (4) Bessarione, ex (5) Gennadio, novissimè verò ex Photiano (6) Coressio. Controversia itaque Latinos inter, & Photianos circa Beatitatem Sanctorum hæc est. Utrum ab obitu quæratur Sanctis in re, an in spe, ut beati sanè non sint, quippe Deum nunc minimè videntes, sperent attamen certissimè sibi sponsam beatitatem, ex hac spe dicendi beati, quemadmodum vel Photianis ab ipsis communi calculo nuncupantur. Porro ea disputatio, quam Severus interjacit Latinos, ac Photianos, ea inter ipsos Latinos est, qui magnis hinc inde animis disputant, utrum receptæ cœlo piorum Mentes perfectissima fruantur Beatitate, an potiùs ita beentur, ut ulteriùs beari petant, beandæ scilicet post peractum generale Judicium. Et hanc hercle partem probavit (7) Augustinus, & ex Augustino (8) Bernardus, penes quos, si verum volumus, nec inficetis interpretationibus vim verborum corrumpimus, piorum animi ante, quàm ad munia corporis redeant, non vident adeò perfectè Deum, quem vident, ac cum redivivo corpore homo integer nanciscetur felicitatem. Quo fit, ut etiam inter pugnaces Theologos hi quidem majorem futuram existiment Sanctorum Beatitatem post generale Judicium, non quoad extima solùm, quæ *accidentalem* gloriam, & *extensivam* vocant, in quo omnes conveniunt, verùm etiam quoad intima, sive, uti dicunt, quoad gaudium ipsum *essentiale*, atque *intensivum*. Id, quod à plerisque recipitur cum (9) Magistro, (10) Bonaventura, (11) Richardo, (12) Marsilio, quibus adstipulatus videtur D. (13) Thomas, qui tamen alibi sententiam mutavit, palam testatus, vero consentaneum magis esse, post generale Judicium non fore perfectiorem gloriam *intensivè*, aut quoad intima, & pertinentia ad ipsam Beatitatis οὐσίαν, sed κατὰ συμβεβηκός, uti dicimus, aut *extensivè*, ea nimirum tenus, quà gloria, quæ nunc in anima est, protendetur ad corpus, totumque hominem plenè, planèque beabit. Hæc D. (14) Tho-

(1) *d. differentia 5. sub init.*
(2) *Sess. 1. & in Decreto.*
(3) *Opusc. 6. c. 9.*
(4) *d. Ep. 1. ad Gennad.*
(5) *In Demonstr. 4. cap. Decr. Floren.*
(6) *In d. Ep. Theol. ad Coryd.*
(7) *L. 1. retractatio. c. 14. & Ep. 111. ad Fortunati. ad verb. Hierony. & in Enchir. c. 108. l. 12. de Gen. c. 35. lib. 12. de Civit. c. 9. in Psal. 36.*
(8) *Ser. 3. de om. SS. ser. 4. de iisdem ad illa verb. vidi sub altare Dei animas, &c.*
(9) *In 4. sent. dist. 49.*
(10) *Ibid. q. 1. art. 1.*
(11) *Ibid. q. 7. art. 2.*
(12) *Ibid. q. 13. art. 3.*
(13) *Ibid. q. 1. art. 4.*
(14) *1. 2. q. 4. art. 5.*
(15) *Ibid. ad d. ar. 5*

Thomas, quem sequitur (15) Cajetanus, (16) Durandus, cæterique recentiores.

IX. Porro utraque sententia sibi asserit Augustinum, quem etsi Bellarminus (1) putet stare pro primâ sententiâ cum (2) Aymone, & (3) Bernardo, non assentior tamen. Existimo enim, mirum Augustini ingenium utramque sententiam complexum variis in locis, ut aliquando pro primâ, aliquando steterit pro secundâ. Nam de hac loquitur, cùm (4) dicit. *Animæ victrices gloriosorum Martyrum omnibus doloribus, ac laboribus superatis, atque finitis, postquam mortalia membra posuerunt, cum Christo utique regnaverunt, & regnant, donec finiantur mille anni, ut postea receptis etiam corporibus immortalibus regnent.* Utrinque regnum eodem modo ponitur, ut scias, asseri utrobique eandem Beatitatem. Et (5) alibi. *Ibi*, iniquit, *omnes justi, & Sancti, qui fruuntur verbo Dei sine lectione, sine litteris. Quod enim nobis per paginam scriptum est, per faciem Dei illi cernunt.* Et (6) rursum: *Felix anima, quæ, terreno resoluta corpore, libera Cælum petit, secura est, tranquilla est; non timet hostem, non mortem. Habet enim præsentem, cernitque indesinenter pulcherrimum dominum, cui servivit, quem dilexit, ad quem tandem læta, & gloriosa pervenit.* Alibi (7) denique, *per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cujus pulchritudine jam satiamini, de cujus immortalitate jam immortales facti estis, de cujus beatissima, visione semper gaudetis.* Quæ omnia perfectissimam innuunt animorum Beatitatem, ut mecum quilibet rectè censebit. Quòd si his perfectissimam Beatitatem piarum Mentium statim post obitum asserit, non igitur his censet, fore perfectiorem Beatitatem post generale judicium: atque adeò Augustinus hac in re utramque Latinorum sententiam videtur complexus. Est autem utraque illa sententia & docta, & pia, & Orthodoxa: quare nil obstabit, quin juxta utranque SS. Patrum explicemus effata. Quamvis enim, cùm Theologica attigimus, nobis visum sit, posteriorem D. Thomæ sententiam sequi, ratis meliùs dici, nunc æquè perfectè videri, amarique Deum à secretis corpore Animis, ac cùm receptis corporibus, ab Impiorum grege homines probi postrema sententiâ segregabuntur: nec tunc fore perfectiorem in se ipsâ Beatitatem animorum, quàm nunc sit; quando tunc id, quod videbitur, & amabitur, idem omnino erit: potentiæ verò animæ adjectione corporis, à quo non pendent, Majores non erunt: lumen autem, & habitus in extremo Judicio non crescunt; proptereà, quod hæc à Gratiâ divinâ sunt, quæ post Generale Judicium esse major haud poterit: Tamen arbitror doctè, verè, & Orthodoxè dici posse, beatas nunc Piorum animas, post ultimum illud examen, fore beatas magis, habituras plenam mercedem, consecuturas integrum præmium, venturas ad conspectum Dei perfectè, nunc verò non esse perfectissimè beatas, nec habere mercedem solidam, nec consecutas repromissiones integras, non esse demum omnino in conspectu Dei, juxta nativam sui conditionem, quæ est, ut conjunctæ sint corpori.

(16) *In 4. dist. 49. q. 7.*

(1) *d. Cõtr. de SS. Beatis. Lib. 1. c. 5. vers. ego dico.*

(2) *In c. 6. Apocal.*

(3) *Locis prox. cit.*

(4) *Lib. 20. de Civit. c. 13.*

(5) *In Psal. 116. heu mihi, quia incolatus, &c.*

(6) *In Meditat. c. 22.*

(7) *In Meditat. c. 24.*

X. Sic functus altero, quod præjaciendum selegi, venio ad alterum, ac implexam dolo ignorantiam, atque inconstantiam Margunii considero. Ait, Majorum nostrorum sententiâ secretas corpore animas Deum videre non posse. En dolum. Non hoc Majores autumant nostri. Negant, à *Creaturâ* ullâ videri posse. Nam (1) Chrysostomus à Margunio ad testimonium productus docet, ne Angelis ipsis Deum θεατὸν esse, hoc est, ut voce (2) Plinii utar, *visibilem*: & alibi affirmat, ab Angelis non fuisse visum Filium Dei, antequam corporaretur. Quæ ex eodem (3) Chrysostomo docent (4) relati Theophylactus, Theodoretus, Euthymius, quibus adde & Hieronymum ex (5) Augustino. Dolo Margunius addit inconstantiam: non enim video, quî hanc Majorum nostrorum sententiam adsumpserit, qui cum (6) Palamâ non animis tantùm, sed oculis etiam corporis visibilem Divinitatem (7) asseruit. Si mortalibus organis aspicitur Deus, cur non immortalibus? si potentiis materiâ concretis, cur non à materiâ discretis? Si vel in Monte Thaborio Discipuli videre Divinitatem luce non factâ, sed æternâ fulgentem, cur idipsum ab omni perituræ carnis asserti crassitie videre non possint? Nisi fortè Margunius, quod nonnulli (8) de Palamâ suspicati sunt, censuit formâ hominis præditum Numen, quemadmodum Massaliani, & Bogomili, de quibus (9) Harmenopulus, ante quos idipsum docuere Anthropomorphitæ penes Magrium (10) ex Magno (11) Gregorio. Ut ut igitur Photianus alius Majorum nostrorum sententiam: ἀόρατον τὴν Θεότητα dicentium objicere potuerit Veritati, ut ineptè inde deduceret, animos à corpore segregatos Deum non videre, non tamen Margunius, qui, quemadmodum asserit, Deum videri oculis corporeis posse, ita negat, quod Patres dixere nostri, Deum ἀόρατον esse. Sed an alius à se ipso Margunius esse poterat, hoc est constans? Ergo dolo inconstantiam addidit, quam mox ignorantiâ ridiculam fecit. Quis enim non videt, nec intelligi Patres nostros à Margunio, eorumque sententias planè corrumpi? Negarunt illi, Deum à *Creaturâ* videri posse, quòd videre ipsum apud ipsos idem esset, ac *comprehendere* cognoscendo. Id, quod accuratè notavit (12) Coressius his verbis. Ἀόρατον τὸν Θεὸν τῷ αὐτοῦ ποιήματι ἐδογμάτιζον πολλάκις οἱ Θεηγόροι ἐκεῖνοι, οἱ πρὸ ἡμῶν τὰ θεολογικὰ πολυπραγμονήσαντες. καὶ τοῦτο θαυμαστὸν τοῖς ἀκούουσι τὸ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα, ὅτι ὀψόμεθα αὐτὸν, καθώς ἐστι. ταῦτα γὰρ ἐναντία): ἀόρατον εἶναι τὸν Θεὸν, καὶ ὀψόμεθα αὐτόν· ἰστέον δὲ ὅτι ὁρατὸν τοῖς πατράσι τὸ περικατάληπτον τῇ νοήσει τοῦ ὁρῶντος, καὶ τοῦτο οὐ δέχονται οἱ πατέρες· ἀκατάληπτον γὰρ τὸ Θεῖον, καὶ κατὰ τὴν σημείωσιν ταύτην ἀόρατον· εἰ δὲ τὸ ὁρατὸν ἰδιωνύμως λέγεις, ὁρατὴ καὶ τοῖς ἀγγέλοις, καὶ τοῖς δικαίοις ἡ ἀκατάληπτος τοῖς ὁρῶσι Θεότης. *Non visibilem Deum iis, quæ ab ipso creata sunt, docuere sæpè Divinorum Enucleatores illi, qui Theologica ante nos tradiderunt accuratè. Id sanè mirum videbitur iis, qui audiunt illud, similes illi erimus, quia videbimus, eum, sicuti est. Hæc enim repugnant invicem, videri non posse Deum, & videbimus eum, sicuti est. Sciendum*

(1) *Hom. 23. in Genes. & hom. 14. in Joan.*

(2) *Lib. hist. nat. 11. c. 37. ubi de oculis.*

(3) *d. hom. 14. in Joan.*

(4) *Vide n. nostrũ 7. ante fin.*

(5) *Ep. 111. ad Fortunatianum.*

(6) *Vide Allat. in dissert. 2. de Lib. Eccl. Græcor. & de consensio. lib. 2. c. 17. nu. 2. pag. 828. & seqq.*

(7) *Not. 4. in Metaphras. ad diem 6. Augusti.*

(8) *Vide Acindyn. Ep. 4. cõtra Palam. & Niceph. Gregor. Orat. contra eund.*

(9) *De Sectis c. 18. & 19.*

(10) *In Voc. Anthropomorphitæ in Hieralex.*

(11) *Lib. 32. Moral. & in Job c. 40.*

(12) *In d. Epistol. Theolog. post med.*

dum tamen, *hoc*, *quod est*, *videri non posse*, *Patribus idem esse*, *ac posse comprehendi mente videntis*. *Atque hoc non recipiunt Patres*. *Nam Deus comprehendi non potest*, *& juxta hanc significationem videri non potest*. *Quod si visibile in significatione propria accipiatur*, *videri hercle potest & ab Angelis*, *& à Justis*, *quæ à videntibus Divinitas comprehendi non potest*. Sic Coressius, consentanea sanè iis, quæ tradit (13) D. Thomas, ex quo Coressius omnia desumpsit, quæ si legisset Margunius non ita fœdè lapsus ad suas ineptias Majores nostros Sapientissimos viros, malè, ac subdolè deduxisset. Nam si, quæ illi dicunt eum in modum explicanda essent, quo ea explicat Margunius, ex sententiâ Margunii Beatitas neque in Christo ut homine, neque in asseclis Christi cæteris futura esset, vel post generale Judicium. Etenim, cùm Beatitas in Dei Visione sita sit, vel certè sine Visione Dei esse non possit, si asseras, neminem à Deo alium posse Deum intueri, sequitur, neminem neque nunc, neque post generale Judicium visurum Deum, sequitur, ne ab ipso quidem Christo, ut homo est, Deum vel videri, vel videndum; atque adeò sequitur, neque esse, neque fore Beatum aliquem citra Deum, ne ipsum quidem Christum, ut homo est. Quæ omnia quàm fatua sint, quàm impia, quàm diversa à communi SS. Patrum nostrorum, imò Ecclesiæ non dico Græcæ, & Orthodoxæ, sed etiam Photianæ sententiâ, nemo non videat, nisi unus Margunius, cujus ausi Majores nostros ineptis, atque sacrilegis interpretationibus infamare, esto deinceps nomen penes omnes famosum; quò Terrarum Orbis agnoscat, Majores nostros cùm negant, Divinitatem ulli ex rebus creatis esse visibilem, hoc unum inficiari, Deum posse ab eo, qui Deus non est, cognitione comprehendi.

(13) 1.p. q.12.ar.1.

XI. His ita constitutis, rejicimus argumenta Margunii. Et primò dicimus nihil evinci, quando producta Sacrarum Paginarum effata vel non intelliguntur à Margunio, vel ineptissimè producuntur. Sanè ut à Patrisfamilias parabola ordiamur, ea nihil probat. Nam primùm non omnia, quæ in Parabolis proponuntur, trahi ad Allegoricum, ac Tropologicum sensum queunt, sed ibi ponuntur, ut narratio sit integra, ut docet (1) Chrysostomus, alioquin cur dicitur, Operarios murmurasse, accepto denario? num in Cœlo murmur futurum dicemus? Cur addit Paterfamilias, *murmurantium* oculum nequam esse? num erit nequam in Cœlo? Cur denique asseritur priùs data merces postremis, quàm primis, cùm, uti Margunius intelligit, danda sit merces omnibus unà. Quemadmodum ergo hæc non quadrant futuris, ita neque vesperæ illæ postremis naturæ moribundæ momentis. Atque adeò tota vis contortæ in Veritatem authoritatis emoritur. Verùm demus, & illis vesperis extremam Orbis periodum significari, adhuc nulla vis est inficetæ consecutionis. Dicimus enim Vespere illo Mundi ad interitum properantis, dandam mercedem hominibus, non animabus. Has dicimus, mercedem recipere statim ab hominis obitu; illos eandem accepturos unà omnes in Generali Judicio, quando perfecta merces dabitur: perfecta, inquam, non ex se, nam & nunc eandem prorsus animæ Piorum recipiunt, sed ex parte recipientis; quòd tunc homo integrè illam recipiet animo simul, ac corpore planè beatis. Hæc ad primam ex verbo Dei difficultatem. Secundâ mirè torquetur (2) Bessarion, quam doctè solvit (3) Bellarminus. Mihi non tanti est, ut aliunde, quàm ab ipsâ solutionem exquiram. Vidi, inquit, *subtus Altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei*. Quid infers? Ergo extra Cœlum in aliquo ad id decreto conceptaculo. Ridenda consecutio, quæ si quid posset, posset falsitatis dicentem arguere. Num hos, quos asserit visos subtus Altare Dei, (4) affirmat περιβεβλημένους στολὰς λευκὰς, hoc est Gloriâ, quemadmodum explicant (5) Patres, *stantes ante Thronum Dei*, *eique servientes die*, *ac nocte in templo ejus*. Vidit ergo Martyres subtus Altare Dei, in ipso scilicet Cælo, sive θυσιαστήριον illud pro Arâ, sive pro Tribunali sumas. Vidit Martyres non in ipsa Arâ, seu Tribunali, sed subtus utrunque, Deo nimirum minores & Natura, & Conditione, & Beatitate. Quænam hìc, amabo, difficultas cuipiam, nisi Photiano, objici potest? Sic &, quæ sequitur, ex verbis Joannis ejusdem stolidè deducta, probatio tollitur, si consecutionem ineptam derideas. Neque enim opus est, ut verba ipsa consideres, quâ ratione cum præcedentibus conjunguntur; quemadmodum operosè demonstrat (6) Bellarminus: Superest, si verba ipsa consideres, eaque, uti sonant, edisseras. Cùm apparuerit, inquit. Esto sermo sit de adventu Christi secundo. Cùm apparuerit, *similes ei*, hoc est Christo, *erimus*, *quia videbimus eum*, *sicuti est*, hoc est Christum. Quid ex his infers? Ergo, antequam Christus appareat, beati Piorum animi non erunt? Stolida consecutio. Neque enim ex illis aliud inferri potest, nisi ante adventum illum Christi non fore Nos beatos, ut Christus. Porro Christus beatus est non animo tantùm, sed corpore itidem: quare nunc animæ Piorum, licet beatæ, non sunt ut Christus beatæ, neque Christo beato sunt similes; erunt scilicet tunc, cùm adsumpto corpore, laborum, virtutumque socio, Christo integrè, planèque beato non erunt absimiles. Hinc dicitur, *quia videbimus eum*, *sicuti est*. Quæ verba sententiam nostram confirmant, rationemque prorsus indigitant, ob quam asseritur, futuros Nos similes Christo corpore nimirum simul, & animo beatos, quia scilicet tunc videbimus Christum ipsum in corpore, ipsumque Christi corpus videbimus, ut in se est corporis hisce oculis nostri, queis statim ab obitu Christum videre non possumus, quòd sine corpore corpus videri non possit.

(1) In c. 20. Mat.

(2) d. Ep. 1. ad Gennad. post med.

(3) d. lib. 1. c. 3. vers. ad 4.

(4) Apocal. c. 7. n. 9. & 15.

(5) Theodoret. Haymo. Bed. Ansel. in eũ locum, & August. Ser. 4. in fest. Inno.

(6) d. c. 3. vers. ad tertium.

XII. Peto nunc à non planè stolido Photiano; hæc positio: post generale Judicium integrè, quà homines corpore, animâque constamus, beati erimus, Christum beatum integrè, quà corpore, atque animo constat videntes, infert ne hanc aliam: igitur animus sejunctus à corpore beatus non erit? Si quis erit, qui consecutionem hanc patiatur, esto doctus Margunius. Quòd si eam ne Margunius ipse legitimam dicet, quæ difficultas est in-

tam

Digitized by Google

tam fatuâ difficultate? Modestior est Quarta, quam ex verbis Apostoli objicit. Neque enim in ea desipit adversarius: illud petit, ut sensa Pauli eum, quæ non intelligit, doceamus. Ea tamen ipse potuit agnoscere ex (1) Bessarione, unde illa (2) Bellarminus desumpsit. Ait Paulus: Patres non acceperunt *repromissiones*, ut nobiscum accipiant. Vel nomine Patrum Testamenti Veteris Heroas intelligis, ac voce *repromissionum* Christi Servatoris priorem adventum Patribus priscis promissum significas, & manifesta verborum sententia est; quando Patres Veteris Testamenti non ante nos exolutam promissi fidem videre, imò promissum illis, non illis, sed nobis est redditum. Si verò nomine *repromissionis* præmium laboribus conferendum amas intelligi, hoc sive integrum sit animæ simul, ac Corporis, sive non integrum animæ nimirum solius, non ante nos Patres accepere. Nam si non integrum, est ipsa Visio Dei animo soli concessa. Hæc autem non ante Christi Servatoris Anastasim Patribus data est, cùm scilicet (3) Christus ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν: *ascendens in altum captivam duxit captivitatem.* cùm (4) accessere: Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων: *ad Sion montem, & Civitatem Dei viventis, Jerusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, Ecclesiam primitivorum.* Cùm unà (5) dictum est felicissimo Latroni, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ: *hodie mecum eris in Paradiso*: atque unà Erebo, Mortique insultatum est (6) illis: ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος? *Ubi est mors, stimulus tuus? ubi est victoria tua, Inferne?* At inquit, Margunius, neque priscos Patres intelligo, neque *repromissiones* ad integrum Beatitatem deduco. Sit & hoc, licèt immeritò. Sensus hic erit verborum. Majores nostri sine nobis non recipient integrum præmium: quod verum est ex præjactis. Da modo, inquit, Paulum loqui, de Majoribus nostris, & de premio quocunque, nonne legitimè sequitur, nondum esse beatos Majores nostros? Ita sanè: Sed hæc verborum explanatio sensis Pauli repugnat, qui sæpe statim post obitum Beatitatem asserit animorum. Nam quid significant aliud, quæ proximè ex illo retulimus Ἱερουσαλὴμ ἐπουράνιος, ἐκκλησία πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων. *Jerusalem cælestis, Ecclesia primitivorum, qui conscripti sunt in Cælo?* Quid illud acerrimum desiderium (7) cupientis εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. *dissolvi, & esse cum Christo?* Quid assertio illa voluntatis paratæ ad felicem obitum subeundum, cùm (8) dicit: Θαρροῦντες οὖν πάντοτε, καὶ εἰδότες, ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ κυρίου. Διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους. Θαρροῦμεν δὲ, καὶ εὐδοκοῦμεν, μᾶλλον ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν κύριον: *audentes igitur semper, & scientes, quia, dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino: per fidem enim ambulamus, non per speciem: Audemus, & bonam voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum.* Igitur explanatio illa stare non potest cum verbis Pauli, dicendumque in loco, quem explicamus, repromissionem adsumi ad integræ Beatitatis significationem. Id, quod innuunt verba sequentia, quibus asseritur, Majores nostros non consummandos sine nobis, ut sensus sit, sine nobis non esse perfectissimâ, &, uti dicimus, *consummatâ* beatitate donandos.

(1) *In d. Ep. 1. ad Gennad.*
(2) *d. c. 3. vers. ad secundū.*
(3) *Ad Ephes. c. 4. n. 8.*
(4) *Ad Hebr. c. 12. n. 22. & seq.*
(5) *Luc. c. 22. n. 43.*
(6) *1. Ad Corinth. c. 15. nn. 59.*
(7) *Ad Philipp. c. 1. n. 23.*
(8) *2. Ad Corinth. c. 5. n. 6. et seqq.*

XIII. Primum argumentum Margunii planè rejecimus ex præjactis, ex iisdem & secundum retundimus. Et primò ex iis, quæ supra Justinus tradidit, manifestum est, agnitam, assertamque ab eo animorum post obitum Beatitatem. Quare, cùm negat in (1) loco per Margunium adducto, tribui post obitum statim præmium, de integro præmio sententia erit accipienda. Miror autem Margunium ex verbis Justini per nos relatis nisum inferre, quod sensis Justini repugnat. Nam ibi palam Justinus affirmat, Latronem esse in cœtu Beatorum, in Angelorum societate, in conspectu Christi Servatoris ipsius. Quæ omnia Latronis Beatitatem apprimè confirmant. Neque obest, ibi cùm dicatur videri à Latrone seipsum, & quæ infra ipsum sunt, Angelos etiam, ac Dæmones, non dici Deum à Latrone videri. Etenim ex secundo, quod supra præjecimus, cavet à Visione Dei asserendâ Justinus ubique, ne videatur asserere, Deum à non Deo comprehendi. Eadem explanatio est verborum (2) Irenæi, cùm enim ait, Sanctorum animas deduci in locum, qui videri non potest, deducendas post Anastasim corporum ad Dominum, non negat interim esse beatas, in Cœlo esse, ac Deum videre, negat dumtaxat, eas interim integrè esse beatas, beandasque affirmat integrè, cùm corpora ipsa receperint. Id, quod apertissimum est ex relatis Irenæi verbis, quæ cùm palam affirment, Justos ab obitu claritate sempiternâ circumdari, si relata per Margunium aliter, ac explicuimus, accipiantur, falsissima erunt, quando nondum beatus animus æterna minimè potest claritate circumdari. Accedit ex Irenæi sententiâ eo ipso in loco, Christum ad Inferos descendisse, ut inde eriperet Piorum animas, servaretque, Si eripuit ab Inferis; igitur animæ Piorum in sinu Abrahæ non sunt, qui ponitur sedes inter infernas: Si verò Christus illas servavit, illisque salutem contulit: igitur Deum vident, qui salus est animorum. Quod attinet ad Origenem, iisdem (3) in locis, quæ pro hæresi sua Margunius trunca producit, vir doctissimus pro Veritate testimonium dicit. Asserit enim Piorum animos nunc esse felices, & habere gaudium, non tamen perfectum, quod intellige de Beatitate non integra, imò de ea, quæ *secundum accidens* est: Etenim ibidem affirmat, gaudium Christi non esse perfectum, futurum autem, cùm & nostrum perficietur. Id, quod de intimâ Beatitate, ac secundum se nequit intelligi, sed de eâ, cui extrinsecus aliquid deest, quia, licèt perfectissimè Christus beatus sit, attamen ex felicitate nostrâ numeris omnibus absolutâ illi gaudium aliquod extrinsecus continget, quod nunc non habet.

(1) *d. q. 60. & 76.*
(2) *Lib. 5. extremo.*
(3) *Hom. 7. in Levitic.*

XIV. Jam Chrysostomus (1) malè producitur contra nos ab ignorante Margunio. Primus enim locus nihil aliud affirmat, nisi simpli-

(1) *Hom. 39. in 1. ad Corinth. et hom.*

28. in Ep. ad Hebr.

pliciter animum non fruiturum æternâ Beatitate, nisi corpori resurgendum esset: atque adeò continet hanc positionem. Si circa generale Judicium non esset futura corporum ipsorum Anastasis, ne nunc quidem Piorum animæ sincera Beatitate fruuntur. Porro si huic positioni alteram omnino credendam addas, hoc modo: At erit corporum ipsorum Anastasis: vide, quid inferas ex Chrysostomo: nimirum ergo nunc Piorum animæ sincerâ Beatitate fruuntur; cùm contra hypotheticæ positioni Chrysostomi, si tuam, Marguni, supponas sic: At nunc animæ Piorum minimè fruuntur sincerâ Beatitate, fas erit, ut ex *articulis* Symboli tecum unum inficiemur hoc modo: Ergo non erit corporum ipsorum Anastasis. Adeò explicatione Tuâ corrupta eloquentissimi viri sententiæ Fidei Orthodoxæ repugnat, quæ, ut à nobis ingenuè proposita est, congruit iis, quæ superiùs ex ipso produximus, palam testato Piorum animos nunc: *μετὰ βασιλέως εἶναι, κἀκεῖ μᾶλλον, καὶ ἐγγύτερον, οὐ διὰ εἰσόδου, οὐ διὰ πίστεως, ἀλλὰ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον; cum Rege esse, & ibi magis, ac propiùs, non per ingressum, non per fidem, sed facie ad faciem*. Quæ verba, iteratò dicimus, si quis Photianus Margunii assecla per nos corrupta ausit asserere, videat eum planè in modum producta per Philadelphiensem (2) Severum Photianum Doctorem, qui certè non produxisset, quæ jugulant Photianos, si suspicatus fuisset ea per Latinos corrupta. Ad alterum (3) Chrysostomi locum palam est, Margunium stupidum esse, cùm apertè ibi tantus Doctor loquatur de gloria corporis, de qua etiam Paulus, quem interpretabatur Chrysostomus. Qua in significatione sumenda sunt, quæ docent Theophylactus, atque OEcumenius. Sancti enim non sunt Sanctorum animæ, sed tertium quid ex animis, corporibusque coalescens in unum, de quo verum est, quod uterque Photianus Doctor asseruit, nimirum, Sanctos nondum consecutos bona, quæ justis Numen spopondit. Sed Arethas, inquit, & Euthymius, quod asseritis, inficiantur. Esto: An proinde relictis Patribus nostris, hos & neotericos, & Photianos sequemur? Id præstet Margunius, cui placuit semper, quod Patribus nostris displicuit. Nos ea credenda nobis esse censemus, quæ Athanasius, Basilius, Gregorius, Chrysostomus, quæ Cyrilli docuere credenda, quibus si quis refragatur, eum damnamus, sive Euthymius sit, sive Arethas, qui tamen benè explicabitur in eam sententiam, ut neget perfectissimam Beatitatem, & integram, quemadmodum in præjactis ostendimus, Piorum animis ante generale Judicium, cujus hercle si hanc unicam causam Photiani comminiscuntur, ut ex postrema sententia potestatem videndi Deum religiosi Manes felicissimè nanciscantur, planè desipiunt; quando non ob hanc τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο βῆμα constituetur, sed numerosam ob aliam, & obviam, *ut justificetur Deus in sermonibus suis, & vincat coram omnibus* palam, ut quæcunque egimus, patravimusque facinora bona, malave producantur in medium, habitura, si bona, communem plausum, si mala, communem contemptum: & , ut sexcentas alias omittam causas, ut unà animis, corporibusque meritum, dilatumque præmium, ac totum hominem beaturum, meritum, dilatumque supplicium, ac totum hominem puniturum solemni sententiâ conferatur. Hunc in sensum revocandus est etiam (4) Theodoretus nuper objectus; quando is non solum in præfatis Veritati, quam Ecclesia utraque tuetur, testimonium luculentissimum dixit, verùm etiam ibidem clarissimè idipsum confirmat verbis, uti diximus, per (5) Severum productis hoc modo: *πρὸς τούτοις δὲ καὶ ὁ μακάριος Θεοδώρητος λέγει· αἱ μὲν γενναῖαι τῶν νικηφόρων ψυχαὶ περιπολοῦσι τὸν οὐρανόν, τοῖς ἀσωμάτοις χοροῖς συγχορεύουσαι. Ad hæc & Beatus Theodoretus dicit: generosæ Victorum animæ Cælum pervagantur cum Choris expertibus corporis choreas ducentes*. Quibus à primo ad ultimum in summâ conficitur, nullum ex Majoribus nostris dixisse, scripsisse, sensisse quidpiam, quo Beatitas animorum ante Generalem Anastasim videatur posse labefactari.

(2) d. disser. 5. pa. 56. à lin. 1.

(3) Hom. 29. 1. ad Corinth.

(4) In c. 11. ad Hebr.

(5) d. disser. 5. pa. 56. lin. 4.

XV. Quò fit, ut & ratio ipsa, quam producit Margunius, nulla sit. Etenim ex secundo, quod prænotavimus, qui Majores nostri vel cavent asserere, à quoquam ex iis, quæ Deo authore creata sunt, Deum videri posse, vel palam idipsum inficiantur, id unum volunt, ut Deus ab iis, quæ creata sunt, comprehendi mente non possit. Quo posito evanescit argutia. Non enim dicimus, neque dici potest, à beatis Piorum animis Deum comprehendi. Etenim immensum, quemadmodum ulla potest cogitatio metiri, ita neque comprehendere: & qui implet omnia, Cœlumque, & Terras, & quod mare subjacet illis, ne ab Universo quidem capitur, nedum à singulari re quâpiam. Hoc igitur dicimus, Deum, qui comprehendi non potest, videri posse, ac reipsâ videri à beatis illis Spiritibus, quos claritas Dei circumfulget: atque hoc dicimus, illos beatos esse, quod neque Majores nostri negarunt, & ab illis negatum mentitur Margunius. Quî enim id illi negaverint, quod Ecclesia nostra per illos docta loqui, ab illis erudita, ab illis in Dei laudibus canorè simul, ac facundè pangendis instituta testatur ubique, ubique docet, cantat ubique? Age Margunii, qui Antistitem immeritò egisti, optimè nosti, quid Sacrorum Ecclesiæ nostræ Librorum prolixitas ferat. Scis quid quotannis, imò singulis mensibus, hebdomadis, ac diebus auribus Nostrorum, non sine canorâ voluptate passim insinuent Menæa, Triodia, Sermones, Quinquagenæ, Versiculi, Troparia, Idiomela, Contacia, Synaxaria, Exapostilaria, iique, quos OEcos dicimus; quidquid denique intra Templum canitur, legiturve, adstante post Ambonem, audienteque Laicorum supplice turba. Ea omnia voces Ecclesiæ nostræ sunt, sive edita à privatis, imò etiam Laicis, ut eruditè recenset (1) Bulgarus, sive publicè decreta fuerint, ut mihi videtur veriùs. Iis Ecclesia nostra, quid de Piorum animis sentiat, senseritque olim, edisserit. Ea igitur perlege; videbis, unam esse penè omnium confessionem, hoc unum audiri testimonium, quo Piorum Beatitas animorum statim ab obitu, nunc, ante

(1) In Catechef. pag. 22. & seq.

ante generale Judicium propalam, ac firmiter comprobatur. Congessit illa omnia simul (2) Gennadius, objecitque Photianis, confusè tamen, & si sæculum nostrum consideres, inutiliter, quippe eorum pleraque obsolevere, aut peculiaribus Ecclesiis in usu sunt, nec occurrent in editis, paratis interim Photianis mentitum Gennadium asserere, licèt Vir ille doctissimus Græcorum, non privatis, sed reclamaturæ, si fuisset mentitus, toti Græciæ, quæ scripsit, scripserit. Quare in animo fuerat ex editis, hìc aliquid operosè proponere, rogaveramque eruditissimum virum Nicolaum Bubulium conterraneum meum, & peramicum hominem, ac rei Græcæ inter paucos hac nostra tempestate scientissimum, cui nempe hoc opus plurimum debet, opitulato & peramicà censurà, & libris undequaque collatis, quorum caritate plurimum laborabam. Hunc, inquam, rogaveram, ut quæ præsto haberet ex uno Anthologio, & Horologio testimonia sententiam Orthodoxam fassa transmitteret huc congerenda: Sed immensitas numeri, sive potiùs innumera locorum multitudo, animum terruit, suasitque, ut Græcos, Photianosque ad eosdem libros percurrendos exhorter, cujus aliquot locos ex singulis decerptos Mensibus, adnotatosque, quo faciliùs reperiantur, quando Margo non capit, hæc ipsa Pagina Photianæ stoliditati palam objiciet, agnituræ, si legere norit, quanta stupiditas sit, inficiari, quod singulis annis centies non fatetur tantùm Ecclesia nostra, sed & suavissimis Ministrorum suorum vocibus modulatur.

(2) *In d. demõstr. c. 4. Decr. Florent.*

XVI. Igitur, quod olim (1) Ezechiel ad Ossa arida, idipsum Ego: Stipites, inquam, ac Trunci Photiani, legite in Anthologio (sic Breviarium Ecclesiæ nostræ nuncupamus) Die I. Septembris, quo Annum Græci Sacrum auspicamur, festumque agimus S. Simeonis Stylitæ. ad Vesp. Tropar. 5. & 6. *Die IX. Sacra SS. Joachim, & Annæ*. ad Vesp. Tropar. 5. & ad Matutinum Ode 9. Tropar. 4. *Die XXVI. S. Jo. Euangelistæ*. ad Matut. Canone 1. Ode 1. Tropar. 1. & Od. 9. Trop. 1. & Canon. 2. Od. 9. Trop. 2.

(1) *Cap. 37. n. 4.*

I. Octobris. *S. Romani Melodi*. ad Matut. Can. 2. Od. 9. Trop. 2. *Die XVIII. S. Lucæ Euangelistæ*. ad Vesp. Trop. 8. & ad Matut. in Cathismate post Od. 3. & Od. 4. Tropar. 3. & Od. 9. Trop. 2. & ad Laudes Tropar. 5. *Die XXVI. S. Demetrii M.* ad Vesper. Trop. 6. 10. 15. & ad Matut. Can. 2. Od. 1. Trop. 1. & Od. 4. Trop. 2. & Od. 9. Tropar. 2. & Can. 3. Od. 9. Trop. 3.

I. Novembris. *SS. Cosmæ, & Damiani*. ad Matut. Od. 6. Trop. 2. *Die XIII. S. Jo. Chrysostomi*. ad Vesp. Trop. 5. 10. *Die XVI. S. Matth. Apost.* ad Matut. Od. 9. Trop. 1. & in Exapostilario. *Die XXIV. S. Æcaterinæ V. M.* ad Vesp. Trop. 4. & ad Matut. Od. 8. Trop. 2. & Od. 9. Trop. 1. 3. 4. *Die XXX. S. Andreæ Apost.* ad Matut. Can. 2. Od. 5. Trop. 1. & Od. 8. Trop. 2. & Od. 9. Trop. 2. 3.

IV. Decembris. *S. Barbaræ M.* ad Matut. Od. 4. Trop. 3. & ad Laud. Trop. 5. *Die V. S. Sabbæ Abb.* ad Vesp. Trop. 1. 4. 9. 12. & ad Matut. in Oecho & Od. 7. & 8. Tropariis 1. *Die VI. S. Nicolai Episc.* ad Matut. Can. 1. Od. 1. Trop. 1. & Od. 5. Trop. 2. & Od. 7. Trop. 2. & Od. 9. Trop. 2. & Can. 2. Od. 4. Trop. 2. & Od. 5. Trop. 3. *Die XII. S. Spiridionis*. *Episc.* ad Matut. Od. 9. Trop. 3. *Dominica III. Adventus in Festo SS. Propatrum*. ad Matut. Can. 1. Od. 9. Trop. 1. & Can. 2. Od. 1. Trop. 1. & Od. 5. Trop. 1. Die *Die XX. S. Ignatii Episc. & M.* ad Matut. Can. 2. Od. 8. Trop. 3. *Die XXII. S. Anastasiæ V. & M.* ad Vesp. Trop. 9. *Dominica post Nativit. D. N. J. C. in Festo S. Joseph.* Ad Matut. Od. 1. Trop. 1. & Od. 6. Trop. 3. *Die XXVII. S. Stephani Protomartyris*. ad Vesp. Trop. 9. & ad Matut. Od. 5. Trop. 1. & Od. 9. Trop. 3. & ad Laud. Trop. 6.

I. Januarii S. Basilii Episc. ad Vesp. Tropar. 5. 6. 11. & ad Matut. Trop. 2. Od. 1. Trop. 2. & in Cathismate post Od. 3. & ad Laud. Trop. 2. & 3. *Die VII. S. Jo. Baptistæ*. ad Matut. Od. 8. Trop. 4. & Od. 9. Trop. 3. *Die XI. S. Theodosii Cænobiarchæ*. ad Vesperas. Trop. 1. & ad Matut. Od. 1. Trop. 4. & ad laud. Trop. 1. 4. *Die XVI. S. Petri in Vincula*. ad Vesp. Trop. 4. *Die XVII. S. Antonii Abbatis*. ad Vesp. Trop. 5. 8. 9. 12. & ad Matut. Od. 3. Trop. 2. & Od. 9. Trop. 3. *Die XVIII. S. Athanasii Episc.* ad Vesp. Trop. 3. & ad Matut. Od. 9. Trop. 2. *Die XX. S. Euthymii Abb.* ad Vesp. Trop. 11. & ad Matut. Can. 2. Od. 1. Trop. 1. & Od. 6. Trop. 3. & Od. 8. Trop. 2. & Od. 9. Trop. 3. & in Cathismate post Od. 3. *Die XXV. S. Gregorii Theologi* ad Vesper. Trop. 2. & ad Matut. in Cathismate post Od. 3. & Od. 9. Trop. 2. *Die XXX. SS. Basilii, Gregorii, & Jo. Chrysostomi*. ad Vesper. Trop. 6. & ad Matut. in lect. & Od. 9. Trop. 3.

III. Februarii S. Simeonis τοῦ Θεοδόχου. ad Vesp. Trop. 2. & ad laud. Trop. 5. *Die IX. SS. Quadraginta MM.* ad Matutin. in Cathismate 3. & Trop. post Euangelium, & Od. 8. Trop. 2. & ad Laud. Trop. 3.

XXIII. Aprilis S. Georgii M. ad Vesp. Tropar. 1. 3. 4. 6. 10. 11. 12. & ad Matut. in Cathismate ante Euangel. & Od. 5. Trop. 2. & Od. 6. Trop. 2. & 3. & Od. 9. Trop. 3. & ad Laud. Trop. 3. 5. *Die XXV. S. Marci Euangelistæ* ad Matut. Od. 9. Trop. 1. 2. & ad Laud. Trop. 4.

XI. Maji SS. Constantini, & Helenæ ad Vesp. Trop. 6. 7. & ad Matut. Od. 5. 6. 9. Tropariis 2. & ad Laud. Trop. 4.

XXIX. Junii SS. Petri, & Pauli ad Vesper. Trop. 7. & ad Matut. Od. 2. Trop. 2. & Od. 6. Trop. 2. & Od. 9. Trop. 3.

XVII. Julii S. Marinæ V. ad Vesp. Trop. 12. & ad Matut. Od. 1. Trop. 1. & Od. 4. & 7. Trop. 2. & Od. 9. Trop. 2. & ad Laud. Trop. 4. *Die XX. S. Heliæ Prophetæ* ad Vesper. Trop. 6. 9. 14. *Die XXVI. S. Venerandæ V. & M.* ad Vesp. Trop. 3. & ad Matut Od. 9. Trop. 1. & ad Laud. Trop. 4. *Die XXXI. S. Eudocimi M.* ad Vesp. Trop. 4.

I. Augusti SS. MM. Machabæor. ad Vesp. Trop. 5. & ad Matut. in Cathismate post Od. 3. *Die XXIX. in Decollat. S. Jo. Bapt.* ad Vesp.

Vesp. Trop. 9. & ad Matut. in Cathismate 1. & C. 2. Od. 6. Trop. 2.

De Communi Prophetæ ad Vesp. Trop. 3. & ad Matut. Od. 1. Trop. 1. & Od. 9. Tropar. 1. *De Comm. Prophetarum.* ad Matut. Od. 8. Trop. 1. & Od. 9. Trop. 3. *De comm. Martyris* . ad Mat. Od. 1. Trop. 1. & Od. 3. Trop. 1. & Od. 5. Trop. 1. & Od. 6. Trop. 1. *De Comm. Martyrum* , ad Vesp. Trop. 3. *De Comm. Pontificis* ad Vesp. Trop. 2. & ad Matut. Od. 1. Trop. 3. & Od. 6. Trop. 2. & Od. 8. Trop. 2. & Od. 9. Trop. 2. *De comm. Pontificum,* ad Mat. Od. 1. Trop. 3. & Od. 3. Trop. 1. & Od. 8. Trop. 2. *De comm. Confessorum, & Martyrum* . ad Vesp. Tropar. 1. & ad Matut. Od. 4. Trop. 1. *De Comm. Beati* . ad Vesp. Trop. 1. 2. 3. & ad Matut. Od. 1. Trop. 2. & in Cathismate post Od. 3. & Od. 4. Trop. 3. & Od. 7. Trop. 1. 2. 3. *De Comm. Beatorum.* ad Vesp. Trop. 1. & ad Matut. Od. 3. Trop. 3. & Od. 5. Tropar. 2. 3. & Od. 7. Trop. 3. Od. 9. Trop. 1. *De comm. Beati , & Martyris* . ad Matut. Od. 1. Trop. 2. & Od. 4. Trop. 2. & Od. 9. Tropar. 1. 2. 3. *De comm. Beatorum , & Martyr.* ad Matut. Od. 1. Trop. 1. & Od. 3. Trop. 1. & in Cathismate post Od. 3. & Od. 6. Trop. 1. & Od. 9. Trop. 3. *De comm. Sanctæ Martyris* . ad Vesper. Trop. 1. 3. & ad Matut. Od. 6. Trop. 2. & Od. 7. Trop. 1. & Od. 8. & 9. Trop. 1. 2. 3. *De Comm. Sanctarum Martyrum* . ad Matut. in Cathismate post Od. 3. & Od. 5. Trop. 2. & Od. 8. Trop. 3. & Od. 9. Trop. 3. *De comm. Beatæ* . ad Mat. Od. 1. Trop. 1. & Od. 8. Trop. 2. & Od. 9. Trop. 3. *De Comm. Beatarum.* ad Vesp. Trop. 2. 3. & ad Matut. Od. 3. Trop. 2. & in Cathismate post Od. 3. & Od. 5. Trop. 1. 2. & Od. 6. Trop. 2. & Od. 9. Trop. 1. 2.

Atque hæc in Anthologio , quod perpetuò recitatis ; accipite & pauca ex Horologio (Diurnum Latini vocant) , quod habetis præ manibus . In Tropariis XI. Septembris . IX. X. & XV. Maii. XXV. & XXXI. Julii . *In Contaciis* . I. X. XV. XVII. & XX. Septembris . II. & X. Januarii . VI. VIII. & XI. Maji. IV. & IX. Junii. V. XXII. & XXIX. Julii . II. & XXVIII. *Augusti , & Dominicæ V. in Quadragesima* . Quibus in locis & tot , & tantis, & à Vobis perpetuò recitatis palàm asseritur præsens Piorum felicitas, ac Beatitas animorum.

XVII. Scilicet hæc sensa sunt publica, obvia , translativa Ecclesiæ nostræ castissimæ, Sapientissimæ. Ea cùm palam evincant, Beatitati piarum Mentium Græciam semper adstipulatam numeroso, publicoque suffragio, quàm frequenter mendacitatem effrontem, propudiosamque Margunii damnant: cui docenti, Orientalem Ecclesiam docere, ab animis Piorum, ante Anastasim Corporum, Deum minimè videri, possiderive pro modulo ; illud respondendum est, quod olim Plato penes (1) Planudem Demadi Sycophantæ . εἴπερ ἡ φανερῶς ἐμώραινες , σοφώτερον ἐψεύδου : *ni manifestè desiperes , doctiùs mentirere* . An enim non est manifestè desipere, ea Græcis affingere, quæ Græci omnes ubique palam inficiantur ? Quid ? non ne est plusquàm manifestè desipere , ea Ecclesiæ Orientali probata mentiri , quæ vel pessumdata per Photianos Orientalis Ecclesia sive canat , sive doceat , sive scribat , cantu , scripto , dogmate detestatur ? Neque enim Græci dumtaxat his, quæ asseruimus , ac nobiscum Orthodoxa Fides asserit, suffragantur , Photiani ipsi hæc docent, hæc probant ; quorum novissimus Doctor Philadelphiensis Antistes Severus , hunc in modum quæstionem hanc tandem (2) constituit : ἐγὼ δ' ὅμως τοιαύτην γνώμην ἔχω περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως, ὅτι αἱ τῶν ἁγίων , καὶ μακαρίων ψυχαὶ βλέπουσι μὲν , καθ' ὃ ψυχαὶ , τὴν μακαριότητα , καὶ δόξαν τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν εἰπόντα · ψυχαὶ δικαίων ἐν χειρὶ Θεοῦ , καὶ καθὼς ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς προειρημένοις ἔλεγε · καθ' ὃ δὲ μέλλουσι πάλιν νὰ λάβωσι , ψυχὴ , καὶ σῶμα , τὴν τελείαν ἀπόλαυσιν τῆς θείας μακαριότητος κατὰ τὸ λέγον · πορεύομαι ἑτοιμάσαι ὑμῖν τόπον · καθὼς ὁ ἅγιος Αὐγουστῖνος ἀνωτέρω ἔλεγε , λέγω , ὅτι οὔπω τελείως ἀπέλαυσαν οἱ ἅγιοι · ἐπειδὴ καὶ τότε ἔσεται ἡ τελεία ἀπόλαυσις , ὅταν ὁ Χριστὸς κρινῇ πᾶσαν τὴν γῆν , καὶ ἀποδώσῃ ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ · καὶ μετ' ὀλίγα · τούτοις τοίνυν τοῖς λόγοις καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία πιστεύουσα , λέγει , ὅτι ἡ τελεία ἐπίγνωσις τῆς τοῦ ἀκαταλήπτου Θεοῦ μεγαλειότητος ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τοῖς ἀξίοις ἀποδοθεῖναι ἐπήγγελται , καὶ τὰ λοιπά . *Ego tamen hanc habeo sententiam in hac controversiâ , nimirum, Sanctorum animos videre sanè , ut animæ sunt , Beatitatem , & Gloriam Dei juxta dicentem : animæ justorum in manu Dei sunt , & , ut Magnus Basilius in præfatis ajebat . At quà debent iterum anima , & corpus perfectam mercedem recipere divinæ Beatitatis juxta dictum : vado parare vobis locum , & ut S. Augustinus supra dicebat , dico , nondum perfectè Sanctos præmium accepisse . Nam tunc erit perfecta merces ; cùm Christus judicabit omnem terram , & reddet unicuique juxta opera ejus .* Et post pauca. *His igitur verbis & Dei Ecclesia fidem præstans dicit : perfectam cognitionem Magnitudinis Dei , qui comprehendi non potest in futuro sæculo ex Christi promisso dignis concedendam* . Hactenus Philadelphiensis Severus , ex quo discant Photiani , quid credere debeant , discant Latini , quid Græcia credat : Nam nos hìc calamum ponimus , ac perfuncti Opere , quod ab initio promisimus , quæcunque hìc diximus , aut alibi unquam dicemus , Deo primùm subjicimus , dein Ecclesiæ Catholicæ , & Apostolicæ, Magistræ omnium Christianorum , Matris nostræ , ac Sponsæ Christi , quo auspice , si quid hæc, qualiacunque sunt, dilectissimæ Genti nostræ profuerint, speramus laborum nostrorum præmium (neque enim aliud sperandum superest) in illa laborum requie felicissimâ , ubi , ut conceptis (3) Augustini verbis hæc tandem absolvam : *ubi gustabimus , & videbimus , videbimus , & amabimus , amabimus , & laudabimus , quod erat in fine sine fine ,* cui honor, & Imperium in sæcula.

(1) In Adag. cent. 3. n. 16.

(2) l. differ. 5. à lin. 7. ad fin. pag. 56.

(3) In fine librorum de Civit. Dei.

Finis Responsi Sexti.

INDEX

INDEX RERUM.

A

ABdias *à mendacio Margunii assertus Resp.* 2. *Sect.* 6. *n.* 2. *p.* 113. *col.* 1.

Abortio *duplex*. R. 4. S. 6. *n.* 12. *p.* 252. *col.* 2. *Ei causam dans quatenus homicida censeatur*. *d.* S. 6. *n.* 13. *p.* 253. *col.* 2.

Absolvi *potest Excommunicatus post mortem* R. 4 S. 5. *n.* 9. *p.* 246. *col.* 1. & 2.

Absolutio *à censura an audiatur à Mortuo*. *d.* S. 5. *n.* 3. *p.* 243. *col.* 1.

Abstemii *an rejiciantur ab Ordinibus*. R. 2. S. 6. *n.* 5. *p.* 114. *col.* 2.

Abstinere *se à carnibus ut immundis, damnatur ab Ecclesia* R. 3. S. 2. *n.* 11. *p.* 153. *col.* 1. & 2.

Abstinentia *à carne, citra errorem, bona*. R. 3. S. 2. *n.* 11. *p.* 153. *col.* 1. & 2.

Abstinentia *à certis cibis non arguit Manichæismum*. *d.* S. 2. *n.* 4. *p.* 147. *col.* 2. & *p.* 148. *col.* 1. *Eadem in Jejuniis Græcorum probatur ab Ecclesia Latina*. R. 4. S. 1. *n.* 8. *p.* 217. *col.* 1. & 2. *Eadem non infert Sectam Pythagoream*. R. 4. S. 2. *n.* 12. *p.* 229. *col.* 1. *Eadem usitata Apostolis, & Patribus*. *d. n.* 12. *ead. p.* & *col. Eam impugnare Calvinianum est*. ibidem.

Acacii *Patriarchæ CP. testimonium pro suprema Potestate Romani Pontificis*. R. 6. S. 2. *n.* 8. *p.* 356. *col.* 2. *in fin.*

Acceptio Personarum *diversa à Probatione per Evidentiam*. R. 5. S. 5. *n.* 3. *p.* 319. *col.* 1. *Eadem iniqua in Judice*. *d. n.* 3. *p. ead.* & *col.*

Accusanti *de injuria propinquorum an prosit protestatio, ne fiat irregularis, si accusatus mutiletur, vel occidatur*. R. 4. S. 7. *n.* 14. *p.* 262. *col.* 1.

Accusationes *Orientalium Episcoporum delatæ Roman. Pontifici*. R. 6. S. 2. *n.* 5. *p.* 352. *col.* 2. *Eadem Supremæ Potestatis Romanæ testes*. ibidem.

Accusator *in causa sanguinis an, & quatenus irregularis*. R. 4. S. 7. *n.* 13. *p.* 261. *col.* 1. & 2. *Ei an prosit Protestatio ad evitandam Irregularitatem*. *d.* S. 7. *n.* 14. *p.* 261. *col.* 2. & *pag. seq.*

Acta *Synodi sub Silvestro I. quantam fidem mereantur*. R. 6. S. 6. *n.* 6. *p.* 391. *col.* 2. & *p. seq. Eadem quot absurdis referta*. *d. n.* 6. *p. ead.* & *col. Eadem non penitùs reprobanda*. ibid. *n.* 7. *p.* 392. *col.* 1.

Actio generativa *notam suam confert generato, non meritum*. R. 2. S. 3. *n.* 10. *p.* 92. *col.* 2. & *p.* 93. *col.* 1. *Eadem est physicè in re acta, moraliter in Agente*. ibidem. *Ejus culpa, ac meritum Agenti tribuitur*. ibidem.

Actionem *unam ex duobus coalescentibus in unum principium esse posse, ostenditur validissimè*. R. 5. S. 3. *n.* 15. *p.* 307. *col.* 2. & *p. seq.*

Actum *indifferentem, qui judicat malum, peccat*. R. 4. S. 1. *n.* 7. *p.* 217. *col.* 1.

Actus *præsumitur factus eo loco, ac tempore, quo evitetur delictum*. *d. n.* 7. *p.* 217. *col.* 1.

Actus, *qui ad bonum & malum referri potest, ad bonum referendus*. R. 4. S. 1. *n.* 7. *p.* 217. *col.* 1.

Adam *an in hæresim, & infidelitatem inciderit*. R. 4. S. 2. *n.* 6. *p.* 226. *col.* 1. & 2. *An fuerit deceptus*, *ibid. col.* 2.

Adoratio Eucharistiæ *quam conditionem includat*. R. 5. S. 6. *n.* 11. *p.* 334. *col.* 2.

Adrogantia. *V. Arrogantia*.

Adulterii, pœna. *Vide. Pœna*.

Adulterii Sententia *ætate Senecæ*. R. 4. S. 9. *n.* 15. *p.* 277. *col.* 1.

Adulterii *damnatus an condere testamentum possit* *d.* S. 9. *n.* 15. *p.* 277. *col.* 2.

Adulterium *Crimen Capitale*. R. 3. S. 7. *n.* 2. *p.* 193. *col.* 2. *Idem rejicit ab Ordinibus*. *d.* S. 7. *n.* 11. *p.* 200. *col.* 2.

Adulti *an immersione baptizandi*. R. 5. S. 3. *n.* 20. *p.* 310. *col.* 1. & 2.

Advocati *an in causa sanguinis contrahant Irregularitatem*. R. 4. S. 7. *n.* 15. *p.* 263. *col.* 2. *An ad Ordines quæsiti plerumque ab Ecclesia*. ibidem.

Advocatione *in re profana Clerici, & Monachi prohibentur Jure Græco*. R. 4. S. 7. *n.* 16. *p.* 263. *col.* 1.

Advocatus *Rei non fit irregularis*. *d.* S. 7. *n.* 11. *p.* 263. *col.* 2. *Idq; tametsi Actor victus puniatur cum effusione sanguinis*. ibid. *Id limitatur in Advocato Cleric*. ibid.

Aerius *inter hæreticos habetur, quòd negarit, Suffragia Defunctis prodesse*. R. 1. S. 5. *n.* 6. *p.* 26. *col.* 1.

Ætas *in Ordinibus consideranda*. R. 2. S. 4. *n.* 1. *p.* 97. *col.* 1. *Ea variè penes Latinos Ordinibus constituta*. ibid. *col.* 2.

Ætas 30. annorum *requisita ad Sacerdotium olim apud Latinos*. ibidem.

Ætas Ordinandorum, *quæ ex Concilio Tridentino* *d.* S. 4. *n.* 1. *p.* 97. *col.* 2. *Eadem apud Græcos à Synodo Trullana constituta*. ibid. *n.* 2. *p.* 98. *col.* 1. *Eadem apud eosdem variè decreta*. ibidem. *Eadem, quæ prorsus idonea Ordinibus apud Græcos*. ibid. *col.* 2. & *p.* 99. *col.* 1. *Eadem suffragio Photianorum constituta*. *d.* S. 4. *n.* 3. *p.* 99. *col.* 1. & 2. & *p.* 100. *col.* 1. & 2.

Ætas Lectoris *apud Græcos quæ*. *d.* S. 4. *n.* 2. *p.* 90. *col.* 1.

Ætas Subdiaconi *apud eosdem*. ibid. *col.* 2.

Ætas Diaconi *apud eosdem*. ibid.

Ætas Diaconissę, *quæ*. ibidem.

Ætas Presbyteri, *quæ*. ibidem.

Ætatis Vitium *rejicit ab Ordinibus*. *d.* S. 4. *per tot p.* 97. *à col.* 1. *Idem à Photianis objectum Clericis Latinis*. *d.* S. 4. *n.* 3. *p.* 99. *col.* 1. & 2. *Vitium hoc Latini Ordines non admittunt citra Dispensationem*. *d. p.* 99. *col.* 2.

Ætatis gravitas *decet Ministros Ecclesiæ*. *d.* S. 4. *n.* 9. *p.* 104. *col.* 1. *Eadem requisita in Sacerdotibus Ethnicis*. ibidem.

Africani Patres *an absolutè negaverint Jus appellandi Rom. Pontificem*. R. 6. S. 2. *n.* 2. *p.* 349. *col.* 1. & 2. *Iidem Patres Sardicensem Synodum non nisi hæreticam norant*. *d.* S. 2. *n.* 15. *p.* 366. *col.* 1. *Eorundem cum Zosimo Controversia illustratur*. *d. n.* 15. *p.* 365. *col.* 2. & *p. seq. Eorundem repugnantia ab Appellationibus Romanis non prodest Photianis*. *d. n.* 15. *p.* 366. *col* 1.

Agapæ *quid fuerint*. R. 3. S. 1. *n.* 3. *p.* 137. *col.* 2. *Earum usus olim*. ibid. *Eorundem abrogatio*. ibidem & *p.* 138. *col.* 1.

Agatho *Papa non fatetur ignorantiam Latinorum Clericorum*. R. 2. S. 7. *n.* 5. *p.* 117. *col.* 2.

Agnus Paschalis *cur primò, & principaliter institu-*

tus.

tus. R. 3. S. 4. n. 5. p. 163. col. 1. & n. seq.
Alciatus *laudatur, ac refellitur Spurios, ac Nothos confundens*. R. 2. S. 3. n. 2. p. 88. col. 1.
Alexander de Franciscis *Ord. Præd. an Neophytus factus Episcopus*. R. 2. S. 8. n. 7. p. 127. col. 1.
Alexander Papa I. *an primus Azyma intulerit Latinæ Ecclesiæ*. R. 3. S. 5. n. 6. p. 174. col. 1. & p. seq. *Cur priscum morem sacrificandi in Azymis restituerit*. ibid. n. 9. p. 176. col. 2. *Potuit primus inferre Azyma Latinis sine Concilio OEcumenico*. ibid. p. 177. col. 1.
Alexandri Severi *Imp. ætas*. R. 3. S. 2. n. 10. p. 153. col. 1.
Altare Dei *in Apocalypsi an extra Cœlum*. R. 6. S. 10. n. 11. p. 426. col. 2.
Amatricus *Patriarcha Antiochenus*. R. 3. S. 5. n. 13. p. 181. col. 2.
Amen *dictum post verba Consecrationis quam vim habeat juxta Bessarionem*. R. 5. S. 5. n. 11. p. 323. col. 2. *Id quomodo interpretetur Margunius*. ibid. n. 12. p. 324. col. 1.
Amens *rejiciendus ab Ordinibus*. R. 2. S. 7. n. 1. p. 117. col. 2.
Ambrosius *Catechumenus factus Episcopus*. R. 2. S. 8. n. 5. p. 126. col. 1. *Idem an injuriosus Græcis*. R. 3. S. 2. n. 5. p. 148. col. 2. & p. seq. *Idem suffocato favet*. ibid. p. 149. col. 1.
Amputatio Membri *non licet ob scandalum*. R. 2. S. 6. n. 3. p. 113. col. 2.
Ananiæ, & Sapphiræ *incerta Salus*. R. 1. S. 7. n. 1. p. 37. col. 2.
Anastasii Sinaitæ *de Beatitate SS. ante generale Judicium testimonium*. R. 6. S. 10. n. 6. p. 422. col. 2. p. seq.
Anathema *differt ab excommunicatione*. R. 6. S. 7. n. 6. p. 399. col. 2.
Animæ immortalitas, *quo argumento probatur à Paulo Apostolo, & Photio*. R. 1. S. 5. n. 3. p. 24. col. 1. *Eadem argumento Pauli, ut explicatur à Margunio, reprobatur*. ibid. n. 4. p. 25. col. 1.
Animæ *post mortem, seu separatæ neque mereri, neque demereri possunt*. R. 1. S. 6. n. 6. p. 32. col. 2. & p. 33. col. 1. & S. 8. n. 9. p. 48. col. 2. *Eædem incapaces pœnitentiæ*. d. S. 6. n. 6. p. 33. col. 1. *Eædem quo in loco puniantur ex sententia Veterum*. ibid. S. 8. n. 2. p. 45. col. 1.
Animale Peccatum. *Vide Peccatum*.
Animale Peccatum *homicidium dictum*. R. 4. S. 3. n. 3. p. 231. col. 1.
Animam *unam in homine esse probatur*. d. S. 6. n. 14. p. 254. col. 1. & 2. *Id constituitur definitione Synodi CP. VIII*. ibid. n. 13. p. 253. col. 2.
Animorum *tertius status post mortem*. *Vide Purgatorium*.
Annæ Bolenæ *descriptio, scelera, insidiæ, & catastrophe*. R. 6. S. 4. n. 9. p. 380. col. 1. & 2.
Annæ Comnenæ *ætas*. R. 6. S. 9. n. 13. p. 118. col. 1. & 2.
Anselmus *an hostis Græcorum*. R. 3. S. 4. n. 9. p. 165. col. 2.
Antidorum *quid sit*. R. 3. S. 1. n. 5. p. 139. col. 1.
Antiochiæ *operatum in Azymo tempore Balsamonis*. R. 3. S. 5. n. 13. p. 181. col. 2.
Antitypa *quando dicantur corpus, & sanguis Christi in Liturgia Basilii*. R. 5. S. 6. n. 4. p. 330. col. 1. & n. 5. p. 330. col. 1. & 2.
Antitypa *quando dicantur Corpus & Sanguis Christi è sententia Damasceni*. d. n. 4. p. 330. col. 2. & p. seq. & n. 5. p. 330. col. 1. & 2.
Antitypa *dici posse Sancta Dona, etiam post Consecrationem*. d. S. 6. n. 6. p. 330. col. 2. & p. seq.
Antitypa *sumpta pro accidentibus Eucharisticis*. ibid. p. 331. col. 1.
Antitypi Vox *quid propriè significet, & varia ejus significatio* d. n. 6. p. 330. col. 2. & p. seq.
Aphesima *Græcorum quid sint*. R. 1. S. 9. n. 4. p. 60. col. 2. *Ea cùm dantur, an injungatur opus*. ibid. n. 5. p. 62. col. 1. *Eorum discrimen ab Indulgentiis Latinorum*. ibid. n. 6. p. 62. col. 2.
Apollinariani, *eorumque hæreses*. R. 1. S. 4. n. 3. p. 19. col. 2.
Apollinaris *quis fuerit, & quando vixerit*. d. p. 19. col. 1. *Idem damnatus à Damaso*. ibid. n. 5. p. 20. col. 1.
Apologia *Græcorum asserentium, Spiritum S. à Patre, & Filio procedere contra Photianos*. R. 5. S. 3. n. 13. p. 304. col. 1. & 2. & p. seq.
Apostasis *Capitale Crimen*. R. 3. S. 7. n. 2. p. 193. col. 2. *Ea rejicit ab Ordinibus*. ibidem.
Apostolatus *à suprema Potestate distinguitur*. R. 6. S. 1. n. 14. p. 346. col. 1.
Apostolici Canones *an Azyma Latinorum reprobent*. R. 3. S. 5. n. 12. p. 179. col. 2. & seq. *Iidem Judaicam superstitionem damnant*. ibid. n. 13. p. 180. col. 2.
Apostoli *an supremam Potestatem habuerint subjectam Petro*. R. 6. S. 1. n. 14. p. 346. col. 1. *An fuerint literati*. R. 2. S. 7. n. 11. p. 122. col. 1. & 2. *An fuerint vitiati corpore*. d. R. 2. S. 6. n. 2. p. 113. col. 1.
Apostoli *locus circa esum eorum, quæ veneunt in macello, explicatus*. R. 3. S. 2. n. 7. p. 150. col. 1. & 2.
Apostolis *solis, & inter eos Petro debet initia suæ fidei Roma*. R. 3. S. 5. n. 4. p. 173. col. 2. & p. seq.
Apostolos *Christus erudiit, ut aptaret Sacris*. R. 2. S. 9. n. 3. p. 129. col. 1.
Appellantium *Romanam Sedem exempla multa*. R. 6. S. 2. n. 18. p. 367. col. 2. & n. 13. p. 362. col. 2.
Appellare *licet à Patriarcha ad Synodum*. d. S. 2. n. 13. p. 363. col. 1. & 2.
Appellatio *quid sit*. d. S. 2. n. 2. p. 339. col. 1.
Appellatio *voluntaria, non necessaria est*. ibid. n. 14. p. 364. col. 2.
Appellationis *Jus unde competat Romano Pontifici*. ibid. n. 13. p. 363. col. 2.
Appellationis *finis*. ibid. n. 14. p. 364. col. 2.
Appellationis *Jus an ad Patriarcham CP. deferant Canones Chalcedonenses*. ibid. n. 16. p. 366. col. 1. & 2.
Appellationis *definitio*. ibid. p. 366. col. 2. *Ejusdem officium*. ibid.
Appellationis *ultimæ Jus assertum Rom. Pontifici à Prodromo*. d. n. 16. p. 367. col. 1. *Jus illud infert supremam Potestatem*. ibidem num. 17. pag. 367. col. 1.
Appellationis *Jus olim inficiati Rom. Pontifici heretici tantùm*. d. n. 17. p. 367. col. 1. & 2.
Applicatio *Meritorum Christi, & SS. quid sit in Indulgentiis*. R. 1. S. 9. n. 2. p. 59. col. 1. *Ea quomodo fiat*. ibid. n. 4. p. 60. col. 1. & 2. *Eadem in Synchorochartiis expressa*. ibid.
Aqua Benedicta *à quo primùm inventa*. R. 3. S. 5. n. 6. p. 175. col. 1. & 2.
Archidiaconi Officium. R. 1. S. 10. n. 1. p. 71. col. 1.
Archidiaconus *apud Græcos an examinet ad Ordines*. d. p. 71. col. 1.
Areopagitarum *gravitas*. R. 2. S. 4. n. 9. p. 104. col. 2.
Argumenta *pro Purgatorio proponi solita à Latinis, Græcorum sunt*. R. 1. S. 8. n. 15. p. 53. col. 2.
Argumentatio *à Jure Civili ad Canonicum sæpe ridicula*. R. 2. S. 3. n. 12. p. 94. col. 2.
Argumentatio *à singularibus inepta*. d. S. 3. n. 15. p. 96. col. 1.

Digitized by Google

Argumentatio à *dissimili non valet*. R. 2. S. 5. n. 4. p. 106. col. 2.
Argumentatio à *Simili quando valeat*. ibid.
Argumentationis à *Singularibus stoliditas*. d. S. 5. n. 4. p. 106. col. 2.
Arii *hæresis quanti steterit Ecclesiæ*. R. 1. S. 1. n. 11. p. 7. col. 1.
Aristoteles *in libris de Interpretatione quid agat*. R. 2. S. 2. n. 4. p. 80. col. 1.
Arreptitii *rejiciendi ab Ordinibus*. R. 2. S. 7. n. 1. p. 117. col. 2.
Arrogantia *laqueus Diaboli*. R. 2. S. 8. n. 4. p. 125. col. 2.
Arsenii Patriarchæ *CP. Ordinatio contra Canones*. R. 2. S. 9. n. 8. p. 132. col. 1.
Aspectu *Vitia hominis maximè dignoscuntur*. R. 5. S. 5. n. 3. p. 319. col. 1.
Aspidis, ac *perfidi comparatio*. R. 4. S. 5. n. 2. p. 242. col. 2.
Assertio dubia *in sensum catholicum trahenda est*. R. 4. S. 1. n. 7. p. 217. col. 1.
Athanasii *liber Quæstionum ad Antiochum corruptissimus recipitur à Photianis*. R. 1. S. 5. n. 6 p. 25. col. 2.
Atteritio recipitur à *Græcis*, & *Photianis*. R. 1. S. 8. n. 10. p. 50. col. 1.
Avaritia *Nobilium timenda Reipublicæ*. R. 3. S. 7. n. 6. p. 197. col. 2.
Audientes *qui*. R. 4. S. 3. n. 2. p. 230. col. 2.
Augustini *sententia à calumnia Photianorum, præsertimque Margunii asseritur*. *Ea quàm castigatè pro utilitate suffragiorum pro Mortuis dicat*. R. 1. S. 5. n. 13. p. 29. col. 2. & p. 30. col. 1. *Ejusdem sententia de salute desperanda Damnatorum*. R. eod. S. 6. n. 5. p. 32. col. 2. *Ejusdem textus obscurus circa Damnatos explicatur*. d. S. 6. n. 8. p. 34. col. 1. & n. 9. p. ead. col. 2. *Ejusdem sententia de nece Adulteræ*. R. 4. S. 9. n. 7. p. 273. col. 1. *Idem tum Græcis tum Latinis & Sanctus, & Doctor censetur*. d. S. 9. n. 7. p. 273. col. 1. *Idem, cùm dicit damnationem fieri tolerabiliorem, intellexit de Purgatorio*. R. 1. S. 6. n. 9. p. 34. col. 2. *Idem sensit, non esse improbabile, mitigari Damnatorum pœnas*. d. n. 9. p. 35. col. 1. *Idem Purgatorii nomen dogmaticè recepit*. R. 1. S. 8. n. 18. p. 56. col. 1. *Idem diversa censuit circa perfectam Beatitatem SS.* R. 6. S. 10. n. 9. p. 425. col. 1.
Augustus *legem occidendæ privata authoritate Adulteræ abrogat*. R. 4. S. 9. n. 3. p. 271. col. 2.
Austeritas *quid sit*. R. 2. S. 4. n. 5. p. 101. col. 1.
Authentica *naturales filios Nothos appellant*. R. 2. S. 3. n. 2. p. 88. col. 1.
Authoritas *publica negligitur, cùm agitur de peccato*. R. 5. S. 1. n. 16. p. 289. col. 2.
Auxilium *præstans homicidæ homicida censetur*. R. 4. S. 6. n. 8. p. 250. col. 2.
Azyma *V.* Christus.
Azyma *antiqua Christi figura in Eucharistia*. R. 3. S. 4. n. 11. p. 168. col. 1. & 2. *Ea an fuerint ætate Melchisedec*. ibid. n. 13. p. 169. col. 1. & 2. *Ea comedere non est alienum ab homine* ibid. n. 16. p. 172. col. 1. *An meliora Fermentato*. R. 3. S. 5. n. 7. p. 175. col. 2. & p. seq. *Quantæ antiquitatis sint in Ecclesia Romana*. d. S. 5. n. 9. p. 176. col. 2. & n. 10. p. 177. col. 2. *An diu in Ecclesia Latina cesserint Fermentato*. ibid. n. 10. p. 177. col. 2. & p. seq. *Ea, ut à Latinis usurpantur, nihil habent commune cum Azymis Judæorum*. ibidem. n. 12. & 13. à p. 179. col. 2.
Azyma Judæorum *comedens non rejicitur ab Ordinibus*. R. 3. S. 5. n. 14. p. 181. col. 2. & p. seq. *Idem peccat graviter*. d. n. 14. p. 181. col. 2. *Ea largiri Christianis Judæi probibentur*. d. n. 14. ead. p. & col.
Azymi *an fuerint Panes Propositionis*. d. R. 3. S. 4. n. 14. p. 169. col. 2.
Azymo, ac Fermentato *promiscuè olim utebantur Græci*. R. 3. S. 5. n. 2. p. 172. col. 2. & p. seq.
Azymorum dies *an unquam intelligatur Decimatertia Luna*. R. 3. S. 4. n. 7. p. 164. col. 1. & 2.
Azymorum prima die *Christus Eucharistiam instituit*. d. n. 7. p. 164. col. 1. & 2.
Azymorum prima dies *eadem cum die ante Festum Paschæ*. d. S. 4. n. 8. p. 165. col. 1.
Azymorum *unus usus tempore Paschæ apud Judæos*. d. S. 4. n. 10. p. 166. col. 2. & n. 15. p. 170. col. 2.
Azymum *qui negat panem esse, Græcus non est*. d. S. 4. n. 16. p. 171. col. 1. & 2.
Azymus *simpliciter dictus in Scriptura an Panem significet*. ibidem. n. 15. p. 170. col. 2. *An idem verum in Novo Testamento*. ibidem.
Azymus *an fuerit panis Melchisedec*. d. S. 4. n. 13. p. 169. col. 2.

B

Balbuties *an rejiciat ab Ordinibus*. R. 2. S. 6. n. 5. p. 114. col. 2.
Baldus IC. *qua ætate vixerit*. R. 5. S. 3. n. 8. p. 302. col. 1.
Baptæ, *qui, quomodo lustrarentur, an Sacris Majorum Deorum possent initiari*. R. 3. S. 8. n. 12. p. 210. col. 2.
Baptismi iteratio *rejicit ab Ordinibus*. R. 3. S. 7. n. 11. p. 200. col. 2.
Baptismo *potestas liberandi à servitute neque competit ex natura sua, neque ex lege*. R. 2. S. 5. n. 5. p. 107. col. 1.
Baptismo *liberari captivos, nullus doctus asseruit*. d. n. 5. p. 107. col. 1.
Baptismo *sufficit unica immersio*. R. 5. S. 3. n. 21. p. 310. col. 1. & p. seq.
Baptismo *an trinam immersionem jusserit Christus*. d. n. 21. p. ead. & col.
Baptismum *liberare à servitute, opinio est Vulgi ignorantis*. R. 2. S. 5. n. 5. p. 107. col. 1. & 2.
Baptismus *iteratus baptizato ab hæreticis dogma erroneum*. R. 1. S. 3. n. 12. p. 17. col. 2.
Baptismus *vivorum pro mortuis quis sit*. R. 1. S. 5. n. 3. p. 24. col. 1. & 2.
Baptismus Pœnitentiæ ibidem.
Baptismus *an vitia deleat omnia*. R. 2. S. 2. n. 2. p. 79. col. 1. *Quæ deleat, quæ non*. ibid. col. 2. *An liberet à servitute*. R. 2. S. 5. n. 4. p. 106. col. 2. & p. 107. n. 5. *per totum*. *Quomodo differat ab Ordine*. d. n. 4. p. 106. col. 2. *Liberat à peccatis, & est necessarius*. ibid. *Quomodo liberet servum ex Constitutione Leonis Sapientis*. ibid. S. 5. n. 5. p. 107. col. 2.
Baptismus Latinorum *an Vitiosus*. R. 5. S. 3. n. 12. p. 304. col. 1. *Confertur per trinam immersionem sumptam pro infusione*. d. S. 3. n. 16. p. 308. col. 1. *Habetur integer sine immersione*. d. S. 3. n. 18. p. 309. col. 1 & 2.
Baptismus lotio est, *quæ sine infusione, & aspersione haberi potest*. d. n. 18. p. 309. col. 1. & 2. *Id priscis exemplis illustratur*. ibid. col. 2.
Baptismus *an nudis fœminis unquam collatus*. d. S. 3. n. 20. p. 310. col. 1. & 2.
Baptismus *conferendus juxta Ritum cujusque Ecclesiæ*. d. n. 20. p. 310. col. 2.
Baptismus *an potiùs immersione, aut infusione, quàm aspersione conferatur*. d. n. 20. p. ead. & col.
Baptismus *non requirit trinam immersionem, vel infusionem*. d. S. 3. n. 21. p. 310. col. 2. & p. seq.
Baptismus *collatus sub unica immersione an olim irritus*.

d. n. 21. *p.* 311. *col.* 1. *An collatus in nomine Christi validus sit.* ibid.

Baptismus à *Donatistis iteratus.* ibidem.

Baptismus *collatus infanti unica infusione, vel contactu non iterandus.* ibid. *col.* 2.

Baptizati ab Apostolis *remanebant servi.* R. 2. S. 5. n. 5. *p.* 107. *col.* 1. & 2.

Baptizatus ab hæreticis *rejicitur ab Ordinibus.* R. 3. S. 7. n. 11. *p.* 200. *col.* 2.

Barba Græcorum *non pertinet ad superstitionem.* R. 4. S. 1. n. 7. *p.* 216. *col.* 2.

Barbæ detonsio *an Irregularitatem inducat penes Græcos.* *d.* S. 1. n. 2. *p.* 212. *col.* 2.

Barbæ Mos *apud Græcos perpetuus.* *d.* S. 1. n. 3. *p.* 213. *col.* 1. & 2.

Barbæ Mos *apud Romanos diu viguit.* *d.* n. 3. *p. ead.* & *col. Idem apud eosdem renovatus* ibid.

Barbæ tonsio *apud Græcos captivitatis signum.* *d.* S. 1. n. 5. *p.* 214. *col.* 1. & 2.

Barbæ tonsio *delicatior in Clericis damnatur.* *d.* n. 5. *p.* 214. *col.* 1.

Barbam, & comam *qui Ministri apud Græcos tondeant.* *d.* S. 1. n. 12. *p.* 220. *col.* 1.

Barlaam Monachus *quid censeat de Nysseno.* R. 1. S. 8. n. 18. *p.* 56. *col.* 2. *Refellitur latè ejus censura.* ibid. *p.* 57. *col.* 1. & 2.

Baronii Cardinalis *sententia de Revelationibus Brigittæ, & Mectildis de salute Trajani, & aliorum, recipitur, & illustratur.* R. 1. S. 7. n. 5. *p.* 39. *col.* 2. *Ejusdem error circa Nectarium Abbatem.* R. 4. S. 2. n. 8. *p.* 226. *col.* 2. *Ejusdem dicacitas in Ecclesiam Orientalem, & ibi inconstantia notatur.* R. 6. S. 9. n. 12. *p.* 417. *col.* 2. & *seq.*

Basilii Acrideni *obsequium erga Rom. Pont. & sententia de Latinis.* R. 5. S. 3. n. 10. *col.* 2. & *p. seq.*

Basilii Magni *Sanctitas.* R. 1. S. 8. n. 16. *p.* 54. *col.* 1. *Ejus Liturgia, ubi Dona sacra Antitypa nuncupet.* R. 5. S. 6. n. 5. *p.* 330. *col.* 2. *Ejus Querelæ argumentum pro summa Potestate Rom. Ecclesiæ.* R. 6. S. 2. n. 6. *p.* 354. *col.* 1. *Ejus Querelæ Rom. Ecclesiam Falsus accusant, & an obsint Rom. Ecclesiæ.* ibid. *Ejus consilium Occidentalibus datum, ne temerè vagos Orientales recipiant.* *d.* S. 2. n. 15. *p.* 365. *col.* 1. & 2. *Ejusdem testimonium pro Beatitate SS. ante generale judicium.* R. 6. S. 10. n. 4. *p.* 421. *col.* 2.

Beatitas *animi rectè dicitur Immortalitas.* *d.* S. 10. n. 3. *p.* 421. *col.* 1. *Ea, an perfecta sit nec ne ante generale Judicium, controvertitur apud Latinos.* *d.* S. 10. n. 8. *p.* 424. *col.* 2. *An post generale Judicium major essentialiter futura sit, disputatur inter Theologos.* *d.* n. 8. *p.* 424. *col.* 2. *Eam qui negarint ex Græcis, & Latinis.* *d.* S. 10. n. 1. *p.* 420. *col.* 1. *Eam Græci omnes, & Photianorum plerique asserunt.* *d.* n. 1. *p.* 420. *col.* 1. *Eandem qui Patres Latini doceant.* *d.* n. 1. *p.* 420. *col.* 1. *Item qui Patres Græci eam affirment.* *d.* S. 10. n. 2. & *seqq.* à *p.* 420. *col.* 2. *Eam qui Latini nondum perfectam censuerint.* *d.* S. 10. n. 8. *p.* 424. *col.* 2.

Beatorum *cum Christo similitudo post generale Judicium, in quo sita.* *d.* S. 10. n. 11. *p.* 426. *col.* 2.

Beatos *esse perfectè Beatos ante generale Judicium, probabilius asseritur.* *d.* S. 10. n. 9. *p.* 425. *col.* 1.

Bellarmini *explicatio data Revelationibus Brigittæ, ac Mectildis rejicitur.* R. 1. S. 7. n. 5. *p.* 39. *col.* 1. & 2. *Ejusdem objecta contra explicationem D. Thomæ refelluntur.* *d.* S. 7. n. 7. *p.* 41. *col.* 1. & n. 8. *ead. p. col.* 2. *Ejusdem Laus ob libros de Indulgentiis.* R. 1. S. 9. n. 1. *p.* 58. *col.* 2. *Ejusdem rationes pro Potestate Ecclesiæ invalidæ.* R. 4. S. 3. n. 8. *p.* 235. *col.* 1. *Ejusdem responsio ad rationem Cabasilianorum ex Damasceno invalida.* R. 5. S. 6. n. 4. *p.* 300. *col.* 2. *Ejusdem sinisteritas in Bessarionem.* *d.* S. 6. n. 7. *p.* 331. *col.* 2. *Ejusdem amor erga Græcos.* R. 6. S. 1. n. 14. *col.* 1.

Beneficium. *Vide* Titulus.

Bessarionis, *Cardinalis Nicæni argumentum contra Cabasilianos ductum ex Voce Amen proponitur, & vis ejus expenditur.* R. 5. S. 5. n. 11. *p.* 323. *col.* 2. & n. 12. *p.* 324. *col.* 1. *Ejus argumento non stat Dogma Orthodoxum asserens, Eucharistiam fieri verbis Christi.* *d.* S. 6. n. 14. *p.* 325. *col.* 1. *Ejus argumentum, licet infirmum, Photiani non solvunt.* *d.* n. 14. *p. ead.* & *col.* *An in Cardinalatu Barbam deposuerit.* R. 6. S. 2. n. 1. *p.* 348. *col.* 2.

Bigamia. *Vide* Digamia.

Bigamus. *Vide* Digamus.

Biographi *quàm sæpe in narrationibus, aut errent, aut ineptiant.* R. 6. S. 3. n. 2. *p.* 370. *col.* 2.

Bona Card. *suppresso nomine, refellitur.* R. 3. S. 5. n. 10. 178. *col.* 2.

Bona per se *indefectibilia, & bona ex circumstantiis.* R. 3. S. 8. n. 6. *p.* 205. *col.* 2.

Boni ratio *explicatur, & quomodo dependeat à circumstantiis.* *d.* n. 6. *p. ead.* & *col.*

Boni ratio *in species dividitur.* R. 3. S. 8. n. 6. *p.* 205. *col.* 2.

Bonifacii VIII. *Jubilæus quàm venerabilis Orbi Christiano, quanta frequentia celebratus, prodigio confirmatus.* R. 1. S. 9. n. 10. *p.* 66. *col.* 2.

Bonifacius VIII. *quis, & quando vixerit. An fuerit hæreticus. An ante obitum dexteram sibi devoraverit. Quando inventum ejus cadaver, quod & describitur.* R. 1. S. 4. n. 7. *p.* 21. *col.* 2. *An primus Indulgentias Generales pro Mortuis & Vivis dederit.* R. 1. S. 9. n. 10. *p.* 66. *col.* 2. *Primus Indulgentiam Generalem Jubilæum dixit.* *d. col.* 2.

Bonifacius Romanus *Martyr quando vixerit.* R. 1. S. 4. n. 7. *p.* 21. *col.* 2.

Breviarii Liciensis *Fides.* R. 3. S. 2. n. 10. *p.* 153. *col.* 1. *Illud non favet Magrio.* *d.* n. 10. *ead. pag.* & *col.*

Brigittæ Revelatio *de Salute Trajani refellitur, ut falsa, & suppositia, & repugnans Mectildi, & Ecclesiæ.* R. 1. S. 7. n. 5. *p.* 39. *col.* 2.

C

CAbasiliani *hæretici sunt.* R. 5. S. 6. n. 11. *p.* 334. *col.* 1. *Eorum error de forma Eucharistiæ ex ignorantia natus.* ibid. n. 1. *p.* 328. *col.* 1. *Eorundem Argumenta refelluntur.* *d.* S. 6. n. 2. & *seq.* à *p.* 328. *col.* 2. *Eorum sententiam qui Latini DD. etiam post Tridentinum tutati sint.* *d.* S. 6. n. 11. *p.* 334. *col.* 1. *An liceat cum illis communicare in sacris.* *d.* n. 11. *p.* 334. *col.* 2.

Cadaver Equitis Rhodii *integrum Cretæ.* R. 6. S. 5. n. 7. *p.* 387. *col.* 1.

Cadaveris *integritas an arguat sanctitatem Defuncti.* *d.* n. 7. *p.* 387. *col.* 1. & 2.

Cæremoniæ Græcorum *in sepeliendis cadaveribus quæ. Quid significent, & defenduntur à stolido risu quorundam.* R. 1. S. 5. n. 11. *p.* 28. *col.* 2.

Cæsar Baronius. *Vide* Baronius.

Calvinistæ *horrori sunt Græcis.* R. 1. S. 4. n. 8. *p.* 22. *col. Eorum non omnia dogmata damnanda.* R. 1. S. 5. n. 1. *p.* 23. *col.* 1.

Calvities *an obsit Ordinibus.* R. 2. S. 6. n. 2. *p.* 113. *col.* 1.

Canon Laodicenus *an reprobet Azyma Latinorum.* R. 3. S. 5. n. 12. *p.* 179. *col.* 1. & *p. seq.*

Canon Toletanus *explicatus.* R. 3. S. 8. n. 8. *p.* 207. *col.* 2.

Canon

Digitized by Google

Canon Chalcedonensis à *Legato Romano damnatus*. R. 6. S. 1. n. 13. p. 345. col. 2. *An receptus à Latinis in Quinisexta* d. n. 13. p. 346. col. 1. *Idem explicat Canonem Nicænum* R. 6. S. 2. n. 1. p. 348. col. 1. & 2. *Idem an tribuat Jus Appellationis Patriarchæ CP.* R. 6. S. 2. n. 16. p. 367. col. 2. *Idem loquitur de prima instantia*. d. n. 16. p. 367. col. 2.

Canon Nicænus *variè vexatus à Photianis Veritati restituitur*. R. 6. S. 2. n. 1. p. 348. col. 2.

Canon Synodi Quinisextæ *explicatur, & retorquetur contra Photianos*. d. S. 2. n. 4. p. 350. col. 1. & 2.

Canones Apostolici *an reprobent Azyma Latinorum*. R. 3. S. 5. n. 12. p. 179. col. 2. & p. seq. *Ii superstitionem Judaicam damnant*. d. S. 5. n. 13. p. 180. col. 2.

Canones Conciliorum *abrogati persæpe*. R. 5. S. 4. n. 8. p. 315. col. 2.

Canones probantes *Probationes vulgares abrogati*. d. n. 8. p. 315. col. 2. & p. seq.

Canones *quid sæpe apud Græcos significent*. R. 4. S. 1. n. 12. p. 220. col. 1.

Canonistæ *necessaria historiæ Ecclesiasticæ notitia*. R. 2. S. 4. n. 7. p. 102. col. 1.

Canonizatio SS. *quàm accuratis probationibus constet*. R. 6. S. 3. num. 2. p. 370. col. 2. *Ejus diplomata non nisi gravia, & certa continent*. R. 6. S. 4. n. 2. p. 370. col. 2.

Canonum Nicænorum *numerus incertus*. R. 2. S. 4. n. 3. p. 99. col. 2.

Capilli tonsura *apud Græcos Captivitatis signum*. R. 4. S. 1. n. 5. p. 214. col. 1. & 2.

Capitale peccatum. *Vide* Peccatum.

Capituli nomen *Græcis ignotum*. R. 1. S. 10. n. 3. col. 2. *Id cur inductum, & proficuum Latinis*. d. col. 2.

Captivi Christiani *semper fuere*. R. 2. S. 5. n. 5. p. 107. col. 1. & 2. *An Ordinandi*. *Vide* Ordinandus. *An liberentur per Ordines*. *Vide* Ordines.

Captivitas *an pugnet cum Baptismo*. *Vide* Servitus. Baptismus.

Caput visibile *Ecclesiæ Romanus Pontifex ex Lege Justiniani probatur*. R. 6. S. 2. n. 9. p. 357. col. 1. & 2.

Cardinalatus dignitas *toti Orbi venerabilis* R. 1. S. 7. n. 6. p. 40. 2. *Quibus olim conferri solita*. ibid. *Eam dignitatem an olim Episcopi optarent*. ibid.

Cardinalium dignitas *ætate D. Gregorii Magni minor Episcopali; idq; usque ad quæ tempora obtinuerit*. ibid. *Ea nunc major Episcopali, licèt Ordo sit minor*. R. 6. S. 4. n. 3. p. 376. col. 2. & n. 4. p. 377. col. 1. *Eadem antiqua* d. n. 4. ead. pag. & col. 1. *Eadem non facit vilescere dignitatem Episcopalem*. d. n. 4. col. 2. p. 377. *Eam qui descripserint*. d. n. 4. p. 377. col. 1. *Ejus olim munera*. R. 1. S. 7. n. 6. p. 40. col. 2.

Cardinalium *Venetorum laus*. R. 3. S. 3. n. 4. p. 157. col. 1. & 2.

Caritas, *loco Pœnitentiæ, delet peccatum post mortem*. R. 1. S. 8. n. 9. p. 48. col. 1. & p. 49. col. 1. *Ejus præcepto obligamur non judicare ex conjecturis, & suspicionibus*. R. 4. S. 1. n. 7. p. 216. col. 2. & p. 217. col. 1. *Ejusdem præcepto fit, ut indifferentia pro bonis habenda sint*. d. n. 7. p. 217. col. 1.

Castitas *olim apud Græcos etiam necessaria ministris sacris*. R. 3. S. 8. n. 9. p. 207. col. 2. & p. 208. col. 1.

Castrans *se sui ipsius homicida est*. R. 3. S. 3. n. 6. p. 158. col. 2. *Idem facit contra justitiam*. d. n. 6. p. 158. col. 1.

Castrare *se nunquam licuit*. d. n. 6. p. 159. col. 1. & n. 8. p. 160. col. 1. *Cur non liceat*. d. n. 6. p. 159. col. 1. *Idem non pertinet ad castitatem*. d. p. 159. col. 1. & n. 7 ead. p. col. 2. *Ejus pœna est Ordinaria ex lege civili*. d. n. 6. p. 159. col. 1. *Quid significet in Euangelio*. d. S. 3. n. 7. p. 159. col. 2.

Castrati *etiam apud Ethnicos turpes*. d. S. 3. n. 8. p. 160. col. 1. *Jure Synagogæ ab Ecclesia rejecti*. d. S. 3. n. 8. p. 160. col. 1. & 2.

Cathecumeni *alii moriuntur fideles, alii infideles*. R. 1. S. 6. n. 10. p. 35. col. 1. *Qui censeantur fideles*. ibid. *Qui infideles*. ibid. col. 2. *Non ligantur legibus Ecclesiæ, nec pœna Ecclesiastica multari possunt*. d. col. 2. *Rejiciuntur à Sacramentis*. d. col. 2. *An habeant Matrimonia rata*. d. col. 2. *Quibus verbis expellerentur ab Ecclesia per hypodiaconum*. R. 1. S. 10. n. 8. p. 75. col. 2.

Cathecumenis *non exhibetur Officium Mortuale, nec oratur pro ipsis mortuis publicè*. R. 1. S. 6. p. 36. col. 1. *Iisdem non conceditur sepulchrum in Ecclesia, aut Cœmeterio*. d. p. 36. col. 1. *Pro iis, si sint fideles, orari potest privatim*. p. ead. & col. 2. *Eos in foro exteriori non distinguit Ecclesia*. d. S. 6. n. 10. p. 36. col. 1.

Catumsyritus *damnatus à Sede Apostolica*. R. 3. S. 1. n. 2. p. 137. col. 1. *Idem calumniator Græcorum*. d. n. 2. p. 137. col. 1. *Idem ignorantissimus, & malignus in Græcos*. *Ejus verba referuntur, ac refelluntur*. R. 4. S. 2. n. 8. p. 225. col. 2.

Charitas. *Vide* Caritas.

Chalcedonensis Canon, & *Concilium*. *V.* Canon. Concilium

Chaldæa Versio *Suffocatum vertit strangulatum*. R. 3. S. 2. n. 8. p. 150. col. 2. & p. seq.

Christiani *multa traxere à Judæis, & quæ*. R. 3. S. 5. n. 12. p. 180. col. 1. *Iidem primùm dicti Antiochiæ Judæi fideles*. d. S. 5. n. 5. p. 174. col. 1.

Christi *verbis fieri Eucharistiam, è sententia Damasceni colligitur*. R. 5. S. 6. n. 5. p. 330. col. 1. & 2.

Christo *quod licuit, non propterea licet alii*. R. 4. S. 4. n. 7. p. 240. col. 2.

Christus *an Mortuis prædicaverit, & quibus, idq; quomodo illis prodesse potuerit*. R. 1. S. 7. n. 8. p. 41. col. 1. *An nullis verbis Eucharistiam confecerit*. R. 5. S. 5. n. 15. p. 325. col. 2. & p. seq. *An præverterit diem celebrando Paschati, & quomodo*. R. 3. S. 4. n. 9. p. 165. col. 2. & p. seq. *An sit ubique*. d. R. 5. S. 5. n. 13. p. 324. col. 1. & 2. *In Azymo consecravit*. R. 3. S. 4. n. 1. p. 161. col. 1. & 2. & n. 7. p. 164. col. 1. & 2. *Instituit Eucharistiam decima quarta Luna*. d. n. 7. p. 164. col. 1. *Non implesset Legem, si ea die non celebrasset Cœnam Paschæ*. d. S. 4. n. 3. p. 164. col. 1. & 2. *Verbis, quibus nunc utimur, consecravit*. R. 5. S. 5. n. 14. p. 325. col. 2. *An identificetur cum nobis, & absurda ex hoc*. d. S. 5. n. 13. p. 324. col. 1. & 2.

Chrysostomi *liturgia caruit semper illis*: hoc facite in meam commemorationem. R. 5. S. 6. n. 7. p. 331. col. 2.

Ciborum contaminatorum usus *à Sacris an abigat* R. 3. S. 1. n. 7. p. 139. col. 1. & p. seq. & n. 8. p. 140 col. 2. & p. seq. & n. 9. p. 141. col. 1. & 2. & n. 10. p. 142. col. 1. & 2. *An criminosus apud Latinos*. d. n. 10. p. 142. col. 2.

Citatio *cur requiratur*. R. 5. S. 1. n. 15. p. 289. col. 1. *Quando possit omitti*. d. n. 15. Ead. p. & col.

Classes Mortuorum *tres*. *Vide* Mortui.

Claudi *qui rejiciendi ab Ordinibus*. R. 2. S. 6. n. 2. p. 112. col. 2. & n. 5. p. 114. col. 2.

Clemens Antipapa. *Ejus corpus insolutum adhuc*. R. 4. S. 5. n. 9. p. 246. col. 2.

Clementis IX. *Elogium, & Charitas erga Græcos*. d. R. 4. S. 1. n. 10. p. 218. col. 2.

Digitized by Google

Clerica, *corona Clericalis apud Græcos, & Latinos. d. S. 1. num. 6. p. 215. col. 1. & 2. & p. 216. col. 1.*

Clerici *advocare non possunt. R. 4. S. 7. n. 15. p. 262. col. 2. & p. seq. Id in causa Sanguinis limitatur. d. n. 15. p. 263. col. 1. & 2. Comatuli detestabiles. R. 4. S. 1. n. 7. p. 216. col. 2. In re Sacra, ac Spirituali sunt Laicorum superiores. R. 5. S. 2. n. 6. p. 293. col. 2. Jure divino præsunt Laicis. d. S. 2. n. 5. p. 293. col. 1. An Jure divino sint exempti à Jurisdictione Laicorum. d. S. 2. n. 5. p. 293. col. 1. & 2. Olim victum manu quærebant. R. 2. S. 5. n. 9. p. 109. col. 2. & p. seq.*

Clerici Pauperes. *Vide Paupertas.*

Clericum *deprehensum cum uxore sua percutiens an peccet. R. 4. S. 9. n. 10. p. 274. col. 2.*

Clericus Advocatus *Rei est irregularis, si Actor victus occidatur, vel mutiletur. R. 4. S. 7. n. 17. p. 263. col. 2.*

Clericus delinquens *detruditur in Monasterium. R. 5. S. 2. n. 4. p. 293. col. 1.*

Clericus *est homo Nobilis. R. 4. S. 9. n. 10. p. 274. col. 2. & p. seq. In Majoribus constitutus neque Medicinam, neque Chirurgiam licitè exercet. R. 4. S. 7. n. 8. p. 258. col. 2. Id limitatur d. S. 7. n. 9. p. 259. col. 1. In Minoribus constitutus potest esse Medicus, & Chirurgus. d. S. 7. n. 8. p. 258. col. 2. Idem non erit Irregularis, si ex arte secando occidat, vel mutilet. d. n. 8. p. ead. & col. Jurisdictionem habens laicam, criminalem causam laico delegans, non est irregularis, si delegatus ferat sententiam mortis, vel mutilationis: & ad id Ratio. d. S. 7. n. 12. p. 260. col. 1. & 2. Est tutor Ecclesiæ. R. 2. S. 7. n. 1. p. 117. col. 2.*

Clericus Miles. *Vide miles*

Clinici *rejiciendi ab Ordinibus. R. 2. S. 8. num. 1 p. 224. col. 1. Qui fuerint: d. n. 1. p. 224. col. 1.*

Coactio *liberi hominis quando liceat. R. 5. S. 2. n. 7. p. 294. col. 1. & 2.*

Cæci *an rejiciantur ab Ordinibus. R. 2. S. 6. n. 5. p. 114. col. 2.*

Cœlestinum *inter, & Africanos controversia an obsit Juri appellandi Rom. Pontificem. R. 6. S. 2. n. 2. p. 349. col. 1. & 2.*

Cœlum *non intrat fœdus peccatis. R. 1. S. 8. n. 8. p. 48. col. 1.*

Cœna Paschalis *quartadecima Luna celebrabatur. R. 3. S. 4. n. 3. p. 161. col. 2. & p. seq.*

Cogi *ad Ordines an possit aptus, & doctus. R. 5. S. 2. n. 12. p. 297. col. 1. & 2.*

Cogi *liberum hominem incivile est. d. S. 2. n. 7. p. 294. col. 1.*

Cohors Italica *quæ fuerit. R. 3. S. 5. n. 4. p. 174. col. 1.*

Collegium Græcorum Urbanum *à Photianis, duce Margunio, maledictis excipitur. R. 2. S. 9. n. 1. p. 128. col. 2. & p. seq. Idem Photianis formidabile d. n. 1. p. ead. & col. Quàm utile Fidei Orthodoxæ. ibid. n. 2. ead. pag. & col. Habuit Alumnos, ex quibus unus quot Schismaticos ad Unionem revocaverit. d. n. 2. p. ead. & col. Vaticinio Margunii appetitum. d. n. 2. p. 129. col. 1. Nunc penè excisum, ibidem Resurrecturum prædicitur* Ibid.

Colluthiani, *eorumque hæreses. R. 1. S. 4. n. 3. p. 19. col. 1.*

Colluthus *damnatus ab Osio Rom. Sedis Legato. d. S. 4. n. 5. p. 20. col. 1. Quis, & quando vixerit. d. S. 4. n. 3. p. 19. col. 1.*

Colyba *descendunt ex Agapis. R. 3. S. 1. n. 3. p. 137. col. 2. Laudantur à SS. Patribus. d. col. 2. & p. seq. Eadem reprobata. Ibid. n. 4. ead. p. & col. Non adhibentur ad placandos Manes. d. n. 4. p. 138. col. 1. Pro mortuis offeruntur. R. 1. S. 5. n. 11. p. 28. col. 2. Quid sint. R. 3. S. 1. n. 2. p. 137. col. 2. Unde dicta d. S. 1. n. 4. p. 138. col. 2. Eorum contemptor olim abigebatur à Sacris, & cur. d. S. 1. n. 6. p. 139. & seq. à col. 2. Eorum contemptus aliquando indicium Idololatriæ. d. n. 6. p. ead. & col. Eorum esus non necessarius. d. S. 1. n. 5. p. 138. col. 2. & p. seq. Eorum festum. d. S. 1. n. 4. p. 138. col. 1. Eorum usus miraculo sanctus. d. n. 4. p. 138. col. 2.*

Coma promissa *in Clericis Græcis abusus. R. 4. S. 1. n. 7. p. 216. col. 2. Ejus mos apud Græcos. d. S. 1. n. 4. p. 213. col. 2. Ejusdem mos apud Latinos recentiores. d. n. 5. pag. & col. ead. Ejus tonsio delicatior, quàm dedeceat Clericos. d. S. 1. n. 5. p. 214. col. 1.*

Communio sanctorum *Dogma fidei quid operetur in Indulgentiis. R. 1. S. 9. n. 4. p. 60. col. 2.*

Concilia *pro Potestate Rom. Pontificis quæ stant. R. 6. S. 2. n. 4. p. 350. col. 2.*

Concilii VI. Oecumenici *pro eadem Potestate testimonium. d. S. 2. n. 10. p. 359. col. 2.*

Concilium Bracharense *Actum ante Leonem IV. ejus decreto derogare non potuit. R. 6. S. 6. n. 7. p. 392. col. 1. An derogare potuerit Canoni Synodi sub Sylvestro I.* ibid. *Idem infrequens quando celebratum.* ibid.

Concilium Chalcedonense *agnoscit supremam potestatem Rom. Pontificis. R. 6. S. 2. n. 3. p. 340. col. 2. & p. seq.*

Concilium *Constantiense quid egerit contra Joannem Husz, & vindicatur à calumnia Margunii. R. 4. S. 7. n. 12. p. 260. col. 2. & p. seq. Idem fidem non dedit Joanni Husz.* Ibid. *col. 1.*

Concilium CP. *I. Rom. Pontificis potestatem agnoscit. R. 6. S. 2. n. 3. p. 3 9. col. 2.*

Concilium CP. sub Menna *eandem fatetur. d. n. 3. p. 350. col. 1.*

Concilium Ephesinum *itidem. d. n. 3. p. 349. col. 2.*

Concilium Nicænum *I. constituit ætatem Ordinibus. R. 2 S. 4. n. 3. p. 99. col. 2. Ejus Canon variè vexatus à Photianis veritati restituitur. R. 6. S. 2. n. 1. p. 348. col. 2.*

Concilium Nicænum II. *Papæ potestatem fatetur. R. 6. S. 2. n. 4. p. 350. col. 2.*

Concilium VIII. *OEcumenicum unam animam in homine esse, decernit. R. 4. S. 6. n. 13. p. 253. col. 2. & p. seq. Idem Legitimum asseritur. R. 1. S. 2. n. 3. p. 8 col. 1.*

Concilium Photianum *confictum à Photio*, Ibid.

Concilium Quintum *Oecumenicum de personis tantùm egit, seditionibus agitatum, quid conferat pro potestate Papæ. R. 6. S. 2. n. 3. p. 350. col. 1.*

Concilium Sardicense *supremæ Appellationis Jus fatetur in Rom. Pontifice. d. S. 2. n. 2. p. 349. col. 2.*

Concilium Trullanum. *Ejus audacia. R. 1. S. 3. n. 12. p. 17. col. 1. Jubet Rom. Pontifices non jejunare sabbato.* ibid. *Ejus authoritas nulla.* ibid. *col. 2. & R.*

2. S. 2. n. 13. p. 86. col. 2. *Rejectum à Latinis, & Græcis*. ibid. col. 2. *Qua ratione citetur à Patribus*. ibid. *Ejus errores, & horum præcipuus*. ibidem. *Ejus sententia circa Digamos*. R. 2. S. 2. n. 13. p. 86. col. 2. *Severitatem Rom. Ecclesiæ in Digamos damnat*. ibid. *An vetet respici Natalia Ordinandorum*. R. 2. S. 3. n. 15. p. 96. col. 2. *Vetat, ne rejiciantur, qui non sunt è stirpe Sacerdotali*. ibid. *An faveat servis Ordinandis*. R. 2. S. 5. n. 5. p. 107. col. 2. *Agnoscit primam omnium Sedium Romanam*. R. 6. S. 2. n. 3. p. 350. col. 1.

Concubina *quomodo olim dicta uxor*. R. 3. S. 8. n. 8. p. 207. col. 2.

Concubinarius *non rejicitur ab Ordinibus apud Latinos*. ibid. n. 5. p. 205. col. 1. *Rejicitur ab iisdem apud Græcos*. d. n. 5. p. 205. col. 1. & 2. *Idem suspensus quoad se, non quoad alios apud Latinos*. d. n. 5. p. 205. col. 1.

Concubinatus *crimen Capitale*. R. 3. S. 7. n. 2. p. 193. col. 2.

Confessarii *testimonium neque pro, neque contra filium spiritalem recipiendum*. R. 6. S. 8. n. 5. p. 407. col. 1. *Idem Jure Græco, & Photiano damnatur*. d. S. 8. n. 7. p. 408. col. 1. & n. 3. & 4. à p. 405. col. 2. *Pro filio spiritali ridiculum*. R. 6. S. 9. n. 3. p. 413. col. 1. *Pro eodem interpositum perniciosum*. d. n. 3. p. ead. & col. *Pro eodem latum pendet ab ipso filio spiritali*. ibid. n. 4. p. 413. col. 2.

Confessario *cur credi non possit*. d. S. 9. n. 2. p. 412. col. 2.

Confessarium *nulla res debet posse ab Arcano dimovere, etiamsi Mundus pereat*. R. 6. S. 8. n. 9. p. 409. col. 1.

Confessarium *posse testem esse in Examine Ordinandi, affirmat Margunius, & alii Photiani*. R. 6. S. 8. n. 1. p. 405. col. 1. & n. 2. p. ead. col. 1. & 2.

Confessarium, *quæ scit ex confessione, nescire ut hominem, docent Græci, & Photiani*. d. S. 8. n. 6. p. 407. col. 2.

Confessarium *solum sufficere ad approbationem, aut reprobationem Ordinandi, Photiani multi docent*. d. S. 8. n. 3. p. 305. col. 2. & p. seq. & n. 4. p. 406. col. 2.

Confessarium *sufficere etiam non juratum*. d. S. 8. n. 3. p. 405. col. 2.

Confessarius *ad testimonium in Examine Ordinandi an recipi possit*. d. S. 8. per tot. à p. 405. col. 1.

Confessarius *est Pater confitentis, & debet illi, ut filio, pietatem*. d. S. 8. n. 6. p. 407. col. 2.

Confessarius *ex notitia sacra non potest extra Sacramentum judicare*. R. 5. S. 1. n. 5. p. 283. col. 1. *Idem in Sacramento repræsentat Deum*. R. 6. S. 8. n. 5. p. 407. col. 1. *Idem monendus, ne etiam ex consensu Pœnitentis prodat Arcanum, nisi adsit commodum ingens Pœnitentis, aut Reipublicæ* d. S. 8. n. 9. p. 409. col. 1. *Idem negans Syngrapham approbationis prodit Arcanum*. R. 6. S. 9. n. 3. p. 413. col. 1. & 2. *An possit mentiri, & paralogismis uti, ne prodat Arcanum*. R. 6. S. 8. n. 9. p. 409. col. 1. *Non habet scientiam ejus, quod scit in Confessione*. d. S. 8. n. 5. p. 407. col. 1. *Pro Filio spirituali testimonium dicere non potest*. R. 6. S. 9. n. 1. p. 412. col. 1. & 2. *Prodens Arcanum quibus pœnis subjiciatur*. d. S. 9. n. 2. p. 413. col. 1. *Censetur fictione Juris nescire, quæ circa Filium spiritalem sunt*. d. n. 2. p. 412. col. 2. *Ut possit prodere Arcanum, qui consensus Pœnitentis requiratur, & qualis* R. 6. S. 8. n. 9. p. 409. col. 1.

Confessio Adversarii *recipitur contra præsumptionem Juris, & de Jure*. R. 5. S. 5. num. 4. p. 320. col. 1.

Confessio *an, & quatenus probationes alias extinguat*. d. S. 5. n. 7. p. 321. col. 1. & 2. *Ex humilitate facta nihil obest*. d. S. 5. n. 10. p. 323. col. 1. *Extrajudicialis an probet*. d. S. 5. n. 8. p. 322. col. 1. *Facta à Minore non probat*. d. n. 8. p. 321. col. 2. *Facta à nesciente non probat*. d. p. 321. col. 2. *Facta non coram parte an noceat*. d. n. 8. p. 332. col. 1. *Jurejurando confirmata quam vim habeat*. d. S. 5. n. 11. p. 325. col. 2. *Matrimonium impugnans non nocet Matrimonio*. d. S. 5. n. 9. p. 322. col. 2. *Non spontanea non probat*. d. S. 5. n. 8. p. 321. col. 2.

Confessio Mutui, & Dotis *potest aliis probationibus impugnari*. d. S. 5. n. 7. p. 321. col. 2.

Confessio Rei *an à Canonibus prohibeatur*. d. S. 5. n. 5. p. 320. col. 1. & 2. *Ea post Evidentiam maxima probatio est*. d. S. 5. n. 4. p. 320. col. 1. *Ea quatenus probet*. d. S. 5. n. 7. p. 321. col. 1. & 2. *Eadem validissima Probatio*. ibid. n. 4. p. 320. col. 1. *Eadem uti Probatio omni Jure recipitur*. ibid. n. 6. p. 320. col. 2. & p. seq.

Confessio repugnans favori *an noceat* d. S. 5. n. 9. p. 322. col. 1. & 2.

Confessio repugnans Juri *nihil agit*. d. n. 9. p. 322. col. 2.

Confessio repugnans liti, *quæ, & quomodo noceat*. d. n. 9. ead. p. & col.

Confessio repugnans Naturæ *non nocet*. d. n. 9. p. 322. col. 1.

Confessioni *plus defertur, quàm publicæ scripturæ*. d. S. 5. n. 4. p. 320. col. 1.

Confessionis *probaturæ partes*. d. S. 5. n. 7. p. 321. col. 2. & p. seq. *Ejusdem species*. ibid. col. 1. & 2.

Confessio Sacramentalis *remittit culpam, sed non omnem pœnam*. R. 1. S. 8. n. 9. p. 48. col. 1. & p. 49. col. 1.

Confessionis Sacramentalis Arcanum *assertum à Græcis tum factis, tum verbis*. R. 6. S. 8. n. 10. 11. & seq. à p. 409. col. 2. *Idem assertum à Latinis*. d. S. 8. n. 9. p. 409. col. 1. *Assertum etiam à Margunio*. d. S. 8. n. 13. p. 411. col. 1. & 2. *Assertum à Photianis*. d. n. 13. p. 410. col. 2. & p. seq. *Comparatur Arcano Naturali*. d. S. 8. n. 8. p. 408. col. 2. *Idem insolubile ex præcepto*. d. n. 8. p. 408. col. 2. *Idem Jure Divino inducitur*. d. n. 8. p. 408. col. 2. *Qui, & quatenus frangi possit, ut aliqui docuerunt*. d. n. 8. p. ead. & col. 2. *Tunc frangi potest, cùm aut Deus jubet, aut Pœnitens permittit*. R. 6. S. 8. n. 9. p. 409. col. 1. *Illud violans etiam in minimo peccat mortaliter*. d. S. 8. n. 8. p. 408. col. 2. *Idem violari non potest etiam ad evitandum exitium imminens Reipublicæ*. d. n. 8. p. 408. col. 2.

Confessus *Vitium in examine quomodo repellendus*. d. S. 5. R. 6. n. 10. p. 323. col. 1.

Conjectura *de usu Azymi, ac Fermentati*. R. 3. S. 5. p. 175. col. 2.

Cononis *Presbyteri timor in baptizandis fœminis*. R. 5. S. 3. n. 20. p. 310. col. 1.

Conscientiam sequi *Judex an debeat*. *Vide Judex*.

Conscientiam sequi *tenemur magis, quàm sententiam,* ubi

Digitized by Google

ubi agitur de peccato. R. 5. S. 1. n. 10. p. 286. col. 1.

Consecratio *Eucharistiæ est repetitio ejus, quam Christus fecit*. R. 5. S. 5. num. 14. p. 325. col. 2.

Consilio provocans *ad homicidium homicida censetur*. R. 4. S. 6. n. 6. p. 249. col. 2.

Consilium dans *aliàs determinato ad homicidium an teneatur pœna homicidii*. d. n. 6. p. ead. & col. 1. *Idem an irregularis*. ibid.

Consilium dans *ad delictum pœna delicti tenetur*. ibid. & p. 250.

Consilium dans *determinato ad incestas nuptias quatenus teneatur incesti*. d. n. 6. ibid.

Consilium dans *homicidæ an homicidii teneatur, si is, cui didit, occidatur*. d. S. 6. n. 7. p. 250. col. 1.

Consilium *indifferens præsumitur bonum*. R. 4. S. 1. n. 7. p. 217. col. 1.

Consistentes *qui*. R. 4. S. 3. num. 2. p. 230. c. 2. & p. seq.

Constantini Chliareni *Patr. CP. decretum explicatur*. R. 4. S. 8. n. 4. p. 265. col. 2.

Constantini Harmenopuli *laus, & quæstiones aliquot* R. 4. S. 6. n. 9. p. 251. col. 1. *Ab ineptiis Margunii vindicatur*. R. 4. S. 9. n. 4. p. 272. col. 1. & 2. *Describitur Elogio*. R. 3. S. 1. n. 12. p. 143. col. 2. & p. seq.

Constantinus Magnus *se ibi sepeliri jubet, ubi major conventus ad participandas fidelium preces*. R. 1. S. 5. n. 6. p. 26. col. 1. *An nudus baptizatus*. R. 5. S. 3. n. 20. p. 310. col. 1.

Constantinopolitanorum *obsequium erga leges Jejunii*. R. 4. S. 2. n. 12. p. 229. col. 1.

Constitutiones Clementis *Apocryphæ etiam Græcis*. R. 1. S. 5. n. 5. p. 25. col. 1.

Consuetudo *inducta præsumitur in casu licito*. R. 4. S. 1. n. 7. p. 217. col. 1. *Non valet, nisi Canonibus consonet*. R. 2. S. 9. n. 10. p. 133. col. 1. & 2. *Uniuscuiusque Provinciæ, ac Gentis servanda*. R. 1. S. 4. n. 5. p. 20. col. 2. *Non valet contraria Canonibus* R. 2. S. 9. n. 11. p. 133. col. 1. & 2. *Ut valeat quid requiratur*. d. n. 11. p. ead. & col.

Contemptor Censurarum *rejiciendus ab Ordinibus*. R. 3. S. 3. n. 11. p. 200. col. 2.

Contemptus Sacramenti *rejicit ab Ordinibus*. d. p. 200. col. 2. & p. seq.

Contractus *Jure Pacis celebrantur, non Belli*. d. S. 7. n. 7. p. 198. col. 1. & 2.

Contritio *recipitur à Græcis, & Photianis*. R. 1. S. 8. n. 10. p. 50. col. 1.

Coressius. *Vide* Georgius.

Cornelius Centurio *primus ex Gentibus Christianus* R. 3. S. 5. n. 4. p. 174. col. 1.

Corona, & coronare *quid significet Græcis*. R. 2. S. 2. n. 1. p. 78. col. 1.

Coronandi Sponsos *mos in Græcia*. d. S. 2. n. 2. p. 79. col. 1. *Idem mos apud Ethnicos*. ibid.

Corpore vitiati. *V.* Vitiati.

Corpus Christi *post consecrationem ritè dicitur Panis*. R. 5. S. 6. n. 3. p. 329. col. 1.

Corpus, & Sanguis Christi *appellantur dona, etiam post consecrationem à Græcis*. d. S. 6. n. 2. p. 328. col. 2.

Creatura *potest Deum videre*. R. 6. S. 10. n. 10. p. 425. col. 2.

Credulitatis *nimiæ mala*. R. 1. Init. p. 4. num. 11. col. 1.

Criminosus *alios non accusat*. R. 1. S. 1. num. 5. p. 5. col. 2.

Cyprianus an *excommunicatus à Stephano*. R. 4. S. 8. n. 3. p. 265. col. 2.

Cyrilli Alex. *testimonium pro Potestate Papæ*. R. 6. S. 2. n. 7. p. 355. col. 2. *Aliud ejusdem testimonium ex Thesauris receptum à Photianis*. d. S. 2. n. 8. p. 356. n. 1.

D

Damasceni *authoritas de inutilitate Suffragiorum pro Damnatis*. R. 1. S. 7. n. 12. p. 43. col. 2. *Ejusdem Oratio pro Defunctis quomodo asserat, ab Inferis liberatum Trajanum*. d. S. 7. n. 8. p. 41. col. 1. & 2. *Orationis illius defensio, & explicatio*. ibid. col. 2. *Damasceno non tribuitur Fabula Trajani*. R. 1. S. 7. n. 2. p. 38. col. 2. *Ejus Oratio de Defunctis dubiæ fidei etiam Photianis eruditioribus*. ibid.

Damnati *ad salutem redire non possunt etiam ex Photianorum sententia*. R. 1. S. 6. n. 5. p. 32. col. 1. & 2. *Qui censeantur ad salutem venisse à Photianis*. d. S. 6. n. 11. p. 36. col. 1. & 2.

Damnatus *reddere debitum maritale, si sciat consanguineam, non tenetur stare sententiæ latæ, sed debet sequi conscientiam suam*. R. 5. S. 1. n. 10. p. 286. col. 1.

Daniel *cujus ætatis prophetaverit*. R. 2. S. 3. n. 15. p. 96. col. 1. & S. 4. n. 8. p. 102. col. 2.

Definitionis conceptus. R. 5. S. 3. num. 2. p. 299. col. 1.

Dei Potestas. *Vide* Potestas.

Dei opera *bona*. R. 2. S. 6. n. 3. p. 113. col. 2. & p. seq. *Ejusdem verba, cùm videntur sibi ipsis contraria, explicanda*. R. 2. S. 3. num. 11. p. 93. col. 1.

Delegans *proprietarius potestatis Delegatæ*. R. 1. S. 9. n. 12. p. 69. col. 1. *Quid intendat delegando*. R. 4. S. 7. n. 12. p. 260. col. 2. *Ejus, & Delegati eadem potestas*. R. 1. S. 9. n. 12. p. 69. col. 1. *Ejus, ac Delegati potestas in utroque non est eodem modo*. ibid.

Delegati *olim Executores dicti*. R. 6. S. 2. n. 15. p. 365. col. 2.

Delegatio *an obliget delegatum ad eam suspiciendam*. R. 5. S. 2. n. 12. p. 291. col. 1. & 2.

Delegatus *est merus usuarius potestatis datæ*. R. 1. S. 9. n. 12. p. 69. col. 2. *Minùs potest, quàm Delegans* d. col. 2.

Delictum *nunquam præsumitur*. R. 4. S. 1. n. 7. p. 216. col. 2.

Dementes *rejiciendi ab Ordinibus*. R. 3. S. 7. n. 1. p. 117. col. 2.

Demetrii Chomateni *sententia de Latinis*. R. 5. S. 3. n. 9. p. 302. col. 2. *Quis is fuerit*. R. 3. S. 5. n. 13. p. 181. col. 2. *Ejus pro Azymis sententia*. d. p. 181. col. 2.

Demonstratio *in Probationibus an dari possit*. R. 5. S. 3. n. 1. p. 298. col. 2. & n. 2. p. 299. col. 1.

Deum tentare *peccatum grave*. R. 5. 4. n. 2. p. 313. col. 1. *Quid sit*. d. n. 2. ibid. & p. seq.

An id liceat sortibus. d. S. 4. n. 7. p. 315. col. 1. & 2.

Deus *à Creatura comprehendi non potest, videri potest*. R. 6. S. 10. n. 10. p. 245. col. 2. & p. seq.

Deus *dat homini omnipotentiam suam*. R. 4. S. 7. n. 12. p. 260. col. 2. *Non intendit peccatum*, ibid. *Quibus propitius sit*. R. 1. S. 9. n. 6. p. 63. col. 1. *Sæpe ad usum Vulgi loquitur*. R. 3. S. 7. n. 7. p. 198. col. 2.

Deuteronomii locus *explicatur*. R. 3. S. 6. n. 7. p. 187. col. 1. & S. 7. n. 7. p. 198. col. 1. & 2.

Diaconissa *an Ordinetur*. R. 2. S. 6. n. 9. p. 116. col. 1. *Ejus Officium*. R. 5. S. 3. n. 20. p. 310. col. 1. & 2. *Ejusdem, & Diaconi munus in Baptismo*. d. n. 20. p. ead. & col.

Digamia *quid sit, & quotuplex*. R. 2. S. 2. n. 1. p. 78. col. 2. *Interpretativa quæ*. d. S. 2. n. 3. p. 79. col. 2. *Ea jure Divino asserta, & jure Canonico constituta*. d. S. 2. n. 7. p. 82. col. 1. & 2. *Eadem in quibus sit*. d. S. 2. n. 2. p. 79. col. 2.

Digamia propria. d. S. 2. n. 1. p. 78. col. 2. *An ex duplici Matrimonio ante Baptismum oriatur*. d. S. 2. n. 1. p. 78. col. 2. *Utraque tum propria, tum Interpretativa ex quo vitio abigat ab Ordinibus*. d. S. 2. n. 2. p. 79. col. 2. *Etiam Arianis cognita*. d. S. 2. n. 6. p. 81. col. 2. *Eadem recepta à Photianis*. ibid. *Eadem nota & Ethnicis, & à sacris repulsa*. d. S. 2. num. 7. p. 82. col. 2. *Cur abigat ab Ordinibus, multiplex ratio*. d. S. 2. n. 8. p. 83. col 1. *An probetur à Synodo Trullana*. d. S. 2. num. 13. col. 2. p. 86. *Eam crebrò tum lex Apostolica, tum Canonica rejiciens*. d. S. 2. num. 5. p. 80. col. 2. & p. 81. col. 1. *Eandem repelli ab Ordinibus, Patres testantur*. d. S. 2. n. 6. p. 81. col. 1. & 2. & p. 82. col. 1.

Digamorum *propensio in libidinem certa, & manifesta*. d. S. 2. n. 12. p. 85. col. 2.

Digamos *Græci non coronabant: nunc aliter coronant, ac Monogamos. Digamis non benedicunt, Digamos arcebant à Communione*. S. 2. n. 6. p. 81. col. 2.

Digamus *habet vitium Sacramenti*. d. S. 2. n. 8. p. 83. col. 1. *Non habet Sacramentum Unitatis*. Ibid. *Spiritualitatem non habet*. Ibid. col. 2. *Viduitatem prædicare non potest*. ibid. n. 9. p. 83. col. 2.

Dignitates Sacræ *summam libertatem exposcunt*. R. 2. S. 5. n. 1. p. 105. col. 1.

Dio Prusæus *quis fuerit, & an dubiæ fidei*. R. 1. S. 7. n. 5. p. 39. col. 2

Diomedis *Cadaver integrum repertum*. R. 6. S. 5. n. 7. p. 387. col. 1.

Dionysii Alexandrini *authoritas pro potestate Papæ*. R. 6. S. 2. n. 5. p. 352. col. 2.

Dionysii Areopagitæ *sententia circa formam Eucharistiæ*. R. 5. S. 6. n. 4. p. 329. col. 2. *Ejusdem testimonium pro Beatitate SS. ante generale Judicium*. R. 6. S. 10. n. 3. p. 421. col. 1.

Dispensandi *potestas est in Ecclesia*. R. 2. S. 8. n. 6. p. 126. col. 2.

Dispensatio *probat leges*. R. 2. S. 3. n. 15. p. 96. col. 1. & S. 4. n. 8. p. 102. col. 2.

Dispensatus *ad hoc, ut carnes edat Jejunii tempore, non dispensatur ad hoc, ut iteret commessationes*. R. 1. S. 3. n. 2. p. 13. col. 1.

Divi Titulus *ætate S. Gregorii M. non dabatur Sanctis, & cur*. R. 1. S. 7. n. 6. p. 40. col. 2.

Doctores *plerique in aliquibus errarunt*. R. 3. S. 1. n. 5. p. 139. col. 1.

Dominici Magrii *calumniæ in Græcos*. R. 3. S. 2. n. 4. p. 147. col. 1. & 2. *Ejusdem ineptiæ, & arguti Grammatica circa vocem suffocatum, refelluntur, ut ridiculæ, & ignorantia plenæ*. d. S. 2. n. 8. p. 150. col. 2. & p. seq.

Donec *Particula*. *Vide* Particula Donec.

Dormiens, *si fluxum seminis patiatur, an eo die possit celebrare*. R. 4. S. 8. n. 9. p. 267. col. 2. *Si occidat, non est irregularis*. d. S. 8. n. 8. p. 267. col. 1. *Si occidat ex præconcepta ira an fiat irregularis*. d. n. 9. p. 167. col. 2.

Dorothei Mitylenæi *invectivæ in Latinos*. R. 1. S. 6. n. 11. p. 36. col. 1. & 2.

E

Ebion *an fuerit damnatus, quòd sacrificaret in Azymo*. R. 3. S. 5. n. 8. p. 176. col. 1. & 2. *Quis, & quando vixerit. An sub Alexandro I. fuerit Romæ*. R. 3. S. 5. n. 8. p. 176. col. 1.

Ebrietas *an rejiciat ab Ordinibus*. R. 3. S. 6. n. 13. p. 190. col. 2. & p. seq. *Natura sua tendens ad homicidia irregularitatem facit; contra si talis non sit*. R. 4. S. 8. n. 7. p. 266. col. 2. & p. seq.

Ebrius *an excusetur*. d. S. 8. n. 5. p. 265. col. 2. & p. seq. *si delinquat, an puniendus*. d. n. 5. p. 266. col. 1. & n. 6. p. ead. & col.

Ecclesia *an errasse censenda sit, cùm Canones abrogantur*. R. 5. S. 4. n. 9. p. 316. col. 1. & 2. *An de occultis judicet*. R. 3. S. 7. n. 1. p. 192. col. 2. *Censetur declarasse damnatum Origenem*. R. 1. S. 7. n. 5. p. 39. col. 1. *Cur comparetur exercitui in Canticis, & turri*. R. 4. S. 3. n. 11. p. 236. col. 2. *Cur non repulerit armata manu Persecutores*. R. 4. S. 4. n. 5. p. 239. col. 1. & 2. *Docet, Principibus obsequium deberi*. d. S. 4. num. 2. p. 237. col. 2. *Est regimen Monarchicum juxta Photianos*. R. 6. S. 1. n. 4. p. 340. col. 1. & 2. *Est Respublica perfectissima*. R. 4. S. 3. n. 9. p. 235. col. 2. *Habet potestatem indulgendi, & remittendi pœnam*. R. 1. S. 9. num. 1. p. 58. col. 2. *Habet potestatem explicandi Juris divini per Epichejam*. R. 6. S. 9. num. 1. p. 395. col. 2. *Eadem multa desumpsit ex Synagoga diverso modo usurpanda*. R. 3. S. 5. n. 13. p. 181. col. 1. & 2. *Eadem non distinguit inter Catechumenos*. R. 1. S. 6. n. 10. p. 35. col. 2. *Non orat pro Catechumenis publicè*. d. S. 6. n. 10. p. 36. col. 1. *Eadem non usa potestate repellendi hostes suos illa non caruit*. R. 4. S. 4. n. 5. p. 239. col. 2. *Orat pro Mortuis incertæ salutis*. R. 1. S. 6. n. 7. p. 34. col. 1. *Potest applicare pro Mortuis merita SS. & Christi, & vivorum Fidelium*. R. 1. S. 9. n. 9. p. 65. col. 1. *Potest declarare aliquem damnatum esse*. R. 1. S. 7. n. 5. p. 39. col. 1. *Pro damnatis orare non potest*. R. 1. S. 6. n. 6. p. 33. col. 2. & *V.* Suffragia. *Eadem quid debeat Græcis*. R. 1. S. 10. n. 10. p. 75. col. 2. & p. 77. col. 1. *Quomodo, & cur oret pro omnibus Mortuis*. R. 1. S. 6. n. 7. p. 34. col. 1. *Quomodo oret pro Ethnicis, & Judæis*. d. n. 7. p. 33. col. 2. & p. 34. col. 1. *Sine potestate temporali indirecta non potest consequi finem suum*. R. 4. S. 3. n. 10. p. 235. col. 2. & p. seq. *Trifariam divisa à Margunio*. R. 5. S. 1. n. 8. p. 285. col. 2.

Ecclesia Græca *passa est ætatem Theophylacti, non probavit*. R. 2. S. 4. n. 8. p. 108. col. 2. *Sive canat, sive scribat, sive doceat, Beatitatem SS. ante generale Judicium fatetur*. R. 6. S. 10. n. 15. p. 428. col. 2. & p. seq. n. 16.

Ecclesia

clesia Latina *passa est ætatem Joannis XII. non probavit*. R. 2. S. 4. n. 8. p. 103. col. 2.

Ecclesia peculians *errare potest*, *Universalis non potest*. R. 5. S. 4. n. 9. p. 316. col. 1. & 2.

Ecclesia Photiana *quid sit*. R. 5. S. 1. n. 8. p. 285. col. 1.

Ecclesia Romana *non est antiquissima omnium*. R. 6. S. 2. n. 5. p. 352. col. 2.

Ecclesiastica res *Græcorum prolixa*, *minuta*. R. 2. S. 9. n. 13. p. 135. col. 2.

Ecclesiæ Cœmeterium *non conceditur Catechumenis* R. 1. S. 6. n. 10. p. 36. col. 1. *Ejus ad nutum vibrandus gladius Laicæ potestatis*. R. 4. S. 4. n. 6. p. 239. col. 2. & *seq. Ejus damnum cùm imminet potest Episcopus rejicere quemlibet*, *etiam cum præjudicio famæ ipsius*. R. 5. S. 2. n. 2. p. 291. col. 2. *Ejus redditus trifariam divisi*, & *cur*. R. 2. S. 5. n. 9. *Ejus leges*, *ac pœnæ non ligant Catechumenos V.* Catechumenus. *Ejus legibus parere recusans suspectus est de hæresi*. R. 4. S. 2. n. 11. p. 228. col. 1. & 2. *Ejus Ministros decet gravitas ætatis*. R. 2. S. 4. n. 9. p. 104 col. 1. *Eidem minus malum est pati unum caput scelestum*, *quàm esse bicipitem*. R. 2. S. 4. n. 8. p. 108. col. 2. *Ejus mos orandi pro militia*. R. 4. S. 7. n. 2. p. 256. col. 1. *Ejus nomine veniunt Concilia*, & *Rom. Pontificum decreta*. R. 3. S. 7. n. 9. p. 199. col. 2. *Eidem non conceditur gladius cruentus ab illa vibrandus*. R. 4. S. 4. n. 6. p. 239. col. 2. & *n. seq. Eidem non semper placuit rigor disciplinæ*. R. 3. S. 8. n. 7. p. 206. col. 1. & 2. *Ejusdem potestas indicendi Jejunii*. R. 4. S. 2. n. 11. p. 228. col. 1. *Ejusdem potestas indulgendi more utriusque Ecclesiæ constituitur*. R. 1. S. 9. n. 1. p. 58. col. 2. *Eidem negans potestatem legis condendæ hæreticus est*. d. R. 4. S. 2. n. 11. p. 228. col. 1.

Ecclesiæ Græcæ *frequentissimum testimonium pro Beatitate SS. ante generale Judicium*. R. 6. S. 10. n. 15. p. 428. col. 2. & *seq.* & *n.* 16. p. 429. col. 1. & 2. *Ejusdem Ornatus*. R. 2. S. 9. n. 13. p. 135. col. 2.

Ecclesiæ Latinæ, *ac Græcæ comparatio cum invictis Mulieribus*. d. n. 13. p. 135. col. 2. *Ejusdem sancta simplicitas*. ibid.

Ecclesiæ Romanæ *severitas in Digamos laudatur*. R. 2. S. 2. n. 13. p. 87. col. 1.

Ecclesiæ Sacramenta *denegantur Catechumenis*. R. 1. S. 6. n. 10. p. 35. col. 2.

Ecclesiæ subjecti *sunt Principes in re Sacra*. R. 4. S. 4. n. 3. p. 238. col. 1. & 2.

Ecclesiæ Thesaurus *quid sit etiam ex sententia Photianorum*. R. 1. S. 9. n. 2. p. 59. col. 1.

Ecclesiam *errasse dicere absurdum*. R. 5. S. 4. n. 4. p. 313. col. 1. & 2.

Eleemosynæ *pro Mortuis non omnibus utiles*. R. 1. S. 6. *per totam à p.* 30. & *seq.* & *Vide* Suffragia.

Eleutherius, & *ejus ætas*. R. 3. S. 2. num. 10. p. 153. col. 1.

Elogium ἄξιος *quid significet in Ordinationibus Græcis*. R. 1. S. 10. n. 6. p. 73. col. 2. *Dicitur post peractam Ordinationem*, & *dicitur etiam à populo*. ibid.

Energumeni *accedere ad Altare prohibentur inter fideles*. R. 2. S. 7. n. 2. p. 118. col. 1. & 2. *cum Cathecumenis ab Ecclesia ejiciebantur*. d. n. 2. p. ead. & col. *Mundati ad Ordines recipiuntur* d. n. 2. p. 118. col. 2. *Rejiciendi ab Ordinibus*. d. S. 7. n. 1. p. 117. col. 2. & n. 2. p. 118. col. 1. *An illis prosit Ordinatio*. d. n. 2. p. 118. col. 1.

Ephororum *gravitas*. R. 2. S. 4. num. 8. p. 104 col. 1.

Ephræm Comes *Episcopus Antiochenus*. R. 2. S. 9. n. 6. p. 131. col. 1.

Ephræm Syrus *an fuerit Sacerdos*. d. n. 6. p. 131. col. 1. *Jubet discipulos suos orare pro se mortuo*. R. 1. S. 5. n. 6. p. 25. col. 1.

Epigonation *Græcis insigne Jurisdictionis*. R. 1. S. 10. n. 5. p. 73. col. 1.

Epileptici *an rejiciantur ab Ordinibus*. R. 2. S. 6. n. 5. p. 114. col. 2. & S. 7. n. 1. p. 117. col. 2.

Epiphanii *pro Beatitate SS. sententia*. R. 6. S. 10. n. 6. p. 422. col. 2. *Ejusdem verba de Ebione neque pro Latinis*, *neque contra*. R. 3. S. 5. n. 8. p. 176. col. 2. *An Neophytus*. R. 2. S. 8. n. 5. p. 126. col. 1. *Quid senserit de die*, *quo instituta est Eucharistia*. R. 3. S. 4. n. 3. p. 161. col. 2. *Ejus locus explicatur*. ibid. n. 9. p. 166. col. 2.

Episcopalis *dignitas Jure divino major Presbyterali* R. 1. S. 10. n. 4. p. 72. col. 2.

Episcopi *non vilescunt*, *quòd minores Cardinalibus censeantur*. R. 6. S. 4. n. 4. p. 377. col. 2.

Episcopi *Officium inquisitio in subditos*. R. 1. S. 10. n. 2. p. 71. col. 2.

Episcopi *potestate nemo eximitur apud Græcos*. R. 2. S. 6. n. 4. p. 114. col. 2.

Episcopis *non esse detrahendum*. R. 1. S. 10. n. 10. p. 75. col. 2.

Episcopo *competit soli Examen Ordinandorum*. d. S. 10. n. 1. p. 70. col. 1.

Episcopo *datum soli regimen Ecclesiæ* d. S. 10. n. 3. p. 72. col. 1.

Episcopo *Examinis jus tribuendum etiam apud Latinos* d. S. 10. n. 5. p. 73. col. 1.

Episcopo *imperatur considerata Ordinatio*. d. S. 10. n. 2. p. 71. col. 2.

Episcopo *imputatur quidquid malè ex Ordinationibus acciderit*. d. col. 2.

Episcoporum *cura*, *cognoscere subditos*. d. S. 10. n. 3. p. 72. col. 2.

Episcoporum *diligentia in examine Ordinandorum ex Alexandri Cæsaris imitatione probatur*. d. S. 10. n. 2. p. 72. col. 1.

Episcopus *ad testimonium an cogi possit*. R. 6. S. 5. n. 5. p. 385. col. 2.

Episcopus an examen Ordinandorum committere possit Archidiacono. R. 1. S. 10. n. 1. p. 70. col. 2. & p. 71. col. 1.

Episcopus *an possit assumere ad examen hujusmodi* & *alios Sacerdotes*. d. S. 10. n. 9. p. 74. col. 2. & p. 75. col. 1. & 2.

Episcopus *demandans Examen probat illud ad se unum pertinere*. d. S. 10. n. 2. p. 71. col. 2.

Episcopus *ex convenientia debet admittere Sacerdotes ad examen ut suffragatores*, & *consiliarios*. d. S. 10. n. 10. p. 75. col. 1. & 2.

Episcopus *in Examine Ordinandorum fungitur vice Ecclesiæ*. R. 6. S. 5. n. 5. p. 386. col. 1.

Episcopus *in Examine procedit ex officio* d. n. 5. p. 386. col. 1.

Episcopus *in Examine producere potest testem*. d. n. 5. p. 386. col. 1.

Episcopus *in Examine stare regulariter debet probatis*

R. 5. S. 2. num. 1. pag. 291. col. 1.
Episcopus ineptis demandans examen cujus culpæ sit reus. R. 1. S. 10. n. 9. p. 75. col. 1.
Episcopus judicat an quis Neophytus sit habendus. R. 2. S. 8. n. 9. p. 127. col. 2.
Episcopus judicat quando Vitium repellat. R. 2. S. 6. n. 4. p. 114. col. 1. & 2.
Episcopus judicat quantum tempus supersit, ne quis dicatur Neophytus. R. 2. S. 8. n. 9. p. 127. col. 2.
Episcopus ne ad Ordinum examen recipiet testes die feriato? R. 6. S. 5. n. 8. p. 388. col. 2.
Episcopus non cogitur quenquam admittere ad Ordines R. 5. S. 2. n. 2. p. 291. col. 2.
Episcopus non potest recipere ad Ordines, etiam si sciat aptum eum, qui probatur ineptus. d. S. 2. n. 4. p. 292. col. 2.
Episcopus non tenetur admittere in societatem Examinis Sacerdotes etiam idoneos. R. 1. S. 10. p. 75. col. 1.
Episcopus olim provocabat omnes ad testimonium ferendum contra Ordinandum. R. 6. S. 5. n. 5. p. 386. col. 1.
Episcopus petit dispensationem à Papa ad Ordinandum Neophytum, cum urget necessitas. R. 2. S. 8. n. 9. p. 127. col. 2.
Episcopus potest aliquando ex privata notitia rejicere ab Ordinibus. R. 5. S. 2. n. 2. p. 291. col. 2.
Episcopus potest cogere testes ad testimonium in Examine Ordinandorum. R. 6. Sect. 5. num. 8. p. 387. col. 2.
Episcopus potest rejicere ab Ordinibus sine ulla forma Judicii. R. 5. S. 2. n. 2. p. 291. col. 2.
Episcopus præsumptionibus Juris, & de Jure tantùm utetur in Examine. R. 6. S. 1. n. 2. p. 338. col. 2. & p. seq.
Episcopus quid à parentibus Ordinandi poterit indagare R. 6. S. 7. n. 11. p. 402. col. 2.
Episcopus regulariter non potest transgredi tempus Interstitiorum statutum à Concilio CP. quando possit. R. 2. S. 9. n. 13. p. 134. col. 2. & p. 135. col. 1.
Episcopus sine causa non potest rejicere ab Ordinibus, quando repulsa affert damnum famę rejecti. R. 5. S. 2. n. 2. p. 291. col. 2.
Error qui obest Confessioni, ne probet, quis. R. 5. S. 5. n. 8. p. 321. col. 2.
Erulorum fœminæ Monogamæ strangulabant se ad sepulchrum mariti. R. 2. S. 2. n. 7. p. 82. col. 2.
Ethnici Purgatorium agnovere. R. 1. S. 8. n. 7. p. 47. col. 1.
Ethnicorum sententiis ritè probantur Christiana dogmata. ibid. col. 2.
Etymologia Suffocati: V. Dominicus Magrius & Suffocatum.
Euangelistæ cur eandem diem diversimodè considerant. R. 3. S. 4. n. 8. p. 165. col. 1.
Euangelistæ quomodo conciliandi: d. num. 8. p. 165. col. 1.
Eucharistia an ab Apostolis conficeretur sine precibus, sola Dominicali recitata: R. 5. S. 6. n. 8. p. 331. col. 2. & p. seq.
Eucharistia dicta aliquando Fermentum. R. 3. S. 9. n. 10. p. 177. col. 2.
Dicta aliquando Sinapi. d. n. 10. p. 178. col. 1.
Dicta aliquando Margarita. d. num. 10. pag. & col. ead.
Eucharistia die XIV. instituta. ibid. S. 4. n. 2. & 10. p. 161. col. 2.
Eucharistia Græcorum Sacrilego contemptu spernitur R. 5. S. 6. n. 10. p. 333. col. 1. & 2. & n. 11. p. 334. col. 1.
Eucharistia in Fermentato approbatur à Latinis. R. 3. S. 5. n. 11. p. 179. col. 1. & 2.
Eucharistia instituta in Azymo. ibid. S. 4. n. 2. p. 173. & deinceps; præsertim n. 10. p. 177. col. 2.
Eucharistia non remittit peccatum mortale. ibid. S. 6. n. 10. p. 189. col. 1. & 2.
Eucharistia Photianorum venerabilis, & adoranda. R. 5. S. 6. n. 11. p. 334. col. 1. & 2.
Eucharistia primo die Azymorum instituta. R. 3. S. 4. n. 7. p. 164. col. 1. & 2.
Eucharistia quomodo panis communis dicatur. d. S. 4. n. 16. p. 171. col. 2.
Eucharistia remittit peccatum. R. 3. S. 6. n. 10. p. 189. col. 1.
Eucharistia Sacramentum vivorum. d. n. 10. p. 189. col. 2.
Eucharistia similis, ac dissimilis Pani Melchisedec. R. 3. S. 4. n. 12. p. 168. col. 2. & p. seq.
Eucharistia sub hypothesi adoratur. R. 5. S. 6. n. 11. p. 334. col. 2.
Eucharistiæ consecratio est repetitio actus à Christo facti. R. 5. S. 5. n. 14. p. 325. col. 2.
Eucharistiæ forma mysticas preces continet. ibid. S. 6. n. 9. p. 332. col. 2.
Eucharistiam fieri mystica prece quid sit. d. S. 6. n. 9. 332. col. 2.
Eucharistiam in Azymo ritè fieri nulla ratio potest negare. R. 3. S. 4. n. 16. p. 171. col. 1. & 2.
Eucharistiam in Fermentato institutam, est minus probabile, quàm institutam in Azymo. d. S. 4. n. 10. p. 166. col. 2. & p. seq.
Eucharistiam verbis Christi confici, non verbis Sacerdotis, probatur. R. 5. S. 5. n. 14. & seq. à p. 235. col. 1.
Eunuchos Patriarchas habuisse, non est probum. R. 3. S. 3. n. 2. p. 155. col. 2. & p. seq.
Eunuchos Patriarchas quot habuerit Ecclesia CP. d. n. 2. p. 155. col. 2. & p. seq.
Eunuchos Græci non habuerunt in pretio. d. n. 2. p. ead. & col.
Eunuchus in triplici genere. d. S. 3. num. 1. p. 156. col. 1.
Eunuchus S. Ignatius Patr. CP. quomodo factus. d. n. 2. p. 156. col. 1.
Eunuchus non sponte factus, aut à nativitate non est irregularis. d. num. 1. p. 155. col. 1. & 2.
Eunuchus Photius non ob id improbatur. d. n. 2. p. 156. col. 1.
Evodius non successit Petro. R. 6. S. 1. n. 12. p. 344. col. 1. & 2.
Eusebii Cæsariensis pro Beatitate SS. ante generale Judicium sententia. ibidem S. 10. num. 5. p. 422. col. 1.
Eusebii Cæsariensis quanta sit fides citra res Arianas R. 3. S. 2. n. 9. p. 152. col. 1. & 2.
Eusebius Cæsariensis à Calumniis Magrii asseritur. d. n. 9. p. ead. & col.
Eustratius Patr. CP. non fuit Eunuchus. d. R. 3. S. 3. n. 2. p. 155. col. 2.
Examen Ordinandi circa quæ versari debeat. R. 2. S. 1. n. 3.

Digitized by Google

n. 3. p. 77. col. 1. & n. 5. p. 82. col. 2.
Examen *Ordinibus præmittendum. R. 1. S. 10. n. 1. col. 2. p. 70.*
Examen *Ordinum à quo faciendum.* ibid.
Excommunicati *Absolutio post mortem in India. R. 4. S. 5. n. 9. p. 246. col. 2.*
Excommunicati *an sint extra Ecclesiam. R. 6. S. 7. n. 7. p. 400. col. 2. An testificari possint. d. S. 7. n. 6. p. 399. col. 1. & 2. & n. 7. p. 400. col. 1. & 2.*
Excommunicatio *differt ab Anathemate. d. n. 6. p. 399. col. 2. Remitti potest post mortem. R. 4. S. 5. n. 9. p. 246. col. 1. Ejus terror in Græcia quantus. R. 4. S. 5. n. 7. p. 245. col. 2.*
Excommunicatus *an sit ratam habens injuriam factam Clerico nomine suo. d. R. 4. S. 6. n. 5. p. 240. col. 1. & 2.*
Executio *privatim fieri nequit, ubi adest peccatum. R. 5. S. 1. n. 16. p. 289. col. 1. & 2.*
Executor publicus *sententiam etiam iniquam tutò exequi potest. d. S. 1. n. 5. p. 283. col. 2. Idem sententiam notoriè injustam exequi non debet. d. n. 16 p. 289. col. 2.*
Executor sententiæ *contra se latæ in causa Matrimoniali parere non debet, si sententiam citra peccatum non potest executioni mandare. d. n. 16. p. 289. col. 1. & 2.*
Exempli *vim non habent, quæ fiunt contra Jus, aut ex necessitate, & dicti ratio. R. 2. S. 7. n. 15. p. 123. col. 1. & 2.*
Exocatacœli *in Ecclesia CP. quinam sint. R. 1. S. 10. n. 5. p. 73. col. 1. & R. 6. S. 4. n. 3. p. 377. col. 1.*
Exocatacœli *in Synodo Florentina quid obtinuerint. d. n. 3. p. 377. col. 1.*
Exocatacœli *minores Ordine Episcopis, majores dignitate. d. S. 4. n. 4. p. 377. col. 1.*
Exocatacœli *præsident Episcopis. d. n. 3. p. 377. col. 1.*
Exocatacœli *quinque sensibus comparantur. d. n. 3. p. 377. col. 1.*
Exocatacœlorum *dignitas recens. d. n. 4. p. 377. col. 1.*
Expiatio *putei usurpata à Græcis an superstitiosa. R. 3. S. 1. n. 9. p. 141. col. 1. & 2.*
Expiatio *putei miraculo probata.* ibid. *& vide* Quadragenarius. ibid. *col. 2.*
Expiationis *ejusdem antiquitas. d. n. 9. p. ead. & col.*
Expositi *an rejiciendi ab Ordinibus. R. 2. S. 3. n. 15. p. 97. col. 1.*
Expositi *à Parentibus an censeantur Naturales.* ibidem.
Ezechielis *locus explicatur. R. 3. S. 6. n. 7. p. 187. col. 1. & V.* ibid. *n. 3. in fin. p. 184. col. 1.*

F

Fabula Joannæ Papissæ, *proposita à Margunio. R. 2. S. 6. n. 6. p. 116. col. 1. & n. 7. p. ead. col. 2.*
Fabula *Ejusmodi refutata. d. n. 7. p. 116. col. 2.*
Fabula *illa quot ineptiis plena sit, obiter perpenditur. d. S. 6. n. 8. ead. p. & col. & p. 117. col. 1.*
Fabula eadem *à nullo ex hostibus Rom. Ecclesiæ in Græcia credita. d. n. 8.* ibid. *& n. 9. p. 116. col. 1. & 2. & n. 10. col. ead. & p. 117. col. 1.*
Fabula Trajani. *V.* Trajani Fabula.
Facta contra legem *infecta quoad exemplum semper. R. 2. S. 9. n. 6. p. 130. col. 2. & p. seq.*
Facta contra, vel præter legem, *legem affirmant. d. n. 6. p. ead. & col.*
Facta contra Jus *quomodo infecta. R. 2. S. 7. n. 14. p. 123. col. 1. & 2.*
Facta jussu Dei revelantis *non trahenda ad exemplum. d. S. 7. n. 14. p. ead. & col. & S. 8. n. 5. p. 126. col. 1.*
Facta præter legem *exceptiones sunt legis, nec illi nocent. R. 2. S. 9. n. 6. p. 130. col. 2. & p. seq.*
Falconillæ Salus. *V.* Trajani Fabula.
Fama *aliis adminiculis nixa potest sufficere ad torturam. R. 6. S. 3. n. 4. p. 371. col. 2.*
Fama *an probetur sanctimonia canonizandorum. d. S. 3. n. 2. p. 370. col. 2.*
Fama *à Rumore an differat. d. S. 3. n. 1. p. 370. col. 1.*
Fama *facit legitimam probationem. d. S. 3. n. 3. p. 371. col. 1.*
Fama *in antiquis probat. d. n. 3. p. ead. & col.*
Fama *in antiquissimis vim habet authentici instrumenti. d. n. 3. p. ead. & col.*
Fama *maligna est, & auget mala. d. S. 3. n. 2. p. 370. col. 1.*
Fama *maximum inter bona. R. 5. S. 2. n. 2. p. 291. col. 2.*
Fama *non est solus Rumor. R. 6. S. 3. n. 3. p. 370. col. 2. & p. seq.*
Fama, *quæ nec semiplenam probationem facit. d. S. 3. n. 1. p. 370. col. 1.*
Fama *quid sit in Jure. d. S. 3. n. 3. p. 371. col. 1.*
Fama *stipata denunciatione ejus, cui competit cura Rei, sola probat. Idem, si stipetur denunciatione Syndici. d. S. 3. n. 4. p. 372. col. 1.*
Fama *vehemens etiam sine adminiculis sufficit ad torturam. d. n. 4. p. 371. col. 2.*
Fama *vim testimonii non habet. d. S. 3. n. 1. p. 370. col. 1.*
Fama *una poterit Ordinandum rejicere. d. S. 3. n. 5. p. 372. col. 1.*
Fanensis Episcopi *Ætas, venustas, probitas, mors. R. 2. S. 4. n. 9. p. 103. col. 2. Injuria ei facta publicè damnata. & punita.* ibid.
Feriati dies *apud Græcos unde petendi. R. 6. S. 5. n. 8. p. 388. col. 1.*
Fermentati *interdictum in tota Judæa Paschæ tempore. R. 3. S. 4. n. 10. p. 166. col. 1. & n. 14. p. 170. col. 2.*
Fermentato *an ab initio usi sint Græci, an Azymo. R. 3. S. 5. n. 2. p. 174. col. 2.*
Fermentato *an Latini usi sint usque ad Euaristum. R. 3. S. 5. n. 6. p. 174. col. 2. & p. seq.*
Fermentatum *an diu in Ecclesia Latina usitatum. d. S. 5. n. 10. p. 177. col. 2.*
Fermentatum *an Latini post annos mille abrogaverint. d. n. 10. p. ead. & col.*
Fermentum *an unquam appellata Eucharistia. d. n. 10. p. ead. & col. & p. seq.*
Fermentum *apud Antiquos quid significet. d. n. 10. p. ead. 177. col. 2. & p. seq.*
Festi dies *unde incipiant Judæis. R. 3. S. 4. n. 5. p. 162. col. 2.*
Feudum *fama probatur. R. 6. S. 3. n. 3. p. 371. col. 1.*

Fides *an è Græcia navigaverit in Italiam*. R. 3. S. 5. n. 4. p. 173. col. 2. & p. seq.

Fides informis, & Formata, *an cùm primâ Salus haberi possit, secunda sufficiat*. R. 1. S. 7. p. 40. col. 1. & 2. n. 6.

Filiam, *quam ob meretriciam artem Pater alere, & dotare non tenetur, si pœnitentiam egerit, alere, & dotare tenetur*. R. 5. S. 2. n. 10. p. 296. col. 2.

Filii Reorum *lesę majestatis jure naturali immunes sunt à pœna corporis, non indulgentia Principum*. R. 2. S. 3. n. 11. p. 94. col. 1.

Filii Reorum *eorundem puniri possunt in bonis, & fama*. ibid.

Filius. *V.* Parentes. Naturalis, Præsumptio.

Filius legitimus *Patris libidinosi non præsumitur libidinosus, & cur*. Ibid.

Filius *pars viscerum Patris*. ibid. *S.* 3. *n.* 7. *p.* 91. *col.* 1.

Filius *non portat iniquitatem patris*. *d. S.* 3. *n.* 9. *p.* 92. *col.* 1. & 2.

Finis *conditionem suam tribuit mediis*. R. 6. *S.* 5. *n.* 3. *p.* 385. *col.* 1.

Finis *idem duplici medio quæri potest*. R. 1. S. 9. p. 67. col. 2.

Flamen, & Flaminia *Monogami*. R. 2. S. 2. n. 7. p. 82. col. 2.

Fœmina *an sit irregularis*. R. 2. S. 6. n. 6. p. 115. col. 1. *Cur vetetur loqui in Ecclesia*. R. 5. S. 2. n. 6. p. 224. col. 1. & 2. *Nunquam fuit Ordinata ex Sententia Græcorum, & Photianorum*. R. 2. S. 6. n. 9. p. 116. col. 1. & 2. & n. 10. ead. p. col. 2. & p. 117. col. 1. *Testificari in Examine ad Ordines non potest*. R. 6. S. 7. n. 4. p. 398. col. 2. *Idem in reliquis judiciis*. d. S. 7. n. 6. p. 398. col. 2. & p. seq. *An nuda olim baptizaretur*. R. 5. S. 3. n. 20. p. 310. col. 1. *Eam posse testificari quibus ineptiis probet Margunius*. R. 6. S. 7. n. 6. p. 399. col. 2.

Fœnerari, *ac Fænus in sacris Paginis modò impropriè, modò pro mutuo, modò emphaticè sumitur*. R. 3. S. 7. n. 6. p. 297. col. 1.

Fœnerator *liberalis non est*. d. n. 6. p. ead. col. 2.

Fœnus *an rejiciat ab Ordinibus*. R. 3. S. 6. n. 13. p. 191. col. 2.

Fœnus publicum *Capitale crimen*. d. R. 3. S. 7. n. 2. p. 194. col. 2. & p. seq.

Fœnus publicum *rejicit ab Ordinibus*. d. S. 7. n. 3. p. ead. & col.

Fœnus. *Reliqua vide in* Usura.

Fœtus *an animetur successione animarum*. R. 4. S. 6. n. 13. p. 253 col. 2.

Fœtus *quo tempore animetur*. d. S. 6. n. 13. p. 253. col. 2

Forma Eucharistiæ *continet precationem mysticam*. R. 5. S. 6. n. 9. p. 332. col. 2.

Fornicatio simplex *non rejicit apud Latinos*. R. 3. S. 8. n. 6. p. 205. col. 2. *Id jure fieri probatur*. d. S. 8. n. 7. p. ead. & col. & p. seq.

Fraticellorum ineptiæ. R. 4. S. 4. n. 8. p. 240. col. 2. & seq.

Freheri error *corrigitur*. R. 4. S. 8. n. 8. p. 267. col. 1.

Fructus *Ecclesiæ*. *V.* Ecclesia.

Furiosi *Matrimonium inire non possunt*. R. 2. S. 7. n. 1. p. 118. col. 1.

Furiosi *rejiciendi ab Ordinibus*. d. n. 1. p. 117. col. 2.

Furiosus *in furore occidens non fit irregularis*. R. 4. S. 8. n. 4. p. 265. col. 2.

Fundamentum *in Politicis an significet potestatem*. R. 6. S. 1. n. 9. p. 343. col. 1.

G

Gabriel Severus Archiepiscopus Philadelphiensis. *Asserit utilia Suffragia pro mortuis*. R. 1. S. 5. n. 8. p. 26. col. 2.

Ejus testimonio Græcia orat pro Mortuis. Ibid. n. 9. p. 27. col. 2.

Ejus inconstantia in asserenda utilitate Suffragiorum pro Damnatis. Ibid. S. 6. n. 4. p. 31. col. 2. & p. 32. col. 1.

Gabriel Severus *admittit Tertium Statum Animorum post mortem*. R. 1. S. 8. n. 17. col. 2. p. 54. *Negat, Statum hunc tertium dici posse Purgatorium*. ibid. *Refellitur acriter*. ibid. p. 55. col. 1. & n. 18. ead. p. col. 2.

Docet, Tertium Statum loca Satisfactoria dicendum. d. p. 54. col. 2. *Quibus consentiat his locis Satisfactoriis*. d. p. 55. col. 1. & 2. *Censura in eum lata à Photiano Coressio*. R. 1. S. 9. num. 1. p. 58. col. 1.

Gabriel Severus *furiosè invehitur in Indulgentias, & Jubilæum*. d. p. 58. col. 1. *Impugnat Jubilæum pro Mortuis, & ibi ineptit*. d. S. 9. n. 7. p. 63. col. 1. & 2. *Ejus rationes in Jubilæum*. d. n. 7. p. 64. col. 1. *Hæ refutantur latè*. n. 8. per tot. & seqq. *Ejus imperitia in Dialectica*. d. S. 9. n. 11. p. 67. col. 2. *Ejusdem ignorantia*. d. S. 9. n. 12. per totum. p. 68. col. 1. & 2. & p. 69. col. 1. & 2. *Ejusdem mendacitas*. d. S. 9. n. 13. p. 69. col. 2. & p. 70. col. 1. *Ejusdem dolus in citandis Patribus*. R. 2. S. 6. n. 3. p. 113. col. 2. & R. 3. S. 4. n. 16. p. 172. col. 1.

Gabriel Severus *discrimen ponit inter carnem, & corpus quoad Resurrectionem*. R. 2. S. 6. n. 3. p. 113. col. 2. *Ejus responsio ad argumentum pro Azymis*. R. 3. S. 4. n. 4. p. 162. col. 1. & 2. *rejicitur*. n. 5. p. ead. col. 2. *Ejusdem objecta contra Azymum, quorum censura proponitur*. d. S. 4. n. 11. p. 167. col. 2. & S. 5. n. 1. p. 172. col. 2. & p. seq. & n. 11. p. 178. col. 2. & p. seq.

Gabriel Severus *dolosus in citando Anselmo*. R. 4. S. 4. n. 8. p. 241. col. 1. *Ejus mendacium Latinis invidiosum*. R. 6. S. 10. n. 8. p. 424. col. 2. *Ejus testimonium pro Beatitate SS*. d. S. 10. n. 17. p. 430. col. 2.

Gallinæ occisio *an inducat irregularitatem apud Græcos*. R. 4. S. 1. n. 2. p. 212. col. 2.

Gennadii Scholarii *Patriarchæ sapientia, & virtus à calumniis Photianis asseritur*. R. 1. S. 8. n. 1. p. 44. col. 1. *Ejusdem Ordinatio contra Canones*. R. 2. S. 9. n. 8. p. 132. col. 1.

Gentiles *Sacra prætulere profanis*. R. 4. S. 4. n. 3. p. 238. col. 2.

Genus *quàm diversum à Statu*. R. 2. S. 5. n. 5. p. 107. col. 2. & pag. seq.

Georgius Coressius. *Ejus liber Romæ combustus*. R. 1. S. 3. n. 5. p. 14. col. 2. *Ejus impietas in S. Leonem I.* ibid. *Impugnat Bellarminum, quem laudat*. R. 1. S. 9. n. 10. p. 67. col. 1. *Ejus ineptiæ circa Eunuchos, & calumniæ in Latinos Episcopos*. R. 3. S. 3. n. 3. p. 156. col. 2. *Ejusdem absurda circa*

Ordinationes servorum, & Libertorum. R. 2. S. 5. n. 3. p. 105. col. 2. & p. 106. col. 1. ubi, & in eundem Coressium censura. Ejus sententia de Fabula Joannæ Papissæ. R. 2. S. 6. n. 10. p. 117. col. 1. Ejusdem Sententia de Ordinandis Energumenis. ibid. R. 2. S. 7. n. 2. p. 118. col. 1. Ejus responsio ad Argumenta pro Azymis. R. 3. S. 4. n. 4. p. 162. col. 1. & 2. Ejusdem objecta contra diem quartamdecimam institutioni Eucharisticæ constitutam. d. S. 4. n. 7. p. 164. col. 2. Ea refelluntur. n. 8. ibid. p. 165. col. 1. Ejusdem ineptię circa Originale peccatum. R. 4. S. 2. n. 1. p. 220. col. 1. Censura altera in eundem. d. S. 2. n. 7. p. 225. col. 1. & 2. Ejus querelæ in Latinos. d. R. 4. S. 3. n. 3. p. 231. col. 1. Retunditur ejus inepta dicacitas. d. R. 4. S. 8. n. 3. p. 265. col. 1. Excipitur nova censura ejus mendacitas. R. 5. S. 1. n. 12. p. 286. col. 2. Ejus ineptiæ circa regulam semel malus. R. 5. S. 2. n. 9. p. 295. col. 2. sententia ejusdem circa Probationes Vulgares. R. eod. S. 4. n. 1. p. 313. col. 1. Ejus calumnię in Judicia Latina. ibid. S. 5. n. 5. p. 320. col. 1. Ejusdem sententia de Mendacitate Margunii. R. 6. S. 5. n. 4. p. 385. col. 2. Errata plurima ejusdem. eod. R. S. 7. n. 11. p. 402. col. 2. & p. seq. Ejusdem anxietas in explicando loco Tarasii, ibid. S. 9. n. 7. p. 415. col. 1. & 2. Item censura in testimonium Confessarii. R. 6. S. 9. n. 4. p. 413. col. 2. Ejusdem impietas in explicatione loci Tarasiani refellitur. d. S. 9. n. 7. p. 415. col. 2. Ejusdem testimonium evincens, videre Deum Patribus Græcis idem fuisse, ac comprehendere Deum. R. 6. S. 10. n. 10. p. 425. col. 2. Ejusdem calumnia in Latinos. R. 3. S. 8. n. 8. p. 207. col. 1.

Germani I. *testimonium de suprema potestate Rom. Pontificis*. R. 6. S. 2. n. 11. p. 359. col. 2.

Gigantes an *irregulares*. R. 2. S. 6. n. 4. p. 114. col. 1.

Gloria Sanctorum *duplex*. V. Sancti.

Glossa Extravagantium *quid blateret contra Græcos*. R. 2. S. 1. n. 2. p. 76. col. 2.

Græca Ecclesia *quanta prestet pro Mortuis*. R. 1. S. 5. n. 9. & 10. p. 27. col. 1. & 2. & p. 28. col. 1. & 2.

Græca Ecclesia *sive canat, sive doceat, Beatitatem SS. ante generale Judicium profitetur*. R. 6. S. 10. n. p. 428. col. 2. & p. seq. & n. 16. p. 429. col. 1. & 2.

Græca Ecclesia *tria officia Mortuorum habet, Canonem Funereum, & Necrosima*. R. 1. S. 5. n. 10. p. 27.

Græca Jura *non distinguunt Naturales à Nothis*. R. 2. S. 3. n. 2. p. 88. col. 1.

Græca Liturgia *bis orat pro Mortuis*. R. 1. S. 5. n. 9. p. 27. col. 2. *quid amplius quàm Latina conferat pro iisdem*. ibid.

Græcæ Ecclesiæ *comparatio*. R. 2. S. 9. n. 14. p. 135. col. 2.

Græcæ Ecclesiæ *Ornatus*: d. n. 14. p. ead. & col.

Græcæ Ecclesiæ *testimonium multiplex pro Beatitate SS. ante generale Judicium*. R. 6. S. 10. n. 16. p. 429. col. 1. & 2. & p. seq.

Græci *ab impostura Magrii defenduntur*. R. 3. S. 2. n. 4. p. 147. col. 1. &

Græci *à Latinis non censentur excommunicati*. R. 6. S. 7. n. 9. p. 401. col. 2.

Græci *aliqui recentiores prętmittendas Ordinationibus preces omittunt: reprehenduntur*. R. 1. S. 1. n. 4. p. 5. col. 1. *iidem castigantur*. ibid.

Græci Alumni *Collegii Græcorum Urbani jubentur in Græciam redire, & ibi Ritus Græcos profiteri*. R. 6. S. 7. n. 9. p. 401. col. 2.

Græci *à Manichæa labe immunes*. R. 3. S. 2. n. 4. p. 157. col. 2. & p. seq.

Græci *an ab initio Fermentato usi sint*. ibid. S. 5. n. 2. p. 173. col. 1.

Græci *an corruperint Textum Legis Apostolicæ de Suffocato*. ibid. S. 2. n. 4. p. 147. col. 1.

Græci *an die Sabbati conferre soleant Ordines*. R. 1. S. 3. n. 6. p. 14. col. 2.

Græci *an fuerint quasi semper Schismatici*. R. 2. S. 2. n. 2. p. 76. col. 2.

Græci *an primi ex Gentibus Christianam Religionem receperint*. R. 3. S. 5. n. 4. p. 173. col. 2. & p. seq.

Græci *ante Ordinationes Orationi* Jejunium *addebant*. R. 1. S. 2. n. 2. p. 8. col. 1.

Græci *an universim mendaces*. R. 3. S. 2. n. 11. p. 153. col. 2. & p. 154. col. 1.

Græci *Creaturas Dei mundas existimant*. *ibid*. S. 1. n. 7. p. 140. col. 1.

Græci *ejusdem accusantur, cujus & Christiani à Paganis*. R. 4. S. 3. n. 1. p. 230. col. 1.

Græci *etiam Photiani non consentiunt Lutheri, atque Calvini asseclis*. R. 3. S. 6. n. 8. p. 188. col. 1. & 2.

Græci *fatentur eandem formam Eucharistiæ cum Latinis in Florentino Concilio*. R. 5. S. 6. n. 10. p. 333. col. 2.

Græci *fœminas non admittunt ad habenda verba in Ecclesia*. R. 6. S. 7. n. 5. p. 399. col. 1.

Græci *horrent à liquoribus contaminatis per immunda animalia*. R. 3. S. 1. n. 7. p. 140. col. 1. & V. Liquores, & Horror.

Græci *in legendis Latinorum Scriptis quid notare debeant*. R. 3. S. 5. n. 10. p. 178. col. 2.

Græci *in Missa ad quid Particulas offerant*. R. 1. S. 5. n. 7. p. 26. col. 2.

Græci *in multis à moribus Apostolicis recessere*. ibid. Initio. n. 1. p. 1. col. 1. & n. 2. p. 2. col. 2. *Castigantur, quòd, hæc peccantes, Mores Apostolicos à se custodiri jactant*. ibid. S. 1. n. 4. p. 5. col. 1. & *ob dicacitatem in Latinos, quòdque sua crimina in aliis damnant*. ibid.

Græci *lacessiti à Latinis eadem regerunt*. R. 3. S. 3. n. 3. p. 156. col. 1.

Græci, *licèt per immersionem plerunque baptizent, tamen etiam per infusionem, & intinctionem aliquando*. R. 5. S. 3. n. 17. p. 309. col. 1. & num. 19. p. ead. col. 2.

Græci *Lutheranorum hospites nihil ex hospitio labis contrahunt*. R. 1. S. 8. n. 10. p. 50. col. 1.

Græci *malè universim Schismatici dicuntur*. R. 6. S. 2. n. 12. p. 362. col. 1.

Græci *maximè abhorrent à Calvinistis, & Lutheranis*. R. 1. S. 4. n. 8. p. 22. col. 2.

Græci *Mores Apostolicos tenaciùs, quàm reliqui retinuere*. R. 1. S. 2. n. 2. p. 8. col. 1.

Græci *neque confinxere fabulam Joannæ Papissæ, neque recepere*. R. 2. S. 6. n. 9. p. 116. col. 1. & n. 10. p. ead. col. 2. & p. seq.

Græci *neque incuriosi in Re Sacra, neque Superstitiosi*. R. 3. S. 1. n. 1. p. 136. col. 1. & 2.

Græci *nihil immundum censent à Deo factum*. d. S. 1. n. 7. p. 140. col. 1.

Græci *non admittunt ad Ordines ex solo Confessarii te-*

stimonio. R. 6. S. 7. n. 1. p. 397. col. 1. & ibi n. 2.
Græci *non censent, hæresim esse, jejunare in Sabbato*. R. 1. S. 4. n. 4. p. 20. col. 1.
Græci *non habent Capitula in Cathedralibus*. R. 1. S. 10. p. 72. col. 2.
Græci *non possunt negare Jus appellandi Rom. Pontif. etiamsi aliæ Gentes negarent*. R. 6. S. 2. n. 2. p. 549. col. 2.
Græci *non recipiunt fœminas ad testimonium in Examine Ordinandorum*. R. 6. S. 7. num. 4. p. 398. col. 1.
Græci *nusquam denunciantur hæretici*. R. 6. S. 7. n. 9. p. 401. col. 2.
Græci *Patres an negent Deum videri posse ab animis à corpore separatis*. R. 6. S. 10. n. 10. p.
Græci *Patres negant à Creatura videri Deum posse: idque quomodò intelligendum*. d. n. 10. p. 425. col. 2. & p. seq.
Græci *Patres Orationes instituunt pro Mortuis, quas usurpant Græci omnes*. R. 1. S. 5. num. 6. p. 26. col. 1.
Græci *Patres pro comprehensione accepere Visionem Dei*. R. 6. S. 10. p. 425. col. 2. & p. seq.
Græci *Patres Purgatorii nomen recipiunt*. R. 1. S. 8. n. 18. p. 56. col. 1. & 2. & p. 57. col. 2.
Græci, *Pœnitentiam quocunque tempore usurpari posse, docent*. R. 1. S. 4. n. 4. p. 20. col. 1.
Græci *provocantur, ut legant Latinos authores*. R. 4. S. 7. n. 9. p. 259. col. 1. & 2.
Græci *qua censura excipiantur à Glossa*. R. 2. S. 1. n. 2. p. 76. col. 2.
Græci *quando permittant Baptismum per infusionem*. R. 5. S. 3. n. 19. p. 309. col. 2. & num. 20. p. 310. col. 1. & 2.
Græci *quantum distent à Lutheranis, Calvinistis, & Photianis*. R. 1. S. 4. n. 8. p. 22. col. 2.
Græci *qui à Latinis Fermentarii dicti*. R. 3. S. 5. n. 11. p. 179. col. 1.
Græci *rejiciunt incestos ab Ordinibus*. R. eod. S. 8. n. 3. p. 205. col. 1. & 2.
Græci *ridiculè confunduntur cum Photianis*. R. 1. S. 7. n. 2. p. 38. col. 1.
Græci *Sacerdotes quòd habent uxores, non est è disciplina Ecclesiastica*. R. 3. S. 8. num. 9. p. 208. col. 1. & 2.
Græci *Sapientes à Sæculo IX. & deinceps fatentur supremam potestatem Rom. Pontif.* R. 6. S. 2. num. 12. p. 361. col. 1. & 2.
Græci *Subjecti Turcis an sint in servitute Juris, an facti*. R. 5. S. 5. n. 9. p. 322. col. 2.
Græci *vindicantur à sordibus Photianorum*. R. 6. S. 4. n. 4. p. 377. col. 2.
Græcia *nullo decreto publico descivit à Potestate, Rom. Pontificis*. R. eod. S. 2. n. 12. p. 362. col. 1.
Græcia *nunquam damnavit Rom. Pontificem*. R. 3. S. 6. n. 12. p. 190. col. 2. & p. seq. *Neque Latinos*. d. n. 12. p. 191. col. 1.
Græcia *obsequiosa semper Rom. Ecclesiæ*. d. n. 12. p. 190. col. 2. & p. seq.
Græciam *etiam oppressam à Photianis non destituit Veritas*. R. 2. S. 1. n. 1. p. 76. col. 2.
Græcis *causa malorum Sacrorum incuria*. R. 4. S. 7. n. 9. p. 259. col. 2.
Græcis *frequentior usus Jejuniorum*. R. 1. S. 2. n. 2. p. 8. col. 1.
Græcis *Jejunium Sabbati vetitum*. ibid. S. 3. n. 5. p. 14. col. 2.
Græcis *licuit Jejunium Sabbato, si quando die Dominico Ordines conferrentur*. ibidem. & num. 6. toto.
Græcis *malè imputantur Photianorum ineptiæ*. R. 6. S. 7. num. 1. p. 397. col. 1. & num. 2. p. ead. col. 2.
Græcis *non habitus bonos esse Eunuchum*. R. 3. S. 3. n. 2. p. 156. col. 1.
Græcis *quid debeat Ecclesia*. R. 2. S. 1. num. 2. p. 76. col. 2.
Græcis *quo anno cœperit prędicare Paulus*. R. 3. S. 5. n. 4. p. 174. col. 1.
Græcis *Sacerdotibus licet uxorem habere*. R. eo. S. 8. n. 9. p. 207. col. 2.
Græcorum *à Photianis, & Latinis vituperatorum infelix conditio*. R. 2. S. 1. n. 7. p. 78. col. 1.
Græcorum *Cæremonia in sepeliendis Mortuis. Et quid illa significet*. R. 1. S. 5. n. 11. p. 28. col. 1. & 2.
Græcorum *Calumniatores refelluntur*. R. 6. S. 2. n. 12. p. 362. col. 1. & R. 3. S. 3. n. 2. p. 156. col. 1. & 2.
Græcorum Collegium. *V.* Collegium.
Græcorum defensio *contra Calumnias Catumsyriti*. R. 3. S. 8. n. 4. p. 203. col. 2. & p. seq.
Græcorum *DD. dicta aliquot explicata, ne obsint Beatitati SS.* R. 6. S. 10. n. 14. p. 428. col. 1. & 2.
Græcorum Dogma *de salute desperata Damnatorum*. R. 1. S. 6. n. 5. p. 32. col. 2.
Græcorum *Ecclesiæ pauperes*. R. 1. S. 10. n. 3. col. 2. p. 72.
Græcorum Expiationes *grande erga Ecclesiam obsequium Gentis ostentant, non supestitionem*. R. 3. S. 1. n. 7. p. 140. col. 2.
Græcorum *infelix conditio præsens*. R. 4. S. 1. n. 1. p. 211. col. 1. & 2. & R. 3. S. 3. n. 3. p. 157. col. 1.
Græcorum Patrum *testimonium de utilitate Suffragiorum pro Mortuis* R. 1. S. 5. n. 6. toto p. 25. col. 2. & p. 26. col. 1.
Græcorum *promiscuè testimonium pro Beatitate SS.* R. 6. S. 10. n. 6. p. 422. col. 2. & p. seq.
Græcorum *res Ecclesiastica prolixæ, & minutæ*. R. 2. S. 9. n. 13. p. 135. col. 2.
Græcorum Sapientia *Ecclesiæ utilis*. *Ad eam Græci provocantur*. R. 2. S. 7. n. 14. p. 122. col. 2.
Græcorum *sensa de Potestate R. Pontificis sexto sæculo*. R. 6. S. 2. n. 19. p. 368. col. 1. & 2.
Græcorum *varii ritus*. R. 3. S. 5. n. 3. p. 173. col. 2.
Græcos *docentes Spiritum S. à Patre & Filio procedere non esse hæreticos, Photianis ostenditur hypotyposi quadam Judicii*. R. 5. S. 3. n. 13. p. 304. col. 1. & 2.
Græcos *inter post Schisma an fuerint Sancti patratores Miraculorum*. R. 6. S. 9. n. 12. p. 417. col. 2.
Græcus *homo an primus in Italiam Christianam Religionem invexerit*. R. 3. S. 5. n. 4. p. 173. col. 2. & p. seq.
Græcus *non est, qui negat Azymum panem esse*. R. eo. S. 4. n. 16. p. 171. col. 1. & 2.
Gratiani *conatus vani, ne decretum Silvestri I. & Leonis IV. pugnet cum verbis Christi*. R. 6. S. 6. n. 8. p. 392. col 2.
Gratiani *explicatio refellitur*. d. S. 6. num. 9. p. 392. col. 2. & p. seq.
Gregorii Cyprii *P. CP. Ordinatio contra Canones*. R. 2. S. 9. n. 8. p. 132. col. 1.

Grego-

Gregorii XIII. *liberalitas curiosè describitur*. R. 6. S. 4. n. 7. p. 379. col. 1. & 2.
Gregorii Nazianzeni *locus à Photianis corruptus explicatur*. R. 2. S. 9. n. 12. p. 134. col. 1. *Ejusdem testimonium pro Beatitate SS. ante generale Judicium*. R. 6. S. 10. n. 4. p. 422. col. 1.
Gregorius Magnus *quomodo emendaverit Legem Mauritii Imp*. R. 2. S. 5. n. 6. p. 108. col. 1.
Gregorius Nyssenus *ter Purgatorium agnoscit*. R. 1. S. 8. n. 18. p. 56. col. 2. *De ejus testimonio quid censeat Barlaam*. ibid. & p. 57. col. 1. *Ostenditur ab illo nullum Origenis errorem probatum*. d. n. 18. p. 57. col. 1. & 2. *Ejus ætate Origenis Errores fuisse damnatos*. ibidem. col. 1. *Ejus testimonium pro Beatitate SS*. R. 6. S. 10. n. 4. p. 422. col. 1.
Gregorius Palamas. *V.* Palamas.
Gregorius Syracusanus *quis fuerit*. R. 5. S. 2. n. 3. p. 292. col. 1. *rejectus ab Ordinibus per Nicephorum Confessorum cum Vaticinio*. d. n. 3. p. & col. ead.
Gula *V.* Peccatum Gulæ.
Gulæ Vitium, *& ab eo pernicies rerum Sacrarum*. R. 1. S. 2. n. 6. p. 9. col. 2. & p. 10. col. 1.
Gymnosophistarum Secta *cur imperfecta visa Platoni*. R. 4. S. 5. n. 11. p. 236. col. 2.
Gynæcea *quid sint in Ecclesia Græca, eorum unde Origo sit*. R. 6. S. 7. n. 5. p. 399. col. 1.

H

HÆreses *quanta mala fecerint Græciæ*. R. 1. S. 1. n. 11. p. 7. col. 1.
Hæresis *crimen Capitale*. R. 3. S. 7. num. 2. p. 193. col. 2. & p. seq.
Hæresis *rejicit ab Ordinibus*. d. num. 2. pag. ead. & col.
Hæretici *jubentes Sabbati mæstitiam qui fuerint, & cur eam jusserint*. R. 1. S. 3. num. 11. pag. 16. col. 2.
Hæretici *an iterum baptizandi, & explicatur locus Basilii*. R. 5. S. 3. n. 11. p. 303. col. 2.
Hæreticus *accusandus omissa correctione fraterna*. R. 1. S. 3. n. 8. p. 15. col. 2.
Henrici VIII. *Anglorum Regis descriptio, & Catastrophe*. R. 6. S. 4. n. 9. p. 380. col. 1. & 2. *Ejus impietas, scelera, Schisma post conatus irritos solvendi Matrimonium*. d. S. 4. n. 10. p. 380. col. 2. & p. seq.
Hermaphroditi *miri exemplum Biturgiæ*. R. 2. S. 6. n. 6. p. 115. col. 1.
Hermaphroditus *quis sit irregularis*. d. n. 6. p. 115. col. 1.
Hieronymus *Ordinatus citra Titulum*. d. R. 2. S. 5. n. 8. p. 109. col. 2.
Historia *clam affirmat id, sine quo vera esse non potest*. R. 1. S. 7. n. 8. p. 41. col. 1.
Historiæ *anima veritas*. d. p. 41. col. 1.
Homicida *an censeatur, qui dedit consilium ad homicidium, si occidatur qui volebat occidere*. R. 4. S. 6. n. 6. p. 249. col. 2.
Homicida *an censeatur, qui ratum habuit homicidium nomine suo perpetratum*. d. S. 6. n. 4. p. 249. col. 1.
Homicida *an, & quatenus censeatur, qui post homicidium favet, ac defendit homicidam*. d. S. 6. n. 8. p. 250. col. 1.
Homicida *an sit, & quatenus, qui dat venena Sterilitatis, aut abortum fœtus non animati procurans quoad irregularitatem*. d. S. 6. n. 12. p. 252. col. 2. & n. 13. p. 253. col. 1. & 2.
Homicida *an sit consilium dans determinato aliunde ad homicidium*. d. S. 6. n. 6. p. 249. col. 2.
Homicida *an sit, qui occidit ad defensionem rerum suarum*. R. 4. S. 8. n. 11. p. 268. col. 2. & n. 12. p. 269. col. 1.
Homicida *censetur auxilium, & opem ferens homicidæ*. R. 4. S. 6. n. 8. p. 250. col. 2.
Homicida *est dans consilium ad homicidium eo secuto*. d. S. 6. n. 6. p. 249. col. 2.
Homicida *est, qui citra voluntatem homicidii jussit percuti, si sequatur mors, vel mutilatio ex ea percussione*. d. S. 6. n. 4. p. 249. col. 1.
Homicida *est, qui percutit, etiamsi non occidat, si alius tunc occidat percussum*. d. S. 6. num. 10. p. 251. col. 1.
Homicida *est, qui percutit, si ex percussione citra voluntatem eius sequatur mors*. d. S. 6. n. 4. p. 249. col. 1. & p. 248. col. 2.
Homicida *non est percussor Mortui, quem putat vivum*. R. 4. S. 5. n. 1. p. 242. col. 1.
Homicida *non dispensatur Jure Græco*. R. 4. S. 3. n. 3. p. 231. col. 1. & 2.
Homicida *quatenus censeatur is, qui causam rixæ dedit, ex qua amici, & consanguinei occidere aliquem, etiamsi vetet occidi*. R. 4. S. 6. num. 11. p. 252. col. 1.
Homicida *quatenus censeatur is, qui rixam non incepit, in qua consanguinei occidere, si non vetuit occidi*. d. n. 11. p. 252. col. 1. & 2. *Ubi vide Quæstiones alias minutiores*.
Homicidæ *an omnes sint, qui aggrediuntur aliquem, si unius vulnere occidatur*. d. S. 6. n. 9. p. 250. col. 2.
Homicidæ *sunt omnes, si percutiant, & moriatur percussus, nec constet ex quo vulnere objerit*. d. S. 6. num. 10. p. 251. col. 1. & 2. & *Vide ibi quæstiones alias*.
Homicidæ *non sunt omnes concurrentes ad homicidium, si constet quis occiderit*. d. n. 10. p. 251. col. 1.
Homicidii *definitio data à Margunio refellitur*. R. 4. S. 5. n. 1. p. 241. col. 2. & p. seq.
Homicidii *definitio Latina Græcorum est*. d. S. 5. n. 2. p. 242. col. 2.
Homicidii *finitio an obsit miraculis Photianis*. d. S. 5. n. 3. p. 243. col. 1.
Homicidii *an teneatur quoad Irregularitatem dans operam rei illicitæ, ex qua secuta est mors*. d. R. 4. S. 7. n. 5. p. 257. col. 2. *limitatur in lenone, in Magistro Aleatoriæ officinæ, in Fabro Ferrario, in Adultero, & aliis*. d. S. 7. n. 6. p. 257. col. 2. num. & p. seq.
Homicidii *conatus non est homicidium, & refellitur Philotheus Patri. CP*. R. 4. S. 6. num. 3. p. 248. col. 1.
Homicidii *Conatus non inducit Irregularitatem*. d. n. 3. p. ead. col. 1. & 2.
Homicidii *Irregularitas in privato est ex culpa, in publico Ministro est ex nota*. R. 4. S. 8. n. 2. p. 264. col. 2. & p. seq.
Homicidii *pœna & Irregularitate an, & quatenus teneatur, qui dat consilium aliàs determinato ad Homicidium*. R. 4. S. 6. n. 6. p. 249. col. 2.
Homicidii *quatuor Species*. R. 4. S. 6. num. 1. p. 247. col. 1.
Homicidii *quoad Irregularitatem non tenetur, qui dat ope-*

operam rei licitæ, ex qua sequitur mors, vel mutilatio. R. 4. S. 7. n. 8. p. 258. col. 1. & 2. & p. seq.
Homicidii *quoad Irregularitatem reus dicitur, qui dat operam rei illicitæ, quæ influit in homicidium*. d.S. 7. n. 7. p. 258. col. 1.
Homicidium Casuale *quod*. R. 4. S. 6. n. 1. p. 247. col. 1.
Homicidium *Crimen Capitale*. R. 3. S. 7. n. 2. p. 193. col. 2.
Homicidium *Jure Græco arcet ab Ordinibus*. R. 4. S. 3. n. 2. p. 230. col. 1. & 2.
Homicidium Necessarium *quod*. ibid. S. 6. n. 1. p. 247. col. 1. & 2.
Homicidium *quid sit*. R. 4. S. 5. n. 1. p. 241. col. 1. & p. seq.
Homicidium *rationabiliter arcet ab Ordinibus*. R. 4. S. 3. n. 1. p. 220. col. 1.
Homicidium *sit ne lipsana Sanctorum secare*. R. 4. S. 5. n. 1. p. 242. col. 1. & 2.
Homicidium Voluntarium *ex accidente an rejiciat*. R. 4. S. 6. n. 1. p. 247. col. 2.
Homicidium Voluntarium *quid sit*. d. n. 1. p. ead. col. 1.
Homicidium Voluntarium *rejicit ab Ordinibus*. d. n. 1. p. 247. col. 2.
Homicidium *tentare non est patrare*. d. S. 6. n. 3. p. 248. col. 1. & 2. *An patratum in Ebrietate Irregularitatem inducat*. R. 4. S. 8. n. 5. p. 265. col. 2. & p. seq.
Hominum *Voluptati deditorum conditio*. R. 1. S. 2. n. 1. p. 8. col. 1.
Homo *natura sua bonus*. R. 4. S. 1. num. 8. p. 316. col. 2.
Honoris *cura an, & quatenus excuset ab homicidio, & Irregularitate*. R. 4. S. 8. n. 11. p. 269. col. 1.
Horror *ab aliquibus rebus omni Genti non barbaræ communis*. R. 3. S. 1. n. 8. p. 140. col. 2.
Horror *liquorum contaminatorum ab animantibus an sit superstitio*. d. S. 1. n. 7. p. 140. col. 1. *Est effectus phantasiæ*. d. p. 140. & col. *Ei quomodo medeantur Græci*. d. p. 140. & col. *Ex eo non evincitur horrentem existimare immunda, quæ horret*. ibid. n. 8. p. 140. col. 2. & p. seq.

JAcobi Apostoli *locus explicatur*. R. 3. S. 6. n. 7. p. 186. col. 2.
Jejunia *ante Ordinationes à Latinis constantissimè usurpata*. R. 1. S. 2. num. 9. p. 10. col. 2. & p. 11. col. 1.
Jejunia *etiam Infidelibus usitata non arguunt Sanctitatem*. ibid. S. 3. n. 1. p. 12. col. 2.
Jejunia Græcorum *ante Ordinationes probantur argumento deducto ex Epistola Leonis I*. d. S. 3. n. 4. p. 13. col. 2.
Jejunia Græcorum *antiquis Simillima*. R. 4. S. 1. n. 9. p. 218. col. 1.
Jejunia Græcorum *more antiquissimo commendata, summa constantia usurpata, & rigorosè exacta*. d. S. 1. n. 10. p. ead. col. 2.
Jejunia Occidentalium *an plura, quàm Orientalium*. R. 1. S. 3. n. 1. col. 2. p. 12.
Jejunia Photianorum *nulla sunt, nec ea Photiani de nomine norunt*. d. S. 3. n. 2. p. 12. col. 2.
Jejunia *Photiani sua quomodo explicent*. d. col. 2.
Jejunia *pro Mortuis*. V. Suffragia.
Jejunia *qui non servat, an rejiciatur apud Græcos ab Ordinibus*. R. 4. S. 1. num. 12. p. 220. col. 1.
Jejunator Joannes *primum semen Photianismi*. d. R. 1. S. 3. n. 1. p. 12. col. 1.
Jejunii Sabbato *vetiti Græcis causa non fuit Christi Sabbato Resurrectio*. d. S. 3. n. 11. p. 16. col. 2.
Jejunii *Sabbato præcepti Latinis justissimæ Causæ*. R. 1. S. 4. n. 5. p. 20. col. 2.
Jejuniorum Græcorum *ratio ab Ecclesia Rom. probata*. R. 4. S. 1. n. 8. p. 217. col. 1. & 2.
Jejuniorum *necessitas ante Ordinationes tota*. S. 2. R. 1. à p. 8. *Eorundem necessitas ad Orationem*. ibid. n. 1. p. 8. *Eorundem usus in Ordinationibus apud Græcos*. ead. S. 2. n. 2. & seqq. p. 8. col. 1.
Jejuniorum Sabbato *Mos neque à Colluthianis, neque ab Apollinarianis deductus est*. R. 1. S. 4. n. 3. p. 19. col. 1. & 2.
Jejunium *cur Sabbato vetitum*. R. 1. S. 3. n. 9. per tot. à p. 15.
Jejunium *est unicus esus in die certo tempore*. d. S. 3. n. 2. p. 13. col. 1. & n. 3. p. 13. col. 1.
Jejunium *fractum queis pœnis excipiatur à Græcis*. R. 4. S. 1. n. 12. p. 220. col. 1.
Jejunium *Græcis Sabbato interdictum*. R. 1. S. 3. n. 3. p. 13. col. 2. & n. 5. p. 14. col. 2.
Jejunium *non dispensatur cum eo, quocum dispensatum est in esu Carnium*. d. S. 3. num. 3. pag. 13. col. 1.
Jejunium *præmittendum Ordinationibus ratione probatur*. R. 1. S. 2. num. 9. p. 10. col. 1. & 2. & p. 11. col. 1.
Jejunium *præter Xerophagiam aliquid aliud abstinentiæ addit*. R. 1. S. 3. n. 2. p. 13. col. 1.
Jejunium Sabbati *ab Ecclesia Romana ex Traditione Apostolica semper servatum*. R. 1. S. 3. n. 12. p. 17. col. 1.
Jejunium Sabbati *licuisse Græcis, cùm Ordines dandi essent Dominica die*. d. S. 3. n. 5. in fin. p. 14. col. 2. & toto n. 6.
Jejunium Sabbati *Majoris Hebdomadis jussum Græcis, & Photianis*. d. S. 3. n. 10. p. 16. col. 1. & 2.
Jejunium Sabbati *non assumitur à Latinis pro Mortuis*. R. 1. S. 4. n. 5. p. 20. col. 2.
Jejunium Sabbati *non esse indictum Christianis omnibus*. d. col. 2. p.
Jejunium Sabbati *non vetitum, ut judaizent Græci*. d. S. 3. n. 9. p. 14. col. 1. & 2.
Jejunium Sabbati *vetitum in Odium hæreticorum jubentium Sabbato mæstitiam*. d. S. 3. n. 11. p. 16 col. 2.
Jejunium Sabbati *vetitum ob causam temporariam redire in usum potuit*. d. n. 11. p. 17. col. 1.
Jejunium *solitum apud Græcos eodem Sabbato, cùm Ordines dabantur die Domini*. d. S. 3. n. 13. p. 18. col. 1.
Jejunium *usurpatum ab initio Ecclesiæ*. R. 4. S. 2. n. 12. p. 229. col. 1.
Ignatii *Martyris pro Beatitate SS. testimonium*. R. 6. S. 10. n. 2. p. 420. col. 2.
Ignatius Patr. CP. *Confessor quomodo Ordinatus*. R. 1. S. 1. n. 2. p. 5. col. 1.
Ignorantia Superbiæ *mater*. R. 2. S. 8. n. 1. in fin. p. 124. col. 2. & n. 2. p. ead. col. 2. & p. 125. col. 1.
Ignorantia *triplex*. d. S. 8. n. 1. p. 124. col. 1.
Ignorantes *res Ecclesiasticas rejiciendi ab Ordinibus*. d. n. 1. p. 124. col. 1. & 2.
Illegitimus. *V.* Naturalis.
Illiterati *rejiciendi ab Ordinibus*. R. 2. S. 7. n. 5. p. 118. col. 2.

Immersio trina *an Necessaria in Baptismo*. R. 5. S. 3. n. 21. p. 310. col. 2.

Immersio trina *dupliciter sumitur*. d. S. 3. n. 16. p. 308. col. 2.

Immersio trina *quid significet*. d. n. 16. p. 308. col. 2. *reliqua V.* in Baptismo.

Immortalitas Animæ. *V.* Animæ Immortalitas.

Imperator *apud Græcos adscriptus Ordinibus Sacris*. R. 6. S. 4. n. 3. p. 376. col. 2.

Imperator *Patriarchâ major dignitate*. d. n. 3. p. 377. col. 1.

Imperatores Græci *quanto fastu præsiderent Patriarchis in ipsa Ecclesia*. d. n. 3. p. 376. col. 2.

Imperatorum Græcorum *audacia in Sacris administrandis*. R. 4. S. 3. n. 10. p. 235. *in fin. col.* 2. & *pag. seq.*

Incestus *rejicitur ab Ordinibus*. R. 3. S. 8. n. 3. p. 203. col. 1. & 2.

Incuria *rerum Sacrarum superstitioni opposita*, & *ejus effectus*. d. R. 3. S. 1. n. 1. p. 136. col. 1. & 2.

Indulgentia *an dari possit nullo opere injuncto*. R. 1. S. 9. n. 5. p. 62. col. 1. & 2.

Indulgentia *an includat actum absolutionis Judicialis, & solutionem ex Thesauro*. d. S. 9. n. 2. p. 59. col. 1.

Indulgentia *an injungat opus*, & *hoc an esse debeat proportionatum*. d. S. 9. n. 5. p. 61. col. 2.

Indulgentia *an requirat justam causam*. d. col. 2.

Indulgentia *an requirat Statum Gratiæ in recipiente, & quando illum exposcat*. ibid. & p. 62. col. 1.

Indulgentia, & Jubilæus *Bonifacii VIII. non est inventum*. d. S. 9. n. 9. p. 66. col. 1.

Indulgentia, & *Jubilæus pro Mortuis, etiamsi recens essent inventi, non tamen jure reprobarentur*. d. S. 9. n. 9. p. 66. col. 1.

Indulgentia & *singulis*, & *omnibus dari potest*. ibid. n. 5. p. 61. col. 2.

Indulgentia *Mortuis quomodo necessaria*. d. S. 9. n. 10. p. 68. col. 1.

Indulgentia *Mortuis utilissima*. d. n. 10. p. 67. col. 2. & p. 68. col. 1.

Indulgentia pro Mortuis *à Paschali I. concessa*. ibid. n. 9. p. 66. col. 1.

Indulgentia pro Mortuis *non prodest ex condigno, sed ex mera Dei misericordia*. ibidem n. 8. p. 65. col. 1.

Indulgentia pro Mortuis *per modum Suffragii datur. Et quid hoc sit*. d. col. 1.

Indulgentia pro Mortuis *res antiquissima in Ecclesia Romana*. ibidem. n. 9. p. 66. col. 1.

Indulgentia *quid sit universim*. ibidem. n. 2. p. 58. col. 2. & p. 59. col. 1.

Indulgentia *sine Jurisdictione non conceditur*. ibid. n. 8. p. 65. col. 1.

Indulgentia universalis *non sine ingenti causa, & utilitate publica conceditur*. d. S. 9. num. 5. p. 61. col. 2.

Indulgentia, *ut recipiatur, necessarium est, opus injunctum peregisse*. d. n. 5. p. 62. col. 1.

Indulgentiæ *ad bonum publicum impetrandum dantur*. d. n. 5. p. 61. col. 1.

Indulgentiæ Millenariæ *an sint in usu apud Latinos*. d. S. 9. n. 4. p. 61. col. 1. *An unquam concessæ sint, & an concedi possint*. ibid.

Indulgentiæ *Mortuis quomodo concedantur à Rom. Pontificibus*. d. S. 9. n. 13. p. 70. col. 1.

Indulgentiæ partiales *obsolevere Græcis*. d. S. 9. n. 4. p. 61. col. 2. *Eædem olim usitatæ apud Græcos*. d. p. 61. col. 1.

Indulgentiam *an satiùs sit dare visitantibus celeberriva Templa in Solemnitatibus, an secus*. R. 1. S. 9. n. 5. p. 62. col. 2.

Indulgentiam Generalem *an Patriarchæ Græci possint concedere, idque an ex officio*. d. S. 9. n. 10. p. 67. col. 1.

Indulgentiam Generalem *solus Papa concedere ex officio potest*. d. col. 1.

Indulgentiarum *à Synchorochartiis, & Aphesimis discrimen*. d. S. 9. n. 6. p. 62. col. 2.

Indulgentiarum *finis peculiaris*. ibid. n. 5. p. 61. col. 2.

Indulgentiarum *finis universalis*. d. p. 62. col. 1.

Indulgentias, & *Jubilæum qui Hæretici negent*. ibid. n. 10. pag. 66. col. 2. *Easdem qui Orthodoxi tueantur*. ibid.

Indulgentias *nimis crebrò concedentes Pontifices rationem reddent*. S. 9. n. 5. p. 61. col. 2.

Indulgentias *recentiores Pontifices prudenter circumscripsere*. d. col. 2.

Infamia Canonica *an arceat ab Ordinibus*. R. 3. S. 6. n. 3. p. 183. col. 2.

Infamia Canonica *quæ sit*. d. S. 6. n. 1. p. 182. col. 2.

Infamia Canonica *quoad se impedit Ordinandum*. d. S. 6. n 3. p. 183. col. 2.

Infamia Juris, & facti *quæ sit*. d. S. 6. n. 1. p. 182. col. 2.

Infamia *Ministrorum in Ecclesiam refunditur*. R. 2. S. 3. n. 60. p. 90. col. 2.

Infames *rejiciuntur à dignitatibus*. d. p. 90. col. 2.

Infames *repelluntur à testimonio in causa Criminali, an etiam in civili*. R. 6. S. 5. n. 4. p. 385. col. 1.

Infami *non creditur*. R. 3. S. 6. n. 2. p. 183. col. 1.

Infamis *quacunque infamia civili rejiciendus ab Ordinibus*. d. S. 6. n. 2. p. 183. col. 1. & 2.

Infamis *Scriba Principis esse non potest*. d. n. 2. p. 183. col. 1.

Infamis *Tabellio publicus esse non potest*. d. n. 2. p. ead. & col.

Infans, *cùm urget necessitas, unica infusione, & contactu aquæ baptizandus*. R. 5. S. 3. n. 21. p. 311. col. 2.

Infans *occidens irregularis non est*. R. 4. S. 8. n. 4. p. 265. col. 2.

Infantes expositi *an censeantur Naturales*. R. 2. S. 3. n. 15. p. 97. col. 1.

Infantes expositi *an sint rejiciendi ab Ordinibus*. ibid.

Inimicus recens reconciliatus *censetur adhuc inimicus*. R. 2. S. 8. n. 8. p. 127. col. 2.

Innocens *non est pœna afficiendus*. R. 2. S. 3. n. 9. p. 92. col. 1.

Inquisitores hæreticæ pravitatis *Mortis sententiam non dicunt*. R. 4. S. 7. n. 11. p. 260. col. 1. & 2.

Intellectus *in operando diversitas à Voluntate in quo sita*. R. 6. S. 10. n. 2. p. 420. col. 2.

Interjectio ὄρθοι πάντες *quid significet*, & *ad quid dicatur in Ecclesia Græca*. R. 1. S. 10. n. 8. p. 74. col. 1. & 2.

Interpretatio Juris *priùs nota Græcis, quàm Latinis*. R. 2. S. 2. n. 4. p. 80. col. 1. *Ea quid possit*. ibid.

Interstitia *necessaria in collatione Ordinum*. R. 2. S. 9. *per tot.* d. p. 128. col. 1. *Ea non Latinis tantùm sed & Græcis nota*. d. S. 9. n. 4. p. 129. col. 2. *Jure etiam Græco constituta, imò & Photiano*. d. S. 9. n. 5. p. 130. col. 1. & *seq. Quod, quantumque intervalli tempus exposcant*. ibid. n. 13. p. 134. col. 2. *Eorum Jus exemplis Vetustatis probatur*. d. S. 9. num. 9. p. 132. col. 2.

Inutile, an necessarium *quod est, esse possit*. R. 1. S. 9. n. 11. p. 67. col. 2.

Joannæ Papissa. *V.* Fabula Joannæ Papissæ.

Joan-

Joannæ Papissæ *quis ex Græcis meminerit*. R. 2. S. 6. n. 9. p. 116. col. 1. & n. 11. p. 117. col. 1.

Jo. Bona Cardinalis *V.* Bona.

Joannes Chrysostomus *postquam docuit Judæorum Pontifices omisisse Pascha, ut Christum perderent, an mutarit sententiam*. R. 3. S. 4. n. 9. p. 165. col. 2. & p. seq. *Ejus sententia de Catechumenis explanatur.* R. 1. S. 6. n. 8 p. 34. col. 1. & n. 9. ead. p. col. 2. *Ejusdem pro Beatitate SS. judicium*. R. 6. S. 10. n. 5. p. 422. col. 1. & 2. & n. 6. p. ead. col. 2. *Ejusdem locus obtrusus, ut impugnet Beatitatem SS. refellitur, & tanti Doctoris locus apertus pro eadem Beatitate producitur*. d. S. 10. n. 14. p. 428. col. 1.

Joannes Damascenus *V.* Damascenus. *Ejus locus difficilis à Cabasilianis pro sua sententia propositus*. R. 5. S. 6. n. 4. p. 329. col. 2. *Ejus testimonium pro Beatitate SS.* R. 6. S. 10. n. 6. p. 423. col. 1.

Joannes X. Pontifex *an filius Sergii Pap. Quis fuerit, quomodo quæsierit infulas, & sedem Petri*. R. 2. S. 3. n. 14. p. 95. col. 2.

Joannes XI. *an Sergii filius, quis fuerit*. ibid.

Joannes XII. *Ejusque ætas*. R. 2. S. 4. n. 8. p. 103. col. 1. & 2.

Joannes Diaconus *scriptor Vitæ S. Gregorii quid censeat de Fabula Trajani*. R. 1. S. 7. n. 6. p. 40. col. 1.

Joannes Jejunator. *V.* Jejunator.

Joannes Laurentius Lucchesinius *Græcorum amantissimus*. R. 6. S. 1. n. 13. p. 345. col. 2.

Joannes Veccus *celebrat translationem S. Mamantis Martyris, & cultro aureo caput à reliquo corpore dividit*. R. 4. S. 5. n. 1. p. 242. col. 1. *Ejus de Jejunio Sabbati sententia, si quando sequeretur Ordinatio*. R. 1. S. 3. n. 6. p. 14. col. 2. *Ejusdem sententia de lege vetante Jejunium Sabbati*. ibid. *Defenditur à calumnia Photianorum*. R. 4. S. 4. n. 1. p. 242. col. 1.

Joannes Evangelistæ *ætas, cùm iniit Apostolatum, & Sacerdotium*. R. 2. S. 4. n. 7. p. 102. col. 1. & 2.

Irenæi Testimonium *pro Suprema Potestate Rom. Pontificis*. R. 6. S. 2. n. 5. p. 351. col. 1. *Illud ab argutiis Nectarii Patri. Jerosolymitani asseritur*. d. n. 5. p. ead. col. 2. & p. seq. *Ejusdem locus alius explicatur*. R. 6. S. 10. n. 13. p. 427. col. 2.

Irregularis *an sit fœmina*. R. 2. S. 6. n. 6. p. 115. col. 1.

Irregularis *an sit Hermaphroditus*. d. n. 6. p. ead. & col.

Irregularitas *ex homicidio à privatis non contrahitur, nisi ex culpa*. R. 4. S. 8. n. 2. p. 264. col. 2.

Irregularitas *homicidii requirit animum*. R. 4. S. 6. n. 5. p. 249. col. 1. & 2.

Irregularitas non est pœna. R. 2. S. 3. n. 10. p. 92. col. 2.

Irregularitas *non habetur, nisi quis faciat id, cui Canon Irregularitatem infligit*. R. 4. S. 6. num. 4. p. 248. col. 2.

Irregularitas *non infligitur ratum habenti homicidium factum nomine suo*. d. S. 6. num. 4. p. ead. & col.

Irregularitas *nota Græcis*. R. 2. S. 1. n. 4. p. 77. col. 2.

Irregularitas *quid sit*. d. S. 1. n. 3. p. 77. col. 1.

Irregularitas *quo Jure introducatur*. R. 4. S. 2. n. 1. p. 220. col. 1. & p. 221. col. 1. & 2.

Irregularitatis conceptus. R. 2. S. 6. n. 6. p. 115. col. 1.

Irregularitatis effectus *relativus tum ad Episcopum Ordinantem, tum ad Ordinandos refertur*. d. R. 2. S. 1. n. 5. p. 77. col. 1. & 2.

Irregularitatis notitia *Ordinanti necessaria*. d. col. 2.

Irregularitatis partitio, & *partitionis explicatio*. d. S. 1. n. 7. p. 78. col. 1.

Irregularitatis *species multæ*. d. S. 1. n. 6. p. 77. col. 2.

Jubilæus. *V.* Indulgentia.

Jubilæus *appellata Indulgentia generalis à Bonifatio VIII. recipitur ab Orbe Christiano, summa frequentia celebratur, probatur prodigio*. R. 1. S. 9. num. 10. p. 66. col. 2.

Jubilæus, & *Indulgentia ostenditur utilis Ecclesiæ*. d. S. 9. n. 5. p. 63. col. 1. *Eadem ostenditur sæpe necessaria Ecclesiæ*. ibid.

Jubilæus pro Mortuis *impugnatur à Severo*. d. S. 9. n. 7. p. 63. col. 1. & 2. *Ejus rationes proponuntur*. ibid. p. 64. col. 1. & *refelluntur à n. 8. & seqq. à p. 64. col. 1.*

Jubilæus pro Mortuis *quid sit*. d. n. 8. p. 64. col. 1. *An sit Actus judicialis absolutionis nec ne*. ibidem. & col. 2. *Est solutio ex Thesauro*. ibid. *Quomodo differat à Suffragiis, & cum iisdem conveniat*. ibid. p. 65. col. 1.

Judaica Azyma *damnata*. R. 3. S. 5. num. 12. p. 179. col. 2.

Judaica Azyma *nihil habent commune cum Azymis Latinis*. ibidem. & n. 13. p. 180. col. 2.

Judæi *cur dicantur non introisse in Prætorium, ut manducarent Pascha, & an quartadecima Luna celebraverint Pascha*. ibidem. S. 4. n. 8. p. 165. col. 1. & 2. & n. 9 p. ead. col. 1. & p. seq.

Judæi *non habent festam quartadecimam diem primi Mensis, nisi incidat in Sabbatum*. ibidem. d. S. 4. n. 5. p. 162. col. 2. & p. seq.

Judæi *Purgatorium agnoscunt*. R. 1. S. 8. num. 7. p. 47. col. 1.

Judæi *unde incipiant Festa*. R. 3. S. 4. n. 5. p. 162. col. 2.

Judæis *Deus conterminas Gentes tradidit pleno Jure*. R. 3. S. 7. n. 7. p. 198. col. 1. & 2.

Judæis *Medicis uti vetitum*. R. 3. S. 5. n. 13. p. 180. col. 2.

Judæorum *servum esse Christianum, vetitum est*. d. S. 5. n. 13. p. & col. ead.

Judæorum *multos ritus adsumpsit Ecclesia*. S. 5. n. d 12. p. 180. col. 1.

Judæorum *si quis moribus similia usurpet, non est damnandus*. d. n. 12. p. & col. ead.

Judex *an debeat ferre sententiam ex allegatis, & probatis contra conscientiam*. R. 5. S. 1. num. 13. p. 287. col. 2.

Judex *an judicare possit ex instrumento producto ante litis contestationem*. d. S. 1. num. 6. p. 283. col. 2. & p. seq.

Judex *an judicans secundum allegata, & probata contra conscientiam, mentiatur*. d. S. 1. n. 9. p. 285. col. 1. & 2.

Judex *an possit judicare ex scripto producto in judicio, si non sit exhibitum, ac denunciatum adversario*. d. S. 1. n. 6. p. 285. col. 2. & p. seq.

Judex *an secundum allegata judicare debeat, qui ex latinis quæsierint*. d. S. 1. n. 3. p. 282. col. 1.

Judex *circa Reum ex Allegatis, sed sibi certò innocentem cognitum quid agere debeat*. d. S. 1. n. 13. p. 287. col. 2.

Judex *contra scientiam privatam sequi debet publicam*. d. S. 1. n. 6, p. 284. col. 1.

Judex, *cùm agit ex Officio, testem potest producere, qui probet*. R. 6. S. 5. n. 5. p. 386. col. 1.

Judex *Deum in judicando imitari non potest*. R. 5. S. 1. n. 15. p. 288. col. 2. & p. seq.

Judex *etiam non lata sententia irregularis est, si reum tali carceri mancipet, ex quo moriatur*. R. 4. S. 7. n. 11. p. 260. col. 1.

Judex *ex allegatis contra conscientiam ferre senten-*

tiam potest. d. S. 1. R. 5. n. 13. p. 287. col. 2.
Judex ex conjecturis potest fidem testium abrogare. d. S. 1. n. 10. p. 286. col. 1.
Judex fungitur publico officio. d. S. 1. n. 4. p. 282. col. 2.
Judex in ferenda sententia scientia publica uti debet. d. n. 4. p. & col. ead.
Judex in Judicio non argumentatur, ut Philosophus, sed ex vero simillibus, & plerunque accidentibus, & probabilibus. R. 5. S. 2. num. 11. pag. 298. col. 2.
Judex in re sibi certissima contra allegata, & probata sententiam suspendere an possit. R. 5. S. 1. n. 3. p. 282. col. 1.
Judex judicare debet juxta veritatem. d. S. 1. num. 9. p. 285. col. 2. & num. 10. pag. 286. col. 1.
Judex judicans contra conscientiam an operetur contra fidem. d. S. 1. n. 9. p. 285. col. 1. & 2.
Judex judicans contra conscientiam ex allegatis quomodo non mentitur. d. Sect. 1. num. 12. p. 286. col. 2. & p. seq.
Judex judicans secundum conscientiam, judicat ex testimonio unius. d. S. 1. num. 7. p. 284. col. 1. & 2.
Judex judicans tenetur imitari Deum. d. S. 1. n. 10. p. 2 6. col. 1.
Judex mentiri non potest in judicio. d. S. 1. n. 9. p. 285. col. 2.
Judex non potest repellere testes ex mera sua notitia privata. d. S. 1. n. 17. p. 290. col. 1. in fin. & 2.
Judex non præstito juramento ferendæ sententiæ juxta allegata, & probata apud Græcos removetur ab Officio. d. S. 1. n. 13. p. 287. col. 2.
Judex peccat privatum quid publico miscens. d. S. 1. n. 5. p. 283. col. 2.
Judex post latam sententiam cur eam retractare non possit d. n. 5. p. 283. col. 2.
Judex quomodò peccat agens contra conscientiam. d. S. 1. n. 11. p. 286. col. 2.
Judex secundum Margunium potest ferre sententiam, & debet juxta conscientiam suam contra allegata. d. S. 1. n. 2. p. 281. col. 2.
Judex sententiam ferens mortis, aut mutilationis, irregularis est. R. 4. S. 7. n. 10. p. 259. col. 2.
Judex sententiam ferre non potest ex instrumento in Judicio non producto. d. S. 1. R. 5. n. 6. p. 283. col. 2. & p. seq.
Judex, si secundum conscientiam contra allegata sententiam ferat, mentitur. d. S. 1. n. 13. p. 287. col. 2.
Judicem judicare posse contra allegata, & probata, ne Photiani quidem dicunt. d. S. 1. n. 8. p. 285. col. 1.
Judici mandanti iniqua non executor publicus parere non debet. d. S. 1. n. 16. p. 289. col. 2.
Judicia Latinorum defenduntur contra calumnias Coressii. R. 5. S. 5. n. 5. p. 320. col. 1.
Judicia multa justissima cu nprobantur. R. 5. S. 3. n. 2. p. 229. col. 1. & 2.
Judicia Photianorum damnantur. R. 5. S. 5. n. 5. p. 320. col. 1. & 2.
Judicis fides Fidei Theologicæ comparatur. R. 5. S. 1. n. 7. p. 284. col. 2.
Judicis fides quæ sit. d. n. 7. p. ead. & col.
Judicis Officium est, sequi Actorum fidem. d. S. 1. n. 5. p. 283. col. 1. & 2.
Judicis sententia ex publico debet esse. d. S. 1. n. 7. p. 284. col. 2.
Judicis testimonium reprobatur. d. num. 7. p. 284. col. 2.
Judicium de Mortuis incertissimum. R. 1. S. 6. n. 1. p. 37. col. 2.
Judicium ex ignorantia temerarium. R. 5. S. 3. n. 2. p. 299. col. 1.
Judicium ex suspicione latum iniquum est. R. 4. S. 1. n. 7. p. 217. col. 1.
Judicium ex testimonio unius iniquum. R. 3. S. 1. n. 5. p. 217. col. 1.
Judicium Generale cur celebrabitur. R. 6. S. 10. n. 14. p. 428. col. 1. & 2.
Judicium necessarium est ad inferendam pœnam ex sententia. R. 1. S. 7. n. 11. p. 42. col. 2.
Judicium non esse ferendum de Mortuis. ibid. S. 6. n. 1. p. 37. col. 2.
Judicium particulare de Theophilo post mortem. d. S. 7. n. 11. per tot. p. 42. col. 2. & seq.
Judicium peculiare statim post mortem. d. S. 7. n. 10. p. 42. col. 2. & 1.
Judicium sine scientia nullum esse justum potest. R. 5. S. 3. n. 2. p. 299. col. 1.
Juliani Apostatæ Impietas. R. 1. S. 8. n. 16. p. 54. col. 1. & 2.
Jure Authenticorum Adulterorum pœna in leviorem mutata est. R. 4. S. 9. n. 16. p. 278. col. 1.
Jure Divino debetur Principibus obsequium. R. 4. S. 4. n. 2. p. 237. col. 2.
Juris Codicis inconstantia. R. 4. S. 9. n. 16. p. 278. col. 1.
Juris Pandectarum inconstantia. d. S. 9. n. 14. p. 276. col. 2.
Jus Canonicum quos censeat Naturales. R. 2. S. 3. n. 2. p. 87. col. 2. Prohibet Usuras, quas permittit Jus civile. R. 2. S. 3. n. 12. p. 94. col. 2. Prohibet cædem deprehensæ in Adulterio, quam permittit Patribus Jus civile. ibid. Prohibet omnem dolum in contractibus, quem Jus Civile permittit. ibid. Rejicit à Ministerio etiam infames infamia facti. ibid.
Jus Civile magis favet natis ex Concubina, quàm ex furtivo coitu, & improbatur. R. 2. S. 3. n. 2. p. 87. col. 2. Quanta recipiat à Jure Canonico rejecta. d. S. 3. n. 12. p. 94. col. 2. Quos censeat Naturales. d. S. 3. n. 1. p. 87. col. 2. à Dignitatibus rejicit solùm infames infamia Juris. d. S. 3. n. 12. p. 93. col. 2. Non rejicit naturales, ac spurios à dignitatibus. d. S. 3. n. 9. p. 92. col. 2. In testamentis tantùm negat sufficientum testimonium duorum. R. 6. S. 6. n. 2. p. 389. col. 2. Abrogatum in multis à Jure Canonico. d. n. 2. p. 389. col. 2. Idem, si contrarium Juri divino, abrogandum erit. d. S. 6. n. 2. p. 389. col. 2. & n. 3. p. 390. col. 1.
Jus Divinum, & humanum. V. lex. An Jus divinum hoc tantùm asserat, non sufficere testimonium unius. R. 6. S. 6. n. 3. p. 390. col. 1. & n. 5. p. 391. col. 1. Idem de testimonio duorum negativè sumi non potest. d. R. 6. S. 6. n. 3. p. 390. col. 1. Idem potest explicari per Epichejam. d. S. 6. n. 15. p. 395. col. 2. Idem limitari non potest. d. n. 15. p. 396. col. 1.

Jus emendatum à *Justiniano in re Adulterorum iniquum, & imprudens*. R. 4. S. 9. n. 16. p. 278. col. 1.
Jus Euangelicum *non continet, nisi Jus Naturale*. R. 3. S. 7. n. 6. p. 196. col. 2.
Jus Græcum *non distinguit inter Naturales, & Nothos*. R. 2. S. 2. n. 2, p. 88. col. 1.
Jus Latinum *distinguit Naturales à Nothis*. ibid.
Jus Naturale *an libidinem probet*. R. 2. S. 3. n. 1. p. 87. col. 2. *Ad id, quod est contra rationem deducere non potest*. ibid. *Quid sit, & an significet impetus naturales*. ibid.
Jus quod *tribuit, non pertinet ad tumorem, atque superbiam, & fastum*. R. 6. S. 4. n. 4. p. 377. col. 2.
Jusjurandum *in teste probaturo est de jure Divino, & Gentium*. R. 6. S. 7. n. 13. p. 403. col. 2.
Jusjurandum *necessarium est testi etiam in causa summaria* .d. n. 13. p. 404. col. 1.
Jusjurandum *non est necessarium testi in re manifesta*. d. n. 13. p. 403. col. 2. & p. 404. col. 1.
Jusjurandum *non est probatio*. R. 5. S. 5. n. 11. p. 323. col. 1.
Jusjurandum *Parentibus. Consanguineis, &c. testimonium dicentibus de filiis, vel consanguineis, &c. non est deferendum*. R. 6. S. 7. n. 12. p. 403. col. 1.
Jusjurandum *quando deficit, non suppletur multitudine testium*. d. S. 7. n. 13. p. 404. col. 1.
Jusjurandum *quid operetur in Confessione judiciali*. R. 5. S. 5. n. 11. p. 323. col. 2.
Jusjurandum *testi remitti potest à Reo, contra quem testimonium dicit*. R. 6. S. 7. n. 13. p. 404. col. 1. & S. 6. n. 13. p. 395. col. 2.
Justiniani *Imperatoris testimonia pro Suprema Potestate Rom. Pontificis*. R. 6. S. 2. n. 9. p. 357. col. 1. & 2.
Justinianus *quid permiserit maritis contra uxores adulteras*. R. 4. S. 9. n. 3. p. 271. col. 2.
Justini Martyris *locus explicatus ne obsit Beatitati SS.* R. 6. S. 10. n. 13. p. 427. col. 2.
Justini Martyris *Testimonium pro eadem Beatitate*. d. S. 10. n. 3. p. 421. col. 2. *Ejusdem aliud*. n. 4. p. ead. & col.
Juventus *non decet ministros Ecclesiæ*. R. 2. S. 4. n. 9. p. 104. col. 1.
Juventus *quam periculosa*. ibid.

L

LAganum *quid sit*. R. 3. S. 4. n. 14. p. 170. col. 1.
Laici *de rebus Sacris judicare, aut legem ferre non possunt*. R. 2. Sect. 9. num. 12. pag. 133. col. 2. & p. seq.
Laici *rerum Ecclesiasticarum censentur ignari*. ibid. & n. 9. p. 133. col. 1.
Laicus *ad Ordines Sacros provehi non potest*. d. S. 9. n. 3. p. 129. col. 1. & 2.
Laicus *postulari in Episcopum non potest*. R. 2. S. 3. n. 15. p. 96. col. 1.
Laqueus Diaboli *superbia, & arrogantia*. R. 2. S. 8. n. 4. p. 125. col. 2.
Laterculum majus, & minus *quid*. R. 5. S. 2. n. 4. p. 292. col. 2.
Latina Ecclesia *utiles preces pro Mortuis censet, semperque docuit*. R. 1. S. 5. n. 13. p. 29. col. 2.
Latinæ Ecclesiæ *comparatio*. R. 2. S. 9. n. 13. p. 135. col. 2.
Latinæ Ecclesiæ *simplicitas*. d. p. & col. ead.
Latini *an lethaliter criminosos admittant ad Ordines*. R. S. 8. n. 1. p. 201. col. 2.
Latini *an negent miracula Photiana*. R. 4. S. 5. n. 3. p. 243. col. 1.
Latini *an plures scientias, & quomodo ponant in Deo*. R. 5. S. 1. n. 4. p. 282. col. 2. & p. seq.
Latini *approbant Eucharistiam in Fermentato*. R. 3. S. 5. n. 11. p. 179. col. 1. & 2.
Latini *asserunt unum Principium Spiritus S.* R. 5. S. 3. n. 12. p. 304. col. 1.
Latini *Azymitæ dicuntur à Photianis*. R. 3. S. 5. n. 11. p. 179. col. 1.
Latini *communicant cum Græcis in re Sacra*. R. 6. S. 7. n. 9. p. 401. col. 2.
Latini *constantissimè præmisere semper Ordinationibus jejunia*. R. 1. S. 2. n. 9. p. 11. col. 1.
Latini *cur incuriosi sint rerum Græcarum*. R. 3. S. 8. n. 3. p. 205. col. 2. & p. 206. col. 1.
Latini *etsi assererent duo Principia Spiritus S. non propterea eorum Baptismus esset vitiosus* R. 5. S. 3. n. 12. p. 304. col. 1.
Latini *Fermentarios Græcos quos appellarunt*. R. 3. S. 5. n. 11. p. 179. col. 1.
Latini *Græcos universim neque hæreticos, neque excommunicatos censent*. R. 6. S. 7. n. 9. p. 401. col. 2.
Latini *illiteratos rejiciunt ab Ordinibus*. R. 2. S. 7. n 5. p. 126. col. 1.
Latini *in Baptismo non immergunt*. R. 5. S. 3. n. 17. p. 308. col. 2.
Latini *in quo sensu Pneumatomachi*. R. 6. S. 3. n. 7. p. 373. col. 1.
Latini *Judicem irregularem dicunt*. R. 4. S. 7. n. 11. p. 260. col. 1. & 2. & V. Judex.
Latini *nihil docent, unde sequantur duo principia Spiritus Sancti*. R. 5. S. 3. num. 13. p. 304. col. 2. & p. seq.
Latini *non asserunt preces pro Mortuis utiles tantùm ministris Ecclesiæ, ad alimenta, & divitias* R. 1. S. 5. n. 13. p. 29. col. 2.
Latini *non carent scandalis, quæ tamen damnant*. R. 6. S. 3. n. 7. p. 373. col. 1. & 2.
Latini *non reprobantur à Græcis etiam Photianis*. R. 5. S. 3. n. 9. p. 302. col. 2.
Latini *non tribuunt Damasceno fabulam Trajani*. R. 1. S. 7. n. 2. p. 38. col. 1.
Latini *non vituperant Græcos, quòd nunc non præmittant Ordinationibus jejunia*. R. 1. S. 2. n. 9. p. 11. col. 1. *Neque quòd Sacerdotibus permittant Uxores*. R. 3. S. 8. n. 9. p. 207. col. 2.
Latini *olim tangentes, aut comedentes immunda pœna Ecclesiastica excipiebant*. R. 3. S. 1. n. 10. p. 142. col. 2.
Latini *Photianos, asserentes utilia Suffragia etiam Damnatis, erroris damnant*. R. 1. S. 7. n. 2. p. 38. col. 1.
Latini *præsumptiones temerarias rejiciunt à ratione probationis*. R. 6. Sect. 1. num. 1. p. 338. col. 1. & 2.
Latini *Probationem per testes admittunt*. R. 6. S. 5. n. 2. p. 384. col. 1. & 2.

Latini, *qui fabulam Joannæ Papissæ receperint, qui rejecerint*. R. 2. S. 6. n. 10. p. 117. col. 1.

Latini *rejiciunt incestos ab Ordinibus*. R. 3. S. 8. n. 4. p. 204. col. 1. & 2.

Latini *servant ætatem in Ordinibus*. R. 2. S. 4. n. 8. p. 203. col. 1. & 2.

Latini *Sodomitas rejiciunt ab Ordinibus*. R. 3. S. 8. n. 2. p. 202. col. 1. & 2.

Latini *sub Agathone Papa Græcas litteras nescivere*. R. 2. S. 7. n. 5. p. 119. col. 2.

Latinis *non est mos famæ spernendæ*. R. 6. S. 3. n. 7. p. 373. col. 1. & 2.

Latinis *quæ divitiæ ex Fidelium pietate erga Mortuos provenere, non ad delicias, sed ad ministrorum sustentationem congruam haberi*. R. 1. S. 5. n. 13. p. 29. col. 2.

Latinismum *quem appellet Margunius*. R. 2. S. 4. n. 8. p. 203. col. 1.

Latinorum *consensus cum Græcis, & laus*. R. 3. S. 8. n. 2. p. 201. col. 2.

Latinorum *Episcoporum laus*. d. R. 3. S. 3. n. 3. pag. 157. col. 1. & n. 4. p. ead. col. 1. & 2.

Latinorum *Jura distingunt inter Naturales, ac Nothos*. R. 2. S. 3. n. 2. p. 88. col. 1.

Latinorum *Judicia defenduntur contra Coressium*. R. 5. S. 5. n. 5. p. 320. col. 1.

Latinorum *Missa minus confert pro Mortuis, quàm Græca*. R. 1. S. 5. n. 9. p. 27. col. 2.

Latinorum *oblocutiones in Græcos*. R. 3. S. 3. n. 2. p. 156. col. 1. *Eæ quid recipiant à Græcis*. ibid. num. 3. p. ead. col. 2.

Latinorum *obsequium erga mores Græcos*. R. 4. S. 1. n. 1. p. 211. col. 1. & 2.

Latinorum *quorundam dicacitas in Sanctos Græcos*. R. 1. S. 7. n. 7. p. 40. col. 2. & p. 41. col. 1. *Eorundam sinisteritas in Græcos non omnibus tribuenda*. R. 4. S. 1. n. 1. p. 211. col. 1. & 2. *Eorundem stoliditas in damnandis Græcis*. d. S. 1. n. 1. p. ead. & col. *Eorundem ineptiæ, & calumniæ in Græcos*. d. n. 1. p. 212. col. 1. *Eorundem sinisteritas in Cæremonias Græcorum, & ipsam Eucharistiam quàm foveat Schisma*. R. 5. S. 6. n. 11. p. 334. col. 1. *Eorundem importunus Zelus vituperantium, & calumniantium Græcos*. R. 6. S. 2. n. 12. p. 362. col. 1. *Eorundem dicacitas in Liturgias Græcas*. R. 5. S. 6. n. 10. p. 333. col. 1.

Latinorum *quanta publicè pietas sit; quàmque bene constituta Respublica*. R. 6. S. 3. n. 7. p. 373. col. 2.

Latinorum *sententias sequi, si vera sint, non est indecorum Græco, easque & Græci, & Photiani recipiunt*. R. 5. S. 3. n. 9. p. 308. col. 1.

Latinorum *tradita communia Græcis*. R. 2. S. 1. n. 1. pag. 76. col. 2.

Latinos *ut horrendos Græciæ faciant Photiani, cum Calvinistis, & Lutheranis confundunt*. R. 1. S. 4. n. 8. p. 22. col. 2.

Latinos *in custodiendis Moribus Apostolicis constantia commendat*. R. 1. In. n. 2. p. 2. col. 1.

Lege *humana ob crimen Parentum possunt puniri filii in bonis, & fama*. R. 2. S. 3. n. 11. p. 94. col. 1.

Lege *nulla Antiquorum, præter hebræam, adulterio pœna mortis indicitur*. R. 4. S. 9. n. 13. p. 276. col. 1. & 2.

Lege Romanorum *nulla mors adulterio statuta*. d. S. 9. n. 14. p. 276. col. 2. & p. seq.

Lege Divina *justum vetari non potest, potest lege Divina permissum*. R. 5. S. 4. n. 5. p. 314. col. 1.

Lege Divina *permissum non semper simpliciter bonum est*. d. n. 5. p. 314. col. 1.

Legem Divinam *exequens non peccat*. R. 4. S. 9. n. 2. p. 270. col. 1. & p. seq.

Leges cæremoniales, *& Judiciales Judæorum cur cessaverint*. R. 1. S. 3. n. 6. p. 15. col. 1.

Legionum *Italicarum Authores*. R. 3. S. 5. n. 5. p. 174. col. 1.

Legis *abrogatio non infert legislatoris errorem*. R. 5. S. 4. n. 10. p. 316. col. 2.

Legis *anima finis est, & ratio, propter quam lata est*. R. 1. S. 3. n. 6. p. 15. col. 1.

Legis *condendæ Ecclesia potestatem habet*. R. 4. S. 2. n. 11. p. 128. col. 1.

Legis Juliæ *contra Adulteros iniquitas*. d. R. 4. S. 9. n. 15. p. 277. col. 1. & 2. *Ejusdem extensio quæ, & à quo facta*. d. n. 15. p. 277. col. 2.

Legitimi *referentes originem ad Naturales non rejiciuntur ab Ordinibus*. R. 2. S. 3. num. 15. p. 97. col. 1.

Legitimus *non censetur libidinosus ex libidine Patris*. d. S. 3. n. 7. p. 91. col. 2.

Legum *humanarum fastus retunditur*. d. S. 3. n. 11. p. 94. col. 1.

Lex *abstinendi à Suffocato, & Sanguine lata ab Apostolis*. R. 3. S. 2. n. 3. p. 146. col. 1. & num. 4. p. 147. col. 1. *Eadem non est corrupta à Græcis*. ibid. num. 5. p. ead. col. 2. *Eadem vera lex, & præceptum est*. ibid. n. 6. p. 149. col. 2. *Eadem, nisi literaliter accipiatur, superflua*. ead. p. & col. *Lata censetur ob scandalum*, ibid. n. 7. p. 150. col. 1. *Item solis Asianis lata fuit*. d. p. 150. & col. & *mox à tota Ecclesia recepta*, d. n. 7. p. 150. col. 1. & 2.

Lex *an possit, & quando punire sine præcedente judicio*. R. 4. S. 9. n. 12. p. 275. col. 2.

Lex Canonica *jubens omitti fraternam correctionem, & accusari hæreticum, an justa*. R. 1. S. 3. n. 8. p. 15. col. 2. *Eadem quid reprobet à Lege civili permissum*. R. 2. S. 3. n. 12. p. 94. col. 2. & *Vide* Jus. *Eadem præcipit jejunia*. R. 4. S. 2. n. 11. p. 128. col. 1. *Eadem abrogat civilem*. R. 2. S. 9. n. 12. p. 94. col. 2.

Lex carens *ratione lex non est*. R. 1. S. 3. n. 7. p. 15. col. 1.

Lex civilis. *multa permittit, conceditque à Jure Canonico reprobata*. R. 2. S. 3. n. 12. p. 94. col. 2. *Eadem quando obliget in conscientia*. R. 4. S. 9. n. 4. p. 272. col. 1. *An obliget etiam Clericos*. d. S. 9. n. 6. p. 272. col. 2. *Eadem, cùm non obligat Ecclesiam, injusta censetur*. d. n. 6. p. 272. col. 2. & p. seq. *Eadem necem alicujus privata authoritate patrandam mandare non potest*. d. S. 9. n. 12. p. 275. col. 2. *Mandans occidi Adulteros intelligenda est de nece inferenda publica authoritate*. d. n. 12. p. 272. col. 2. *Mandans necem Adulterorum privata authoritate iniqua est*. d. n. 12. p. ead. & col. *Quomodo obliget, vel excuset in conscientia*. d. n. 12. p. ead. & col. *concedens Patribus, vel maritis occisionem adulteræ injusta est*. d. S. 9. n. 13. p. 276. col. 1. *Eadem Canones Concilii Oecumenici abrogare non potest*. R. 6. S. 2. n. 13. p. 363. col. 1. *Eadem defert Canonum decretis*. R. 2. S. 9. n. 12. p. 134. col. 1.

Lex

d by Google

Lex Divina. *potest irrogare pœnam corporis, & bonorum alicui ob crimen alterius. R. 2. S. 3. n. 11. p. 93. col. 2. Non potest tamen inferre pœnam spiritualem ob crimen alienum.* ibid. *Eadem Adulterio pœnam Mortis irrogat. R. 4. S. 9. n. 2. p. 271. col. 1. Ea tamen intelligenda de Morte inferenda per publicam authoritatem. d. S. 9. n. 8. p. 273. col. 2. An cessaverit per Euangelium. d. n. 8. p. 274. col. 1.*

Lex Duodecim Tabularum *necem Adulteris inferendam permisit. d. S. 9. n. 3. p. 271. col. 1.*

Lex Euangelica *etiam ipsa, causa cessante, cessat. R. 1. S. 3. n. 8. p. 15. col. 1. & seq. Eadem nihil addidit Juri Naturali. R. 3. S. 7. n. 6. p. 196. col. 2.*

Lex *extra æquitatem esse non potest. R. 2. S. 4. n. 8. p. 103. col. 1.*

Lex fraternæ correctionis *an, & quando cesset. R. 1. S. 3. n. 8. p. 15. col. 2.*

Lex Germanorum *necem Adulteræ jubens. R. 4. S. 9. n. 13. p. 276. col. 2.*

Lex humana, & Divina *pœnam irrogare potest etiam ei, qui culpam non habet. R. 2. S. 3. n. 11. p. 93. col. 2. Eadem irrogare pœnam corporis non potest alicui ob crimen alterius.* ibid. *& p. 94. col. 1.*

Lex Julia *mortem an irrogaret Adulteris. R. 4. S. 9. n. 15. p. 277. col. 1. & 2.*

Lex *justè potest decernere Adulterio mortem. d. S. 9. n. 16. p. 278. col. 1.*

Lex *lege, & consuetudine contraria potest abrogari. R. 5. S. 4. n. 9. p. 316. col. 1. & 2.*

Lex *non habens continuam causam non semper obligat. R. 1. S. 3. n. 7. p. 15. col. 1.*

Lex *humana à Lege divina derivatur.* ibid.

Lex occidendæ adulteræ *authoritate privata à Solone lata. R. 4. S. 9. n. 3. p. 271. col. 1. Ejus Antiquitas. d. n. 3. p. ead. & col. Eadem Romanis recepta. d. n. 3. p. ead. col. 2. Eadem ab Augusto sublata. d. p. col. 2. Ea qui, & quatenus Patri fecerit potestatem occidendæ filiæ deprehensæ in adulterio. d. p. col. 2.*

Lex *probatur dispensatione, & peccato. R. 2. R. 3. n. 15. p. 96. col. 1.*

Lex *puniens dote uxorem ob adulterium, an extendatur ad Viduam Adulterii damnatam post mortem mariti. R. 5. S. 2. n. 8. p. 294. col. 2. & p. seq.*

Lex *quando minus possit, quàm pactum. R. 6. S. 6. n. 12. p. 394. col. 2.*

Lex Romana *quam pœnam Adulterio statuerit. R. 4. S. 9. n. 14. p. 276. col. 2. Eadem ne judicium quidem Adulterii sibi assumebat, sed omnia permittebat maritis. d. S. 9. n. 13. p. 276. col. 1.*

Lex *Sabbato non jejunandi certam causam, & tempus habuit. R. 1. S. 3. n. 7. p. 15. col. 1.*

Lex temporaria *quæ dicatur. d. S. 3. n. 6. p. 15. col. 1.*

Leo Magentinus *quis, & qualis. R. 1. S. 2. n. 2. p. 8. col. 1. & 2. confundit Canones Synodi VIII. cum Canonibus Synodi Photianæ.* ibid. col. 2.

Leo Papa I. *à Calumniis Photianis asseritur. d. S. 2. n. 10. p. 11. col. 1. Ejus locus explicatur.* ibid. *n. 12. p. 11. col. 2. Ejus elogium, ejusdemque commercium crebrum cum Græcis. Ejusdem mandatum Dioscoro, ut ante Ordinationes præmittat jejunium. d. R. 1. S. 3. n. 4. p. 13. col. 2. Ejus scripta, & præsertim Epistolam ad Dioscorum recipi à Photianis, ut incorruptam. d. S. 3. n. 5. p. 14. col. 1. Eum nec Græcum fuisse, nec scripsisse Græcè.* ibid.

Leo Sapiens: *Ejus Novella nil officit Juri appellandi Rom. Pontificem. R. 6. S. 2. n. 13. p. 363. col. 1. Ejus Novella negat, posse appellari à Patriarcha ad subjectos Patriarchæ. d. n. 13. p. ead. col. 1. & 2. Ejus novella non abstulit potestatem appellandi à Patriarcha ad Synodum.* ibid.

Liberum arbitrium *dari probatur. R. 4. S. 2. n. 4. p. 222. col. 1.*

Liberti *profiteri Religionem an possint. R. 2. S. 5. n. 1. p. 104. col. 2. & p. 105. col. 1. Iidem nec ordinandi sunt, nec possunt Ordinari, nisi Patronus remittat Juspatronatus. d. n. 1. p. 105. col. 1. Idem Jure Græco probatur. d. S. 5. n. 2. p. 105. col. 2.*

Liquores contaminati *horrori sunt Græcis. R. 3. S. 1. n. 8. p. 140. col. 2.*

Liturgia Basilii. *V.* Basilii.

Liturgia *dicitur precatio Mystica. R. 5. S. 6. n. 9. p. 332. col. 2.*

Liturgia Græca *an eo modo fuerit ætate Damasceni, quo etiamnum. d. R. 5. S. 6. n. 4. p. 329. col. 2.*

Liturgia Græca *non indiget emendatione. d. S. 6. n. 11. p. 334. col. 1. & 2. & n. 12. ead. p. & seq.*

Liturgiæ *explicatio, quæ sub nomine Germani circumfertur, an sit Germani I. d. R. 5. S. 6. n. 4. p. 329. col. 2.*

Logothetæ *officium. R. 1. S. 2. n. 7. p. 10. col. 2.*

Lot *an ex Ebrietate per coitum peccaverit. R. 4. S. 8. n. 5. p. 266. col. 2.*

Ludendi consuetudo *an rejiciat ab Ordinibus. R. 3. S. 6. n. 13. p. 191. col. 2.*

Lugentes *qui fuerint. R. 4. S. 3. n. 2. p. 230. col. 2.*

Lunatici *rejiciendi. R. 2. S. 7. n. 1. p. 117. col. 2.*

Luscus *an rejiciatur ab Ordinibus. d. R. 2. S. 6. n. 5. p. 114. col. 2.*

Luscus *ex oculo sinistro an rejiciendus apud Græcos. d. n. 5. p. ead. & col.*

Lutherani *odio habiti à Græcis. R. 1. S. 4. n. 8. p. 22. col. 2.*

Lutheranorum *an omnia dogmata damnanda. d. R. 1. S. 5. n. 1. p. 23. col. 1.*

Lymphatici *rejiciendi ab Ordinibus. R. 2. S. 7. n. 1. p. 117. col. 2.*

M

Machabæorum locus *objectus ad hoc, ut etiam pro Damnatis suffragia probentur utilia. R. 1. S. 6. n. 11. p. 36. col. 1. Explicatur is locus, ne obsit veritati.* ibid. *S. 7. n. 1. p. 37. à col. 1. & p. 38. col. 1. Eorundem locus probans & preces, & suffragia utilia Mortuis. R. 1. S. 5. n. 1. p. 28. col. 2.*

Magnificentia. *in Nobilibus utilis Reipublicæ. R. 3. S. 7. n. 6. p. 197. col. 2.*

Magrii ineptiæ *in Etymologia Suffocati. R. 3. S. 2. n. 5. p. 148. col. 1. & seq. Eæ refelluntur.* ibid. *n. 8. p. 150. col. 2. & seq. Ejusdem elegans Periodus. d. S. 2. 10. p. 152. col. 2.*

Maledicentiæ *imprudentia.* ibid. *S. 1. n. 1. p. 136. col. 1.*

Malignitatis *inconstantia. d. S. 7. n. 2. p. 194. col. 1.*

Ma-

Malus ex malo *præsumitur*. R. 2. S. 3. n. 7. p. 90. col. 2. & p. 91. col. 2.

Malum nihil *à Deo creatum*. R. 2. S. 6. n. 3. p. 114. col. 1.

Mandans homicidium, *eo secuto, homicida est, & irregularis*. R. 4. S. 6. n. 4. p. 248. col. 2. *Idem, si mandet percussionem citra voluntatem homicidii, si illud sequatur ex illa, homicida, & irregularis*. d. n. 4. p. ead. & col. *An pœna ordinaria puniatur*. d. n. 4. p. ead. & col.

Mandato *quando æquiparetur ratihabitio*. R. 4. S. 6. n. 5. p. 249. col. 1. & 2.

Mandatum legis *idem est cum permissione authoritativa*. d. R. 4. S. 9. n. 12. p. 275. col. 2.

Manichæorum *sententia circa multiplicitatem animæ in eodem homine*. R. 4. S. 6. n. 13. p. 253. col. 2.

Marcus Ant. de Dominis *dolosè dictus Doctor Ecclesiæ Latinæ, quis fuerit, ejusque in Purgatorium calumniæ*. R. 1. S. 5. n. 12. p. 29. col. 1. & 2.

Margarites *particula Eucharistiæ dicta à Græcis*. R. 3. S. 5. n. 10. p. 178. col. 1.

Marito *an liceat uxorem adulteram occidere*. R. 4. S. 9. n. 5. p. 272. col. 2.

Maritus *occidens uxorem adulteram non exequitur legem divinam*. R. 4. S. 9. n. 8. p. 275. col. 2. *Qui, & quatenus uxorem castigare possit*. d. S. 9. n. 9. p. 274. col. 1. & 2. *Hominem vilem occidere potest Jure Civili novissimo deprehensum in Adulterio cum uxore*. ibid. n. 10. p. 274. col. 2. *Idem occidens adulteram Jure Civili excusatur*. Ibid. n. 11. p. 275. col. 1.

Marotia *quæ fuerit*. R. 2. S. 3. n. 14. p. 95. col. 2. & p. seq.

Martyriæ *quid sint in Ecclesia Græca*. R. 6. S. 7. n. 5. p. 399. col. 1.

Martyres *potuere Jure naturali repellere injuriam*. R. 4. S. 4. n. 5. p. 239. col. 1.
Cur non restiterint. ibid. *Eorum precibus mos fuit indulgendi criminosis Ecclesiasticam pœnam*. R. 1. S. 9. n. 1. p. 58. col. 1.

Matrimonium. *Ejus mystica significatio*. R. 2. S. 2. n. 3. p. 79. col. 2. *Non consummatum significat conjunctionem Christi cum Anima per Gratiam*. ibid. n. 12. p. 85. col. 2. *Consummatum significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, & natura humana per unionem hypostaticam*. ibid. *Quartò iteratum apud Græcos nullum*. ibid. *à Sacerdote Græco contractum illicitum est, sed validum*. d. n. 12. p. 86. col. 1. *Ejus usus in viris Sacratis est contra disciplinam Ecclesiasticam*. R. 3. S. 8. n. 9. p. 208. col. 1. & 2. *Ejus vinculum insolubile est*. R. 6. S. 4. n. 11. p. 381. col. 1. & 2. & n. 13. p. 382. col. 1. & 2. & n. 14. p. 382. col. 2. & p. seq.

Matthæus Monachus *quando vixerit*. R. 5. S. 3. n. 8. p. 302. col. 1.

Matthias *per suffragia electus*. R. 5. S. 4. n. 7. p. 315. col. 1.

Maumethes II. *potestatem Gladii Ecclesiæ deridet*. R. 4. S. 4. n. 6. p. 240. col. 1.

Maximus Margunius. *Ejus inscitia in Theodoro Metochita, & calumnia*. R. 1. S. 2. n. 7. p. 10. col. 1. *Ejusdem inconstantia, qua asserit, quod impugnat*. ibid. n. 8. p. ead. col. 2. *Ei nullam esse fidem præstandam, dum declamat in Latinos*. ibid. num. 10. p. 11. col. 2. *Ejus mendacium asserentis, nulla esse jejunia Latinorum*. R. 1. S. 3. num. 1. p. 12. col. 2. *Eius anxietas in loco Leonis I. & stupiditas affirmans, Leonis scripta esse corrupta*. d. S. 3. n. 5. p. 14. col. 1. *Ejus stoliditas in assignanda causa vetiti Sabbato jejunii*. d. S. 3. n. 9. p. 16. col. 1. n. 10. *Ejus irreligiosus animus erga Theodorum Studiten*. d. S. 3. n. 13. p. 18. col. 1. *Itidem mendacium, & ineptiæ in assignanda altera causa vetiti Sabbato jejunii*. R. 1. S. 4. n. 1. & seqq. *Ejusdem ἀκρισία in confundendo Bonifacio Martyre cum Bonifacio VIII*. ibid. n. 6. p. 21. col. 1. & n. 7. ead. p. col. 2. *Ejusdem ignorantia, protervia, & impia mendacitas*. d. S. 4. n. 4. p. 20. col. 1. *Eiusdem ineptiæ contra Purgatorium*. d. S. 4. n. 6. p. 21. col. 1. *Item dolus, & mendacium negantis à Luthero, & Calvino Purgatorium negatum*. d. S. 4. num. 8. p. 22. col. 1. & 2.

Maximus Margunius *ad impugnandum Purgatorium utitur ipsis Calvini verbis, & rationibus*. d. col. 2. *Cur dogma Purgatorium asserens tribuat Calvinistis*. ibid. *Asserit utilitatem suffragiorum pro Mortuis, quam negat*. d. S. 5. n. 8. p. 26. col. 2. & p. 27. col 1. *Mentitur multa in Latinam Ecclesiam, eaque desumit ex M. Antonio de Dominis*. d. S. 5. n. 12. p. 28. col. 2. & p. 29. col. 1. & 2. *Vertit in linguam Græcam vernaculam scalam Paradisi Climaci*. R. 1. S. 7. n. 10. p. 42. col. 2. *Eius error, & Calumnia in Latinos*. R. 2. S. 2. num. 2. p. 79. col. 1. *Deridet Digamiam Interpretativam*. ibid. n. 3. p. 80. col. 1. *Infestus est Digamiæ*. ibid. n. 5. p. 80. col. 2. *Amicus Lutheranorum eorum dogmata reiicit, & ea tantùm probat, quæ Latinos impugnant*. ibid. *In Digamiam argumenta mutuatur à Luthero*. ibid. *Non videt legem vetantem Digamiam, eique proponitur multiplex*. ibid. & p. 81. col. 1. & ibi n. 6. col. 1. & 2. & n. 7. p. 82. col. 1. & 2. *Eius objecta in Digamiam interpretativam*. d. S. 2. n. 10. p. 84. col. 1. & 2. & seqq. *Ostenditur, illa ex D. Thoma desumpta omissis solutionibus, eaque militare etiam contra Digamiam propriam*. ibidem.

Maximus Margunius, *ut impugnet Latinos, non parcit Græcis*. d. S. 2. n. 11. p. 85. col. 1. *Defensorem se ostendit naturalium filiorum*. R. 2. S. 3. n. 8. p. 91. col. 1. *Eius ἀνιστορησία in Sixto II. & Sixto III*. num. 10. p. 92. col. 2. *Eius rationes pro Naturalibus*. d. S. 3. n. 8. p. 91. col. 2. & ibidem. *Calumnia in Latinos*. *Eiusdem inconstantia reprobantis Naturales, quos defendit, & ostenditur, rationes ab illo adductas à Latinis decerptas*. ibid. p. 92. col. 1. *Eius argumenta proponuntur*. d. S. 3. n. 9. p. 92. col. 1. & 2. *Eius ignorantia in Dialectica*. ibid. n. 10. p. 92. col. 2. *Idem author est corruptelæ non servandi ætatem in Ordinibus*. R. 2. S. 4. n. 4. p. 100. col. 1. *Eius inconstantia, & impudentia*. d. S. 4. n. 6. p. 101. n. 1. & 2. *Idem corruptor evincitur morum Græcorum*. d. S. 4. in fin. p. 104. col. 2. *Eius ineptiæ circa corpore vitiatos*. R. 2. S. 6. n. 1. p. 111. col. 2. & seq. *Eiusdem mendacia circa Abdiam, & Theodorum Prodromum*. V. Abdias, & Theodorus Prodromus. *Eius hæreses, & ineptiæ*. d. S. 6. n. 3. p. 113. col. 2. *Idem Manichaismi renovator*. d. n. 3. p. 114. col. 1. *Eius absurda in Joanna Papissa*. d. S. 6. n. 6. p. 115. col. 1. *Eiusdem sententia de Energumenis Ordinandis*. d. R. 2. S. 7. n. 2. p. 118. col. 1. *Eiusdem pro Ignorantia suffragium*. d. S. 7. n. 3. p. 118. col. 2. & seq. *Eius mendacium de temporibus Agathonis Papæ*. d. S. 7. n. 5. p. 119. col. 2. *Eiusdem aliæ calumniæ refelluntur*. ibid. S. 8. n. 6. pag. 128. col. 2. & p. seq. *Eius ineptiæ contra Interstitia*. R. 2. S. 9. n. 1. p. 128. col. 1. & 2. *Rabies in Collegium Græcorum Urbanum*. ibidem. & n. 2. p. 128. col. 2.

Vatici-

Vaticinium ejusdem contra idem Collegium retunditur novo vaticinio. d. n. 2. p. 129. col. 1. *Ostenditur, Marguninum non esse Græcum, sed Photianum*. R. 3. S. 1. n. 5. p. 139. col. 2. *Defenditur à calumnia Catumsyriti*. ibid. n. 6. p. 139. col. 2. *Eius sententia contra Apellas quò collimet*. R. 3. S. 4. n. 1. p. 161. col. 1. *Eius ineptiæ circa Eucharistiæ institutionem*. ibid. n. 10. p. 166. col. 2. & p. seq. *Eius sententia de discrimine peccatorum*. R. 3. S. 6. n. 6. p. 186. col. 1. *Eius inconstantia*. ibid. S. 7. n. 2. p. 194. col. 2. *Idem tuetur usuras*. ibid. n. 3. p. 194. col. 2. & p. seq. *Eius rationes pro usuris*. ibid. p. 195. col. 1. *Eius ignorantia in sacris literis*. ibid. p. ead. & col. *Dolus etiam in iisdem*. d. p. 197. col. 1. *Eius nova calumnia in Latinos*. R. 3. S. 8. n. 1. p. 202. col. 2. *Eius audacia, locus, ubi studuit, & castigatur*. d. S. 8. n. 10. p. 209. col. 1. *Calumniæ eiusdem in Tonsuram sacram*. R. 4. S. 1. n. 6. p. 215. col. 1. *Eiusdem ineptiæ impugnantes Ecclesiasticam Potestatem*. R. 4. S. 3. n. 4. p. 231. col. 1. & p. seq. *Eius argumenta contra potestatem eandem*. ibid. S. 4. num. 4. p. 237. col. 1. *Ei respondent Photiani*. ibid. p. 237. col. 1. *Eiusdem calumniæ contra Latinos circa potestatem Sanguinis refelluntur*. d. S. 4. n. 7. p. 240. col. 1. & 2. *Eiusdem ineptiæ circa Miracula Photiana*. R. 4. S. 5. n. 2. p. 242. col. 2. *Eius sententia circa abortum, calumnia in Latinos, & solemne mendacium*. R. 4. S. 6. n. 12. p. 252. col. 2. *Eiusdem argumenta contra Milites*. ibid. S. 7. num. 1. p. 255. col. 1. & 2. *Eiusdem ignorantia, vel dolus in verbo* κατασφάζω. d. S. 7. n. 10. p. 259. col. 2. & p. seq. *Eiusdem alia calumnia in Latinos circa Irregularitatem homicidii*. d. S. 7. n. 11. p. 260. col. 1. *Eius error circa necem Adulteræ*. R. 4. S. 9. n. 1. p. 264. col. 1. & 2. *Eiusdem sententia contra Evidentiam*. R. 5. S. 5. n. 1. p. 318. col. 1. *Ejusdem stolida impietas in explananda voce* ἀμήν, *quam Græci dicunt post verba Consecrationis*. d. S. 5. n. 12. p. 324. col. 1. *Hæreses, & absurda in ea explanatione*. d. n. 12. p. ead. & col. *Eius ignorantia circa Præsumptiones*. R. 6. S. 1. n. 3. p. 339. col. 1. *Eius rabies, & mendacia in Bessarionem*. R. 6. S. 2. n. 2. p. 348. col. 2. *Eiusdem calumniæ in aulam Romanam*. R. 6. S. 3. n. 6. p. 373. col. 2. *Eius scopus in accusanda Rom. Pontificum avaritia*. ibid. S. 4. n. 8. p. 379. col. . *Eiusdem ineptiæ circa testimonium ferendum à fœminis*. ibid. S. 7. n. 6. p. 399. col. 2. *Eiusdem ineptiæ, & argumenta pro testimonio Ordinandi à Confessario lato*. R. 6. S. 9. n. 5. p. 414. col. 1. & 2. *Eiusdem nequitia in iis argumentis*. d. S. 9. n. 6. p. ead. col. 2. *Eius mendacitas suspectum facit librum, quem citat*. d. n. 6. p. ead. & col. & p. seq. *Eiusdem errata plurima congeruntur*. d. S. 9. n. 13. p. 418. col. 1. *Eiusdem scopus in falso miraculo, quod narrat*. d. R. 6. S. 10. n. 1. p. 419. col. 2. *Eiusdem argumenta contra beatitatem SS. ante generale iudicium*. d. S. 10. n. 7. p. 423. col. 1. & 2.

Maximus Martyr, *ejus elogium*. R. 6. S. 2. n. 10. p. 359. col. 1. *Ejusdem testimonia pro suprema potestate Rom. Pontificis*. d. n. 10. p. ead. & col.

Mechtildis *Revelationes à Photianis quanti habeantur* R. 1. S. 6. n. 11. p. 37. col. 1. *Ejusdem revelatio de salute Trajani supposititia*. ibid. S. 7. n. 5. p. 39. col. 2. *Ea continet falsa, repugnat Revelationi Brigittæ, & sensis Ecclesiæ, ac Fidei*. ibid.

Media *plura ad eundem finem assumi possunt*. R. 1. S. 9. n. 10. p. 61. col. 2. *Contraria fini si sint, respuenda*. R. 5. S. 1. n. 10. p. 286. col. 2.

Medicus *peritus secans, si casu occidat, vel mutilet, non fit Irregularis*. R. 4. S. 7. num. 8. p. 258. col. 1. & 2.

Melchisedec *figura Christi, & umbra*. R. 3. S. 4. n. 11. p. 167. col. 2. & n. 12. p. 168. col. 2. *Ejus dissimilitudo à Christo*. ibid. n. 12. p. 168. col. 2.

Meletii Patriarchæ *Alexandrini ignorantia, & mendacium asserentis, à Latinis Græcos juberi Jejunare sabbato*. R. 1. S. 4. n. 5. p. 20. col. 2. *Ejusdem ineptiæ circa Purgatorium refelluntur*. ibid. S. 8. n. 4. p. 46. col. 1. *Ejusdem impietas in Augustinum, & Bernardum*. d. S. 8. n. 4. p. 46. col. 1. & 2. *Ejusdem censura ex Coressio*. d. col. 2. *Ejusdem ineptia, & impietas in asserenda utilitate suffragiorum pro Damnatis*. R. eod. S. 6. n. 2. p. 31. col. 2.

Meletii Tipaldi *Archiepiscopi Philadelphiensis laus*. R. 1. Init. n. 3. p. 2. col. 1.

Mendacii *nota an obsit Græcis*. R. 3. S. 2. n. 11. p. 153. col. 2. *Eadem nota quomodo omnes homines afficiat*. ibid. p. 154. col. 1.

Mentiri *in Judicio in levibus an grave sit crimen*. R. 5. S. 1. n. 9. p. 285. col. 2. *Idem an semper sit grave*. Ibidem. n. 12. p. 286. col. 1.

Merces *integra Beatitatis datur hominibus post generale judicium*. R. 6. S. 10. num. 11. p. 426. col. 1. & 2.

Meretrix, *licet filiam exhæredare non possit, si agat pœnitentiam, potest*. R. 5. S. 2. n. 10. p. 296. col. 2.

Merionis Cadaver *integrum repertum*. R. 6. S. 5. n. 7. p. 387. col. 1.

Merita, *aut demerita post mortem quæri non possunt*. R. 1. S. 8. n. 9. p. 48. col. 1. & seq.

Merita Christi, & SS. *quomodo applicentur per Indulgentias*. ibidem. S. 9. n. 4. p. 60. col. 2.

Metanœæ *quid sint Græcis*. R. 4. S. 1. num. 12. p. 222. col. 1.

Metaphoricus loquendi modus *non trahendus ad simplicem*. ibidem. S. 4. n. 7. p. 240. col. 2.

Methodius Confessor *an fuerit castratus*. R. 3. S. 4. n. 9. p. 160. col. 2. *Idem rejectus à Tarasio*. R. 5. S. 2. n. 4. p. 292. col. 2.

Metrophanes Critopulus *frustra nisus Lutheranorum dogmata inferre Græciæ*. R. 1. S. 8. n. 11. p. 50. col. 1. *Negat discrimen inter peccata*. R. 3. S. 6. n. 3. p. 184. col. 1. *Ejus rationes*. ibid. p. ead. & col. *sibi contrarius discrimen peccatorum agnoscit*. d. S. 6. num. 6. p. 186. col. 1.

Michael Balsamon *quis*. R. 3. S. 5. num. 3. p. 181. col. 1.

Miles, *qui fuit post militiam, potest ad Ordines recipi*. R. 4. S. 7. n. 2. p. 255. col. 2. *An, qui est miles actu, possit recipi*. d. S. 7. n. 3. p. 256. col. 1. & 2. *In bello justo, si ipse non cædat, sed hortetur ad pugnam, non est Irregularis* ibid. n. 4. p. 256. col. 2. *Idem si hortetur in ipsa pugna ad cædes, & vulnera*. ibid. p. 257. col. 1. *Clericus si miles sit etiam in justo bello, nec pugnet, cædat, mutiletve, modò intersit ut miles, irregularis est*. d. n. 4. p. ead. & col. *Si in bello injusto, etiamsi nihil agat, modò intersit, irregularis est*. d. n. 4. p. ead. & col. *Si laicus sit in bello justo, aut etiam injusto, si cædat, vel mutilet, est irregularis*. d. n. 4. p. 257. col. 1. *Idem si in bello justo hortetur tantùm, non est irregularis, contra si id agat in bello injusto* d. n. 4. p. ead. & col.

Milites an rejiciendi *ab Ordinibus, & qui*. R. 2. S. 5. n. 6. p. 108. col. 1. *Milites, qui fuere, an sint irregulares*. R. 4. S. 7. n. 1. p. 255. col. 1. *Milites, qui fuere olim, rejiciuntur*. ibid. n. 2. p. ead. col. 2.

Militiæ Cingulum, *seu militare quo tempore signum Idololatriæ*. d. n. 2. p. 256. col. 1.

Militum occisorum *sub Juda Machabæo incerta salus*. R. 1.

R. 1. S. 7. n. 1. p. 37. col. 2.
Minimus *in Regno Cœlorum quid significet, explicaturque sententia Christi*. R. 3. S. 6. n. 7. p. 187. col. 2. *Ea explicatio recipitur à Photianis* ibid. n. 8. p. 188. col. 1.
Minucius Felix *quantus author: quo tempore vixerit, & ab ineptiis Magrii asseritur*. R. 3. S. 2. num. 10. p. 152. col. 2. & p. seq.
Miracula *fieri possunt citra confirmationem sectæ suæ*. R. 4. S. 5. n. 6. p. 244. col. 2.
Miracula Palamæ *conficta*. d. S. 5. num. 5. p. ead. col. 1. & 2.
Miracula Photiana *in Tympanitis*. d. S. 5. n. 4. p. 243. col. 2.
Miracula Photiana *cur Deus patret in Græcia*. d. S. 5. n. 7. p. 245. col. 1. & 2.
Miracula Photiana *non obsunt Orthodoxæ fidei*. d. S. 5. n. 5. p. 244. col. 1. & 2.
Miracula *sunt gratiæ gratis datæ, ubi de eorum Authore*. d. S. 5. n. 6. p. ead. col. 2. *Cur Infideles ea patrare possint*. ibid. n. 7. p. 245. col. 1.
Miraculum *fieri nequit in testimonium Hæresis*. d. S. 5. n. 5. p. 144. col. 1. & 2.
Miraculum Photianum *adsumptum in Confirmationem Dogmatis Photiani, non procedit*. d. S. 5. num. 8. p. 245. col. 2. & p. seq.
Miraculum Photianum *quod Authori evenit*. d. S. 5. n. 4. p. 244. col. 1.
Miraculum Photianum *narratum à Margunio pro Confessarii testimonio refellitur, ut palam mendax*. R. 6. S. 9. n. 13. p. 418. col. 1. & n. 14. p. ead. col. 2.
Monachatus *officium est*. R. 5. S. 2. n. 4. p. 293. col. 1.
Monachi *an ad Ordines provehi possint*. R. 2. S. 5. n. 6. p. 108. col. 1.
Monachi *an possint advocare*. R. 4. S. 7. num. 15. p. 262. col. 2.
Monachi Megaloschemi *qui*. d. R. 4. S. 1. n. 6. p. 215. col. 2.
Monachum *non posse medicinam exercere, probatur Jure Græco*. d. R. 4. S. 7. num. 8. p. 258. col. 1. & 2.
Monachus *Medicus, vel Chirurgus esse non potest*. d. S. 7. n. 8. p. 258. col. 1. & 2. & p. seq.
Monachus *Medicus, vel Chirurgus, si secando mutilet, vel occidat, irregularis est*. d. n. 8. p. ead. & col. & n. 9. p. 259. col. 1. & 2.
Monarchia *non est ubi princeps per se, & ex se nihil potest*. R. 6. S. 1. n. 5. p. 340. col. 2. & p. seq.
Monarchia *sub uno Principe est*. d. n. 5. p. 340. col. 2. & p. seq.
Monarchia *Visibilis caput habet visibile*. d. n. 5. p. 340. col. 2. *Eam optimum Regiminum esse, ostenditur obiter*. R. 6. S. 1. n. 4. p. 340. col. 1.
Monarchiæ *Ecclesiasticæ quis convenienter princeps dici possit*. d. S. 1. n. 7. p. 343. col. 2.
Monoculus *V.* Luscus.
Montes Pietatis *an usuratici*. R. 3. S. 7. n. 10. p. 220. col. 1.
Mores Græci *usu Romæ recepti, & à Romana Ecclesia probati*. R. 4. S. 1. n. 8. p. 217. col. 1. & 2.
Mortis in Articulo *multos ad meliora conversos, asseritur*. R. 1. S. 7. n. 1. p. 37. col. 2.
Mortui *reconciliari Ecclesiæ per absolutionem à censura possunt: idque docent Latini*. R. 4. S. 5. num. 8. in fine, p. 246. col. 1. & n. 9. p. ead. col. 2.
Mortuorum Classes *tres*. R. 1. S. 6. n. 1. p. 30. col. 1.
Mortuorum diversa conditio *exemplis proposita ad probandum Tertium Animorum Statum*. R. 1 S. 8. n. 16 p. 54. col. 1. & 2.
Mortuorum status *difficile judicatur, & de iisdem incertum est planè judicium*. ibid. S. 7. n. 1. p. 37. col. 2.
Mortuos *in amore peccati distingui à Mortuis in peccato*. ibid. col. 1.
Mutilus pollice, & indice, *aut altera manu rejiciendus ab Ordinibus*. R. 2. S. 6. n. 5. p. 114. col. 2.
Mutus *rejicitur ab Ordinibus* d. n. 5. p. 114. col. 2.

N

Narthex, *quæ pars Ecclesiæ*. R. 6. S. 7. n. 5. p. 398. col. 2. & p. seq.
Natalium conditio *in Ordinando consideranda*. R. 2. S. 3. n. 1. p. 87. col. 1.
Naturale peccatum *nullum est*. R. 4. S. 2. n. 2. p. 221. col. 2.
Naturale peccatum *an dici possit Originale*. ibid. n. 3. p. 123. col. 1. & 2.
Naturales *rejiciendi ab Ordinibus*. R. 2. S. 3. n. 1. p. 87. col. 1. *Qui sint Jure civili, & unde dicantur*. ibid. *Qui sint Jure Canonico*. ibid. n. 2. p. 87. col. 2. *Iidem à Nothis distinguuntur Jure latino, non distinguuntur Jure Græco*. d. n. 2. p. 88. col. 1. *Rejiciuntur ab Ordinibus Jure Latino*. ibid. n. 3. p. 88. col. 1. *Nec recipiuntur ad Ordines sine Dispensatione*. ibid. col. 2. *Iidem recepti ad Ordines rejiciuntur ab Dignitatibus Ecclesiasticis*. ibid. *Jure novissimo vetantur ingredi Religiosas familias, & privantur aliis privilegiis à Jure concessis*. ibid. *Iidem Jure Græco rejiciuntur ab Ordinibus*. ibid. n. 4. p. 88. col. 2. & latè. p. 89. col. 1. & n. 5. ead. p. col. 2. & p. 90. col. 1. *Non ordinantur apud Græcos, nisi per ingressum religionis vitium purgaverint*. ibid. & p. 89. eod. n. in fin. col. 1. *Iidem repelluntur à Ministerio sacro ex Sacris Paginis*. ibid. n. 6. p. 90. col. 1. *Quàm rationabiliter repellantur*. ibid. col. 2. *Repelluntur Jure civili ab hæreditate Patris extantibus legitimis, & viva uxore*. ibid. n. eod. & p. col. 2. *Iidem cum Nothis infames, ac turpes censentur*. ibidem. *Censentur tamen innoxii* ibid. n. 9. p. 92. col. 1. *Rejici dejicive in pœnam non possunt, & qua ratione rejiciantur*. ibid. n. 10. p. 92. col. 2. *Cùm rejiciuntur, non portant iniquitatem Patris*. ibid. *Iidem rejecti portant notam suam*. ibid. n. 10. p. 93. col. 1. *Non rejiciuntur à Dignitatibus laicis Jure civili*. d. p. 92. col. 2. *Cur non rejiciantur à dignitatibus laicis*. ibid. n. 12. p. 94. col. 2. *Non sunt infames infamia Juris, sed facti*. ibid. *An juventur Canone Nicephori P. CP.* ibid. *Iisdem favet magis Jus civile, quàm spuriis*. ibid. n. 2. p. 87. col. 2.
Necessarium *quod non est an inutile censeatur*. R. 1. S. 9. n. 10. p. 67. col. 2.
Necessitas *excusat à culpa*. R. 4. S. 8. n. 2. p. 264. col. 2. & p. seq.
Necessitas *in actibus duplex*. d. S. 8. n. 1. p. 264. col. 1. & 2. *utraque excusat ab Irregularitate homicidii*. ibid. p. 264. col. 1.
Necessitate urgente facta *ad exemplum trahi non debent*. R. 2. S. 7. n. 14. p. 123. col. 1. & 2. & S. 8. n. 5. p. 126. col. 2.
Necrosima *quæ*. R. 1. S. 5. n. 11. p. 27. col. 2.
Nectarius Abbas *Casulanus asseritur à Calumnia Catumsyriti*. R. 4. S. 2. n. 9. p. 227. col. 1. *Idem calumniatur mores Latinorum, & Toletanum Concilium*. R. 3. S. 8. n. 8. p. 207. col. 1. *Idem quis fuerit* R. 4. S. 2. n. 8. p. 226. col. 1.

Digitized by Google

Nectarius Patriarcha *Constantinopolitanus Neophytus ad Episcopatum provectus*. R. 2. S. 8. n. 55. p. 126. col. 2. *Abrogat CP. morem publicæ pænitentiæ*. R. 6. S. 9. n. 9. p. 416. col. 2.

Nectarius Patria Jerosolymitanus. *Ejus impietas in D. Thomam, Brigittam, & Mechtildem*. R. 1. S. 6. n. 11. pag. 36. col. 2. & p. 37. col. 1. *Ejus argutiæ ad eludendum Testimonium Irenæi pro potestate Ecclesiæ Romanæ*. R. 6. S. 2. n. 5. p. 351. col. 1. *Ejus impietas in Irenæum*. ibid. p. ead. col. 2. *Ejus argutiæ refelluntur*. ibid. p. ead. col. 2. & p. seq. *Ejusdem conatus ad eludendam vim Argumenti ex Appellationibus factis ad Rom. Pontificem*. d. S. 2. n. 6. p. 353. col. 2. *Ea latè refelluntur*. ibid. p. 354. col. 1. & 2. *Ejusdem Cavilli circa testimonia Justiniani de supremo Rom. Pontificis principatu refelluntur* ibid. n. 9. p. 357. col. 1. & 2. *Ejusdem mendacium circa Epistolam Joannis Papæ*. ibid. n. 10. p. 358. col. 2. & p. seq. *Novi ejusdem conatus ad impugnandum Jus Appellationis Rom. Pontificum*. ibid. n. 13. p. 362. col. 2. *Ineptiæ ejusdem ad eludenda exempla Appellationis dictæ refelluntur*. ibid. n. 14. p. 364. col. 2. *Quis fuerit, ejusque mendacitas in exemplaribus, quæ citat*. R. 6. S. 5. n. 2. p. 384. col. 2. *Sanctos Photianos confingit*. d. S. 5. num. 6. p. 386. col. 2. & pag. seq.

Neophytus *repellendus*. R. 2. S. 8. num. 1. & seqq. p. 124. col. 1.

Neophytus *quis dicatur*. ibid. n. 5. p. 126. col. 1.

Neophytus *repellitur à Dignitatibus Laicis*. d. S. 8. n. 8. p. 127. col. 1. & 2.

Neophytus *non præsumitur integræ Fidei*. ibid. p. ead. & col.

Neophytus *repellitur à testimonio*. ibid. p. ead. & col.

Neophytus *quis censendus sit, judicabit Episcopus*. ibid. n. 9. p. 127. col. 2.

Neophytus, *quo tempore desinat esse Neophytus, judicat Episcopus*. ibid. p. 127. col. 2.

Neophytus *ad sacra promotus, dicitur laicus*. R. 2. S. 9. n. 3. p. 129. col. 2.

Nicephori Confessoris *Canon an faveat Naturalibus*. R. 2. S. 3. n. 15. p. 96. col. 2.

Nicephorus Blemyda *Patriarchatum recusat: quantæ sapientiæ vir*. R. 2. S. 9. n. 8. p. 132. col. 1.

Nilus Rhodius *asseritur à Calumnia Catumsyriti*. R. 4. S. 2. n. 9. p. 227. col. 1. *ejus descriptio*. ibid. n. 8. p. 226. col. 2.

Nicetas Pectoratus. *Ejus objectio contra rationes pro Purgatorio ex Augustino, & Chrysostomo. Quis, & quid circa ipsum ex Relatione Humberti Cardinalis*. R. 1. S. 6. n. 8. p. 34. col. 1. & 2.

Nicetas Præsul Dabyrorum, *seu Paphlago laudatus à Photianis*. R. 4. S. 7. n. 5. p. 257. col. 2.

Nomen *non arguit Patriam*. R. 3. S. 2. num. 11. p. 154. col. 1.

Nothi *eodem jure ac Spurii repelluntur omnino à bonis paternis*. R. 2. S. 3. n. 6. p. 90. col. 2.

Nothus, *& Naturalis idem Græcis Jure Authenticorum*. ibid. n. 2. p. 88. col. 1.

Nothus *unde dicatur*. ibid.

Notorium facti *quid sit*. R. 5. S. 1. num. 15. pag. 289. col. 1.

Notorium Juris. *d. n. 15. p. 288. col. 2.*

Notorium *pertinet ad notitiam publicam*. d. n. 15. p. ead. & col.

Notorium Præsumptionis *quid*. d. num. 15. pag. 289. col. 1.

Notorium *quod nam illud sit, ad quod non requiritur citatio*. d. num. 15. pag. 286. col. 1.

Notorium *quotuplex*. d. n. 15. p. 288. col. 2.

Nova *non omnia reprobanda*. R. 1. S. 9. n. 9. p. 65. col. 2. & p. 66. col. 1.

Novitas Vocabuli *an obsit rebus*. R. 2. S. 2. n. 4. p. 80. col. 1. & 2.

O

Obligati ad publica ratiocinia *non admittuntur ad Ordines, & quatenus*. R. 2. S. 3. n. 6. p. 108. col. 1. *Idem Jure Græco probatur*. ibid. p. ead. col. 2.

Obligatio *ad bonum publicum quanta sit*. R. 5. S. 2. n. 12. p. 297. col. 1.

Occidens *ad tutelam membri non fit irregularis*. R. 4. S. 8. n. 10. p. 268. col. 1.

Occidens *Adulteros irregularis est*. ibid. S. 9. n. 17. p. 278. col. 1. & 2.

Occidens *cum moderamine inculpatæ tutelæ an fiat irregularis*. d. S. 8. n. 10. p. 268. col. 1.

Occidens *insidiatorem non fit irregularis*. d. num. 10. p. ead. & col.

Occidens *percussorem cùm potest fugere an sit Irregularis*. d. S. 8. n. 11. p. 268. col. 1.

Occidens *percussorem fugientem fit irregularis*. d. n. 10. p. 268. col. 2.

Occidens *publica authoritate solùm innocens*. R. 4. S. 9. n. 7. p. 273. col. 1. & 2.

Occidere *licet Sacerdoti hostem intentantem exitium relicta Missa*. d. S. 8. n. 3. p. 265. col. 1. & 2.

Occidere *propria authoritate nemini licet*. d. S. 9. n. 5. p. 272. col. 2. & num. 6. p. ead. & col. & p. seq.

Occidi *an possit à quolibet Proscriptus*. ibid. n. 12. p. 275. col. 2.

Occisio sui *ipsius omni Jure reprobata*. R. 3. S. 3. n. 6. p. 158. col. 2. & p. seq.

Occisio sui *non pertinet ad fortitudinem*. ibid. p. 198. col. 2.

Occultum peccatum *quod sit V.* Peccatum.

Occultum *quod dicatur*. R. 6. S. 4. num. 1. p. 376. col. 1.

Occultorum *judicium temerarium*. d. num. 1. p. ead. & col.

Officia, *quæ apud Græcos die Tertio, Nono, & Quadragesimo Mortuis impenduntur quid significent*. R. 1. S. 5. n. 10. p. 28. col. 1.

Officium *in pœnam dari potest*. R. 4. S. 2. n. 4. p. 292. col. 2. & p. seq.

Officium Magistri Militum. d. n. 4. p. 292. col. 2.

Officium Mortuorum *triplex apud Græcos*. R. 1. S. 5. n. 10. p. 27. col. 2.

Officium *onus est*. R. 5. S. 2. n. 4. p. 293. col. 2.

Officium Præfecti Urbani. d. n. 4. p. 292. col. 2.

Officium Quæstoris. d. n. 4. p. 292. col. 2.

Onesimus *an servus Ordinatus sit, & explicatur locus Pauli*. R. 2. S. 5. n. 5. p. 107. col. 2.

Onus *an in pœnam dari possit*. R. 5. S. 2. n. 7. p. 294. col. 1. & 2.

Opportunitas *temporis necessaria in omni negotio*. R. 2. S. 4. n. 9. p. 104. col. 1. & 2.

Orandum *esse in omni negotio*. R. 1. S. 1. n. 6. p. 5. col. 2.

Orarium *quid significet*. R. 2. S. 7. n. 7. p. 120. col. 2.

Orare *pro Damnatis non licet ex sententia Photianorum*. R. 1. S. 7. n. 9. p. 42. col. 1.

Orasse *pro Sanctis mortuis qui dicantur, quidque illis petierint*. R. 1. S. 6. n. 1. p. 30. col. 2.

Oratio cum supplicationibus CP. præmitti olim solita Ordinationibus. Ibid. S. 1. n. 2. p. 4. col. 2.

Oratio juncta Jejunio quàm fortis ad Impetrationem. R. 1. S. 2. n. 1. p. 7. col. 2. & p. seq. Eadem sine jejunio nihil prodest. ibid. Eadem cum Voluptate stare non potest. ibid.

Oratio necessariò præmittenda Ordinibus. R. 1. S. 1. n. 1. & 2. & seqq. à p. 4. col. 2.

Oratio, qua expiantur polluta. R. 3. S. 1. n. 8. p. 140. col. 2.

Orationes Mortuis utiles. R. 1. S. 5. à n. 1. & seqq.

Orationes pro Mortuis à temporibus Apostolicis usitatæ. d. S. 5. n. 5. p. 25. col. 1.

Orationes pro Mortuis non omnibus utiles. ibid. S. 6. per tot. à p. 30. & vide. Suffragia pro Mortuis.

Ordinandorum ætas. V. Ætas.

Ordinandum qualem requirat Apostolus. R. 2. S. 1. n. 3. p. 77. col. 1.

Ordinandus alicui Ecclesiæ addicebatur. R. 2. S. 5. num. 8. p. 109. col. 1.

Ordinandus carere debet vitio Sacramenti. R. 2. S. 2. n. 8. p. 87. col. 1.

Ordinandus Digamus esse non debet. V. Digamus.

Ordinandus non debet habere, quod illum impediat à suasione virtutum omnium sine pudore, & formidine convicii. ibid. n. 9. p. 83. col. 2.

Ordinandus quantæ Sanctitatis esse debeat. ibid. & p. 84. col. 1.

Ordinandus spiritualitatem debet præseferre. d. n. 8. p. 83. col. 1. & 2.

Ordinatus per saltum rejicitur ab Ordinibus. R. 3. S. 7. n. 11. p. 200. col. 2. & p. seq.

Ordine major an minor esse possit dignitate, & vice versa. R. 6. S. 4. n. 3. p. 376. col. 2. & p. seq.

Ordines an impediat Calvities. R. 2. S. 6. num. 4. p. 114. col. 1.

Ordines an in pœnam dari possint. R. 5. S. 2. n. 5. p. 293. col. 1. & 2. & p. seq.

Ordines Collati criminoso periculosi Ecclesiæ. ibid. n. 7. p. 94. col. 1. & 2.

Ordines collati sine traditione Instrumentorum ab Apostolis, & Græcis. R. 1. Init. n. 4. p. 2. col. 2.

Ordines dignitatem continent. R. 5. S. 2. n. 5. p. 293. col. 1. & 2. Et R. 2. S. 5. n. 1. p. 105. col. 1.

Ordines Majores liberant à servitute. R. 2. S. 5. n. 1. p. 105. col. 2. Idque etiam, si conferantur sine licentia Domini. ibid.

Ordines Minores an à Græcis distincti cognoscantur. R. 1. Init. n. 5. p. 2. col. 2.

Ordines Minores apud Græcos cessarunt ante Schisma. ibid. n. 7. p. 3. col. 1.

Ordines Minores non liberant à potestate Domini, & Patroni servum, & libertum. R. 2. S. 5. n. 1. p. 105. col. 1.

Ordines Minores permisti Lectoratui apud Græcos. R. 1. Init. n. 7. p. 3. col. 1.

Ordines Minores quolibet die licet conferre. R. 1. Init. n. 5. p. 2. col. 2.

Ordines olim apud Latinos tantùm mense Decembri conferebantur. R. 1. S. 1. n. 3. p. 5. col. 1. Quis eam consuetudinem mutarit, & permiserit, aliis etiam temporibus conferri. ibid.

Ordines suscipere an aliquis cogi possit. R. 5. S. 2. n. 4. p. 292. col. 2. & p. seq.

Ordines suscipere reus cogi non potest. ibid. n. 7. p. 294. col. 1. & 2.

Ordines vel invitus suscepit Ambrosius, & alii. ibid. n. 12. pag. 297. col. 2.

Ordines, uno excepto Lectore, inter Minores dissimulantur à Græcis, aut negantur. R. 1. Init. num. 6. p. 2. col. 2.

Ordinibus ab Apostolis præmitti solitæ preces, Prophetia etiam. d. Init. n. 9. p. 3. col. 2.

Ordinibus præmitti solitum Jejunium. ibidem.

Ordinum collatio Ecclesiæ periculosa. R. 1. S. 1. n. 9. p. 6. col. 2.

Ordinum conferendorum ratio ab Apostolis usurpata. d. R. 1. Init. p. 3. col. 1. n. 8.

Ordinum collatio quanta diligentia fieret ab Apostolis. ibid. n. 10. p. 3. col. 2. & p. 4. col. 1. n. 11.

Ordinum Minorum, excepto Lectore, nulla mentio in libris Ecclesiasticis Græcorum. ibid. num. 6. p. 3. col. 1.

Ordo an inferat dignitatem. R. 6. S. 4. num. 3. p. 376. col. 2.

Ordo est onus. R. 5. S. 2. num. 7. pag. 294. col. 1. & 2.

Ordo Exorcistæ incognitus Clementi. R. 1. Init. n. 6. p. 3. col. 1.

Ordo necessarius Ecclesiæ æquè, ac Baptismus, sed in diverso genere. R. 1. S. 1. num. 7. pag. 6. col. 1. & 2.

Origenes Manichæismum nusquam approbat. R. 3. S. 2. n. 9. p. 151. col. 2. Ejus error de temporariis tormentis damnatorum damnatus longe ante V. & VI. Synodum. R. 1. S. 8. n. 18. p. 57. col. 1.

Originale peccatum an Gula. R. 4. S. 2. n. 3. p. 222. col. 1. & 2.

Originale peccatum dicitur prævaricatio Adæ. d. n. 3. p. 222. col. 2.

Originale peccatum non ad Gulam, sed ad omnia peccata pertinet, ad quæ facit proclives. ibid. n. 4. p. 223. col. 1.

Originale peccatum quot modis accipi possit. d. n. 3. p. 222. col. 2.

Originale peccatum sumptum pro actu, & forma ipsa, Gula non est. d. n. 3. p. ead. & col.

P

PActum partis potest remittere juramentum testi. R. 6. S. 6. n. 12. p. 394. col. 2.

Pactum partium quando plusquam lex possit. d. n. 12. p. ead. & col. 2.

Palamas. Ejus inscitia, & error in S. Leonis, & Patria, & scriptis. R. 1. S. 3. n. 5. pag. 14. col. 1. Ejus cultus apud Photianos. ibid. S. 10. n. 7. p. 72. col. 1. & R. 2. S. 4. n. 9. p. 104. col. 1. Ejus scelera. ibid. Ejus sententia de Divinitate. d. R. 2. S. 6. n. 3. p. 114. col. 1. Ejusdem scelera iterum repetita, eorumque detestatio. R. 3. S. 8. n. 13. p. 210. col. 2. Idem irregulariter Ordinatus. d. p. 210. col. 2. Ejus miracula ficta. R. 4. S. 5. n. 5. p. 244. col. 2. Idem infinitarum Deitatum assertor. d. R. 4. S. 6. num. 12. pag. 252. col. 2.

Palamitæ asserunt, Deum oculis corporeis videri posse. R. 6. S. 10. n. 10. p. 425. col. 2. Eorum dogma de licita castratione. R. 3. S. 3. n. 5. p. 158. col. 1.

Palea quis. R. 2. S. 3. n. 13. p. 94. col. 2. Non asserit, Pontifices Naturales fuisse. ibid.

Panis Græca Etymologia. R. 3. S. 4. n. 15. p. 171. col. 1. Panis triticeus, seu Azymus, seu Fermentatus, est materia Eucharistiæ. d. R. 3. S. 5. n. 11. p. 179. col. 1. & 2.

Parabolarum S. Scripturæ non omnes partes trahi possunt ad allegoricum, & Tropologicum sensum, sed aliquæ

aliquæ ponuntur, ut narratio sit integra. R. 6. S. 10. n. 11. p. 426. col. 1.

Paralogismis, *sive Æquivocis an in Judicio uti liceat, licueritve*. R. 6. S. 7. n. 12. p. 403. col. 1. & 2. *An uti illis liceat extra judicium*. d. p. 403. col. 2.

Paralytici *rejiciendi ab Ordinibus*. R. 2. S. 6. n. 5. p. 114. col. 2.

Parasceve *Paschæ non est idem, ac Parasceve ad Pascha*. R. 3. S. 4. n. 8. p. 165. col. 2.

Parens *libidinosus non nocet filio legitimo quoad præsumptionem libidinis*. R. 2. S. 3. n. 7. p. 91. col. 1. & 2.

Parentum *in filios severitas*. R. 2. S. 4. n. 8. p. 103. col. 2. *Eorundem in filios pietas ferenda*. ibid. *Parentum Virtutes premio afficiuntur in filios*. ibid. S. 3. n. 7. p. 90. col. 2. & p. 91. col. 1. & 2. *Eorundem Vitia, & crimina plectuntur in filiis*. d. p. 90. num. 6. col. 2.

Particula *Donec in loco Evangelii an probet Purgatorium*. R. 1. S. 8. n. 14. p. 51. col. 1. *Ea quomodo explicetur à Meletio*. ibid. & p. 52. col. 1. *An finem conditionati significet*. ibid. & n. 14. p. 52. col. 2. *Ea in Propositionibus divinis hypothesim semper futuram significat*. ibid. col. 2. *Ea non semper infert conditionatum, & quando id inferat; an necessariò, an contingenter*. ibid. & p. 53. col. 1.

Particulæ, *quæ offeruntur in Missa à Græcis, ad quid offerantur*. R. 1. S. 5. n. 7. p. 26. col. 2.

Paschalis I. *indulget pro Mortuis*. R. 1. S. 9. n. 9. p. 66. col. 1. *Idem Venerabilis Græciæ*. ibid.

Pater occidens filiam *adulteram non exequitur legem divinam*. R. 4. S. 9. n. 8. p. 273. col. 2.

Patientia Animarum *delet post mortem peccata venialia*. R. 1. Sect. 8. num. 9. pag. 48. col. 2.

Patri *concessa potestas occidendæ adulteræ filiæ, & quomodo circumscripta*. R. 4. S. 9. n. 3. p. 271. col. 2. *Id patri non licere, ostenditur*. ibid. num. 5. p. 272. col. 2.

Patriarcha *est Major Ordine Imperatore, sed minor Dignitate*. R. 6. S. 4. num. 3. p. 376. col. 2. & p. 2.

Patriarcha Jerosolymitanus *minor Cæsariensi*. d. n. 3. p. 376. col. 2.

Patriarcha *potest dispensare*. R. 2. S. 8. n. 6. p. 127. col. 1.

Patriarchæ *pares Ordine Episcopis, majores dignitate*. R. 6. S. 4. n. 3. p. 376. col. 2.

Patriarchatus CP. *ignotus antiquis*. R. 3. S. 5. n. 3. p. 173. col. 1.

Patrimonii Titulus. *Unde necessarius Clericis*. R. 2. S. 5. n. 8. p. 109. col. 1. *Eo carens non ordinatur apud Latinos*. d. p. ead. & col. *Cur non requiratur apud Græcos*. ibid. n. 10. p. 110. col. 1. & 2. *Cur sufficiat apud Latinos*. ibid. n. 8. p. 109. col. 1. & num. 10. p. 110. col. 1. & num. 11. p. ead. col. 2. & p. 111. col. 1.

Patrini *an testes esse possint pro filiis*. R. 6. S. 9. n. 2. p. 412. col. 2. & p. seq.

Patrum *authoritas constituens, Verbis Christi fieri Eucharistiam*. R. 5. S. 5. n. 16. p. 326. col. 1. & 2. & num. seq.

Paulinus *Ordinatus citra Titulum*. R. 2. S. 5. n. 8. p. 109. col. 2.

Paulus Apostolus. *Ejus locus probans utilia opera vivorum mortuis illustratur explicationibus Photii, & Photianorum*. R. 1. S. 5. n. 3. p. 24. col. 1. & seqq. *Ejus ætas, cùm Apostolus factus est*. R. 2. S. 4. n. 7. p. 102. col. 2. *Fuit corpore pusillus*. ibid. S. 6. n. 2. p. 113. col. 1. *Quo anno cœperit prædicare in Græcia*. R. 3. S. 5. n. 4. p. 174. col. 2. *Cur Fermentatum invexerit in Græciam*. d. S. 5. n. 5. p. 174. col. 2. *Ejus testimonium pro Beatitate SS.* R. 6. S. 10. n. 12. p. 427. col. 1.

Paupertas *Ecclesiæ Romanæ quanta aliquando* R. 2. S. 5. n. 9. p. 110. col. 1.

Paupertas *olim amica Christianis, nunc inimica*. d. S. 5. n. 8. p. 109. col. 1.

Paupertas *olim venerabilis, nunc vilis*. R. 6. S. 4. n. 2. p. 376. col. 1. & 2.

Paupertas *quanti sit habenda à Clericis*. R. 2. S. 5. n. 9. p. 109. col. 2. & p. 110. col. 1.

Paupertas *ridiculum Clericum facit, & vilem Laicis*. d. S. 5. n. 8. p. 109. col. 1.

Paupertas *testibus an obsit, ne probent*. R. 6. S. 5. n. 4. p. 385. col. 1.

Peccata *inter se differre, probatur*. R. 3. S. 6. n. 4. p. 184. col. 2.

Peccata *majora, & minora*. d. S. 6. n. 5. p. 185. col. 1. & 2.

Peccator *quomodo dicatur ignorans*. R. 5. S. 3. n. 5. p. 300. col. 1. & 2.

Peccatorum *discrimen negat Critopulus*. d. S. 6. n. 3. p. 184. col. 1.

Peccatorum *discrimen qui negaverint*. d. S. 6. n. 4. p. 184. col. 2.

Peccatum *Adæ an fuerit Gula*. R. 4. S. 2. n. 3. p. 222. col. 1. & 2. & n. 5. p. 223. col. 1. & 2.

Peccatum *Adæ fuisse Superbiam, latè probatur*. d. n. 5. p. 223. col. 2.

Peccatum *Animale quid sit*. R. 3. S. 8. n. 2. p. 202. col. 1. & 2.

Peccatum *Capitale quomodo aliter dicatur*. R. 3. S. 8. n. 1. p. 201. col. 2.

Peccatum *Capitale quid sit*. ibid. S. 7. n. 2. p. 193. col. 2. & p. seq.

Peccatum *est, quod est contra fidem*. R. 5. S. 1. n. 9. p. 284. col.

Peccatum *Gulæ an dici possit Originale*. R. 4. S. 2. n. 3. p. 222. col. 2.

Peccatum *Gulæ an Naturale sit*. d. S. 2. n. 2. p. 221. col. 1. & p. seq.

Peccatum *Gulæ cur non rejiciat*. ibid. n. 1. p. 221. col. 1.

Peccatum *Gulæ ex se non rejicit*. d. n. 1. p. ead. & col. 1.

Peccatum *in Confessione an occultum dici possit*. R. 3. S. 7. n. 1. 192. col. 2.

Peccatum *in legem probat esse legem*. R. 2. S. 3. n. 15. p. 96. col. 1.

Peccatum *lethale non omne rejicit ab Ordinibus*. R. 3. S. 6. n. 12. p. 190. col. 2. & n. 13. p. 191. col. 1. & 2.

Peccatum *leve quomodo deleatur post mortem*. R. 1. S. 8. n. 8. p. 48. col. 2.

Peccatum *naturale quodnam dicatur*. R. 4. S. 2. n. 2. p. 221. col. 2. & p. seq.

Peccatum *non omne rejicit ab Ordinibus*. R. 3. S. 6. n. 13. p. 191. col. 2.

Peccatum *occultum non rejicit ab Ordinibus*. ibid. S. 7. n. 1. p. 192. col. 2. & p. seq.

Peccatum *occultum quod sit*. d. n. 1. p. 192. col. 2. & p. seq.

Peccatum *Originale*. *V.* Originale.

Peccatum *post mortem aliquod an remittatur*. R. 1. S. 8. *n.* 9. *p.* 49. *col.* 1.

Peccatum *quomodo remittatur*. ibid. *Et an ejus remissio requirat libertatem in pœnitente*. ibid.

Peccatum *varium est*. d. S. 8. *n.* 8. *p.* 47. *col.* 2.

Peccatum *varietate sua probat Purgatorium dari*. ibidem.

Peccatum *Veniale animam fœdat*. d. *num.* 8. *p.* 48. *col.* 1.

Peccatum Veniale *datur*. ibid. & R. 3. S. 6. *n.* 9. *p.* 188. *col.* 2. *Agnosciturque à Photianis*. ibid.

Peccatum *est vilitatis summa*. R. 5. S. 2. *n.* 6. *p.* 294. *col.* 1. *Idem uno dolore remittitur*. R. 1. S. 8. *n.* 1. *p.* 49. *col.* 2.

Percutiens *præsumitur se defendere*. R. 4. S. 1. *n.* 7. *p.* 217. *col.* 1.

Perjurium *leve peccatum grave*. R. 5. S. 1. *n.* 12. *p.* 287. *col.* 1. *ejus reus semel non admittitur ad juramentum*. ibid. S. 2. *n.* 8. *p.* 295. *col.* 1. *Quid, si pœnituerit*. ibid. *n.* 10. *p.* 296. *col.* 2.

Persecutiones *Ecclesiæ profuere*. R. 1. S. 1. *n.* 10. *p.* 6. *col.* 2. & *seq.*

Petrus Apostolus *ante Romam profectus, quàm Paulus in Græciam*. R. 3. S. 5. *n.* 4. *p.* 174. *col.* 1. *Quo anno Romam adierit*. Ibid. *p. ead.* & *col. Idem Calvaster*. R. 2. S. 6. *n.* 2. *p.* 113. *col.* 1. *In Azymo consecrabat*. R. 3. S. 5. *n.* 10. *p.* 177. *col.* 2. & *seqq. Jussus occidere ea, quæ vidit in linteo: & hoc quid significet*. R. 4. S. 4. *n.* 8. *p.* 242. *col.* 2. *Ejus Templum Romanum describitur*. R. 6. S. 4. *n.* 5. *p.* 378. *col.* 1. *Ejusdem potestas Universalis*. R. 6. S. 1. *n.* 8. *p.* 342. *col.* 1. & 2. *Id probatur ex Scriptura*. ibid. *Item ex SS. Patribus*. d. S. 1. *n.* 9. *p. ead. col.* 2. & *p. seq. Ejusdem Potestatis aliquem successorem ponere, necesse est*. d. S. 1. *n.* 11. *p.* 344. *col.* 1. & 2. *Ejus Potestas in Ecclesia per successionem remanet*. d. *n.* 11. *p. ead. col.* 2. *Idem, constituto Evodio Antiochiæ, non amisit suam potestatem*. Ibid. *n.* 12. *p.* 344. *col.* 2. & *p. seq.*

Petrus Diaconus Scriptor *Vitæ* S. Gregorii *M. longè differt à Petro Diacono æquali S. Gregorii. Quàm junior sit Gregorio. Ejus ineptiæ in illa Vita*. R. 1. S. 7. *n.* 6. *p.* 40. *col.* 1. & 2.

Petrus Alexandrinus *rejecit Arium, licèt non appareret ejus impietas*. R. 5. S. 2. *n.* 3. *p.* 292. *col.* 1.

Philosophorum *sententia de animis post mortem*. R. 1. S. 8. *n.* 17. *p.* 55. *col.* 1.

Philothei P. CP. *ætas*. R. 6. S. 9. *n.* 13. *p.* 418. *col.* 2.

Photiana corruptela *admittens testimonium Confessarii nata ex ignorantia, & tenacitate Antiquitatis*. R. 6. S. 9. *n.* 11. *p.* 417. *col.* 1. *Ejus corruptelæ initia*. ibid. *n.* 8. *p.* 415. *col.* 2. & *seqq.*

Photiana *Ecclesia qua sit*. R. 5. S. 1. *n.* 8. *p.* 284. *col.* 2.

Photiani *adulandi peritissimi, quod nefas est, Lecapeno permittunt*. R. 1. S. 4. *n.* 8. *p.* 103. *col.* 1.

Photiani *an aliqui rebaptizandos Latinos docuerint*. R. 5. S. 3. *n.* 11. *p.* 303. *col.* 1.

Photiani *an omnes censeant recipiendum ad Ordines ex solius Confessarii testimonio*. R. 6. S. 7. *n.* 2. *p.* 397. *col.* 1. & 2.

Photiani *argumenta à Græcis proposita ad hoc, ut probent Spiritum S. etiam à Filio procedere, rejiciunt, ut ingeniosa*. R. 5. S. 3. *n.* 13. *p.* 305. *col.* 1. & 2.

Photiani Clerici *addicti turpibus mercimoniis*. R. 2. S. 5. *n.* 11. *p.* 111. *col.* 1.

Photiani *corruptores Morum Græcorum*. R. 1. *Init. n.* 2. *p.* 2. *col.* 1. *In quantis mores Græcos corruperint*. ibid. S. 2. *n.* 8. *p.* 10. *col.* 2.

Photiani *cur rejiciant Præsumptionem è numero Probationum*. R. 6. S. 1. *n.* 3. *p.* 339. *col.* 2.

Photiani *decretam Ordinibus ætatem quandiu servaverint*. R. 2. S. 4. *n.* 4. *p.* 100. *col.* 1. & 2.

Photiani *docent, non licere orare pro Damnatis*. R. 1. S. 7. *n.* 6. *p.* 40. *col.* 1. & 2.

Photiani *docentes utilia Damnatis suffragia damnant Ecclesiam suam*. d. S. 7. *n.* 9. *p.* 42. *col.* 1.

Photiani *doctiores à quæstione de Primatu Papæ præscindunt*. R. 6. S. 2. *n.* 12. *p.* 361. *col.* 2.

Photiani Fermentarii *dici possunt*. R. 3. S. 5. *n.* 11. *p.* 179. *col.* 1.

Photiani Formales *in Græcia paucissimi*. R. 6. S. 7. *n.* 9. *p.* 402. *col.* 1.

Photiani *Græciæ hostes*. R. 3. S. 5. *n.* 13. *p.* 180. *col.* 2. *Iisdem Græci quidem, sed hostes Gentis*. R. 1. S. 8. *n.* 16. *p.* 54. *col.* 1.

Photiani *habent omnia confusa*. R. 2. S. 1. *n.* 1. *p.* 76. *col.* 1.

Photiani *hominis ineptiæ circa processionem Spiritus S. refelluntur*. R. 5. S. 3. *n.* 13. *p.* 304. *col.* 1. & 2. & *p. seq.*

Photiani *in Clericis scientiam requirunt*. R. 2. S. 7. *n.* 6. *p.* 120. *col.* 1.

Photiani *Latinos Azymitas dixere*. R. 3. S. 5. *n.* 11. *p.* 179. *col.* 1.

Photiani *Lutheranorum hospites non semel aliqua eorum dogmata hausere*. R. 1. S. 8. *n.* 10. *p.* 50. *col.* 1.

Photiani Materiales *in Græcia plurimi*. R. 6. S. 7. *n.* 9. *p.* 401. *col.* 2. & *p. seq.*

Photiani *multa novant in moribus*. R. 1. S. 9. *n.* 6. *p.* 63. *col.* 1.

Photiani *multi sufficiens censent ad Ordines testimonium Confessarii etiam non jurati*. R. 6. S. 8. *n.* 3. *p.* 405. *col.* 2. & *p. seq. Id tamen non omnes recipiunt*. ibid. & *n.* 4. *p.* 407. *col.* 2.

Photiani *non consentiunt Calvini, aut Lutheri dogmatibus*. R. 3. S. 6. *n.* 8. *p.* 188. *col.* 1.

Photiani *non omnes Cabasilianis subscribunt*. R. 5. S. 6. *n.* 10. 333. *col.* 1.

Photiani *omnia recipiunt, dummodo impugnare videantur Latinos, nec propositiones considerant*. R. 2. S. 2. *n.* 11. *p.* 85. *col.* 1.

Photiani *Ordinant sine Titulo, & damnantur*. R. 2. S. 5. *n.* 11. *p.* 111. *col.* 1.

Photiani *Palamam colunt, ut Sanctum, & improbantur*. R. 1. S. 10. *n.* 7. *p.* 74. *col.* 1. *Quanta id impietate agant*. R. 2. S. 4. *n.* 9. *p.* 104. *col.* 1.

Photiani *Patriarchæ decretis suis sibi supremam potestatem adsciscunt*. R. 6. S. 1. *n.* 6. *p.* 341. *col.* 1.

Photiani *Pœnitentiam quocunque tempore usurpari posse docent*. R. 1. S. 4. *n.* 4. *p.* 20. *col.* 1.

Photiani *potestatem dispensandi asserunt in Ecclesia esse*. R. 2. S. 8. *n.* 6. *p.* 126. *col.* 1. & 2.

Photiani *Purgatorium negantes, vel negant utilia Mortuis Suffragia, vel insaniunt*. R. 1. S. 8. *n.* 1. *p.* 44. *col.* 2.

Photiani *quàm piè agant cum SS. Patribus, cùm aliquid contra ipsos docent*. R. 1. S. 8. *n.* 18. *p.*

18. p. 57. col. 1.
Photiani, *qui contra Azyma scripsere*. R. 3. S. 4. n. 1. p. 161. col. 1.
Photiani *recentiores nihil pensi habent de ætate Ordinandorum*. R. 2. S. 3. n. 3. p. 99. col. 1. & 2.
Photiani *repugnantes Primatui Rom. Pontificis quibus rationibus contendant, eum non succedere Petro*. R. 6. S. 1. n. 13. p. 345. col. 1. & 2.
Photiani Sacerdotes *ab Examine Ordinandorum arcendi*. R. 1. S. 10. n. 9. p. 75. col. 1.
Photiani *sæpe Baptizant sine immersione*. R. 5. S. 3. n. 17. p. 309. col. 1.
Photiani *SS. Patribus palam docentibus, Spiritum S. à Patre, & Filio procedere, quam exceptionem dent*. d. S. 3. n. 13. p. 306. col. 1.
Photiani *Scandala sua laudant*. R. 6. S. 3. n. 7. p. 373. col. 2.
Photiani *sunt hæretici*. R. 5. S. 6. n. 11. p. 334. col. 1.
Photiani *Veritatem à Græcia depellere usquequaque non potuere*. R. 2. S. 1. n. 1. p. 76. col. 1.
Photiani *Virum probatum, qui Jus Appellationis negarit Rom. Pontifici, producere non possunt*. R. 6. S. 2.
Photiani *Usuram damnant*. R. 3. S. 7. n. 8. p. 199. col. 1.
Photianis *vetitum orare pro Damnatis*. R. 1. S. 6. n. 7. p. 33. col. 2. *Iisdem idem est consuetudo, ac corruptela*. R. 2. S. 9. n. 10. p. 133. col. 1. *An liceat cum iisdem communicare in sacris*. ibid. S. 6. n. 9. p. 401. col. 2. & p. seq.
Photianorum *ignorantia, & stoliditas in accusandis Latinis*. R. 1. S. 3. n. 8. p. 15. col. 2. *Eorum dogma de utilitate Suffragiorum pro Mortuis*. ibid. S. 5. n. 7. per tot. p. 26. col. 1. & 2. & n. 8. ead. p. & seq. *Eorundem inconstantia, & nequitia, in asserenda, & neganda utilitate Suffragiorum pro Damnatis*. ibid. S. 6. n. 3. p. 31. col. 2. *Eorundem dogma, quo constituitur, Damnatos ad salutem ire non posse*. d. S. 6. n. 5. p. 32. col. 1. & 2. *Eorundem objecta contra inutilitatem suffragiorum pro Damnatis*. ibid. n. 11. p. 36. col. 1. & 2. *Eorundem negantium Purgatorium inconstantia*. ibid. S. 8. n. 6. p. 46. col. 2. & p. 74. col. 1.
Photianorum *calumniæ circa ætatem Ordinandorum à Latinis constitutam*. R. 2. S. 4. n. 3. p. 99. col. 1. *Eorum corruptela circa ætatem unde nata*. ibid. n. 4. p. 100. col. 1. *Eorum sententia circa Fabulam Joannæ Papissæ*. ibid. S. 6. n. 10. p. 116. col. 1. & 2. & p. seq. *Eorundem silentium de Fabula illa*. ibid. n. 8. & 9. p. 115. col. 2. & p. 116. *Eorum sententia de Energumenis*. ibid. S. 7. n. 2. p. 118. col. 2. *Eorundem ignorantia*. ibid. n. 3. p. 118. col. 2. & n. 4. p. 119. col. 1. *Ea quanta mala intulerit Græciæ*. ibid. *Eorundem superba ignorantia*. ibid. S. 8. n. 2. p. 125. col. 1. *Quorundam ex illis circa Interstitia sententia*. ibid. S. 9. n. 9. p. 132. col. 2.
Photianorum *Vanitas in extollendo Severo, & Coressio*. R. 3. S. 4. n. 4. p. 163. col. 2. *Quorundam ex illis sententia de multiplicitate animarum in eodem homine*. R. 4. S. 6. n. 13. p. 253. col. 2. *Recentiorum ab antiquis diversitas*. ibid. S. 8. n. 3. p. 265. col. 1. *Eorundem pinguissima minerva, dum probant ex S. Paginis Spiritum S. ex solo Patre procedere*. R. 5. S. 3. n. 13. p. 304. col. 2. in fin. *Eorundem discordia circa repulsam confessi Vitium in examine Ordinum*. ibid. S. 5. n. 10. p. 323. col. 1. *Eorundem inepta argutia in eodem casu*. d. n. 10. p. ead. & col.
Photianorum *quanta sint scandala*. R. 6. S. 3. n. 2. p. 373. col. 1. *Eorundem ostentatio in vestibus*. ibid. S. 4. n. 2. p. 376. col. 2. *Eorundem in vestibus sacris corruptela*. d. n. 2. p. 376. col. 2. *Eorundem sordes vilissimæ, quantum obsint famæ Græcorum*. ibid. S. 4. n. 4. p. 377. col. 2. *Eorundem Sophismata pro Solubilitate Matrimonii*. ibid. S. 4. n. 11. p. 381. col. 1. & 2. & *refelluntur*. n. 12. p. ead. col. 2. & p. seq. *Eorum ignorantia qualis sit*. ibid. S. 5. n. 6. p. 386. col. 2. *Eorundem sententia de Fide præstanda testi non jurato quò collimet*. d. n. 6. p. ead. & col. *Eorum aliqui an Sancti dici queant*. d. n. 6. p. ead. & col. *Qui sint hi Sancti*. ibid. n. 7. p. 387. col. 1. *Eorum corruptelę malè adscribuntur Græcis*. ibid. S. 7. n. 1. p. 396. col. 2. & n. 2. p. 397. col. 1. *Eorundem controversia cum Latinis circa Beatitatem SS. in quo versetur*. ibid. S. 10. n. 8. p. 424. col. 2.
Photianorum Patriarcharum *decreta nihil conficiunt, nisi loquantur de Monarchia habente Principem fungentem potestate*. R. 6. S. 1. n. 6. p. 341. col. 1. & 2.
Photianos *an Ignorantia, & quatenus excuset*. R. 6. S. 5. n. 6. p. 386. col. 2. *Eos cur Gręcos appellent Latini*. R. 3. S. 4. n. 9. p. 165. col. 2. *Eosdem nunquam jejunio uti, dilemmate probatur*. R. 1. S. 3. n. 3. p. 13. col. 1. & 2.
Photii *rabies, & ambitio quanti steterit Gręciæ*. R. 1. n. 11. p. 7. col. 2. *Ejus ordinatio contra Canones, & scelesta*, R. 2. S. 9. n. 7. p. 131. col. 2. *Ejus sententia circa abortum fętus non animati rejicitur*. R. 4. S. 6. n. 12. p. 253. col. 2.
Phrenetici *rejiciendi*. R. 2. S. 7. n. 1. p. 117. col. 2.
Pittacium *quid sit*. R. 3. S. 2. n. 12. p. 134. col. 2.
Planudæ *sententia de multiplicitate animarum*. R. 4. S. 6. n. 13. p. 253. col. 2.
Platina *assertus à calumniis Margunii*. R. 2. S. 3. n. 13. p. 95. col. 1. *Ejus error*. ibid. n. 14. ead. p. col. 2. *Idem asseritur à Calumnia Severi*. R. 3. S. 5. n. 6. p. 174. col. 2. & seq. *Se ipsum explicat*. d. p. 175. col. 2.
Plato *loca aspera ad literarum secessum elegit*. R. 1. S. 2. n. 1. p. 8. col. 1. *Ejus argumentum adstruens Purgatorium*. ibid. S. 8. n. 8. p. 47. col. 2. *Ejus de scientia sententia explicatur*. R. 4. S. 7. n. 12. p. 261.
Pneumatomachi, *qui dicantur à Photianis*. R. 6. S. 3. n. 7. p. 373. col. 1.
Pœna Adulterii *ex l. Julia*. R. 4. S. 9. n. 15. p. 277. col. 1. & 2. *eadem penes priscos*. ibid. n. 13. p. 276. col. 1. & 2. *eadem penes Germanos*. ibid. n. eod. p. & col. *eadem apud Romanos*. ibid. n. 14. p. 276. col. 2.
Pœna *bonorum, & famę infligi potest filiis ob crimen parentum*. R. 2. S. 3. n. 11. p. 94. col. 1.
Pœna *commensuranda peccatis*. R. 3. S. 6. n. 4. p. 184. col. 2.
Pœna *corporis, & bonorum divino Judicio irrogari alicui potest ob crimen alterius*. R. 2. S. 3. n. 11. p. 95. col. 1.
Pœna corporis *innocenti jure humano infligi non potest*. d. S. 3. n. 11. p. 94. col. 1.
Pœna *cur infligatur*. R. 5. S. 2. n. 6. p. 293. col. 2. & pag. seq.

Digitized by Google

Pœna *dicit crimen semper ante se, non semper dicit præsens*. R. 1. S. 7. n. 1. p. 38. col. 1.
Pœna *eadem non convenit omnibus peccatis*. R. 3. S. 6. n. 4. p. 184. col. 2.
Pœna peccati *Peccatum dicitur*. R. 1. S. 8. n. 10. p. 4. col. 1.
Pœna *quandoque irrogatur sine culpa Divino, & humano judicio*. R. 2. S. 3. n. 11. p. 93. col. 2.
Pœna *remanet post culpam dimissam*. R. 1. S. 8. n. 10. p. 49. col. 2. & p. 50. col. 1.
Pœna *sine judicio non infligitur*. R. 5. S. 2. n. 2. p. 291. col. 2. in fin.
Pœna spiritualis *æterna, vel temporalis neque divino, neque humano judicio potest alicui irrogari ob crimen alterius*. R. 2. S. 3. n. 11. p. 93. col. 2.
Pœna *ut pœna sine sententia non irrogatur*. R. 1. S. 7. n. 10. p. 42. col. 1.
Pœnæ ratio *in quo sita sit*. R. 5. S. 2. n. 6. p. 293. col. 2. & p. seq.
Pœnarum *duplex species*. R. 4. S. 9. n. 9. p. 274. col. 1. & 2.
Pœnitentia *an in aliquo statu apud Inferos esse possit*. R. 1. S. 8. n. 9. p. 49. col. 1.
Pœnitentia *an rejiciat ab Ordinibus*. R. 3. S. 8. n. 10. p. 209. col. 1.
Pœnitentia *licet deleat culpam, non tamen omnem turpitudinem aufert*. R. 3. S. 8. n. 12. p. 210. col. 1. & 2.
Pœnitentia *Peccatori necessaria ad salutem*. R. 1. S. 6. n. 6. p. 33. col. 1.
Pœnitentia *propitiatur Deus*. R. 1. S. 9. n. 6. p. 63. col. 1.
Pœnitentia publica *an prius apud Græcos, deinde apud Latinos cessaverit*. R. 6. S. 9. n. 8. p. 416. col. 1.
Pœnitentia publica *obex Ordinum*. d. S. 9. n. 9. p. 416. col. 2.
Pœnitentia publica *quando vetita, & qua occasione in Græcia*. d. n. 9. p. 416. col. 1. & 2.
Pœnitentia *quomodo dicatur non esse in Inferno*. R. 1. S. 8. n. 9. p. 48. col. 2. & p. 49. col. 1.
Pœnitentia *quotuplex sit, & quæ sit publica, quæ solemnis*, R. 3. S. 8. n. 11. p. 209. col. 1. & 2.
Pœnitentia solemnis *infamat*. d. n. 11. p. 209. col. 1.
Pœnitentia solemnis *irregularitatem facit*. d. n. 11. p. ead. col. 2.
Pœnitentia solemnis *rejicit ab Ordinibus apud Græcos*. d. S. 8. n. 13. p. 210. col. 2.
Pœnitentiæ *loco est aliquid Mortuis in Purgatorio*. R. 1. S. 8. n. 9. p. 48. col. 2.
Pœnitentiæ publicæ *non privatæ insectator Chrysostomus*. R. 6. S. 9. n. 9. p. 416. col. 2.
Pœnitentiæ publicæ *præfectus Sacerdos certus*. d. S. 9. n. 8. p. 415. col. 2.
Pœnitentiæ publicæ *ratio apud Antiquos*. d. n. 8. p. 415. col. 2. & p. seq.
Pœnitentibus solemniter *Clericis non imponebantur manus*. R. 3. S. 8. n. 11. p. 209. col. 1. & 2.
Pœnitentibus solemniter *Clericis depositio indicebatur*. d. n. 11. p. ead. col. 2.
Pœnitentium *Gradus apud Antiquos*. R. 4. S. 3. n. 2. p. 230. col. 2.
Pœnitentiarii *Sacerdotis testimonium olim necessarium ad Ordines*. R. 6. S. 9. n. 9. p. 416. col. 2.
Pœnitentiarius Canonicus *unde ortum habuerit*. R. 3. S. 8. n. 11. p. 209. col 1. & R. 6. S. 9. n. 8. p. 416. col. 1.
Polybii *cadaver integrum inventum*. R. 6. S. 5. n. 7. p. 387. col. 1.
Pontifices Romani *an aliqui Naturales fuerint filii Presbyterorum, Episcoporum, Pontificum*. R. 2. S. 3. n. 13. p. 94. col. 2.
Pontifices Rom. *docent à se Matrimonia solvi non posse*. R. 6. S. 4. n. 8. p. 379. col. 2. & p. seq.
Pontifices Rom. *mores nostros approbant*. R. 3. S. 5. n. 11. p. 179. col. 1.
Pontifices R. *non gloriantur, posse absolvere Mortuos; aperire, ac claudere portas Purgatorii*. R. 1. S. 9. n. 13. col. 2. p. 69. & p. 70. col. 1.
Pontifices Rom. *non jactant habere se potestatem Dei*. d. n. 69. col. 2.
Pontifices Rom. *quanta amiserint, ne solverent Matrimonium Henrici VIII.* R. 6. S. 4. n. 8. p. 380. col. 1. & n. 10. p. 81. col. 1.
Pontifices Romani *sententias Orientalium non ex voluntate partium, sed ex potestate propria retractarunt*. R. 6. S. 2. n. 14. p. 364. col. 1. & 2.
Pontifici Rom. *dicitur eodem modo, ac Petro: quodcunque ligaveris, &c.* R. 6. S. 1. n. 16. p. 347. col 1. & 2. *Eidem potestas confertur immediatè à Deo*. d. n. 16. p. 347. col. 1. & 2. *Eidem competit Jus Appellationis supremæ* ibid. S. 2. n. 2. p. 349. col. 1. & 2. *Ea illi unde competat*. ibid. n. 1. p. 363. col. 2.
Pontifici Rom. *ritè jubenti nullus Orthodoxus ausus resistere*. ibid. n. 18. p. 367. col. 2. & p. seq.
Pontificis Rom. *Officium*. R. 3. S. 2. n. 12. n. 154. col. 2. *Ejusdem potestati an obsit, quod non patret miracula*. R. 6. S. 1. n. 15. p. 347. col. 1. *Ejusdem Authoritas usurpata sine obice in Græcia*. ibid. S. 2. n. 18. pag. 368. col. 1. & num. 19. pag. ead. col. 1. & 2.
Pontificum Rom. *mores à Calumnia Marginii vindicantur*. R. 6. S. 4. n. 5. p. 378. col. 1. & 2. *Eorundem profusa liberalitas Romæ*. d. n. 5. 6. & 7. à p. 378. col. 1. *Eorundem Magnificentia in restauranda, & ornanda Urbe*. d. n. 6. p. ead. col. 2. *Eorundem liberalitas erga Græcos, Asianos, Afros, & Indos*. d. n. 6. p. ead. & seq. *Eorundem liberalitas quanta impendat bellis contra Infideles*. ibid. n. 8. p. 389. col. 1. *Eorundem modestia in quacunque gravi deliberatione*. R. 1. S. 10. n. 7. p. 74. col. 2.
Pontifex Rom. *Ordinandos proponebat olim Populo, ut testimonium de illis acciperet*. d. S. 10. n. 2. p. 72. col. 1. *An vitet Viam S. Clementis, cùm in Lateranum proficiscitur*. R. 2. S. 6. n. 8. p. 115. col. 2. *Citra Concilium Generale potest Ritum Ecclesiæ Occidentalis mutare*. R. 3. S. 5. n. 9. p. 177. col. 1. *Idem solus est Petri successor*. R. 6. S. 1. n. 11. p. 344. col. 1. *Solus se successorem Petri asserit, ac gerit*. ibid. n. 12. p. ead. col. 2. *An Apostolus dici possit*. Ibid. n. 14. p. 346. col. 1. *Est pastor, & Doctor Orbis Universi*. d. n. 14. p. ead. col. 2. *An aliquos provexerit ad Episcopatus Orientales*. Ibid. n. 15. p. ead. col. 2. *In Jurisdictionalibus tantum potest, quantum Petrus*. Ibid. n. 15. p. ead. col. 2. *Idem recipit accusationes Orientalium Episcoporum*. R. 6. S. 2. n. 5. p. 352. col. 2. & p. seq. *Appellatur à supremis Orientalium Episcopis*. Ibid. n. 5. p. ead. & col. *Idem supremus omnium Judex*. Ibid. n. 13. p. 362. col. 2. *Superior est Patriarcha CP*, ibid.

ibid. p. ead. & seq. *An per additionem factam Symbolo hæreticus evaserit*. ibid. n. 20. p. 369. col. 1. & 2. *An possit permittere probationem ex testimonio unius in damnum Tertii*. R. 6. S. 6. n. 15. p. 395. col. 2. *Non potest remittere juramentum Testi probaturo*. ibid. S. 7. n. 13. p. 403. col. 2. & pag. seq. *An Jus divinum limitare possit*. R. 6. S. 6. num. 13. pag. 396. col. 1,

Possessor *nullus sine judicio spoliandus*. R. 5. S. 2. n. 2. p. 291. col. 2.

Potestas Dei *in homine non est eo modo, quo est in Deo*. R. 1. S. 9. n. 12. p. 69. col. 1.

Potestas Dei *potest pendere, & pendet ab homine, ut à Ministro, & Delegato*. ibid. num. 12. pag. 68. col. 2.

Potestas Dei *sic pendens ab homine non facit hominem neque magis potentem Deo, neque æquè potentem*. ibid. p. 69. col. 1.

Potestas Dei *sola dimittit peccata*. ibidem. pag. 69. col. 2.

Potestas *dispensandi est in Ecclesia*. R. 2. S. 8. n. 6. p. 126. col. 2.

Potestas *eadem Delegantis, & Delegati*. p. 69. col. 1. S. 9. n. 12. R. 1.

Potestas *eadem in Successore, & præcessore*. R. 6. S. 1. n. 7. p. 342. col. 1.

Potestas *Ecclesiastica non est injuriosa Principibus*. R. 4. S. 4. n. 2. p. 237. col. 2.

Potestas *Episcopis data immediatè à Deo, subjecta tamen Rom. Pontifici*. R. 6. S. 1. num. 16. p. 347. col. 2.

Potestas *Episcoporum immediatè à Deo an sit*. d. n. 16. p. 347. col. 2.

Potestas, & *Jurisdictio expetitur, & quæritur, & optanda ostenditur*. R. 5. S. 2. n. 6. p. 294. col. 1.

Potestas indirecta *datur à Christo Ecclesiæ in Temporalia*. R. 4. S. 3. n. 11. p. 236. col. 2.

Potestas indirecta *infert gladium vibrandum nutu Ecclesiæ*. ibidem. S. 4. n. 6. p. 239. col. 2. *Eadem non infert, esse in Ecclesia potestatem fundendi Sanguinis*. d. n. 6. p. ead. & col. & p. seq. *Eadem derisa à Maumethe II*. ibid. p. 240. col. 1.

Potestas indirecta *laica an sit in quolibet membro Ecclesiæ*. d. S. 4. n. 4. p. 238. col. 2.

Potestas Laica *indirectè in Ecclesia est ex Jure Græco, & Latino*. ibid. S. 3. n. 8. p. 235. col. 1. *Idem probatur ratione*. ibid. n. 9. p. ead. col. 1. & 2. *Eadem an fuerit in Christo, & quomodo*. d. S. 3. n. 7. pag. 234. col. 1.

Potestas Laica *rectà in Ecclesia non est*. d. n. 7. p. ead. & col.

Potestas Ordinaria *datur à Lege*. R. 6. S. 1. n. 16. pag. 347. col. 2.

Potestas *repellendi nocitura omni Reipublicæ jure naturæ conceditur*. R. 4. S. 3. num. 9. pag. 235. col. 2.

Potestas *repellendi publicum malum est solùm in Principe*. ibid. R. 4. S. 4. n. 4. p. 238. col. 2.

Potestas suprema *in pluribus esse non potest*. R. 6. S. 2. n. 4. p. 350. col. 1.

Potestas suprema *Romani Pontificis an sit à Canonibus, & Regum decretis*. d. S. 2. n. 10. p. 358. col. 2. & p. seq.

Potestas *utraque Sacra, & profana in Ecclesia est*. R. 4. S. 3. n. 5. p. 233. col. 1.

Potestate *sua nemo invitus privatur: & an possit privari*. R. 2. S. 5. n. 1. p. 105. col. 1.

Potestatem *in pœnam dari non posse, ostenditur*. R. 5. Sect. 2. num. 6. pag. 294. col. 1.

Potestatem *nemo credit infelicem*. d. num. 6. p. ead. & col.

Potestatem *Episcoporum non esse immediatè à Deo sententia, quæ docet, invidiosa est Romano Pontifici*. R. 6. S. 1. n. 16. p. 347. col. 2.

Potestatis *Laicæ defectus in Ecclesia Græca quantorum malorum causa*. R. 4. S. 3. n. 10. pag. 235. col. 2. & p. seq.

Præceptum, *non occides, an vetet universim necem privata authoritate faciendam*. R. 4. S. 9. n. 5. p. 273. col. 2.

Præsumi *non debet libidinosus filius legitimus Patris impudici*. R. 2. S. 3. n. 7. p. 91. col. 1. & 2.

Præsumitur *adultera fuisse, quæ Vidua libidinosa est*. R. 5. S. 2. n. 8. p. 294. col. 2. in fin.

Præsumitur *à præsenti, & præterito futurum*. d. n. 8. p. 295. col. 1.

Præsumitur *à præsenti præteritum*. d. num. 8. pag. 294. col. 2.

Præsumitur *à præterito ad præsens*. d. num. 8. p. 295. col. 2.

Præsumitur *factiosus filius ex Patre factioso*. R. 2. S. 3. n. 7. p. 91. col. 1. & 2.

Præsumitur *facturus filius, quod fecit Pater*. d. p. 91. col. 1. & 2.

Præsumitur *filius transfuga ex Patre transfuga*. ibid.

Præsumitur *homicida ejus, cujus occisor ignoratur, is, qui aliàs homicidium fecit*. R. 5. S. 2. n. 8. pag. 295. col. 1.

Præsumitur *inimicus adhuc, qui semel fuit inimicus*. d. n. 8. p. ead. & col.

Præsumitur *prodiga esse mulier Luxuriosa*. d. S. 2. num. 10. p. 296. col. 1.

Præsumptio *an faciat argumentum pro Potestate Papæ*. R. 6. S. 1. n. 3. p. 339. col. 2.

Præsumptio *cessat, cùm ex ea sequitur delictum*. R. 4. S. 1. n. 7. p. 217. col. 1.

Præsumptio *cur ab aliquibus Photianis à numero Probationum rejiciatur*. R. 6. S. 1. n. 3. p. 339. col. 2.

Præsumptio *est à Parentibus ad filios*. R. 2. S. 3. n. 7. p. 90. col. 2. & p. 91. col. 1. & 2. *Ea levis est*. ibid.

Præsumptio levis, *cùm de re maximi momenti agitur, attendenda*. ibid.

Præsumptio levis *facere suspicionem potest, & manuducere ad probationem*. R. 6. S. 1. n. 3. p. 339. col. 1. & 2.

Præsumptio levis, *aut gravis in re dubia ad bonum est semper*. R. 4. S. 1. n. 7. p. 216. col. 1. & p. seq.

Præsumptio Naturæ *an probet, & quatenus*. R. 6. S. 1. n. 1. p. 338. col. 1. & 2.

Præsumptio, quæ hominis dicitur, *an, & quantum probet*. d. n. 1. p. 338. col. 2.

Præsumptio, quæ Juris, & de Jure dicitur, *quænam sit*. ibid. n. 2. p. 338. col. 2. *Ejus explicatio*. d. n. 2. p. ead. col. 2. *Ea cur dicatur necessaria*. ibid. n. 2. p. ead. col. 2. *Eadem non admittit probationem in contrarium*. d. n. 2. p. ead. & col. *An probationem in contrarium indirectè admittat*. d. n. 2. p. ead. & col. *Ea attendum Episcopo in Ordinandorum examine*. d. n. 2. ibid.

Præsumptio, quæ Juris dicitur, *admittit probationem in contrarium*. d. n. 2. p. 339. col. 1.

Præsumptio *repulsura testes ex publicis documentis esse debet, non ex privata notitia*. R. 5. S. 1. n. 17. p. 290. col. 1. in fin. & 2.

Præsumptio semel malus *an sit hominis, an Juris*. ibid. S. 2. n. 10. p. 295. col. 2. *Ejus exceptiones*. ibid.

Præ-

Præsumptio *stat pro eo, qui se excusat*. R. 4. S. 1. n. 7. p. 217. col. 1.

Præsumptionum *varia genera*, R. 6. S. 1. n. 1. pag. 338. col. 1.

Præsumuntur *juvenes impudentes, ubi sunt senes impudentes*. R. 2. S. 3. n. 7. p. 91. col. 1, & 2.

reces V. Oratio.

Preces Liturgiæ *nostræ quàm sanctæ, quàm utiles, & nullo modo emendandæ*. R. 5. S. 6. n. 13. pag. 335. col. 1.

Precum Liturgiæ *post Consecrationem ratio multiplex*. ibid. n. 14. p. 335. col. 2. & p. seq.

Presbyter *debet posse docere*. R. 2. S. 6. n. 7. p. 120. col. 1. & 2.

Presbyteri *Legati Rom. Sedis præsident Patriarchis in Conciliis*. R. 6. S. 4. n. 3. p. 376. col. 2.

Presbyterorum *filii non omnes naturales*. R. 2. S. 3. n. 13. p. 94. col. 2.

Principes *in re sacra subjecti sunt Sacerdotibus*. R. 4. S. 4. n. 3. p. 238. col. 1. & 2.

Principibus *debetur obsequium jure Divino*. d. S. 4. n. 2. p. 237. col. 2.

Princeps *an possit mandare alicui, ut privata authoritate occidat aliquem*. R. 4. S. 9. num. 12. pag. 275. col. 2.

Princeps *committens causam agendam sine solemnitate an censeatur remittere juramentum testibus*. R. 6. S. 7. n. 13. p. 404. col. 1.

Princeps *in bonum publicum potest imperare quidlibet subditis*. R. 5. S. 2. n. 12. p. 297. col. 1.

Princeps *Monarchiæ sine suprema potestate nullus*. R. 6. S. 1. n. 5. p. 340. col. 2. & p. seq.

Princeps *non potest punire sine præcedente judicio*. R. 4. S. 9. n. 12. p. 275. col. 2.

Princeps *potest obligare nos ad ea omnia, ad quæ nos ipsi possumus nos obligare*. R. 5. S. 2. n. 12. p. 297. col. 1.

Princeps *potest obligare subditum ad onus publicum quodlibet in bonum publicum*. d. n. 12. p. 297. col. 1.

Princeps *quando possit privato dominium, quod habet, auferre*. R. 5. S. 2. n. 7. p. 294. col. 2.

Privilegia *non sunt trahenda ad exemplum*. R. 2. S. 7. n. 14. p. 123. col. 2.

Probatio *an dicatur demonstratio à Græcis*. R. 5. S. 3. n. 1. p. 298. col. 2.

Probatio *debet esse probabilis*. ibid. S. 4. n. 3. p. 313. col. 1.

Probatio per Evidentiam *quot complectatur, & quomodo habeatur*. R. 5. S. 5. n. 1. p. 317. col. 2. *Ea probatio est certissima*. ibid. n. 2. p. 318. col. 1. & 2. *Contra illam probatio non datur*. d. n. 2. p. ead. col. 1. & 2. *Ea admittitur contra quancunque aliam*. d. n. 2. p. ead. col. 2. *Recipitur à Sacris Paginis*. ibid. n. 3. p. 319. col. 2.

Probatio per Rei confessionem *enucleatur*. d. S. 5. n. 4. p. 319. col. 2. & p. seq.

Probatio per testes *à Græcis recipitur*. R. 6. S. 5. n. 1. p. 383. col. 1. *Ea omnium validissima, & quare*. ibid. n. 2. p. 384. col. 2. *Dignior eadem cæteris*. ibid. n. 3. p. 385. col. 1.

Probatio plena *in Judicio stat pro demonstratione*. R. 5. S. 3. n. 6. p. 302. col. 2.

Probatio *quomodo dicatur à Græcis*. d. S. 3. n. 1. p. 298. col. 2.

Probatio *triplex utilis Examini Ordinandorum*. ibid. S. 5. n. 1. p. 298. col. 2.

Probatio Vulgaris *an sit in usu penes Græcos, & Latinos*. R. 5. S. 4. n. 1. p. 312. col. 1. *Ea Dæmonis inventum*. ibid. n. 2. p. ead. col. 2. *Eadem Deum tentat*. p. ead. col. 2. *Facit, ut plerunque innocens puniatur*. ibid. n. 3. p. 313. col. 1. *Eadem omni Jure probibita*. d. n. 3. p. ead. & col. *An originem referat ad institutionem divinam*. ibid. n. 4. p. 313. col. 1. & 2. *A quibus Canonibus recipiatur*. ibid. p. ead. col. 2. *Ejus discrimen à Sortibus*. ibid. n. 7. p. 314. col. 2. & p. seq. *Quæ Synodi eam probavere, an errarint, curque probaverint*. ibid. n. 10. p. 316. col. 2. *Eadem à Longobardis introducta*. d. n. 10. p. ead. & col. *Eadem eo tempore, quo erat in usu, reprobata est*. ibid. p. ead. & col.

Probatione prodigiosa *quando uti liceat*. R. 5. S. 4. n. 5. p. 313. col. 2. & seq. pag.

Probationis *definitiones reprobantur*. R. 5. S. 3. n. 6. *hoc est Azonis, & Hostiensis*. p. 300. col. 2. & p. seq. *rejicitur etiam lata ab Goffredo*. ibid. n. 7. p. 301. col. 1.

Probationis *finitio data per Baldum recipitur*. d. n. 7. p. ead. col. 1. *Ea ostenditur eadem cum data à Matthæo Monacho*. d. n. 7. p. ead. & col.

Probationis *finitio lata per Coressium, & Marguninum proponitur*. d. S. 3. n. 8. p. 301. col. 1.

Probationis *necessitas in judicio unde habeatur*. R. 5. S. 1. n. 10. p. 286. col. 1.

Probationis Judicialis *ratio est, ut sit medium ad Veritatem*. d. n. 10. p. 286. col. 2. *An ad veritatem simpliciter, an potiùs ad Veritatem publicam*. ibid. n. 17. p. 290. col. 1. & 2.

Probationis Judicialis *Officium, ut Veritatem faciat publicam, & manifestam*. ibid. n. 15. p. 288. col. 2.

Processio Spiritus *ex Patre & Filio obiter tractata*. R. 5. S. 3. n. 13. per tot. p. 304. col. 2. & pp. seqq.

Prodigentia *Nobilium periculosa Reipublicæ*. R. 3. S. 7. n. 6. p. 197. col. 2.

Proscriptus *an impunè occidi possit à quolibet*. R. 4. S. 9. n. 12. p. 275. col. 2.

Protecdicus *an, & quando inter Exocatacelos*. R. 6. S. 4. n. 3. p. 377. col. 1.

Proventus Ecclesiæ *V.* Ecclesiæ fructus.

Psalterii *memoriter addiscendi in Clerico olim necessitas*. R. 2. S. 7. n. 5. p. 119. col. 1.

Ptochotrophium *nuper erectum Romæ ab Innocentio XII. proponitur, & consideratur*. R. 6. S. 4. n. 6. p. 378. col. 2.

Publicanorum *munus quod, & an criminosum*. R. 2. S. 5. n. 7. p. 108. col. 2. & p. 109. col. 1.

Publicanos *cur Christus non receperit, nisi relicto Telonio*. d. n. 7. p. 108. col. 2.

Puer *in sacris paginis quid significet*. R. 2. S. 4. n. 7. p. 102. col. 2.

Purgatorii *nomen receptum à Latinis, & Græcis, & Photianis, qui Tertium animorum statum agnoscunt*. R. 1. S. 8. n. 17. p. 55. col. 1. *Idem à S. Paginis insinuatum*. ibid. n. 18. ead. p. & col. *Idem à SS. Patribus Græcis, & Latinis expressum*. ibid. p. 56. col. 1. & 2.

Purgatorium *ab omnibus Hæreticis Septentrionalibus respuitur*. R. 1. S. 4. n. 8. p. 22. col. 1. & 2.

Purgatorium *an igne vero constituatur latè*. ibid. S. 8. n. 3. p. 45. col. 1. & 2.

Purgatorium *an locum distinctum ab Inferis habeat, & quid senserint Patres, ac Theologi*. d. S. 8. n. 2. p. 44. col. 2. & p. 45. col. 1.

Purgatorium *an locus Satisfactorius dici debeat*. ibid. n. 17.

num. 17. p. 55. col. 1.
Purgatorium à Photianis impugnatur. R. 1. S. 4. n. 6. p. 21. col. 1.
Purgatorium asserunt omnes Gentes, quæ orant pro Mortuis. d. S. 8. n. 6. p. 47. col. 1. & n. 7. p. ead. col. 1. & 2.
Purgatorium dari constituitur. d. S. 8. n. 2. & seqq. à p. 44. col. 2.
Purgatorium non esse reprobandum, quòd Ethnici illud agnoverint. ibid. n. 7. p. 47. col. 1. & 2.
Purgatorium quæ Gentes recipiant. d. n. 7. p. 47. col. 1. & 2.
Pygmei an repellantur ab Ordinibus. R. 2. S. 6. n. 4. p. 114. col. 1.
Pythagorei à locis amœnis abhorruere. R. 1. S. 2. n. 1. p. 8. col. 2.

Q

Quadragenarius sitularum numerus in expiatione Putei apud Græcos an sit superstitiosus. R. 3. S. 1. num. 9. p. 141. col. 2. Is numerus antiquissimo usu apud Græcos receptus. ibid. n. 9. p. 141. col. 2. Idem miraculo probatus. ibid. p. 141. col. 2.
Quadragenarius numerus Sacer Ecclesiæ, ac Synagogæ. d. n. 9. p. 141. col. 2.

R

Rara non faciunt Legem, aut consuetudinem. R. 2. S. 7. num. 12. p. 122. col. 2. & num. 13. p. 123. col. 1.
Ratam habens injuriam factam Clerico nomine suo excommunicatur. R. 4. S. 6. n. 4. p. 249. col. 1. & n. 5. ead. p. & col. 2.
Ratihabitio quando æquiparetur Mandato. d. n. 5. p. 249. col. 1.
Ratio, & modus in scientiis tradendis necessarius. R. 5. S. 1. n. 1. p. 281. col. 1.
Ratum habens homicidium factum nomine suo nihil confert ad homicidium. R. 4. S. 6. n. 5. pag. 249. col. 1. & 2.
Regula biceps, qua deprehendas, quando Vitium corporis rejiciat ab Ordinibus. R. 2. S. 6. n. 4. p. 114. col. 1.
Regula semel malus, &c. explicatur. R. 5. S. 2. n. 8. p. 294. col. 2. An faciat præsumptionem Juris. ibid. n. 10. p. 295. col. 2. Eadem limitatur variè. d. n. 10. p. 296. col. 1. An habeat locum in diverso genere. d. n. 10. p. 396. col. 1. An valeat in occultis. ibid. pag. 295. col. 2. Ea non habet locum in correcto. d. n. 10. p. 296. col. 1. Valet etiam in diverso genere, si genera sint connexa. d. n. 10. p. 296. col. 1.
Remissio Peccati unde habeatur. R. 1. S. 8. n. 9. pag. 49. col. 1. an requirat libertatem in eo, cui fit. ibid. an post mortem ulla sit. ibid. col. 2.
Repromissiones in Epistola Pauli ad Hebræos quid significent, & quando eas accipient Sancti. R. 6. S. 10. n. 12. p. 427. col. 1.
Repudiandi verbum quam vim habeat. R. 3. S. 2. n. 10. p. 153. col. 1.
Repulsus ob vitium ab electione nunquam admittitur S. 2. R. 5. n. 8. p. 295. col. 1.
Respublica non ex privatis moribus Populi æstimanda est, sed ex publico. R. 6. S. 3. num. 8. pag. 373. col. 2.
Resurrectio Christi qua die, & hora acciderit. R. 1. S. 3. n. 10. & 11. p. 16. col. 1. & 2. Ejus celebritas, & ceremonia apud Græcos. ibid. num. 10. p. 16. col. 2.
Reus ad Ordines an cogi possit. R. 5. S. 2. n. 7. p. 294. col. 1. & 2. An cogi possit ad omne onus, ibid. p. ead. & col.
Reus delicti se obligat ad pœnam, non ad dignitatem. d. n. 7. p. 294. col. 2.
Reus victor, si petat Actorem puniri, nec protestetur, se non petere mortem, aut mutilationem, utravis secuta, est irregularis. R. 4. S. 7. n. 17. p. 263. col. 2.
Rigor disciplinæ non semper optimus. R. 3. S. 8. n. 7. p. 206. col. 1. & 2.
Ritus Benedicendi Sacris Donis apud Græcos proponitur. R. 5. S. 6. n. 1. p. 328. col. 1.
Robertus Bellarminus V. Bellarminus.
Roma ex publico æstimanda. R. 6. S. 3. n. 8. p. 373. col. 2.
Roma Margunio consideranda proponitur. ibid. S. 4. n. 5. & 6. à p. 378. col. 1.
Roma quando dicta Babylon à Joanne. d. S. 3. n. 8. pag. 373. col. 2.
Roma sub Rom. Pontificibus laudatur. d. n. 8. p. ead. & col.
Romam quis intulerit Fidem Christi primus. R. 3. S. 5. n. 4. p. 174. col. 1.
Romam quo anno venerit Petrus. d. n. 4. pag. ead. & col.
Romana Aula etiam castam Venerem vetat. R. 6. S. 3. n. 8. p. 374. col. 1. Eadem munifica omnibus. d. n. 8. p. ead. & col.
Romana Sedes prima non propter antiquitatem. ibid. S. 2. n. 4. p. 352. col. 2.
Romanæ Ecclesiæ constantia in Fide, & moribus Apostolicis. R. 2. S. 4. n. 8. p. 203. col. 1.
Romanæ purpuræ fastus an deprehendatur ex eo, quòd præcidat Episcopis. R. 6. S. 4. n. 3. p. 376. col. 2. & p. seq.
Romano in bysso odia non inesse, constituitur d. S. 4. n. 1. p. 375. col. 2. & p. seq.
Romanus Lecapenus unde dictus subdolus Imperator. R. 1. S. 2. n. 4. p. 9. col. 1.
Rumor an idem, ac Fama. R. 6. S. 3. n. 1. pag. 370. col. 1.
Rumor plerunque falsus. d. n. 1. p. ead. & col.

S

Sabbatum V. Jejunium.
Sabbatum antiquis par Dominicæ. R. 1. S. 3. n. 12. p. 12. col. 1.
Sacerdos cùm consecrat id agit, quod Christus, cùm Eucharistiam instituit, & eodem modo. R. 5. S. 5. n. 14. p. 325. col. 2.
Sacerdotes Ægyptii asperitatem vitæ secuti ad Syderum contemplationem. R. 1. S. 1. n. 2. p. 8. col. 1.
Sacerdotibus Græcis post maritale commercium die sequenti sacrificare non licet. R. 6. S. 7. n. 8. p. 401. col. 1.
Sacerdotis preces post consecrationem explicantur, ne obsint sententiæ Catholicæ. R. 5. S. 6. n. 2. p. 328. col. 2. Eædem non petunt mutationem physicam, sed moralem. d. n. 2. p. ead. & col.
Sacerdotum crimina Ecclesiæ perniciosa. R. 1. S. 1. n. 9. p. 6. col. 2. & n. 11. p. ead.

Sacerdotum crimina *quanti steterint Ecclesiæ*. d. S. 1. n. 11. p. 7. col. 1. & 2.
Sacerdotum pietas, *& sapientia quantæ utilitatis sit Ecclesiæ*. d. S. 1. n. 11. p. 7. col. 2.
Sacramenta *an omnia vim habeant liberandi*. R. 2. S. 5. n. 4. p. 106. col. 2.
Sacramenta, *cùm conveniant, tamen differunt*. d. n. 4. p. 106. col. 2.
Sacramenti Ordinis *forma apud Græcos*. R. 1. S. 1. n. 6. col. 2. p. 73. col. 2.
Sacramenti, *& Virtutis similitudo dispar*. R. 2. S. 2. n. 12. p. 85. col. 2.
Sacramenti *iteratio facit impedimentum*. d. n. 12. p. 66. col. 1.
Sacramenti Vitium *quid sit*. d. col. 1.
Sacramentorum *similitudo non infert eandem vim in illis*. R. 2. S. 5. n. 4. p. 106. col. 2.
Sacramentum *an iterari possit, & quodnam*. R. 2. S. 2. n. 12. p. 85. col. 2.
Sacrificare *non licebat extra synagogam positis*. R. 6. S. 7. n. 8. p. 401. col. 1.
Sacrificium *Deo offerre non omnibus licet*. d. n. 8. p. ead. & col.
Sacrificium *nusquam fœminis vetitum*. ibid. S. 8. n. 8. p. 401. col. 1. & 2.
Saltus in Ordinibus *notus etiam Græcis*. R. 2. S. 9. n. 4. p. 130. col. 1.
Sanctorum Gloria *Essentialis post mortem augeri non potest, potest accidentalis*. R. 1. S. 6. n. 2. p. 31. col. 1. *Eadem ritè dici potest merces, & retributio*. ibi.
Sapientes *se se ignorantes dixere*. R. 2. S. 8. n. 2. p. 125. col. 1.
Sapientes *plerunque modesti*. d. p. 125. col. 1.
Sapientia *cum Voluptate stare non potest*. R. 1. S. 1. n. 2. p. 8. col. 1.
Sapientia *duplex*. R. 2. S. 7. n. 9. p. 121. col. 1. & 2.
Sapientia Græcorum *quid Ecclesiæ contulerit*. d. S. 7. n. 14. p. 123. col. 2.
Sapientia profana. d. S. 7. n. 9. p. 121. col. 1.
Sapientia sacra. d. p. 121. col. 2.
Sapientiæ *quàm prosit asperitas Vitæ*. R. 1. S. 1. n. 2. p. 8. col. 1.
Sardicensis Synodus *Oecumenica*. R. 6. S. 2. n. 14. p. 364. col. 1. *Cur non dicitur OEcumenica secunda*. d. n 14. p. ead. & col. *Eadem habita cum Nicæna*. d. n. 14. p. ead. & col. *Eadem Jus appellandi Rom. Pontificem declarat*. d. p. ead. & col.
Satisfactio *probat Purgatorium*. R. 1. S. 8. n. 13. p. 51. col. 1. & 2.
Satisfactio *recepta à Græcis, & Photianis*. d. S. 8. n. 13. p. 50. col. 1. & p. 51. col. 1. *Eadem asserta à SS. Patribus*. ibid.
Scandala *fuere inter Apostolos*. R. 6. S. 3. n. 7. p. 373. col. 1.
Scandala *habet etiam Ecclesia*. d. n. 7. p. ead. & col.
Scandala *quanta habeant Photiani*. d. n. 7. p. ead. col. 2. *Ea Photiani fovent*. d. p. ead. & col.
Scandala *sua Latini damnant*. d. n. 7. p. ead. col. 2.
Scandalis *nulla Respublica caret*. d. n. 7. p. ead. col. 1.
Scandalum duplex, *ejusque descriptio*. R. 5. S. 6. n. 12. p. 335. col. 1.
Scandalum *quid possit in usu ciborum*. R. 3. S. 2. n. 7. p. 150. col. 1. & 2.
Scepticorum *sententia de scientia*. R. 5. S. 3. n. 3. p. 299. col. 2.
Schisma *calumniis confirmatur*. R. 4. S. 1. n. 1. p. 211. col. 1. & 2.
Schisma Græcorum *unde vitam habeat*. R. 1. S. 1. n. 6. p. 77. col. 1.
Schisma *rejicit ab Ordinibus*. R. 3. S. 4. n. 2. p. 193. col. 2.
Scientia *convenit rebus Sacris*. R. 2. S. 7. n. 9. p. 121. col. 1. & 2.
Scientia duplex *in Confessario*. R. 5. S. 1. n. 4. p. 282. col. 2. & p. seq.
Scientia *in hominibus datur*. ibid. S. 3. n. 3. p. 299. col. 2.
Scientia *in nobis unde sit*. ibid. num. 10. p. 299. col. 2.
Scientia Media *quæ*. R. 5. S. 1. num. 4. pag. 283. col. 1.
Scientia necessaria *Ordinando*. R. 2. S. 7. n. 5. p. 119. col. 1. & n. 6. & 7. d p. 119. col. 2. & seqq.
Scientia *non habetur odio à Deo, sed amatur*. ibid. n. 8. p. 121. col. 1.
Scientia profana, *& ejus vanitas*. ibid. S. 8. n. 3. p. 125. col. 1.
Scientia *pro Opinione scientiæ*. ibid. num. 3. p. ead. & col.
Scientia simplicis intelligentiæ *quæ*. R. 5. S. 1. n. 4. p. 283. col. 1.
Scientia Visionis *quæ*. d. n. 4. p. 283. col. 1.
Scientiam *dari ex Sacris paginis probatur*. ibid. S. 3. n. 3. p. 299. col. 2.
Scientias *nobis Natura indidit, & quomodo*. R. 4. S. 7. n. 13. p. 261. col. 2.
Scientias *plures quomodo Latini tribuant Deo*. R. 5. S. 1. n. 4. p. 283. col. 1.
Scotios *quid sit*. R. 2. S. 3. n. 3. p. 88. col. 1.
Scripturarum *explicatio pertinet ad Ecclesiam*. R. 3. S. 7. n. 9. p. 199. col. 2.
Secretum Naturale *quando violari possit*. R. 6. S. 8. n. 8. p. 408. col. 2.
Sectæ ex Manichæa *ortæ*. R. 3. S. 2. n. 9. pag. 152. col. 1.
Sectariis *scribentibus, quæ non pertinent ad partium studium, credendum esse*. R. 1. S. 1. n. 8. p. 10. col. 2.
Sella stercoraria. R. 2. S. 6. n. 8. p. 115. col. 2.
Senex *an præsumatur libidinosus, qui fuerit lascivus juvenis*. R. 5. S. 2. n. 11. p. 296. col. 2. & p. seq.
Sententia *iniqua sententia est*. R. 5. S. 1. n. 16. p. 289. col. 2.
Sententia *notoriè iniqua non est Sententia*. d. n. 16. p. ead. & col.
Sententia *Platonis de scientia*. R. 5. S. 3. n. 3. p. 299. col. 2.
Sergius *Papa quis fuerit, & qualis*. R. 2. S. 3. n. 14. p. 95. & p. 96. col. 1.
Servi, *Jure Latino, ad Ordines admitti non possunt*. R. 2. S. 5. n. 1. p. 104. col. 2. *Iidem admitti possunt, si permittat Dominus*. d. n. 1. p. 105. col. 1. *Iidem monachi fieri non possunt*. d. p. 105. col. 1. *Cur ordinari non possint*. ibid. p. 105. col. 1. *Iidem, & liberti ab Ordinibus rejiciuntur Jure Græco*. ibid. n. 2. p. 105. col. 2. *Iidem non liberantur per baptismum* ibid. & n. 4. p. 106. col. 2. & V. Baptismus.
Sacramenta Pœnitentiæ, *& Eucharistiæ*. ibid. n. 4. p. 106. col. 2.
Servitus *repugnat Dignitati*. ibid. num. 1. pag. 105. col. 1.
Servitus *vilescere facit Ministeria sacra*. d. n. 1. p. 105.

col. 1. *Quæ sit Juris, quæ facti*. R. 5. S. 5. n. 9. p. 322. col. 2.
Sexus *an faciat Irregularitatem*. R. 2. S. 6. n. 6. p. 115. col. 1.
Silvester II. *an fuerit Magus*. R. 6. S. 6. n. 3. pag. 390. col. 1.
Silvestri I. *authoritas contra testimonium duorum explanatur, & illustratur*. d. S. 6. n. 6. p. 391. col. 2. & p. seq.
Silvestri I. *decretum de testimonio explicatur ita, ut non obsit verbis Christi*. ibidem. num. 9. pag. 393. col. 1.
Silvestrinæ Synodi *fides expenditur*. d. n. 6. p. 391. col. 2.
Similitudo *omnis dissimilitudinem includit*. R. 3. S. ◆ n. 12. p. 168. col. 2.
Similitudo *panis Melchisedec quàm absimilis Eucharistiæ*. d. n. 12. p. 168. col. 2.
Simonia *ab Ordinibus rejicit*. R. 3. S. 7. n. 2. pag. 193. col. 2.
Simonia *crimen capitale*. d. num. 2. pag. ead. & col.
Simonia *penes Photianos tota*. R. 6. S. 3. n. 9. pag. 374. col. 1.
Simonia *Photianorum describitur*. d. n. 9. pag. 374. col. 1.
Simonia *Photianorum sæculo XIV. & deinceps*. ibid. n. 10. p. 374. col. 2. & p. seq.
Simonia *Photianorum teste Margunio probatur*. ibid. S. 4. n. 1. p. 375. col. 1.
Sinapi *dicta Eucharistia*. R. 3. S. 5. num. 10. pag. 178. col. 1.
Sixtus II. & III. *quo tempore vixerint*. R. 2. S. 3. n. 14. col. 1.
Societatis Jesu *laus*. R. 5. S. 2. num. 12. pag. 297. col. 2.
Societatis Jesu Professi *cogi possunt dignitatem accipere*. d. n. 12. p. 297. col. 2.
Societas *hominum duplex*. R. 4. S. 9. num. 9. p. 274. col. 2.
Socius *verberans servum communem præsumitur suo jure agere*. R. 4. S. 1. num. 7. pag. 216. col. 2.
Socratis *dicta explicantur*. R. 2. S. 8. n. 2. p. 124. col. 2. & R. 3. S. 8. n. 6. p. 205. col. 2. & R. 5. S. 3. n. 4. p. 300. col. 1.
Sodomia *an abigat ab Ordinibus*. R. 3. S. 8. n. 2. p. 202. col. 1. *Ejus crimen quàm grave*. d. n. 2. p. 202. col. 1. & 2. *Ejusdem pœna*. ibid. p. ead. col. 2.
Sodomiæ *crimen Latinis detestabile*. d. S. 8. n. 2. p. 202. col. 2.
Sodomitæ *infames*. d. n. 12. p. 202. col. ead.
Solutio *ex condigno quid requirat*. R. 1. S. 9. n. 8. p. 65. col. 1.
Sophistæ *qui sint*. R. 3. S. 2. n. 5. p. 148. col. 2.
Sortes *aliquando rationabiliter à Jure Civili conceduntur*. R. 5. S. 4. n. 6. p. 314. col. 1. & 2.
Sortibus *an Electio fieri possit*. R. 5. S. 4. n. 4. p. 313. col. 2.
Sortibus *an Matthias electus sit*. d. n. 4. p. 313. col. 2. & n. 7. p. 314. col. 2. & p. seq.
Sortibus *an tentari Deus possit*. R. 5. S. 4. n. 4. p. 313. col. 1. & 2.
Sortibus *an tentetur semper Deus*. d. S. 4. n. 6. p. 314. col. 1. & 2.
Sortibus *non semper tentatur Deus*. d. S. 4. n. 7. p. 314. col. 2.
Sortibus *uti sæpè licuit*. ibidem. num. 6. pag. 314. col. 2.
Sozomeni *testimonium pro suprema potestate Romani Pontificis*. R. 6. S. 2. n. 8. p. 356. col. 2.
Spiridion *Episcopus, & Pastor ovium*. R. 2. S. 5. num. 9. p. 110. col. 1. *De eo vide* & S. 6. n. 2. pag. 113. col. 1.
Spiritus Sancti Nosocomium *Romanum consideratur*. R. 6. S. 4. n. 5. p. 378. col. 2.
Spiritus Sancti Processio *tractata obiter*. R. 5. S. 3. n. 13. p. 304. col. 2. p. seqq.
Spurius *apud Græcos non est idem, ac Nothus*. R. 2. S. 3. n. 2. p. 88. col. 1.
Spurius. V. Naturalis.
Status *in Jure quid sit*. R. 2. S. 5. n. 5. p. 107. col. 2.
Status Tertius *Animorum post mortem*. V. Purgatorium.
Statutum *decernens, standum dicto unius etiam in damnum Tertii, an valeat*. R. 6. S. 6. n. 14. pag. 395. col. 2.
Stephanus Papa *defenditur à Calumnia Coressii*. R. 4. S. 8. n. 3. p. 265. col. 2.
Substrati *qui fuerint*. R. 4. S. 3. num. 2. pag. 130. col. 2.
Succedere *in potestate quid sit*. R. 6. S. 1. n. 12. p. 345. col. 1.
Successor Apostoli *an debeat esse Apostolus*. d. S. 1. n. 14. p. 346. col. 1.
Successor *eandem habet potestatem, ac is, cui succedit*. d. S. 1. n. 7. p. 342. col. 1.
Successoris *à Præcessore diversa conditio non infert diversam Potestatem*. ibid. n. 13. p. 345. col. 2.
Suffocare *pro immolare nunquam Græci dicunt*. R. 3. S. 2. n. 8. p. 151. col. 1.
Suffocare *pro torrere quomodo Græci dicant*. d. n. 8. p. ead. & col.
Suffocati, *ac Sanguinis usus an abigat à Sacris*. R. 3. S. 1. n. 11. p. 142. col. 2. & p. seq. & n. 13. p. 144. col. 1. & 2. *An talis usus ex decreto Ecclesiæ possit à Sacris abigere*. d. n. 13. p. ead. & col. *An idem usus Græcis criminosus*. ibid. & V. lex abstinendi à suffocato, & Sanguine.
Suffocati, *& Sanguinis usus vetitus, sive interdictum diu viguit in Ecclesia Græca*. ibid. S. 2. n. 1. p. 145. col. 1. & 2. *Idem mox cœpit obsolescere*. ibid. num. 2. p. 145. col. 2. *Idem diu viguit in Occidente*. ibid. n. 3. p. 146. col. 1. *Non probat immundum suffocatum, & Sanguinem*. d. S. 2. n. 7. p. 150. col. 1. *Causam habuit scandalum*. d. n. 7. p. 150. col. 1. & 2. *Solis Asianis factum est*. d. n. 7. p. 150. col. 1. *Receptum tamen mox à reliquis*. d. p. 150. col. 2.
Suffocati Etymologia. d. S. 2. n. 5. p. 148. col. 2. & n. 8. p. 150. col. 1. & 2.
Suffocati explicatio *Magriana repugnat Apostolo*. d. S. 2. n. 8 p. 151. col. 2.
Suffocati lex *non est abrogata tempore Apostolorum*. d. S. 2. n. 7. p. 150. col. 1.
Suffocati *Vox an supposita sit à Græcis in textu Actorum*. d. S. 2. n. 5. 148. col. 2. *Eadem retenta à Vulgata jussu Tridentini*. d. p. ead. col. 2. *Eadem rejecta ab Ambrosio*. d. n. 5. p. 148. col. 1. *Eam qui Patres metaphoricè, qui literaliter acceperint*. d. S. 2. n. 6. pag. 149. col. 2.
Suffocato *favet Ambrosius*. ibid. num. 5. pag. 159. col. 1.

Suffocatum *vetantes Apostoli legem sanxere*. d. S. 2. n. 6. p. 149. col. 2. *Non est vetitum post prædicationem Pauli Corinthi*. d. S. 2. n. 7. p. 150. col. 1. *An idem sit, ac immolatum*. ibid. n. 8. p. 151. col. 1. *Si immolatum significet, Textus sacer idem bis dicit*. d. n. 8. p. ead. col. 2.

Suffragia pro Damnatis *inutilia*. R. 1. S. 6. à n. 5. & seq. à p. 32. col. 1. *Ea illicita esse, ex sententia Photianorum probatur*. ibid. S. 7. n. 9. p. 42. col. 1. *Et testimonium Damasceni*. ibid. num. 12. pag. 43. col. 2.

Suffragia *fieri possunt pro illis, quorum incerta salus*. ibid. S. 7. num. 1. p. 38. col. 1. *Ea fiunt sub hypothesi salutis*. ibid.

Suffragia pro Mortuis *ipsis utilia*. R. 1. S. 5. n. 1. pag. 23. col. 1. & *tota Sectione. Eadem non omnibus Mortuis utilia*. R. 1. S. 6. per totam. à p. 30. col. 1. *in quo differant ab Indulgentiis, & in quo conveniant*. R. eod. S. 9. n. 8. p. 64. col. 2. & p. 65. col. 1. *Quot modis juvent mortuos*. d. p. 65. col. 1.

Suffragia pro Sanctis *oblata inutilia ad veniam*. R. eod. S. 6. n. 1. p. 30. col. 1. & 2. & p. 31. col. 1. *Idem ex sententia Photianorum*. ibid. & n. 2. pag. 31. col. 1. *Quid Sanctis conferant*. ibid. *Ostenditur, illis non augeri SS. gloriam essentialem, sed solùm accidentalem, quam jure dici posse mercedem, ac retributionem, probatur*. ibid.

Suffragia privata *pro Catechumenis fidelibus licet offerre*. R. 1. S. 6. n. 10. p. 36. col. 1.

Superbia *laqueus Diaboli*. R. 2. S. 8. num. 4. p. 125. col. 2. *Ejus natura*. d. S. 8. num. 2. pag. 124. col. 2. *Eius Mater Ignorantia*. d. num. 2. pag. 124. col. 2.

Superstitio *quid sit, & ejus effectus*. R. 3. S. 1. n. 1. p. 136. col. 1. & 2.

Surdus *quinam rejiciendus ab Ordinibus*. R. 2. S. 6. n. 5. p. 114. col. 2.

Susannæ historia *à Photianis inter hagiographa recipitur*. R. 5. S. 1. n. 16. p. 289. col. 2. *Ea ostenditur recipienda*. Ibid.

Suspicio *cessat, cùm aliqua ratio se ingerit pro Innocentia suspecti*. R. 4. S. 1. n. 7. p. 217. col. 1.

Suspicio *non sufficit ad judicium*. d. n. 7. p. ead. & col.

Synchorochartia *quid sint*. R. 1. S. 9. n. 2. p. 58. col. 2. *Eorum similitudo cum Indulgentiis*. Ibid. & n. 4. per totum. p. 60. col. 1. & 2. *Idem esse cum Indulgentiis, ostenditur*. Ibid. *Eorum finis universalis & particularis*. Ibid. n. 5. p. 61. col. 1. & 2. *Injunctum opus habent proportionatum*. Ibid. *Causam justam petunt, ut concedantur*. Ibid. *Non dantur nisi existentibus in Gratia*. d. n. 5. p. 62. col. 1. *Eorum effectus non habetur, nisi adimpletis iis, quæ injunguntur*. Ibid. *Eorum discrimen ab Indulgentiis*. Ibid. n. 6. p. 62. col. 2.

Synchorochartion *Nicolai Mystici Patr. CP. propositum*. d. S. 9. n. 3. per tot. p. 59. col. 2. *Idem expenditur, ut appareat, ea continere, quæ ab Indulgentiis continentur*. Ibidem. num. 4. per totum. pag. 60. col. 1. & 2.

Synodi Silvestrinæ. V. Silvestrinæ Synodi.

Synodus V. Concilium.

T

TArasius *rejicit Methodium, quem sciebat Sanctum*. R. 5. S. 2. n. 4. p. 292. col. 2. *Ejus diligentia in expendendis Ordinandis*. Ibid. S. 5. n. 3. p. 319. col. 1. *Ejus testimonium pro suprema Rom. Pontificis potestate*. R. 6. S. 2. n. 11. p. 360. col. 1. *Ejus locus pro testimonio Confessarii corruptus à Margunio integer proponitur à Coressio*. Ibid. S. 9. n. 6. p. 415. col. 1. *Ab irreligiosis interpretationibus Coressii defenditur*. Ibid. n. 7. p. 415. col. 1. & 2. *Ejus ætas, & laus*. d. n. 7. p. ead. col. 2. *locus ejus piè, & appositè illustratus*. ibid. n. 8. 9. & 10. à p. 415. col. 2.

Tempus Interstitiorum *quantum, & quale*. R. 2. S. 9. n. 13. p. 134. col. 2.

Tentare Deum *crimen est*. R. 5. S. 4. num. 2. pag. 312. col. 2.

Tentare Deum *quid sit*. d. n. 2. p. ead. & col. 313.

Tentare Deum *Sortibus an liceat*. d. S. 4. n. 4. p. col. 1. & 2.

Tertius Animorum status. V. Purgatorium.

Tertullianus *à calumniis Magrii defenditur*. R. 3. S. 2. n. 9. p. 152. col. 1.

Testamentum novum *includit pactum remittendi peccata*. R. 3. S. 6. n. 10. p. 189. col. 1.

Testem probaturum *non potest ipse Papa à juramento excusare*. R. 6. S. 7. n. 13. p. 395. col. 2.

Testes *ad Ordines an Sacerdotes esse debeant*. R. 6. S. 7. n. 3. p. 398. col. 1.

Testes *an Patrini esse possint*. R. 6. S. 9. n. 2. p. 412. col. 2. & p. seq.

Testes *cogi possunt ad testimonium Jure Græco*. ibid. S. 5. n. 1. p. 384. col. 1.

Testes *die feriato testimonium dicentes non probant*. Ibid. S. 5. n. 8. p. 388. col. 1.

Testes *in Examine Ordinandorum duo sufficiunt*. Ibid. S. 7. n. 1. p. 396. col. 1.

Testes infames *quacunque infamia repellendi à testimonio*. Ibid. n. 3. p. 398. col. 1.

Testes Pauperes *quatenus repellantur, recipianturve*. d. n. 3. p. 398. col. 1. V. Paupertas.

Testes *probaturi impedimenta Ordinum non necessariò producuntur in Examine*. d. R. 6. S. 5. n. 5. p. 385. col. 2. & p. seq.

Testes *probaturi, in ipso Judicio an, & quatenus producendi*. Ibid. p. 386. col. 1.

Testes *quot requirantur ad damnandum Cardinalem, aut Episcopum*. Ibid. S. 6. n. 6. p. 391. col. 2.

Testes *qui, & quales admittantur ad examen Ordinandorum*. Ibid. S. 7. num. 3. pag. 397. col. 2. & p. seq.

Testi *non jurato credulitas aliqua debetur*. R. 6. S. 5. n. 5. pag. 386. col. 1. & 2. & num. 8. pag. 387. col. 2.

Testi *non jurato non creditur*. Ibid. num. 5. pag. 386. col. 1.

Testi *non jurato quomodo credat Episcopus in Examine*. Ibid. n. 8. p. 387. col. 2.

Testi *non jurato plenè non creditur*. R. 6. S. 7. n. 13. p. 403. col. 2.

Testimonio *inepti ad Testimonium creditur ex conventione partium*. R. 6. S. 6. num. 12. pag. 394. col. 1.

Testimonio *inepti censentur, Patres, filii, Ascendentes, & de-*

Digitized by Google

& descendentes. ib id. S. 9. n. 2. p. 412. col. 2. Item omnes illi, qui ex conditione seu naturali, seu morali præsumuntur nolle dicere veritatem. d. n. 2. pag. 412. col. 2.
Testimonio solius Papæ non creditur in damnum alterius. ibid. S. 6. n. 11. p. 394. col. 1.
Testimonio unius creditur, si inter partes conveniat. d. S. 6. n. 12. p. 394. col. 1.
Testimonium ad Ordines extra Ecclesiam recipiendum R. 6. S. 7. n. 4. p. 398. col. 2.
Testimonium Agnatorum, cognatorum, familiarium &c. non prodest Ordinandis. d. S. 7. n. 10. p. 402. col. 1. Idem contra Agnatos an recipi possit. d. n. 10. p. 402. col. 1. Idem in examine Ordinum aliquando recipiendum. d. n. 10. p. 402. col. 1. Idem pro Agnatis tantum in civilibus nullum est. Ibid. p. 402. col. 2. Idem non facit plenam probationem. d. S. 7. n. 13. pag. 403. col. 2.
Testimonium Confessarii pro filio, vel contra Filium spiritalem prorsus illicitum. R. 6. S. 8. n. 5. p. 407. col. 1. Idem Jure Græco damnatur, & Photiano. d. S. 8. n. 7. p. 408. col. 1. Idem pro Pœnitente nullum est. ibid. S. 9. n. 1. p. 412. col. 1. & 2. Idem pro Pœnitente Ordinando ridiculum. Ibid. n. 3. p. 413. col. 1. Idem pro eodem perniciosum. d. n. 3. p. 413. col. 1. Idem pro Ordinando est testimonium ipsius Ordinandi pro se ipso. ibid. n. 4. p. 413. col. 2.
Testimonium Confessarii pro Ordinando quibus argumentis probet Margunius. d. S. 9. n. 5. p. 414. col. 1.
Testimonium duorum an sit sufficiens in omni negotio. R. 6. S. 6. n. 1. p. 389. col. 2. & p. seq. De hoc disputatur inter Latinos. ibid. p. 389. col. 2. Idem sufficiens esse negatur in Testamentis à Jure Civili. ibid. n. 2. p. 389. col. 2. Idem sufficiens est Jure divino ibid. p. ead. & col. Probatur, non sufficere per quosdam variè. ibid. n. 3. p. 390. col. 1. & 2.
Testimonium eorum, qui sunt extra Ecclesiam, an recipiatur ad examen Ordinum. R. 6. S. 7. n. 7. p. 400. col. 2.
Testimonium fœminæ reprobatur. d. S. 7. n. 6. p. 339. col. 2. & 1.
Testimonium Judicis reprobatur. R. 5. S. 1. n. 7. p. 284. col. 2.
Testimonium olim Ordinandis dabat Populus. R. 1. S. 10. n. 7. p. 74. col. 1. Idem abrogatum propter scandala, quæ accidebant. ibid.
Testimonium Patrum in Filios, & vice versa non recipitur. R. 6. S. 8. n. 6. p. 407. col. 2.
Testimonium Pœnitentiarii cur olim necessarium. ibid. S. 9. n. 9. p. 416. col. 2.
Testimonium Probatio validissima. ibid. S. 5. n. 2. p. 384. col. 2. Apud Græcos probationum est maxima. d. S. 5. n. 1. p. 383. col. 2. Idem est dignitas generosa. ibid. n. 3. p. 384. col. 2. & p. seq. Ejus finis Veritas. d. n. 3. p. 385. col. 1.
Testimonium an Sacrificium dici possit. ibid. S. 7. n. 8. p. 400. col. 2. & p. seq.
Testimonium unius invalidum. R. 5. S. 1. n. 7. p. 284. col. 2. An aliquando sufficiat. R. 6. S. 6. n. 10. p. 393. col. 2. Non sufficit, cùm de damno alterius agitur. d. n. 10. p. 393. col. 1. Sufficit sæpe, cùm non agitur de damno. d. n. 10. p. 393. col. 2. Cùm deponit de facto proprio, probat. ibid. p. ead. & col. 2. Item si inter partes conveniat. ibid. n. 12. p. 394. col. 1. Item sufficit ad iterandum Baptismum. ibid. n. 13. p. 394. col. 2. Item, cùm agitur ad impediendum matrimonium contrahendum. d. n. 13. p. 394. col. 2. An sufficiat ad repellendum ab Ordinibus. d. n. 13. p. 395. col. 1. An sufficiat, cùm agitur de Possessorio. ibid. n. 14. p. 395. col. 1.
Testimonium unius Cardinalis de mandato sibi facto à Papa quatenus probet. d. S. 6. num. 11. p. 394. col. 1.
Testimonium unius summi viri de mandato sibi facto à Principe quatenus probet. d. num. 11. p. 394. col. 1.
Testimonium unius Legatarii probat quantitatem pecuniæ legatæ à Defuncto sub obscuris terminis pecuniæ sibi per eum numeratæ. ibid. num. 14. pag. 395. col. 1.
Testis affinis, consanguineus, inimicus, familiaris, &c. quomodo repellatur, admittaturve. R. 6. S. 7. n. 3. p. 398. col. 1.
Testis debet habere scientiam ejus, de quo testificatur ibid. S. 8. n. 5. p. 407. col. 1.
Testis fœmina repellitur etiam à testimonio in examine Ordinandorum. d. S. 7. n. 4. p. 398. col. 2.
Testis idoneus ad examen Ordinum qui sit. d. S. 7. à n. 3. & deinceps à p. 397. col. 2.
Testis idoneus esse non potest, qui verum contra aliquem dicere non potest. ibid. S. 9. n. 2. p. 412. col. 2.
Testis in causa Sanguinis irregularis. R. 4. S. 7. n. 13. p. 261. col. 1.
Testis laicus contra Clericum repellitur. ibid. n. 3. p. 398. col. 1.
Testis non citatus an probet. R. 6. S. 5. n. 5. pag. 386. col. 1.
Testis non juratus an probet in causa, in qua ferenda est sententia citra solemnitatem Juris. ibid. S. 7. n. 13. p. 404. col. 1.
Testis non productus à parte probat in Examine Ordinum. R. 6. S. 5. num. 5. pag. 386. col. 1.
Testis probaturus produci debet à parte ibid. p. 386. col. 1.
Testis se offerens ad testimonium suspectus. d. n. 5. p. 386. col. 1.
Theodora scortum Romanum. R. 2. S. 3. n. 14. p. 95. col. 2.
Theodoreti testimonia pro Potestate Papæ. R. 6. S. 2. n. 8. p. 356. col. 1. & 2. Ejusdem testimonium pro Beatitate SS. Resp. 6. Sect. 10. num. 6. pag. 422. col. 2.
Theodorus Balsamon quàm severus in Xerophagia. R. 1. S. 3. n. 2. p. 12. col. 2. Ejus mendacium. Ibidem S. 10. n. 10. p. 75. col. 2. Ejus ætas. R. 3. S. 5. n. 13. p. 181. col. 1. diversus à Michaele Balsamone: ibid. p. ead. & col. Ejus impietas in Azyma Latinorum. ibid. p. ead. & col. Nunquam fuit Antiochiæ. ibid. p. 180. col. 2. Ejus ætate Antiochiæ erat Patriarcha Latinus ibid. p. ead. col. 2. Ejus scelerata mendacitas. ibid. S. 6. n. 12. p. ead. & col. Ejusdem censura. R. 6. S. 2. n. 12. p. 361. col. 2. Ejusdem dolosa interpretatio canonis Nicæni. ibid. n. 1. p. 348. col. 2.
Theodorus Episcopus Author Pœnitentialis an Græcus. R. 3. S. 2. n. 11. p. 153. col. 2.
Theodorus Metochites quis, & qualis. R. 1. S. 2. n. 6. p. 9. col. 1.
Theodorus Prodromus à mendacio Margunii assertus

R. 2.

Digitized by Google

R. 2 S. 6. n. 3. p. 113. col. 2. *Ejus laus*. R. 6. S. 1. n. 13. p. 345. col. 1. & 2.

Theodorus Studites. *ejus testimonium pro suprema potestate Rom. Pontificis*. ibid. S. 2. n. 11. p. 360. col. 1. & 2.

Theodorus Tyro *Martyr, ejusque apparitio*. R. 3. S. 1. n. 4. p. 138. col. 1. & 2.

Theodosius Junior *requiem Parentibus mortuis orat*. R. 1. S. 5. n. 6. p. 26. col. 2.

Theodorus Melissenus *Patr. CP. distinguitur ab alio Theodoro Patr. CP.* R. 4. S. 8. n. 8. p. 267. col. 1.

Theologia *citra Dogmaticam, & Canonicam sæpe ineptit*. R. 5. S. 6. n. 13. p. 335. col. 1. & 2.

Theophanes Cesarias *quis fuerit*. R. 1. S. 2. n. 4. p. 9. col. 1.

Theophilus Imp. *ejus post mortem catastrophe probat Judicium peculiare*. ibid. S. 7. n. 11. p. 42. col. 2. & p. 43. col. 1. *Ea catastrophe recipitur à Photianis*. d. p. 43. col. 1. *Idem etiam in morte crudelis, & impius*. ibid. *Ejus salus non probat utilia Damnatis suffragia*. ibid. *Ejus ante mortem conversio à Photianis recepta*. ibid. & n. 12. p. 43. col. 2.

Theophylactus Bulgariæ *Metropolita, & ejus sententia de Latinis*. R. 5. S. 3. n. 10. pag. 302. col. 2. *Ejus pro Beatitate SS. præsenti testimonium*. R. 6. S. 10. n. 6. p. 425. col. 1.

Theophylactus Patriarcha CP. *ejusque scelera*. R. 1. S. 2. n. 4. p. 9. col. 1.

Thesaurus Ecclesiæ *agnitus à Photianis*. R. 1. S. 9. n. 2. p. 59. col. 1. *Quid sit*. ibid.

Timotheus *qua ætate factus Episcopus, & rei causa*. R. 2. S. 4. n. 8. p. 103. col. 1.

Titulares Episcopi *qui, & quomodo aliter vocati; cur à Gersone reprobentur*. R. 2. S. 5. n. 11. p. 110. col. 2.

Tituli necessitas *quam causam habuit*. Ibid. n. 9. p. 109. col. 2. & p. 110. col. 1.

Titulos *qui negligunt in Ordinatione Antistites, rationem reddent*. Ibid. n. 8. p. 109. col. 2.

Titulus Beneficii *necessarius Ordinando apud Antiquos*. Ibid. n. 8. p. 109. col. 1. & 2.

Titulus Beneficii *necessarius etiamnum Græcis, & cur*. Ibid. n. 11. p. 110. col. 1. & 2. & p. 111. col. 1.

Titulus Patrimonii. V. Patrimonium.

Tomus *quid sit Græcis*. R. 2. S. 1. n. 4. p. 77. col. 1.

Tonsio barbæ, & Comæ *quid significet apud Græcos*. R. 4. S. 1. n. 5. p. 214. col. 1. *Ea quam deceat Clericos*. Ibid. p. ead. col. 2. *An apud Græcos abigat ab Ordinibus*. Ibid. n. 11. p. 219. col. 1. & 2.

Tonsura Ecclesiastica *Græcis usitata*. Ibid. n. 5. p. 214. col. 2. *Jure Ecclesiæ Græcæ constituitur*. Ibid. p. ead. & col. *Eadem à Calumniis Margunii defenditur*. Ibid. n. 6. p. 215. col. 2. *An rejiciat ab Ordinibus apud Græcos*. Ibid. n. 11. p. 219. col. 1. & 2.

Tonsura Monachorum *Græcorum*. Ibid. n. 5. p. 214. col. 2. *Eadem apud Latinos*. d. p. 215. col. 1.

Toxeotes *quid sit in Canonibus Græcis*. R. 4. S. 7. n. 3. p. 256. col. 1. & 2.

Trajani Anima *an ob prævisas Gregorii M. preces detineri potuerit in aliquo tertio loco*. R. 1. S. 7. n. 8. p. 41. col. 2.

Trajani fabula *à Dorotheo Mitylenæo illustrata*. R. 1. S. 6. n. 11. p. 36. col. 2. *Ea Damasceno non tribuitur. Qui eam defendant ex Latinis. V. in Damasceno, & in Latinis. Ea refellitur ex multis capitibus.* Ibid. S. 7. n. 8. p. 38. col. 2. & p. 39. col. 1. num. 4. *Eadem non recipitur à D. Thoma, cujus sententia explicatur*. d. n. 4. p. 39. col. 1. & num. 7. pag. 41. col. 1. *Eadem, ut incertæ fidei, narratur à P. Diacono*. Ibidem.

Trajani *nefanda Vitia*. d. S. 7. num. 4. pag. 39. col. 2.

Trajani salus *non probatur ex Revelationibus Brigittæ, & Mechtildis*. d. num. 5. pag. 40. col. 1. *Eadem non probat suffragia Damnatis utilia*. Ibid. n. 9. p. 41. col. 2.

Trajanus *an resurrexerit, & post Baptismum salutem sit consecutus*. d. col. 2.

Tridentini *Concilii Laus*. R. 2. S. 5. num. 8. pag. 109. col. 1.

Triodion *à Photianis corruptum*. R. 6. S. 5. n. 7. p. 387. col. 1.

Tryphon Patr. CP. *& ejus Catastrophe*. R. 1. S. 2. n. 4. p. 9. col. 1.

Turcæ *Purgatorium agnoscunt*. Ibid. S. 8. n. 7. p. 47. col. 1.

Tutor *non præsumitur ex bonis pupilli aliquid quæsivisse*. R. 4. S. 1. n. 217. col. 1.

Tympanitæ *quid sint, eorumque Miracula Photiana* R. 4. S. 5. n. 4. p. 243. col. 2.

Tympanitæ *Miraculum sub Maumethe II.* d. n. 4. p. ead. & col.

Tympanitarum *Miracula defenduntur*. d. n. 4. p. ead. & col. & p. 244. col. 1.

Tyro *censetur Professus recens*. R. 2. S. 8. n. 8. pag. 127. col. 2.

Tyroni *non facilè creditur*. d. num. 8. pag. 127. col. 2.

Tyronis bona *acquisita censentur Monasterio*. R. 1. S. 6. n. 11. p. 35. col. 1.

V

Verba Christi *de testimonio duorum, sufficere testimonium hujusmodi, probant*. R. 6. S. 6. n. 4. p. 390. col. 2. & n. 5. p. 391. col. 1. & 2.

Verba *ita intelligenda sunt, ut non sonent delictum*. R. 4. S. 1. n. 7. p. 217. col. 1.

Venetorum Cardinalium *laus*. R. 3. S. 3. n. 4. p. 157. col. 1.

Venetorum Episcoporum *laus*. d. n. 4. p. ead. col. 2.

Veniale peccatum *agnoscitur à Photianis*. R. 3. S. 6. n. 9. p. 188. col. 2.

Veniale peccatum *dari probatur*. d. n. 9. p. 188. col. 2.

Veritas privata *publicæ prælata contra Jus est*. R. 5. S. 1. n. 13. p. 287. col. 2.

Via recens *aperta æquiparatur adhuc secretæ*. R. 2. S. 8. n. 8. p. 127. col. 2.

Vidua libidinosa *præsumitur fuisse adultera*, R. 5. S. 2. n. 8. p. 294. col. 2.

Viles *repelluntur à testimonio*. R. 6. S. 5. n. 4. p. 385. col. 1.

Vilescere *quid sit*. Ibid. S. 4. n. 4. p. 377. col. 2.

Vindicta *an Juris publici sit, & an privati esse possit*. R. 4. S. 4. n. 4. p. 238. col. 2. *Privata omni jure prohibita*. ibid. S. 9. n. 16. p. 278. col. 1.

Vindictæ *jus ad Principem solum spectat*. Ibid. S. 4. n. 4. p. 238. col. 2.

Virtutes *inter se differunt*. R. 3. S. 6. n. 5. p. 185. col. 2. *Earum premium varium*. d. n. 5. p. ead. & col.

Vis *omni Jure prohibetur*. R. 5. S. 2. n. 7. p. 294. col. 1.

Quan-

Quando liceat. d. n. 7. p. 294. col. 2.
Vitiati corpore *ab Ordinibus repelluntur*. R. 2. S. 6. n. 1. & *seq*. d p. 112. col. 1. *Iidem repulsi à Sacris penes Ethnicos*. d. n. 1. p. 112. col. 1. *Iidem repulsi à Synagoga* ibid. p. ead. & col. *Iidem Jure Græco*, & *Photiano repellendi*. ibid. num. 2. pag. 112. col. 2. & p. 113. col. 1.
Vitium Animi *est in sola mente*. ibid. S. 7. n. 1. p. 117. col. 2.
Vitium Corporis *quando repellat*, & *ad hoc Regula biceps*. d. S. 6. n. 4. p. 114. col. 1.
Vitium Corporis *quando repellat*, &, *an repellat, judicat Episcopus*. d. n. 4. p. 114. col. 1. & 2.
Voluntas *post mortem mutari non potest*. R. 1. S. 8. n. 9. p. 48. col. 2.
Voluntas *quando sit in culpa*. R. 2. S. 7. num. 1. pag. 111. col. 2.
Voluntatis, & Intellectus *actus intenduntur*. R. 3. S. 6. n. 5. p. 185. col. 2.
Voluntatis, & Intellectus *diversitas in operando in quo sita*. R. 6. S. 10. n. 2. p. 420. col. 2.
Voluntatis tendentia *duplex*, *quæ explicatur*. R. 4. S. 6. n. 2. p. 247. col. 1. & p. *seq*. *Utraque, si feratur in homicidium, voluntarium facit homicidam*. ibid. n. 3. p. 248. col. 1. *Utraque non secuto homicidio non facit homicidam voluntarium*. d. n. 3. p. ead. col. 2.
Vox ἄξιο *quid possit in Ordinationibus*. R. 3. S. 6. n. 2. p. 183. col. 2. *Eadem an ex corruptela irrepserit in cæremoniam Ordinationum Græcarum*; & *refellitur Coressius*. R. 5. S. 2. n. 5. p. 293. col. 1.
Vox populi *plerunque vera*, & *ad hoc Eratosthenis effatum*. R. 6. S. 3. n. 5. p. 372. col. 1. & 2.
Usura *an potestate Rom. Pontificis licere possit*. R. 3. S. 7. n. 10. p. 200. col. 1.
Usura *an rejiciat ab Ordinibus*. ibid. S. 6. n. 13. p. 191. col. 2. *Ejus Etymologia Græca*. ibid. S. 7. n. 4. 4. pag. 195. col. 2.
Usura *detestabilis ipsis Ethnicis*, & *habita pejor furto, ac latrocinio*. ibid. S. 7. n. 5. p. 196. col. 1.
Usura *prohibita est Jure Evangelico*. Ibid. n. 4. p. 195. col. 2. *Item Jure Naturali*. d. n. 4. p. ead. & col. *Item Jure Veteris Synagogæ*. Ibid. n. 3. p. 194. col. 2. & p. *seq*.
Usura *publica crimen Capitale*. d. S. 7. n. 2. p. 193. col. 2. *Ea infamiam facit*. ibid. n. 3. p. 194. col. 1. *Eadem rejicit ab Ordinibus*. d. n. 3. p. 194. col. 2.
Usuræ *an probentur ab Evangelio*, *cujus locus explicatur*. d. S. 7. n. 8. p. 199. col. 1.
Usurarius *nemo præsumitur*. R. 4. S. 1. n. 7. p. 217. col. 1.
Usuras *an cum hostibus exercere liceat*. R. 3. S. 7. n. 7. p. 198. col. 1. & 2.
Usuras *cum Alienigenis an Deus Judæis permiserit*. d. n. 6. p. ead. & col.
Usuras *Photiani damnant*. d. S. 7. num. 8. pag. 199. col. 1.
Usuratici *an sint Montes Pietatis*. ibid. n. 10. p. 200. col. 1.
Usus pecuniæ *situs in ipsa consumptione*. d. S. 7. n. 5. p. 196. col. 1. & 2.
Uxor *amovens res mariti*, *non furti*, *sed hypothecæ causa amovisse præsumitur*. R. 4. S. 5. n. 7. p. 217. col. 1.

X

Xerophagia *quid sit*, & *ad quid assumitur à Photianis*. R. 1. S. 3. n. 2. p. 12. col. 2.

Z

Zacharias Papa *de Suffocato quid censeat*. R. 3. S. 2. n. 12. p. 154. col. 2. *Ejus Epistola ad Bonifacium Martyrem asseritur ab ineptiis Magrii*, ibid. n. 12. p. ead. & col.
Zelotypiæ Sacrificium *cur Judæis permissum* R. 5. S. 4. n. 5. p. 314. col. 1.
Zosimi Papæ *cum Africanis Controversia*. R. 6. S. 2. n. 15. p. 365. col. 2.
Zosimus *citat Sardicenses Canones sub Nicænorum nomine*. ibid. n. 15. p. ead. & *seq*.

Finis Indicis Rerum.

Gravio.

Emenda sequentes errores, quos non advertit Auctor in corrigendo.

p. 2, col. 1. lin. 13. obsoleve-. p. 3. col. 2. l. 18. χρὴ. p. 12. col. 2. l. 6. non unquam. p. 20. col. 2. l. 25. usurpamus. p. 27. col. 1. l. 38. εἰσάγει. p. 47. col. 2. l. 28. ferendum. p. 48. col. 1. l. 19. peccata. p. 49. col. 1. lin. 51. de qua hic. p. 50. col. 2. l. 35. ἱμάτιον. p. 63. col. 2. l. 56. post hunc. p. 75. col. 2. l. 18. ἀργαλεωτέρως. p. 86. col. 1. lin. 3. repetitio. p. 88. col. 2. l. 31. Nothos. p. 91. col. 1. l. 1. sequitur. *ibid.* l. 7. col. 2. magis. p. 136. col. 2. l. 6. expiatione pag. 146. col. 1. l. 53. halitum. p. 153. col. 2. l. 59. Zachariam. p. 154. col. 1. l. 19. ipsis. p. 171. col. 2. l. 8. ille. p. 185. col. 1. l. 29. ὑμεῖς. p. 190. col. 1. l. 66 κατανεύσεις. p. 192. col. 1. l. ult. exautho- p. 196. col. 1. l. 15. pecuniæ. p. 203. col. 1. l. 29. ὑμεῖς. p. 208. col. 1. l. 54. ἁγιωσύνη. ibid. l. 27. minimum. p. 223. col. 2. l. 33. πολλοί. p. 232. col. 1. l. 31. κήρυξιν Ibid. col. 2. l. 44. vera. p. 238. col. 2. l. 60. φύσις. p. 254. col. 1. l. 46. mortis. p. 256. col. 1. l. 6. opposi-tum. p. 258. col. 1. l. 18. morsve. p. 280. in Summ. n. 13. l. 3. judicum. p. 290. col. 1. l. 60. exceptione. p. 292. col. 1. l. 53. Δεόντι. p. 305. col. 1. l. 12. ades; si. p. 318. col. 1. l. 2. cum eum. p. 331. col. 1. l. 38. τὸν αὐτὸν. p. 335. col. 2. l. 39. Spiritus. p. 339. col. 1. l. 38. ποιῶν. p. 346. col. 1. l. 3. tacente. p. 369. col. 1. l. 38. constituentibus. p. 384. col. 1. l. 29. ἀσύνδετον. p. 402. col. 1. l. 13. potestatis. p. 405. col. 1. l. 12. σὶ. p. 421. col. 2. l. 38. idipsum, & l. 47. nulla. p. 426. col. 2. l. 14. Nam. p. 428. col. 2. lin. 14. Athanasio. p. 430. col. 2. l. 14. ἀσύνδετος.

NOI REFFORMATORI

Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la fede di revisione, & approbatione del P. Fr. Ambrosio Lisotti Inquisitore nelli Tre Tomi manuscritti di *Nicolao Comneno Papadopoli Greco*, il Primo intitolato *Prænotiones Mystagogicæ, sive Responsa Sex*, il Secondo *De Culpis, quæ in Examine Ordinibus præmittendo dispicienda sunt*, & il Terzo *De ipso Examine Ordinibus præmittendo*; non esservi cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per attestato del Segretario Nostro niente contro Prencipi, & buoni costumi, concedemo licenza, che possi essere stampato, osservando gl'ordini in materia di Stampe, e presentando le solite copie alle publiche Librarie di Venezia, & di Padova.

Data dal Magistrato li 20. Febraro 1695.

(*Ferigo Marcello Procurator Reffornator.*
(*Ascanio Giustinian II. Cavalier Reffornator.*
(

Agostino Gadaldini Segretario.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google